Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
1
E
10
NAPOLI

R. P. DIDACI
DE CELADA
MONTELADENSIS,
E SOCIETATE IESV,
THEOLOGIÆ QVONDAM PROFESSORIS,
ET SACRARVM LITTERARVM INTERPRETIS,
& Complutenſis Collegij Rectoris,

IN SVSANNAM DANIELICAM
COMMENTARII LITTERALES, ET MORALES,

Cum Tractatu appendice de Suſannâ figuratâ,

In quo Deiparæ laudes, in Suſannâ adumbratæ prædicantur:

Cum quinque Indicibus, I. Paragraphorum moralium. II. Quo traditur inſtitutio Politico-Chriſtiana. III. Ad Conciones de Tempore, & Sanctis copioſiſſimo. IV. Locorum Sacræ Scripturæ. V. Rerum & Verborum.

NVNC PRIMVM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
& CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

COLLEGIO
COMPLVTENSI,
NOSTRÆ SOCIETATIS
IN HISPANIA PRIMICERIO,
SOPHIÆ ARCHIMVSÆO, INGENIORVM LIMÆ,

ſcientiarum gymnaſio, virtutum ſeminario, edendorum voluminum officinæ, & omnigenæ ſapientiæ Metropoli;

DIDACVS DE CELADA, EIVS QVONDAM Diſcipulus, nuper Magiſter & ſtudiorum Præfectus, nunc Rector, & humilis ſemper alumnus; hanc litterariam lucubrationem deſtinat, conſecrátque.

GRATVM habere ne graueris, ô inclyta Sophiæ ſedes, illuſtrium virorum, atque ingeniorum altrix, & excultrix, ſacrum hoc delaſſati iam ſtyli donarium, quod lubens, ac venerabundus offero pro veſtibulo ſacratij tui mnemoſynon æuo poſtero applaudendum, vt in intimis adytorum ſuſpendatur aris, tot inter præcelſa monimenta mentium excelſarum, quas diuinior irradiauit ſapientiæ fulgor, vix auſim poſtulare, veteris memor Prouerbij: *Quemque ſuo ſe pede metiri decet.* Cæterùm quoniam reliquos meâ operâ, ac labore in lucem editos in ſacras litteras commentarios, non valde ingratos eruditis intelligo, ſpero futurum, vt hæc quoque ſeneſcentis calami non poſtrema lucubratio, te, magiſtrâ meâ, nutrice meâ, verâ Iunone lucinâ meâ adſauente, atque (vt ſic loquar) obſtetricante, non infelici partu lucem accipiat.

Peruulgatæ me dedicandorum voluminum cauſſæ, vt tibi potiſſimè hoc Opus (heu quantulum) deſtinarem, perpulere. Primò namque à ſplendore, ac dignitate patroni accenditur operi lux, auctoritas adſcitur Auctori. Ego verò vndenam potiùs huic accendendæ lucernæ, vt ſupra Eccleſiæ candelabrum cum auctoritate præfulgeat, lumen peterem, quàm à Collegio Complutenſi, vbi

tot luminaria magna in ſidereo ſacræ Theologiæ cælo coruſcantia, doctrinæ ſuæ radios per Hiſpaniam, atque adeò per totum orbem Chriſtianum vniuerſum euibrarunt? Ducant aſtrigerum chorum gemina illa lucidiſſima aſtra, par ſine pari Franciſcus Suarez, & Gabriel Vazquez, ingenij ſplendore æmulo, ſed diſpari nobiles: miriſſimâ alter innati luminis claritate arcana ſapientiæ cuncta copiosè reſerans, profundè penetrans, diſtinctè colluſtrans: pugnacior alter argumentorum fulmine, denſâ coruſcatione contortior & vibratior. Abſoluam paucis: horum præclariſſimis doctrinæ monimentis orbis Chriſtiani bibliothecæ refertæ ſunt: horum in exedris Doctorum, in Muſæis, in Academiis præſtantiſſima ſcripta celeberrimè citantur, omniúmque manibus teruntur: his denique non immeritò accommodari poteſt quod in Auguſtini laudem perſtrinxit acutè Voluſianus: *legi deſit quidquid à Soario, & Vaſquio* (in re Philoſophiæ, ac Theologiæ) *contigerit ignorari.* De Alfonſo Deza huius gymnaſij coriphæo aliud nihil attinet dicere, niſi quod informauerit, inſtituerítque Theologorum illuſtre decus Gabrielem Vazquez, dignum tanto Magiſtro diſcipulum. Intermitto nunc plures alios: eſt enim noſtratis Dezæ ſtemma vulgare: *Alij ſcripta mundo, ego Scriptores dedi.* In hoc præluſtri Complutenſi Lycæo Dezæ ſucceſſit Ioannes Azor, vir noſtro æuo magnus, omnique genere diſciplinarum adæquè ſculptus, quem immatura mors inuidâ falce demeſſuit. Reliquorum qui in hoc Theologico puluere præclarè decertarunt, prætexere indicem, ne longum faciam, non eſt animus. Spectati ſatis in luce publica, atque concurſu huius nobiliſſimæ academiæ certaminibus perilluſtribus, & ſat probati ſcriptis prælo mandatis, Petrus Arrubal, Ludouicus de Torres, Gaſpar Hurtado, Didacus de Alarcon, Franciſcus Alfonſus, Franciſcus Ouiedo, quorum digna elogia ſi vel perſtrictim recenſerem, non epiſtolæ, ſed voluminis opus aggrederer. Mitto plures alios, quorum edendis ſcriptis aut ampla negotia, aut concionatorium acumen, aut præpropera mors inuidit.

Quot porrò, quámque inſignes in omni diſciplinarum palæſtrâ viri, in explanandis vtriuſque Teſtamenti codicibus hoc in Collegio feliciſſimè deſudarunt? Primum honoris cauſsâ nomino, qui primus hoc magiſterio functus eſt, B. Franciſcum Borgiam, tanto ſacræ ſapientiæ dedicatore gaudet Complutenſe Lycæum, nec minor decebat. Huic tandem ſucceſſit Chriſtophorus à Caſtro, in magnam Virginem Matrem eruditiſſimè pius; Gaſpar Sanctius, in quo vitæ ſanctitas, Biblica eruditio, & eloquentiæ nitor adæquè certarunt; Ferdinandus de Salazar polito vir ingenio, omnibus diſciplinis pluriſariam exculptus, & de puriſſima Deiparæ Conceptione

ceptione in paucis benemeritus, cui ego (ô quantulus!) immerito ſuccesſi.

Hactenùs qui Biblicam, & Theologicam literaturam è cathedra docuerunt. Dies hîc me deficeret, ſi etiam percenſere vellem huius ſcholæ alumnos ingenio & eruditione magnos. Non tamen omittam Ioannem de Mariana, Bibliorum ſapientia, & hiſtoricâ eloquenter eruditione toto orbe celebrem; Antonium Rubium, quem in Philoſophicis Præceptorem tota hæc academia libenter diu ſuſcepit: Hieronymum de Florentia Concionatorem æquè nobiliſſimum, ac huius gymnaſij Magiſtrum; nec eius germanum fratrem Ioannem de Florentia, cuius Theologica manuſcripta auidè, ac vnicè noſter Vaſquez lectitabat. Non etiam tacitus, & ingratus omittam Ioannem de Salablanca, & Ildefonſum de Roca, alteram Soarij, alteram ipſiſſimam Vaſquij mentem; & Federicum Geldre ſcholaſticâ, & morali litteraturâ prænobilem: Didacum Daza meum in Philoſophicis Magiſtrum, quem Scholis Biblicis, & Theologicis mors immatura præripuit: Ioannem Dicaſtillo, & alios complures hoc æuo nobiles.

Hæc de doctrinâ: nimis autem operoſum foret huius Collegij præluſtres Rectores prudentiâ, virtute, ac ſapientiâ præclaros ſeriatim percenſere. Perſtrictim dabo pauculos è pluribus; & primum, (qui primus fuit huius Collegij Rector) Franciſcum de Villanoua, Germanam ſobolem protoparentis Ignatij, à quo altiùs meruit iure merito dilaudari (ô quàm multa paucis!) Ioannem Azor omni litteraturâ, ac pietate exculptiſſimum: Ludouicum de Guzman, Ferdinandum Lucero, Nicolaum de Almazan, Bartholomæum Perez de Nueros, Ludouicum de la Palma, Alfonſum Carillium, Franciſcum de Aguado, pietate, litteris, ac prudentiâ inſignes; Ildefonſum de Sandoual, Ducis Naxeræ filium; Garciam de Alarcon Domini del Villarejo (nunc Marchionis de Alconchel, & Comitis de Ciſuentes) Franciſcum de Benauides filium Comitis de Santi-eſteban, Antonium de Mendoza Comitis de Orgaz, litteratura ſanctitate ac prudentia æque nobiles.

Virtutes verò religioſæ, atque heroicæ altiſſimis à Franciſco de Villanoua, primo huius Collegij conditore ac moderatore ſtabilitæ fundamentis, quàm miriſſimè annorum decurſu, & aliorum Rectorum ſolertiâ auctæ, roboratæ, & propagatæ ſunt. Vos, vos apello, qui ex huius vmbrâ palæſtræ in ſolem, ac puluerem procurationi animarum prodiiſtis diuini verbi Præcones, Chriſtianæ diſciplinæ Myſtagogi, ſalutis æternæ vbique duces: vos nobiles animi, qui non contenti orbis noſtri ambitu, in alterum hemiſphærium non tam remis & velis, quàm concitatiſſimo Euangelij propagandi ſtudio rapti eſtis. Videre vos videor in vaſtiſsimis

Indiæ regionibus per abrupta montium, per ſyluas, & ſaltus in venationem animarum diſcurrentes; cum fame, & ſiti, atque extremâ rerum omnium penuriâ, mundi exules confligentes, profana diruentes fana, victricia crucis vexilla, in euerſis Dæmonum propugnaculis defigentes, inter intentatas iugulis ſicas, inter intonantes Tyrannorum minas, inter imbuta veneno ſpicula barbarorum, martyrij palmas appetentes. Quas qui iam glorioſſimè adepti eſtis, huius gymnaſij diſciplinæ refertis acceptas. Gratulor tibi ter chariſsima Agonothethæ Deo palæſtra, tot filiorum tuorum laureas litterarias, tot opima omnium ſanctitatum ſpolia, tot palmas tuorum ſanguine pugilum purpuratas. Et tu Complutenſe Collegium tot nominibus prælustre, exinceps eſto par Tibi, & ſumma Tuorum vota adimpleſti. Hoc tibi animitùs voueo, nec poſſunt ſperari maiora.

SERIES

FACVLTAS R. PATRIS PROVINCIALIS
Prouinciæ Toletanæ.

EGo Franciscvs de Montemayor, Societatis Iesv, in Prouincia Toletana Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Noſtro Goſvvino Nikel, Præpoſito Generali, facultatem facio, vt liber inſcriptus *Commentarius Litteralis, & Moralis in Suſannam* à Patre Didaco de Celada, noſtræ Societatis Theologo compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus, Matriti in noſtro Imperiali Collegio, die vigeſima ſexta Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio.

FRANCISCVS DE MONTEMAYOR.

APPROBATIO DOCTORVM.

HOs in Suſannam Danielicam Commentarios compoſitos à R. P. Celada, Societatis Iesv, probauimus, vtpote nihil habentes contra fidem, aut bonos mores. Datum Lugduni in Carmelo noſtro, die 14. Iulij 1656.

F. Pavlvs Lombard, Doctor Pariſienſis, & Prior Carmelitarum.

F. Stephanvs Molin, Doctor Pariſienſis.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Chriſtianiſſimi.

CAvtvm eſt, auctoritate Regis, ne quis in Regno ſuo, aliíſve locis ſuæ ditioni ſubiectis, intra nouem proximos annos, librum, qui ſic inſcribitur: *R. P. Didaci de Celada, Montelaðenſis, Societatis* Iesv, *Commentarij Litterales & Morales in Suſannam*, nunquam ante hac editum abſque Petri Rigaud, Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu, imprimat aut diuendat à die publicationis horum exemplarium; qui ſecus fecerit, mulcta indicta, prout amplius in diplomate Regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſiis die 12. Martij 1655.

De mandato Regis

Signatum

MOREL.

Suprañominatus Petrus Rigaud ius prædicti Priuilegij ceſſit Philippo Borde, Laurentio Arnaud, & Claudio Rigaud, Bibliopolis Lugdunenſibus, ad inuicem pro librorum impreſſione & venditione confœderatis, vt ex mutuorum contractu liquet.

Deſiit Prælum huius primæ editionis die 15. Julij 1656.

SERIES PARAGRAPHORUM MORALIUM.

SCopvs Auctoris, & Operis Idea. pag.1
Suſannæ Danielicæ Panegyrica hiſtoria, materia ta de alieno, de proprio concinnata. p.5
In arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. p.76
Pœna pro culpâ inflicta, & humilitet ac patienter tolerata, incredibile gratiæ auctarium negotiatur. p.78
Terra cum ſanctitate aut nequitia incolarum, arcanum quoddam velut morum participium habet. p.80
Virtus ſpectata, arcano boni exempli ſacramento, ſimilem in ſpectatoribus virtutem oppignerat. p.81
Bonum exemplum characteres virtutum loquitur; auditu impoſſibilia viſu exarmar, & placido impetio imitationem iubet. p.83
Qui bonum exemplum non arripit, ſed reſpuit, acerbiores pœnas meritò dabit. p.85
Aliquando ſtrenua virtus, è vitiorum gymnaſio, quid ad imitationem diſcat, inuenit. p.87
Vectigalium exigendorũ negotium, perobſcurum eſt,& ænigmati ſimile. p.89
Diuinæ patientiæ humanus diu abuſus, velut eius euacuatâ miſericordiâ,vltrices demùm iras acerbiùs nutrit, & obarmat. p.91
Non ex bonis mundialibus, ſed ex bonis cuiuſque moribus,velut è fonte,lætitia captanda eſt. p.92
Cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, pius aliquis Chriſtianiſmi faſtus eſt. p.94
Euangelica paupertas,dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat; ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. p 96
Vna eſt definitio libertatis & exilij: hoc Dei abuſus, & peccati pretium dicitur: quin & beata gloria, captiuitas etiam nominatur. quare? p.98
Pœnaliſſimus carcer,ad cælos gradus eſt, deliciis exuberat; & piam Angelis inuidiam ciere perhibetur. p.99
Virtus, caſtitas præſertim, pulchritudinis flos eſt,& illius perſeuerantia. p.101
Coniugium prolibus fœcundum, virtutum fœcunditatem non lædit. p.103
Maritus caſtæ ac ſedulæ vxoris ſtudio reddat vicem, reddat amori gratiam. p.105
Virginitas vt rara, ſic & incredibilis cenſetur, & fictæ gloriæ titubatio. p.107
Caſtus Dei timor, concupiſcentias extirpare, caſtitatem ſtabilire; carnem bene potare, irrigare, atque crucifigere perhibetur. p.109
Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare? p.110
Manſuetudo nodus eſt Dæmonum; & arcana placidè violentia potentium victrix, ac proculcatrix eſt. p.112
Seruilis timor peccandi voluntatem, & carnes animæ diſſimulat:eſtque Euangelicæ œconomiæ tribunal. p.114
Bona vxor,Suſannæ ſimilis,coniugium & maritum feliciter beat. p.116
Pœnitentia veſtigiis paradiſum nobilitat, triumphum agit in cælis, & claudi pedes robuſtiùs integrat. p.117
Humana voluntas voluntati diuinæ conformanda eſt; non diuina ad humanam curuanda,aut emendanda. p.119
Pater, qui filiorum inſtitutionem negligit, etſi filios habeat ſuperſtites, delet familiam, & improles decedit. p.121
Sollicita filiorum pædagogia, ſedulitati parentum multimodè commendatur. p.123
Lex ſit contubernalis; eſt nauis pondus, Dei oculus; eſt Regina, & velut Tyrannus metuenda. p.124
Carnis mortificatio,carnem non eſſe carnalem cenſere nititur. p.126
Obediens Deum habet fideiuſſorem, concupiſcentiam dediſcit, martyrium conſummat, & paſſionem Chriſti commendat. p.128
Quantum reuerentiùs honorem debeant filij

filij parentibus obſequentiùs exhibere. p.130
Bona à teneris annis conſuetudo, exarmat obuias virtutis difficultates, & paſſiones excantat, ſtatûs innocentiæ æmula. p.132
Sordida mercedis auaritia, degeneres inuenit aut facit. p.133
Deifica eleemoſyna, Dei conſeruationem æmulatur: à ſe velut furtim rapit quo vitia extinguat, & cælorum regnum violenter inuadat. p.135
Diues faciendis eleemoſynis multus, diues eſſe deſiit; quia non ſibi, ſed aliis diues eſt. p.137
Eleemoſyna plus dando accipit: ſit ergo qui dat, erga pauperem accipientem gratus. p.139
Dei ira arcano quodam diuinæ bonitatis ſacramento, eſt etiam miſerationum fœcunda. p.141
Rapax auarè furacitas exactorum, multimodè vapulat. p.142
Pauper egeſtate diues, innocentiæ ſtatum æmulatur; & diabolo propè inexpugnabilis, futuri ſæculi diues eſt. p.144
Euangelica paupertas intentabilis dicitur, indubitatæ ſalutis via, manuductrix ad cælum, concupiſcentiæ exors; & velut ira Dei impellens ad cælum. p.146
Dira egeſtas neceſſitatis imperio, ad crimina impotenter inſtigat. p.148
Humilitas ſic eſt dignitatum refuga, vt nec ſanctum Satanam audiat; ne dum homo aliis præfertur, præferendis virtutibus euacuetur. p.150
Felix opulentia, ſcelerum periculoſè ſuſpecta eſt; ſceleroſa non eſt. p.151
Malè parta per violentiam, fraudem, aut rapinam malè dilabuntur. p.153
Quando quis arroganter putat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe; quod humili ſui exinanitione recuperat. p.155
Piæ eleemoſynæ fraus, gratulationis ſacrificium eſt, debitæ gloriæ exactio, & hominis pretium ac redemptio. p.157
Diues immiſericors, reputans pauperem eſſe alterius ſubſtantiæ; ob immiſericordiam multis culpatur, & vapulat. p.158
Diuitiæ ſunt teſtimonium mendacij, noſtræ ſeruitutis pretium, mendica egeſtas; & ſicut adſeruatum Mannâ, vermes putridi. p.160
Cupidus diuitiarum, diuitiarum picturis atque phantaſmatis animum ludificat. p.162
Euangelica paupertas, vera opulentia eſt, pulchra virgo, rerum iudicio ſapienter viduata. p.163
Hypocritarum malitia, vna plures, bonitatis titulo accuſatur, & vltra infernum puniri dicitur. p.165
Hypocriſis, animæ fomes eſt ad vitia, gehennam parturit, ſibi mentitur, & Dei furorem ordinat. p.166
Ambitio eſt fabula ſcenica intellectu viduata, ambitioſi domina; & pretium ſeruitutis eſt dignitas, quæ ambitioſum vſque ad infernum comitari dicitur. p.169
Damnabilior eſt malitia bonorum Senum, quam titulus bonitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen. p.170
Mores regali curiâ expoliti, & ipsâ vrbanitate decepti, inidonei ad virtutem reputantur. p.172
Pœnitentia peccatum factum reddit infectum, velut reſecat peccati fomitem, ſpeculis mulierum eſt ſimilis, & gehennæ commutatio. p.174
Senectus ab annoſitate diuerſa, non deanrata, ſed aurea veſtis eſt, vino emphaticè ſimilis, & abundantiæ ſynonymon. p.175
Bona ſenectus velut peccandi impos, ſenſuum ingeniis pollet, Deo perplacet: nec tandem moritur, ſed it de patria in patriam. p.177
Peccatum vltra vires audet, primum intellectum amittit, inferni vmbram circumfert, & peccatorem ad nihilum neſcienter redigit. p.179
Adeóne horrendè Deus punit, vt cauendum ſiti, ne putetur aut neceſſariò, aut ignoranter, aut temerè, aut inclementer caſtigare. p.180
Peccator apud homines nominatiſſimus, Deo anonymus eſt: quippe qui nomen ſuum felicitati inſcripſit. p.182
Pœnitentia excoquit quod gehennæ ignis expiare non eualet; malè facta ad infectum redigit, & è peruerſitatibus rectitudinem attollit. p.184
Præſtantia peccantis, enormioris malitiæ excellentiam peccato fœnerat. p.186
Hi ſceleroſiſſimi Senes ſine nomine inducuntur; neque enim vllum nomen eſt, quod immctatam eorum nequitiam taxare valeat. p.187
Homo ad bonum vnus eſt, ad malum verò ter vnus, aut vnus plures. p.189
Se aliis præferre, reproborum character eſt, ruinæ teſſera, amittendæ fidei periculum, & pericuſoſa rixarum occaſio. p.191
Ingratus homo Deum ſpernit, ac blaſphemat

mat; perverſè cum Deo contendit: & ſeipſo vacuus,acceſſum gratiæ præcludit. p.192
Qui firmiùs ſtat in via virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. p.194
Parúmne refert,an ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas. p.196
Vita ſolitaria, velut neceſſitas perfectionis eſt, mundi exilium, & virtutum fomes: Monachóſque extra mundum, & mundo maiores facit. p.197
Vita ſolitaria,cæli ſchola eſt,diuinæ ſimilitudinis reparatio, prædeſtinatorum character; qui autem inter homines verſatur, minor homo euadit. p.199
De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia,& emphaſis eſt. p.201
Simplicitas ad malum rudis eſt, Dei veſtigiis impreſſa, lætitiæ ſynonymon; & habitus animæ varietate carens. p.203
Anni vitæ noſtræ excolendi ſunt: nam otium effuſio vitæ,viui hominis ſepultura,& mentis alienatio eſt: & populo etſi piè orianti cælum non pluit Manna. p.205
Sedulus operosè labor, arbiter felicitatis eſt, paradiſi reſtitutor,& gloriæ pignus. p.207
Occaſio peccandi, peccati fomitem de facili redaccendit. Fuge periculum, ruinæ ſemper vicinum. p.209
In ſenibus etiam intutus eſt mulierum aſpectus, quem caſtitatis cenſura non cohibet. p.211
Spiritualis via, qua ad cælum itur, quare via æterna nominatur. p.212
Inuidia omne bonum odit,ſine fine peccat:calamitas ſine remedio,& immenſitatis æmula dicitur. p.214
Vaga hominum inconſtantia, & leuis in propoſito mutabilitas multis vapulat. p.216
Fortificatio eſt ſuiipſius abiuratio, vitiorum obliuio, ex funere vita, negotium coronæ,& animæ redemptio, & crucifixio. p.218
Homo per mortificationem ſeipſum deſueſcens, ipſe alius fit. p.220
Beata cæli gloria,carnem defæcat, circuitu beat vltra intelligentiam & vota: eius concupiſcentia terram reformat in cælum. p.221
Adhuc beata cælitum gloria ſumptuoſiùs prædicatur. p.223
Mundus obuiis animæ periculis infamis, de inferni confinio rursùs diffamatur. p.225
Qui retrò cadit, cadit in infernum, vbi quod quis patitur timet,vbi pœnarum finis incipit, & defectus deſectum ignorat. p.227
In diſtrictioris etiam diuinæ iuſtitiæ rigoribus, indulgentis clementiæ non dubiæ notæ micanter tranſlucent. p.229
Deus provt à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. p.230
Pœnitentia os inferni claudit, porta eſt cæli, eot portat in humeris, & auroræ comparatur. p.232
Cælum humana contemptum libidine, illam acerbius punit. p.234
Fallax,futilis,& fugitiua mundi voluptas, fallenda, decipienda, & irridenda eſt, quomodo. p.236
Pœnitentia ex nihilo facit aliquid, Martyres excudit, prauitates in virtutes transformat, cæleſtium donorum præſtantiſſimum eſt, & diabolorum timor. p.238
Qui Dei timorem ab animo excuſſit, ingentium malorum conceptaculum animitus hauſit. p.239
Peccatum recrucifigit Chriſtum, immutabilem Deum commouet; cælum inquinat,& claudit. p.241
Carnalis libidinis æſtus, gehennali incendio confinis eſt, vſtione præcoqua. p.243
Æmuli ſui gloriâ, inuidi torquentur inuidia, pœnaliſſimo ſupplicio inferni æmulo. p.245
Societas improborum, de mali exempli contagio,probos mores inuitiat,deprauat, toxicat. p.247
Inhoneſta feminarum illecebra, ſic latè ac lethaliter ſerpit, vt primordiale delictum æmuletur. p.277
Mundialis lætitia de malo ſuo ridet: etſi mixta merus dolor eſt, gehennæ fumus, & phantaſmatum parturitio peracerba. p.278
Mundialia bona ſunt expectationis commentum, doloribus conuiſcerata; & voluptatum auarè prodiga,deſiderantes deſtituunt. p.280
Glorioſa mundi pompa,& delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominiosè pœnalis, & acerbè moleſta ſanctis eſt. p.282
Homo in libidinis officinâ, rationem deſueſcit; & hominis dignitatem dediſcens,prope in belluã refingitur. p.284
Voluptas mera cogitationis illuſio eſt; quæ rem moleſtiæ,deliciarum obtentu fraudulenter mentitur. p.285

Suauitatem quam in vitiis mundus mentitur, Chriſtiana virtus verè implet. p.287
Ieiunium corpus velut excorporat, ſpem nutrit, Deo induit, & legiſlatorem idoneum format. p.289
Opulentè pretioſus cenſus Euchariſtici prandij, quod hi Senes declinant ſalaci fraude. p.290
Encomium Euchariſticum ſacri textûs ductu protelatur. p.292
Materia præcedentis paragraphi multimodè ampliatur. p.294
Grande, & granditer puniendum ſcelus eſt, ſordidâ conſcientiâ Euchariſticum panem ſumere; quem ſuis ſordibus polluere dicitur. p.295
Qui dolo vincit, victoriæ gloriam aduerſario cedit, ipſe prior in opinione ſuâ ignauè deuictus. p.297
Vitia ſibi inruca ſunt, inter ſe diſſentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fugantúrque. p.299
Labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis malè exerrat. p.300
Tot tantáque humani corporis probra, longè ſuperbiam arcent, & humilitatem de proximo negotiantur. p.302
Intus omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat; combinatâ ſingularitate notanter communis. p.304
Eò temeritatis impudentior peccandi audacia deuenit, vt quodlibet, licere puret. p.305
Caſtitas eſt immortalitatis auſpicium, fumus humanæ ſubſtantiæ, vitæ noſtræ ſymbolum, & Angelicæ vitæ ratio. p.307
Propria voluntas, regni exheredatio eſt, virtutum interemptrix, propitiationis etiam in bono indiga, nequam hominis caput, & infernalis Satan. p.309
Prauæ conſcientiæ tormentum multimodè exponitur. p.310
Tot ærumnoſæ hominis miſeriæ, vectigalia peccati ſunt. p.312
Propria & naturalis voluntas in Chriſto relinquitur: in nobis & idololatriæ ſuſpecta, & impij furti rea eſt. p.314
Mundanus timor, homines potiùs quàm Deum metuens, ſcelerum conceptaculum eſt. p.315
Qui præcepti rationem diſcutit, labyrinthum erroneum ſubit: obedientia autem cæca, eſt tutum periculum, & diſſimulata ad Deum excuſatio. p.317
Peccator Crux Chriſti eſt, vincere præſumit Chriſtum; qui culpas noſtras guttis ſanguinis luxit, vt peccati cruciatum expungeret. p.319
Mundi vſus, & abuſus in confinio ſunt: inde mundialibus rebus tanquam viatico vtendum, etſi humanæ rationis iudicium obſiſtat. p.320
Præſentia Dei hominem facit ambulare cum Deo: hominis mentem refingit in cælum; paſſiones elimat, & excantat, nóſque Deo miſcet. p.322
Vis charitatis omnipotens dicitur, ſpontaneo raptu arcana, & pia furacitate nobilis. p.324
Dei per recordationem præſentia, Seraphinorum æmulatio eſt, diuinæ maieſtatis ſolium, hominis reſpiratio, & munimen. p.325
Ne ſe homo ex vilitate ſuâ æſtimet; ſed ex magno pretio, quo ſemel à Chriſto Deo emptus eſt. p.327
Dei in animo præſentia, creaturarum nullificamen eſt, via ad patriam, hypoſtaſis virtutum, & immenſitatis beneficè æmula. p.329
Prodigium diuini amoris erga homines, immoderantiam & nimietatem humani erga Deum amoris expoſcit. p.331
Eximiè iuſti, gratiæ lenocinio, à laboribus, non ab operibus vacant: nam illis tribulatio, illecebra eſt, oratio, centrum. p.332
Dei timor fomitis æſtum interſtinguit, cum Deo ambulare facit, noſtra gloriatio eſt; & malleus, quo clauus Crucis Dominicæ capiti Siſaræ infernalis infigitur. p.334
Suſanna aliquâ verecundiæ iacturâ pudorem redimit, Chriſtianâ præmaturè æmulatione benè impudens, & feliciter ſtulta. p.336
Multimodè Suſannæ taciturnitas commendatur. p.337
Boni viri conſcientia bona, eum in calamitatibus prope impatibilem, & ferè immutabilem in gaudio facit. p.339
Verecundia eſt decoris auctarium, primitiæ virtutum, naturæ laus, vitiorum frenum, fomes probitatis, & illius purpura. p.341
Crebra à ſeipſo mutatio, hominem deuenuſtat; immutabilitas, auguſtum Dei elogium eſt. p.343
Arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. p.344

In

In laſciuo blandiùs amore ferinus durè futor latet. p.346
Triſtitia, triumphalis lætitiæ exilium eſt, cordis malignitas, irrationalis plaga, & puſillanimitatis ſordidæ matrix. p.348
Ex blando libidinis amore, atrocior iracundiæ rabies procuditur. p.350
Peccator eſt Dei opere, diaboli voluntate; exlex inſoleſcit, immortalem animam mori facit, atque viuam gehennam portat. p.351
Nimis arduum valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam inhibere. p.353
Probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo; patientis gloriæ è peruerſo militat. p.355
Fortuna moleſtè inconſtans eſt; ſimili inconſtantiâ laborat malitia, prauorum affectuum turbine in gyrum ſemper rotata. p.357
Inuidia eſt optimorum execratio, Goliæ gladius, amicitia cum mortuis, & humanæ mentis infernus. p.358
Coniugalis vita, mutua durè ſeruitus eſt, reciproca amborum crux, calamitas deſiderabilis; & verum malum, boni ſpecie depictum. p.360
Obedientiæ dignitas imperialis, & velut omnipotens maieſtas. p.362
Exprompta obediendi voluntas, ferrea vincula in aurea mutat, ſenſum moleſtiæ furatur, & dignum Deo cenſum pendit; dum ſibi mandatum tanquam cibum inuiſcerat. p.363
Mundum ſemper pauperibus abundare, cur Deus prouidit. p.365
Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quadam beatæ impaſſibilitatis æmulatione. p.367
Vnus homo per diſcordiam ſcinditur; per concordiam verò vniſſimè multiplicatur. p.369
Triſtitia immodica ſemper malitiatur, eſt ſpirituum nequiſſimus, Spiritum ſanctum contriſtat, & malè Spiritu ſancto operitur, quare. p.370
Ambitioſæ veſtis vana gloria vapulat; rude, nec tam indumentum, quàm tegumentum innocentiæ ſuffragium eſt. p.372
Nuditas eſt innocentiæ ſuffragium, paradiſi ingreſſus; & cæli claudendi atque aperiendi arbitra. p.374
Nudum ſpoliare veſtibus, ethicum proficientium ſacramentum eſt. p.375
Laſciuus pulchritudinis amor, odio, & ſæuitiæ confinis eſt. p.377
Pulchritudo veſtium ornatu, & fucorum lenocinio exculta, egregiè vapulat. p.379
Excuſatio eſt, perizomatis Adæ aſſumptio, peccati ad ſe conuerſio, tenebra tenebrans, armatura diaboli, & impudentiæ matrix. p.380
Triſtitia diabolorum armamentarium eſt, gehennæ æmulatio, ſpiritus peruerſè nequiſſimus, & dubiæ ſpei titubatio. p.382
Dei populus pia Suſannæ compaſſione tangitur: exinde nonnulla commiſerationis attexuntur elogia. p.384
Compaſſio in oculis prælucet, & tot patitur cruces & martyria, quot proximus damna: cuius expers, reliqua peccata ad damnationem exaggerat. p.386
Impudica manus, vinculum luxuriæ eſt, attaminans libidinis contagio, quod attigerit impudicè. p.387
Terrena mundialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt. p.389
Qui bene iurat, adſtantes quaſi neminem putat; qui peierat, ſolùm tunc recordatur Dei, quem fideiuſſorem falſi aduocat: indéque falce acerbiùs punitur. p.391
Vir eximiè ſanctus, velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodo reformat. p.392
Modica delicta, præſertim iterata, non modicè nocent. p.394
Sic cauenda ſunt minora peccata & vitia, ac maiora; quæ à minoribus ſemper incipiunt. p.396
Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. p.397
Vocalis lacryma rem miſericordiæ iure ſuo vendicat ſibi; & gehennæ incendium lacrymantibus extinguit. p.399
Lacryma animarum fœcunditas eſt, peccatorum ſpongia, legatus ad Deum, immetata promiſſio, ſpiritus ouans; & gazarum cæleſtium locuples cenſus. p.401
Sacro textu duce, adhuc conglobata lacrymarum elogia prædicantur. p.403
Mundana immodicè triſtitia, inferni candidata eſt, ſpiritus boni cruciatus, mœror, obſcuritas; & Satanæ triumphus. p.404
In cæleſti curia ritè allegat ſpes noſtra; quæ in fugâ à Deo, ad Deum confugit: quæ cum piè præſumit; ſi arrogantia non eſt, fides dicitur. p.406

Eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. p.408
Vero gaudio bonum deſiderium, ac ſpes cæleſtis exundant; & ſæculari lætitia minimè viduantur. p.409
In re virtutis eſt etiam pia aliqua meriti pertinacis obſtinatio. p.411
Deus adeò eſt verax; vt vltra promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. p.413
Spes noſtra ad magnanimam animoſitatem de Suſannæ exemplo eruditur. p.415
Virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio animitus ſemper exultat. p.416
Qui dolenter Deum quærit, de eo inuento ſibi exultim gratuletur. p.418
Quod plures peritè conſulunt, & decernunt, facilè vel vnus ſedulò actuoſus exequitur. p.420
Maledica contumelia contemptim ſurdis etiæ auribus excipienda; quippe quæ mendacium ſuum potiùs loquitur. p.421
Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe malè diuiſus: quare oportet, vt de multis vnus fiat. p.423
Improborum vituperium, nihil differt à laude: ſicut laus improborum nihil differt à vituperio. p.425
Qui inimicis parcit, Dei bonitatem æmulatur, & virginem ſine hoſtilitate victoriam reportat. p.427
Ne viuaciter turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas flabellat. p.428
Mendacium perduellionis reatu culpatur, filius & eſca diabolorum eſt; præſtigium ac faſcinum, & Atheiſmi officina. p.430
Inordinatè quis ſanctitate vacuus, ſanctitates aliorum intentiùs negotiari ſatagit. p.432
Iudiciorum ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit malè acutum. p.433
Humani teſtes virginem veritatem miſturâ mendacij conſtuprare ſolitant. p.435
Exarmata per Chriſtum mors, iuſtorum pectora feliciter votis implet. p.437
Præuia miſeria futuræ felicitati è diuerſo lenocinatur ad placendi gratiam. p.439
Ab humanâ cenſurâ vindicatur diuina prouidentia, dum immerita mala bonis tribuit. p.440
Nimius diſtrictiùs rigor, ſuperiorum politiam inuitiat: ergo benignitatis myſterio gubernandum eſt. p.441
Inquantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo. p.444
Sit veritas homini cognata, quâ integer homo eſt, potenter inſuperabilis, & præcoquus cæli inquilinus. p.445
Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimodè vindicatur. p.447
Vita humana viua mors eſt: & vſque adeò euanida,, vt producendo non augeatur, nec addendo creſcat; quia veniendo recedit. p.449
Mors aſſiduè meditata, ſpei argumentum eſt, ſanctitatis ſynonymum, & arcanum prophetiæ elogium. p.450
Aduerſitas patienter tolerata, florem decutit, radicem adipat; perſeuerantiam beatè fundat, & baiulo carcere portat ad portum proſpero errore. p.452
Manſuetudo eſt incommutabilis ſtatus, meritum gloriæ corporum, Dominici capitis ſpinis coronati puluillus, & tacita iniuriarum repulſa. p.454
Qui mendacium inflat, mentiendo laborat, præſtigiator eſt, Dei æternitatem arietat, adulter eſt, & Domini prædo. p.456
Velox curſus, etſi celerioris volatus æmulus, non in curriculo, ſed in meta laudatur. p.457
Pœnam ſine culpa pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt. p 459
Mortis memoriâ, vitæ negotiatio & character eſt; eius autem obliuio, probitatis iactura, & flagitiorum cumulus. p.461
Affectus eſt argutus pictor, oculus, cæcitas, peruerſitas, & à ſe abalienatio. p.462
Calumnia mendax ſupra mortem acerba eſt; & virtutum inſidiatrix ad malitiam ſubornat. p.464
Sontium impunitas eſt malitiæ velamen: nam punitio eſt pœnalis definitio ac proditio culpæ. p.466
Perfecta patientia, inuicta eſt, & propè inſenſilis atque vexationis definitio. p.467
In Deum ſegniter quærente, illius inueniendi repulſa ſubeſt. p.469
Grande eſt orationis myſterium, de orantis fiduciâ arcanum. p 471
Deum ritè ora, & illum exoraſti; imo & excantaſti. p.472
In periclitante Suſannâ, vox ſanguinis, iuſtitiæ, & caſtitatis magnâ voce Deo clamant. p.474
Oratio Deo debet eſſe attenta, vt orantis intellectus dici poſſit. p.476

Iniuriæ

Iniuriæ & probra æquanimiter tolerata, ad arcanæ orationis meritum è peruerſo acceptantur. p.477
Luctuoſa miſeria orantis, arcanus exorandi vigor eſt. p.479
Humilitas orationis vigor eſt, & impetrationis energia. p.481
Bonorum operum cum oratione nexus indiuiduus. p.482
Non ad caduca terræ bona oratio hiat; ſed ad cæleſtia & immortalia hianter ſuſpirat. p.484
Contra aduerſa quæque etiam infernalia, validiſſima ſunt orationis arma. p.486
Ductu ſacri textus aliqua orationis elogia perſtrictim adnotantur. p.487
Deus, ſecundum nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. p.489
Spiritus ſancti, Suſannæ vindicis encomium. p.491
Præcedentis theſeos materia de Spiritu ſancto, adhuc ampliatur. p.492
Pij deſiderij virtus, temporis neſcia, in æternitatem latè ſe inferre audacter negotiatur. p.494
Bona conſcientia eſt Trinitatis ſuffragium, iudex calumniantium, Angelorum gaudium, religionis titulus, & tutum aſylum ab inferni hoſtilitate. p.496
Qui puer præ humilitate eſt, apud Deum magnus eſt, dignitatiſque faſtum expiat; & Angelos æmulatus integer homo eſt. p.497
Vana gloria, victricum virtutum tumulus eſt; paſſionum progenitrix, criminum fomes; & concupiſcentiæ nomen arroganter detrectat: ſuperbóque mundi gloria, cæli adinſtar eſt. p.499
Suauitas in profectu virtutis, auaritiam piè æmulatur, ipſam ſitim bibit, beatitudinem vindemiat, & propè ab affectionibus redimit. p.501
Mali exempli vis potentiſſima, in ſpectatâ malitiâ noxiùs ac latiùs prolatanda. p.503
Concionator, ad oſtentandam facundiæ & ingenij pompam garrulus, dæmonum greges lautè paſcit. p.504
E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt. p.506
Chriſtiana amicitia, ſeu fraterna charitas, multis densè elogiis commendatur. p.508
Qui dura ſuſtinet, vt aliis in calamitate opem ferat, aliquid humano faſtigio celſius repræſentat. p.509
Reprehenſio ſic dura blandis miſceat, vt terrore demulceat. p.511
Silentium eſt innocentiæ lex, culparum ſepulchrum, loquelæ gymnaſium; & pars optima, quam ſibi Maria elegit. p.513
Quàm ſit ſublimiſſimè diuinum munus Euangelici Concionatoris, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò incumbit. p.515
Per arcanam ethicè antiperiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impaſſibilis redditur. p.516
Profectum in ſpiritu celeriùs, quàm par eſt, maturare, ſæpè ſtitionis principium eſt, & retrocedendi augurium. p.518
Non in vitæ annoſa longæuitate, ſed in morum honeſta maturitate, ſenectus cenſetur. p.520
Extraordinaria Prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem inuenit fidem. p.521
Acerbiùs caſtigata libido, libidinis ſcintillas periculosè euentilat. p.523
Victrix caſtitas libidini ſumptuoſiùs præualet; & profligatam virginitatem quodammodo reintegrat. p.525
Caro, quæ eſt nuptialis animæ dos, auctoritate iudiciaria carnem damnat; & ſe deſueſcens, in ſpiritum quodammodo refingitur. p.526
Fraterna charitas de concordiæ elogio, multimodè prædicatur. p.528
Pœnaliſſimum conſcientiæ tormentum, quandam delicti pompam ſumptuoſiùs oſtentat. p.530
Senectus vitiis inueterata, indocilis eſt, inflexilis, & in malitia penè obſtinata. p.531
Mortis memoria victricem mortem deuincit; venenatam vitiorum tineam inhibet, mundóque mutos facit. p.533
Diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt. p.535
Laſciua nequitia eſt, quæ hominem prolixâ annoſitate grandæuum non ſinit eſſe ſenem. p.537
Diu impunita peccatorum felicitas, acerbiorum pœnarum minæ ſunt. p.538
Enormius quorumdam vitioſitas, ad omnia flagitia inſolenter hiat. p.540
Praua diu conſuetudo liberam quamdam velut neceſſitatem ad peccandum inducere videtur. p.542
Qui correptionem detrectat, præproperus gehennæ inquilinus putatur. p.543

Qui pœnitentiam moroſè procraſtinat, in vitæ fine aut nolle, aut non poſſe negotiatur. p.545
Viuax peccatorum memoria, mira pœnitentiæ vi peccatum expungit. p.547
Cùm Deus peccatoribus pœnali animaduerſione iraſcitur, tunc illis elementiùs indulget. p.548
Tardat diuina ira, vt humana pœnitentia leniùs emendet, quod acerbior pœna duriùs expiaret. p.550
Inobedientiæ malum, de bono obedientiæ culpatur. p.552
Illiberalis Sacerdotum auaritia, multis vapulat, ne præſcribere videatur. p.553
Nimis eſt hominibus volupe, propriam vtilitatem impotenter affectare. p.555
Homo nequam reprehenſionem acerbiùs armat in reprehenſorem; quem velut Satanam putat. p.557
Angelorum perfectio, dignitas, maieſtas ſummatim traditur. p.558
Angeli velut ambitioſo officio, clientum ſuorum ſalutem negotiantur. p.560
Angelorum fortitudo & ſollertia ad ſuos clientes armandos, defenſandóſque. p.562
Expromptum Angelorum obſequium Deo exhibitum, multimodè expenditur, & commendatur. p.564
Ignobilis, imo nulla eſt auita nobilitas, quam virtus non fundat. p.565
Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. p.567
Nobilium ſæpe genealogia, valde dubia eſt; & coniecturis ac diuinationibus generoſa. p.569
Inclyta olim virtus, ſubſequutæ nequioris malitiæ emphaſis ſine exaggeratio eſt. p.570
Spectata pulchritudo, diluuij cauſſa eſt, idearum malitiæ machinatrix, & delictorum latrocinium. p.572
De blandientis pellaciæ vi, magnum eſt femineæ pulchritudinis myſterium. p.574
Caſtitas propria Iudicum virtus eſt: libido autem canam horum Senum Iudicum maturitatem abſtulit. p.575
Adſuetæ libidinis obſtinata malitia, velut impotenter ad voluptabilia hominem laſciuum rapit. p.577
Datúrne vitiorum virtus, auxiliari paſſionum ſuffragio victrix. p.579
Bona ſtrenuè voluntas, à virtutis labore ſabbatizat; Dei arbitrium eſt; & quantum vult, tantum mereri dicitur. p.581
Caſtitas eſt felicior nominis propagatio, mundus cæleſtis, muratior virtus, lilium inter ſpinas, & florida præcinctio. p.582
Caſtitas eſt ſpiritualizandæ carnis contentio, humanæ ſubſtantiæ funus, obſequij ſiderei meritum, & quoddam diuinæ puritatis participium. p.584
Humanus timor (qui timor idoli dicitur,) larnâ territat, euiſcerata autem timendi cauſſa, prodeſſe potiùs deprehenditur. p.586
Deſideriorum audax error, immetatè multus ac vagus, giganteum animum temerariè mentitur. p.587
Ille abundè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. p.589
Multum ſibi adiicit virtus tribulationibus ac periculis laceſſita. p.591
Prodigioſa peccati natura, in ſe parum cohæret, & in condignis ſuppliciis ſibi pugnat, de inidoneo rerũ abuſu. p.592
Homo crebris mutationibus varius, de inconſtantiæ culpâ, pœnæ nomine multis vapulat. p.594
Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij; & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. p.596
Conſummatáne virtutis perfectio, è vitiorum gymnaſio ediſcenda eſt; quomodo? p.598
Iniqua Iudicum malitia Adami & Diaboli æmula, atrociùs punitur. p.599
Iudicum peccatum nimis peccans, horrendè punitur. p.601
Deus dum acerbiora infligit ſupplicia, fatigari dicitur; fatigetur & Iudex, non delicietur. p.603
Impunitas delinquendi libido eſt: ergo de diuinâ Iuſtitiâ Iudices ad ſeueritatem erudiantur. p.604
Finalis Iudicij mala dies, nimis omnibus timenda eſt. p.606
Sacræ Sanctorum exuuiæ, & pœnitentiæ inſtrumenta, immenſitatem æmulantur: ſunt pignora & ſemina æternitatis, atque libidinis antidotum. p.608
Inconſulta ac leuicula nimis compaſſio, diſciplinæ crux eſt, muliebris affectus, & paganæ fidei confinis. p.610
Gehenna damnatis inflicta, vmbra Dei, humanorum affectuum in Deo ſimilitudo, viuens ac rationabilis pœna, & Dei abuſus nominatur. quare? p.611
Malè felix in hoc ſeculo, æternæ infelicitatis iam reus perhibetur. p.613
Deo ſe illidit omnis prauitas, dum malitiæ merito diuinam punitionem vltrò acceſſit. p.615
Gratitudo concupiſcentiam cohibet, iram

iam frenat, & legum obſequio obſequentius adulatur. p.616
De ingratitudinis vituperio, Suſannæ gratitudo commendatur. p.618
Inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci victoria eſt. p.620
Parentum erga filios amor, acerrimus eſt, pugnax, inexpugnabilis: inde Pater pœnaliùs caſtigatur in filiis; quos ſibi conuiſcerat, etiam dum illis iraſcitur. p.622
Lex beneficentiæ eſt cæca & muta obliuio, ne lingua ex lex gratiam conſtupret. p.623
Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt. p.625
Vt verè ac ſolidè gaudeas, de Deo gaude: gaudere de reliquis, gaudij abuſus eſt. p.627
Humana ambitio, diuinæ gloriæ furax, Chriſto præponi ſatagit, dignitatum nomina, re vacua inaniter affectat. p.629
Ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet: hic vel inſcius prophetat; huic Deus adeſt ad virium ſupplementum. p.630
Regij adminiſtri ex acceptis opulente donatiuis, hamata munera Regi ſolitant redonare. p.632
Mors continua recordatione præſens, dum peccata excoquit, beatam animi immortalitatem vindicat. p.634

TRACTATVS APPENDIX,

De Suſannâ figuratâ.

IN QVO

Virginis Deiparæ laudes in Suſannâ adumbratæ prædicantur.

PROOEMIOLVM de Mariâ Deipara ſumptuoſiùs laudandâ. p.636
Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe multimodè vindicatur. p.638
Deiparæ pura Conceptio à peccato Originali immunis, adhuc multis aſſeritur. p.639
Materia præcedentis paragraphi, pro immaculatâ Deiparæ Conceptione, ab originali labe limpidiſſimè immuni, productiùs ampliatur. p.641
Mariana immunitas à primordialis delicti labe, multimodè adhuc aſſeritur. p.643
Adhuc de immaculatâ Virginis Deiparæ Conceptione vindicias agimus. p.645
Immaculata Deiparæ Conceptio, adhuc ab originali labe multis vindicatur. p.646
Filius Deus ſuam matrem, non modò à peccati originalis periculo liberat, ſed & illius metu exemit. p.648
Deiparæ Virginis Natiuitas, cæli ac terræ exultatio eſt, & originalis malitiæ aborſus p.650
Deipara Virgo humanæ naturæ venuſtas eſt; & pulchra pulchritudine diuinâ perhibetur. p.651
Maria Deipara, æterna Virgo dicitur; & Chriſtus Deus, Marianæ virginitatis filius nominatur. p.653
Citra Angelorum inuidiam inſeritur Deiparæ menti Spiritus ſanctus, cuius ſeptem dona in ea oculata ſunt. p.655
Diuinæ maternitatis auguſtior arcanè ſublimitas. p.657
Quàm ſit piè arcana deſideriorum Deiparæ audacia. p.658
Deiparæ beata in cælis gloria ſumptuoſiùs prædicatur. p.660
Maria Virgo ſuos animitus clientes propè impeccabiles facit, & ferè ſecuros reddit. quare? p.662
Maria gratias ſpirat ſuis clientibus, eóſque ſuâ protectione validè clypeat. p.663
Maria erga homines, præſertim peccatores, multimodè benefica. p.665
Marianæ ad Filium orationis, precaria omnipotentia. p.667
Ductu ſacri Textus, varium Marianæ laudis ſpicilegium fit. p.669
Materia præcedentis theſeos productius ampliatur. p.670

SCOPVS AVCTORIS, ET OPERIS IDEA.

QVÆ hactenùs fuit, nunc illa ipſa eſt, erítque deinceps, donec vita ſupereſt, nempè vitiorum acre vituperium, & non incompta virtutum Panegyris. Perbellè Socrates: *Virtus, inquit, eſt ſtatua quædam in ſuâ baſi.* Do itaque firmiter pulchram, & pereleganter elaboratam omnium virtutum *baſim*; Suſannam, inquam, cæleſtium Gratiarum manibus factam venuſtè puellam, ad omnes ſanctitates natam, quæ maſculo robore virtutum molem egregiè fundat, æternúmque ſuo exemplo fundabit. Ipſa enim Suſannæ narratio, tamquam viua lex, virtutem non tam ſuadet, quàm iubet. Luculenter Nyſſenus: *Spirituale, inquit, legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes: adeò vt vniuerſa à Deo ſpirata Scriptura, ſit lex ijs qui ipſam legunt, non ſolùm per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens ad ſinceram vitæ inſtitutionem.* Erit igitur hoc commentario clarata de Suſannâ narratio, *Lex Domini immaculata* caſtitatis munditie, *conuertens animas* lectorum, *ſapientiam præſtans paruulis*, paruulis, inquam: Humilitas ſanè Scholaris eſt, & ſapienter docta: *Ego ſenex* (ait Auguſt.) *& tot annorum Epiſcopus, à collegâ meo nondùm anniculo paratus ſum edoceri.* Sapientia porrò multis eſt periculi cauſſa, non humiliter tractata, ſed contumaciter & inſolenter iactata. Neque hoc cenſeat agátve, vt quicquid ipſa non cenſet & agit, idcircò cenſorio dãnet ſupercilio. *Licet ſapere ſine pompâ, ſine inuidiâ.* O quàm multa paucis! Plus, opinor, ſignificat, quàm dicit. Vos ſoli in orbis theatro Sapientes? reliquis nec ingenij gutta, nec ſcientiæ mica? exhauſtus eſt iam communis ſapientiæ fons, quem vos ſoli abſorbuiſtis? ô fatuam inſolenter audaciam!

Socrates apud Concl in Encomio Sapientiæ præmiſſo ad Eccleſiaſticum.

S. Nyſſenus Præfat. in Cantica.

Pſalm. 18. verſ. 8.

2

S. Auguſt. epiſt. 75.

Seneca epiſt. 104.

Philo l. Quis rerum Diuin. hæres? Iudæ v. 10. Philo ſuprà. Philo l. de Abrahamo. Sapient. 1. v 3. Græcus Emiſen. Homil. 11. de Paſchâ. Claud. Marius ante l. in Geneſim. Philo l. de Abrahamo.

Tace, & audi præceptum pulcherrimum (ait Philo) *Inſcitia res eſt temeraria.* Nempe *hi quæcumque quidem ignorant, blaſphemant.* Profectò *multi aures, non mentem afferunt in auditorium*; oculos, non animum ad lectionem. Exinde voluntas elationis *pompâ*, gloriæ *inuidiâ*, & inuidiæ odio altè imbuta, mentem affectuum bibulam, malè inficit, & de ſuâ tincturâ deformiter colorat. Hinc peracerbæ rixarum contentiones: hinc ſapienter *glorioſus cruciatur felicitate modeſtiæ.* Quocircà iuxta Salomonis ſapientiam, inſoleſcunt *peruerſæ cogitationes*, &c. ſiue, vt eſt in Græco: *Diſcurſus tortuoſi, peruerſi, obliqui, verſuti,* quos non bona liuidè fabricat mens. *Quid ad hæc dicis homo, pretioſum vas ſapientiæ, imago Diuinitatis, & poſſeſſor generoſæ rationis?* Generoſa eſt hominis Ratio; ergò generosè res tractet, ſcilicet ſine *pompâ*, ſine *inuidiâ*, ſine æmulatione, ſine ſupercilio, & hoſtilitate; exemplo elementorum, de quibus Claudius Marius Victor concinnè pangit: *Contraria nempè, quæ putat humanæ ſollers ignauia mentis, dum certant, plus pacis habent.* Sanè *virtus ſedatiſſimo eſt ingenio*; nimis autem pugnax, omnis malitia eſt. *Vitium enim vinci ſe turpe non putat, aſſuetum ignominiæ.* Pugnare audet ſub alterutrâ fortunâ, contentum dummodò pugnet.

Plin. l. 1. epiſt. ad Minutium Attilius. Philo l. Quis ſit rer. Diu. hæres? S. Bern. Serm. 18. in Cantic. Sidon. Apoll. aliàs expenſus. Caſſiod. l. 7. Var. epiſt. 6. Prou. 15. verſ. 7. Symmach. Rabbi Salom. S. Auguſt. l. 3. de Trinit.

3 Sed quid adhuc ſcriptitis? nam vt Attilius eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit: *Satiùs eſt otioſum eſſe, quàm nihil agere.* Porrò *indoctos decet ſilentium*; & mendicos eleemoſynam petere, citiùs quàm dare. Verùm S. Bernardus tractans de fractione (hoc eſt diſtributione) panis doctrinæ, de meâ tenuitate vindicias agit, ſic fatus: *Sed quis franget? Adeſt Pater-familias, cognoſcite Dominum in fractione panis. Quis enim alter idoneus? Non equidèm iſtud mihi arrogauerim. Sic ſpectetis ad me, vt ex me non expectetis. Nam & ego vnus ſum de expectantibus, mendicans & ipſe vobiſcum cibum animæ meæ, alimoniam Spiritûs.* Et ſanè lingua prurit, & ſcripturit calamus in ſeculo nimis ſcripturiente. Siquid autem eruditionis ex diu aſſiduâ ſacræ Paginæ, & Sanctorum Patrum lectione hauſimus, aliorum iudicio permitto: *In verbis videbitur homo*; Siquid, inquam, (heu quantulùm!) comparauimus, *talia poſteris non tradere, hoc eſſet in longâ ætate peccare*, ait Caſſiodorus. Gnomen illam moraliſſimam Salomonis: *Labia Sapientium diſſeminabunt ſcientiam*, Symmachus vertit, *Labia Sapientium cuſtodiunt ſcientiam*; Rabbi Salomon, *Sapientes ſcientiâ coronabuntur*: quaſi ſcientia dum *ſpargitur, cuſtodiatur*, & *Sapientes coronat*, quorum ſapientiam miro incrementat auctario. *Ego ipſe* (ait Auguſtinus) *multa quæ neſciebam,*

bam, ſcribendo me didiciſſe confiteor. Mihi igitur ſcribere, non
tam docuiſſe, quàm didiciſſe eſt.

Saltem reſcribam illud Senecæ ad ſuum Lucilium: *Ceterùm* 4
quòd libros meos tibi mitti deſideras, indulgentia ſcio iſtud eſſe, Seneca epiſt. 45.
non iudicij; & ſi modò iudicij eſt, indulgentia tibi impoſuit. Sed
qualeſcumque ſunt. tu illos ſic lege tamquam verum quaram ad-
huc, non ſciam, & contumaciter quaram. Multùm magnorum
virorum iudicio credo: illi quoque non inuenta, ſed inuenienda
reliquerunt. Quare perſæpè addubitando rem ethicam pertra-
ctamus. Sanctus Auguſtinus libros ſeptem Quæſtionum ſcriptu- S. Auguſt.
rus, in Procemiolo ad lib. 1. ita ſcribit: *Siquis hac legere non fa-* tomo 4.
ſtidierit, ſiquas quaſtiones inuenerit nec ſolutas, non ideò ſibi ni-
hil collatum putet. Nonnulla enim pars inuentionis eſt, noſſe
quid quaras. Quarum autem ſolutio placuerit, de aliquâ parti-
cipatione doctrina gratuletur.

Scio ſemper illud verum: *In ſcientiis, ac praſertim in expo-* 5
ſitione ſacra Scriptura, nimis acuta ſunt parum genuina; qua Cornel. in Prolegom.
plus habent ſubtilitatis, minùs habent ſoliditatis, qua multùm ad Prouer.
habent ingenij, parum habent iudicij. Scitum illud Philoſophi:
Chryſippi acumen in ſeipſo refrangitur. Nimia enim acumina, Chryſipp.
dum in minimas earum ſubtilitates, velut in atomos indiuiſibi-
les diſſecantur, ſui tenuitate diſſoluuntur; vt mentis aciem fu-
giant, & euaneſcant. Quid ſubtilius aranearum telis? ſed quid
inutilius? Hæc in re literali ſemper vera ſunt: in re autem mo-
rali ipſa quoſdam fallacia malè dulcis delectat: & plaudunt men-
tito acumini, quod ſacer textus, aut Patrum commentarius in
ſuperficie præfert, iuxtà illud Tertulliani: *Maior boni portio* Tertull.
modico malo ad teſtimonium ſui vtitur. Heu nimis verè! ſed *non* l. 1. contr. Marcio.
timet veritas falſitatis inſidias. At non bona hæc eſt ingenij va- Emiſen.
letudo, curanda citiùs quàm fouenda. Bellè dictum: *Impoſturam* Homil. 1. de Epiph.
fecit, impoſturam paſſus eſt.

Ex Sanctorum Patrum defloratione (ſicut apes ſua mella) hoc 6
Opus conſtruere ambimus. Theſium enim ethicarum varietas, Seneca
vt remouet nauſeam, ſic audienti dulcior eſt: *Lectio varia de-* epiſt. 45. Philo l. de
lectat, ait Seneca. Addit Philo: *Bracteas autem auri concidit* Sacrif. Abel.
Legiſlator in fila, ad contexenda quædam ſua opera firmiùs. Ad
eumdem modum ſermo quouis auro pretioſior, ex variegationi-
bus, innumeriſque ideis laudabiliter abſoluitur. Inde ex vario
ſacri textûs ductu, Concionatori concionum materiandarum
conceptaculum plurifariàm ſuppetit.

Ex archiuis Biblicæ eruditionis, & Sanctorum Patrum mo- 7
numentis dicendo depromimus. Sed ais cum Climaco: *Pudor* S. Climacus, Gradu. 22.

eſt alieno ornamento gloriari. Caue vt de te dicant: librorum conditorem ſeu *parentem eum præda fecit, non natura.* Ceterùm (vt ex Lipſio alias præluſimus) *lapides & ligna ab aliis accipio, ædificÿ tamen extructio mea eſt. Architectus ego ſum, ſed & materiam variè vndique conduxi: nec aranearum ſanè textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt: nec noſter vilior, quia ex alienis libamus, vt apes.*

Emiſ. Homil. 11. de Paſchâ. Lipſius alias exſcriptus.

8 Stilum præſcripſit Petrus Cellenſis: *Scriptura*, inquit, *quaſi matrona quædam grauis & grandæua, licèt ſtibio, purpurâ, & ſerico recuſet ornare genas ſuas rubentes ſatis naturali vigore, & decore; tamen illis Philoſophorum ſtudiis, & doctrinis, quæ tantummodò in facie verborum gloriantur, nequaquam inferior inuenitur. Senſu namque maieſtas eius venuſtior, numeroſa ſententiarum compactio validior, intellectus vtilior, fructus vberior, lectio modeſtior. Hæc tam habitum, quàm vitium meretricium reſpuit, vt ampliùs placeat nucleus ſub cortice, quàm mendax fucus in vertice.... Quicquid ergò eloquium ſonat diuinum, & vnum eſt fidei vnitate, & aureum ſenſûs profunditate. Vnum ne dilanietur errore, aureum ne vileſcat ſermone nudo, & ruſtico.* Quare ſtilus, etſi non criſpandus, negligendus tamen non eſt; ne ſicut Iſmaël videar *ruſticè ſapiens.* Hæc idea, hic Operis ſcopus; nempè ſic ſtructus virtutis Panegyricus, & vitij vituperium litterali commentario attextum.

Petr. Cellenſis lib. 2. expoſit. Tabern. apud Euſeb. l. 1. Aſcet. Doctrinæ.

Philo l. de Profugis.

IN

IN

SVSANNAM DANIELICAM,

COMMENTARII LITERALES, ET MORALES.

§. I.

SVSANNÆ DANIELICÆ PANEGYRICA HISTORIA,

Materiata de alieno, de proprio concinnata.

1 S. Ennod. in Panegyr. S. Paullin. epiſt. 26. MAGIS *diligo proſpera, quæ ſumunt à deſperatione principium.* Humana felicitate nunc beari quærit humanus error; Iuſtus autem (qui eſt aliquis virtutis faſtus) *de periculo inuenire ſalutem* præſumit. Sæpè infelicitas eſt felicitatis prooemium, & proſperum è peruerſo auſpicium.
S. Paullin. epiſt. 35. Prooemiolum. *Magiſter Gentium ait, arcano diuinæ pietatis conſilio, & magno humanæ ſalutis emolumento, opponi quoſdam obices curſibus noſtris* (vt famæ damna, vitæ diſcrimina,)
Gratior eſt poſt aduerſitatem proſperitas. *quia tribulatio patientiæ robur operatur, & patientia præmium gloriæ confert, quod certè virtus capere, niſi victrix non poteſt, non habitura victoriæ facultatem, niſi tum aliquâ priùs difficultate certarit.* Victorialis gloria, ſtrenui certaminis ſtipendium eſt; feliciter naufrago gratior eſt portus, dulciùs
Adagium. nitet *poſt nubila Phœbus*; & in picturis nigrior vmbra, claritatis vigor eſt, & fulgorum lenocinium.
Euſeb. 8. Strom. S. Zeno, Serm. de Timore. Sic *Ionas tutior*, ac felicior *piſcis aluo, quam alueo nauis* fertur: Sic Daniel *leonibus obiectus in periculo prandet, qui ſolet extra periculum ieiunare*; quaſi iam periculo exemptus,
Idem, Serm. de Spe. S. Ennod. in Paneg. *Spiritus-Sancti conuiua* foret. *Curſim iſta tranſcendo, ne pigrioris ſtyli vitio ſerus adueniam* Suſannæ laudator.
Idem ibi. *Sed quid faciam, cui fœcunda actuum tuorum ſeges occurrit? vbi vniuerſa eligentem ſuperant? Neſcio quas ariſtas horreis inſeram, quas relinquam.*

Sed quid dic m de Heroïde, cuius nomen, 2
non tam Syllabis, quàm vocalibus Sacramentis ſonat? Caſſiod. l. 10. epiſt. 7.
Præcipuâ fruitur laude, cui eſt honor à nomine, cui perſonæ elogia inſculpta ſunt, quæ compendio euulget.
Quis non dabit Suſannæ *ſummam omnem, cuius nomine totius virtutis mentio titulata eſt?* Tertull. l. de Anim. c. 23.
Porrò Suſannæ vocabulum oculis, & auribus *lilium* offert; Auctor infrà §. 5. num. 4.
lilium inquam, corporis, & animi candore conſpicuum. Nomen Suſannæ moralitatibus grauidum.
Sonat etiam *obtentum lilij ſui*. Sic eſt pulchritudinis aura, femineæ pulchritudinis gloria, vt oculorum tenùs *lilium obtendat*, & oculis dumtaxat exhibeat *corporis floriarium*! S. Zeno, Ser. de Lazaro.
Sonat etiam Suſanna (etſi *delicata nimis*) *marmor Parium*. Hic v. 31.
Sic de cælo flectineſcia, tamquam *virtutis alipta, viua martyr, & ſpirans columna*, criminationum molem eualui: ſuſtinere! S. Naz. Orat. pro Baſil.
Eſt etiam Suſanna, *Animi, & cordis oblectatio*; ita dulciter ſpectatores amœnat, ſed malè dulci pulchritudinis veneno: quare nomini inſcriptum præfert etiam, *Seduxit, circumegit*. Sic ſunt intuta ſpectatæ pulchritudinis vota, quæ libido ſuggerit feſtinata!
Quin & *Suſanna interpretatur, Eius gratia* (cuius?) *paſſer, ſubleuatio gloriæ*, non ſine arcanâ nominationis epitaſi. Anonym. l. 1. de vid. Sarep. Homil. 2. Tertull. aliâs expenſas.
Hæc & alia Suſanna *nominis Sacramento* egregiè no ificat: *quæ omnia eximiùs impleta ſunt, quàm nomine dicuntur*: S. Ennod. in Paneg.
neque enim nomen re nominis vacuum Suſanna geſtauit, quæ plenè actibus totum ſuum vocabulum adimpleuit.
Sanè tantus bonorum conuentus in fœminâ, gratia eſt, non natura...... Defers enim fœmina, dum colis in pulchritudine caſtitatem; fœminam reprimis, dum ſeruas in Babylone pudicitiam; Hildeb. epiſt. 25.
vtrumque præfers, dum, *Eius gratia, & gloriæ ſubleuatio* nominaris. Anonymus 1.

3
Ieroſolymis Suſanna naſcitur, *à quâ velut à* S. Naz. Orat. 28.

S. Zeno Ser. *communi fidei emporio*, tranſuena abducitur,
le æterna iam infidelis Babyloniæ *nobilis inquilina*; ſed
generat paganæ prorsùs fidei exors. Porrò Babylonij
S. Zeno Ser. *colunt vani vana figmenta, in quaſlibet formas,*
in Pſalm. 49. *vultus, ſexus, ætates, auri, argentique detrimen-*
Emiſen. Ho- *to matris lima moderato dente figurata.* O Ba-
mil. bylon *per totas tibi ſiluas ſpargenda religio, per*
Quid Idola, *totos tibi montes, & valles diffundenda vene-*
&c. *ratio eſt. Habes quot ſtipites, tot auctores;*
Suſanna in *quot ſaxa, tot numina.* Hanc barbaricæ reli-
in Babylone, gionis impudentiam vagam, & morum impu-
vitiorum nè petulantiam, Dei popolus odit, *odit ciui-*
metropoli. *tatem impiorum, ſedes impiorum execratur, ci-*
Baſil. Seleuc. *uitatem criminum officinam, odit populum lu-*
Orat. 12. *xûs opificem, à temperantiâ alienum, cupidi-*
tati obſequentem. Nam eiuſmodi populus ar-
matam in Deum linguam gerit, vrbs eſt Idolo-
rum amans, Dæmonum ſerua, ignara Creatoris.
Clem. Alex. Talis erat regia Chaldæorum vrbs in qoa re-
7. Strom. c. 4. gnabat *voluptas vitiorum Metropolis.* Hebræi
Emiſ. Ho- exules *hic erant, & toti non erant*: nam In pa-
mil. 5. ad Mo- triam Ieroſolymam animo coloniam duxe-
nachos. rant: & *quod alienum eſt locis, ſuum facere*
Idem Homil. *officiis* nitebantur. Hoc commune fuit Hebræi
de SS. Ephi- popoli votum: *Diſpliceamus ergò his, & gra-*
podio, &c. *tulemur, iiſdem nos diſplicere, quibus & Deus*
S. Paul. epiſt. *diſplicet.*
6.

4 Regni Iudaici ruina ineluctabilis, hùc pios
æquè, ac prænobiles expulit Suſannæ parentes,
Euſeb. *cùm miſericors Dei vindicta maluit populum*
Strom. 8. *ſuum extraneo ſeruire Principi, quàm vitiis*
cap. 2. *propriis. Abductúmque à Chaldæis ad pietatem*
Suſannæ in *erudiuit calamitatum diſciplinâ; & captiuitate*
Babylone *corporis, animi ſeruitutem redemit.* Cum primâ
educatio, & Iudææ nobilitate, Suſanna Ieroſolymæ extor-
excultior ris, Babylone exulat. Apage *exulem vocabis?*
pædagogia. *eſt ne ei certa ac definita patria, cui omnis*
S. Naz. Orat. *terra, cui nulla terra patria eſt?* Nuſquam in
27. terris exul eſt, quiſquis virtutum priuilegio
Exul Suſan- ſuum io cœlis municipatum præhabet, degens
na non erat inibi potiore ſui parte, animo inquam. O qua-
exul, quare? li hic pædagogiâ Suſanna educatur! *Vult*
Tertull. l. de *Cleantes non ſolum corporis lineamentis, ſed &*
Anim. c. 5. *animæ notis ſimilitudinem parentibus in filios*
Suſanna ſpe- *reſpondere, de ſpeculo ſcilicet morum, & inge-*
culum, & *niorum, & affectuum.* Profectò genuiſſe, libidi-
imago pa- nis indicium eſt, od omnem pietatem nobili-
rentum. ter inſtituiſſe, ſtrenuæ virtutis documentum.
Caſſiod. lib. 2 *Prouidentia* paternæ *ratio eſt in tenerâ ætate*
epiſt. 15. *merita futura tractare, & ex parentum virtu-*
tibus prolis indicare ſucceſſus. O fauſtum au-
Euſeb. gurium! *Helcias Suſannæ pater vtilior proli*
Strom. 8. c. 1. *fuit, quia iuſtus, quàm quia nobilis, quanto præ-*
ſtant ſanguini mores, & corpori animus; regia
Iuda Tribus ſplendore clarus præluxit virtutum
decore, quas curâ educationis transfudit in ſobo-
lem. Hoc præmium ſuæ diligentiæ conſecutus,
quòd æquè nobilis liberis ſuis eſſet, ac Proauis.
Iuuit indolem puellæ inſtitutio, quæ naturam vin-
S. Paullin. *cit, aut ducit.* Quare Suſanna *etſi adhuc flore an-*
epiſt. 35. *norum vernabat, tamen morum ſenectute canue-*
Puella Su- *rat, & ætatem puellæ ſtipendiis ſenectutis orna-*
ſanna anti- *bat.* Paternis fuit inſtitutis docta virgo om-
quauit mo- nem pudorem, omnémque legis obſeruantiam.
res.
Euſeb. ſuprà. *Nihil eâ religioſius, nihil verecundius. Eru-*
beſcentia, quæ virtutis color eſt, commendabat
ſpeciem Suſannæ, & ipſis Barbaris non concu-
piſcendam, ſed venerandam fecit. Nempè ve-
nuſtæ puellæ cauta modeſtia, præcoquâ gra-
uitate ſenſim auertebat, *quod fides pagana con-*
dixiſſet. Helcias pater, quam ore docebat *fi-* Tertull. de
dem, exemplis, & dictis fortibus armabat; re- ſpect. cap. 17.
putans de *irrationabili clementiâ*, & inetti pæ- S. Paull.
dagogiâ fore, ſi vel in Angelicâ Suſannæ indo- epiſt 11.
le non præfocoret *præcepto medicante auari-* Theoph.
tiæ lepram, & inuidiæ ferruginem, & intempe- Alex epiſt. 9
rantiæ cæcitatem, & iracundiæ phreneſim, & Paſchali.
luxuriæ paralyſim, quæ iam diu Babyloniorum S. Paulin.
mores toxicauerant. *Bonum itaque ſi puellæ* epiſt. 11.
ſtudia parentum quaſi flabra pudoris aſpirent. S. Ambr. l. 2. de Virginib.
Sed illud glorioſius, ſi tenera ignis ætatis, etiam S. Paull.
ſine veteribus nutrimentis ſponte ſe rapiat in fo- epiſt. 18.
mitem caſtitatis. Ita ſoletter parentes ambo, &
lubricas obturabant vitiorum vias, & ſancti-
tatum omnium *itinera praniabant*, ore ſimul,
& opere inſtitutores egregij. Sic in Babylone,
vitiorum proſtibulo, libidinum emporio, &
fœcundo prauitatum omnium ſeminario, *di-* Hildeb.
uinarum ſtillicidiis Scripturarum, pudicitiæ li- epiſt. 36.
lium (Suſanna *lilium* ſonat) *ne marceſcat, ri-* Hic verſ. 3.
gare meminerunt. Parentes enim illius, cùm
eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm
legem Moyſi.

Ex hac, licèt in Babylone, cæliſcholâ, em- 5
pyreâ indole adiutâ, Suſanna *ingenitâ ſimplici-* S. Paull.
tate tam pura animi fuiſſe perhibetur, vt ferè epiſt. 34.
peccare neſciret,.... puella, & malitiâ paruula,
non ſolùm gratiâ. ſed & mentis infantiam ge-
reas. Ex hâc ſollicitiore inſtitutione venit, vt Puellæ Su-
à teneris annis Suſanna *fuerit matura ſemper,* ſannæ mores
humilis, cauta, prudens, prouida, omni neceſſi- egregij.
tate contenta, quâuis tribulationum tempeſtate S. Zeno Serm. de Patient.
tranquilla,.... alteratio quid ſit ignoraas. In pa-
ternarum ædium latebris abſconſa *pudiciſſima* Euſeb.
puella, nec videri, nec videre volebat; atque Strom. cap. 8
externæ lucis cautè refuga, *corpus ſine vmbrâ* S. Zeno Ser.
geſtabat. Hæc virguncula Suſanna, quæ *adhuc* de Natiuit.
in tano flore degebat adoleſcentia, nec virtu-
tum meſſem lactens ante experimentum culmus
attulerat. An quiſquam *dubitaueris etiam nunc*
an perfecta fuerit, quæ de perfectione cœpit? Si S. Ennod. in
legitimè coronanda ſit agone decurſo, cùm cur- Panegy.
rere cœperit à corona? Suſanna domi clauſa la- S. Paulli. epiſt. 26.
tebat; ſed oris venuſtas, morum elegantia, & Suſanna erat
virtutum fulgor foràs erumpebat. Quis pro- Hebrææ
hibeat Solis radios, & ſplendoribus compedes gentis de-
iniciat? *Splendebat omnis* Iudæorum *gens ra-* cus.
diata ac repercuſſa ſuorum luce meritorum: & Emiſ. Ho-
quicquid ab vna Suſannâ *in vniuerſorum gra-* mil. de S.
tiam perueniſſet, rursùm ab vniuerſis ad vnius Maximo.
gloriam reuertebatur.

Apud Hebræos, de Moyſis oraculo, male- 6
dicta ſterilis habebatur: congenita enim *carnis* Tertull. l. 2.
concupiſcentia, ætatis officia defendit, & decoris ad vxor. cap.
meſſem requirit: quandoquidem ipſa *ſecularis* 4.
concupiſcentia cauſſas habet, gloriam, cupidi- Suſanna nu-
tatem, & inſufficientiam, per quas nubendi ne- bit Ioaki-
ceſſitatem ſubornat. Itaque cùm *matrimonium* mo.
ſit libidinis venia, & legitimæ poſteritatis ob-
ſes, & *homo matrimonij ſeges ſit*; quiſquis vir- S. Naz. Orat. 30.
ginitatem olim præ nuptiis honeſtaret, *re-* Baſil. Seleu.
rum vniuerſarum abrogationem decernere, & l. 1. de vitâ
vaſtitatem orbi terrarum, & viduitatem indu- S. Teclæ.
cere vulgò putabatur. Ergò de priſci ſeculi Idem ſuprà.
præſcriptione, Ioakimo in paucis opulento, ac Olim virgi-
nobili, nubilis iam Suſanna auſpicatò nubit; nitas in pre-
& pari ſanguinis purpurâ generoſam ſobolem tio non erat.
adæque tingunt. Parentum obſequium, Gentis
conſuetu

Tertull. de cultu fœm. cap. 3. Hildeb. epiſt. 56.

conſuetudo, & dignitas formæ nuptias conciliarunt. Accitur vxor, cui nihil deeſt ad gratiam coniugij in ſobole, ſuam deoſculatur imaginem: in cellariis clauſa eſt totius anni fœcunditas, in loculis opes nobilitati ſuppares, inquilino maiores. Felix Ioakim inueniſti pulchrum adiutorium tibi, ad te habens conuerſionem ſuam: de tuo nutu pendet, & de tuo ſtatu ſiſtit, in veſtigiis tuis ambulat, in animâ tuâ animatur, pro vitâ tuâ deficit, vt in tuâ vitâ reficiatur. Crediderim, Ioakimus hoc vno matrimonio concupiſcentiam expiauit. Ita Suſanna oris venuſtate, & morum elegantiâ in dies à marito extorquebat, vt ipſam plus amaret, cùm ad omnem domeſticam gratiam haberet ambitioſum ſuffragium, coniugem inquam. Ergò fateamur neceſſe eſt eam Suſannæ nomen, & rem Matronæ cumulatiùs impleuiſſe, cui nec ex opulentis deliciis, nec ex poteſtatis licentiâ, nil ex lenocinio ſexûs ad inhoneſtatis periculum ſubrepſit. In eâ præter virtutem nil virtus inuenit. Fœcunda prole Suſanna maritum beat, & familiam generosè amplificat. Ceterùm noua Euangelij lex virginitatis vindex, hanc legi Moſaicæ felicitatem non inuidet. Porrò ex nuptiis nulla ſperatur impunè felicitas, quam primò neceſſe eſt quâdam carnis contumeliâ comparari: infeliciter ei ſuccedit, quæ ſucceſſum, virginitatis mercatur impendio. Magni ſoboles emitur, cuius conceptus infeſtatio eſt pudicitiæ, partus vitæ. Sed adhuc periculoſiori contumeliâ in ſtadio mariti Suſanna infeſtatur. Nulla eſt tam bona fortuna de quâ nil poſſis queri.

S. Paull. epiſt. 29. Bonæ vxoris dotibus Suſanna nitet. Tertull. l. 2. ad vxor. c. 5.

S. Paullin. epiſt. 3. Idem epiſt. 31. Hildeb. epiſt. 48.

Suſanna fœcunda maritum beat, familiam generosè amplificat.

Hildeb. epiſt. 16. Nuptiarum moleſtiæ.

Tertull. l. de Coron. mil. cap. 4. Seneca in Prouerb.

7 Cùm Ioakim Suſannæ maritus, opibus antecederet omnes, & nemo illum nobilitate, magnificas quas habebat ædes, quibus annexum amœniſſimum viridarium, ceteri Iudæi in forum & curiam elegerunt. Contribulibus exilio afflictatis vltrò annuit Ioakimus in omnes largè beneficus, locuples, vt habens non habeat, quia non ſibi, ſed non habentibus habens: domus ſua hoſpes eſt, vt ſit hoſpitum domus: patria ſua peregrinus eſt, & exul iſtius mundi, vt ſit incola Paradiſi. Hac de cauſsâ ad ipſum confluebant Iudæi tamquam ad calamitatum aſylum, quod magnum illi nomen cõparauit. Virtutis genus eſt ſubſtantiam non amare, vbi tantùm opinionis acquiritur, quantùm facultatibus abrogatur. Iudices eo anno Iudæorum erant Sedecias & Achab, ſolo venerandi ſenio, prouectioris malitiæ quàm ætatis; & quoniam deſperabant de morum grauitate, ſpem omnem in annorum numero collocarunt. Iuridicinâ in dies diſſolutâ, & litigatoribus poſt meridiem recedentibus, quò virorum declinaret oculos, ſpecioſiſſima Suſanna animi cauſsâ in viridarium ſpatiari ſolebat. Iudices hi tardiùs recedebant ceteris, fortaſsè canitiem non verebatur Matrona.

Euſeb. 8. Strom. c. 5. Ioakimi nobilis beneficentia. S. Paullin. epiſt. 2. Senes Iudices ſolâ canitie venerabiles. Hic verſ. 4.

Caſſiodor. l. 2. epiſt. 2. Euſeb. ſuprà.

Emiſſ. Homil. 5. ad Monach.

Euſeb. ſuprà.

8 Quare cùm populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui, quod alij paradiſum, xyſtum, ſeu ſtibadium appellant alij. Ita vocantur in hortis ſedilia herbacea, & ex floribus. Dum torrente Sole Babylon æſtuat, Suſanna fallit clementiſſimo receſſu inclementiam canicularem, & paradiſea ambulacra cautè frequentat, ne honeſtum à ſudato calore leuamen arbiter profanus impediat, aut clamor intemperans familiæ ſtrepentis obtundat. Dant ſeceſſum vicina ſecreta, vbi dum erratici palmitum lapſus nexibus pendulis per arundines baſulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Benè hic dum in arbores & vites, quas videt oblectante proſpectu oculos amœnat, animum ſimul paſcit obtutus. Ibi ſolutus animus in quietem, ſolemnes ac ſtatas domeſticæ curæ fatigantis inducias ſortitur; locus etiam cum die conuenit, & mulcendis ſenſibus ac fouendis ad lenes auras vmbræ blandientis, hortorum facies amœna conſenuit. Gaudet interim ſapiens Matrona in arboreto contemplari, & contemplando philoſophari, quomodo arbor, granum eſt primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcula euiſitur, deindè rami & frondes inualeſcunt, & totum arboris nomen expanditur; inde germinis tumor, & flos de germine ſoluitur, & de flore fructus aperitur: is quoque rudis aliquandò & informis paullatim ad ætatem ſuam dirigens eruditur in manſuetudinem ſaporis. Alibi in pomario iucunde perſpicit quomodo frutices inoculantur, & folia formantur, & germina inflantur, & floſculi inornantur, & ſucci condiuntur. Aliorsùm curioſiùs videt vitem adhuc teneram & impuberem, intelligentem tamen iam opera ſua, & volentem aliſubi adhærere, cùm innixu, vel innexa proficiat. Deinque non expectatâ ruſticâ diſciplinâ ſine arundine, ſine coruu, ſiquid attigerit, vltrò amabit; & quidem vitioſius amplexabitur de ſuo ingenio, quam de agricola arbitrio properat eſſe ſecura. Sic honeſtè honeſtiſſima Matrona a domeſticâ ſollicitudine laxamentum quærit, & ſuauiorem, quam reſpiret auram in Babylonico æſtu. Sed ecce tibi Suſannæ nihil æquè noxium fuit, quam voluptatis admixtio in conceſſis..... latrociniis occurſura voluptatum; non ſuâ leuiculè voluntate, ſed prauâ ſpectatorum Senum cupiditate.

Cerda in l. de Coron. Mill. cap. 4. nom. 80. Sidonius Apollin. epiſt. ad Domitium.

S. Cyprian. epiſt. 2. Suſanna domeſticum veridarium frequentat.

Tertull. l. de Virg. veland. cap. 1. Suſanna in arboreto philoſophatur.

Tertull. l. de Anim. ca. 19. Idem ibid.

Vitis deſcriptio.

Hild. epiſt. 31.

Anima oculos parit tranquillitatis deſiderio: quare de humano vitio eſt, quòd oculi quietos iam ſenio mores inquietent. Lædit etiam ſenium liber obtutus. Viſu feruet cupiditas. Heu ad cupiditatem anni recurrantur! morbus alioqui immedicabilis. Scilicet videbant eam Senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Nullo ſui vitio, ſed inornatæ pulchritudinis illicio, libidinis ſcintillæ malè in Senibus emicant. Erat ſancta fœmina naturaliter ſpecioſa, non ideò ſit occaſioni. De cautelâ periculoſæ occaſionis, exquiſitum cultum abiecerat, & ornatu pudicitiæ ornata, & decenter inculta domeſtico habitu ſpatiabatur inculta, incompoſita, cruda, rudis: nam ambitioſa exaggerandæ venuſtatis ornamenta, damnata, & emortua mulieris impedimenta ſunt, quaſi ad pompam funeris ſui, & etiam alieni. Porrò affectatus decor, & quicquid aliud quàm quod natum eſt, faſcinat oculos intuentium. Erat ergò Suſanna operoſa de Matronæ caſtitate, otioſa de ſtudio placendi per decorem. Nam vbi pudicitia, ibi vacua eſt pulchritudo. Oculi è niue etiam ignes ſuſcitant, è genere ſiliceo incendiarius eſt viſus, atque illius fœmineæ formæ ignes parturit. In quodam monte Orientis lapides ſunt igniferi, qui maſculus & fœmina nuncupantur, & dicuntur Peryboli, qui nimirùm cum a ſe inuicem procul

9 Philo l. de Mig. Abraham. Euſeb. 8. Strom. ca. 5. Tertul. l. de Pallio cap. 3. Hic Verſ. 8. Suſannæ pulchritudo, incompta, ac rudis. Tertull. de Habi. mul. cap. 3. S. Paullin. epiſt. 7. Tertull. de Habit. mul. cap. 2. Idem ibi, c. 1. Oculi libidines ſcintillant. Hildeb. epiſt. 31. Tertull. de Cultu fœmin. c. 3. B. Petr. Dam. Opuſc. 52. de Bono relig. ſtatu, apud Euſeb. ſuprà.

 ſunt.

Saxum à rupe fœminâ ietutum.
S. Naz Orat. 2. in Iulian.
Inhoneſtus Seniorum viſus.

ſunt, non accenduntur: Si verò fœmina appropinquauerit maſculo, protinùs ex eis ignis egreditur, ita vt omnia quæ circà montem ſunt, flammis voracibus exurantur. Itàque *ſiue hæc vera ſint, ſiue fabuloſa, veritatem in figmentis obiter demonſtrantia*, de exanimali, atque agreſti Saxorum Scholâ erudimur, quàm ſit maſculus rupes à rupe fœminâ intus. Senilis etiam ætatis hyemem, & canorum niues, oculorum ſufflammat pyra.

S. Naz. Orat. 42.

Eam familiaritatem odi, quæ contrahitur per aërem, quem viſa alterius ſexus pulchritudo perniciosè toxicat, & ſcenicè inuitiat. Porrò animus pulchræ viſionis œſtro excitus,

S. Zeno Ser. ſuper *Attende ſibi.*
Mentis libido ſenum vox ſcotit.

ſubitò cogitatione mentis percurrit, & euolat ad loca peccati, maligna deſideria mente concipis, colloquia quoque intra ſe inhoneſta fingis, & turpia; & totus in occultâ mentis ſuæ officinâ vniuerſam ſibimet libidinis imaginem deformas, geſtúſque deſcribis. Huic incendiario animirùs malo nulla præſcribit ætas, ad rem meditatæ libinis, effœta ſenectus iuueniliter eualet.

Theoph. Alex. epiſt. 1. Paſcha.
Tertull. de Habs. mul. c. 9.
De Virg. Velandi. c. 2.
S. Zeno Ser. de Fide, &c.
Tertull. de Virg. vel. c. 2.
S. Paull. epiſt. 4.

O *muro continentiæ vallemus animam.* Porrò horum Senum *ætates denique requietas, & in portu modeſtiæ ſubductas*, iuuenilis libido per oculos extimulat: nec ſenilis *erubeſcit ætas exoptata votis*, malè ad luxum iuueneſcere. *Ideò lineamento puerili depingitur amor, quia eius laſciua lubricitas nec annis ſenilibus temperatur.* Heu in nullâ ætate *nullus affectus tutus eſt*! Pereunt malè Senes in viſâ Suſannæ formâ; & in Senum aſpectu petit aliter Suſanna; *viſu ſuo vacua, & operoſa* quidem *alieno.*

Caſſiod. l. 11. epiſt. 3.

O Senes malè Iudices! quomodò *depopulatricem humani generis luxuriam a veſtro populo ſegregabitis?* Hinc Suſannæ pudor, & Ioakimi honor periclitatur.

Seneca in Prou.

Sanè *magno cum periculo cuſtoditur, quod multis placet.*

10

Virgilius, 4. Æneidos.
S. Naz. Orat. 2. in Iulian.
Hic Verſ. 11.

Itaque Senex vterque *cæco paſcitur igne*, & albeſcens longeuæ ſenectutis canis, ſalaci ardore iuueneſcit ad luxum, atque *amorum ceſtum aſſumit* inſcio alterutro: *erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam.* Vterque erubeſcebat criminis conſcium, etſi augurabatur libidinis ſocium.

Euſeb. Strom 8. c. 8.
Conſpirant Senes pari libidinis conſenſu.
Hic Verſ. 12. & 13.
Senum amicitia colludit in facie Suſannæ.
Emiſ. Homil. 1. de Epiphaniâ.
Seneca in Prouerb.
S. Zeno Ser. de Auaritiâ.
S. Zeno Ser. de Paſchâ.

Sympathiâ quâdam ſeſe agnoſcunt ſceleſti, & mirâ conſenſione conſpirant etiam multi. Ipſa ſe erubeſcit malitia; inueterata autem impudentior, ac petulantior eſt; licèt ſemper aliquâ ſe tueatur cautelâ, ſed in quâ facinus tranſpareat. *Dixítque alter ad alterum: Eamus domum, quia hora prandij eſt.* Famem prætendunt, quò ad prandium eant; breui tamen eos reuocauit libidinis fames, quâ medullitùs depaſcebantur, & ipſam oculis libidinis *ſitim bibunt.* Re palàm detectâ, & amico libidinis fœdere fœdè inito. (Heu *amici vitia ſi feras, facis tua!*) veteratorum Senum ſceleroſa *amicitia magis in facie* Suſannæ *colludit, quàm in cordibus commoratur.* Ergò venuſtiſſimæ Matronæ ſpectatores, diutius ſtant impranſi, ſpectandis *voluptatibus compediti.* Indefeſſus inediâ perdurat amor: nam *nouit ipſe ieiunij quoque ænigmata.*

Clem. Alex. Strom. 7. c. 7.
Libidinis ieiunia ænigmaticæ, quæ?
Hildeb. epiſt. 31.

Scilicet ieiunâ corporis macie, in ambitioſo caſtæ Matronæ amore, *ieiunij ænigmata* Senes peragunt, nec deficiunt, vt oculis adipeſcerentur ſpectatæ pulchritudinis ieiunâ inaniter ſaginâ. O pudor! Sic canorum, & Præfecturæ auctoritas dediſcitur? Profectò *nihil eſt quod homini ſit inutile, niſi homo ipſe. Nulla ei mentio de ſe, nulla cura pro ſe, nulla reuerentia in ſe.* Hi amantes, vel potiùs amentes,

Tertul. de Anim. cap. 19.
Clem. Alex. l. 8. Strom. c. 8.
Libido reſingit in belluam.

qui vel modico tempore viduans animam intellectu, de libidinis inſaniâ homines diffitentur. *Sicut enim homo, vnus quidèm verè eſt homo, qui communem habet prudentiam; alter verò agreſtis & belluinus.* Sic *etiam dixit Comicus: Caries eſt homo, donec fuerit homo.* O amorum metamorphoſim, quâ homo de amoris præſtigio, per *dominos ſenſus* in belluam reſingitur!

Tertull. de Anim. c. 17.

Sed quid leuitatis in pudiciſſimâ Matronâ vmquam ſuſpicati ſunt, vt ſic procaciter audere præſumpſerint? Alias mulierculas ſic impudicè tentarunt, quarum pudicitiam profligarunt.

Tertull. ſup.
Libido furiis agitat.

Nempè *qui inſaniunt alios in aliis vident; vt Oreſtes matrem in ſorore, & Aiax Vlyſſem in armento. Oculiſne hoc mendacium exprobrabis, an furiis?* Sic obſcœnum intemperantiæ ludibrium, homines dementat, & *furiis* exagitat!

Hild. epiſt. 41.

Si circa te fabulatorij Spiritus, & incantatores carnis motus obſtrepuerint, eſto conſtans, non in obluctando, ſed in loquaci cogitatorio aliorsùm deflectendo, & *carnis garrulitas conticeſcet.*

Euſeb. Strom. 8. cap. 16.

Venus *extrà Philoſophiam eſt, amantes potiùs curat obliuio, quam ratio.* Concupiſcentiæ vitâ, mens cadaueréſcit. Sed pergunt garruli ſenes de libidine procaciter conſilioſi.

11

Hic Verſ. 14.
Emiſ. Homil. de S. Ephipodio, &c.
Saluia. l. 2. de ſub.
Senes inſidiis vincere tentans.
Hildeb. epiſt. 51.
Idem epiſt. 59.
S. Paull. epiſt. 15.
Pſal. 63. verſ. 6.
S. Paull. epi. 20.
S. Paull. epi. 35. Epitheto inverſo.
Seneca in Prouer.

Tunc in communi ſtatuerunt tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam. Sic conſilioſè decernunt, *qui Solis vincunt inſidiis.* Nimirùm *ſecretis patrocinantibus ſcelus peragere* tentant. Hem! ſic conſpirant aduerſùs pudorem, qui non videri pudicos ouper erubeſcebant? *In regno quidèm nullus; in errore animi omnis homo ſibi conſortem quærit.* Scilicet hi veteratores *gratis ad facinus concurrunt, ad honeſtum nec pretio.* Sic caninâ obſcœnè rabie paciſcuntur *carnalium oblatratione curarum.* Sic conſiliati ſunt maligni Senes, dum mutuò *narrauerunt vt abſconderent laqueos*, vel vt alij malunt: *Diſputauerunt vt abſconderent laqueos.* Sic ſubtiliter de laſciuâ fraude *diſputat* Senex vterque, *Peripateticus mundo, Pythagoreus Deo*, vt Matronali pudicitiæ clanculùm inſidietur. Sanè *aleator quantò in arte eſt melior, tantò eſt nequior.*

12

Hic verſ. 15.
In pomarij deliciis Senes voluptatem ſubornant.
S. Naz. Orat. 27.

Factum eſt autem, cùm obſeruarent diem aptum, egreſſa eſt aliquando Suſanna *ſicut heri & nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis, voluítque lauari in pomario: æſtus quippe erat.* Indefeſsâ pertinaciter obſeruatione, & inſidiarum difficultate, atque iniuriæ violentiâ, lenocinium condiunt. *Sic velut à naturâ compertum eſt, vt ea ſegniùs concupiſcamus, quibus facile liberéque frui licet.* Aptus autem libidini dies & locus inter delicias fuit.

Euſeb. Strom 8. cap. 29.
Anonym. l. 1. de Vid. Sarept. Homil. 2.

Emolliunt animos blanda: quare in blandimentis licèt conceſſis deliciarum, Suſannæ pudicitiam ſubornare ad luxum præſumunt. Sed fruſtrà callidus labor ad technas ſudat. Nam *Suſanna nec in Paradiſi deliciis ad laſciuiam cogi potuit.... Paradiſus delicias ſonat; & quæ in deliciis eſt irreprehenſibilis, plus eſt laudabilis.* Tunc e denſâ pomarij ſiluâ Senes naufragi, ad honeſtum malè pedati, celeres accurrunt ad balnei aquas.

S. Zeno Ser. 2. de Exhodo.
Idem Ser. 20.

O Iſraël *per mare pedibus ambulaſti, & pateris in terrâ naufragium?* Profectò balnei aqua, Suſanna quam refrigerandam, & abluendam ſuſcepit,

ſcepit, *feliciter naufragam fecit.*

13 Extemplo veteratores falaciſſimi ſibilant inſuſpicatæ ile luxuriæ venenum. *Nemo, inquiunt, nos videt, & nos in concupiſcentiâ tuâ ſumus: Quamobrem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſſam dimiſeris à te puellas:* Pulchrum ſanè cælo ac mundo ſpectaculum, in quo puella delicatula cum duobus viris, cum libidine caſtitas, cum Dei timore timor humanus decertat! *Hi ſenum conatus, vt metu mortis, aut famæ, vincerent Dei timorem in Suſannâ. Validiſſimis armis fœmina oppugnatur, opportunitate, & timore. Opportunitatem ſceleris ſecretum dabat, timorem interminatio infamiæ*, & mortis. *Peſtifera vis eſt valere ad nocendum.* Stat Suſanna *in ſtadio mariti*, victoria autem *nec fœminarum modò, ſed & virorum, in exhibitione præcipuè pudicitiæ conſtituta eſt.* O pugnaciſſime gladiatorium in hoc *ſtadio* certamen! *Caro & mulier, duplex infirmitas*: Sed *quam potentem, vt prædicat Apoſtolus, facit infirmitas*, è peruerſo auxiliaris. Audiamus autem animoſas Heroinæ voces: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* O maſculam in fœmineâ imbecillitate virtutem, *quæ pro vitâ mortem emit ſumptuoſe!* Profectò *vincitur humana mentis auctoritas præuiſione diſcriminis: labaſcit fortium conſcientia, quoties formidanda oculis ingeruntur*: noſtra Matrona periculo periculum eludit, & metu metum exarmat; nec diſcriminis præuiſione turbatur; *quantò caſtior membris, tantò viuacior ſenſibus.* Senes verò luxuria molles, prauitate duri, dira quæque delicatulæ Suſannæ atrociter minitantur. Sed *aduerſus huiuſmodi neceſſe eſt ita dimicauerint, vt hoſtes mulierem aggreſſi, virum inuenerint. Ad quam tandem fœminam (ſi fœminam dicere licet tam viriliter* pudicam) dum impudica malitia incurrit, vim maſculam inopinatam inuenit: *Ex abundantiâ enim cordis os loquitur, & ſapor mentis in ore guſtatur.* Ergò incunctanter Matrona elati ſupercilij cenſurâ, & capetatæ frontis nubilo, atque faſtidioſo oris renutu impudicum refutat facinus, *pudenter impudens, & piè improba, dum in meditatione pietatis, illi bona impatientia ignis exarſit.* Non moroſè de re tanta Suſanna deliberat, dum vrget periculum pudicitiæ, & fides Deo ac marito debita periclitatur. *Fides ergò (vt ſemel dicam) eſt breuis & compendioſa eorum, quæ vrgent cogitatio.* Cùm periculum inſtanter vrget mora non comit prudens conſilium, ſed cunctatione citiùs deuenit ſtat. Hinc audax illa morum gnome, paradoxo ſimilis: *Adeſſe ſemper non conuenit prudentiam*, quæ ſcilicet de morâ deliberationis conſilium defendat. Verè *conſummata fuit in mulieribus* Suſanna, quæ falſata luxuriæ opinione, veritatem pudicitiæ redemit; quæ pro pudicitiâ non ambigit mortem oppetere. Nimirùm *pudoris ſanguinem retinet, quem ambitioſè effundat*, aiens: *Melius eſt mihi mori.*

Hic Verſ. 20. — Senes adoriuntur Suſannam. — Euſeb. Strom. 8. cap. 4. — Seneca in Prouerb. — Tertull. de Coron. mil. cap. 4. — Idem de Cultu fœmin. cap. 1. — Hildeb. epiſt. 21. — S. Paull. epiſt. 1. — Hic Verſ. 22. &c. — Acerrimè Suſanna ſtuprum refutat. — S. Paull. epiſt. 28. — S. Ennod. in Panegyr. — S. Paull. epiſt. 33. — Hildeb. epiſt. 27. — Senes mulierem aggreſſi, virum inueniunt. — S. Paull. epiſt. 19. — S. Paull. epiſt. 15. — Sapor mentis in ore guſtatur. — S. Paull. epiſt. 4. — Idem. epiſt. 9. — Clem. Alex. 7. Strom. c. 9. — Rapidum Suſannæ conſilium, de prudentiæ adytis. — Clem. Alex. Strom. 6. c. 1. — Idem 4 Strom. c. 6. — Suſanna retinet ſanguinem, quem effundat. — S. Zeno Ser. de Contin.

14 Præluſtriſſimum ſanè caſtitatis facinus, & vxoriæ pudicitiæ idea. *Ex talis Nuptæ comparatione Vidua, & Virgo ſe metiatur.* O bona menſura, quæ Suſannam, propè in virginem excudi, ad continentiæ exemplum! Porrò *virginitas gratiâ conſtat, continentia verò virtute: illa miracior eſt, hæc muratior.* O qualem nunc exhibuit Suſanna! Taceat ergò ſecularis continentiæ ambitioſior Gentium vana gloria; *addidit vltrà Suſanna, & quibus potuit modis pudori ſupra vitam conſuluit. Romanæ Lucretiæ gloriam eripuit, quæ vt læſum pudorem emendaret, ſe occidit. Suſanna ne læderetur pudor, voluit occidi. Impudica Lucretia fuit, quæ maluit pati adulterium, quam mortem. Suſanna caſtiſſima, quæ maluit pati mortem, quam adulterium. Crudelis, aut furens Lucretia, quæ ſibi carnifex fuit: addidit facinus adulterio, poſt patientiam turpitudinis iraſcens. Prudentiſſima Suſanna, quæ repugnans laſciuis, ſceleri obſtitit ſuo, & damno occurrit pudoris.* Mori ergò maluit Suſanna, quam deuenuſtare pudici iam; maluit diſplicere hominum oculis, proditi thalami coniugalis propudi ſe rea, quàm impendio pudoris, pudicitiæ famam nundinari. *Reo iam vicinus eſt, qui malus putatur: quia tunc aliquid perſuadetur animo, cùm intrauerit pectus acta ſuſpicio.* Suſanna autem piâ quadam pudicitiæ obſtinatione, conſcientiæ honeſtamento contenta, opinionis dehoneſtamentum negligi. *Quis ſis intereſt non quis habearis,* O nimis verè? *Conſcientiæ ſatisfaciamus, nihil in famam laboremus; ſequatur vel mala, dum benè merearis.*

Anonym. 4. — Suſanna virginibus imitanda. — Tertull. de Virg. velan. cap. 10. — Euſeb. Strom. 8. cap. 13. — Mutatior caſtitas in Suſannâ, quàm in Lucretiâ. — Reo vicinus eſt qui malus putatur. — Caſſiod. l. 11. Var. epiſt. 9. — Famam Suſanna negligit. — Publ. Mim. Syrus. — Seneca l. 3. de Irâ c. 41.

15 Confeſtim autem poſt piè ſuperbum, & indignanter faſtidioſum fronte & ore renutum ſtupri, *exclamauit voce magnâ Suſanna.* Non vocem iecit ægreſcentis animi, ſed cautè prouidi. Scilicet Matrona, *quia viribus deſperabat ſe quicquam effectura contra duos, neque credebat eorum æſtuantem libidinem, aut metu aut precibus reſtingui poſſe; ad arma confugit, quæ muliebrem infirmitatem armant, & muniunt, ad clamorem videlicet, quo auxilium aduocet, quo vim illam pluſquam hoſtilem à ſe depellat; & eò clamat altiùs, quò rem ſibi chariſſimam in diſcrimen adduci ſentit.* Aduocat hoc *clamore* Suſanna expromptiorem pudoris protectionem, aduocat violentiæ teſtes, aut auxiliatores tuendæ pudicitiæ, aut inferendæ iniuriæ impedimenta aduocat. *Exclamante* Suſanna, *exclamauerunt & Senes aduerſùs eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit.* Itaque incunctanter reclamauerunt quoque Senes, *ne vincerentur à puellâ diligentiùs tuente virtutem, quàm illi accuſarent.* Exclamauerunt ergò flagitioſi Veteratores, quaſi turbam domeſticam euocando ad comprehendendum adulterum; qui vt effugiſſe videretur, cucurrit vnus eorum ad oſtia pomarij, & aperuit. *Clamore intereà acciti famuli irruerunt per poſticum, occultiores videlicet horti fores, & ſtatim occupatâ occaſione Senes caſtiſſimam fœminam adulterij inſimularunt: quæ occaſio tam inopinata atque inſolens, familiam in ruborem ac ſtuporem dedit.* Nec defuit repellendo crimini tacita Matrona, cui anteacta vita patrocinabatur egregiâ morum præſcriptione: *nunquam enim dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſannâ.* Scilicet *talium vel odia, vel conuitia,*

viuendo

Hic Verſ. 24 — Sanctius ibi. num. 26. — Suſannæ clamor aduocat ſtupri impedimenta. — Hic verſ. 24. & 25. — Euſeb. Strom. 8. cap. 13. — Salian. tom. 4. an M. 3438 n. 16. — Anteacta vita refutat obiectum crimen. — Hic Verſ. 27 — S. Paull. epiſt. 47.

vinendo meliùs quàm loquendo arguimus. Verùm *accuſatorum conditio, & feminuda mulier, & ſolitudo loci, & fabula callidè compoſita probabilitas, non parum fidei faciebant.* Heu quantos patitur hiatus humana credulitas! *Siniſtram in partem ſtrenua ſuſpicio eſt.* Sæpè in falſo credibilitas apparet; & in vero nec veroſimilitudinis micula tranſlucet. *Cuiuis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.* Erubeſcit Suſannæ familia tota, illius nuper nitore conſpicua: *Splendida enim veſtis luculentiores ſunt ſordes.* O quàm fœdè *caſtæ mentis integritas, in alterius ſuſpicione maculatur!* O veteratoriam fraudem! *O inexpectatam maledicentiam! ô inſaniam barbaricam!* Probroſam & exitialem culpam Suſannæ impingunt, in honeſtioris repulſæ vindictam? Cauete Veteratores: nam Diabolus *interdùm quaſi eſcam proponit vindictæ poſsibilitatem, vt dum vindicare cupio, ipſe me inſeram laqueo, & nodum mortis aſtringam mibi.*

Salvianus ſæpè.
Seneca in Prou. vindicta laqueum ſibi inijcit.
Publ. Mim. Syrus.
S Naz. Orat. 31.
Tertull. de Cultu fœm. cap. 12.
Baſil. Seleucus orat. 8.
S. Ambr. l. 1. Offic. cap. 4.

Exſomnis totâ illâ nocte Suſanna, infamiæ ac morti fortiter deuorandæ inuigilat. Porrò *quod quiſque pati extimeſcit, id paſſus eſt, etſi non patiatur: grauiúſque a ſe fortaſsè, quàm ab aliis, qui ſupplicium inferunt, torquetur.* Sæpè timor eſt, *naufragium ſine tempeſtate.* Id acerbè pariter ac contumelioſè patitur hanc vnam ob cauſſam, quia innocens & pudica eſt. *Cùm vitia proſunt, peccat qui rectè facit.* O Deus, *vnde iſta tormenta cruciandæ ſimplicitatis, & ſuſpendendæ veritatis?*

Metus eſt naufragium ſine tempeſtate.
S. Naz. Orat. 2. in Iulian.
Seneca in Prou.
Tertull. l. de Anim. c. 18.

Illuxit intereà; & cùm malitioſè ſedulâ Se-
16 num operâ, ſubobſcurus totâ nocte rumor de
inſuſpicabili Matronæ flagitio ſpargeretur, frequens populus adiit Ioakimi ædes, vbi & iuſtitium. Reliquis præeunt, *prædæ aurorantes*, duo illi iuueniliter Senes, malè Iudices, Sychophantarum impudicè Patriarchæ, qui in populi Dei iuridicinâ *barbaricas libidines conſecrarunt.* Homines (ſi eos appellare homines licet) *de Dei muneribus inſolentes, Deo egentes, peccato diuites, vitâ ſteriles, morte fæcundi.* Igitur congregato populo, Iudices, actores ſimul & teſtes futuri, iuſſerunt Suſannam accerſiri. Actutùm nuncij adſunt, & Matronam tanquam ream ad tribunalia citant. *Hinc Suſanna altâ fidei radice robuſta, tot nunciis lugubribus tunditur, nec mouetur.* Id vt eſt illi *nunciatum credit, & timet; & quantò ſcit Dominum non eſſe mendacem, tantò propenſiùs eius de pietate præſumit.* Ito alacris Suſanna: nam *pœnæ tuæ, augmenta ſunt gloriæ.* Perge porrò perge *felici periculo.* Vocata itaque Suſanna, *venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis, qui amore Suſannæ, & domeſtica experimento virtutis arduam fidem Iudicibus dabant. Siniſtras ſuſpiciones y qui amant difficiles habent. Bonum etiam prauarum rerum interpres, amor eſt.* Stat caſtitatis potiùs, quàm inhoneſtatis rea Suſanna, prælustre continentiæ Decus, & meta virtutis. Stat etiam ambitioſè ſtratum, *priuatum conſiſtorium impudicitiæ*, in quo ſuperciliosè ſedet vterque Iudex, *Minois laruam ſummæ iuſtitiæ prætexens.* Semper illud verum: *Maiori laude Poteſtas exemplum promit, quàm gladium: illud enim doctrinâ lenis eſt, & iniquitatem flagello reprimit incruento: hic autem ſæpiùs odio educitur, quàm iudicio; furore, quàm lege.* Nimirùm malitioſi veteratoriè

Senes auro-rant prædæ.
Auctor in Ruth. ſ. 129. num. 3.
Ex Prouerb. 31.
S. Paullin. epiſt. 21.
Idem epiſt. 34.
Senes barbaricas libidines conſecrarunt.
S. Zeno Ser. de Iob.
Idem Ser. de Iona.
Emiſ. Ser de S Romano.
Idem inibi.
Hic verſ. 30.
Euſeb. Strom. 8. cap. 14.
Conſiſtoriū impudicitiæ eſt in quo ſtat rea Suſanna.
Tertull. de Spect. c. 17.
S. Naz. Orat. 1. in Iulian.
Hildeb. epiſt. 56.

Iudices à Matronâ deuicti, abundè implent, quod vibratis minis atrociùs ſpoponderant; & *alio rursùs arma vertunt, amorem in iram conuertunt, & ex impudenti deſiderio procudunt arma, linguámque accuſatricem ſuſcitant.* Stat ergò Suſanna, Angelicâ indole aſpectabilis, & Gratiarum manibus facta puella, ab hiſce *funebribus victimis* inferni, à *candidatis Diabolorum* Iudicibus in te pudicitiæ diro ſupplicio emendanda. ô Phariſæorum etiam Patriarchæ, quid vos in Suſannâ, niſi pulchra honeſtas offendit? Idoneè quidèm; *cùm & honeſtis, & præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Phariſæi, tum etiam Noſtrates. Phariſæum enim non ſolum genus, ſed etiam morum vitaque ratio efficit.* Benè coram Phariſæis virtus rea ſiſtitur.

Amor in iram exaſperatur.
Baſil. Seleucus Orat. 8.
S. Naz. Orat. pro Baſil.
Tertull. de Coron. mil. cap. 7.
S Naz. Orat. 31.

17 Cæterùm *Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie.* Non mollis, non fluxa; ſed delicata nimis, & valdè tenera (qui in ore eſt verecundæ pudicitiæ character:) porrò *durior eſt frons ab ipſo, & in ipſo delicto impudentiam edocta.* Quin & dum dicitur *delicata nimis*, in anguſto illo rerum articulo oſtenditur *ſtatus plumeæ ſalutis: ſed à ſuo corde remedium ſalutis expoſcit, ſpiritúmque ſuum totâ humilitate contribulatum ambitioſè ſacrificat.* Pulchra Matrona velata venit, *& cæco bono ſuo incedit*, abſcondens *pulchritudinem aucupium hominum.* Profectò *ſi Suſanna in iudicio velata, argumentum velata præſtat, poſſum dicere & hic velamen arbitrij eſt. Rea venerat, erubeſcens de infamiâ ſuâ: meritò abſcondens decorem, vel quia timens iam placere.* Diſcooperta igitur facie Matrona, de obiectâ infamiâ erubeſcit, & virtutis colore formoſius tingitur. Sanè *vultus, interpres animi eſt*, & abſconſæ virtutis commentarius: licèt vix habeatur ſatis pudica, vbi quæritur de pudore. *Facies occultorum ea, quæ parent.* Erubeſcit ergò Suſanna de probroſo reatu humilis, ſed *vt contra vitia appareat ſuperba.* Triſte omnibus ſpectaculum. *Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.* Hàc cerimonia ſontem innocentiſſimam capitali ſupplicio vterque deuouet. O Presbyter, manum remoue; *neque enim carnifex es, ſed ſacrifex.* Dicite quæſo, *ſi aliud eſt vita iſtorum, quàm meditatio doli, & trutina mendacij?* Rudem Suſannæ attactum, quem eius pudicitia nuper bene refutauit, malè Iuſtitia extorquet, propter vitiorum conſequentias. Sanè hominum Opifex *auditum in auribus fodit, viſum in oculis accendit, guſtum in ore concluſit, odoratum in naribus ventilauit, tactum in manibus æſtimauit.* Nempe impuri Iudices puriſſimæ Suſannæ attactum, libidinis ſenſu & cenſu de *manibus æſtimant*, nec vltra vel Poteſtatis fraude eualent. *Sunt enim quibus non aures dumtaxat, ſed etiam & lingua, atque adeò manus quoque ipſa, vt video, pruriant.* O impudicæ malignitatis prodigium! Senes inſidiantur caſtitati, Iudices innocentiæ. O Senes Iudices *aut impietate, aut laſciuiâ molles: quorum diuitiæ peccatum, itinera lubricum, finis interitus, gloria in inferno, domus in ſepulchro.* O Senes Iudices *omninò nihil prodeſt nomen ſanctum habere ſine moribus; quia vita à profeſſione diſcordans, abrogat illuſtris tituli honorem, per indignorum actuum vilitatem.....*

Hic Verſ. 31.
Tertul de Virg. velan. cap. 1.
S. Zeno Ser. de Ionâ.
Status plumeæ Salutis in Suſannâ.
Tertull. de Virg. velan. c. 4. & 15.
Idem l. de Coro. mil. c. 4.
In conſiſtorio velatur Suſanna, timens placere per decorem.
Hildeb. epiſt. 57.
Tertull. de Anim. c. 1.
Emiſ. Ser. contra diuerſa vitia.
Hic Verſ. 34.
Presbyter, carnifex, an ſacrifex?
Hildeb. epiſt. 30.
Saluian. l. 4. de Gubern.
Tactus in manibus æſtimatur.
Tertull. de Coro. mil. cap. 5.
Iudicum manus pruriſt.
S. Naz. Orat. 1. de Theolog.
Senum non bona elogia.
S Paullinus epiſt. 4.
Saluian. l. 3 de Gubernat.
Vitia abro-

tatem..... Quid eſt in quo non ſeruilibus vitiis nobiles polluuntur; niſi fortè ideò, quia illa quæ in ſeruis peccata puniunt, ipſi quaſi licita committunt? O Senes Iudices, *quid adhibetis mirâ latrocinandi arte præſtigia, ſimplicitatem fronte*, manu, & ore *demonſtrando?*

Saluian. l. 4. de Gubernat.
S. Ennod. in libello pro Synodo.

18 Tunc Matrona plus horrens tenacem impudicorum Iudicum attactum, quàm mortem cruentè infamiſſimam, *flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Scilicet verita *cenſura merum*, quod Iudicum libido ructabat, *lacrymas quaſi euaporando dolori permittit*, auſpicatò iam tunc *lacrymans felicitatem periculi ſui*: & ſic *officioſâ vndarum patientiâ liberatur.* Benè tunc Suſanna *ad cælum ſuſpexit* ad quod intuendum ei caſta innocentia aditum patefecit, dum ſalaces illi Iudices *declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum*, cuius aſpectum luxuria vetat. *Oculos* ad cælum *extollit, quorum lenocinio mundus in flore eſt.* Meritò Suſanna cælum ſuſpicis, quippè quæ in cælum præproperè traduxiſti coloniam: *tuus municipatus in cælo: habes tuos cenſus, tuos faſtos*, præmatura cæli inquilina Felici augurio *ſpe anticipat victoriam*, quæ ſuæ fidei *amulam fraudem* Spe deiecit; quæ *Spei fidem in Domino conſtantem manere docuit.* Non emarcuit in Suſanna *roſa pudoris*, & virtutum floriarium; nec flos vitæ ſpebus vernantis *areſcet viuens ſucco radicis æterna.* Adhuc in extremâ calamitate fiduciam habet in Domino, *præſumptâ ſpei gratiâ* calamitatem deludentis. Ergò integerrimi Iudices, Minoïs ac Radamanthi tartareæ vmbræ, cenſorio ſupercilio, libidine clam imbuto, tenaces imponunt manus capiti Suſannæ, & *quod illi per calumniam, quantâ maximâ potuerunt probabilitate fictum, prætexunt, veris falſa miſcentes.* Nimirum hi ſycophantæ Iudices ſuo auctoratiſſimo teſtimonio *vera quæque aut aliundè commendant, aut aliorſùm ſubornant, cum maximâ iniuriâ veritatis, quam efficiunt aut adiuuari falſis, aut patrocinari.* Et poſt grauiſſimè relatam exitialem fabulam, quam fruſtrata libido compoſuit, tandem concludunt: *Huius rei teſtes ſumus.* Sic falsò atteſtantur actores, teſtes, ſimul & Iudices, qui *Deum neſciunt Præſidem veritatis*, quam illi in conſiſtorio impudicitiæ damnant. *O homines omni artis limâ compoſitos, & caminis fabrilibus excoctos, qui ad ſtipulationem dictorum ſudata inuenere teſtimonia..... Multùm quidèm annoſa hic laborat infantia*, in tantâ mentiendi facundiâ. O populi Dei Iudices ſceleroſiſſimi! *Quiſquis naturam flagitio, vel leges contemptu fatigauit, heredes vos ſua ignominia reliquit.* Tantane libido mentiendi, & mendacio credendi? *Maximè cùm dicatur de veritate; quæ eſt enim figura & coloris expers; & quæ verè eſt animæ eſſentia.* Sententiosè dictum: *Eſt quidèm veritas opinione melior: vtramque tamen ſua bona Fortuna ſequitur.* Sic eſt falſitas in mentito ore fortunata?

Hîc verſ. 35.
Suſannæ fiducia, & lacrymæ.
S. Paullin. epiſt. 4.
Idem epiſt. 35.
S. Paull. epiſt. 34.
Saluian. l. 1. de Gubernat.
Hîc verſ. 35.
Hîc verſ. 9.
S. Zeno Ser. in Pſal. 49.
Tertull. de Coro. mil. cap. 13.
Theoph. Alex. epiſt. 3.
S. Paull. epiſt. 28.
S. Zeno Ser. de Lazaro.
S. Paulli. epiſt. 2.
Idem epiſt. 13.
Suſanna viuit ſucco radicis æternæ.
Salian. to. 4. an. m. 3418 num. 27.
Tertull. de Anim. cap. 1.
Falſa veris ſubornant 'r contrà Suſannam.
Hîc verſ. 40.
Deus veritatis Præſes.
Tertull. de Cultu fœmin. cap. 1.
S. Ennod. in libello pro Synodo.
Senes de mendacio famoſi.
Hildeb. epiſt. 38.
Veritatem ſua Fortuna ſequitur.
Clem. Alex. 5. Strom. c. 2.
Philo de Migrat. Abraham.

19 Hæc audit pudica Matrona in iudiciariæ laſciuiæ tenebris cæcè atrociſſimis, *aurium cæca*, pulchro conſcientiæ teſtimonio oculatiſſima. O Suſanna *inſurrexerunt in te teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi: ſed nodum in ſcirpo, & nœuum in lumine non poterit inuenire.* Palam audito Senum teſtimonio, quo virgo veritas citiùs adulterata eſt, *credidit eis multitudo quaſi ſenioribus & Iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.* Sanè *ad pœnitentiam properat, citò qui iudicat.* Dignitas in Iudicibus iniuriam, ætas in Senibus mendacium negabat: Suſanna verò eâ erat ætate ac formâ, quæ pudicitiam nundinari poſſet. *Sed non timet veritas falſitatis inſidias.* Porrò *veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum.* Profectò error ſæpè *temporis fauore auxilióque fultus eſt.* Annon enormius mendacium definitur: *Figmentum temporis ope, & præſidio fultum?* Hi enim Senes falſi teſtimonij credendi. *Spem omnem in annorum numero collocarant.* Sic re indiſcuſſâ, & cæco impetu annis, & canis creditur? *O inanium verborum artifices, ſuopte nutu collabentium!* Iſto id Senes dixerint: *Teneo tamen falſum antiquitate generoſum.* O quam feſtinatâ temeritate, vulgus ad aſſenſum conſpirat, de Senum teſtimonio ignoranter credulus. *Pythagora ſilentium, & fauas illas Orphicas inſectare: recentémque arrogantiam horum verborum: Ipſe dixit.* An non hi Senes, vt *mendacium tempore roborarent, Patres, & Magiſtri veritatis putabantur*: Ita eſt, Patres erant, Magiſtri, Senes, Iudices: *Sed ex quo homo culpam commiſit, amiſit & gratiam, à quâ ille derelictus, factus eſt ſicut ſine tutore puer.* Puero ſine tutore tantam rem *legum tutores* credunt? *Eſt, & erit, & fuit in rebus virtus, quam temporum difficultas obſcurat interdùm in hominibus, emergit tamen illa denuò, Deo dante feliciora.*

Tertull. l. de Anim. cap. 10
S. Paull. epiſt. 23.
Suſanna falſo teſtimonio in damnatur.
Hîc verſ. 41.
Seneca in Prou.
Veritati nemo præſcribit.
Emiſ. homil. 1. de Epipha.
Tertul. de Virgin. velan. c. 1.
S. Naz. Orat. 28.
Emiſ. homil. 5. ad Mona.
Idem orat. in ſancta lumina.
S. Naz. Orat. 1. de Theolog.
Tertull. alibi expeoſas.
S. Naz. Orat. 1. de Theolog.
Theoph. Alex. epiſt. 1 Paſcha.
Hildeb. epiſt. 56.
Sine peccator, eſt ſine tutore puer.
Tertull. Apolog. c. 4.
Philo de Migrat. Abraham.

20 Licèt *honeſta turpitudo ſit pro bonâ cauſâ mori*, audirâ tamen duræ lapidationis atrociori ſententiâ, quæ falſatum expiaret adulterium, *exclamauit voce magnâ Suſanna, & ait: Deus æterne, &c.* Sed *quid ſibi volunt Pythagoræi; iubent cum voce precari? non quòd (vt mihi quidèm videtur) exiſtimarent Deum non poſſe exaudire eos, qui tacitè loquuntur; ſed quòd iuſtas vellent eſſe preces, quas moneretur quis fundere multis eas ſcientibus.* Si quandò; nunc vel maximè, audiant homines quòd clamat ad Deum, vt probet Suſanna, ſe non pro inhoneſtate meruiſſe, ſed pro honeſtate ambiiſſe quod patitur, *Anguſto ore, ſed lato corde proclamat.* Non clamat ad homines, de *vulgi pelago* benè noſcens, quòd *in medio æris ſpatio ſermo transfretans naufragabit. Heu.* poſt latam rite ſententiam, *quàm miſera eſt fides, quam verba concinnant!* Scilicet *ſtabat Suſanna in iudicio perditorum, falſorum teſtium oppreſſa mendaciis, conſcientiæ tamen bonis contenta ſecretis, non tam rea ſuſceptura ſententiam, quàm dicata Deo pro caſtitate fortiter moritura. Sufficit ergò pudicitiæ conſcientia: teſtis eſt Deus. Non reſpexit caſtitas quid falſi dicerent teſtes, aut qualiter Iudices circumuenti damnarent. Non denique qualiter Diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta ſubuertere. Ibat ad ſupplicium non ad adulterium corpus in quo extrema libido ſenilis exarſerat, ſed quod infamauerat Diabolus, & quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæſus.* Subit tamquam adultera adulterij ſententiam, hanc vnam ob culpam, quia adultera non fuit. *Contempſit in perdendis facultatibus diuitem, diſſimulauit in amittendis liberis matrem, in pœnâ ſui corporis iuſtam.* Suſanna,

præluſtris,

Seneca in Prou.
Hîc verſ. 42 &c.
Clem. Alex. 4 Strom. cap 8
Damnata Suſanna orat; & ſperat.
Cur non orat ad homines.
Emiſ. hom. de S. Rom.
Claud. Mar. victor Carm. in Genes.
S. Zeno, Ser. ſapes.
Attende tibi.
Idem Ser. de ſpe.
S. Zeno Ser. de Suſannâ.
Suſannæ magnanimitas in tantâ calamitate.
S. Zeno Ser. de Iob.

S. Auguſt. tom. 10. Ser. 69. in appendice de diuerſis.

præluſtris Matronarum idea, *egregium portabat caput, cuius vultum integra conſcientia ſublimabat ad cælum. Propter damna pudoris, ſalutis vota compreſſit; & cui fuerunt chara præmia caſtitatis, vita gaudium non amiſit. Contempſit vnum, & conſecuta eſt totum: & quæ mori voluit, cum gloria caſtitatis euaſit. Et quam ſeatentia praua deiecerat, illuſtris conſcientiæ integritas erigebat, metúſque Dei, & imminentis ſacri iudicij indubitata credulitas O amor honeſtatis, & legis! Suſanna adulterij conſcientiam grauiorem iudicauit, quàm pœnam. Cùm duceretur, non dolebat de ſupplicio, quoniam gaudebat de teſtimonio falſidico. Innocens accuſatur per ſententiam, ſed nutu Dei ſuſpenditur pœna, vt iudicantium falſitas denudaretur, & innocens purgaretur. Infirmus ſexus contrà viros ſurgit fortior, expugnat libidinem caſtitas & honeſtas, impulſu luxuriæ horrenda proſternitur improbitas. Suſanna propriam virtutem animi ſeruauit, & iudicium populorum conſtanter excepit.* Tune, tune quidèm ad Deum ſolum Suſanna *clamat de profundis obruta calamitatibus beatis.* Scilicet *vim totam cupiditatis ad Deum transferens*, tantùm aſſumit *victoriales preces.* Mira res, mirior de Deo fiducia, & mirifſima Heroïnæ conſtantia. Sententiâ cruentæ damnationis exhauſtâ, videt Matrona parentes ſtatim contumelioſè improles, videt liberos exindè probroſè pupillos, videt maritum propudioſè iam viduum; videt totam cognationem tragicè dehoneſtatam (*æquat crimen omnes, quos inquinat,*) videt duræ lapidarionis nudo corpore exitialem ignominiam. Videt ſe lapidibus iam iam impetitam, & vibicibus cruentè luridam, *parte ſui corporis iam ſepultam.... viuum ſe cadauer inſpicit*, nec *plangit viuas exequias*: nullum hominem reſpicit, neminem aduocat auxiliarem: *nullam in humanis ſpem ponit, ſoli Deo innixa ad cælum clamat*, vnde ſperat in ipſâ deſperatione præſidium. *Acerrima virtus eſt ſpes, quam nec vltima calamitas excuſſit.* Tametſi in anguſto illo rerum articulo, non potuit non timere Suſanna, tamen ſperare non deſiit. Nam *ſpes ſine timore præſumptio eſt; timor ſine ſpe deſperatio eſt.* Magnanimiter angitur Suſanna, petulanter illi Veteratores inſultant. *O Deus quomodò tuam illius temporis lenitatem, & patientiam feram? Verùm iſta talis benignitas Dei, ſicut per nimiam patientiam, facultatem emendationis indulget, ita maiora & grauiora ſupplicia coaceruat, & coniectat ingratis.*

Suſanna vnū contemnens totum conſequitur.

Suſanna beatis calamitatibus obruta.

S. Zeno Ser. de Ionâ.

S. Naz. Orat. in Sancta lamina.

Philo de Cong. quær. erudit.

Suſanna vim cupiditatis ad Deum transfert.

Caſſiod. lib. 12. Var. epiſt. 2.

S. Zeno Ser. de Arch.

Idem Ser. 3. de Abrahā.

Suſanna non plangit viuas exequias.

Euſeb. 8. Strom. c. 15.

Seneca in Prouerb.

Hildeb. Serm 8.

S. Naz. Orat. 1. in Iulian.

S. Zeno Ser. de Iona.

21 Itaque *Suſannam columen Matronarum, inaffectatæ formæ pulchrius ſua pulchritudinis ornamentum, inſigne pudicitiæ teſtimonium, è Senioribus duo, ſed vno incenſi prodigio, ſecùs quàm decuerat, deperire cœperunt: quam cum aduerterent muro caſtitatis, quæ certè vera eſt, & æterna formoſitas, in paradiſi ſolitudine circumſeptam, vbi Euam ab Auctore operis ſui meminerant eſſe deceptam, hâc re ipſâ nacto conſilio, capere dolo aggrediuntur: ac, niſi vi culpæ ſuccumbat, veluti adultera deprehenſa magnum minantur exitium. At illa non Eua ancipiti quidèm metu contemplatione præcluſa, cuius aut pudor eſſet iugulandus, aut anima, conſcientia ſua conſcium ſolum conteſtans Deum, honeſtam potiùs elegit mortem, quàm vitam turpem, meliùs credens hominibus ſe ream præbere debere, quàm Deo. Intereà inſtant illi ex amatoribus accuſatores effecti, criménque ſuum in ſimplicitatem circumuentæ transfuſum, artificiosè dum exaggerant, exindè iam peiores ſe ipſi condemnant. Verùm (proh nefas) creditur ætati: creditur auctoritati, exultant adulteri, damnatur integritas. Iam, iamque Suſanna ad ſupplicium immerens trahebatur: iam totus populus in eius ſanguine tumeſcebat: iam ſui quoque familiares noua rei atrocitate perculſi miſerabiliter ingemiſcentes demiſſis capitibus omne ſtudium defenſionis abiecerant. Iam etiam ipſa pudoris compendio mortis oderat moras, omnibus diſplicens, ſed ſoli ſuæ conſcientiæ placeas; cùm ſubitò, quauis verſutiâ qui fallitur numquam confeſtim adeſt in Daniele puero Deus.*

S. Zeno Ser. de Pudicitiâ.

Suſanna ſicut Eua in paradiſo tentatur.

Suſanna malait hominibus rea eſſe quàm Deo.

Deſperata Suſannæ cauſſa.

Scilicet iam funeralis illa atrociter pompa, 22
ferali Seniorum edicto armata, ad locum exitialis ſupplicij procedebat Suſanna *magnanima & intrepida ferens ſecum in ore quidèm iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis*; cùm *ordinante ipſo Domino quamdam operis ſui pompam*, derepentè occurrit Propheta, innocentiæ & continentiæ vindex, & inopinatè opportunus caſtitatis aſſertor. O videamus diuinioris prouidentiæ arcanas ſemitas, dum Suſannam *videmus eiſdem, quibus perierat itineribus inuentam*, quò minùs in extremâ calamitate conſtituti, puſillanimis diffidentiæ erroribus moueamur. *Nonnumquam & in procellâ confuſis veſtigiis cæli & freti aliquis portus offenditur proſpero errore; nonnumquam & in tenebris aditus quidam, & exitus deprehenditur cæcâ felicitate.* Multùm diuinæ licentiæ licet! Nimirùm Suſanna *magnâ voce*, & altiùs innocentiæ clamore inuocauerat Deum, id eſt, *vim illam vitioſarum affectionum conſumptricem*, qui cor feſtim adfuit tempeſtiuè auxiliatis, feſtinatâ incunctanter ope. Nam *cùm duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel. Et exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius.* Daniel regio ſanguine prænobilis, licèt adhuc puer, ſic ad Senes audacter clamat: *Quoniam quod generoſum, idem audax eſt.* Sic clamat Daniel, qui eſt *Spiritus-Sancti diſcipulus, qui à Deo ſuppeditatur.* O celebremus *Spiritus aduocatum, ſpeíque complementum! Principalis dominus* eſt, & gratiam arcanè pro nutu adminiſtrat. *Quæ eſt enim Paracliti adminiſtratio, niſi hæc!* Nempe velut pupillæ Suſannæ *Paraclitus tutor eſt.* Inſuſpicabilis quidèm eſt duodennis pueri vox, quam Spiritus-Sanctus Danieli afflauit. *Sed de Spiritu-Sancto quid dixeris? Vnde nobis peregrinum Deum?* Scilicet deluſus Dei populus *peregrinatur* in Danielis voce, quam Spiritus-Sanctus ſpirat, & quæ ab errore aduocat, & veram Matronæ innocentiam vindicat. Sed piè nouus *veritatis amore, riualis* Suſannæ perſtat Daniel, & acerrimus illius aſſertor clamat: *Reuertimini ad iudicium: Quandoquidèm comprehenſionum etiam quidam nodus eſt*, quem celeriter extricare, maximè oportet. Clamat Daniel, & præualet; nec ſuperciliosa ſenum Dignitas & auctoritas, Danielis *linguæ compedes iniicere* eualuit. Clamat Daniel, *perfectus gnomon veritatis*, aiens: *Mundus ego ſum à ſanguine huius. Eſt enim lubricum ac periculoſum*

Emiſ. hom. de S. Paull. epiſt. 16.

Eiſdem itineribus, quibus perierat Suſanna, inuenitur, proſpero errore.

S. Paulli. epiſt. 20.

Tertull. l. de Anim. cap. 2.

S. Naz. Orat. 4. de Theolog.

Hic verſ. 45 46.

Quod eſt generoſum, eſt etiam & audax.

Philo de Migr. Abraham.

Clem. Alex. 5. Strom. c. 2

S. Naz. Orat. in Pentec.

Tertull. de Virgin. velan. cap. 1.

Emiſen. in Pentecoſte Spiritus Sanctus Danielem afflat.

S. Naz. Orat. 5. de Theolog.

S. Naz. Orat. 2. de Theolog.

Idem Orat. 2. de Paſchâ.

S. Naz. Orat. 2. in Iulian.

periculoſum vnà adſcribi cum peccatis aliorum. Clamat Daniel validâ voce, quâ ruentem in ſtrages populum inhibeat, & non iam Suſannam ream, ſed reos Iudices *Deinceps in hoc famæ pelagus impelliſt.* In throno iudicij, & pudicitiæ conſiſtorio ſedet puer Daniel, veritatis, iuſtitiæ, & caſtitatis vindex, vt quod Senectus cana impudicè deliquit, impubes emendet. O Senes è Iudicibus iam rei, *fregit certè ſuperbiam veſtram infirma ætatis auctoritas.* Daniel ergò *Spiritus-ſancti limâ acuminatus*, ſedet pro tribunali inſuſpicabilis Iudex diuini Sermonis prophetice ſequax, & Angelorum ſatellicio minax. Porrò *qui Deum ſequitur, neceſſarios habet comites eius ſermones, qui nominari ſolent Angeli.* Sic armatos gladiis Angelos ſenibus minitatur. Sic *ſententiam iam iam cadentem (vt ſic dixerim) retorſit* in Iudices.

Sidõ. Apoll. epiſt. ad Conſtantinũ Senes in famæ pelagus impelluntur à Daniele. Emiſ. Serm. de S. Romano. S. Zeno ſer. de Circun. Philo de Migr. Abr. Emiſ. homil. 1. de initio Quadrag.

22\. Prima Danielici Iudicij vox fuit: *Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.* Conſiliosè gregales ſcelerum Daniel ab inuicem ſegregat: nam *concors eſt communicata malitia; diuiſa ipſa ſe prodit mendacem. Mendacium facile ruit, niſi arte protegatur detegitur ...... Diſcordia confeſſionis reos declarauit Senes, quos diſſentaneos fecit vnanimitas malitiæ.* De fraudulento atrociter mendacio conuicti Senes, ſuo ipſorum ſuffragio talionem ſubire coguntur *ſimulis vindicta ſapore.* Sic Iuſtitiæ ope Suſannæ pudicitia expiatur. *Eſt profectò ſeuera ſcelerum vltrix, & vniuerſam patientium auxiliatrix Iuſtitia, quæ fruſtratur illudentes virtutes: quibus peſſundatis in virgineam integritatem reſtituuntur, quæ videbatur conſtuprata anima.* Integro pudore, Suſannæ opinio conſtuprata, in virgineam propè continentiam mirè redintegratur. Iam olim *ſolus Cain exultat felix; quod teſte caruerit, putat ſe caruiſſe facinore, quem Deus vidit, quem conſcientia redarguit, quem fratris ſanguis accuſat.* Effundendus Suſannæ innocentis ſanguis, clamor eſt, & grandis clamor, qui in Daniele *Spiritum-ſanctum ſuſcitauit*, & vltricem ſceleris pœnam in arboribus monſtrauit deſcriptam. Mors ergò morte expietur, *& dolor dolore pellatur*: magnoque conſenſu occlamat Dei populus: Effundatur Iudicum ſanguis, qui innocentis Suſannæ ſanguini technis vaferrimis inſidiatur; *& ſanguine ſanguinem honoremus.* Talis fuit tragœdiæ cataſtrophe. *Hæc* Danielis *Sapientia de cœli ſcholâ eſt.* Itaque hi ſceleroſiſſimi ſenes *hodie diu viuendo*, & fraudulenter agendo, *portant funera ſua*, durâ duriter lapidatione contundendi; plangunt que ſui *viuas exequias*, quas Suſannæ plangendas parauerunt. Niſi fors etiam de Nabuchodonoſoris imperio vſtulati decinereſcunt; vt qui in ætatis niue libidinis æſtu delinquunt, æternum exæſtuent. O opus *arbitrij noſtri non arſurum paremus!* Profectò *calor iſte deſiderij carnalis, feruorque libidinis temporalis, æternum gehennæ ignem & vltricium flammarum æterna promulgauit incendia.* Igitur denſo crepitantium ſaxorum nymbo contuſi, & ſuccensâ pyrâ benè vſtulati, malè pereunt malitioſi Senes. *Valete animæ* luxu *ebriæ, valete* fraudulentes *adulteri, valete deteſtabiles, impij, terque quaterque infelices. Vos flamma expectat æterna, vos repandæ Tartarorum iam fauces accipiunt, vos inferarum fornacum clauſtra in æternum iam coercent, vſtulant, excruciant. Detruduntur illic valedicentes rerum naturæ, vltrà neſciuntur à Deo, qui Deum ſcire noluerunt; morituri vitæ & morti ſine fine victuri.* Quid verò pudiciſſima Suſanna, quæ *etiam de alieno peccato iuſtitiam ſuam*, atque gloriam *cumulat?* Tunc corpore, & ſemper animo *pulchra manet.* Porrò decor *cordis tranſit in decus corporis: in exteriorem gloriam candor interioris exundat; & abſcondita pectoris ornamenta, ſpeculum frontis irradiant.* Victorialis iam Suſanna gloriosè gaudet, exultim triumphat, & victricis pudicitiæ glorioſa erigit trophæa. *Gaudet populus de pudoris integritate, triumphat maritus, quòd fidam inuenerit coniugem*; exultant parentes in charæ ſobolis gloriâ; ouant filij de Matris victoriâ; *lætatur familia, quod nihil inuenerit in eâ quod puniat, quod adulterij factum non inuenerit, nec homicidium Diabolus quod procurabat, impleuerit.* Ergò victrici Matronæ gratulemur de triumpho; & de victoriæ trophæis, regiæ etiam familiæ gratulemur. *Sed ô quantum eſt miranda* Suſanna in hiſce famæ hiatibus, & vitæ naufragus, *ſolo bona conſcientia ornamento contenta.* Tu es Matronarum idea, tu es coniugatarum decus, *tu es ſacrificium Deo charum, tu legitimum Dei templum, ſacrarium pudoris, tuì propoſiti inſolubilis nodus æternus.* Tu es diuini timoris trophæum, fidei ſtipendium, fiduciæ exemplar, ſpei meta, diſciplinæ baſis, patientiæ columna, imbecillitatis anchora, lenocinium virtutis, pudicitiæ meta, conſtantiæ ſupplementum, & pulchrum virtutum omnium floriarium. *Te corruptio intrare non nouit, per te ſeculum vincitur, concupiſcentia omnis* tuo exemplo *eliditur, Diabolus ſubiugatur*, callidus atrociter perſecutor *non timetur, Spiritus-ſanctus inducitur, glorificatur Deus .... Pater omnipotens propitiatur. Poſtremò ille felix in futurum regnabit, qui tecum illò peruenerit*, quò tu per tot diſcrimina, muliebri faſtu maiora, perueniſſe crederis. Talis ergò fuit Senum, id eſt, vitiorum exitus. Poſt voluptuosè gratam ac latam vitiorum viam, hiat barathrum ſempiternum. Talis etiam fuit exitus Suſannæ. *Per ardua virtus, quaſi per errorem.*

Hieverſ. 91. Euſeb. 8. Strom. c. 19. & 20. Danielis iudicium. Tertullian. alibi expẽſus. Philo de Migr. Abr. Iuſtitia ferè in virgineam integritaté reſtituit Suſánam? S. Zeno. ſer. de Patient. Senum ſanguine, ſanguis Suſannæ honoratur. Emiſ. homil. 10. ad Monach. S. Naz. orat. 2. de Paſcha. Tertullianus lib. de anim. c. 2. S. Zeno ſuprà allegatus. Senes lapidantur, & uſtulantur. S. Paulĩ epiſt. 12.

P. Didac. Celada in Suſannam.

S. Zeno ſer. ſuper Actis ibi. Libidini gehenna hiat Serar. Cõment. in cap. 13. Iudic. Hos ſenes æternum damnatos, veroſimilius videtur. Emiſ. homil. 3. de Epiph. Suſána de alieno peccato iuſtitiã cumulat. Idem homil. de S. Stephano Hic ver. 2. Emiſ. homil. de S. Stephã. Venuſtas cordis ora Suſannæ venuſtat. S. Auguſt. ſerm. 69. in Appendice de diuerſis. Quam exultet omnis Suſannæ familia. S. Zeno ſer. de Pudicit. Gratulatio Suſannæ, & eius familiæ. S. Zeno 2. Diſpar ſenum, ac Suſannæ exitus, & tragœdiæ cataſtrophe. Heſiodus

§. II.

ÇATENA SELECTA SVPER *Danielica Suſannæ hiſtoria.*

Danielis cap. 13.

1.

Verſ. 1. *ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim. 2. Et accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helcia pulchram nimis, ac timentem Deum: 3. parentes enim illius, cum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi.*

Romanorũ Notæ.
Titulus hiſtoriæ Suſannæ.

a. *Romanorum notæ in Bibliis Sixtianis L X X. Interp. hîc.* Hæc Suſannæ hiſtoria in omnibus vetuſtis libris eſt principium Danielis, quemadmodum etiam apud S. Athanaſium in Synopſi. Et in multis inſcribitur, *Daniel*, vt in noſtrâ: in quibuſdam *σουσάννα Suſanna*: in aliquo *δοάκρισις Δανιήλ*, *Iudicium Daniel.* In editione vulgata eſt, capite 13.

Origenes epiſt. ad Africanum

Origenes in Epiſt. ad Iulium Africanum, de veritate huius hiſtoriæ. Sed eſt veroſimile te adhuc quærere, cur apud Hebræos non habeatur hiſtoria Suſannæ, ſi hæc vt dicis, tradunt ſapientes? Ad hæc dicendum, quod ex iis quæ Preſbiterorum, & magiſtratuum, & iudicum continebant vituperationem, quęcumque potuerunt, ſuſtulerunt à cognitione populi; quæ quidem ſeruantur in arcanis ..... Quamobrem non aliud procuraſſe exiſtimo eos, qui exiſtimabantur ſapientes principes, & ſeniores populi, quàm vt ea adimerent, quæ eorum continebant accuſationem ad populum. Non eſt ergò mirum ſi veram hiſtoriam Suſannæ, cui pararunt inſidias impudici Seniores, ij qui non longè aberant ab inſtituto illorum Preſbiterorum; ſuffurati ſunt, & ſubſtraxerunt à Scripturis.

Cur Suſannæ hiſtoria non inuenitur in Hebræo textu

Dionyſius

b. *Dionyſius Carthuſianus ibi.* Incipit iſtud capitulum à coniunctione *Et*, vt ad præcedentia connectatur, & ad librum Danielis aliquo modo videatur pertinere.

2.
Euſebius
Captiuitatis calamitas redimit à vitiorum captiuitate.

c. *Euſebius 8. Stromatum, capite 2.* Regni Iudaici ruina expulerat parentes ſuos (Suſannæ) Babylonem, cùm miſericors Dei vindicta maluit populum ſuum extraneo ſeruire Principi, quàm vitiis propriis. Abductaque à Chaldæis ad pietatem erudiuit calamitatum diſciplinâ, & captiuitate corporis redemit ſeruitutem animi, omnibus viliorem, omnibus duriorem.

3.
Salianus

d. *Salianus tomo 4. an. m. 3438. numero 23.* Habitabat ergò in Babylone vir Iudæus nomine Ioakim, longè alius à Iudæorum captiuorum rege, quod Africanus reuocabat in dubium, qui Ioakinus, & Iechonias, non Ioakim, quique nunc erat in carcere Babylonis; ſed vir è primâ nobilitate Iudæorum:

Dionyſius

Dionyſius Carthuſianus ibi Et nomen eius Ioakim: nec immeritò: Ioakim enim Præparatus Domino interpretatur; & virtute ad diuina fuiſſe videtur præcepta paratus.

Euſebius

Euſebius 8. Stromatum capite 2. Ideò communem peccatoribus fortunam tolerarunt Helcias, Ioakim, & alij, quorum virtus regij ſanguinis ſplendore purpurata, conſpicua omnibus erat, & forma viuendi, qui inter nocturnas miſeræ ſortis tenebras velut aſtra fulgebant; vt ſuarum virtutum radiis, auitæ pietatis veſtigia demonſtrarent, & ſalutari influxu in ceteros inſtillarent.

Cur viri ſancti in captiuitatem abducti.

4.
Dionyſius

e. *Dionyſius Carthuſianus ibidem.* Nomine Suſannam, quæ interpretatur, *obtentus lilij ſui*, ſeu *lilium*. Nec indignè ita vocata eſt: quoniam corpore pulchra fuit, & pulchrior mente, fuitque bonus odor Dei, & honeſtiſſimæ famæ.

Lauſelius

Lanſelius in Notis, ibi. Quemadmodum Eſther vocata fuit *Ediſſa*, id eſt, *pulchra*, ſeu inſtar myrti nitido & vernanti colore הדס *hadas* eſt *myrtus*) Sic fortaſſis hoc nomen *Suſanna* originem duxit à colore lilium, aut marmor Parium referente. שושן *ſuſan* eſt *lilium*, שש & *ſos* eſt *marmor Parium.* Vel quia virgo iſta pulchritudine ſuâ amorem & animi oblectationem procreabat. ששון *ſaſon* eſt *animi & cordis oblectatio.* Vel denique, quia vt dicitur verſ. 56. *ſpecies* eius *decepit* duos iſtos ſenes, qui illam falsò accuſarunt, quia שישא *ſiſſa* ſignificat, *ſeduxit*, *circumuenit.*

Suſanna interpretatur, lilium vel obtentus lilii: vel animi oblectatio, vel ſeduxit, vel eius gratia.

Beda.

Beda in Euangelium Lucæ ad caput 8 Interpretatur autem Suſanna *lilium, aut gratia eius*; ſed meliùs ſi femininum nomen figuretur à lilio: credo propter odoriferam auroſumque internæ dilectiunis ardorem.

5.
Anonymus
Suſanna interpretatur ſublatio gloriæ, vel paſſer.

Anonymus (qui putatur Algerus) lib. 1. de viduâ Sareptanâ, homil 2. capite 5. Competenter adimplet nominis ſui interpretamina ..... Suſanna interpretatur, eius gratia, paſſer, lilia, ſubleuatio gloriæ. Sub vno nomine expreſſæ virtutes vitiis reſiſtentes. Diuerſæ libidinis humores iſti igni accenſi; vitia faciunt in ſui abuſione, virtutes faciunt edomiti ratione.

S. Hieronym.

S. Hieronymus epiſt. 190. Quàm multæ Suſannæ (*Suſanna lilium interpretatur*) quæ candore pudicitiæ ſponſo ſerta componunt & coronam Spineam mutant in gloriam triumphantis.

Sanctius

Sanctius in commentar. hîc numero 6. Vſitatum eſt in omni, credo, linguâ, vt pro nomine proprio, aliud audiant homines, quod ex aliquâ, proprietate, ac notâ ſiue ad commendationem, ſiue ad conuitium impoſitum eſt à vulgo ..... Eſt exemplum accommodatum valdè in libro Eſther, vbi Eſther alieno nomine, non credo, proprio, ſed impoſito propter eximiam pulchritudinem à gente ſuâ, vocabatur Ediſſa, Hebraicè הדסה *hadaſah*, quæ pulchram ſignificat; ſeu myrream, à הדס *adas*, quæ myrtum valet. Quod nomen à latinis eandem ob cauſſam datum eſt Veneri: quia myrto & gratus nitor, & perpetua viriditas. Sic fortaſsè Suſannæ aliud erat nomen, quod à parentibus olim acceperat: de quo non conſtet, quia tamen nimis erat pulchra, datum eſt illi Suſannæ nomen, quod idem valet quod lilium.

Eſther 2. v. 7.
Suſannæ nomen impoſitum à vulgi celebritate.

f. *S. Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ.* Fuit

Suſanna

6. S. Cyprian. In compoſita pulchritudo Suſãnæ.

Suſanna filia Helciæ, vxor Ioakim pulcherrima, pulchior moribus. Hanc nullum ad decorem commendabat ſpecies, ſimplex enim erat. Excoluerat pudicitia, & cum pudicitiâ ſola natura. *Dionyſius Carthuſianus inibi.*

Dionyſius. Cui pulchritudo datur reprobis.

Pulchra nimis in vultu & corpore, magis autem in corde & moribus per virtutes. Porrò pulchritudo corporis donum eſt Dei, & inter dona naturæ non minimum: quod idcircò frequenter reprobis datur, ne ab electis immoderanter optetur.

7. Sanctius. Cur Suſãna pulchra ac timens Deum præmittitur.

g. *Sanctius in commentar. ibi. num.* 7. Artificioſè Propheta, &, vt leges exigunt narrationis, illa præmittit, quæ rem faciunt lectori probabilem. Hic enim duo præcipuè narrantur, quæ ad Suſannam ſpectant, & quòd ſenes ætate iam frigidâ, & inerti ad Venerem in eius concupiſcentiam exarſerint: & quod ipſa maluerit mortem, & ſuſpicionem adulterij ſubire, quam à legis obſeruantiâ deficere. Vtrumque verò facit probabile, & rara Suſannæ pulchritudo, quæ emortuam in ſenibus inflammauit libidinem, & Dei timor: qui non eſt paſſus illam ab eo, quod lex diuina præſcribit, declinare. *Strabus Fuldenſis in Gloſſâ morali.*

Strab. Fuldens. Dei timor pulchritudinẽ roborat.

Pulchra nimis, ac timens Deum. Dei timore venuſtas corporis roboratur. *Dionyſius Charthuſianus ibi.*

Dionyſius. Dei timor eſt virtutum cuſtos.

Ideo timor iſte tantùm extollitur, quoniam omnes virtutes cuſtodit, & vniuerſa peccata expellit. *Euſebius Strom.* 8. *cap.* 3.

Euſebius.

Magna illa commendatio Suſannæ, timuiſſe Deum, hoc eſt nihil timuiſſe præter illum, cuius timor ſecuritas eſt. Non ſimpliciter commendatur timiditas Suſannæ, quæ vitium ſolet eſſe: non dicitur ſolùm timens, ſed timens Deum ..... Hic igitur Dei timor acerbiſſimum conſcientiæ metum, per innocentiam excludit: anxias periculorum formidines, per contemptum.

Reliqui timores ſecuritatẽ optãt, Dei timor dat.

Securus inter hoſtes eſt. Nam ceterarum rerum timores ſecuritatem optant, timor Dei dat. Itaque non auellendus, vt Stoici, neque temperandus timor, vt Peripatetici volunt, ſed in veram viam dirigendus eſt; auferendique ſunt metus, ſed ita vt is ſolus relinquatur; qui quoniam legitimus ac verus eſt, ſolus ſufficit vt poſſint cetera omnia non timeri.

8. Dei timor eſt timorũ aſylum.

Neque enim ſolùm periculorum aſylum, ſed timorum eſt timor Dei. Nam qui timet Deum, nec timenda; nec timores patitur. Supra pericula eſt, & extrà metus. At qui Deum non timet, ipſa non timenda timet: nec fugit timores, ſed fingit. *Idem inibi ex S. Nilo.*

S. Nilus. Dei timor, inuictus, & victor eſt.

Nullus timorem Dei vicit amor mundi; & ipſe omnes vincit mundi timores. Inuictus, & victor eſt timor Dei. *Idem ex Lactantio ibidem.*

Lactantius.

Planè fortitudinis virtutem, nihil aliud quàm metus Dei facit. *S. Zeno Veronenſ. Sermon. de timore.*

S. Zeno. Dei timor eſt virtutũ fortitudo. Dei timor voluntate ſuâ ſe parit.

Videtis ne hunc timorem nobis neceſſarium, qui in Dei amore conſiſtit, qui voluptate ſuâ ſe parit, diuinæ legis agnitione conſtituit decorem, ad omnia genera virtutum intrepidus pergit, præceptis omnibus fideliter obtemperat: inchoatus innocenter viuit, iuſtitiam percolit; ſine fine ſtudet timere, nequid præter Deum, quem diligit timeat ..... Ionas timens Dominum, ſpontaneum non timet adire naufragium: ceto hiante miſerabiliùs ſepelitur quam præcipitatur; & tamen litus, quò tendebat, inuenit antequam videat felix magis ſepulchro, quàm naui ..... Vultis ſcire, cuius proprietatis ſit (hic Dei timor?) omnes timores, quoſcùmque inuaſerint, incremento conficiunt: hic ſolus ad hoc creſcit, vt immortalem, quem poſſederit, faciat.

Creſcens Dei timor immortales facit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

9. S. Hieronym.

h. *S. Hieronymus in commentar. ibi.* Parentes illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Hoc vtendum eſt teſtimonio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxtà legem Dei, ſermonemque diuinum, non ſolùm filios, ſed etiam filias. *Caſſiodorus lib.* 2. *Variar. epiſt.* 15.

Caſſiodorus. Parentum virtus prolis ſucceſſũ indicat.

Prouidentiæ ratio eſt in tenerâ ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis indicare ſucceſſus. *Euſebius Strom.* 8. *cap.* 2. Dabit cura parentum, quæ natura negauit filiis. Paternis fuit inſtitutis docta virgo (Suſanna) omnem pudorem, & obſeruantiam legis. Nihil ea religioſius nihil verecundius. Erubeſcentia, quæ virtutis color eſt commendabat ſpeciem Suſannæ; & ipſis barbaris non concupiſcendam, ſed venerandam fecit. Omnes virtutes virginis extulit pudor. *Dionyſius Carthuſianus ibi.*

Babyloniȷ non concupiſcant, ſed venerantur Suſannam.

Dionyſius.

Erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi, in quâ timor Dei præcipuè edocetur. Nam breuis inter legem Euangeliùmque diſtinctio eſt timor & amor.

Verſ. 4. Erat autem Ioakim diues valdè, & erat ei pomarium vicinum domui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium. 5. Et conſtituti ſunt de populo duo ſenes iudices illo anno: de quibus locutus eſt Dominus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus qui videbantur regere populum 6. Iſti frequentabant domum Ioakim, & veniebant ad eos omnes qui habebant negotia.

10. Sanctius.

i. *Sanctius inibi numer.* 8. Quomodo captiuus & exul, atque in ipſo captiuitatis exordio diues eſſe poterit, ac domum habere ſplendidam, inſtructam tum aliis lautæ domus ornamentis, ſeruorum, atque ancillarum non exiguo numero, quæ à miſerorum atque exulum conditione abeſſe procul aſſolent? *Salianus tom. 4. an. m. 3438. numer.* 23.

Salianus. Ioachim erat diues in captiuitate.

Erat autem Ioakim, vt temporum, & rerum conditio ferebat, diues valdè. *Euſebius 8. Strom. capite* 2.

Euſebius.

Adeo vtilis populo fuit aliquorum probitas, vt laxaret captiuitatis iura, & multis dediſſet principatum, aliis diuitias, omnibus indulgentiam Tyranni, captiuos permittentis patriis legibus vti. Inter eos, quibus ſi non ſeruitus, captiuitas tamen, ſine exilium dedit, aut ſeruauit opes, Ioakimus adoleſcens fuit: is cum re-

Pietas honeſtat diuitias. ge Iuda einſdem nominis Ioakimo, anno regni eius tertio abductus à Nabuchodonoſore Babylonem fuerat, obſes potiùs quam mancipium; ac proinde intactis fortunis, quas magnâ pietate & conſilio extorris honeſtauit.

11. Iul. African. l. *Iulius Africanus in epiſt. ad Origenem.* Si verò hic non erat (rex Ioachin) cuius vxor Suſanna capitis iudicio damnata ſit, ſed alius de mediâ plebe Ioakim Regi cognominis; vnde tam lautæ ædes captiuo ſuppetebant? vnde tam culti & amœni horti? Dionyſius *Dionyſius Carthuſianus inibi.* Et erat ei pomarium vicinum domui ſuæ, pertinens ſibi. In Babylone autem latiſſimâ vrbe, domus ita diſpoſitæ erant, quòd quælibet (vt dicitur) habuit hortum congruè magnum. Ariſtoteles 4. Ethicor. Denique iuxtà Philoſophum: Magnificum habitatio decet pulcherrima. Ex exteriore quoque pulchritudine horti, & florum ac arborum, memoria generatur ſpiritualium florum ac arborum.

12. Euſebius. Honorabilior, ideſt, ditior. m. *Euſebius 8. Strem. cap. 5.* Et ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium. Nam cùm Ioakim opibus antecederet omnes, & nemo illum nobilitate, magnificas quas habebat ædes, quibus Hugo Card. annexum amœniſſimum viretum, ceteri Iudæi forum & curiam elegerant. Prouerb. 14. v. 20. *Hugo Cardinalis ibi.* Ad ipſum confluebant Iudæi. Prouerb. 19. v. 4. Prouerb. 14. Amici diuitum multi. Prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos. Eò quòd Dionyſius eſſet honorabilior omniũ, ideſt, ditior omnibus. Diues enim dicitur honeſtus. *Dionyſius Carthuſianus ibidem.* Eò quòd eſſet honorabilior omnium. Cùm honor ſit exhibitio reuerentiæ in ſignum virtutis.

13. Origenes n. *Origenes in epiſt. ad Iulium Affricanum.* Sed dices: Quomodò in mediâ captiuitate, capitis iudicium diſceptabant? Nec ſcio vnde orta tibi dubitatio eſt ...... Dicendum nihil eſſe quod miremur, cùm magnæ nationes Regi ſeruirent, à Rege eſſe permiſſas propriis legibus vti, & propriis iudiciis. Nunc enim cùm Romani nationibus imperent, & Iudæis: Captiui Iudæi ſuos habent iudices Iudæique ipſi Imperatori Romanorum didrachmum penſitent quotannis, quamquam permiſſu Cæſaris liberè viuant, vt vix differant à nationibus, quæ ſub proprio Rege ſuo iure vtuntur, nouimus omnes qui inter eos ſumus verſati. Albertus magn. *Albertus magnus apud Charthuſianum inibi* Conſuetudo tunc fuit Iudæis annuos iudices ponere, ne confirmati in poteſtate ſuperbirent. Hugo Card. Captiuus factus Iudex ſuperbit. *Hugo Cardinalis indidem.* Conſtituti ſunt duo Senes iudices, quia de talibus præſumitur, quòd meliùs ſciant iudicare, & quod difficiliùs corrumpantur. Iob. 12. V. 12. Iob 12. In antiquis eſt ſapientia. Eccle. 25. V. 6. Eccleſ. 25. Quàm ſpecioſum caniciei iudicium ..... Et notandum quòd ad exaggerationem iniquitatis dicuntur ſenes & iudices ad ſignificandum quòd & ætas, & officium, & dignitas augmentant peccatum. Lyranus *Lyranus inibi.* Deſcribitur tentationum ſtatus, qui erant ſenes maturitate ætatis, Iudices ſublimitate auctoritatis, preſbiteri apparentiâ ſanctitatis: & ideo de facili potuerunt mulieres ſeducere.

o. *S. Hieronymus in commentar. ibidèm.* Referebat Hebræus iſtos eſſe Achab, & Sedechiã, de quibus ſcripſit Ieremias: Faciat te Dominus ſicut Achab. & ſedechiam, quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatem, quàm ſecerant in Iſraël, & adulterarunt vxores ciuium ſuorum. *Dionyſius Carthuſianus ibi.* De quibus locutus eſt Dominus, quia egreſſa eſt iniquitas à Babylone, ideſt, ab inhabitantibus Babylonem Iudæis, de quibus mox ſubditur: A ſenioribus iudicibus, ſcilicet iſtis duobus, quia grauiſſimè tranſgrediendo, & fœminas ad adulteria pertrahendo, & tandem plurimos ſcandalizando, fuerunt quaſi iudices origineſque peccati. Sed vbi locutus eſt Dominus de ſenioribus iſtis? Fateor in ſcripturis veteris Teſtamenti non inueniuntur hæc verba, niſi in hoc loco. Aliquid tamen huiuſmodi in ſcripturis canonicis inuenitur: ſiquidèm de duobus his ſenibus in Ieremiâ habetur, quòd fecerunt ſtultitiam in Iſraël & mœchati ſunt in vxores proximorum ſuorum. 14. S. Hieronym. Ierem. 29. V. 21. Dionyſius Mali Iudices dicuntur peccati origines. Ierem. 29. V. 22.

p. *S. Hieronymus in Commentario hic, ex Origene l. 10. Strom* Qui videbantur regere populum. Pulchrè & Preſbiteris peccatoribus non ait: Qui regebant pupulum; ſed, Qui videbantur regere populum Qui enim benè præſunt populo, regunt populum; qui autem tantùm nomen habent Iudicum, & iniuſtè præſunt populo, regere videntur populum magis quàm regant. *Sanctius indidem, n. 11.* Eam præſeferebant grauitatem in ore, eam in moribus ſimulatam ſanctitatis ſpeciem, vt alios viderentur in omni officio, ac morum integritate ſeruaturi. Sed erat ſimulata ſanctitas, & vmbra quædam inanis ſenilis maturitatis & prudentiæ. Videbantur quidèm regere, non regebant populum: Idolum Iudicum appellares, non Iudices. Quod Zacharias dixit: ô paſtor, & Idolum. 15. S. Hieronym. Malus Iudex non præeſt; ſed præeſſe videtur. Sanctius Malus iudex eſt Iudicis idolum. Zachar. 11. V. 17.

q. *Hugo Cardinalis ibi*: Iſti frequentabant domum Ioakim; quia ille erat ditior, & competenter ibi fiebant placita. Hugo Card

Verſ. 7. Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediabatur Suſanna, & de ambulabat in pomario viri ſui. 8. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. 9. Et euerterunt ſenſum ſuum, & declineuerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. 10. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum; 11; erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum eà.

r *Euſebius 8. Strem. cap. 5.* Specioſiſſima Loakimi vxor conſpectum virorum horrebat, quapropter non niſi recedenti poſt meridiem populo, ſolita in viretum ſpatiari. Nolebat videri, & cauebat adhuc ſecura, pericula caſtitatis, humanos oculos fugiebat, vt ſuæ pudicitiæ ſatellitium cautela ſeruaret. *Tertullianus lib. de Cultu fœmin. cap. 2.* Quid autem alteri periculo ſumus? quid alteri cõcupiſcentiam importamus? quam ſi Dominus 16. Euſebius Suſanna ſecura ſibi, timet humanos oculos. Tertullian.

Spectator peiit in muliebri formâ.

mus ampliando legem à facto ſtupri non diſcernit, ſo pœna neſcio an impunè abeat, qui alicui fuerit cauſſa perditionis. Petit enim ille ſimul in tuâ formâ, ſi concupierit, & admiſit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi. Vt à culpâ vaces, ab inuidiâ non liberaberis. Vt cùm in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem dominum non conſtringit, dum res tamen eius ignominiâ notatur, ipſe quoque infamiâ aſpergitur.

17. S. Cyprianus. Aculeus peccati eſt mulieris forma. Euſebius

s. *S. Cyprianus apud Gloſſam ibi :* Aculeus peccati facta eſt forma fœminea, & mortis conditio non aliundè ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantiâ, quod memorat ſapiens: A muliere factum eſt initium peccati. Longè ſatis, longè ſit peſtis iſta & lues, & clandeſtina pernicies. *Euſebius* 8. *Strom. cap.* 5. Omnem ætatem ſuſpectam facit forma: lædit etiam ſenium liber obtutus. Oculi adhuc è niue ignes ſuſcitant; è genere ſiliceo

Pulchra femina eſt incendiaria.

viſus eſt, atque illiſſus formæ parturit ignes Pulchra femina eſt incendiaria. Quia videbant eam, licet ſenes, exarſerunt in concupiſcentiam pulchritudinis. Nec ſatis canicies libidinis aſylum eſt, dum infert in pericula conſpectus; & viſa ſpecies muliebris periculum ſemper eſt. *Clemens Alexandrinus lib.* 3. *Pædag. cap.* 2. Huic fraudi

Clem. Alex. Operculum adhibendum pulchritudini. Tertullian.

(pulchritudinis) eſſet potiùs admouendum operculum .... ô ad adulteria incitantem pulchritudinem! Græciam euertit barbarum ſui ornandi ſtudium. *Tertullianus lib. de cultu fem. cap.* 2. Cum igitur noſtra, & aliorum cauſſa verſetur in ſtudio periculoſiſſimi decoris, iam non tantùm confictæ & elaboratæ libidinis ſuggeſtum recuſandum à nobis ſciatis, ſed etiam naturalis ſpecioſitatis oblitterandum diſſimulatione & incuriâ, & proindè oculorum incurſibus moleſtum. Nam etſi accuſandus decor non eſt,

Pulchra femina ſpectata eſt iniuria & violentia.

vt felicitas corporis, vt diuinæ plaſticæ acceſſio, vt animæ aliqua veſtis vrbana, timendum tamen eſt vel propter iniuriam, & violentiam ſpectatorum: quæ etiam Pater fidei Abraham in uxoris ſuæ ſpecie pertimuit, & ſororem mentitus Saram, ſalutem contumeliâ redemit.

18. S. Cyprianus. Rediuiua in ſenibus libidinis flama.

t *S. Cyprianus lib. de bono pudicitiæ.* Suſannam ex Senibus duo cœperunt deperire, nihil memores nec ſuæ annis iam marceſcentis ætatis ita illos in flagrantia tranſactæ iuuentutis incendia, rediuiuæ libidinis flamma reuocabat. Pudicitiæ latrones amorem profitebantur, ſed oderant. *Sanctius in Commentar. ibi. n.* 5. Cùm omnis affectus

Sanctius Libido ſenũ ſapientiam expectorat.

immoderatus peruertat ſenſus, & menti offundat tenebras, id maximè facit libido, vbi primùm ſtultorum hominum mentes occupauit; quæ ſenum, ac ſapientum animos non ſolùm domat, ſed etiam ſternit, atque peruertit, & ſapientiam omnem protsùs expectorat ..... Sic ergò Senibus his, dum oculos à feminarum aſpectu non auertunt, cor euerſum eſt. *Euſebius* 8. *Strom.*

Euſebius Cur cæcus & cum pharetrâ amor pingitur?

cap. 6 Libidinis mantiſſa dementia eſt; additur concupiſcentiæ inſania. Nam euertit mentem cupido; vt dixerit Stoicus: Amare & ſapere vix Deo conceditur. Ideò cùm

P. Didac. Celada in Suſannam.

præcipua amoris inſtrumenta oculi ſint, iis nihilominùs orbatus exhibetur cupido. Deberet quidem perſpicax pingi, & plus oculis onuſtus quàm ſagittis; aptè tamen cæcus fingitur, vt cœcitate corporis cœcitatem repræſentet mentis. Damna autem & perſpicaciam oculorum per tela ſatis ſignificat. Omnium ſenſuum celerrimus viſus eſt, & amantibus pernicioſior ſagittis. Non ſegnior penetrat corda conſpectus, quàm acerrima cuſpis.

v *Sanctius in commentar. ibidem, n.* 16. Fecit olim pactum Iob. cum oculis ſuis, ne- 19. Sanctius Iob. 31. V. 1.

in feminarum vultus incurrerent; ne qua inde cogitatio turpis oriretur. Satiùs opinor exiſtimabat illos in cœlum eleuare, vt cœleſtium memor terrena omnia, & quæ animali lenocinantur naturæ, contemneret. Hi verò Senes fœdus videntur pepigiſſe cum oculis ne viderent cœlum, ne videlicet illi aſpectus, & eius, qui in cœlis habitat, præceptum ac timor, à terrenarum rerum ſtudiis abducerent. *Euſebius* 8. *Strom.* Euſebius

cap. 6. Et declinauerunt oculus ſuos vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Elati oculi corporis, vt pulchritudinem videant terrenam, demittunt oculos mentis, ne cæleſtem conſpiciant. Cupiditas caducæ voluptatis delet deſideria æternæ. Non ſperat cælum, qui terram appetit Deum teſtem aut repudiat,

Neceſſitas probitatis eſt Deum ante oculos habere. Boëtius lib. 5. de Conſolat. Libido ſpem ac timorem tollit.

aut non cogitat. At quid non auderet Senectus oblita Dei, cuius præſentia ſcelerum antidotus eſt. Benè Boëtius dixit: Indicta eſt neceſſitas probitatis, cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis. Neque ſolùm appetitus formæ conſpectum cæleſtium obſcurat, ſed memoriam delet diuinorum iudiciorum, ideſt, extinguit æternæ beatitudinis ſpem, & Dei timorem aufert. Sceleſta Iudicum Senectus, nec ſperandi, nec timendi gnara, infanda in flagitia, immania in ſupplicia præceps ruit. Error ſpei pernicioſſimus eſt. Error timoris miſerrimus. Fallentem voluptatis ſpem laſciuus agitauit amor, & diuinæ iuſtitiæ contemptum corrupta in præcordia immiſit, vt omnia perditè agerent immemores iuſtorum iudiciorum, Dei ſcilicet, cuius iudicia iuſtiſſima

S. Cyprianus

ſunt, quia vera. *S. Cyprianus lib. de ſingular. cleric.* Qui Apoſtolis coæquari contendit, quare non magis Presbyteros apud Danielem ad formidinem ſibimet ipſe proponit?

S. Hierony.

S. Hieronymus in commentario ibidem. Quod Græci vocant *πάθος*, nos perturbationem magis quàm paſſionem rectiùs interpretamur. Hæc igitur perturbatio, & cupido libidinis titillauit, imò percuſſit corda Seniorum. Sed vt in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitarent deſiderata complere, ipſi euerterunt ſenſum ſuum: quo ſubuerſo, oculi eorum inclinati ſunt, vt cæleſtia non viderent, nec recordarentur iudiciorum iuſtorum, ſiue Dei, ſiue honeſtatis, ſiue naturæ; quæ omnibus in bonum inſita eſt, *Hugo Cardinalis ibidem.* Neque recordarentur iudiciorum iuſtorũ Dei vel populi, Quamuis eſſent Iudices. Hugo Card.

20. Euſebius

x *Euſebius* 8. *Str. cap.* 8. Erãt ergò ambo vul-

 nerati

netati amore eius. Morbus lentè mortem obſonat, quam ictus præcoquit crudam. Morbus intra viſcera gignitur, vulnus extra infligitur: externam cauſſam habet amor: aliena ferit ſpecies, & celerrime necat. Nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum. Morbus vt plurimum pigram fouet laſſitudinem potiùs quàm acrem infert dolorem, vulnera magis dolent. Non ſine magno ſenſu plaga amoris eſt. Non ait, nec indicauerunt ſibi amorem, ſed dolorem. Tantumdem dolentis amans eſt; qui malè amat, ſemper dolet. Ex otem amoris dolor conſequitur.

Cur amor dicitur dolor.

y *Euſebius 8. Strom. cap. 8.* Erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam: Alter alterius præſentiebat vitium. Sympathià quâdam ſe agnoſcunt ſceleſti, & mirâ cõſenſione conſpirant etiam muti. Seſe peſſima Senectus odorata eſt, & ſimilia augurata eſt vitia, puduit tamen explicare turpia in canis cogitata. Ipſa ſe erubeſcit malitia, & cùm inueterata impudentior. Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Vterque rubeſcebat criminis ſocium, neuter iudicem.

Euſebius

Sceleſti Sympathiâ quâdã ſe agnoſcũt.

Verſ. 12. Et obſeruabant quotidie ſollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum: 13. Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe 14. Cùmque reuertiſſent, venerant in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam.

21 z *Hugo Cardinalis inibi.* Obſeruabant quotidie ſollicitiùs videre eam. Hinc oſtenditur, quòd locus, & oculus generant libidinem. *Euſebius Stromate 8. cap. 8.* Mora auget malitiam, & amor tempore grandior, ſollicitior quoque miſeros agitabat amantes, vt impranſos haberet laborioſius ſui interitus. Magno conſtat amantibus parua voluptas. Quotidianâ ſollicitudine diuturnam pœnitudinem emunt. Inſidiatur ſibi, qui obſeruat feminam, a. *Salianus tom. 4. an. m. 3418. n. 24.* Senes videbant ſub meridiem Suſannam in pomario ambulantem; nihilque ſibi ab illis metuentem, qui tamen illius capti pulchritudine, inſano illam amore deperibant. Qui cùm indies creſceret, & erubeſcerent illi ſuam inter ſe fateri cupiditatem, alterque alterum vitare cuperet, ac dimittere; tandem vterque ab altero deprehenſus, criménque confeſſus, in commune deliberant de opportuno tempore exequendi facinoris, quod æſtus & ſolitudo, intentis in flagitium ſenibus obtulit. *Euſebius 8. Strom. cap. 8.* Laſſos tandem habuit Senes longa obſeruatio, aut diſſimulatio amoris, quæ moleſtiſſima eſt. Dixitque alter ad alterum: Eamus domum, quia hora prandij eſt. Breui tamen reuocauit eos fames libidinis, quâ depaſcebantur: canina eſt cupiditatis fames. Et egreſſi receſſerunt à ſe. Cùmque reuertiſſent, venerunt in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam. Nihil inuerecundiùs quàm detecta malitia. Quicquid timuit diſſimulata, audet recognita. Prior erubeſcentia amoris, in adulterandi conſpirationem conuertitur. Et tunc in communi ſtatuerunt tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam. Infandum paciſcuntur ſcelus, ſceleris ſocietatem, adulterij commercium. Riuales ſibi inuicem lenones fiunt, turpiſſimo fœdere conſpirant. Nemo inſons; pacem ſeruant commercia culpæ. Et quidem conſpirant aduersùs pudorem, qui nuper erubeſcebant videri non pudiciſſimos; ipſi ſe in pericula immergebant. Primũ periculũ, cõſpectus fuit, deinde obſeruatio, mox conſpiratio, & captatio ſolitudinis. Adeò procul a remedio fuerant, qui ſuam exacerbabant plagam, cuius potiſſima curatio fuga eſt.

Hugo Card. locus, & oculus generãt libidinem. Euſebius.

Inſidiatur ſibi, qui obſeruat feminam. SAlianus

Euſebius

Detecta malitia, inuerecunda eſt.

Riuales ſibi inuicem lenones fiunt hi Senes.

Verſ. 15. Factum eſt autem cùm obſeruarent diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri & nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis, voluitque lauare in pomario: æſtus quippe erat 16. & non erat ibi quiſquam præter duos ſenes abſconditos, & contemplantes eam. 17. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. 18. Et fecerunt ſicut præceperat: clauſeruntque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum, vt afferrent, quæ iuſſerat, neſciebantque Senes intus eſſe abſconditos.

22 b *Euſebius 8. Strom. cap. 9.* Aptus libidini dies & locus inter delicias fuit; aptus vbi teſtes aberant. Nihil ita laceſſit laſciuiã quàm delicioſa ſolitudo. Serpunt deliciæ, & connexio quodam voluptatum, ea quæ licent, tranſcendunt ad vetita. Facilis gradus eſt à voluptate ad ſcelus. Per ſuauia deducimur ad licentiam, per licentiam ad illicita ..... Emolliunt animos blanda, & mirum in Suſannâ fuit, virilem animum habuiſſe inter femineas delicias. Maluit gaudium conſcientiæ, quod paradiſus non daret.

Euſebius

Aptus libidini dies, inter delicias eſt.

Facilis gradus eſt à voluptate ad ſcelus.

23 c *S. Bernardus in ſententiis.* Triplex eſt hortus, in quo electæ animæ ſpatiantur. Moleſtia corruptibilis vitæ, quæ eſt hortus nucum in quo Suſanna lauatur. &c. *Dionyſius Carthuſianus ibi:* Voluitque lauari in pomario pro corporis refrigeratione, atque munditiã: æſtus quippe erat, & tunc corpora in ſudores laxantur. Hinc Auguſtinus in regulâ: Balneum, inquit, corporis, cùm neceſſitas exigit, minimè denegetur. Placet Angelis ſanctis munditia corporali. *Sanctius in Commentar. ibidem, n. 18.* Videri alicui poſſet nimis delicatam, & mollem, atque adeò parum pudicam videri Suſannam, quæ toties adiiſſet balnea, toties veſtimenta deponeret. Non diſputo nunc an totum corpus lauerit; quod fortaſsè non fecit: Sed dico eo tempore ſic eſſe vſitatum, in regionibus maxime calidis, vt illud naturæ leuamentum neque modeſtiſſimi, neque ſanctiſſimi refugerint. *Cornelius in commentario verſ. 15.* Diſcant hîc caſtitatis amantes, quanta ſint balneorum pericula, quamque parcè & cautè adeunda. In iis enim inſidiatur ipſis caro, mundus, & Dæmon. Ecce tibi Suſanna dum balneum adit, ſimul caſtitatis, famæ & vitæ periculum adiit. *Anonymus (qui putatur Algerus) l. 1. de viduâ Sarep. homil. 2. c. 5.* Omnis nupta ſpeculum habet Suſannam, quæ nec in paradiſi deliciis ad laſciuiã cogi

S. Bernard.

Dionyſius

S Auguſtinus Placet Angelis munditia corporis.

Sanctius

Modeſtiſſimi etiã balneas adibant

Cornelius

Periculoſus eſt balneorũ vſus.

Anonymus

cogi potuit; de abluendo corpore cogitauit, cum non niſi licito vſu viri maculata fuit. vnguenta & Smigmata adhibuit, vt his ſudoriam purgaret vnguentis, & odorem bonum efficeret: ſtudet ne aliquis fœtor hominis exterioris offendat munditiam interioris. Quæ ablutionem requirit etiam ſudoris, innoteſcit ſe non amare opus libidinis: oſtendit adhuc nupta, quid amatura foret vidua. Vnde & competenter adimplet nominis ſui interpretamina.

24 Dionyſius. d *Dionyſius Carthuſianus ibi.* Contemplantes eam, id eſt, auide & acutè inſpicientes: nomenque Contemplationis hîc communiſſime ſumitur. Propriè autem contemplari, eſt diuina ſinceritate intueri. Vehemens autem amor facit amantem diligentiſſimè intuentem & cogitantem, quaſi penetrantem omnia quæ ſunt dilecti, *S. Ambroſius lib 4 Epiſt.* 64. Suſanna fugiens turbarum inducitur. Denique cùm ſe lauaret, paradiſum claudi iubebat. Quid autem præſertim in virgine, cuius præcipuum opus verecundia, quæ ſecreta eſt, tutiùs ſecreto, ad omnes actus expeditiùs?

Cur amori contemplatio tribuitur.

S. Ambroſ. Suſanna Dũ ſe lauat, paradiſum claudit.

Verſ. 19. Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt Duo Senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: 20. Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentiâ tui ſumus: Quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum 21. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſſam dimiſeris puellas a te.

25 Hugo Card. S. Hieronym. S. Auguſtin. Dionyſius. f. *Hugo Cardinalis ibi:* Hieronymus: Bonum eſt ſemper habere ſecum comitem, & caſtitatis ſuæ cuſtodem. Auguſtinus: Non eant ad balnea minùs quàm duo, vel tres. g. *Dionyſius Carthuſianus indidem.* Surrexerunt duo Senes, & accurrerunt ad eam impetu paſſionis, quæ fertur in præceps, ad inſaniamque conuertit: Doli complicatrix Venus, furata eſt mentem valdè Sapientum. *Salianus tom 4. an. m. 3438. n. 25.* Cum autem Suſanna propter æſtum lauari vellet, & duas à ſe puellas dimiſiſſet, quæ domo peterent ea, quæ balneis vſui eſſe ſolent, illicò eruperunt qui latebant Senes, & accurrunt, eamque ad flagitium, occaſione ſolitudinis, & remoti ab arbitris loci, inuitarunt. *S. Bernardus Serm. de Paſſione, cap.* 28. Si enim Betſabee non ſe incautè lauiſſet, & Suſanna in pomario, vbi videri poterant aliquo modo; numquam illa adulterium, nec iſta mortis periculum incidiſſet.

Venus dicitur doli cõplicatrix.

Salianus

S. Bernard.

26. Euſebius. h. *Euſebius 8. Strom. cap. 10.* Validiſſimis armis femina impugnatur, opportunitate, & timore. Opportunitatem ſceleris ſecretum dabat, timorem indeterminatio infamiæ. At nullus locus opportunus eſt culpæ, vndè Deus offendendus non abeſt. Nullum ſecretum eſt, cùm omnia Deus videat; nullum crimen latet, cuius ſaltèm conſcientia teſtis eſt, cuius Deus conſcius. Quæ maior publicitas quàm conſpectus eius, qui pro omnibus eſt. Peſſima illa Seorum ratio: Nemo nos videt. Quomodò nemo videt, cùm plus quam omnes viderent?.... Id ſolum potuit virtus eximia, ne anima periret, maximè vbi ſecretum protegebat. Sanctus Cyprianus dixit: Maxima vis admittendi ſceleris, cùm deliberationibus occurrit impunitas.

Impunitas eſt vis ad delinquẽdũ.

Idem S. c. 9. S. Cyprianus

27 S. Bernard. i. *S. Bernardus ſerm. 3 de Annunciat.* vidiſti duos ſenes quomodo in pomario Ioakino abſconduntur? Suſannam quærunt vxorem eius: ſequamur eos, nam iniquâ cogitatione pleni ſunt contrà eam. Conſentire nobis aiunt Senes, aiunt Phariſæi, aiunt lupi, qui ab alterius paullò antè, licet errantis, ouiculæ, fuerant deuoratione fruſtrati. Cõſentire nobis, & admiſcere nobiſcum. Inueterati dierum malorum, modo accuſabatis adulterium, modo adulterium ſuadebatis? *Euſebius 8. ſtrom cap.* 8. Aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. Riuales ſibi inuicem Lenones fiunt turpiſſimo fœdere conſpirant.

Hi Senes modò ſuadent, modò puniunt adulterium.

Euſebius

28. S. Cyprian. l. *Cyprianus lib. de Bono Pudicit.* Dicemus contrà te teſtimonium. Reſiſtenti Suſannæ minantur calumnias, adulterij ſe dicunt accuſatores, voto adulteri. Inter duos Libidinis ſcopulos auxilium de Deo petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. *Euſebius 8. ſtrom. cap.* 10. Putabant Senes formidine mortis Suaſuros Suſannam. Nam perſuaſis mori quidius facile perſuadetur. Peccat hæc regula, vbi Deus timetur, cùm nec ipſa timetur mors. Inter metuendi affectûs, quidam timor princeps eſt, ex quo ceteri pendent; hoc velut primâ radice ſublato, ceteri velut fibræ amputabuntur. Hunc præcidens timorem timor Dei, ceteros reſecat. Hoc munita Suſanna humanos Iudices non timuit, verita cæleſtem Iudicem, nec opportunitate ſecreti inuitata, nec terrore moriendi fracta, & auctoritate iudicum inflexa, qui abuſu poteſtatis caſtiſſima abuti feminâ voluerunt.... Magnum porrò ſupplicium ſibi conciliat, qui iuſtum calumniatur.

Adulterij accuſatores, voto adulteri

Euſebius

Perſuaſis mori quidius facilè perſuadetur.

Verſ. 22. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: Si enim hoc egero, mors mihi eſt: Si autem non egero, non effugiam manus veſtras 23. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.

29. S. Ambroſius. m. *S. Ambroſius lib. de fugâ ſeculi, cap.* 9. Qui hunc fontem (Deum) deſiderat, effundat ſuper ſe animam ſuam, vt nihil poſſeſſioni carnis relinquat, ſed vbique omnia ſuperfluant. Pulchre eam effudit Suſanna, vt euaporare non poſſent incendia corporis, mortis formidines, vitæ cupiditates. Effuſa ſuper ipſam anima omne reſtrinxit carnale deſiderium, ſeculare ſtudium. Quæ etiam prodigioſorum Senum, & impudentiam Preſbyterorum non potuit flammas reſtinguere, niſi in his libidinis profluuium redundaſſet. A quibus cùm intenderetur calumnia, ſi aſſenſus negaretur adulterio, ingemuit Suſanna, & dixit: Anguſtiæ mihi ſunt vndique &c. *S. Hieronymus in commentario hic* Humanæ quippe fragilitatis eſt, mortem timere, quæ infertur pro iuſtitiâ: niſi fortem Anguſtiam interpretemur, non imminentis mortis, ſed opprobrij & ignominiæ, quà perfundenda erat illis accuſſantibus atque dicentibus: Fuit cùm illa iuuenis, & idcircò dimiſit puellas. *Sanctius in Commentario ibi n.* 22. Coarctabatur vndique Anguſtè Suſanna, cum illa proponeretur conditio, vt aut ſubeunda eſſet

Suſanna effudit ſuper ſe animam ſuam.

S. Hieronym.

Fortis anguſtia eſt, ignominiæ metus.

Sanctius

mors acerbitatis, atque ignominiæ plena, aut contaminandum adulterio corpus, & animus peccato. Sed in hoc tam graui, ac periculoſo conflictu, non diu deliberauit; ſed ſtatim apud animum ſuum ſtatuit a vitâ priùs eſſe diſcedendum, quàm à lege.

Non diu Suſanna deliberat.

30. n. *S. Hieronymus in Commentar. hic.* Si enim hoc egero, mors mihi eſt. Peccatum mortem vocat. Si ergò ei qui facit adulterium, mors eſt adulterium: Sic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum eſt. Et toties mori credimur, quoties peccamus ad mortem. Vndè è contrario toties reſurgimus & viuificamur, quoties vitæ digna opera facimus. *S. Auguſtinus Ser. 37. ex ſermonibus 40. quos nuper noſter Sirmondus edidit,* Omni dixit petenti te da. Quid ſi petat mulier aliqua, quod petiit mulier à Ioſeph? Quid ſi petat vir aliquis, quod falſi Seniores à Suſannâ petierunt? ..... Dedit & Suſanna, nec dimiſit eos inanes, ſi implere vellent conſilio pudicitiæ. Non ſolum enim non conſenſit, ſed & non tacuit quare non conſenſit. Si conſentio, inquit, vobis, pereo Deo: Si non conſentio, non effugio manus veſtras. Meliùs autem eſt in manus veſtras incidere, quàm Deo perire. Quid eſt autem, meliùs eſt in manus veſtras incidere, quàm Deo perire? Vos Deo periſtis, qui talia quæritis. *Euſebius Strom. 8. cap. 11.* Ad turpia Senum poſtulata ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique. Si enim hoc egero, mors mihi eſt. Incolumitatem cum peccato mortem vocauit caſtiſſima femina. Vita ſceleſti mori eſt; & ipſum ſcelus mortaliſſima mors. Exitioſum moriendi genus eſt Deo perire .... Viueret quidem Suſanna obſecundans ſenili turpitudini, moritura erat repugnans. Hoc tamen non vocauit mortem, ſed illud.. Viuere læſo pudore, deterius morte cenſuit.

S. Hieronym. — Toties viuificamur, quoties opera facimus vitæ digna. — S. Auguſtinus. — Qui peccat Deo perire dicitur. — Euſebius — Viuere læſo pudore, deterior mors eſt.

31. o. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicit.* Suſanna columen Matronatûs in affectatæ formæ pulchrius ſuæ pulchritudinis ornamentum, inſigne pudicitiæ teſtimonium, è Senioribus duo, Sed vno incenſi prodigio, ſeciùs quàm decuerat, deperire cœperunt: quiquam cùm aduerterent, muro caſtitatis, quæ certè vera eſt, & æterna formoſitas, in paradiſi ſolitudine circumſeptam, vbi Euam ab Auctore operis ſui meminerant eſſe deceptam, ac reipsâ nacto conſilio, capere dolo aggrediuntur: ac niſi vi culpæ ſuccumbat, velut adulteræ deprehenſæ magnum minantur exitium. At illa non Euæ ancipiti quidem metu præcluſa, cuius aut pudor eſſet iugulandus, aut anima, conſcientiæ ſuæ conſcium ſolum conteſtans Deum, honeſtam potiùs elegit mortem, quàm vitam turpem: meliùs credens hominibus ſe ream præbere debere, quàm Deo. *S. Auguſtinus tom. 10. Serm. 69. in appendice de diuerſ.* ò amor honeſtatis, & legis! Suſanna adulterij conſcientiam grauiorem indicauit, quàm pœnam. *S. Ephrem Syrus in epiſt. ad Ioannem Monachum.* Ruſus mente contemplemur tanquam in imagine, Senes illos Babylonicos; quomodò ad infamiam, Beatam Suſannam compellere ſtudebant: ipſa autem piâ & virili cogitatione adhibitâ, iſtos deturbauerit. *Clemens Alex. lib. 4. Strom.* Hæc quidem (Maria) vna ducit exercitum cum Prophetâ, princeps omnium mulierum: illa verò (Suſanna) per ſummam honeſtatem, vel ad mortem vſque procedens, cùm ab intemperantibus condemnaretur amatoribus perſtitit firma & conſtans teſtis pudicitiæ. *S. Hildegardis in epiſt ad Chriſtianum Mogunt. Archiepis.* Vnde in viſione animæ meæ in quâ numquam me aliquo modo turbaſti, iuſſa ſum corde & ore dicere: Melius eſt mihi incidere in manus hominum, quàm relinquere præcepta Dei mei.

S. Zeno — Suſannæ cũ Eua in paradiſo comparatio. — Grauior adulterij conſcientia, quã pœna. S. Auguſt. — S. Ephrem — Clem. Alex. — Suſanna eſt teſtis pudicitiæ. — S. Hildeg.

32. S. *Ambroſius lib. 3. offic. cap. 14* Sancta Suſanna denunciato falſi teſtimonij terrore, cùm hinc ſe videret vrgeri periculo, inde opprobrio, maluit honeſtâ morte vitare opprobrium, quàm ſtudio ſalutis turpem vitam ſubire ac ſuſtinere. Itaque dum honeſtati intendit, etiam vitam reſeruauit: quæ ſi id quod ſibi videbatur vtile, præoptaſſet, non tantam reportaſſet gloriam: imo etiam id quòd non ſolùm vtile, ſed etiam periculoſum foret, pœnam criminis forſitan non euaſiſſet. *S. Auguſtinus lib. 2. de Serm Domini in monte.* Ioſeph tentatus eſt illecebrâ ſtupri, Sed non eſt illatus in tentationem. Suſanna tentata eſt, nec ipſa inducta vel illata in tentationem. *Sanctius incommentar. ibi n. 25.* Mori ergò maluit Suſanna, quàm peccare; maluit diſplicere hominum oculis proditi coniugalis thalami rea, quàm habere in ſe, quòd diſpliceret Deo; & in quod tamquam in ſcopum ſuæ indignationis iacula vibraret. *Euſebius 8. Strom. cap. 11.* Optimius ſemper delectus eſt innocentiæ. Secura ſunt virtutis lucra, cum quâ maior quæſtus eſt iactura, quàm cum virtutis detrimento totius orbis dominatus. Perdit malignitas lucrans; lucratur probitas perdens, etiamſi iactura ſit huius lucis. Excelſos animos infregit ſpes vitæ. Suſannam ſpes cœli ſeruauit infractam, & lucrum duxit omnis niſi pudoris iactura, quem teſtimonium diuinum conſeruauit. Nam conſpectum Dei reuerita Suſanna noluit habere teſtem flagitij eundem, quem habitura erat iudicem. Nec in ſecreto ſe putauit abſconditam, nec in ſolitudine ſolam. Videri iudicauit, quamuis nemo illam videret. Venuſtè S. Bernardus ait: Eſto nemo te videat, non tamen nullus. Videt te Angelus malus, videt te Angelus bonus, videt te malis & bonis Angelis maior Deus; videt te accuſator, videt teſtium multitudo, videt & ipſe iudex, cuius te oportet aſſiſtere tribunali. Sub cuius ſanè oculis velle delinquere, tam inſanum eſt, quàm horrendum incidere in manus Dei viui.

S. Ambroſ. — S. Auguſtinus — Sanctius — Euſebius — Suſanna lucrum duxit omnis niſi pudoris iacturam. — S. Ber. Serm. ad cler. cap. 26.

33. *Accommodatiſſe Richardus à S. Laurentio lib. 3. de laudi. B. Mariæ.* Hinc enim Maria videbat (Filij) caput ſpinis coronari, hinc genas auelli, hinc vultum conſpui, hinc pedes & manus configi, hinc os felle potari, hinc caput expirantis ſuper humerum inclinari, hinc latus mortui lanceâ aperiri. Verè ergò circumdata varietate dolorum vt verè poſſet dicere cum Suſannâ: Anguſtiæ

Richardus Mariæ anguſtiæ comparantur anguſtiis Suſannæ.

mihi

S. Cyrill. Alex.

mihi ſunt vndique. *S. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in leuit.* Sed tempus eſt nos aduerſùs improbos Preſbiteros vti ſanctæ Suſannæ vocibus, quas illi quidèm repudiantes Suſannæ hiſtoriam, de catalogo diuinorum voluminum reſecarunt: nos autem & ſuſcipimus, & opportunè contrà ipſos profetimus dicentes: Anguſtiæ mihi ſunt vndique. Si enim conſenſenſero vobis vt legis litteram ſequar, mors mihi erit: Si autem non conſenſero, non effugiam manus veſtras Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

Verſ. 24. Exclamauit voce magnâ Suſanna exclamauerunt autem & ſenes aduerſùs eam. 25. Et cõcurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. 26. Cùm ergò audiſſent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum vt viderẽt quidnam eſſet. 27. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſannâ. Et facta eſt dies craſtina.

34. S. Hieronym. Suſanna clamat pudicitiæ magnitudine.

p. *S. Hieronymus in commentar. hic.* Exclamauit voce magnâ Suſanna. Magna vox erat non aëris percuſſione, & clamore faucium, ſed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad Dominum. Vnde & ſancta Scriptura in exclamatione Seniorum non appoſuit magnam vocem. Sequitur enim: Clamauerunt & ſenes aduerſùs eam. *Sanctius in comment. inibi, n. 26.* Quia viribus deſperabat Suſanna ſe quicquam effectura contra duos, neque credebat illorum æſtuantem libidinem, aut metu aut præcibus reſtingui poſſe; ad arma confugit, quæ muliebrem infirmitatem armant, & muniunt, ad clamorem videlicet, quo auxilium aduocat, quo vim illam pluſquam hoſtilem à ſe depellat: & eò clamat altiùs, quo rem ſibi chariſſimam in diſcrimen adduci ſentit. *S. Zeno Ver. Serm. de Suſannâ.* Quotieſcumque in hoc peruerſo ſeculo contra laudabiles viros multiformes traduntur inſidiæ, & diuerſis calumniarum generibus factioſæ emerſerint cauſſæ, quid homo peſtilens excogitet, vel qoid Diabolus machinetur, non metuat iuſtus. Inde Suſanna illuſtris Hebræa veræ decus pudicitiæ, docuit feminas ſuæ caſtitatis exemplo. *S. Ambroſius lib. ad Virginem lapſam, cap. 4.* Sed dicis nolui hoc malum, ſed violentiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna, cuius tu nomen fallaciter baiulas: Ego etenim inter duos Preſbiteros poſita, inter duos vtique Iudices populi, inter ſyluas paradiſi ſola cõſtituta vinci non potui, quia nec volui. In ab vno ineptiſſimo adoleſcente, & in mediâ ciuitate, quomodò vim potuiſti perferre, niſi quia vltrò voluiſti violari? Quis denique voces tuas audiuit? quis obluctationes ſenſit? *Euſebius 8. Strom. cap. 13.* Ceteris deſtituta auxilijs, vt aliquod aduocaret, & turbaret Senes, exclamauit voce magnâ Suſanna. Non vt defenderet vitam exclamauit caſta Matrona, ſed vt ſeruaret pudorem, & patientiâ ſuæ infamiæ voluit magis pudicã eſſe, quàm videri ...... Docuit Suſanna omnem pudoris protectionem, aduocans teſtes violentiæ, aut auxiliatores pudicitiæ, aut impedimenta ſuæ iniuriæ,

Sanctius. S. Zeno. S. Ambroſ. Suſanna virginibus etiam imitanda proponitur. Euſebius. Suſanna maluit pudica eſſe quã videri.

q *Dionyſius Carthuſianus ibi:* Exclamauerunt autem & ſenes aduerſùs eam, quaſi tranſgreſſionem eius nequaquam ferre valentes; & vt eam apparentiùs accuſarent, nec primitùs accuſarentur ab eâ. Sic & impudica illa Ægyptia, videns ſe à Ioſeph ſanctiſſimo viro contemptam, clamauit. Contentioſorum quoque mos eſt clamore vincere velle. Vnde ſecundùm Ambroſium: Contentio eſt, Impugnatio veritatis cum confidentiâ clamoris. *Euſebius 8. Strom. cap. 13.* Reclamauerunt quoque ſenes ne vincerentur à puellâ diligentiùs tuente virtutem, quàm illi accuſarent. 35.

Dionyſius. Contentio eſt impugnatio veritatis, cum confidentiâ clamoris. S. Ambroſius. in cap. 1. epiſt. ad Roman. Euſebius

r *S. Bernardus Serm 3. de Annunciat.* Cùm ergò audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum. Quid familia Ioakim tardat? irruat per poſticum, nam in pomario clamor auditur, clamor velluporum grauium, & balantis ouiculæ inter eos, Sed non patitur ab eis innoxiam deuorari, qui ab ipſis eorum faucibus tam dignãter eripuit.

S. Bernard.

s. *Salianus tom. 4. an. m. 3438. n. 26.* Exclamauerunt & flagitioſi ſenes, quaſi turbam domeſticam euocando ad comprehendendum adulterum; qui vt effugiſſe videretur, cucurrit vnus eorum ad oſtia pomarij, & aperuit. Clamore interea acciti famuli irruerunt per poſticum, occultas videlicet horti fores, & ſtatim occupatâ accuſatione ſenes caſtiſſimam feminam adulterij inſimularunt: quæ accuſatio tam inopinata atque inſolens, familiam in ruborem ac ſtuporem dedit. Nec defuit repellendo crimini Suſanna, cui anteacta vita patrocinabatur Numquam enim huiuſcemodi ſermo de Suſannâ auditus fuerat. Sed accuſatorum conditio, & ſeminuda mulier, & ſolitudo loci, & fabulæ callidè compoſitæ probabilitas, non parum fidei faciebant. *Euſebius Strom 8. cap. 13.* Turbauit omnem familiam auctoritas Magiſtratùs: vicit reuerentia ſenectutis opinionem virtutis puellaris. Quia ſenes, quia Magiſtratus fidem falſitatis obtinuerunt cõtra innocentiæ veritatem. Creditur malitiæ, quia incredibilis eſt viſa tanta, quæ tam impudenter, & artificioſè virtutem impugnaret. Illud certè fauſtum Suſannæ, illæſo pudore vel mori. 36.

Salianus. Senes credibile fecere mendaciũ. Euſebius

Verſ. 28. Cùmque veniſſet populus ad Ioakim virum eius, venerunt & duo Preſbiteri pleni iniquâ cogitatione aduerſùs Suſannam, vt interficerent eam 29. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiã Helciæ vxorem Ioakim. Et ſtatim miſerunt, 30. Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.

t. *Salianus tom. 4. an. m. 3438. n. 27.* Illuxit interea, & cùm Senum operâ rumor de Suſannæ flagitio ſpargeretur, frequens populus Ioakimum adit, vt rei addiſceret veritatem, adfuerunt & duo ſenes fraudulenta conſilia meditati contra Suſannam, vt illam ex lege populi manibus opprimerent. Ergò congregato populo, actores ſimul ac teſtes futuri, iuſſerunt Suſannam accerſiri: quæ venit cum parentibus & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis, vt ſiqua ſe via ad ſalutem aperiret, 37.

Salianus. Quare cognati Suſãnam comitantur.

tiret, ſupplicium auerterent; vel ſaltem vt illam quaſi iam damnatam & mortuam, ad ſepulturam atrari proſequerentur. Flebant igitur omnes ſui, ob tantam, tamque inopinatam calamitatem, quæ etiam ab alienorum oculis lachrymas extorquebat. *Euſebius Strom. 8. cap.* 14. Poſterâ die concurrente populo in domum Ioakimi, vocant Magiſtratus in iudicium adulterij caſtiſſimam Matronam: & venit cum parentibus, & filiis & vniuerſis cognatis ſuis, qui amore Suſannæ, & domeſticæ experimento virtutis arduam fidem iudicibus dabant, repugnare tamen Magiſtratibus non audebant. Siniſtras ſuſpiciones ij qui amant difficiles habent. Bonus etiam prauarum rerum interpres amor eſt: *S. Auguſtinus tom. 10. Serm. 69. in Appendice de diuerſ.* Sed nec fœmineus ſexus ſuis fraudatur exemplis, qui pudicitiæ ornatum ſalubriter reſeruauit. Suſanna illuſtris, decus, pudicitiæ, vicit impudentiam Iudicum, petulantiam ſeniorum compreſſit audacem, ne caſtitas in eâ pateretur iniuriam, Stabat Suſanna in iudicio falſorum mendacibus oppreſſa teſtimoniis: Stabat non tamquam rea, ſed pro caſtitate firmiter moritura. Ibat ergò pudica ad ſupplicium, non adulterum corpus, in quo extrema libido exarſerat, & diabolus inflammauerat. Quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæſus, illæſum ibat in mortis exitium. Egregium portabat caput, cuius vultum integra conſcientia ſublimabat ad cœlum.

Euſebius

Bonus prauarum etiã rerũ interpres amor eſt.

S. Auguſt.

Stat Suſanna in iudicio.

Verſ. 31. Porrò Suſanna erat delicata nimis & pulchra ſpecie. 32. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius 33. Flebant igitur ſui & omnes qui eam nouerant.

38.
v. *S. Ambroſius lib. 1. offic. cap.* 18. Suſanna, refugiebat ora virorum, Eſt enim & in oculis verecundia, vt nec videre viros, nec videri velit. *Tertullianus lib. de Coron. milit. cap.* 4. Si & Suſanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præſtat, & hic velamen arbitrij fuit. Rea venerat, erubeſcens de infamiâ ſuâ, meritò abſcondens decorem, vel quia timens iam placere. Ceterùm in ſtadio mariti non putem velatam deambulaſſe, quæ placuit. *Lyranus ibidem.* At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur, quia fortè volebant inducere populum ad ſuſpicandum male de eâ ex rubore eius: Sciebant enim eam eſſe verecundam. *Euſebius 8. Stromat. cap.* 14. Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie: atque aduenerat velo obnupta, ſiue vt pulchritudinem noxiam ſibi vindicaret, ſiue vt puniret Magiſtratus, negans illis conſpectum ſui. Dolor eſt concupiſcenti negata ſpecies. At iniqui illi iuſſerant vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Obliquus eſt libidinis amor: cum odio perſonæ amat ſpeciem. Placuit ſenibus venuſtas Suſannæ, ipſam oderant. Conſpecta lachrymantis & modeſtæ Matronæ facies, totius familiæ prouocauit lachrymas. Flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant eam. Triſte ſpectaculum omnibus. Dolebant Suſannam, aut adulteram fuiſſe, aut miſeram eſſe. Alij culpam mirabantur in tantâ modeſtiâ inuentam; alij tantam pœnam ſine culpâ. Dubios multos tenuit, omnes triſtes. *Dionyſius Carthuſianus hic ex Alberto Magno.* Erat enim cooperta ad caput & faciem ex triſtitiá & rubore: eràtque mos antiquis, vt rei diſcooperirentur, omnibuſque ſe videndos exponerent propter exprobrationem maioré. *Anſelmus Laudun. in Gloſſá Interlin.* Vt ſic ſatiarentur decore eius. Extrema linea, amare nonnihil eſt. *Lyranus ibidem.* Erat enim cooperta, vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Id eſt, vt non videntes eiùs pulchritudinem, minùs inflammarentur de eâ; & ſic non accuſarent eam crudeliter.

S. Ambroſ.

Tertullianus.

Velatur Suſanna timẽs placere per decorem.

Lyranus

Euſebius.

Velatur Suſanna, vt pulchritudinem vindicet,

Libidinis amor obliquus eſt.

Albert. magn.

Dionyſius

Anſelm.

Laud.

Myſticè Richardus à S. Laurent. lib. 2. de laud. B. Mariæ. Verè Maria ſignificatur per Suſannam, quæ interpretatur lilium, de quâ dicitur, quod erat delicata nimis, & pulchra ſpecie, Ieremiæ 6. Speciosę & delicatæ aſſimilaui filiam Sion, id eſt, Mariam.

Lyranus.

Richardus

Maria Suſannæ comparatur.

Ierem. 6. V. 2.

Verſ. 34. Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. 35. Quæ flens ſuſpexit in cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.

x. *Dionyſius Charthuſianus inibi.* Conſurgentes autem duo Presbyteri. ideſt, ad malitiam ſimul ſurgentes, in malo concordes, & de ſuâ auctoritate, ætate, & famâ præſumentes, quòd ſcilicet eis faciliter propter hæc crederetur: poſuerũt manus ſuas ſuper caput eius, quaſi in teſtimonium veritatis accuſationis proponendæ, vt ſcilicet pœna Suſannæ retorqueretur in eos, ſi mentirentur. *Euſebius Strom. 8. cap.* 14. Poſuerunt manus ſuper caput eius. Hæc ceremonia accuſationis, quæ ſupplicio criminatores deuouebat ſontes, quorum depoſcebat caput, O prodigium malignitatis! Senes inſidiantur caſtitati, Iudices innocentiæ! Voluerunt Suſannæ pudicitiam auferre, voluerunt auferre vitam; ſed gloriam geminarunt pudiciſſimæ feminæ, quæ timore Dei vicit impudicos, ſpe iniuſtos; bis glorioſa; ſemel & iterum victrix. *Sanctius in Commentar. ibi n.* 32. Imponebant teſtes manus ſuas ſuper caput rei, quo teſtabantur caput illud ſceleratum eſſe, & morte dignum. Addit Lyra, hæc etiã verba à teſtibus ſiue accuſatoribus addi: Malitia tua te adduxit ad mortem, non nos. Quaſi dicant: Si quid tibi grauius accideret, tuis abſcribe meritis, non noſtro teſtimonio. Aliud autem fortaſſe indicabat hæc manuum impoſitio; nempe eo ſigno reum capitali ſupplicio eſſe deuotum. Vt enim victimæ illâ impoſitione deſtinabantur cultro, atque aræ, ſic reus quaſi piacularis victima ſuâ morte ſordes moriendo eluit, quam inuexit peccando. Quòd ſi teſtes omnium primi lapidem mittunt; vt ſuo facto aliis præſcribant, quid facere poſſint, & debeant; quantam illorum Senum inuerecundiam, quantum ſcelus eſſe putabimus, qui caſtiſſimum illud corpus primi coniectu lapidum violabunt, idemque aliis, quaſi ſanctum aliquid eſſet faciendum præſcribent? *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſannâ.* Stabat Suſanna in iudicio perditorum falſorum teſtium

39.

Dionyſius.

Euſebius

Senes inſidiantur caſtitati iudices innocẽtiæ.

Sanctius

Lyra in cap. 24. Leuit.

Cur impoſuerunt manus ſuper Suſannæ caput.

S. Zeno.

oppreſſa

oppreſſa mendaciis, conſcieotiæ tamen bonis contenta ſecretis, non tam rea ſuſceptura ſententiam, quam dicata Deo pro caſtitare fortiter moritura: & quam iudicantium ſenteotia praua deiecerat, illuſtris conſciẽtiæ integritas erigebat. Sufficit ergò pudicitiæ conſcientia: teſtis eſt Deus.

40. y. S. *Ambroſius lib. de Fugâ ſeculi, cap.* 9. Quæ flens ſuſpexit in cœlum. Plorauit itaque Suſanna cùm crimen obiiceretur; plorauit cùm ſibi de pudicâ & caſtâ Adulteri iudicium vindicarent: non mortem deplorans, ſed caſtitatis calumniam, religionis iniuriam plorauit: & effudit ſuper ſe non corpus, ſed animam. Effudiſſet enim corpus, ſi carnalibus acquieuiſſet. *Dionyſius Charthuſianus ibi.* Quæ flens ex præcordiali dolore ſuſpexit ad cœlum, vt oculos corporales dirigendo ad cœlos corporeos, oculum meotis ad creatorem régemque cælorum ſublimiùs eleuaret, eumque contemplando inuocaret ſpe humili, & quoniam teſtem qui præſidet cœlis, ſcilicet Duum, interpellabat: & rurſus, quia deficiente humano auxilio, vidit ſibi noo poſſe opem præberi niſi de cœlo: poſtremò quoniam proprium eſt Dininitatis ſuccurrere in huiuſmodi caſibus deſperatis. Sic & Iob. ait: Ecce in cœlo eſt teſtis meus, & conſcius meus in excelſis, & ad eum ſtillat oculus meus. *Euſebius* 8. *Strom. cap.* 14. Quæ flens ſuſpexit in cœlum. E cœlo expectauit iuſtitiam, quam negarunt in terrâ. Illuc miſit oculos, vbi cor habebat. Hoc intereſt inter reſpectum cœleſtis pulchritudinis, & obtutum terrenæ. In cœleſtium rerum reſpectu cor ſtimulat oculos, io terrenarum viſu oculi mouent corda. Per oculos ſubit cupiditas; charitas de corde erumpit. Quia vidit terrenam ſpeciem, amat laſciuus; quia cœlum amat iuſtus, reſpicit.

S. Ambroſ. Plorat Suſanna non ſe ſed caſtitatis calumniam.

Dionyſius

Ad teſtem cæleſtem ſtillant Suſannæ oculi.

Iob. 19. V. 20.

Euſebius

Diſcrimen inter aſpectum cæleſtis ac terreſtris pulchritudinis.

41. z. S. *Bernardus Serm.* 3: *de Annunciat.* Meritò proinde cùm Suſanna duceretur ad mortem, erat cor ejus fiduciam habens in Domino, quem vſque adeò timuiſſet, vt timorem omnem poſtpoſuiſſet humanum, & ipſius legem & vitæ præpoſuiſſet & famæ. *Anonymus lib.* 1. *de viduâ Sarep. homil.* a. Suſannæ verò laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, inquit. Non in ſe confidit Suſanna, ſed adiutorium eios in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Vnde & Paſſer dicitur, quæ in altioribus ſemper conuerſatur, cum marito oon ſuæ eſt poteſtatis, & tamen coouerſatio eius io cœlis eſt. Ex talis nuptæ comparatione vidua & virgo ſe metiatur, cùm nuptam conuerſari in cœlis vident, vbi ſibi locum vidua & virgo eligant, æſtiment ...... Hîc maior tentatio præ ceteris Suſannam inuadit: vnde & interpretatur lilia propter candorem & lenem tactum. Candor cutis, & bona compoſitio corporis, libertas licentiæ coniugalis, & (in Senibus) feruor libidinis, hic peragunt agonem certaminis. Quæ Suſanna cùm ſuperet lilij candorem, à carne in animam ſuam tranſportat. De quâ ſponſus noo carnis, ſed ſpiritûs eius cantat: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, pulchritudine, & lenitate præſtans. Vidua & virgo in tali coniugata inueniunt quò ſe purgatiùs exagitent, ſi attendunt. Quocumque lilium inter ſpinas ſitum, vento agitatur: Spinarum aculeis atteritur, candidum tamen & lene ſemper inuenitur. Sic anima pudica, ſed coniugio connexa, ſiue carni, ſiuè ſpiritui placere velit, vulnera recipit ..... Suſanna tamen in tantâ aduerſitate ſemper eſt vt lilium candida.

S. Bernard.

Anonymus

Suſanna cur paſſer interpretatur.

Vidua & virgo, ex Suſannâ metiri ſe debent.

Suſanna eſt lilium inter ſpinas.

42. *Euſebius* 8. *Strom. cap.* 14. Ideò ſuſpexit cœlum Suſanna, quia cor illùc miſerat fiduciam habens in Domino. Hâc ſolâ ſperat, vbi oulla erat ſperandi ratio, oiſi ipſa humani deſperatio auxilij; opportuoè auxiliatur Deus, vbi homines auxiliari aut nequeunt, aut nolunt. Diuinam opem tacens inuocabat. Magnus inoocentiæ læſæ clamor eſt: etiam ſine vocibus ad cœlum peruenit, elinguis auditur. *S. Ambroſius lib. de Ioſeph, cap.* 5. Suſanoa dum tacet io iudicio, meliùs locuta eſt oraculo: & ideò Prophetæ meruit defenſionem, quæ propriæ vocis non quæſiuit auxilium: *S. Bernardus lib. de ordine vitæ, ante medium.* Tacebat in periculis Suſanna, & grauius verecundiæ quàm vitæ damnum putabat; vbi ſoli loquebatur, cui poterat caſta verecundia loqui. *S. Ambroſius in Pſal* 47. Quid de Domino omnium virtutum loquor? cum mulier Suſanna nec ſexûs infirmitate turbata cùm ſe ad periculum mortis cognouit addictam vocem emiſerit? Accuſabatur, & tacebat; ducebatur ad mortem, & ſilentio ſe tegebat, oe nudaret pudorem. Intrà ſe tamen loquebatur Deo, qui eã magis audiuit tacentem. Quæ ſi voluiſſet loqui forſitan non eſſet audita. *Cornelius in commentario ibi.* Nota hîc quod Deus ſinat ſuos in arcta redigi, vt diſcant in eum ſperare, eumque inuocare: io arctis enim ſuis maximè adeſt Deus, eiſque viciniſſimus eſt, vt ſoccurrat.

Euſebius

Deſperatio humani auxilij, ſpem extimulet

S. Ambroſ.

S. Bernard. Suſanna ſoli loquebatur, cui poterat verecundia loqui.

S. Ambroſ.

Deus magis audiuit Suſannam tacentem.

Cornelius

Deus eſt arctis viciniſſimus.

Verſ. 36 *Et dixerunt Presbiteri: cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas.* 37. *Venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cũ eâ.* 38. *Porrò nos cùm eſſemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri.* 39. *Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis oſtijs exiliit.* 40. *hanc autem cùm apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcẽs, & noluit indicare nobis: huius rei teſtes ſumus.* 41. *Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus & condemnauerunt eam ad mortem.*

43. a. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicit.* Intereà inſtant Senes ex amatoribus accuſatores effecti, crimenque ſuum in ſimplicitatem circumuentæ transfuſum artificiosè dũ exaggerant, exindè iam priores ſe ipſi condemnant. Verùm (proh. nefas!) creditur ætati, creditur auctoritati: exultant adulteri, damnatur integritas. *S. Ambroſius lib.* 2. *de Abraham. cap.* 6. In examine autem omnium, falſæ opinionis error plerumque obducit vim veritatis. Manebat autem apud Deum Suſanna pudica valdè, etiam cùm

S. Zeno. Senes ſe ipſi priores cõdemnant.

S. Ambroſ.

damnare

damnaretur adulterij: quia Deus non aſſertionibus falſorum, facti examinabit fidem ſed intimæ conſcientiam mentis interrogabit. [S. Bernard.] *S. Bernardus Serm. 3. de Annunciat.* Alioquin dicemus, inquiunt, contra te teſtimonium. Semen Chanaan, & non ſemen Iuda; nec hoc quidem Moyſes in lege mandauit. An qui decreuit adulteram lapidare, mandauit accuſare pudicam? An qui iuſſit adulteram lapidibus opprimi, etiam iuſſit contra inſontem teſtimonium ferri? Imò verò ſicut adulteram, ſic etiam falſum teſtem non impunitum eſſe præcepit. Sed [S. Clemens Rom.] qui gloriamini in lege, per legis præuaricationem Deum inhonoratis. *S. Clemens Romanus lib. 2. Conſt. Apoſtol. cap. 53.* [Teſtium mores inueſtigandi ſũt ad fidem.] In ore duorum vel trium ſtabit omne verbum. Eam autem ob cauſſam diximus, mores illorum inueſtigandos eſſe cuiuſmodi ſint, quoniam ſæpenumerò euenit, vt duo vel tres in re malâ teſtimonium dicant, & concorditer falſum defendant. Quod factum eſt in Babylone à duobus Senibus in Suſannam. [Seuer. Sulp.] *Seuerus Sulpicius lib. 2. ſacræ Hiſt.* Suſanna quædam Ioakim nupta, ſpectatæ femina pulchritudinis, à duobus Presbyteris appetita, cùm impudicis non acquieuiſſet, falſo crimine inceſſitur: iiſdem Presbyteris deferentibus, in remotis locis adoleſcentem cum eâ deprehenſum, ſed illum iuuenili alacritate, Senum manus effugiſſe. Ita presbyteris fides habita, iudicio populi Su-
44. [S. Cyprian.] ſanna damnatur. *S. Cyprianus epiſt. 40.* Hinc admoneo pariter & conſulo, ne perniciosis vocibus temerè credatis, ne fallacibus [Quàm ſint dubia hominum teſtimonia.] verbis conſenſum facile commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumatis. Ne ætas vos eorum, nec auctoritas fallat; qui ad duorum Presbyterorum veterem nequitiam reſpondentes, ſicut illi Suſannam pudicam corrumpere & violare conati ſunt, ſic [S. Auguſt.] &c. *S. Auguſtinus tom. 10. Serm. 69. in appendice de diuerſ.* Cùm Suſanna duceretur, non dolebat de ſupplicio, quoniam gaudebat de teſtimonio falſidico. Innocens accuſatur per ſententiam, ſed nutu Dei ſuſpenditur pœna, vt iudicantium falſitas denudetur, & innocens purgaretur. Infirmus [Suſanna grauius verecundiæ, quàm vitæ dãnum eſſe putauit.] ſexus contra viros ſurgit fortior, expugnat libidinem caſtitas & honeſtas, impulſu luxuriæ horrenda proſternitur improbitas. Suſanna propriam virtutem animi ſeruauit, & iudicium populorum conſtanter excepit. Conflantur de innocente falſa crimina. Ille [S. Ambroſ.] autem munitus eſt, qui Deum habet defenſorem. *S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 18.* Tacebat in periculis Suſanna, & grauius verecundiæ quàm vitæ damnum eſſe putabat nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam ſalutem. Deo ſoli loquebatur, cui poterat [S. Zeno] caſta verecundia loqui. *S. Zeno Veronenſ. ſerm. de Suſanna.* [Pudoris fundamentum in Suſanna ſubuerſum non fuit.] Non reſpexit caſtitatis quid falſi dicerent teſtes, an qualiter Iudices circumuenti damnarent: non denique qualiter Diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta ſubuertere. Ibat ad ſupplicium non adulterum corpus, in quo extrema libido ſenilis exarſerat; ſed quod infamauerat Diabolus, & quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæſus.
b. *Dionyſius Carthuſianus ibi.* Ingreſſa eſt 43. [Dionyſius] Hæc, ideſt iſta tam impia, vt proprio nomine exprimi ſit indigna. [Putatur Suſanna proprio nomine indigna.] Vnde ex contemptu ita loquuntur, ſicut Iudæi de Chriſto tempore paſſionis: Non hunc, ſed Barrabam. [Matth. 27. Marc. 15.] Et Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. [S. Maximus] c. *S. Maximus Taurinenſis Ser. 2. de Accuſ. Domino* Simile fuit penè per omnia Suſannæ Dominique iudicium: [Accuſatio Suſannæ ſimilis fuit accuſationi Chriſti.] ſi quidem nec accuſatio in iis fuerat ipſa diſſimilis. Suſannam enim Senes deferunt, Dominum Iudas accuſat. Illam Doctores ſui, hunc Diſcipulus proprius criminatur. Suſannam inquam, Pſeudo-Presbyteri arguunt, prodit Pſeudo-Epiſcopus Saluatorem ...... Sed nec locus in vtraque cauſsâ videtur eſſe diſſimilis: Suſanna enim in paradiſo ab accuſatoribus circumuenitur, Dominus in hortuli paradiſo à traditoribus circumdatur. Illa ibi inſidiatores patitur, iſte hic ſuſtinet proditorem [S. Chryſoſt.] *S. Chryſoſtomus homil. de Suſanna.* Putatis fratres ad magnum meritum pertinere, ſi falſi teſtes non præualeant ſuper innocentem. Non eſt magnum meritum, ſi aduerſùs Dominum non præualerent. Ipſe Dominus noſter Chriſtus per linguam falſorum [Falſi teſtes cur non timendi.] teſtium eſt crucifixus. Sed etiamſi ad horam præualuerunt, reſurrecturo quid nocuerunt? Demonſtrauit ergò ſeruis exemplum, ne falſos teſtes perhorreſcant, & cùm creduntur, non timeant. Poſſunt enim facere malam famam, ſed non poſſunt interficere conſcientiam. *Salianus tom. 4. an. m. 3458 n. 28.* Accuſatores autem imponunt manus capiti [Salianus] Suſannæ, quaſi id execrabile foret, admiſſo tanto flagitio, quod illi per calumniam, quantâ maximâ potuerunt probabilitate cõfictum, prætexunt, vera falſis miſcentes, vt [Senes veris falſa intexunt.] hæc ex illis fidem acciperent. Verum erat ingreſſam cum duabus puellis iuſſiſſe claudi oſtia pomarij, ſed falſum erat dimiſiſſe puellas, vt illis inſciis peccaret, vt illi innuunt, ſed vt afferrent lotioni neceſſaria: falſum quoque eos deambulaſſe in pomario, cùm laterent in angulo abſconditi cõtẽplantes eam, vt ipſi mox fatentur. Verum eſt accurriſſe eos ad eam, ſed vt flagitium perpetrarent, non vt impedirent. Falſum autem quicquid de adoleſcente, aut peccante aut excutiente ſe a Senibus, aut aperiente oſtia, aut foras exiliente fabulantur: ficta quoque de illo apud Suſannam facta interrogatio, recuſataque reſponſio. Et tamen impudenter, Huius rei, inquiunt, teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus, & iudicibus populi, qui nihil auderent affingere veritati, in re præſertim tantâ; & condemnauerunt eam ad mortem, tamquam adulterij conuictam, & ſupplicij adulteratum ream.

Verſ. 42. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant, 43. tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contrà me: Et ecce morior, cùm nihil horum

borum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me.

46.
S. Hieronymus.
Suſannæ bona conſciẽtia, clamor ad Deũ eſt.

c. S. *Hieronymus in commentar. inibi.* Cordis affectus, & mentis pura confeſſio, & bonum conſcientiæ, vocem eius fecerant clariorem, Vnde magna erat exclamatio eius Deo, quæ ab hominibus non audiebatur. S. *Ambroſius de Fugâ ſeculi, cap. 9.* Cùm morte damnaretur Suſanna, exclamauit quaſi Iudex reorum, arbitra calumniantium: & innocentis conſcientiæ authoritate diuinam ſibi in iudicium accerſiuit cognitionem; nõ timore mortis percita, ſed arguentis cenſuræ poteſtate præcelſa. Suſanna ergò fugit ſeculum, & ſe Deo credidit, ad illã arcem ciuitatis æternæ fugiens, quæ totum mundum complectitur; quoniam intrà Deum ſunt omnia

S. Ambroſ.
Clamat Suſanna quaſi iudex & arbitra calũniãtium.

S. *Auguſtinus tom. 10. de verbis Apoſt. Serm. 13. cap. 14.* Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Clamor iſte cordis eſt, non faucium, non labiorum: intùs ſonat, auribus Dei ſonat, clauſo ore, labiiſque immotis: Suſanna iſtâ voce clamabat. *Philo lib de Plantatione Noë.* Iam hæ voces, Deus, Æternus, idem valet ac ſi dicat: Non qui aliquàndò largitur, aliquàndò non; ſed ſemper & continuè, qui ſine intermiſſione benefacit, qui dona donis cumulando continuat, cuius gratiæ inter ſe coniunctæ ac vnitæ ſemper in orbem redeunt.

S. Auguſt.
Suſannæ ſpes in ſolo Deo.

Euſebius 8. Strom. cap. 15. Exclamauit voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne. Mira conſtantia Matronæ, nec Helciæ parentis opem imploraſſe, nec cum matre teneriima queſtam fuiſſe, nec apud Ioakim maritum ſe excuſaſſe. Nullum hominem reſpexit, neminem ex mortalibus allocuta. Nullam in humanis ſpem poſuit, ſoli Deo nixa ad cælum clamauit, vndè ſperauit in ipſa deſperatione auxilium. Nõ meruiſſe quæ patiebatur, ſolatiũ afflictionis erat, & ſuæ ſpei alimentum. Quia timuit Deum inter Delicias, in eo ſperauit inter tormenta. Operatura timuit Deum, paſſura confidit ...... Alit fiduciam bona conſcientia, quæ timori Dei debetur. Hâc ſpe animata Suſanna contẽptis humanis auxiliis, ſic diuina expectauit, vt nec peteret: innocentiam ſuam ſolùm propoſuit Deo. Quantò timida fuit ne Deũ offenderet, tantò intrepida fuit, vt in eo ſperaret.

Euſebius
Suſanna in ipsâ deſperatione ſperauit auxilium.

47.
S. Athanaſ.

d. S. *Athanaſius cõtra Arianos. Orat. 2.* Et in Daniele Suſãna magnâ voce exclamauit, dicens: Deus æterne, qui noſti omnia antequã fiant. Igitur illud. Non erat: & illud priusquã fieret: & illud, Quandò, & quotquot iſtiuſmodi dictiunculæ de rebus creatis & cõditis quæ ex nihilo prouenerunt, congruè vſurpãtur. *S. Dionyſius Areopagita lib. de diuinis nomin. cap. 7.* Idque diuina ſcripta tradere exiſtimo, cùm aiunt: Qui nouit omnia antequam fierent. Neque enim ea quæ ſunt ex iis quæ fiunt diſcens, nouit diuina mens; ſed ex ſe, & in ſe per cauſſam, rerũ omnium cognitionẽ, ſcientiam, eſſentiamque anticipatam, & antè comprehenſam habet: non quòd per ſpeciem ſingula conſideret; ſed quòd vno cauſſæ cõplexu omnia ſciat, & contineat.

S. Dionyſius Areop.
Deus vno cauſſæ complexu omnia noſcit.

S. Ambroſ.

e. S. *Ambroſius lib 2. epiſt. 7.* Annon filia Iudæ, quæ expandens manus ſuas clamauit ad Dominum: Tu ſcis quia falſum teſtimoniũ aduersùm me dicunt, meliùs eſt arbitrata nõ peccare, & incidere in calumnias accuſantiũ quam peccatũ ſubire ſub impunitatis velamine? *S. Auguſt. Tract. 36. in Ioannem.* Magna quæſtio eſt, & valde mihi videtur in myſterio eſſe cõſtituta, vbi Deus dixit: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Veritas quæritur per duos teſtes? ita planè: ſic ſe habet humani generis conſuetudo: ſed tamen fieri poteſt vt & duo mentiantur. Suſanna caſta duobus falſis teſtibus vrgebatur. Numquid quia duo erant, ideò falſi teſtes nõ erant? De duobus dicimus, aut de tribus? vniuerſus populus mentitus eſt contrà Chriſtũ.

Impunitas eſt peccati velamen.
S. Auguſtin.

Verſ. 44. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. 45. Cumque duceretur ad mortẽ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum-ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. 46. Et exclamauit voce magnâ: mundus ego ſum à ſanguine huius.

48.
S. Chryſoſt.

f. *S. Chryſoſtomus homil. de S. Suſannâ.* Contemnebat Suſãna quod audiebat, quia timebat, quem nihil latebat. Ait ergò: Anguſtiæ mihi vndique. Sed expectabat eum, qui ſaluam faceret à puſillanimitate tempeſtate falſorum teſtium, tamquam ventum malorum. In illis autem ventis & fluctibus naufragium caſtitas non fecit, quia Dominus gubernauit: adfuit precanti, exaudiuit quam nouerat: nec deſeruit ne moreretur; cui ſubuenit ne adulteraretur. *S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto, cap. 7.* Cùm Suſanna Preſbyterorum conuitationibus appetita, inflexam populi mentem videret contemplatione Seniorum, & omnibus deſtituta ſubſidiis, ſola inter hoſtes, pudicitiæ ſuæ conſcientiâ Deum arbitrum precabatur. Exaudiuit, inquit, Dominus vocem eius, cùm duceretur vt periret. Et excitauit Dominus Spiritum-ſanctum pueri adoleſcẽtis, cui nomen Daniel. *S. Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ.* Et exaudiuit de cælo clamantem ad ſe pudicitiã Dominus; & cùm iniquitate oppreſſa duceretur ad pœnã, vidit inimicorũ liberata vindictam. Bis victrix, & in periculo ſuo tã funeſtè totiès cõſepta (*alias emphaticè* concepta) & libidinem euaſit, & mortem. *S. Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Cyprianũ.* Iuſtina virgo omnibus alijs omiſſis, ad Deũ confugit, ac ſponſum ſuum contrà cupidinẽ execrandam protectorem facit, qui & Suſãnam liberauit, & Teclã ſeruauit; hanc quidẽ à Senioribus amarulentis, illam verò à proco Tyrãno. *S. Ambroſius lib 1. Offic. cap. 3.* Eſt magnum & negotioſum ſilentium, vt erat Suſãnæ, quæ plus egit tacẽdo, quã ſi eſſet locuta. Tacẽdo enim apud homines, locuta eſt Deo. Nec vllum maius indiciũ ſuæ caſtitatis inuenit, quàm ſilentium. Cõſcientia loquebatur, vbi vox non audiebatur. Nec quærebat pro ſe hominũ iudiciũ, quæ habebat Domini teſtimonium. Ab illo igitur volebat abſolui, quẽ ſciebat nullo modo poſſe falli. *Euſebius 8. Ser. c. 15.* Exaudiuit autẽ Dominus vocẽ eius Nec negauit Deus, quod petitura eſſet inter homines. Is qui timidè petit, docet negare. Suadet cõcedere, qui intrepidè expoſcit. Apud Deũ etſi nõ petat, impetrabit etiã qui intrepidè ſperat. Hâc ſpẽ dedit innocẽtia, & triſtiſſima inter cõſcientia lætat Suſannã, ſuæ patiẽtiæ mercede ſuppletura famæ iacturam.

S. Ambroſ.
Suſanna omnibus deſtituta ſubſidiis.
S. Cyprian.
S. Nazianz.
Senes amarulenti.
S. Ambroſ.
Silentiũ Suſannæ fuit teſtimoniũ caſtitatis.
Euſebius
Qui timidè petit, docet negare.

49.
S. Zeno.

g. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicit.* Iam

Res Suſannæ humanitus deſperata.

iamque Suſanna ad ſupplicium immerens trahebatur: iam totus populus in eius ſanguine tumeſcebat: iam ſui quoque familiares nouæ rei atrocitate perculſi miſerabiliter ingemiſcentes, demiſſis capitibus omne ſtudium defenſionis abiecerant. Iam etiam ipſa pudoris compendio mortis oderat moras, omnibus diſplicens, ſed ſoli ſuæ conſcientiæ placens; cum ſubitò, quàuis verſutia qui fallitur numquam, confeſtim adeſt in Daniele puero Deus

Iul. African.

Iulius Africanus in epiſt. ad Origenem. Suſcitauit Dominus ſpiritum-ſanctum. Daniel alio quodam modo vaticinabatur, vt viſionibus. aut ſomniis, aut Angelorum colloquiis, & non propheticâ inſpiratione.

S. Hieronym.

S. Hieronymus in commentar. ibidem. Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum &c. Quo ſermone oſtenditur non intraſſe in Danielem ſpiritum-ſanctum, ſed eum qui erat in illo, & quieſcebat propter ætatis infirmitatem nec ſua poterat opera demonſtrare, datâ occaſione pro ſanctâ femina à Domino ſuſcitatum.

Spiritus-ſanctus in puero non demonſtrat opera ſua:

S. Cyril. Ieroſ.

S. Cyrillus Ieroſolym Catecheſi 17. Hic ſpiritus ſapientem effecit animam Danielis, vt iuuenis ipſe Senum eſſet iudex. Damnabatur Suſanna modeſtiſſima, tamquam impudica; vindex erat nemo: quis enim aduerſaretur Principibus? Adducebatur iam ad mortem; iam erat in manibus lictorum. Ecce adeſt auxiliator paracletus; Spiritus qui omnem naturam intelligibilem ſanctificat. Age (inquit) Daniel puer, argue Senes de peccatis iuuenilibus; ſcriptum eſt enim: Suſcitauit Deus Spiritum pueri iuuenculi. Et vt ſummatim ea comprehendamus; per decretum Danielis, temperans illa, & innocens ſeruatur.

Daniel puer arguit ſenes de peccatis iuuenilibus.

S. Athanaſ. Spiritus-ſanctus ſedere dicitur.

S. Athanaſius de communi eſſentiâ Patr. &c. Quod Spiritus-ſanctus ſedeat. In Daniele cum Suſanna ad mortem abduceretur, ait Scriptura: Excitauit Deus Spiritum-ſanctum pueruli, cui nomen Daniel. Vox igitur illa, Excitauit de ſtante intelligi non poteſt, ſed de ſedente, aut dormiente.

Beda.

Beda tom. 5. in Euangel. Ioan. cap. 8. Quomodò accipiendum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum? niſi quia hoc modo per myſterium Trinitas commendata eſt, in quâ perpetua ſtabilitas virtutis eſt. Si vis habere bonam cauſſam, habeto duos vel tres teſtes, Patrem, filium, & Spiritum-ſanctum. Denique quandò Suſanna caſta femina, fideliſque coniux, duobus falſis teſtibus arguebatur, Trinitas illi in conſcientiâ, atque in occulto ſuffragabatur, illi Trinitas de occulto vnum teſtem Danielem excitauit, & duos conuicit.

S. Ambroſ.

S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto, cap. 7. Daniel niſi accepiſſet Dei ſpiritum, numquam potuiſſet deprehendere adulterium libidinis mendacium fraudis.

50.

S. Chryſoſt.

h. *S. Chryſoſtomus homil. de Suſannâ*. Excitauit Deus Spiritum-ſanctum Danielis adhuc nouelli ætate, ſed robuſti fide. Et quia erat in eo propheticus ſpiritus, continuò iniquiſſimorum Seniorum vidit fallaciam. Sed quod ille intuebatur, prouidendum erat quomodò ceteris monſtraretur.

S. Hieronym. Non peccatoris, ſed Iuſti vox, magna dicitur.

S. Hieronymus in commentar. ibidem. Et exclamauit voce magnâ. &c. Suſcitato in ſe Spiritu-ſancto, & quæ puer deberet dicere. ſuggerente vox eius magna erat. Et notandum ſicubi in Scripturis ſanctis, peccatoris vox magna vocetur.

S. Hieronym.

Idem Hieronymus in cap. 14. Daniel. Hoc quod Scriptura nunc dicit: Exclamauit voce magnâ (Rex) quia de Idololatra & ignorante Deum dicitur, videtur obſeruationem noſtram ſubuertere, quâ dudùm aſſeruimus, Vocem magnam in Sanctis tantum reperiri. Quod ſoluet facile qui hanc hiſtoriam in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare eſſe de canone, tunc quærendum eſt quid ei reſpondere debeamus.

51.

S. Maximus

i. *S. Maximus Taurinenſis homil. 1. de aſcenſ. Domino*. Taceat lingua in bono negotio, quia & malas cauſſas obtinere conſueuit. Nolo ſic defendi iuſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari. Quod vincit Chriſtus non orationis eſt, ſed virtutis ..... Quæ enim res illum compelleret ad loquẽdum, cùm ſilentium ſatis ſufficeret ad vincendum? Sed quid de Chriſto loquar? Suſanna mulier inimicos ſuos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem iudicem verborum ſe ratione defendit, non patrocinij ſermone tutata eſt: Sed ſancta femina tacente linguâ, pro eâ caſtitas loquebatur.

Tacente linguâ caſtitas loquitur pro Suſanna.

Caſtitas enim Suſannæ adfuit in iudicio, quæ eam defendit & in paradiſo. Ibi enim pudori eius conſuluit, hic ſaluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hìc ne innocentia damnaretur. Caſtitas ergò Suſannæ & Preſbyteros impudicos conuicit in paradiſo, & in iudicio falſos accuſatores obtinuit biſque victrix reos fecit teſtimonij, quos reos fecerat adulterij. Atque tandem iudicẽ meretur caſtitas Danielem puerum iuniorẽ nec dum pubeſcentis ætatis. Multum igitur de deo pudicitia conſequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura enim eſt de victoriâ caſtitas quam eſt iudicatura virginitas

Suſannæ pudicitia iudicem virginem promeruit.

Pudicitiæ autẽ cauſſam, niſi vir pudicus audire non debuit: talem enim arbitrum meretur caſtimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Suſannæ negotio, cùm eam falſis accuſationibus vellet plebs imperita damnare, ait idem: Mundus ego ſum à ſanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hàc ergò voce circa Suſannam Daniel vtitur, quâ circa Dominum vſus eſt & Pilatus. Ait enim Pilatus: Mundus ego ſum à ſangine huius. Eâdẽ igitur ſententiâ ſoluitur pudicitia, quâ eſt abſoluta iuſtitia. Sed Daniel meliùs quam Pilatus. Ille enim pudicum ſanguinem non condemnat; hic autem iuſtum ſanguinem & condemnat, & tradit

Eâdem ſententiâ abſoluitur pudicitia, quâ eſt abſoluta iuſtitia.

Euſebius

Euſebius 8 Strom. cap. 17. Virginem itaque Danielem puerum duodennem aduersùs adulteros, plus fortaſſe quàm ſeptuagenarios ſenes, oppoſuit diuinus Spiritus ipſos iudicaturum iudices. Promptiſſimè Deus miſeros exaudit, maximè quorum miſeriæ occaſio fuit innocentia. Hanc defẽſurus ſupra humanas ſpes adoleſcens Daniel prophetico iam ſpiritu cõſcius falſæ accuſationis, & malignitatis ſenilis edoctus quoque induſtriam reuincẽdi impoſtores, iudicem ſe vltrò conſtituit iudicũ, quippè exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſũ a ſanguine huius. Terruit turbam hæc vox prona in Suſannã. Facile fuit miſereſcentes ſuadere, &

Daniel iudicũ index.

miſericordiæ

miſericordiæ monere vſum, vt miſeram recrearent.

Verſ. 47. Et conuerſus omnis populus ad eũ dixit: Quis iſte ſermo, quem tu locutus es? 48. Qui cùm ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? 49. Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam.

52\. S. Zeno

l. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſanná.* Tunc in puero Sancto Daniele Spiritus-ſanctus ingreſſus ait, cùm illa ad ſupplicium duceretur: reuertimini ad iudicium: falſum enim iſti commenti ſunt de eâ. Stupet populus, quòd à ſupplicio ad iudicium repetendum reuocaretur ad dicta. *Sanctius in Commentar. ibi n.* 40 Magnam oportet fuiſſe vocem illam, quæ compreſſit properantem populum illumque tam breui; ac facile reuocauit. Fortaſsè ideò ſubſtitit populus, quia admiratus eſt, puerum cum grauitate atque imperio fuiſſe locutum. Atque ideò rogat: Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es? pondero illud, Quem tu; ac ſi dicat populus, tu vnus contrà tam frequentem hominum cõuentum; tu puer; & priuatus contra ſenes, quique primum in populo Magiſtratum obeunt? *Seuerus Sulp. lib. 2. Sacra hiſtor.* Suſanna cùm ſecundùm legem ad ſupplicium duceretur, Daniel tum annos natus XII. increpitis Iudæis, quòd innocentem morti dediſſent, reducere eam in iudicium, cauſſamque denuò audire poſtulat. Enimverò multitudo Iudæorum, quæ tunc aderat, non ſine Domino, exiſtimans puerum contemptæ ætatis in hanc conſtantiam prorupiſſe fauore accommodato, in concilium reuertitur. Initur denuò iudicium Danieli, vt inter maiores natu reſideret, delatum. *Euſebius 8. Strom. cap.* 17. Breuis illa Danielis oratio cunctorum aures perculit, terruit omnes, & gloriam eloquentiæ eripuit Pericli, Athenienſium publicas res quadraginta gerenti annis. Hic fulminare, & tonare concionatus atque in linguâ ardens gerere fulmen dicebatur. Tonitrum fuit hæc Danielis vox. Omnis ad illam populus ſtupuit ...... Quẽadmodum enim vaſa vacua plurimum ſonant: ita qui minùs docti ac ſapientes ſunt plurimùm verborum profundunt. Vis orationis, non vocis moles ſuadet: & quidem compeſcendis populis maior quandoque eius vis eſt quàm armorum, fortaſsè glorioſior.

Sanctius

Vis Danielis ad reuocandum populũ

Seuer. Sulp.

Daniel puer contemptæ ætatis.

Euſebius.

Minùs docti velut vaſa vacua plus ſonant.

Verſ. 50. Reuerſus eſt ergò populus cum feſtinatione; & dixerunt ei Senes: Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. 51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem, & diiudicabo eos.

53\. Euſebius

m. *Euſebius 8. Strom. cap.* 18 Lætum omnibus fuit de Suſannæ crimine dubitari: ſignum gaudij feſtinatio erat repetendi iudicij. Promptos facit ſpes læta. Gaudium præda eſt, quæ celeres venatores habet. Porrò cùm acceleratio omnium vt cauſſa Suſannæ in ſecunda veniret tribunalia, ſuſpectum Iudicibus populum feciſſet, conciliant adulatione nouum iudicem, medium locum of-

Gaudium præda eſt, quæ celeres venatores habet.

P. Didac. Celada in Suſannam

ferentes, & honore ſenectutis venerãtes Danielem. Et dixerunt ei Senes: veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. Scilicet calumniandi periti non poterant non docti eſſe adulationem. Eadem, ideſt, vilia ingenia amant calumnia & aſſentatio: germana vitia ſunt. Iidem qui calumniis pudorem Suſannæ vlti erant, laudibus oppugnat Danielis iuſtitiam: vtrique iniurijs. *Zeno Veronenſ. Serm. de Suſanná.* Falſos teſtes pauor inuadit, tremuit Diabolus, quòd ipſius commenta nudantur: Gaudent Angeli, quòd oppreſſa veritas tandem defendatur in terris. *S. Auguſtinus tom 10. Ser. 69 in Appen de diuerſ.* Denique Daniel propheta inſtinctu Dei cõmotus: Redite in iudicium exclamauit. Stupet populus pro iudicio repẽtino: reuocatur ad dicta: falſos teſtes pauor inuadit. Gemit Diabolus, quòd ipſius commenta nudantur, gaudent Angeli de pudoris integritate compertâ.

Adulatio & calumnia, vilia ingenia amant.

S. Zeno Pauet diabolus cùm eius commenta nudantur.

S. Auguſtin.

n. *S. Baſilius in cap. 3. Iſaiæ* Honorabis faciem Presbyteri, ſiquis fuerit ad exemplũ ſapientis illius Danielis, corpore quidem iuuenculus, canus verò ſenſu, vtique iuſtiùs præferendus venit iſtis, qui in propoſito flagitioſæ ac petulantis vitæ conſeneſcentes, caniciem oſtentant corporis, quemadmodũ Senes illi in Babylone, inueterati dierum malorum: quare & ad Danielem adhuc paruulum, qui per ſenſibilem ætatem erat quidem iunior, at intellectibili prudentiâ canus, trãſierat donum presbyterij. Non enim mentiti ſunt qui dicebant: Veni, & ſede in medio noſtrum, quia dedit tibi Deus honorem Presbyterij. Ad hunc modum nonnumquam cõtingit inueniri adoleſcentes honoris gratiâ anteponendos iſtis Senioribus, qui per oſcitantiam & neglectim vitam traducunt. Presbyteri igitur illi apud Iudæos ementito nomine ſic vocabantur. *Aſterius Ser. in Daniele & Suſannam, apud Combefis. tom. 1. Biblioth.* Daniel iuuenis caſtitatem calumniâ appetitam vlciſcens ...... traducentes iuuenilem Senectutem, & canam admirantes iuuentutem. *S. Ignatius Martyr epiſt. 6. ad Magneſianos.* Et vos decet non contemnere ætatem Epiſcopi, ſed iuxta Dei Patris arbitrium, omnem impertiri illi reuerentiam, quemadmodum noui fecere Presbyteros, non reſpicientes ad eam, quæ videtur, adoleſcentiam, ſed ad prudentiam quam habet à Deo. Nec enim annoſi, ſapientes continuò ſunt, nec ſenes intelligentiam poſſident, ſed ſpiritus qui in hominibus eſt. Daniel enim ille ſapiens. cùm duodecim eſſet annorum, ſpiritu Dei afflatus erat: & Senes fruſtra canos ferentes, calumniatores, & alienæ formæ apperẽtes eſſe coarguit. Samuel autẽ puer paruulus, Heli nonagenarium reprehendit. *S. Baſilius in principio Prouerb. apud Giſlerum hîc.* Senior ſecundùm animam eſt, qui prouidentiâ perfectus eſt, qualis erat Daniel, quamquam corpore iuuenis, ſapiẽtiam ac grauitatem omni canicie præſtantiorem præſeferens. Idcircò ei dicitur: Hùc accede, ſede in medio &c. *S. Ambroſius epiſt. 12.* Erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe non poteſt; non annorũ canicies eſt laudanda,

54\. S. Baſilius

A ſenibus ad Danielẽ tranſit donũ presbyterij.

Aſterius Daniel puer traducit iuuenilem ſenectutem.

S. Ignatius

Adoleſcentia apta eſt etiam muneribus.

S. Baſilius Senex eſt, qui prouidentia perfectus eſt.

S. Ambroſius.

Senectus eſt, quæ non canis, ſed meritis albeſcit.

ſed morum, *Idem epiſt.* 21. Verè ſenectus illa venerabilis, quæ non canis, ſed meritis albeſcit: ea eſt enim reuerenda canicies, quæ eſt canicies animæ in canis cogitationibus, & operibus effulgens.

55.
Maldonatus
Daniel diuino conſilio *iudicium* ſonat.

o. *Maldonatus in Proœmio in Danielem* Daniel ſiue caſu; vt plerumque, ſiue diuino conſilio, vt aliquandò fieri ſolet, ſic appellatus, rectè nominis ſui ſignificationi reſpondit. Daniel enim apud Hebræos, Iudicium Dei ſignificat: fuit autem Daniel in occultis abditiſque Dei iudiciis explicandis, vt ex eius libro perſpicuum eſt, admodùm ſingularis.

Euſebius
Sceleſti ſeparandi ſunt quare?

Euſebius 8. Strom. cap. 19. Separate illos ab inuicem procùl, & diiudicabo eos. Prudentiſſimè diuiſit ſceleſtos. Concors eſt communicata malitia; diuiſa ipſa ſe prodit mendacem. Veritas per ſe conſtat, atque abſentes & diuiſos proteget. Mendacium facile ruit, & niſi arte protegatur, detegitur.

Verſ. 52. Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de iis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius: 53. iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem & iuſtum non interficies. 54. Nunc ergò ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub Schino. 55. Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo, ſcindet te medium.

56.
S. Chryſoſt.

p. *S. Chryſoſtomus homil. de S. Suſannâ.* Diuinæ lectiones, & ſancta oracula Dei, quæ inſonuerunt auribus noſtris, nidum faciunt in auribus noſtris. Non volent, & tranſeant: aut ſedeant, & diſcedant. Nam ſi paſſer inuenit ſibi domum, aut turtur nidum, vbi ponat pullos ſuos (Suſanna Paſſer etiam ſignificat) quantò magis paſſer verbum Dei? Audiamus de Suſannâ lectionem, ædificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur, muroque valletur, vt inſidiantes repellat, falſos teſtes conuincat. Remanſerat caſta mulier moritura, niſi adeſſet, qui videbat, quod iudicantes latebat.

Pſal. 83. V. 4.
Suſanna id eſt, paſſer, nidum faciat.

57.
S. Irenæus

q. *S. Irenæus lib. 4. aduerſus Hæreſ. cap.* 44. Qui verò crediti ſunt â multis eſſe Presbyteri, ſeruiunt autem ſuis voluptatibus, & non præponunt timorem Dei in cordibus ſuis, ſed contumelijs agunt reliquos, & principalis conſeſſionis tumore elati ſunt, & in abſconſis agunt mala, & dicunt: Nemo nos videt; redarguuntur à Verbo, qui non ſecundùm gloriam iudicat, neque faciem attendit, ſed in cor. Et audient eas, quæ ſunt â Daniele prophetâ voces: Inueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua &c.

Principalis ſeſſionis tumore elati ſenes.

Euſebius
Reprehenſio eſt præmiũ adulationis.

Euſebius 8. Strom. cap. 19. Inueterate dierũ malorum. &c. Hæc ſeuera increpatio præmium adulationis fuit. (veni, & ſede in medio noſtrum &c.) Magnos viros irritare potiùs debet aſſentatio, quàm blandiri. At aduerſùs peſſimos Senes nihil peius dici potuit, quàm quod erant: ipsâ perculit illos veritate Daniel. Grandis torquendi machina, publica veritas eſt. Celata diu malitia turpiſſimum hunc apparauit exitum. Vaga totiùs vitæ ſcelera coeunt tandem in ſupplicium. Diu impunitæ denique conſpirant in pœnam; & vnus dies vleiſcitur multos annos malè exactos. Hi miſeri Senes felicitate malè agendi audaces, iam vſu poteſtatis inuerecundi, immemores, quod excelſo excelſior ſit, ſuum ipſi interitum obſonarunt vt matura malitia per ſeipſam decideret; atque ad exemplum omnium traducti, qui malè iudicarunt Senes, benè diiudicantur à iuuene.

Vaga totius vitæ ſcelera tandem coeunt ad pœnam.

Qui malè iudicauerũe Senes, benè diiudicentur à iuuene.

S. Chryſoſt.

S. Chryſoſtomus tom 4. homil. 15. *in* 1. *ad Cor.* Antiquus dierum ſedebat, hic quoque rursùs Antiquum, ſeu Vetus ſumens pro maximæ gloriæ encomio. alibi autem pro probro & vituperio Vetus ſumit ſcriptura. Nam quoniam res ſunt variæ ex multis compoſitæ, iiſdem vtitur & in bonis & malis, non in eodem ſignificato. Vide ergò & alibi vituperari vetus: inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Et rurſus inueteraui in omnibus inimicis meis. Et rurſùs: Inueterate dierum malorum. &c.

Vetus in bonam, & in malam partem ſumitur

Pſal. 17.

Pſal. 6.

Sanctius

Sanctius in Commentar. ibi num. 44. Inueteratus in peccando dicitur, qui peccati à primis annis aſſueuit; illa verò ſic inoleſcunt, vt numquam, aut non niſi difficile exoleſcant ſicut illa, quæ inſita ſunt à naturâ, De quibus eſt illud Prouerb. Adoleſcens iuxtà viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab eâ. Imò & ab aridis oſſibus, & in ſepulchro reſolutis in cineres non recedunt vitia, quibus ſe homo â iuuentute dedit. Iob. cap. 20. Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ ſuæ, & cum ipſo in puluere dormient. Ita illos (Senes) in flagrantia ſuæ iuuentutis incendia rediuiuæ libidinis flamma reuocabat.

Peccata iuuentutis & inoleſcunt, vt vix exoleſcant.

Prou. 22. V. 6.

Iob 20. V. 11.

58.
Iul. African.

t. *Iulius Africanus in epiſt. ad Origenem.* Dicente Domino &c. Cum tot extiterint Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententiâ. Non enim ipſorum ſermo ab aliis quicquam emendicabat, cùm verus eſſet, quippe â Spiritu-ſancto Prophetatum pectoribus delibatus: hic verò cùm illorum alteri minaretur, meminit Domini dicentis: Innocentem & iuſtum non interficies.

Prophetarũ ſermo nihil ab aliis emendicat.

Origenes.

Origenes in epiſt. ad eundem Africanum. Vehementer ſum admiratus, quòd cùm ita in ſacris litteris ſis verſatus, non obſeruaſti, Prophetas priorum Prophetarum ſermonibus vti, & ferè eorum repetiſſe ſermones.

Sanctius

ſ. *Sanctius in commentar. ibi numero* 45. Colloqui hic aliquid ſignificat magis familiare, quàm pudicos addecet: linguæ tamen ſanctæ puritas multa excogitauit vocabula, quæ rem non caſtam caſte ſignificant. Adhibuit verbum iſtud honeſtum Daniel, quia ipſe vt porè virgo virginalem in loquendo modum ſeruauit: at ſenes inuerecundè, & effrontes verbis ſunt vſi, qualia a profligato pudore ſperari poterant. Venit, inquit, adoleſcens, & concubuit cum eâ. Et ſtatim: Et vidimus eos pariter commiſceri.

Colloqui hic honeſtè aliquid inhoneſtum ſonat.

59.
Iul. Afric.

t. *Iulius Africanus in epiſt. ad Orig.* Neque ſat fuit per Spiritum-ſanctum ipſos reprehendiſſe, niſi priuatim ſeorſum vtrumque interrogaret, vbi ipſam mœcantem

deprehen

deprehendiſſent. Vt autem alter ſub Prino concubentem cum adoleſcente vidiſſe diceret, reſpondit futurum. Vt Angelus ipſum priſi, id eſt, ſecet à prino arbore agnominatione factâ ſecandi, quòd πρίω verbum Græcum ſecare ſignificat. Alteri verò dicenti vidiſſe illam cum iuuene ſub Schino, ſcindendum ab Angelo ſimiliter minatur, ab Schino agnominatione factâ σχίσθαι, id eſt, ſcindendi, quod σχίζω ſcindere ſignificat. *Euſebius 8. Strom. cap. 19.* Aſtuta in ſuum malum Senectus deſipit in tutelam ſui. Liber fuerat hic ſceleſtus, ſi veritatem protulerat captus ſuo mendacio eſt. Si diceret non aduertiſſe animum in illud arboris genus, quod ſaluâ veritatis reuerentiâ dicere potuit (nec enim vlla arbor fuit ſub quâ concumberent, ideo obſeruata nō fuit;) non habuiſſet vnde Daniel argumentum calumniæ ſumeret; & in tantâ turbatione facta & fide fuiſſet inaduertentia arboris. At vſus mentiendi impulit in falſam, & exitioſam reſpóſionem, & diuinâ prouidentiâ factum fuit, vt eâdem malè periret arte, quâ vſus ad male viuendum eſt: fugit veritatem ne condemnaretur, & ipſo quod remedium ſuæ vitæ putauit, mendacio, comprehenſus, ſons damnatur. In caput ſuum molitur artificia ſceleſtus. Propugnacula malignitatis, machina ſui interitus ſunt. Ipsâ ſui diſſimulatione ſæpè ſe explicant improbi. Mendacij potiſſimum protectio mēdaciſſima eſt: in ſe ſuos falſitas auſpicatur dolo. Benè Ptolomæus dixit: Qui malè operando vult celari, ſatis diſcoopertus eſt. Deſerit fictio cōfidentes ſibi ſuos fabros opprimit falſitas: deſtruit mendacium eos, qui illud conſtruunt.

Græca agnominatio.

Euſebius

Sceleſtus artificioſa ſapiētia, in caput ſuum molitur.

Qui male operando vult celari, ſatis diſcopertus eſt.

Ptolomæ. initio Almag.

60. Lyranus

v. *Lyranus ibidem.* Angelus verè accipitur ibi pro Angelo Suſannæ, qui damnationem Senum erga Deum procurauit. *Origenes epiſt. ad Iulium Africanum.* Quomodo autem ab Angelo ſecatur alter, alter ſcinditur, dici poſſet de futuro iudicio, quod illos expectabat, cùm de vitâ exirent, eſſe dicta non de cognitione cauſſæ, quæ Babylone facta eſt, aut de pœnâ à rege Babylonio eis irrogata. Vt enim malū illum œconomum dicentem. In mora eſt Dominus, & ideò crapulantem epulantem, conſeruos plagis afficientem, dominus veniens diuidet, & partem ipſius cum infidelibus ponit: ita & hos ſenes, qui male ſuum magiſtratum gerebant, ad exemplum illius Oeconomi diuidit. Angeli namque qui pœnis damnatorum præfecti ſunt, hac pœna hos afficiēt; & alter quidem ſcindet hunc inueteratum dierum malorum, iudicantē iudicia iniuſta &c. alter verò ſecabit vt ſperma Chanaan, & non Iuda, illum, quem ſpecies & forma deceperat, & quem tranſuerſum egerat praua cupiditas.

Angelus Suſannæ procurat ſenum damnationem.

Origenes

Matth. 24. v. 51.

Quo ſenſu Angelus Domini hos ſenes ſecuit, & ſcidit.

Verſ. 56. Et amoto eo, iuſſit venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & non ſemen Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: 57. ſic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram. 58. Nunc ergo dic mihi ſub quâ arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait: Sub. prino. 59. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens vt ſecet te medium, & interficiat vos.

x. *Euſebius 8. Strom. cap. 20.* Prudenter Daniel acerbitate verborum vſus, vt turbatos Senes deſereret cōſilium; & ſuæ vſu malitiæ mentiti, indicia calumniæ dediſſent. *S. Chryſoſtomus tom. 1. homil. 29. in Geneſim.* Nam quod filius per ſe malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malum propenſe declinarint, audi Scripturam dicentem: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chetthæa. Et alius quidam increpans: Semen, inquit Chanaan, & non Iuda. 61.

Euſebius

S. Chryſoſt.

Improbis parentibus filij reſpondent.

Ezech. 16. v. 3.

y. *Origenes in epiſt. ad Iulium Africanum.* Alium Iudæum inueni, qui de his Senioribus hæc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylonicâ, totâ cogitatione defixos fuiſſe in expectationem Chriſti, cuius aduentu putabant ſe à ſeruitute hoſtili perpetuò liberatum iri; & hos Senes finxiſſe Chriſti myſteria optimè noſſe, & ſigillatim horum vtrumque quoties cum feminâ ſpatium loquendi daretur, ſi vſuram eius corporis vellet capere, clam dicebat ſibi à Deo datū eſſe, vt ſuo ſemine Chriſtus naſceretur, vt decepta ſpe mulier pariēdi Chriſtum, copiā ſui improbo ſeni faceret. Ita hi ſenes Achead & Sedechias ſuorum ciuium vxores mæchabant. Vnde pulchre apud Danielem alter inueteratus malorum dictus eſt; alter verò audiuit à Daniele: Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes acquieſcebant vobis: Sed filia Iuda non tulit veſtrum flagitium. Fortè enim fraus & timor faciebat has feminas his Senibus facere copiam ſui. *Sanctius in commentar. ibi n. 52.* Ex quo filij Iſraël à Dauidico dominatu, & a templi religione diſtracti, aureis vitulis diuinos honores impenderunt, vt Gentilium amplexi ſunt inſaniam, ſic etiam Gentilicos mores habuerunt. Quare vt aliis ſe vitiis tradiderunt; quæ non ſolùm permittebat, ſed etiam commendabat deluſa Gentilitas, ſic etiam venereis ſeſe voluptatibus intemperanter dabant. Vnde fiebat, vt quemadmodum apud Iudæos male eo nomine olim audiebant Chananæi, ſic etiam eodem poſteà nomine Iſraelitides feminæ laborarent. Vnde fortaſſe quæ impudicæ eſſent, & aliis ſui corporis copiam non inuitæ facerent, licet eſſent ab Iſraelitico genere diuerſæ, vocabantur tamen Iſraelitides, ſeu, quod idem eſt, filiæ Iſrael. Ita Dionyſius indicat, neque mihi diſplicet. *Euſebius 8. Strom cap. 20.* Sic faciebatis filiabus Iſraël. &c. obiecit præterea ſuæ vitæ ſcelera. vt non ſolùm aſpera obiurgatione, ſed conſcientia propria terrerentur. Grande monſtrum, & horribile ſpectrum eſt male ſui conſcius animus. Simile facinus ac in Suſannam ſunt auſi in alias feminas patrarunt, quæ timētes homines pluſquam Deum, ſenili Magiſtratuum paruere libidini. Deteſtandum ſcelus vti poteſtate ad iniurias, & ſeueritatē iuſtitiæ cōlendæ reſeruatam, retorquere in licentiā deliciarum. Adulteria omnibus gentibus abominanda, plus dedecent imperio vtentes.

Origenes.

Horum ſenum fictus ad mæchādas vxores Iudæorum.

Sanctius

Gentiles feminæ impudicæ, cur dicebantur filiæ Iſrael?

Dionyſius Charth. ibi.

Euſebius

Deteſtandum ſcelus eſt, vti præfectura ad libidines, & iniurias.

62. S. Auguſti-

z. *S. Auguſtinus tom. 10. Serm 69. in Append. de diuerſ.* Interrogatum eſt, quu in loco Suſanna facinus, quo arguebatur, admiſit. Hic ſub lentiſco dicit, ille ſub pruno. Cùm ergò eorum diſcrepant prolata reſponſa ſic repugnantiâ dictorum facta nudantur, vt vigore mentis increpato populo, teſtibus confuſis veritas nudaretur.

S. Ambroſius.

S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto cap. 7. Itaque Daniel ſecundùm accepti Spiritus-ſancti gratiam, vacillantia perfidorum teſtimonia deprehẽdit.

Senes voce ſuâ ſe damnant.

Denique non alia, niſi diuina fuit operatio poteſtatis, vt eos vox ſua proderet, quorum latebat affectus: percipite igitur Spiritus-ſancti Sacrum ac cœleſte miraculũ.

Seu. Sulpic.

Seuerus Sulpitius lib. 2. Sacra hiſtor. Igitur Daniel ſeparari accuſatores iubet: vnum quemque ex eis interrogat, ſub cuius generis arbore adulteram deprehendiſſet: ex varietate reſponſi, veritas deprehenſa, Suſanna abſoluta, Preſbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati.

63. Origenes

a. *Origenes in epiſt. ad Iulium Africanum.* Quid igitur iſthuc tam mirum eſt in hiſtoria Suſannæ, cùm Hebraicè facta agnominatio Hebraicè congrueret optimè, græcè non item; Interpres, quod verti Græcè nullo modo poſſet, Hebraicam agnominationem ſuſtuliſſe, & in locum agnominationis Hebraicæ ſimilem quamdam Græcam agnominationem feciſſe? quale ſi nos noſtro ſermone eandem agnominationem exprimere vellemus, eſſet, ſi ſic verteremus:

Exponitur Græca paranomaſia per aliam latinam.

At ille dixit: Sob malo. Dixit autem Daniel Rectè mentitus es in caput tuum, iam enim Angelus Dei accipiens ſententiam à Deo malum tibi dabit. Vides igitur ſi pro: Sub Schino, dicas latinè: Sub malo, factã agnominationem, à malo malum, vt Græcè ab ſchiſi, ſchiſin. Et rurſus ſi pro illo quod ſequitur: ille autem dixit: Sub prino, dicas: Ille autem dixit: Sub pruno, & ſubiungas: Rectè mentitus es & tu in caput tuum; manet enim Angelus Dei, vt te mittat in prunas æternas; videbis factam agnominationẽ à Pruno in Prunas æternas, ſimilem Græcæ agnominationi à Prino in Priſin. cui ſimile Interpres feciſſe puta, vt loco Hebraicæ agnominationis, Græcam ſimilem ſubſtituerit.

Euſebius.

Euſebius 8. Strom. cap. 20. Diſcordia cõfeſſionis reos declarauit Senes, quos diſſentaneos fecit vnanimitas malitiæ. Vterque conſuetudine mentiendi, quæ iniuſtitias ſequitur, dum ſuum vult protegere ſcelus, pandit.

Elegantia diuinæ vltionis, per ea, quibus quis peccat.

Excubat diuina iuſtitia in ſceleſtus quorum artes obſeruat, vt iiſdem quibus peccant, puniantur, & cum proportione flagitij ſplendidiùs inſideant ſupplicia. Aptè propheta Daniel ſtruenti calumniam in prino (ſectionem ſignificat in Græco) minatur ſecari ab Angelo. Nouerat Daniel elegantiá diuinæ vltionis per concinna flagitiis ſupplicia ſæuientis. Ranis punitum eſt murmur Pharaonis blaſphemum, & fluuiali ſanguine cruor vindicatus infantilis, atque numeroſo cyniphe Ægyptiacus depreſſus faſtus.

Richardus Per ſpeciem Suſannæ ſignificatur

Myſtice Richardus à S. Laurentio lib. 5. de Laudib. B. Mariæ. Species ſolis conſiſtit in ſplendentis radij emiſſione, & ſignificat fœcunditatem ventris: & hanc ſpeciem ſignificauit ſpecies Suſannæ, de qua dictum eſt Preſbytero: Species decepit te.

Deiparæ fœcunditas.

Verſ. 60. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magnâ, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. 61. Qui conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis ſicut male egerant aduerſus proximum, 62. vt facerent ſecundum legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in illa die.

b. *Euſebius 8. Stromat. cap. 21.* Latiſſimum diuinarum laudum præſtat diuinæ omnipotentiæ fides in eos, qui in Deo ſperarunt. 64.

Euſebius

Communis conſolatio fuit incolumitas innocentis poſt pericula capitis. Delectauit omnes victoria virtutis, triumphus ſpei.

Suſanna liberata eſt triumphus ſpei.

Conuertit ad ſe vniuerſos opportunitas diuini auxilij ad periclitatam virtutem, & petituram innocentiam. Nec minor gaudij materia fuit concinnitas remedij. Senili malignitati opponitur puerilis virtus, aſtutiæ canorum ſapientia impubis. Non ſolùm ſpei iuſti adeſt Deus, ſed ſuprà ſpem. Splendidè opem ſuam innocenti largitur. Superat neceſſitates, vincit remediis mala. Non ſolum adæquantur auxilia periculis, ſed ſuperſunt.

Deus ſupra ſpem adeſt.

Poterat Deus per alios ſenes ſenilem refellere calumniam: noluit niſi per puerum vt potentiam ſuam maiorem oſtenderet, dum per infirma poteſt. Lætabundi omnes mirabantur conſtantem Suſannæ ſpem, & inſperatam ſalutem, atque repetitis laudibus amorem pudicitiæ extollebant, quæ diuina patrocinia meruit ..... Laudabant dominum inopinam largitum ſalutem in ſe ſperanti, vt numquam non ſperet tribulata innocentia.

Deus vel per infirma poteſt.

Morituros viuere vidi ſpe duce, victuros ſpe moriente mori. Deſperatio eſt ſuprema ſpes nullam iam habentibus ſpem. Inſiſtit ſæpè contra fortunam expectatio.

Vadimoniũ diuinæ omnipotentiæ habet ſpes

Speret quiſquis ſperat: vadimonium diuinæ omnipotentiæ habet expectatio Iuſtorum. Supra humanas vires Deus poteſt, ſupra humanas ſpes faciet. Innocentia iuuet fiduciam. Omnia ſperet Iuſtus ab eo, qui omnia poteſt.

S. Auguſti-

Suſanna contempſit vnum, & cõſecuta eſt totum.

S. Auguſtinus Serm. 69. in Appendice de diuerſ. Suſanna propter damna pudoris, ſalutis damna compreſſit; & cui fuerant chara præmia caſtitatis vitæ gaudium non amiſit. Contempſit vnũ & conſecuta eſt totum. Et quæ mori voluit, cum gloriâ caſtitatis euaſit: & quam ſententia praua deiecerat, illuſtris conſcientiæ integritas erigebat, metuſque Dei, & imminentis ſacri iudicij indubitata credulitas

S. Ambroſ.

S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto, cap 7. Diſcant pudicæ calumniam non timere: nam quæ caſtimoniam vitæ prætulit, nec vitæ diſpendium pertulit, & gloriam retulit caſtitatis.

S. Auguſtin.

S. Auguſtinus Serm. 22. ad Fratres in eremo O quàm grandis eſt orationis cauſa! ô quam grande myſterium? Ecce Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalec deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paullus, & Doctor Gentium: Ieremias confortatur in carcere,

gere, Daniel inter leones exultat, Iob in ſterquilinio triumphat, Suſanna inter Senes defenditur, paradiſum de cruce latro inuenit, Stephanus de morte in cœlum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saülo exauditur.

65. c. *S. Clemens Rom. lib. 2. Conſt. Apoſt. cap.* 55. Qood ſi Babylonios Senes imitati fueritis, qui falſo teſtimonio dicto Soſannam morti addixerant, illorum iudicio ac pœnæ obſtricti eritis; quoniam Suſannam Dominus per Danielẽ de manu iniquorũ eripuit: eos verò, qui ſanguinis illius rei erant, igni adiudicauit. *S. Ephrem Syrus Parænes.* 10. Ioſeph. nihil prius habebat pudicitiâ, morigerus alioquin in omnibus: ſed illud ſolum recuſabat, ſymbolum ac notam noſtræ vitæ proponens. Similiter autem & Beata Soſanna mortem potiùs expetiuit, quàm peccare coram Deô. Magnum porrò ſupplicium ſibi conciliat, qui iuſtum calumniatur. *B. Laurentius Iuſtinianus de Triumphali Chriſti agone, cap.* 11. Ecce ſimile Suſannæ ſanctæ memorabile exemplum. Conuenerunt olim Preſbiteri duo iniquitate pleni, dierumque malorum inueterati, vt aduersùs mulierem innocentem, quæ eorum deſideriis malignis noluit præbere conſenſum, falſum proferrent teſtimonium. Verùm iudicante Deo, eamdem, quam proximæ ſuæ parare moliti ſunt, pertulere necem. *S. Hieronymus in commentar. ibi.* Si interfecit eos omnis Synagoga, videtur illa opinio refutari, de quâ ſupra diximus ſecundùm Ieremiã, quod ipſi eſſent Presbyteri Achab. & Sedechias: niſi fortè hoc quod ſcriptum eſt: Interfecerunt eos, ſic interpretemur pro eo quod eſt, Regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimus, quòd Iudæi interfecerunt ſalnatorem; non quòd ipſi

66. percuſſerint, ſed quòd tradiderit occidendu, & ſucclamantes dixerint: Crucifige, crucifige eum. *S. Maximus Taurinenſ. homil. 2. de Accuſato Domino. &c.* Videamus exitum vtriuſque iudicij. Suſannæ accuſatores tamquam falſi teſtes Propheticâ ſententiâ feriuntur, & eiuſdem criminis puniuntur rei, cuius damnare innocentem ſanguinem geſtiebant. Domini autem traditorem non inuenio a iudice eſſe damnatum. Non enim eum damnat Pilatus, non damnat populus; ſed quod grauius eſt, ſe ipſe condemnat, & ceſſante iuſtitia indicatur. Quem enim alter iudicat, poteſt vtcumque eſſe excuſabilis; reus autem ſine excuſatione eſt, qui conſcientiæ ſuæ iudicio damnatur. *Euſebius 8. Strom. cap.* 12. Deinde conuersâ populi inuidiâ in Magiſtratus, conſurrexerunt aduersùs duos Preſbyteros, feceruntque ſicut male egerant aduersùs proximum. Hæc rerum viciſſitudo: Nuper venerabatur populus ſententiam eorum, nunc ipſos damnat. Expiauit populus durâ in Senes vltione facilem credulitatem læſæ à Suſannâ fidei cõiugalis. Cædantur lapidibus Iudices iuxtà Moſaicas leges, & talione expiatur calumnia...... Verùm quia tot peccata pluſquam ſimplex merebantur ſupplicium, fama inauditi facinoris ſic acerbauit Regem Babylonium, vt iniquiſſimos iudices vltrà Moſaicum ius iuſſiſſet in igne etiam frigi, ipſis etiam Ethnicis infames & deteſtandos. Hic fructus potentis malitiæ, hic exitus vitioſæ ſpei, caſus, interitus. Fiducia malignitatis confluit in perniciem ſuam. Confidebant ſceleſti ſenes potentiæ magiſtratûs, auctoritati publicæ, ſecreto loci, venerationi ſenectutis, commercio facinoris, dolis, aſtutiæ & diuturnæ malè agendi impunitati. Tot fidendi præſidiis ſperant aut libidinem Suſannæ, aut vindictam de illâ. Vtrâque deluſi, cruciatus & ſupplicia incurrunt. Qui nec homines, nec Deum timuerunt, proſperitate male agendi audaces inopinò pereunt. Adeò errat error ſpei humanæ. Suſanna cum timore Dei innocens, cùm ſpe diuinâ ſecura.

S. Clem. Rō.
Senes igni adiudicatur.
S. Ephrem.
Caſta Suſãna ſymbolũ vitæ noſtræ proponit.
B. Laur. Iuſt.
Senes eãdẽ quam moliti ſunt, pertulere necẽ
S. Hieronym.
S. Maximus
Suſannæ accuſatores damnantur Chriſti accuſator ſe damnat.
Euſebius
Populus ſenum nece expiat facilẽ credulitatem.
Senes frigi etiam a Rege iubentur.
Errat error ſpei humanæ.

Verſ. 63. Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filiâ ſuâ Suſannâ cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſt inuenta in eâ res turpis. 64. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi à die illâ, & deinceps.

d. *S. Hieronymus in Commentar. ibi.* Dignè 67.
quaſi ſancti laudant Deum, non quia liberata eſt de manu Preſbyterorum Suſanna (hoc enim non ſatis laudabile eſt, nec magni diſcriminis ſi non eſſet liberata) ſed quia non eſt inuenta in eâ res turpis. *Anonymus lib. 1. de Viduâ Sarep. homil. 2. cap.* 7. Tunc benè Suſanna interpretatur, ſubleuatio gloriæ. Relicto enim mariti cubili ſurgit, & vadit ad Eccleſiam Dei: nunc coronam de conflictu reportat nupta; vt innoteſcat qualiter victura ſit vidua: tunc Suſannæ nominis myſterium obtinet, eò quòd gloriæ ſuæ iam nomen ſubleuet. Taliter inuenitur nupta in paradiſo pomarij conuerſata. Paradiſius delicias ſonat, & quæ in deliciis eſt irreprehenſibilis, plus eſt laudabilis. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicitiâ.* Confeſtim adeſt in puero Daniele Deus. Omnem repentè malitiæ ſcenam diripuit: profictitium crimen properè recluditur: ſcelus ſuos redit in auctores: purgaturque per innocentiam pudor. Sicque Suſannam, quam impudicitiâ mentiente in publicum traxerant, probatam & vindicatam ad mariti thalamum cum ingenti triumpho victrix pudicitia reportauit. *S. Bernardus Serm. 3. de Annunciat.* Meritò igitur à iuſto iudice iuſtam de iniuſtis obtinuit vltionem, quæ tam vehementer iuſtitiam eſuriuit, vt propter eam contemneret mortem corporis, opprobrium generis, luctum inconſolabilem amicorum.
S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſannâ. Triumphat maritus quòd caſtam inuenerit coniugem: lætatur familia omnis quòd in eâ nihil inueniat fama quod feriat. Cruciatur Diabolus, quòd nulla ex parte ſuam perfecerit voluntatem: nec adulterium enim, quod factum diffamabat exercuit; nec homicidium quod procurabat, inuenit. *Euſebius 8. Strom. cap.* 24. Nonnullos ex familiâ auctoritas Senum in ſoſpicionem Suſannæ conuerterat inuitos, nunc læti laudabant Deum, præſertim parentes & maritus lætitiâ detectæ innocentiæ priora vindicabant dubia, in quibus 68.

S. Hieronym.
Anonymus
Suſanna gloriæ ſuæ ſuæ nomen ſubleuat.
S. Zeno
Scelus ſuos redit in auctores.
S. Bernard.
S. Zeno.
Liberatio Suſannæ fuit communis lętitię caussa. quare?
Euſebius
Lętitia, priora innocentię dubia vindicauit.

bus victos ſe lætiſſimè ferebant. Beneuolæ eorum ſuſpiciones decipi cupiebant. Hæc lætitia occupauit familiam pudiciſſimæ Suſannæ ſanctiſſimè gauiſam, non quia liberata fuit, non quia vixit, ſed quia non eſt inuenta in eâ res turpis. Potiſſimum gaudium de innocentiâ Suſannæ fuit, non de vitâ; quia caruit culpâ, non quia abſoluitur pœna ..... Magnum lætitiæ argumentum innocentia eſt, quia iuſta cauſſa dolendi culpa eſt ſola, ſicut & timendi. Fecit Suſannam culpa formidare, innocentia ſperare. Vtrumque benè, quia formidans culpam, mori non timuit, & viuere ſperauit à Deo. S. Chryſoſt. *S. Chryſoſtomus homil. de S. Suſanna.* Qui ergò liberauit Suſannam mulierem caſtam, coniugem fidelem à falſo teſtimonio Seniorum, ipſe liberauit & Virginem Mariam à falſa ſuſpicione. Deipara ſicut & Suſanna venit in mariti ſuſpicionem. Inuenta eſt ergò & Virgo illa prægnans, ad quam vir non acceſſerat: vterus quidem fœtu tumuerat, & virginalis integritas manſerat, Seminatorem fidei fide cō-ceperat; Dominum in ſuum corpus aſſumpſerat, non eius corpus violari permiſerat. Meritò tamen tanquam homini venit in ſuſpicionem ..... Talis erat Ioſeph. circa coniugem ſuam, cui corpore non erat mixtus, ſed tamen fide tantùm fuerat copulatus. Ioſeph fide fuerat Mariæ copulatus, non corpore. Venit ergò & Virgo in falſam ſuſpicionem: Sed ſicut pro Suſanna adfuit in Daniele Spiritus, ſic pro Maria Domini fuit Angelus. Gaudebant paullo antè coniugatæ ad Suſannam, gaudeant virgines ad Mariam: vtræque teneant charitatem; illæ coniugalem, iſtæ virginalem. Ergò vnuſquiſque pro dono, quod accepit, certet in hoc ſeculo, vt vincat in futuro.

DE SVSANNA EX IOANNE HIEROSOLYMITANO.

Homilia. 19.

ADVENIMVS vobis ſpontanei debitores ſermonis, non vt quantum debemus impleamus ſed vt quantum in noſtra ſitum eſt poteſtate reddamus. Nam munifica quidem eſt animi promptitudo, ac plura quam debeantur parata eſt dare, ſed penuria ſermonis in anguſtias eſt redacta. Quocirca pauca pro multis cohortantes largimur. Sin autem voluerit quis veſtrum exiguum ſermonem noſtrum ex animi noſtri promptitudine, ac ſtudio metiri, nihil penitus eorum, quæ debentur, omittemus: quandoquidem animi ſtudium defectum omnem noſtræ orationis ſupplebit. Nam & Deus cum exiguas pauperis oblationes, & diuitis viderit copioſas, honores ex æquo ſolet ſuſcipere, ac ſæpenumero etiam dona pauperis propenſius admittit: quippe qui non pecuniarum vim, ſed promptitudinem cordis, ac ſtudium reſpicit. Fidem autem
Luc. 21. iis quæ diximus, adſtruit, quo de *paupere vidua* memoratur, quæ *minuta duo* in gazophilacium *miſit*; nam huius oblatio perexigua, illi diuitum qui aurum miſerant, præponderauit quoniam pecuniis non indiget Deus, ſed ſincero, & ſpontaneo cordis affectu. Age ergo nos quoque in ſinceritate corda noſtra reſerantes, qualis à Deo nobis obtigit, ſermonem tanquam inanimata quædā gazophilacia mittentes debitum vobis ſermonis exoluamus. Memini enim pridie me vobis Beatæ *Suſannæ* caſtitatis certamen ad multorum vtilitatem prædicaturum eſſe pollicitum: quo tempore Ioſeph quoque cum Ægyptia decertabat, & vobis omnibus caſtitati luctas exhibebat. In hoc igitur publico, ac celebri theatro etiam Suſanna decertet, vbi & Deus & Angeli, & viri, & mulieres ſpectant: decertet, & doceat quo pacto iuuenculas ad mortem vſque pro caſtitate oporteat decertare. Hæc itaque Beata Suſanna cum genere nobilis eſſet, & à teneris vnguiculis in conclaui domi recondita, cumque eleganti forma eſſet, & caſtis moribus prædita, iuuenili florens ætate, legitimis matrimonij vinculis copulata eſt. Et vero cum illæſum nuptiarum ſacramentum marito ſuo conſeruaret, non oculos incompoſitæ ad nouam, peregrinamque formam ſpectandam circumferebat; non patentibus auribus concinnos meretriciorum cantuum ſonos excipiebat; non ad odoratum ſinebat nouorum veſtimentorum ſuffitus obrepere; nec vllum alium ſenſum temere ferri permittebat: ne pudicitia, quæ in eius corde conſeruabatur, fallacibus illecebris labefactata, in voluptates deuolueretur: ſiquidem pleraque peccata ſenſuum opera noſtram animam vincunt. Eſt enim anima, tamquam virgo in thalamo quodam, in medio corde conquieſcens; & à ſenſibus quinque, velut ab ancillis quibuſdam, ſtipata. Quibus tandem ſenſibus? Viſu nimirum guſtu, odoratu, auditu, & tactu. Si nullus igitur tempus labefactatus ſeducatur, anima integra, & illæſa conſeruatur: ſin autem contigerit aſpectum, abſque regimine derelictum, ad iuuenilem formam ſpectandam vagari, ac vehementes libidinis fluctus per oculos in intimis partibus cordis exceperit; confeſtim turbine voluptatum raptata, in peccati vortices delata, ſubmergitur, & pudicitiæ facto naufragio, patitur id, quod & Dauid paſſus dicebat:
Pſal. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*: Pari ratione ſi auditus adapertus illecebras elegantias vocis admiſerit, vbi ad eas mentem intenderit, totam ſeipſam meretricijs cantibus delinitam peruertit. Guſtus autem voracitate, vinoque multo ſaturatus, ad compotationes, & ſtupra corruptam animam trahit. Olfactus demum exquiſitis iuuenum vnguentis illectus, & deuinctus, animam etiam ſecum ſolet irretire. Sic igitur anima, tamquam virgo quædam ab inſipientibus ancillis, a ſenſibus intercipitur, atque intemperantiæ peccato

proditur

proditur: Peccatum enim, ſenſibus omnibus conſopitis, furis in morem clàm conclaue
cordis ingreditur; tum ingreſſum totam pudicitiæ arcam deprædatur, & exhaurit. Itaque
beata illa cuſtodiebat oculos, habitum, inceſſum, auditum, viſum, olfactum, guſtum, &
Cant. 4. tactum, eratque vere iuxta, ſapientiæ dictum. *Hortus concluſus, fons ſignatus*: Quaſi *hortus*
enim erat beata, quem nemo poterat deprædari, pudicitiæ ſuaues effundens odores: quaſi
fons erat fide *ſignatus*, ex quo nemo petulans pudicitiæ pulchritudinem poterat haurire.
Daniel. 13. Huius *in concupiſcentiam exarſerant, duo populi ſeniores qui populum regere videbantur*, & eo-
rum quiſque libidinis ardens flamma alter alteri occultum cordis ignem *erubeſcebat aperire*.
Ac die quodam eorum vterque clam ſocio ſuo Suſannam obſeruaturus abibat: cumque
ſe inuicem oſtendiſſent, ac ſciſcitati eſſent, confeſſi ſunt mutuò cauſam, ob quam aderant:
tum inita ſocietate ad peccatum patrandum commoditatem ſceleris indagabant, ac tempus
obſeruabant, quo ſolam poſſent offendere. Accidit ergo die quodam, vt Suſanna de more in
pomarium ingrederetur mariti, vt lauaretur, cum æſtus eſſet; & cum ancillas miſiſſet illa,
vt ſmigma deferrent, ad eam repente ſeniores accurrentes tanquam lupi agnam tenuerunt,
æſtu libidinis dilaniare cupientes: eratque ſola *Sasanna* duum leonum in medio, nec vllus
aderat qui ſuccurreret; non ancilla, non ſeruus, non propinquus, non amicus, non vicinus,
niſi ſolus, qui de cœlis attendebat, Deus; qui prohibere quidem poterat, ſed fieri luctam
ſinebat, vt occultos animorum ſenſus patefaceret, Suſannæ caſtitatem, tum ſeniorum im-
pudicitiam diuulgaret: ſimulque vt mulieribus maximam ſcholam Suſannæ ſuſceptum
pro virtute certamen exhiberet. Magna erat pugna, certamen vehemens Suſannæ congrue-
bat, ac maius illo Ioſephi. Nam ille quidem vir cum eſſet, cum muliere vna pugnabat:
Hæc vero mulier cum eſſet, cum duobus viris luctabatur. Maximum erat ſpectaculum ac
iucundum; mulier cum viris duobus decertabat: atque hoc mirum videbitur, cum audie-
titis, vbi eſſet ſchamma reſeratum; in pomario, vbi Euam ſerpens ſeduxerat. Vt igitur pa-
rata fuit lucta, aperti ſunt cœli, ſonabat tuba, paratum erat certamen, agonotheta de cœlo
luctam attendebat, & Angelorum turba prona ſpectabat: in iniquis, ſerpens; in pudica,
fides vigebat: multum vtrique de victoria ſolliciti erant: ſeniores quidem, ne a muliere
vincerentur; Suſanna, ne pudicitiam perderet: illis victoriæ ſtipendium dæmones præpa-
rabant; Suſannæ angeli caſtitatis præmia præparabant. Corripiunt *Suſannam* nefarij, ac pri-
mum quidem cum ea verbis luctabantur: Quibus tandem verbis vſi? Seniores populi ſu-
mus, creditæ ſunt nobis leges, ſoluendi, ac ligandi accepimus poteſtatem: nullus hic adeſt
ſpectator; commiſcere nobiſcum: *Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fue-
rit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas a te.* Ac vide quam multa eſſent, quæ
Suſannam obſidebant: intemperantiæ calumnia, metus mortis, coram tanto populo con-
demnatio, mariti odium, cognatorum odium, luctus famulorum, & in vniuerſum totius
domus euerſio. At nihil horum pudicæ fœminæ propoſitum potuit ſuperare: quippe cuius
ſpes cordis in Deo erat collocata. Ingemiſcens igitur dicebat: *Anguſtia mihi ſunt vndique: ſi
enim hoc egero, mors mihi eſt; ſi autem non egero, nequaquam effugiam manus veſtras. Melius
mihi eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Hei mihi,
quos paſtores arbitrabar, lupos video: quos arbitrabar eorum qui tempeſtate iactantur eſſe
portus, hi naufragium excitarunt. Non inquinabitis pudicitiam meam: parentes meos
probro non afficiam: generi meo labem infamiæ non aſpergam: Marito meo dolorem non
inuram: copulam cum illo meam inhoneſto congreſſu non dirimam: mortem potius iniu-
ſtam quam thalamum eligam inhoneſtum. Mihi vero maritus etiam adeſt, non præſentia
corporis, ſed animi affectu, parentumque imaginem ipſa mecum circumfero. Timete Deum
Deutero. 5. qui hæc videt: præſentes Angelos reueremini: cogitate quid ſitis, cognoſcite legem, quam
legitis: cuius hæc verba ſunt: *Non concupiſces vxorem proximi tui.* Hæc cum dixiſſet *excla-
mauit*, vt illorum petulantiæ teſtes aduocaret, *exclamauerunt autem & duo ſeniores*; accurre-
runt Suſannæ ſerui, & ancillæ; duos cum illa ſeniores cernunt. *Cum autem verba illa ſenio-
res in Suſannam protuliſſent, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo hu-
iuſmodi de Suſanna.* Conuocatum eſt autem poſtero die conſilium maximum: adhuc enim
erat ſub iudice lucta, & ad coronam obtinendam victoria. Conuenit populus omnis viro-
rum, mulierum, infantium, rurſus congregatum eſt theatrum. Qui inferius erant homines,
quid cernerent, neſciebant: Angeli vero in cœlis rem nouerant. Venerunt ſceleribus coo-
perti ſeniores; vocant Suſannam, vt illi quidem arbitrabantur, ad ignominiam, & mortem,
vt autem iuſtus iudex prædeſtinarat, ad vitam, & gloriam immortalem. *Tum populo inquiunt
Mittite ad Suſannam filiam Chelciæ.* Illi vero *miſerũt: Venit ipſa, & parentes eius & maritus eius,
& liberi eius.* Et *venit* Suſanna vt mortem caſtitatis cauſa obitura, multa cum verecundia ge-
mens, & afflicta: non quod obitura mortem eſſet, verum quod parentibus famam ſini-
ſtram relinqueret, quod infamiæ notam generi ſuo eſſet inuſtura. Nullum enim rei in poma-
rio geſtæ teſtem habebat: multi erant, qui eius cauſa lachrymabantur, amici, cognati, pa-
rentes, vicini: maritus lugebat: domus eius lamentabatur: tum illa ipſa mærens, col-
lachrymans, & afflicta in multa cordis humilitate in medio ſiſtitur. Publicum erat ſpectacu-
lum, Dei, Angelorum, hominum. Exurgunt duo ſeniores, in habitu paſtorum lupi, manus
illi ſuas imponunt, & in illis calumniator ſerpens loquebatur. Quid loquebatur? *Cùm de-
ambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc, & dimiſit puellas ſuas, venitque ad eam adoleſcens,
qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomarij, & videremus
iniquitatem, quæ fiebat, concurrimus ad eos: & illum quidem nequiuimus comprehendere, quia
viribus nos vincebat, & apertis oſtiis exiliuit. Hanc autem, cum apprehendiſſemus, interrogaui-
mus*

mus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Hæc teſtificamur. Et credidit eis multitudo, quaſi ſenioribus populi, & iudicibus, & condemnauerunt eā ad mortem. Et abducebatur Suſanna ad mortem; nec vllus erat veritatis defenſor, ac teſtis, niſi ſolus Deus, qui fieri ſinebat, quod fiebat; vt vtrorumque perfecta innoteſceret actio: tum improborum intemperantiæ ſcelus, & calumnia; tum beatæ Suſannæ in tuenda ad mortem vſque caſtitate conſtantia. Vides quouſque Deus derelinquat? derelinquit autem dum vt aurum in fornace iuſtos in tentationibus probat: ſicut erga Abrahamum ſe geſſit: Abducebatur in holocauſtum Iſaac, iam conſtructum erat altare, impoſita ligna erant, nec vſpiam pecus apparebat: arripit gladium, pater, nec vſpiam pecus apparet; iam cædem aggrediebatur: tum Deus manum eius voce refrænauit. Hæc autem eo dixi, vt vnuſquiſque veſtrum cum tentatus fuerit, licet ad mortem appropinquarit, de diuino auxilio non deſperet; ſed ad finem vſque præſtoletur. *Abducebatur* igitur *ad mortem* Suſanna, nec vllus erat, qui opem ferret: cum nuſquam humanum occurrere vidit auxilium; tum demum ad fidelem in cœlo teſtem recurrit, ad inſomnem illum oculum, & clara voce dixit: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant; tu ſcis, quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium. Et ecce ego morior, cum nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me:*

Eſa. 68. *Et exaudiuit eam,* qui dixit: *Et adhuc loquente te, ecce adſum. Cumque induceretur ad mortem, ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris: Et exclamauit voce magna: Mundus ego ſum a ſanguine huius. Conuerſus eſt autem omnis populus, & dixit: Quis eſt iſte ſermo quem locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorum ait; Sic fatui filij Iſraël. non iudicantes; neque quod manifeſtum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium locuti ſunt iſti aduerſus eam. Et reuerſus eſt omnis populus cum feſtinatione, dixit Daniel. Separate illos ab inuicem.* Et interrogauit vnum dicens: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris. Dic igitur mihi, ſub qua arbore videris eos congredientes inter ſe: Qui ait ſub ſchino. Dixitque Daniel: Recte mentitus es in caput tuum: Angelus enim Dei ſciſſurus eſt te medium. Et amoto eo, vocat alterum, & ait: Semen Chanaam, & non Iuda; ſpecies decepit te, & concupiſcentia oculorum peruertit cor tuum: Dic ergo, ſub qua arbore videris eos coeuntes; qui ait: ſub prino. Dixitque ad eum Daniel. Recte mentitus es, & tu in caput tuum. Angelus enim Domini gladium habens iam ſecabit te medium: & exclamauit omnis populus voce magna, dicens: Benedictus dominus, qui ſaluat omnes ſperantes in ſe.* Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa: & adimpletum eſt quod à Dauide dictum erat ex perſona Suſannæ. *Me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero*

Pſal. 62. *in vanum quæſierunt animam meam.* Nefarij ſeniores; *introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij:* Angelus enim Dei gladium habens diſſecturus eſt eos. *Partes vulpium erunt Rex autem lætabitur in Deo,* Suſannæ maritus: *Laudabitur omnis qui iurat in eo,* hoc eſt, qui credit ipſi *quia obſtructum eſt os loquentium iniqua,* nefariorum ſeniorum iniqua ſcilicet ora. Tum conuerſus eſt parentum eius luctus in gaudium, maritus Deus collaudans exultabat, conſanguinei gaudebant, vicini lætabantur, domus eius omnis hilaris erat, communis denique feſtiuitas erat, Dei, Angelorum, & hominum. Vidiſti in corpore muliebri virilem animum? Vidiſti mulieris caſtitatem, cuius memoria cum victoria viget immortalis? Hæc ab hominibus collaudata eſt, ab Angelis celebrata eſt, a Deo coronata eſt. Hanc imitamini mulieres, vt eodem vos etiam Deus honore dignetur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

§. 3.

MVTVA ORIGENIS CVM Iulio Africano diſſertatio ſuper huius hiſtoriæ canonicâ authoritate.

CATENAM præmiſimus præcedenti §. e vetuſtis Patribus intertextam, quâ non ſolum elucidatur Suſannæ hiſtoria; ſed et ipſa pudicitiæ vindex, vindicatur ab incertę narrationis calumniâ, dum perſpicuè apparet, quid à naſcentis Eccleſiæ auſpicio, de eius cenſuerint auctoritate auctoratiſſima Patrum ſuffragia. Itaque antiquioris æui purpurâ pulchra veſtitur Suſanna; nec recentis etiam ſeculi ſoloce induitur. Nempe recentes auctores vetuſtis inteximus, quo tela euadat vetuſtate nobilis, nouitate felix: neque enim Sapientibus obeſſe debet, quod nuper vixerint. Abundè hauſit. ſed non exhauſit Antiquitas ſapientiam. An ſi recentiorum Proceres inter eos, quos numquam vidimus, floruiſſent, non ſolum eorum libros, verumetiam imagines conquireremus, eorum nunc honor præſentium, & gratia quaſi ſatietate langueſcet? Quin & neceſſitate, opinor, felici coactus id præſto, ne in tantâ antiquorũ Interpretũ inopiâ, ſæpè cogerer lacunam facere, nec perpetuum texere cõmentarium. Itaque ex præſcriptâ Catenâ oculis liquidò cõſtat, quam conſtanter Eccleſiæ Patribus hæc Suſannæ hiſtoria vſui fuerit, & ad dogmata comprobanda, & ad inſtruendos mores, & quàm indifferenter cum reliquis Biblicis narrationibus aduocetur, quo Hæreticorum licentia malè garrula aliquandò conticeſcat. Ergò vt viam præſtruamus dicendis in §. 4. n. 5. &c. vbi de eius auctoritate abunde tractatur allegatis ſeriatim Patribus, operæ pretium duximus præmittere huius controuerſiæ incunabula, quæ hiſce litteratiſſimis litteris deſcribitur, quarum meminit Euſebius Cæſarienſis lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 23. & Photius in Bibliothecâ, cap. 34. col. 22. & ſuis in Iſaiam Commentariis Leo caſtrus præfixit.

Nexus huius §. cum antecedentibus: & ſequentibus; & illius, ſcopus.

IVLII

IVLII AFRICANI AD ORIGENEM DE HISTORIA SVSANNÆ *Epiſtola, de Græco in Latinum ſermonem conuerſa, Leone Caſtro interprete.*

Africanus te ſalutat, Domine mi, & fili amantiſſime Origenes.

QVANDO dialogum conſcripſiſti, cui præfixus eſt titulus : Ad ingratum vel
ſtultum, mentio à te facta eſt prophetiæ Danielis, quam adoleſcens eſt vati-
2 cinatus, & tunc quidem, vt par erat, id, quod à te ſcriptum eſt, ſum exoſcu-
latus, Demirari tamen ſatis non poſſum quomodò te fugerit illud, partem il-
lam libri Danielis ſuppoſititiam eſſe , & adulteratam. Caput enim illud, alio-
qui lepidum & facetum, commentum tamen recens, & fictum eſſe liquet , fabuloſúmque
pluribus modis arguitur. Nam capitis damnata Suſanna , afflatus ſpiritu Propheta exclamaſ-
ſe perhibetur, iudicium illud iniuſtè fuiſſe pronunciatum. Primum omnium Daniel alio
quodam modo vaticinabatur, aut viſionibus, aut ſomniis, aut Angelorum colloquiis, & non
prophetica inſpiratione. Deinde, præterquamquòd cum omnium admiratione voces illas
edidit , parum credibiliter ipſos reuicit , ita vt neque Philiſtion mimus minùs grauiter eos
redargueret. Neque enim ſat fuit per ſpiritum-ſanctum ipſos reprehendiſſe , niſi priuatim
ſeorsùm vtrumque interrogaſſet , vbi ipſam mœchantem deprehendiſſent. Vt autem alter
ſub Prino concumbentem cum adoleſcente vidiſſe, diceret, reſpondit, futurum , vt Angelus
ipſum, priſi idest ſecet , à prino arbore agnominatione factâ ſecandi, quod , πρίω verbum
Græcum ſecare ſignificat. Alteri verò dicenti vidiſſe illam cum iuuene ſub ſchino, ſcinden-
dum ab Angelo ſimiliter minatur ab ſchino agnominatione , vt dixi factâ , σχισθῆναι idest,
ſecandi quod σχίζω ſcindo ſignificat : in Græcis namque vocibus hæ congruunt agnomi-
nationes, à prino πρίσαι i ſecare, & σχίσαι i ſcindere, ab ſchino, quod in Hebræâ linguâ toto
3 cælo diſtat, Ex Hebræâ porrò linguâ totum vetus teſtamentum tranſlatum Græcè eſt, vt il-
lud omittam quod apud Chaldæos , cùm captiui vitam degerent in mediâ Babylone , cum-
que quotidie per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod prodi-
tum eſt de captiuitate Iſraël priore ; cumque filij è parentum complexu auellerentur, & cui-
tarentur in eunuchos, & filiæ in pallacidas abducerentur, quod præſignificatum à Prophe-
tis erat, quî conuenit per tot aduerſitates, vt hi quaſi ſui iuris eſſent, iudicium de re capi-
tali conſtituerent, & morte mulctandam decernerent vxorem Ioachim , qui inter ipſos re-
gnarat, quemque regni participem Babylonius rex effecerat, & regiæ menſæ accumbere iuſ-
ſerat, habebatque quotidie conuictorem, & amicum ? ſin verò non hic erat, cuius vxor Su-
ſanna capitis iudicio damnata ſit, ſed alius de media plebe Ioachim Regi cognominis; vnde
tam lautæ ædes captiuo ſuppetebant ? vnde tam culti & amæni horti ? Quòdque omnium
maximum pondus habet, hoc caput cum aliis duobus deinceps, quibus Danielis liber clau-
ditur, in Hebræa lectione deſiderantur , neque, ab Hebræis agnoſcuntur. Poſtremò cùm tot
extiterint Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententiâ. Non enim ipſorum
ſermo ab aliis quicquam emendicabat, cùm verus eſſet, quippè ab Spiritu-ſancto Prophe-
tarum pectoribus delibatus : hic verò cùm illorum alteri minaretur, meminit Domini dicen-
tis : Innocentem & iuſtum non interficies. Ex quibus omnibus hoc caput ſuppoſititium
eſſe coniicio , quod ipſa dictio, & ſtili character arguit. obieci quæ mihi videbantur , hoc
caput facere ſuſpectum. Tu me doce, & reſcribe , vt me erudias, Dominos meos omnes ſa-
luta, te omnes noti ſaluere iubent , & ego Deum precor , vt cum omni comitatu valeas cor-
pore , & animo.

ORIGENES AD AFFRICANVM EPISTOLA , EODEM LEONE *Caſtro interprete.*

Origenes Africano chariſſimo fratri in Domino, Patri verò filij ſancti mei per Chriſtum Ieſum. S.

EPISTOLA , quâ in dubium , incertumque reuocas hiſtoriam Suſannæ ,
quæ per Eccleſias toto orbe terrarum circumfertur, breuis, & concisa eſſe vi-
4 detur. At intra verba pauciſſima, multa habet dubia , quorum vnumquodli-
bet non vulgarem, neque extemporalem diſputationem exigit, qualis Epiſto-
la poſſet pertractari, ſed iuſtum volumen ſibi vindicaret. Ego me , meo pede
& modulo metiens, ne ignorare me videar imparem me eſſe video huic oneri , quod meis
humeris imponis, vt diluam dubia, quæ obijcis, & tuis litteris reſcribam. Tantum abeſt vt

intra paucos dies, quos Nicomediæ sũ cõmoraturus, litteris tuis & dubiis tuis facere poſſim ſatis. Dabis veniam ergò, & æqui boniqúe cõſules, quæ excluſus tẽporis Anguſtia, hàc breui epiſtolà potero percurrere. Quæ dixero namque, animò amico, & beneuolo erga te dixero: tu, pro tua humanitate, ſi qua in re defecero, de tuo addes, quod mihi deeſſe videbitur.

Primum ergo aiebas quando cum communi amico Baſſo diſceptarem ſermoneſque conferrem, vſum fuiſſe me Danielis teſtimonio de hiſtoriâ Suſannæ, & præmetuliſſe neſcire me librũ illũ ſuppoſititium eſſe, & falſo adſcriptũ Danieli prophetæ. Aiebaſque te laudare hiſtoriam illam tanquam feſtiuam, eſſe tamen ſcriptionem fictam ab aliquo, non antiquam, neque legitimam Prophetæ, ſed commentitiam. Addebas, & illud, quod Philiſtion nobilis ille mimus vix ita ſcurriliter confixiſſet ſcriptionem, & paronomaſiâ adeò mimicâ eſſet vſus ab arbore prino ad Priſim, & ab arbore ſchino ad ſchiſin (quaſi latine diceres à pruno arbore per agnominationem ad prunas, prunis ſæuiſſimis vſtulaberere: & à malo arbore, malis cruciabere ſempiternis.) Quæ quidem agnominatio Græcâ Latinaque facta eſſe videtur: Hebraica non item. Vide igitur his quantum malorum excites, non enim de Suſannæ hiſtoriâ agitur tantùm, ſed de omnibus, quæ in Catholicâ Chriſti Eccleſiâ Græcè conſcripta circumferuntur, quorum non extant libri Hebræi archetypi, vnde ſunt tranſlata, & Græcè reddita. Neque res eſt de duobus libellis alijs, qui ſunt in fine Danielis prophetæ de Bel, & Dracone, quam hiſtoriam Hebræa lectio non præfert, ſed de aliis innumeris: quæ pro noſtra tenuitate collatâ Græcâ editione cum Lectione Hebræa varia eſſe deprehendimus, qualis in eodem Daniele de camino ardente, in quem reuinctos pueros illos coniectos legimus, cùm in noſtris codicibus multa alia legantur, quæ non agnoſcit lectio Hebræa, & in Eccleſia Catholica ſũt receptiſſima, qualis eſt precatio Ananiæ, Azariæ, Miſaelis, vſque ad illa. Cum audiret Rex ipſos laudantes Dominum: & alibi, vbi legitur: Deambulabant in media flamma laudantes Dominum: vſque ad illa Benedicite Domino omnes colentes Dominum &c. Cum Hebraicè ſubiungatur illud: & viri illi tres Sidrach. Miſach, Abdenago, ceciderunt in medium ignem vincti, cum Rex Nabuchodonoſor admiratus eſt, & ſurrexit ſummâ curâ, & dixit Magiſtratibus ſuis. Sic enim Aquila ſeruiens Hebraicæ lectioni edidit, qui creditur apud Iudæos vertiſſe fidelius & magis ad præſcriptum Iudæorum, & quo maximè vtuntur, qui Hebræam linguam ignorant, quod maximè omnium Litteræ hæreat. Noſtra exemplaria, quorum teſtimonia citamus; & ſeptuaginta ſeniorum ſunt, & Theodocionis, & vtraque præferunt hiſtoriam Suſannæ, quam tu commentum alicuius eſſe putas, & poſt-tema capita Danielis, quæ conficti arbitraris, com. C C. verſus habeant ſupra ſeptuaginta, & in aliis multis libris ſacris multa deprehendimus, vbi plura leguntur Græcè, quàm Hebraîcè: multa, vbi pauciora; verbi causâ (quando omnia complecti non licet, pauca dicemus) in Eſther neque Mardochæi precatio, neque precatio Eſther, quæ legentem ad pietatem, & religionem mouere poſſent, Hebraicè leguntur. Neque Epiſtolæ aut Aman ad delendam rationem Iudæorum, aut Mardochæi nomine Artaxerxes in Hebræâ Lectione ſunt ad liberandam morte Iudæorum rationem, & in Iob ab illis verbis: ſcriptum eſt ipſum ruſum reſurrecturum, cum quibus Dominus reſurrexit vſque ad finem, quæ omnia deſiderantur in hebræis codicibus, & in tranſlatione Aquilæ, leguntur autem in editione ſeptuaginta, & Theodocionis. Et innumera alia huius notæ in Iob deprehendimus, vbi plura alibi in noſtris codicibus, alibi pauciora legerentur, quam in Hebræis. Pauciora, vbi ſcriptum eſt Iob ſupplicaſſe quotidie pro filiis, & tot numero obtuliſſe victimas &c. Et quando venere Angeli Dei, & circumſtere Dominum, & Diabolus inter ipſos erat: circuiui terram, & perambulaui in eâ; Hebraicè non legitur. Neque illud: Dominus dedit, Dominus abſtulit, vt Domino viſum eſt, ſic eſt factum. Multa in noſtris ſunt exemplaribus, quæ Hebraice deſiderantur. Quid fiet ergo quando huius notæ ſunt innumerabilia, quæ verbis & ſententia ab Hebræa lectione diſcrepare videantur? videtur-ne tibi abrogare libros in omni Eccleſia Catholicâ receptos? & cauere legibus vt fratres omnes, vbique terrarum receptos apud ſe in ſuis Eccleſijs libros abrogent? Iudæis-ne adulabimur? vt ab illis eblandiamur libros caſtigatos, & quam emendatiſſimos, qui nihil habeant commẽtitium, aut fictitium? Quid ergo? prouidentia Diuina, quæ impertit omnibus Chriſti Eccleſiis ædificationem in ſcriptura ſacra tam paruam præſtitit curam ijs, quos tanto pretio redemerat? pro quibus Chriſtus eſt mortuus? qui filio chariſſimo præ amore, quo nos proſequitur, non pepercit: ſed pro omnibus nobis tradidit illum: Non mutabis terminos ſempiternos, quos præfixere tibi tui maiores. Et hæc dico, Chriſtum qui legem tulit etiam veterem ita cauiſſe, non vt vocaret nos ad deſidiam, & auocaret nos ab ſcrutandis ſcripturis, qui & ipſe auctor eſt, vt ſcrutemur ſcripturas, & noſtros libros cum Hebræis cunferamus, & expendamus ſingula, quæ conſentiant, quæ diſcrepent, quod (abſit verbo inuidiæ) feciſſe me, pro virili parte puto. Excuſſi namque omnes omnium editiones, & varietates, vt collatâ varietate tranſlationum, meliùs intelligerem ſeptuaginta interpretationem, & illius ſenſus ſacros eruerem. Non enim fuit conſilium cudere quidquam quod diſcreparet ab ſcripturâ in Catholicâ Eccleſiâ receptâ: neque volui anſam dare ijs, qui quærunt occaſiones, vt res receptiſſimæ cauillentur, & communem ſententiam Catholicæ Eccleſiæ damnent. Meditor autem, & Hebræam Lectionem & receptos libros apud Hebræos etiam, vt cùm diſceptem aduerſum Iudæos, non diuerſis, ſed iiſdem ſcripturarum teſtimoniis certis, & confeſſis apud illos vtamur, etiamſi a noſtris codicibus diſcrepent. Nam ſi ſic aduerſum eos ſit inſtituta diſputatio, non contemnent, nec cachinnos tollent, quod facere ſolent aduerſum credentes ex nationibus, tanquam deceptos falſis ſcripturarum teſtimoniis, quæ

Hebræi

Hebræi codices non agnoſcunt. Hactenus de hiſtoria Suſannæ dictum ſit, quam Hebræi codices non præferunt. Expendamus nunc crimina, quæ obiicis eidem hiſtoriæ tua epiſtolâ; & primum illa diluamus, quæ auertunt quoſdam à recipienda illa Prophetia, quorum prima eſt agnominatio illa Prini, ad Priſim: & Schini, ad Schiſim, quod Græca lingua hæc agnominatio factâ eſſe videatur. Hebræâ linguâ non item, qualis ſi apud nos agnominatio fieret à pruno, ad prunas; & à malu ad mala, quæ mihi quoque oborta dubitatio eſt. Nam diu multúmque mecum dubitans & cogitans expedit locum illum, cum multis Iudæis contuli, ſciſcitatus ab eis, apud eos, quo nomine arbor prinus diceretur, & ſecare quod haberet apud illos nomen & arbor, ſchinus, quo modo nominaretur Hebraicè, & quo pacto Hebraice diceretur ſcindere, illi negabant ſe ſcire Græcè, aut quænam eſſet arbor, (prinus,) aut ſchinus. Petebant ſibi digito demonſtrari has arbores, vt docere poſſent quo nomine Hebraicè nominarentur, & quod dicendum eſt verum, has arbores commonſtrare non potui. Alius dicebat, quæ ſcriptura ſacra nominata non ſunt Hebræa lingua, exprimere poſſe neminem, quod alios non haberent codices, aut alias voces Hebræas, quam quibus ſacra ſcriptura eſt conſcripta: reliqua Syriaca lingua pro Hebræâ ſe ſolitos eſſe enunciare. Et addebat, ſi haberem locum alium ſcripturæ, vbi nominaretur ſchinus, aut prinus Græcâ linguâ, cuius extaret archetypum Hebræum, vnde dilui poſſe hoc dubium, & agnominationem illam poſſe inuenire. Quod ſi nuſquam ſint hæc arborum nomina neminem poſſe euadere ad coniecturam huius Hebrææ agnominationis. Hæc ego ab Hebræis, quibuſcum contuli ſermonem, accepi. Itaque nec ego tibi Hebræam agnominationem dicere poſſem: tu autem qua ratione affirmes harum vocum agnominationem Hebraice fieri non potuiſſe, ipſe videris. Memini tamen me contuliſſe etiam cum Hebræo perdocto, filio doctiſſimi Hebræi, hos ſermones ſimiléſque de rebus multis, qui vt ſe dignum patre viro doctiſſimo probaret, Hebraicâ doctrinâ erat apprime inſtitutus, ab hoc didici Suſannæ hiſtoriam non eſſe abrogatam apud Hebræos: didici nomine illorum ſenum eſſe, quæ ſunt apud Hieremiam: Faciat te Dominus vt Sedechiam, & vt Achead, quos ſartagine frixit Rex Babylonis, propter ſcelus, quod fecere in Iſraël. Quomodo autem ab Angelo ſecatur alter, alter ſcinditur, dici poſſe de futuro iudicio, quod illos exſpectabat, cum de vita exirent, eſſe dicta, non de cognitione cauſæ, quæ Babylone facta eſt, aut de pœnâ à Rege Babylonio eis irrogatâ. Vt enim malum illum Oeconomum dicentem in mora eſt Dominus, & ideo crapulantem, epulantem conſeruos plagis afficientem, Dominus veniens diuidit, & partem ipſius cum infidelibus ponit: ita hos ſenes, qui malè ſuum magiſtratum gerebant; ad exemplum illius œconomi diuidit. Angeli namque qui pœnis damnatorum præfecti ſunt, hâc pœnâ hos afficient, & alter quidem ſcindet hunc inueteratum dierum malorum, iudicantem iudicia iniuſta, &c. alter vero ſecabit vt ſperma Chanaan, & non Iuda; illum quem ſpecies & forma deceperat, & quem tranſuerſum egerat praua cupiditas. Alium Iudæum inueni, qui de iis ſenibus hæc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylonica tota cogitatione defixos fuiſſe in expectationem Chriſti, cuius aduentu putabant ſe à ſeruitute hoſtili perpetuò liberatum iri, & hos ſenes finxiſſe Chriſti myſteria optimè noſſe, & ſingillatim horum vtrumque quotiés cum fœmina ſpatium colloquendi daretur, ſi vſuram eius corporis vellet capere, clam dicebat ſibi à Deo datam eſſe, vt ſuo ſemine Chriſtus naſceretur, vt decepta ſpe mulier pariendi Chriſtum, copiam ſui improbo ſeni faceret. Ita hi ſenes Achead & Sedechias ſuorum ciuium vxores mœchizabant. Vnde pulchrè apud Danielem alter inueteratus malorum dictus eſt, alter verò audiuit à Daniele: ſic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes acquieſcebant vobis? Sed filia Iuda non tulit veſtrum flagitium. Fortè enim fraus & timor faciebat has fœminas his ſenibus facere copiam ſui. Sed fortaſſe quæres, ſi apud Hebræos hæc hiſtoria eſt, vt docti Hebræi tradunt, cur cum libris Danielis Hebræis non circumferatur? Facilis eſt reſponſio: quod, quæ potuere, omnia expunxerunt è ſacra ſcriptura, quæ præferrent ſeniorum, aut Principum, aut Iudicum crimina, ne manibus vulgi tererentur & apud plebem haberentur deſpicatui, quorum quædam ſeruantur in apocryphis, horum exemplum eſt, quod de Eſaia traditum eſt memoriæ, qui medius ſerra fuit diſſectus, cui ſimilia ſunt illa, quæ in epiſtola Pauli ad Hebræos conſcripta ſunt: quæ nuſquam in codicibus Hebræis reperiuntur. Ait enim de Prophetis: lapidati ſunt, &c. Interrogauimus enim ad quem referatur verbum illud ſecti ſunt, certè de vno pluraliter loquitur more apud Græcos, & Hebræos receptiſſimo, de Eſaia nempe qui medius ſerra diſſectus eſt vt in apocryphis teſtatum eſt, & quod facilè factu eſt, Iudæorumque techna quaſdam dictiones & orationes Iudæi intertexunt ſcripturæ, quo reliquis fides abrogetur. Et ſcio quoſdam, quod in codicibus Hebræis harum rerum hiſtoriam commonſtrare non poſſent, in has anguſtias redactos, vt epiſtolam ad Hebræos faterentur à Paulo non eſſe conſcriptam: qua de re alias pluribus dicendum eſt, & euidentiſſimis rationibus oſtendendum, epiſtolam ad Hebræos Pauli eſſe, ſed vtar teſtimoniis Euangelij, vt liqueat vera eſſe quæ diximus, aſſeramque, quæ de Prophetis teſtatur Chriſtus Dominus, quæ nuſquam in Hebræis codicibus reperies, quod præferrent ſeniorum, & Iudicum crimina. Ait enim Dominus: Væ vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, &c. vſque ad illa? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Quæ quis inficiabitur eſſe veriſſima? Quamuis ea Hebræa ſcriptio non præferat. Nam qui ædificabant ſepulchra Prophetarum & ornabant monumenta Iuſtorum, damnabant ſanè ſeniorum in Iuſtos, & Prophetas impietatem. Aiebant enim: ſi eſſemus in diebus Patrum noſtrorum nuſquam fuiſſemus participes eorum in ſanguine Prophetarum. Age reſponde mihi, quorum Prophetarum ſanguine? ſi nihil fidem habere

apud nos debet, quod litteris Hebræis non ſit teſtatum, vbi in litteris Hebræis tale quidquam proditum eſt de Eſaia, aut Ieremia, aut aliquo ex duodecim Prophetis? aut de Daniele? Nam quod Zacharias filius Barachiæ in medio Templi, & Altaris fuerit interfectus à Domino didicimus, ab alia Hebræa ſcriptum non didicimus; Vnde apparet Sapientes Principes, & ſeniores ex litteris ſacris expunxiſſe, quæ illorum præferrent crimina; ne illorum authoritas apud plebem exoleſceret. Vnde hiſtoriam Suſannæ, cui locatæ inſidiæ ſunt ab illis luxu perditis ſenibus, qui non longe aberant ab illorum luxu, & libidine, exemere è numero ſacrorum librorum; Quem Prophetarum non perſecuti ſunt Patres veſtri? & interfecerunt eos, qui prænuntiabant de aduentu Iuſti, cuius vos proditores, & extinctores eſtis. Vera dicere Stephanum fatebuntur omnes, apud quos Acta Apoſtolorum ſunt recepta, non commonſtrabit tamen quomodo accuſet Patres Iudæorum, qui in Chriſtum fuerunt impij, quod perſecuti fuerint Prophetas, & interfecerint. Tantum hoc liquebit ex nouo Teſtamento. Paulus enim in prima ad Theſſal. epiſtola hæc de Iudæis teſtatur, inquiens: vos imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu, quod vos eadem patimini à veſtris contribulibus Iudæis, qui Chriſtum, & Prophetas, interemerunt, & vos perſequuntur &c. Et puto me oſtendiſſe ſatisfieri potuiſſe, vt veriſſima ſit hiſtoria Suſannæ, & Spiritus ſancti afflatu conſcripta; exempta tamen è numero ſcripturarum à Principibus Sodomorum, quod Spiritus ſanctus ait. Ad hæc dicebas, quod Daniel inducitur ab hac ſcriptura tanquam in ſtatu Spiritus ſancti ſignificans iniuſtum fuiſſe iudicium; Prophetia vero Danielis alio quodam modo inducat ipſum vaticinantem hoc eſt, viſionibus, ſomniis, & Angeli apparitione: nunquam tamen afflatu Spiritus ſancti. Vndè mihi videris non valde obſeruaſſe multis modis Deum ad Patres loquutum fuiſſe in Prophetis, non ſolum in omnibus, ſed etiam in ſingulis, obſeruans inuenies. Sanctis Dei interim inſomnia, apparitiones Angelorum interim adfuiſſe, aliquando afflatum Spiritus ſancti. Sufficit in præſentia teſtimoniis de Iacob conſcriptis vti, qui de Sanctis inſomniis narrat quo pacto capri & arietes albi, aut varij inirent capras & oues: Et Angelum ſibi adfuiſſe in quiete, & ſe proprio nomine compellaſſe, Iacob. Et ſe reſpondiſſe: Quid eſt? &c. quæ adiecit de inſomniis, & Angelorum apparitione. De apparitione illa eſſe videntur, quæ de Iacob prodita ſunt: Et luctabatur homo cum eo vſque mane, &c. vſque ad illud, Vidi Deum, facie ad faciem, & ſeruata eſt anima mea. Afflatu Spiritus ſancti vaticinatur etiam Iacob cum benediceret filiis moriturus, Quid igitur tam mirum eſt Danielem modo afflatu Spiritus ſancti redarguiſſe ſenes & ſi per inſomnia aliquando eſſet vaticinatus, aliquando viſione, & Angelorum apparitione aliquando? Alia vero dubia viſa ſunt mihi à te non ea grauitate, qua par erat, neque ita reuerenter, vt decebat, propoſita. Eſt enim à te ſcriptum ad hoc exemplum: Præterquam quod ſcribit illa hiſtoria rerum miracula parum credibilia, ipſam redarguit, quòd neque Philiſtion nobilis ille mimus ita ſcurriliter dixiſſet. An non ſat erat afflatu Spiritus ſancti ſenes illos reuiciſſe, niſi vtrumque ſeparans interrogaret, vbi adulteratam illam vidiſſet, & vt alter dixiſſet ſub Prino, dixit Angelus, ſecet te Dominus, alteri verò dicenti, ſub Schino, itidem Sciſſurum illum Dominum minatur? quaſi verò non ſit ſimile in ſcriptura ſacra 3. Reg. quod ipſe fatebere, ſcriptum perſancte, non in mimo Philiſtione prodita hiſtoria eſt duarum fœminarum meretricum, quæ in conſpectu Salumonis de puero litigabant, ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna, &c. vſque ad illa. Audiuit Iſrael iudicium, quod iudicauit Rex, & timuerunt à facie Regis. Nam ſi de libris, quos nobis per manus tradidit Eccleſia, quique in omnibus Eccleſiis leguntur ſententiam ferre oportet minime magis & magis ridiculè hiſtoriam de duabus meretricibus hanc textam eſſe dicemus, magiſque ſimilem Philiſtionis mimo, quàm eam, quàm improbas hiſtoriam venerandæ Suſannæ. Nam quemadmodum non ſat fuit ad fidem populi, & ad vulgi perſuaſionem dixiſſe Salomonem: Date huic puerum viuum: Hæc enim mater eius eſt: ſic non ſat fuit Danielem damnaſſe ſenes niſi ab inuitis extorſiſſet confeſſionem: cum aperirent ſub qua arbore Suſannam cum adoleſcente concumbentem vidiſſent, neque eorum oratio inter ſe cohæreret: cum alter ſub vna, alter veró diceret ſub alia arbore concubuiſſe. Et quoniam, vt à primo dicebas, Daniel è ſancti Spiritus inſpiratione ſenes damnauit, nunc hoc, nunc illo modo redarguens: aduerte ſimile quoddam factum poſſe videri in hac Danielis Prophetia Salumonis illi iudicio, de quo teſtatur ſcriptura ita factum fuiſſe diuinitùs, vt viderit populus vniuerſus ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium: quod poſſet dici de Daniele, intellexiſſe populum hoc iudicio de ſenibus conſtituto, Dei ſapientiam in eo fuiſſe ad faciendum iudicium. Illud me minus mouit, quod attexere neceſſe eſt, de agnominationibus. à Prino arbore, & Schino Priſin, & Schiſim, id eſt, ſectionem, & ſciſſionem, cum dicenti: ſub Prino vidiſſe concumbentem Suſannam cum iuuene, reſpondit Daniel: Priſi te Deus, id eſt, Secet te Deus: Et reſpondenti ſub Scino, reſpondit, ſcindet te medium Angelus. Multa ſunt Græcè, ſi agnominationem facere libeat, quæ Hebraicè non congruent. Multa contra Hebraicè, ſi agnominationem facias, cadunt benè, quæ ſi Græcè vertere velis, non reſpondebunt ſimiliter. Quid igitur iſthuc tam mirum eſt, in hac hiſtoria Suſannæ, cum Hebraicè facta agnominatio, Hebraicè congrueret optimè, Græcè non item, Interpretes, quod verti Græcè nullo modo poſſet, Hebraicam agnominationem ſuſtuliſſe & in locum agnominationis Hebraicæ ſimilem quandam Græcam agnominationem ſuffeciſſe? Quale ſi nos noſtro ſermone eandem agnominationem exprimere vellemus, eſſet, ſi ſic verteremus: At ille dixit, ſub malo, dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum; iam enim Angelus Dei accipiens ſententiam a Deo, malum tibi dabit. Vides igitur

ſi pro

ſi pro ſub Schino, dices Latine, ſub malo factam agnominationem [illegible], mallum [illegible] Græcè [illegible] ſchini, Schiſſen. Et [illegible] ſi pro illo, quod ſequitur [illegible] dixit [illegible], & ſub [illegible]. Rectè mentitus es & tu in caput tuum, [illegible] Angelus Dei, [illegible] mittat ad prunas æternas; [illegible] videbis factam agnominationem [illegible] a prino, [illegible], ſi illam Græcæ agnominationem à Prino, in priſin. Cur ſimile interpretes [illegible], vt loco Hebraicæ agnominationis Græcam ſimilem ſubſtituerint. Non [illegible] eandem eſſe agnominationem. Age ſimile aliquod ex ſcriptura ponamus exemplum [illegible] de muliere ædificata à Deo de coſta ſumpta ex viri latere, [illegible] quoniam de viro ſuo aſſumpta eſt hæc; vbi non expreſſa Latinè eſt agnominatio, quæ Hebraice eſt, ab is, Iſa, id eſt, a viro, virago, quale ſi redderes: Hæc vocabitur [illegible] quia de viro, ſumpta eſt: quod Græcè fieri, non potuit. Aiunt Hebræi, fœminam appellatam eſſe Iſa, & ſignificari hac voce ſumptam à verbo, nasa, ſumo, nam in illo: Calicem [illegible] accipiam, pro accipiam, Hebraice eſt, esà, &, is, vox Hebræa, virum ſignificat, quod patet ex illo Beatus vir, vbi pro viro, eſt, is, vt ſit: ſumpta de viro. Apud Hebræos igitur eſt hæc agnominatio, is, Iſa, id eſt a viro virgo, quod de viro ſuo ſumpta ſit. Non mirandum eſt igitur interpretatos eſſe quoſdam hiſtoriam Suſannæ, quæ, Hebraice in arcanis, vt credibile eſt, apud ipſos aſſeruatur, & à Doctoribus legitur, & veri amatoribus & reddi illis ad verum Hebræam lectionem, & agnominationem. Aut ſi Hebræa agnominatio reddi non patitur in locum Hebrææ agnominationis ſimilem quandam ſuffeciſſe, vt poſſemus Græcè ſcripturam ſanctam intelligere, idque ſæpe factitatum eſt ſummo artificio, & ſummo conſilio ab iis qui Hebræas litteras ſacras Græcè reddiderunt, vt ſenſa potius exprimerent, quam verba nobis numerarent, quod nos obſeruauimus, dum omnium interpretationes inter ſe conferremus. Ad hæc addubitas, vt tuis verbis vtar, quomodo qui captiui Babylone [illegible] cum quotidie per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod proditum eſt de captiuitate Iſrael [illegible], cumque filij e parentum complexu auellerentur, & caſtrarentur in Eunuchos, & filiæ in pallacides abducerentur, quod præſignificatum à prophetis erat, qui conuenit per tot diuerſitates, vt hi tales, quaſi ſui iuris eſſent, iudicium de re capitale conſtituerent? & morte mulctandam decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipſos regnarat, quemque Regni participem Babylonius Rex effecerat, & Regiæ menſæ accumbere iuſſerat habebatque conuictorem, & amicum quotidie? ſin vero non hic erat, cuius vxor Suſanna capitis ſit iudicio damnata, ſed alius e media plebe Ioachim Regi cognominis, vnde ei lautæ ædes captiuo ſuppetebant? vnde tam culti, & amœni horti? Scies apud Thobiam, vnde hæc es mutuatus, & Iudith vnde ſumpſiſti, quod per omnia cruciamenta necarentur captiui, & per vias iacerent inhumati, Hebraicè non extare, neque Iudæis hos libros recipi, Quanquam Hebraicè apud ipſos in arcanis aſſeruantur, quod a quibuſdam ipſorum Iudæorum mihi renuntiatum eſt. Sed quando eccleſia hos probat libros intelliges pro tua prudentia, & doctrina quoſdam Iudæos in illa captiuitate fuiſſe opulentos, & bene rem geſſiſſe, & ipſe Thobias ſic ait, poſtquam dixerat ſe tota mente, ac animo Deum coluiſſe & Dei memorem fuiſſe: dediſſe ſibi altiſſimum gratiam & formam in conſpectu Enemeſſari: & fuiſſe eius emptorem. Et profectus ſum, inquit, Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabriæ in Rages Mediç decem talenta & vt diues, & opulentus ſubiungit: in diebus Enemeſſari eleemoſynas multas faciebam fratribus meis, panes meos dabam eſurientibus: & veſtimenta mea nudis, & ſi quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum poſt murum in Niniue, ſepeliebam eum: & ſi quempiam occidit Sennacherib Rex, quando venit fugiens de Iudæa, ſepeliui eum furatus: multos enim perdidit in furore ſuo. Tu ipſe tecum cogita tot beneficiorum Thobiæ & tantæ beneficentiæ commemoratio, quantas arguat diuitias, & quantas opes: præſertim cum ſubiiciat: Cognoſcens autem quod quærot vt morıar, timens receſſi, & direptæ ſunt omnes ſubſtantiæ meæ. Sed & alter captiuus Achiacharus filius Anael fratris Thobiæ ſuper omnem computationem Regis Achidorū poſitus eſt, & ſuper omnem gubernationem, qui Achiacharus Regis pincerna fuiſſe dicitur, & Regius procurator, cui annuli ſignatorij Regis cura eſſet demandata, & computator Regis, vel quæſtor, & Mardochæus in aula Regis verſabatur, & tanta apud Regem gratia valebat, vt adſcriptus eſſet in albo eorum, qui dicebantur Artaxerxis Regis Euergetæ, id eſt, amici, vel benemeriti de ipſo Rege. In Eſdra præterea Nehemias, pincerna Regis, & eunuchus ipſius, Hebræus genere, petiit à Rege inſtaurationem templi, & impetrauit vt ſibi cum plurimis aliis demandaretur cura repetendi Hieroſolymam, & inſtaurandi templi, cur igitur miremur hortum & domum, ſiue amplam & magnificam, ſiue modicam quandam & tenuem: nec enim hoc plane indicat ſcriptura quendam de media plebe Ioachim nomine poſſediſſe. Sed dices: Quomodo in media captiuitate, capitis iudicium diſceptabant? Nec ſcio [illegible] orta tibi dubitatio eſt, fuerit ne vxor Regis Suſanna, quod eius vir Regis Ioachim fuerit cognominis. Dicendum nihil eſſe quod inuenimus cum magnæ nationes captiuæ Regi ſeruirent, à Rege eſſe permiſſas propriis legibus vti, & propriis iudiciis. Nunc enim cum Romani nationibus imperent, & Iudæi, Iudæique ipſi Imperatori Romanorum didrachmum penſitent quotannis, quo iure [illegible] quamque [illegible] Cæſaris libere viuant, vt vix differant à nationibus, quæ ſub propria lege, ſuo iure vtuntur, nouimus omnes, qui inter illos ſumus [illegible], & intelleximus quo pacto vitam exigant. Fiunt enim clam iudicia ſecundum legem & damnantur quidam morte, non tamen omnino audacter, & publice, nec ſi clam [illegible] Cæſarem fallant. Et quod in eorum Regione multo tempore ſumus verſati, hæc nouimus [illegible]. Proditum tamen eſt memoriæ duas

P. Didac Celada in Suſannam.

 ſolas

ſolis tribus ſub Romanis (*credo legendum ſub Babyloniis*) fuiſſe Iuda, & Beniamin, his adde ſanè Leuiticam tribum, præter has erant decem tribus aliæ, quæ dicebantur Iſrael. Et veroſimile eſt ſic habuiſſe Aſſyrios has decem tribus abduxiſſe captiuas, & habere dicto audientes, permiſiſſe tamen ipſis ſua habere iudicia. Præterea in tua epiſtola illud erat (vt eius verbis vtar.) Poſtremò tot exſtiterunt Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententia: non enim ipſorum ſermo ab aliis quidquam emendicabat, cum verus eſſet, quippe à Spiritu ſancto Prophetarum paſtoribus delibatus. Hic vero cum illorum alter minaretur, meminit Domini dicentis: innocentem & iuſtum non interficies. Et vehementer ſum admiratus, quod cum ita in ſacris litteris ſit verſatus, & tantopere ſacra ſtudia meditatus ſis, non obſeruaſti Prophetas priorum Prophetarum ſermonibus vti, & ferè eoſdam repetiiſſe ſermones. Quis enim non nouit illud quod vel vulgus nouit, apud Eſaiam cap. 2. Et erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons Domini & domus Dei in ſummitatibus montium, vſque ad illa. Et non diſcent vltra præliari? Huic ſimile non ſolum ſententia, ſed verbis iiſdem reperies apud Michæam cap. 4. Et erit in nouiſſimo dierum manifeſtus mons domus Domini, præparatus ſuper verticem montium, & eleuabitur ſuper colles, & feſtinabunt ad eum populi & ibunt gentes multæ, & dicent: venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & oſtendet nobis viam ſuam & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & iudicabit inter populos multos, & arguet gentes vſque in longinquum & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & non vltra tollet gens contra gentem gladium, & non diſcent vltra præliari. Ad hæc in primo Paralipomenon ordinatus ille Pſalmus à Dauid ad laudandum Dominum in manu Aſaph, & fratrum eius, cuius initium eſt. Confitemini Dominum, & inuocate nomen eius: Fere iiſdem verbis repetitus Pſalmus 104. cuius etiam initium eſt, Confitemini Dominum, & inuocate nomen eius vſque ad illa. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et poſtea Pſal. 95. Cantate Domino canticum nouum, vſque ad illa: Quoniam venit iudicare terram. Quæ quia erant longiora, non ſuis verbis expoſui. Sed hęc breuiter, vt dixi, quod ad id, de quo agimus ſatis eſſe putabunt.

Inuenies autem de non tollendo onere in die Sabbato cum non ſolum ſcriptum apud Moſen, ſed repetitum apud Hieremiã, & de Paſcha, & de legibus Sacerdotalibus inuenies apud Moſen & poſtremis vaticiniis Ezechielis, ipſas tibi dictiones, & ipſa verba adſcripſiſſem, & alia plurima, niſi viderem dierum, quibus commoraturus ſum Nicomedeę, & temporis anguſtia me excludi ne pluribus ad te ſcribam. Ad hęc dicebas: Ipſum dictionis characterem, & dicendi ſtylum multum diſſidere à Prophetę ſtylo: quod mihi non ſic eſt viſum. Et hęc mea eſt de Suſanna apologia, & defenſio. Deinceps locus erat poſt refutata crimina attexere encomium hiſtorię Suſannę, & ſingillatim verba expendere, & aperire abditos & occultos, & admirabiles ſcripturę intellectus, quod priuatim faciet aliquis, qui ſtudioſè, & ſatis diuina ſtudia ſit meditatus. Hęc ad obiectiones tuas, quas appellas: reſpondi, & reſcripſi: vtinam erudire te poſſim, ſed non tantum mihi tribuo. Salutat te, qui vna mecum dictauit hanc epiſtolam, & qui ſcribendę interfuit, & quę voluit, correxit Dominus meus, & frater ſacer Ambroſius. Salutat te, & fidiſſima coniux eius Marcella, ſimul cum filiis, & Anicetus. Tu quoque ſaluere iube Papam optimum nostrum Apollinem & omnes amanteis nos.

§. IV.

§. IV.

Prolegomenon vnum litterale.

CVm animus non ſit, totum [illegible] Prophet[illegible], commentariorum [illegible] elucidare, ſed vnum duntaxat Danielis Suſannam [illegible] hactenus à me elucidatis [illegible] adgregare; hoc antelo[illegible] vnum [illegible] tam, quæ neceſſaria videntur ad [illegible] expoſitionem cap. 13. Danielis, quo tota de Suſanna hiſtoria deſcribitur.

2\. In confeſſo omnibus eſt, hoc caput nunc non haberi in Hebræo: id enim ex Theodotione ſe tranſtuliſſe, S. Hieronymus affirmat. Olim autem [illegible] in Hebræo, conſtat ex Theodotione, Aquila, Symmacho, & LXX. Interpretibus, qui hanc de Suſanna hiſtoriam, id eſt, hoc 13. caput Danielis, ſua tranſlatione potuerunt. Idem fecit interpres Syrus, & Arabicus vterque, nempe Antiochenus, & Alexandrinus. At LXX. Interpretes, Aquila, Symmachus, & Theodotion, Hebræa & Chaldæa tantùm in Græcam linguam tranſtulerunt: quorsùm enim Græcam editionem in aliam Græcam vertere? de quo etiam infra n. 12.

S Hieron. in Prol. in Dan. *Hiſtoria Suſannæ non habetur in Hebræo.* Syrus Arabicus LXX. Inter. Aquila Symmachus Theodot.

3\. Animaduertere autem oportet, hanc narrationem de Suſanna, quæ nunc in vulgato habetur cap. 13. ceteris Danielis hiſtoriis & capitibus eſſe præponendam: aut ſaltem ſub initium primi cap. Quare in Græcis codicibus, & apud Athanaſium in Synopſi, & in tranſlatione Arabica, hæc de Suſanna enarratio, eſt caput primum Danielis: atque vt habetur in notis Romanorum in Bibliis LXX. Interp. & notauit Cornelius, Lanſelius, & alij, in multis inſcribitur, *Daniel*, in quibuſdam *Suſanna*, in aliis, *Iudicium Danielis*: quia id quod narrat, accidit in Babylone, ſub initium tranſmigrationis, cùm Daniel eſſet adhuc puer, aut iuuenis, hîc, Verſ. 45. quod alii à Daniele geſtis prærogatiuâ temporis præponi debet.

Inſcriptio huius cap. 13. apud Græcos, primum. Græcus Athanaſ. Arabicus Bibl. Rom. Cornelius Lanſelius

4\. De libro toto nemo ferè eſt, qui dubitet, quin à Daniele conſcriptus fuerit, vt erudite Sanctius in Proleg. in Daniel[illegible] m, omn. [illegible] & 25. De hac autem lacinia (nempe de hoc cap. 13. quo Suſannæ hiſtoria refertur) putat Cornelius ſcriptam fuiſſe à quopiam Hebræo, qui in captiuitate Babylonica, vel potius paullo pòſt eam, ſcripſit chronica [illegible] in Medorum & Perſarum, & maximè Cyri, qui Iudæos Babylone liberauit [illegible] conſcripſit res [illegible]orabiles, q[illegible] tempore ſuæ gentis, [illegible] Hebræis con[illegible]nt. C[illegible]que ad Danielem pertineat quod hîc narratur, ideo ad calcem cum Belis hiſtoria, reiectum eſt. Addit ſaltem in hoc [illegible] Danielis opere ſeu prophetia, hanc Suſannæ hiſtoriam non fuiſſe conſcriptam ab ipſo Daniele. Vero-

Quis ſcriptor huius capitis [illegible] Sanctius Cornel. in cap. 13. Daniel. V. 1.

P. Didac Celada in Suſannam.

[illegible] Sanctius in nuper all[illegible], Serarius [illegible] 4. n. 2[illegible] & alii [illegible] [illegible] ſicut [illegible] & huius [illegible] n. 12. [illegible] quæ [illegible] ex Hebræo [illegible] intacta [illegible] extracta.

Sanctius Salianus

De auctoritate huius hiſtoriæ.

5\. IVdæi, teſte S. Hieronymo in vtraque Præfatione in Danielem, [illegible] hanc Danielis hiſtoriam, Idem ſentiunt Manichæi, & Anabaptiſtæ apud Sixtum Senenſ. lib. 8. hæreſi 6. Et Porphyrius lib. 12. ex quindecim, quos ſcripſit aduerſus Chriſtianos, quibus adſentit Kemnitius in examine quartæ ſeſſionis Concilij Tridentini, & Eraſmus in ſcholiis ſuper Præfationem S. Hieronymi in Danielem. Nec ſolum Iudæi, & Hæretici, & etiam ex Chriſtianis, olim Iulius Africanus, teſte Euſebio Cæſar. lib. 6. hiſtoriæ cap. 2[illegible], Auctor hiſtoriæ ſcholaſticæ, vbi de Daniele agit, idem Hugo Carenſis innuit, in Danielis cap. 13. & Driedo lib. 1. de ſcripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis cap. vltimo. An verò S. Hieronymus in præſcripta Præfatione in Danielem, illis faueat, infra num. 13. examinabitur. Profectò Gratianus *Danielis Somnialia* refert inter ea, quæ tanquam ſuperſtitioſa legi prohibentur: vnde intelligimus fuiſſe aliquos, qui alios præter hunc, quem habemus librum, Danieli tribuerent, quos Eccleſia de Danielis non eſſe, ac non legendos iudicauerit, vt docte Maldonatus Proœmio in Danielem eruditè notauit.

Quæ omnes hiſtoriæ auctoritas? S. Hierony. Manichæi Anabaptiſtæ Sixtus Sen. Porphyrius Kemnitius Eraſmus Iulij Afric. Euſeb. Cæſ. Hiſt. Schol. Hugo Car. Driedo. Gratianus

6\. Deinde alij veram eſſe cenſent hanc de Suſanna hiſtoriam, non tamen authenticam, & indubiâ veritate ſanctam, Ita apud eundem Hieronymum ſuprà allegatum, Origenes, Euſebius, Apollinaris, aliique eccleſiaſtici viri & Doctores Græciæ. Id etiam expreſsè docent Lyra, & Carthuſianus, in hoc cap. 13. Danielis. Fundamenta Auctorum, qui aut veritatem, aut indubiam fidem huic hiſtoriæ negant, infra adducemus, & latè refellemus.

S. Hierony. Origenes Euſebius Apollinaris Lyranus Carthuſian.

7\. At nihilominùs certum eſt, hiſtoriam de Suſanna eſſe ſcripturam veram, diuinam, & canonicam. Id definitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 4. vbi enumerato inter reliquos ſacros libros Daniele, ſubdit. *Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri Vulgatâ Latinâ editione habentur, pro ſacris non ſuſceperit, anathema ſit.* Ne autem à Concilio Tridentino primùm canonicam factam putemus hanc Danielicæ Suſannæ hiſtoriam, operæ pretium eſt, etſi longule, recenſere quanto Sanctorum Patrum conſenſu hæc veritas à naſcentis Eccleſiæ incunabulis ad noſtram vſque ætatem, tradita ſit; nequeunt perſtringat

Hiſtoria de Suſanna eſt. Scriptura canonica. Côcil. Trid.

Res Suſannæ humanitus deſperata.

iamque Suſanna ad ſupplicium immetens trahebatur: iam totus populus in eius ſanguine tumeſcebat: iam ſui quoque familiares nouæ rei atrocitate perculſi miſerabiliter ingemiſcentes, demiſſis capitibos omne ſtudium defenſionis abiecerant. Iam etiam ipſa pudoris compendio mortis oderat moras, omnibus diſplicens, ſed ſoli ſuæ conſcientiæ placens; cum ſubitò, quàuis verſutia qui

Iul. African.

fallitur numquam, confeſtim adeſt in Daniele puero Deus *Iulius Africanus in epiſt. ad Origenem*. Suſcitauit Dominus ſpiritum-ſanctum. Daniel alio quodam modo vaticinabatur, vt viſionibus. âut ſomnus, aut

S. Hieronym.

Angelorum colloquiis, & non propheticâ inſpiratione. *S. Hieronymus in commentar. ibidem.* Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum &c. Quo ſermone oſtenditur non intraiſſe in Danielem ſpiritum-ſanctum, ſed eum qui erat in illo, & quieſcebat propter ætatis infirmitatem nec ſua poterat opera demonſtrare, datâ occaſione pro ſanctâ femina à Domino ſuſcitatum.

Spiritus-ſanctus in puero non demonſtrat opera ſua:

S. Cyril. Ieroſ.

S. Cyrillus Ieroſolym Catecheſi 17. Hic ſpiritus ſapientem effecit animam Danielis, vt iuuenis ipſe Senum eſſet iudex. Damnabatur Suſanna modeſtiſſima, tamquam impudica; vindex erat nemo: quis enim aduerſaretur Principibus? Adducebatur iam ad mortem; iam erat in manibus lictorum. Ecce adeſt auxiliator paracletus; Spiritus qui omnem naturam intelligibilem ſanctificat. Age (inquit) Daniel puer, argue Senes de peccatis iuuenilibus; ſcriptum eſt enim: Suſcitauit Deus Spiritum pueri iuuenculi. Et vt ſummatim ea comprehendamus; per decretum

Daniel puer arguit ſenes de peccatis iuuenilibus.

S. Athanaſ.

Danielis, temperans illa, & innocens ſeruatur. *S. Athanaſius de communi eſſentiâ Patr. &c. Quod Spiritus-ſanctus ſedeat.* In Daniele cum Suſanna ad mortem abduceretur, ait Scriptura: Excitauit Deus Spiritum-ſanctum puetuli, cui nomen Daniel. Vox igitur illa, Excitauit de ſtante intelligi non poteſt, ſed de ſedente, aut dormiente.

Spiritus-ſanctus ſedere dicitur.

Beda.

Beda tom. 5. in Euangeli. Ioan. cap. 8. Quomodò accipiendum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum? niſi quia hoc modo per myſterium Trinitas commendata eſt, in quâ perpetua ſtabilitas virtutis eſt. Si vis habere bonam cauſſam, habeto duos vel tres teſtes, Patrem, filium, & Spiritum-ſanctum. Denique quandò Suſanna caſta femina, fideliſque coniux, duobus falſis teſtibus arguebatur, Trinitas illi in conſcientiâ, atque in occulto ſuffragabatur, illi Trinitas de occulto vnum teſtem Danielem excitauit, &

S. Ambroſ.

duos conuicit. *S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto, cap. 7.* Daniel niſi accepiſſet Dei ſpiritum, numquam potuiſſet deprehendere adulterium libidinis mendacium fraudis.

S. Chryſoſt.

50. h. *S. Chryſoſtomus homil. de Suſannâ.* Excitauit Deus Spiritum-ſanctum Danielis adhuc nouelli ætate, ſed robuſti fide. Et quia erat in eo propheticus ſpiritus, continuò iniquiſſimorum Seniorum vidit fallaciam.

S. Hieronym.

Sed quod ille intuebatur, prouidendum erat quomodò ceteris monſtraretur. *S. Hieronymus in commentar. ibidem.* Et exclamauit voce magnâ. &c. Suſcitato in ſe Spiritu-ſancto, & quæ puer deberet dicere, ſuggerente

Non peccatoris, ſed Iuſti vox, magna dicitur.

vox eius magna erat. Et notandum ſicubis in Scripturis ſanctis, peccatoris vox magna vocetur. *Idem Hieronymus in cap. 14. Daniel.* Hoc quod Scriptura nunc dicit: Exclamauit voce magna (Rex) quia de Idololatra & ignorante Deum dicitur, videtur obſeruationem noſtram ſubuertere, quâ dudùm aſſeruimus, Vocem magnam in Sanctis tantum reperiri Quod ſoluet facile qui hanc hiſtoriam in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare eſſe de canone, tunc quærendum eſt quid ei reſpondere debeamus.

S. Hieronym.

S. Maximus

1. *S. Maximus Tauricenſis homl. 1. de accuſ. Domino.* Taceat lingua in bono negotio, 51.
quia & malas cauſſas obtinere conſueuit. Nolo ſic defendi iuſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari. Quod vincit Chriſtus non orationis eſt, ſed virtutis ..... Quæ enim res illum compelleret ad loquẽdum, cùm ſilentium ſatis ſufficeret ad vincendum? Sed quid de Chriſto loquar? Suſanna mulier inimicos ſuos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem iudicem verborum ſe ratione defendit, non patrocinij ſermone tutata eſt: Sed ſancta femina tacente linguâ, pro eâ caſtitas loquebatur. Caſtitas enim Suſannæ adfuit in iudicio, quæ eam defendit & in paradiſo. Ibi enim pudori eius conſuluit, hic ſaluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Caſtitas ergò Suſannæ & Preſbyteros impudicos conuicit in paradiſo, & in iudicio falſos accuſatores obtinuit biſque victrix reos fecit teſtimonij, quos reos fecerat adulterij. Atque tandem iudicẽ meretur caſtitas Danielem puerum iuniorẽ nec dum pubeſcentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia conſequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura enim eſt de victoriâ caſtitas quam eſt iudicatura virginitas Pudicitiæ autẽ cauſſam, niſi vir pudicus audire non debuit: talem enim arbitrum meretur caſtimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Suſannæ negotio, cùm eam falſis accuſationibus vellet plebs imperita damnare, ait idem: Mundus ego ſum à ſanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hâc ergò voce circa Suſannam Daniel vtitur, quâ circa Dominum vſus eſt & Pilatus. Ait enim Pilatus: Mundus ego ſum à ſangine huius. Eâdẽ igitur ſententiâ ſoluitur pudicitia, quâ eſt abſoluta iuſtitia. Sed Daniel meliùs quam Pilatus. Ille enim pudicum ſanguinem non condemnat; hic autem iuſtum ſanguinem & condemnat, & tradit *Euſebius 8. Strom. cap.* 17. Virginem itaque Danielem puerum duodennem aduersùs adulteros, plus fortaſſe quàm ſeptuagenarios ſenes, oppoſuit diuinus Spiritus ipſos iudicaturum iudices. Promptiſſimè Deus miſeros exaudit, maximè quorum miſeriæ occaſio fuit innocentia. Hanc defẽſurus ſupra humanas ſpes adoleſcens Daniel prophetico iam ſpiritu cõſcius falſæ accuſationis, & malignitatis ſenilis edoctus quoque induſtriam reuincẽdi impoſtores, iudicem ſe vltrò conſtituit iudicũ, quippè exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſu a ſanguine huius. Terruit turbam hæc vox prona in Suſannâ. Facile fuit miſereſcentes ſuadere, & miſericordiæ

Tacẽte lingua caſtitas loquitur pro Suſanna.

Suſannæ pudicitia Iudicem virginem promeruit.

Eâdem ſententiâ abſoluitur pudicitia, quâ eſt abſoluta iuſtitia.

Euſebius

Daniel iudicũ index.

miſericordiæ mouere viſum, vt miſeram recrearent.

Verſ. 47. Et conuerſus omnis populus ad eũ dixit: Quis iſte ſermo, quem tu locutus es? 48. Qui cùm ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? 49. Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduersùs eam.

52\. S. Zeno

l. *S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſannâ.* Tunc in puero Sancto Daniele Spiritus-ſanctus ingreſſus ait, cùm illa ad ſupplicium duceretur: reuertimini ad iudicium: falſum enim iſti commenti ſunt de eà. Stupet populus, quòd à ſupplicio ad iudicium repetendum reuocaretur ad dicta.

Sanctius

Sanctius in Commentar. ibi n. 40 Magnam oportet fuiſſe vocem illam, quæ compreſſit properantem populum illumque tam breui; ac facile reuocauit. Fortaſsè ideò ſubſtitit populus, quia admiratus eſt, puerum cum grauitate atque imperio fuiſſe locutum. Atque ideò rogat: Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es? pondero illud, Quem tu; ac ſi dicat populus, tu vnus contrà tam frequentem hominum cõuentum; tu puer; & priuatus contra ſenes, quique primum in populo Magiſtratum obeunt?

Vis Danielis ad reuocandum populũ

Seuer. Sulp.

Seuerus Sulp. lib. 2. Sacra hiſtor. Suſanna cùm ſecundùm legem ad ſupplicium duceretur, Daniel tum annos natus XII. increpitis Iudæis, quòd innocentem morti dediſſent, reducere eam in iudicium, cauſſamque denuo audire poſtulat. Enimverò multitudo Iudæorum, quæ tunc aderat, non ſine Domino, exiſtimans puerum contemptæ ætatis in hanc conſtantiam prorupiſſe fauore accommodato, in concilium reuertitur. Initur denuò iudicium Danielis, vt inter maiores natu reſideret, delatum.

Daniel puer contemptæ ætatis.

Euſebius.

Euſebius 8. Strom. cap. 17. Breuis illa Danielis oratio cunctorum aures perçulit, terruit omnes, & gloriam eloquentiæ eripuit Pericli, Atheniensium publicas res quadraginta gerenti annis. Hic fulminare, & tonare concionatus atque in linguâ ardens gerere fulmen dicebatur. Tonitrum fuit hæc Danielis vox. Omnis ad illam populus ſtupuit ...... Quẽadmodum enim vaſa vacua plurimum ſonant: ita qui minùs docti ac ſapientes ſunt plurimùm verborum profundunt. Vis orationis, non vocis moles ſuadet: & quidem compeſcendis populis maior quandoque eius vis eſt quàm armorum, fortaſsè glorioſior.

Minùs docti velut vaſa vacua plus ſonant.

Verſ. 50 Reuerſus eſt ergò populus cum feſtinatione; & dixerunt ei Senes: Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. 51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem, & diiudicabo eos.

53\. Euſebius

m. *Euſebius 8. Strom. cap. 18* Lætum omnibus fuit de Suſannæ crimine dubitari: ſignum gaudij feſtinatio erat repetendi iudicij. Promptos facit ſpes læta. Gaudium præda eſt, quæ celeres venatores habet. Porrò cùm acceleratio omnium vt cauſſa Suſannæ in ſecunda veniret tribunalia, ſuſpectum Iudicibus populum feciſſet, conciliant adulatione nouum iudicem, medium locum offerentes, & honore ſenectutis venerãtes Danielem. Et dixerunt ei Senes: veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. Scilicet calumniandi periti non poterant non docti eſſe adulationem. Eadem, ideſt, vilia ingenia amant calumnia & aſſentatio: germana vitia ſunt. Iidem qui calumniis pudorem Suſannæ vlti erant, laudibus oppugnat Danielis iuſtitiam: vtrique iniuriis.

Gaudium præda eſt, quæ celeres venatores habet.

Adulatio & calumnia, vilia ingenia amant.

P. Didac. Celada in Suſannam

S. Zeno

S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſanna. Falſos teſtes pauor inuadit, tremuit Diabolus, quod ipſius commenta nudantur: Gaudent Angeli, quòd oppreſſa veritas tandem defendatur in terris.

Pauet diabolus cum eius commenta nudantur.

S. Auguſtin.

S. Auguſtinus tom 10. Ser. 69 in Appen de diuerſ. Denique Daniel propheta inſtinctu Dei cõmotus: Redite in iudicium exclamauit. Stupet populus pro iudicio repẽtino: reuocatur ad dicta: falſos teſtes pauor inuadit. Gemit Diabolus, quòd ipſius commenta nudantur, gaudent Angeli de pudoris integritate compertà.

54\. S. Baſilius

n. *S. Baſilius in cap. 3. Iſaia* Honorabis faciem Preſbyteri, ſiquis fuerit ad exemplũ ſapientis illius Danielis, corpore quidem iuuenculus, canus verò ſenſu, vtique iuſtiùs præferendus venit iſtis, qui in propoſito flagitioſæ ac petulantis vitæ conſeneſcentes, caniciem oſtentant corporis, quemadmodũ Senes illi in Babylone, inueterati dierum malorum: quare & ad Danielem adhuc paruulum, qui per ſenſibilem ætatem erat quidem iunior, at intellectibili prudentià canus, tranſierat donum preſbyterij. Non enim mentiti ſunt qui dicebant: Veni, & ſede in medio noſtrum, quia dedit tibi Deus honorem Preſbyterij. Ad hunc modum nonnumquam cõtingit inueniri adoleſcentes honoris gratiâ anteponendos iſtis Senioribus, qui per oſcitantiam & neglectum vitam traducunt. Preſbyteri igitur illi apud Iudæos ementito nomine ſic vocabantur.

A ſenibus ad Danielẽ tranſit donũ preſbyterij.

Aſterius

Aſterius Ser. in Danielẽ & Suſannam, apud Combefis. tom. 1. Biblioth. Daniel iuuenis caſtitatem calumniâ appetitam vlciſcens ...... traducentes iuuenilem Senectutem, & canam admirantes iuuentutem.

Daniel puer traducit iuuenilem ſenectutem.

S. Ignatius

S. Ignatius Martyr epiſt. 6. ad Magneſianos. Et vos decet non contemnere ætatem Epiſcopi, ſed iuxta Dei Patris arbitrium, omnem impertiri illi reuerentiam, quemadmodum noui ſacere Preſbyteros, non reſpicientes ad eam, quæ videtur, adoleſcentiam, ſed ad prudentiam quam habet à Deo. Nec enim annoſi, ſapientes continuò ſunt, nec ſenes intelligentiam poſſident, ſed ſpiritus qui in hominibus eſt. Daniel enim ille ſapiens, cùm duodecim eſſet annorum, ſpiritu Dei afflatus erat: & Senes fruſtra canos ferentes, calumniatores, & alienæ formæ appetẽtes eſſe coarguit. Samuel autẽ puer paruulus, Heli nonagenarium reprehendit.

Adoleſcentia apta eſt etiam muneribus.

S. Baſilius

S. Baſilius in principio Prouerb. apud Gloſſam ri. Senior ſecundùm animam eſt, qui prouidentià perfectus eſt, qualis erat Daniel, quamquam corpore iuuenis, ſapiẽtiam ac grauitatem omni canicie præſtantiorem præſeferens. Idcircò ei dicunt: Hùc accede, ſede in medio &c.

Senex eſt, qui prouidentia perfectus eſt.

S. Ambroſius.

S. Ambroſius epiſt. 12. Erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe non poteſt; non annorũ canicies eſt laudãda,

Senectus eſt, quæ non canis, ſed meritis albeſcit.

ſed morum, *Idem epiſt.* 21. Verè ſenectus illa venerabilis, quæ non canis, ſed meritis albeſcit: ea eſt enim reuerenda canicies, quæ eſt canicies animæ in canis cogitationibus, & operibus effulgens.

55\.
Maldonatus Daniel diuino conſilio *iudicium* ſonat.

o. *Maldonatus in Proœmio in Danielem* Daniel ſine caſu; vt plerumque, ſiue diuino conſilio, vt aliquandò fieri ſolet, ſic appellatus, rectè nominis ſui ſignificationi reſpondit. Daniel enim apud Hebræos, Iudicium Dei ſignificat: fuit autem Daniel in occultis abditiſque Dei iudiciis explicandis, vt ex eius libro perſpicuum eſt, admodùm ſingularis.

Euſebius Scelesti ſeparandi ſunt quare?

Euſebius 8. Strom. cap. 19. Separate illos ab inuicem procùl, & diiudicabo eos. Prudentiſſimè diuiſit ſceleſtos. Concors eſt communicata malitia; diuiſa ipſa ſe prodit mendacem. Veritas per ſe conſtat, atque abſentes & diuiſos proteget. Mendacium facile ruit, & niſi arte protegatur, detegitur.

Verſ. 52. Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de iis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius: 53. iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem & iuſtum non interficies. 54. Nunc ergò ſi vidiſti eam, dic ſub quâ arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub Schino. 55. Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo, ſcindet te medium.

56\.
S. Chryſoſt.

p. *S. Chryſoſtomus homil. de S. Suſannâ.* Diuinæ lectiones, & ſancta oracula Dei, quæ inſonuerunt auribus noſtris, nidum faciunt in auribus noſtris. Non volent, & tranſeant: aut ſedeant, & diſcedant. Nam ſi paſſer inuenit ſibi domum, aut turtur nidum, vbi ponat pullos ſuos (Suſanna Paſſer etiam ſignificat) quantò magis paſſer verbum Dei? Audiamus de Suſannâ lectionem, ædificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur, muroque valletur, vt inſidiantes repellat, falſos teſtes conuincat. Remanſerat caſta mulier moritura, niſi adeſſet, qui videbat, quod iudicantes latebat.

Pſal. 83. V. 4.
Suſanna id eſt, paſſer, nidum faciat.

57\.
S. Irenæus

q. *S. Irenæus lib. 4. aduerſus Hæreſ. cap.* 44 Qui verò crediti ſunt à multis eſſe Presbyteri, ſeruiunt autem ſuis voluptatibus, & non præponunt timorem Dei in cordibus ſuis, ſed contumelijs agunt reliquos, & principalis conſeſſionis tumore elati ſunt, & in abſconſis agunt mala, & dicunt: Nemo nos videt; redarguuntur à Verbo, qui non ſecundùm gloriam iudicat, neque faciem attendit, ſed in cor. Et audient eas, quæ ſunt à Daniele prophetà voces: Inueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua &c.

Principalis ſeſſionis tumore elati ſenes.

Euſebius Reprehenſio eſt præmiũ adulationis.

Euſebius 8. Strom. cap. 19. Inueterate dierũ malorum. &c. Hæc ſeuera increpatio præmium adulationis fuit. (veni, & ſede in medio noſtrum &c.) Magnos viros irritare potiùs debet aſſentatio, quàm blanditi. At aduersùs peſſimos Senes nihil peius dici potuit, quàm quod erant: ipsâ perculit illos veritate Daniel. Grandis torquendi machina, publica veritas eſt. Celata diu malitia turpiſſimum hunc apparauit exitum. Vaga totiùs vitæ ſcelera coeunt tandem in ſupplicium. Diu impuni denique conſpirant in pœnam; & vnus dies vlciſcitur multos annos malè exactos. Hi miſeri Senes felicitate male agendi audaces, iam vſu poteſtatis inuerecundi, immemores, quod excelſo excelſior ſit, ſuum ipſi interitum obſonarunt vt matura malitia per ſeipſam decideret; atque ad exemplum omnium traducti, qui male iudicarunt Senes, benè diiudicantur à Iuuene. *S. Chryſoſtomus tom. 4. homil.* 15. *in 1. ad Cor.* Antiquus dierum ſedebat, hîc quoque rursùs Antiquum, ſeu Vetus ſumens pro maximæ gloriæ encomio. alibi autem pro probro & vituperio Vetus ſumit ſcriptura. Nam quoniam res ſunt variæ ex multis compoſitæ, iiſdem verbis & in bonis & malis, non in eodem ſignificato. Vide ergò & alibi vituperari vetus: inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Et rurſus inueteraui in omnibus inimicis meis. Et rurſùs: Inueterate dierum malorum. &c. *Sanctius in Commentar. ibi num.* 44. Inueteratus in peccando dicitur, qui peccatis à primis annis aſſueuit; illa verò ſic inoleſcunt, vt numquam, aut non niſi difficile exoleſcant ſicut illa, quæ inſita ſunt à naturâ, De quibus eſt illud Prouerb. Adoleſcens iuxtà viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab eâ. Imò & ab aridis oſſibus, & in ſepulchro reſolutis in cineres non recedunt vitia, quibus ſe homo à iuuentute dedit. Iob. cap. 20. Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ ſuæ, & cum ipſo in puluere dormient. Ita illos (Senes) in flagrantia ſuæ iuuentutis incendia rediuiuæ libidinis flamma reuocabat.

Vaga totius vitæ ſcelera tandem coeunt ad pœnam.

Qui male iudicauerũt Senes, benè diiudicentur à iuuene.

S. Chryſoſt.

Vetus in bonam, & in malam partem ſumitur

Pſal. 17.

Pſal. 6.

Sanctius

Peccata iuuentutis ſic inoleſcunt, vt vix exoleſcant.

Prou. 22. V. 6.

Iob 20. V. 11.

58\.
Iul. African.

r. *Iulius Africanus in epiſt. ad Origenem.* Dicente Domino &c. Cum tot extiterint Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententiâ. Non enim ipſorum ſermo ab aliis quicquam emendicabat, cùm verus eſſet; quippe à Spiritu-ſancto Prophetarum pectoribus delibatus: hic vero cùm illorum alteri minaretur, meminit Domini dicentis: Innocentem & iuſtum non interficies. *Origenes in epiſt. ad eundem Africanum.* Vehementer ſum admiratus, quòd cùm ita in ſacris litteris ſis verſatus, non obſeruaſti, Prophetas priorum Prophetarum ſermonibus vti, & ferè eorum repetiſſe ſermones.

Prophetarũ ſermo nihil ab aliis emendicat.

Origenes.

Sanctius

ſ. *Sanctius in commentar. ibi numero* 45. Colloqui hic aliquid ſignificat magis familiare, quàm pudicos addecet: linguæ tamen ſanctæ puritas multa excogitauit vocabula, quæ rem non caſtam caſte ſignificant. Adhibuit verbum iſtud honeſtum Daniel, quia ipſe vt potè virgo virginalem in loquendo modum ſeruauit: at ſenes inuerecundè, & effrontes verbis ſunt vſi, qualia a profligato pudore ſperari poterant. Venit, inquit, adoleſcens, & concubuit cum eâ. Et ſtatim: Et vidimus eos pariter commiſceri.

Colloqui hic honeſtè aliquid inhoneſtum ſonat.

59\.
Iul. Afric.

t. *Iulius Africanus in epiſt. ad Orig.* Neque ſat fuit per Spiritum-ſanctum ipſos reprehendiſſe, niſi priuatim ſeorſum vtrumque interrogaret, vbi ipſam mœcantem deprehen

Græca agnominatio.

deprehendiſſent. Vt autem alter ſub Prino concubentem cum adoleſcente vidiſſe diceret, reſpondit futurum. Vt Angelus ipſum priſi, id eſt, ſecet à prino arbore agnominatione facta ſecandi, quòd πρίω verbum Græcum ſecare ſignificat. Alteri verò dicenti vidiſſe illam cum iuuene ſub Schino, ſcindendum ab Angelo ſimiliter minatur, ab Schino agnominatione facta σχισθῆναι, id eſt, ſcindendi, quod σχίζω ſcindere ſignificat. *Euſebius 8. Strom. cap.* 19. Aſtuta in ſuum malum Senectus deſipit in tutelam ſui. Liber fuerat hic ſceleſtus, ſi veritatem protulerat captus ſuo mendacio eſt. Si diceret non aduertiſſe animum in illud arboris genus, quod ſaluâ veritatis reuerentiâ dicere potuit (nec enim vlla arbor fuit ſub quâ concumberent, ideo obſeruata nõ fuit;) non habuiſſet vnde Daniel argumentum calumniæ ſumeret; & in tantâ turbatione facta & fide fuiſſet inaduertentia arboris. At vſus mentiendi impulit in falſam, & exitioſam reſpõſionem, & diuinà prouidentia factum fuit, vt eâdem malè periretarte, quà vſus ad male viuendum eſt: fugit veritatem ne condemnaretur, & ipſo quod remedium ſuæ vitæ putauit, mendacio, comprehenſus, ſons damnatur. In caput ſuum molitur artificia ſceleſtus. Propugnacula malignitatis, machina ſui interitus ſunt. Ipsâ ſui diſſimulatione ſæpè ſe explicant improbi. Mendacij potiſſimum protectio mẽdaciſſima eſt: in ſe ſuos falſitas auſpicatur dolo. Benè Ptolomæus dixit: Qui malè operando vult celari, ſatis diſcoopertus eſt. Deſerit fictio cõfidentes ſibi ſuos fabros opprimit falſitas: deſtruit mendacium eos, qui illud conſtruunt.

Euſebius

Sceleſtus artificioſamẽdacia in ea quæ ſuum molitur.

Qui male operando vult celari, ſatis diſcoopertus eſt.

Ptolomæ. initio Almag.

60.

v. *Lyranus ibidem.* Angelus verè accipitur ibi pro Angelo Suſannæ, qui damnationem Senum erga Deum procurauit. *Origenes epiſt. ad Iulium Africanum.* Quomodo autem ab Angelo ſecatur alter, alter ſcinditur, dici poſſet de futuro iudicio, quod illos expectabat, cùm de vita exirent, eſſe dicta non de cognitione cauſſæ, quæ Babylone facta eſt, aut de pœnà à rege Babylonio eis irrogata. Vt enim malũ illum œconomum dicentem. In mora eſt Dominus, & ideò crapulantem epulantem, conſeruos plagis afficientem, dominus veniens diuidet, & partem ipſius cum infidelibus ponit: ita & hos ſenes, qui male ſuum magiſtratum gerebant, ad exemplum illius Œconomi diuidit. Angeli namque qui pœnis damnatorum præfecti ſunt, hac pœna hos afficiũt; & alter quidem ſcindet hunc inueteratum dierum malorum, iudicantẽ iudicia iniuſta &c. alter verò ſecabit vt ſperma Chanaan, & non Iuda, illum, quem ſpecies & forma deceperat, & quem tranſuerſum egerat praua cupiditas.

Lyranus

Angelus Suſannæ procurat Senum damnationem.

Origenes

Matth. 24. v. 48.

Quo ſenſu Angelus Domini hos ſenes ſecuit, & ſcidit.

Verſ. 56. Et amoto eo, iuſſit venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & non ſemen Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: 57. ſic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis. ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram. 58. Nunc ergo dic mihi ſub quâ arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait: Sub. prino. 59. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum. manet enim Angelus Domini, gladium habens vt ſecet te medium, & interficiat vos.

x. *Euſebius 8. Strom. cap.* 20. Prudenter Daniel acerbitate verborum vſus, vt turbatos Senes deſereret cõſilium, & ſuæ vſu malitiæ mentiti, indicia calumniæ dediſſent. *S. Chryſoſtomus tom. 1. homil. 29. in Geneſim.* Nam quod alius per ſe malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malum propenſe declinarint, audi Scripturam dicentem: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chettæa. Et alius quidam increpans: Semen, inquit Chanaan, & non Iuda.

61.

Euſebius

S. Chryſoſt.

Improbis parentibus filij reſpondent.

Ezech. 16. v. 3.

y. *Origenes in epiſt. ad Iulium Africanum.* Alium Iudæum inueni, qui de his Senioribus hæc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylonicâ, totâ cogitatione defixos fuiſſe in expectationem Chriſti, cuius aduentu putabant ſe à ſeruitute hoſtili perpetuò liberatum iri; & hos Senes iactaſſe Chriſti myſteria optimè noſſe, & ſigillatim horum vtrumque quoties cum femina ſpatium loquendi daretur, ſi vſuram eius corporis vellet capere, clam dicebat ſibi à Deo datũ eſſe, vt ſuo ſemine Chriſtus naſceretur, vt decepta ſpe mulier pariẽdi Chriſtum, copiã ſui improbo ſeni faceret. Ita hi ſenes Achab & Sedechias ſuorum ciuium vxores mæchabant. Vnde pulchre apud Danielem alter inueteratus malorum dictus eſt; alter verò audiuit à Daniele: Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes acquieſcebant vobis: Sed filia Iuda non tulit veſtrum flagitium. Fortè enim fraus & timor faciebat has feminas his Senibus facere copiam ſui. *Sanctius in commentar. ibi n.* 52. Ex quo filij Iſraël à Dauidico dominatu, & à templi religione diſtracti, aureis vitulis diuinos honores impenderunt, vt Gentilium amplexi ſunt inſaniam, ſic etiam Gentilicos mores habuerunt. Quare vt alijs ſe vitijs tradiderunt; quæ non ſolùm permittebat, ſed etiam commendabat deluſa Gentilitas, ſic etiam venereis ſeſe voluptatibus intemperanter dabant. Vnde fiebat, vt quemadmodum apud Iudæos male eo nomine olim audiebant Chananæi, ſic etiam eodem poſteà nomine Iſraelitides feminæ laborarent. Vnde fortaſſe quæ impudicæ eſſent, & alijs ſui corporis copiam non inuitæ facerent, licet eſſent ab Iſraelitico genere diuerſæ, vocabantur tamen Iſraelitides, ſeu, quod idem eſt, filiæ Iſraël. Ita Dionyſius indicat, neque mihi diſplicet. *Euſebius 8. Strom. cap.* 20. Sic faciebatis filiabus Iſraël. &c. obiecit præterea ſuæ vitæ ſcelera. vt non ſolùm aſpera obiurgatione, ſed conſcientia propria terrerentur. Grande monſtrum, & horribile ſpectrum eſt male ſui conſcius animus. Simile facinus ac in Suſannam ſunt auſi in alias feminas patrarunt, quæ timẽtes homines pluſquam Deum, ſcelũ Magiſtratuum paruere libidini. Deteſtandum ſcelus vti poteſtate ad iniurias, & ſeueritatẽ iuſtitiæ colendæ reſeruatam, retorquere in licentiá deliciarum. Adulteria omnibus gentibus abominanda, plus dedecent imperio vtentes.

Origenes.

Horum ſenum technæ ad mœchandas vxores Iudæorum.

Sanctius

Gentiles feminæ impudicæ, cur dicebantur filiæ Iſraël.

Dionyſius Carth. ibi.

Euſebius

Deteſtandum ſcelus eſt, vti præfectura ad libidines, & iniurias.

62. S. Auguſtinus.

2. *S. Auguſtinus tom. 10. Serm 69. in Append. de diuerſ.* Interrogatum eſt, quo in loco Suſanna facinus, quo arguebatur, admiſit. Hic ſub lentiſco dicit, ille ſub pruno. Cùm ergò eorum diſcrepant prolata reſponſa ſic repugnantiâ dictorum facta nudantur, vt vigore mentis increpato populo, teſtibus confuſis veritas nudaretur.

S. Ambroſius.

S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto cap. 7. Itaque Daniel ſecundùm accepti Spiritus-ſancti gratiam, vacillantia perfidorum teſtimonia deprehendit.

Senes voce ſuâ ſe damnant.

Denique non alia, niſi diuina fuit operatio poteſtatis, vt eos vox ſua proderet, quorum latebat affectus: percipite igitur Spiritus-ſancti Sacrum ac cœleſte miraculū.

Seu. Sulpic.

Seuerus Sulpitius lib. 2. Sacra hiſtor. Igitur Daniel ſeparari accuſatores iubet: vnumquemque ex eis interrogat, ſub cuius generis arbore adulteram deprehendiſſet: ex varietate reſponſi, veritas deprehenſa, Suſanna abſoluta, Preſbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati.

63. Origenes.

a. *Origenes in epiſt. ad Iulium Africanum.* Quid igitur iſthuc tam mirum eſt in hiſtoria Suſannæ, cùm Hebraicè facta agnominatio Hebraicè congrueret optimè, græcè non item; Interpres, quod verti Græcè nullo modo poſſet, Hebraicam agnominationem ſuſtuliſſe, & in locum agnominationis Hebraicæ ſimilem quamdam Græcam agnominationem feciſſe? quale ſi nos noſtro ſermone eandem agnominationem exprimere vellemus, eſſet, ſi ſic verteremus: At ille dixit: Sub malo. Dixit autem Daniel Rectè mentitus es in caput tuum, iam enim Angelus Dei accipiens ſententiam à Deo malum tibi dabit. Vides igitur ſi pro: Sub Schinu, dicas latinè: Sub malo, factā agnominationem, à malo malum, vt Græce ab ſchiſi, ſchiſin. Et rurſùs ſi pro illo quod ſequitur: ille autem dixit: Sub prino, dicas: Ille autem dixit: Sub pruno, & ſubiungas: Rectè mentitus es & tu in caput tuum; manet enim Angelus Dei, vt te mittat in prunas æternas; videbis factam agnominationē à Pruno in Prunas æternas, ſimilem Græcæ agnominationi à Prino in Priſin. cui ſimile Interpres feciſſe puta, vt loco Hebraicæ agnominationis, Græcam ſimilem ſubſtitueret.

Exponitur Græca paranomaſia per aliam latinam.

Euſebius.

Euſebius 8. Strom. cap. 10. Diſcordia cōfeſſionis reos declarauit Senes, quos diſſentaneos fecit vnanimitas malitiæ. Vterque conſuetudine mentiendi, quæ iniuſtitias ſequitur, dum ſuum vult protegere ſcelus, pandit. Excubat diuina iuſtitia in ſceleſtos quorum artes obſeruat, vt iiſdem quibus peccant, puniantur, & cum proportione flagitij ſplendidiùs inſideant ſupplicia. Aptè propheta Daniel ſtruenti calumniam in prino (ſectionem ſignificat in Græco) minatur ſecari ab Angelo. Nouerat Daniel elegantiā diuinæ vltionis per concinna flagitiis ſupplicia ſæuientis. Ranis punitum eſt murmur Pharaonis blaſphemum, & fluuiali ſanguine cruor vindicatus infantilis, atque numeroſo cyniphe Ægyptiacus depreſſus faſtus.

Elegantia diuinæ vltionis, per ea, quibus quis peccat.

Richardus Per ſpeciem Suſannæ ſignificatur

Myſticè Richardus à S. Laurentio lib. 5. de Laudib. B. Mariæ. Species ſolis conſiſtit in ſplendentis radij emiſſione, & ſignificat fœcunditatem veritas: & hanc ſpeciem ſignificauit ſpecies Suſannæ, de quâ dictum eſt Preſbytero: Species decepit te.

Deiparæ fœcunditas.

Verſ. 60. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magnâ, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. 61. Qui conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis ſicut male egerant aduerſus proximum, 62. vt facerent ſecundum legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in illa die.

64. Euſebius.

b. *Euſebius 8. Stromat. cap. 21.* Latiſſimum diuitiarum laudum præſtat diuinæ omnipotentiæ fides in eos, qui in Deo ſperarunt. Communis conſolatio fuit incolumitas innocentis poſt pericula capitis. Delectauit omnes victoria virtutis, triumphus ſpei. Conuertit ad ſe vniuerſos opportunitas diuini auxilij ad periclitatam virtutem, & perituram innocentiam. Nec minor gaudij materia fuit concinnitas remedij. Senili malignitati opponitur puerilis virtus, aſtutiæ canorum ſapientia impubis. Non ſolùm ſpei iuſti adeſt Deus, ſed ſuprà ſpem. Splendidè opem ſuam innocenti largitur. Superat neceſſitates, vincit remediis mala. Non ſolum adæquantur auxilia periculis, ſed ſuperſunt. Poterat Deus per alios ſenes ſenilem refellere calumniam; noluit niſi per puerum vt potentiam ſuam maiorem oſtenderet, dum per infirma poteſt. Lætabundi omnes mirabantur conſtantem Suſannæ ſpem, & inſperatam ſalutem, atque repetitis laudibus amorem pudicitiæ extollebant, quæ diuina patrocinia meruit ..... Laudabant dominum inopinam largitum ſalutem in ſe ſperanti, vt numquam non ſperet tribulata innocentia. Morituros viuere vidi ſpe duce, victuros ſpe moriente mori. Deſperatio eſt ſuprema ſpes nullam iam habentibus ſpem. Inſiſtit ſæpè contra fortunam expectatio. Speret quiſquis ſperat: vadimonium diuinæ omnipotentiæ habet expectatio Iuſtorum. Supra humanas vires Deus poteſt, ſupra humanas ſpes faciet. Innocentia iuuet fiduciam. Omnia ſperet Iuſtus ab eo, qui omnia poteſt.

Suſanna liberata eſt triumphus ſpei.

Deus ſupra ſpem adeſt.

Deus vel per infirma poteſt.

Vadimoniū diuinæ omnipotentiæ habet ſpes

S. Auguſtinus. Suſanna contempſit vnum, & cūſecuta eſt totum.

S. Auguſtinus Serm. 69. in Appendice de diuerſ. Suſanna propter damna pudoris, ſalutis damna contempſit; & cui fuerant chara præmia caſtitatis vitæ gaudium non amiſit. Contempſit vnū & conſecuta eſt totum. Et quæ mori voluit, cum gloriâ caſtitatis euaſit: & quam ſententia praua deiecerat, illuſtris conſcientiæ integritas erigebat, metuſque Dei, & imminentis ſacri iudicij indubitata credulitas.

S. Ambroſ.

S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto, cap 7. Diſcant pudicæ calumniam non timere: nam quæ caſtimoniam vitæ prætulit, nec vitæ diſpendium pertulit, & gloriam retulit caſtitatis.

S. Auguſtin.

S. Auguſtinus Serm. 22. ad Fratres in eremo O quàm grandis eſt orationis cauſa! ô quam grande myſterium? Ecce Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalec deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paullus, & Doctor Gentium: Ieremias confortatur in carcere,

cere, Daniel inter leones exultat, Iob in ſterquilinio triumphat, Suſanna inter Senes defenditur, paradiſum de cruce latro inuenit, Stephanus de torrente in cœlum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saülo exauditur.

65.
S. Clem. Rō. — Senes igni adiudicatur.

c. *S. Clemens Rom. lib. 2. Conſt. Apoſt. cap. 55.* Quod ſi Babylonios Senes imitati fueritis, qui falſo teſtimonio dicto Soſannam morti addixerant, illorum iudicio ac pœnæ obſtricti eritis; quoniam Suſannam Dominus per Danielē de manu iniquorū eripuit: eos verò, qui ſanguinis illius rei erant, igni adiudicauit. *S. Ephrem Syrus Paranes. 10.*

S. Ephrem. — Caſta Suſāna ſymbolū vitæ noſtræ proponit.

Ioſeph. nihil prius habebat pudicitiâ, morigerus alioquin in omnibus: ſed illud ſolum recuſabat, ſymbolum ac notam noſtræ vitæ proponens. Similiter autem & Beata Suſanna mortem potiùs expetiuit, quàm peccare coram Deo. Magnum porrò ſupplicium ſibi conciliat, qui iuſtum calumniatur.

B. Laur. Iuſt. — Senes eādē quam moliti ſunt, pertulere necē.

B. Laurentius Iuſtinianus de Triumphali Chriſti agone, cap. 11. Ecce ſimile Suſannæ ſanctæ memorabile exemplum. Conuenerunt olim Preſbiteri duo iniquitate pleni, dierumque malorum inueterati, vt aduersùs mulierem innocentem, quæ eorum deſideriis malignis noluit præbere conſenſum, falſum proferrent teſtimonium. Verùm iudicante Deo, eamdem, quam proximæ ſuæ parare moliti ſunt, pertulere necem.

S. Hieronym.

S. Hieronymus in commentar. ibi. Si interfecit eos omnis Synagoga, videtur illa opinio refutari, de quà ſupra diximus ſecundùm Ieremiā, quòd ipſi eſſent Preſbyteri Achab. & Sedechias: niſi fortè hoc quod ſcriptum eſt: Interfecerunt eos, ſic interpretemur pro eo quod eſt, Regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimus, quòd Iudæi interfecerunt ſaluatorem; non quòd ipſi percuſſerint, ſed quòd tradiderint occidendū, & ſucclamantes dixerint: Crucifige, crucifige eum.

66.
S. Maximus

S. Maximus Taurinenſ. homil. 2. de Accuſato Domino. &c. Videamus exitum vtriuſque iudicij. Suſannæ accuſatores tamquam falſi teſtes Propheticâ ſententiâ feriuntur, & eiuſdem criminis puniuntur rei, cuius damnare innocentem ſanguinem geſtiebant. Domini autem traditorem non inuenio a iudice eſſe damnatum. Non enim eum damnat Pilatus, non damnat populus; ſed quod grauius eſt, ſe ipſe condemnat, & ceſſante iuſtitiâ iudicatur. Quem enim alter iudicat, poteſt vtcumque eſſe excuſabilis; reus autem ſine excuſatione eſt, qui conſcientiæ ſuæ iudicio damnatur.

Suſannæ accuſatores damnantur Chriſti accuſator ſe damnat.

Euſebius

Euſebius 8. Strom. cap. 12. Deinde conuerſâ populi inuidiâ in Magiſtratus, conſurrexerunt aduersùs duos Preſbyteros, feceruntque ſicut male egerant aduersùs proximum. Hæc rerum viciſſitudo: Nuper vocerabatur populus ſententiam eorum, nunc ipſos damnat. Expiauit populus durâ in Senes vltione facilem credulitatem læſæ à Suſannâ fidei cōiugalis. Cædantur lapidibus Iudices iuxtà Moſaicas leges, & talione expiatur calumnia...... Verùm quia tot peccata pluſquam ſimplex merebantur ſupplicium, fama inauditi facinoris ſic acerbauit Regem Babylonium, vt iniquiſſimos iudices vltra Moſaicum ius iuſſiſſet in igne etiam frigi, ipſis etiam Ethnicis infames & deteſtandos. Hic fructus potentis malitiæ, hic exitus vitioſæ ſpei, caſus, interitus. Fiducia malignitatis confluit in perniciem ſuam. Confidebant ſceleſti Senes potentiæ magiſtratûs, auctoritati publicæ, ſecreto loci, venerationi ſenectutis, commercio facinoris, dolis, aſtutiæ & diuturnæ malè agendi impunitati. Tot fidecodi præſidiis ſperant aut libidinem Suſannæ, aut vindictam de illà. Vtrâque deluſi, cruciatus & ſupplicia incurrunt. Qui nec homines, nec Deum timuerunt, proſperitate male agendi audaces inopini pereunt. Adeò errat error ſpei humanæ. Suſanna cum timore Dei innocens, cùm ſpe diuinâ ſecura.

Populus ſenum nece expiat facilē credulitatem.

Senes frigi etiam à Rege iubentur.

Errat error ſpei humanæ.

Verſ. 63. Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filiâ ſuâ Suſannâ cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſt inuenta in eâ res turpis. 64. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi a die illâ, & deinceps.

67.
S. Hieronym.

d. *S. Hieronymus in Commentar. ibi.* Dignè quaſi ſancti laudant Deum, non quia liberata eſt de manu Preſbyterorum Suſanna (hoc enim non ſatis laudabile eſt, nec magni diſcriminis ſi non eſſet liberata) ſed quia non eſt inuenta in eâ res turpis.

Anonymus

Anonymus lib. 1. de Viduà Sarep. homil. 2. cap. 7. Tunc benè Suſanna interpretatur, ſubleuatio gloriæ. Relicto enim mariti cubili ſurgit, & vadit ad Eccleſiam Dei: tunc coronam de conflictu reportat nupta; vt innoteſcat qualiter victura ſit vidua: tunc Suſannæ nominis myſterium obtinet, eò quòd gloriæ ſuæ iam nomen ſubleuet. Taliter inuenitur nupta in paradiſo pomarij conuerſata. Paradiſus delicias ſonat, & quæ in deliciis eſt irreprehenſibilis, plus eſt laudabilis.

Suſanna gloriæ ſuæ ſuæ nomen ſubleuat.

S. Zeno

S. Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicitiâ. Confeſtim adeſt in puero Daniele Deus. Omnem repentè malitiæ ſcenam diripuit: profligatum crimen propetè recluditur: ſcelus ſuos redit in auctores: purgaturque per innocentiam pudor. Sicque Suſannam, quam impudicitiâ mentiente in publicum traxerant, probatam & vindicatam ad mariti thalamum cum ingenti triumpho victrix pudicitia reportauit.

Scelus ſuos redit in auctores.

S. Bernard.

S. Bernardus Serm. 3. de Annunciat. Meritò igitur à iuſto iudice iuſtam de iniuſtis obtinuit vltionem, quæ tam vehementer iuſtitiam eſuriuit, vt propter eam contemneret mortem corporis, opprobrium generis, luctum inconſolabilem amicorum.

68.
S. Zeno.

S. Zeno Veronenſ. Serm. de Suſannâ. Triumphat maritus quòd caſtam inuenerit coniugem: lætatur familia omnis quòd in eâ nihil inueniat fama quod feriat. Cruciatur Diabolus, quòd nullâ ex parte ſuam perfecerit voluntatem: nec adulterium enim, quod factum diffamabat exercuit; nec homicidium quod procurabat, inuenit.

Liberatio Suſannæ fuit cōniuis lætitiæ cauſa. quare?

Euſebius

Euſebius 8. Strom. cap. 24. Nonnullos ex familià auctoritas Senum in ſuſpicionem Suſannæ conuerterat inuitos, nunc læti laudabant Deum, præſertim parentes & maritus lætitiâ detectæ innocentiæ priora vindicabant dubia, in qui-

Lætitia, priora innocentiæ dubia vindicauit.

bus victos ſe lætiſſimè ferebant. Beneuolæ eorum ſuſpiciones decipi cupiebant. Hæc lætitia occupauit familiam pudiciſſimæ Suſannæ ſanctiſſimè gauiſam, non quia liberata fuit, non quia vixit, ſed quia non eſt inuenta in ea res turpis. Potiſſimum gaudium de innocentiâ Suſannæ fuit, non de vitâ; quia caruit culpâ, non quia abſoluitur pœna ..... Magnum lætitiæ argumentum innocentia eſt, quia iuſta cauſſa dolendi culpa eſt ſola, ſicut & timendi. Fecit Suſannam culpa formidare, innocentia ſperare. Vtrumque benè, quia formidans culpam, mortem non
S. Chryſoſt. timuit, & viuere ſperauit à Deo. *S. Chryſoſtomus homil. de S. Suſanna* Qui ergò liberauit Suſannam mulierem caſtam, coniugem fidelem à falſo teſtimonio Seniorum, ipſe liberauit & Virginem Mariam à falſa ſuſpicione. Inuenta eſt ergò & Virgo illa prægnans, ad quam vir non acceſſerat: vterus quidem fœtu tumuerat, & virginalis integritas manſerat, Seminatorem fidei fide cōceperat; Dominum in ſuum corpus aſſumpſerat, non eius corpus violari permiſerat. Meritò tamen tanquam homini venit in ſuſpicionem ..... Talis erat Ioſeph circa coniugem ſuam, cui corpore non erat coniunctus, ſed tamen fide iam fuerat copulatus. Venit ergò & Virgo in falſam ſuſpicionem: Sed ſicut pro Suſanna adfuit in Daniele Spiritus, ſic pro Maria Domini fuit Angelus. Gaudebant paullo antè coniugatæ ad Suſannam, gaudent virgines ad Mariam: vtræque teneant caſtitatem; illæ coniugalem, iſtæ virginalem. Ergò vnuſquiſque pro dono, quod accepit, certet in hoc ſeculo, vt vincat in futuro.

Deipara ſicut & Suſanna venit in mariti ſuſpicionem.

Ioſeph fide fuerat Mariæ copulatus, non corpore.

DE SVSANNA EX IOANNE HIEROSOLYMITANO.

Homilia. 19.

ADVENIMVS vobis ſpontanei debitores ſermonis, non vt quantum debemus impleamus ſed vt quantum in noſtra ſitum eſt poteſtate reddamus. Nam munifica quidem eſt animi promptitudo, ac plura quam debeantur parata eſt dare, ſed penuria ſermonis in anguſtias eſt redacta. Quocirca pauca pro multis cohortantes largimur. Sin autem voluerit quis veſtrum exiguum ſermonem noſtrum ex animi noſtri promptitudine, ac ſtudio metiri, nihil penitus eorum, quæ debentur, omittemus: quandoquidem animi ſtudium defectum omnem noſtræ orationis ſupplebit. Nam & Deus cum exiguas pauperis oblationes, & diuitis viderit copioſas, honores ex æquo ſolet ſuſcipere, ac ſæpenumero etiam dona pauperis propenſius admittit: quippe qui non pecuniarum vim, ſed promptitudinem cordis, ac ſtudium reſpicit. Fidem autem
Luc. 21. iis quæ diximus, adſtruit, quod de *paupere vidua* memoratur, quæ *minuta duo* in gazophylacium *miſit*; nam horus oblatio perexigua, illi diuitum qui aurum miſerant, præponderauit quoniam pecuniis non indiget Deus, ſed ſincero, & ſpontaneo cordis affectu. Age ergo nos quoque in ſinceritate corda noſtra reſerantes, qualis à Deo nobis obtigit, ſermonem tanquam inanimata quædā gazophylacia mittentes debitum vobis ſermonis exoluamus. Memini enim pridie me vobis Beatæ *Suſannæ* caſtitatis certamen ad multorum vtilitatem prædicaturum eſſe pollicitum: quo tempore Ioſeph quoque cum Ægyptia decertabat, & vobis omnibus caſtitati luctas exhibebat. In hoc igitur publico, ac celebri theatro etiam Suſanna decertet, vbi & Deus & Angeli, & viri, & mulieres ſpectant: decertet, & doceat quo pacto iuuenculas ad mortem vſque pro caſtitate oporteat decertare. Hæc itaque Beata Suſanna cum genere nobilis eſſet, & à teneris vnguiculis in conclaui domi recondita, cumque eleganti forma eſſet, & caſtis moribus prædita, iuuenili florens ætate, legitimis matrimonij vinculis copulata eſt. Et vero cum illæſum nuptiarum ſacramentum marito ſuo conſeruaret, non oculos incompoſitæ ad nouam, peregrinamque formam ſpectandam circumferebat; non patentibus auribus concinnos meretriciorum cantuum ſonos excipiebat; non ad odoratum ſinebat nouorum veſtimentorum ſuffitus obrepere; nec vllum alium ſenſum temere ferri permittebat: ne pudicitia, quæ in eius corde conſeruabatur, fallacibus illecebris labefactata, in voluptates deuolueretur: ſiquidem pleraque peccata ſenſuum opera noſtram animam vincunt. Eſt enim anima, tamquam virgo in thalamo quodam, in medio corde conquieſcens, & à ſenſibus quinque, velut ab ancillis quibuſdam, ſtipata. Quibus tandem ſenſibus? Viſu nimirum guſtu, odoratu, auditu, & tactu. Si nullus igitur tempus labefactatus ſeducatur, anima integra, & illæſa conſeruatur: ſin autem contigerit aſpectum, abſque regimine derelictum, ad iuuenilem formam ſpectandam vagari, ac vehementes libidinis fluctus per oculos in intimis partibus cordis exceperit; confeſtim turbine voluptatum raptata, in peccati vortices delata, ſubmergitur, & pudicitiæ facto naufragio, patitur id, quod & Dauid paſſus dicebat:
Pſal. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*: Pari ratione ſi auditus adapertus illecebras elegantias vocis admiſerit, vbi ad eas mentem intenderit, totam ſeipſam meretricijs cantibus delinitam peruertit. Guſtus autem voracitate, vinoque multo ſaturatus, ad compotationes, & ſtupra corruptam animam trahit. Olfactus demum exquiſitis iuuenum vnguentis illectus, & deuinctus, animam etiam ſecum ſolet irretire. Sic igitur anima, tamquam virgo quædam ab inſipientibus ancillis, a ſenſibus intercipitur, atque intemperantiæ peccato proditur

proditur: Peccatum enim, ſenſibus omnibus conſopitis, furis in morem clàm conclaue cordis ingreditur; tum ingreſſum totam pudicitiæ arcam deprædatur, & exhaurit. Itaque beata illa cuſtodiebat oculos, habitum, inceſſum, auditum, viſum, olfactum, guſtum, &
Cant. 4. tactum, eratque vere iuxta, ſapientiæ dictum. *Hortus concluſus, fons ſignatus.* Quaſi *hortus* enim erat beata, quem nemo poterat deprædari, pudicitiæ ſuaues effundens odores: quaſi *fons* erat fide *ſignatus*, ex quo nemo petulans pudicitiæ pulchritudinem poterat haurire.
Daniel. 13. Huius *in concupiſcentiam exarſerant, duo populi ſeniores qui populum regere videbantur*, & eorum quiſque libidinis ardens flamma alter alteri occultum cordis ignem *erubeſcebat aperire.* Ac die quodam eorum vterque clam ſocio ſuo Suſannam obſeruatum abibat: cumque ſe inuicem oſtendiſſent, ac ſciſcitati eſſent, confeſſi ſunt mutuò cauſam, ob quam aderant: tum inita ſocietate ad peccatum patrandum commoditatem ſceleris indagabant, ac tempus obſeruabant, quo ſolam poſſent offendere. Accidit ergo die quodam, vt Suſanna de more in pomarium ingrederetur mariti, vt lauaretur, cum æſtus eſſet; & cum ancillas miſiſſet illa, vt ſmigmia deferrent, ad eam repente ſeniores accurrentes tanquam lupi agnam tenuerunt, æſtu libidinis dilaniare cupientes: eratque ſola *Suſanna* duum leonum in medio, nec vllus aderat qui ſuccurreret; non ancilla, non ſeruus, non propinquus, non amicus, non vicinus, niſi ſolus, qui de cœlis attendebat, Deus; qui prohibere quidem poterat, ſed fieri luctam ſinebat, vt occultos animorum ſenſus patefaceret, Suſannæ caſtitatem, tum ſeniorum impudicitiam diuulgaret: ſimulque vt mulieribus maximam ſcholam Suſannæ ſuſceptum pro virtute certamen exhiberet. Magna erat pugna, certamen vehemens Suſannæ congruebat, ac maius illo Ioſephi. Nam ille quidem vir cum eſſet, cum muliere vna pugnabat: Hæc vero mulier cum eſſet, cum duobus viris luctabatur. Maximum erat ſpectaculum ac iucundum; mulier cum viris duobus decertabat: atque hoc mirum videbitur, cum audietis, vbi eſſet ſchamma reſeratum; in pomario, vbi Euam ſerpens ſeduxerat. Vt igitur parata fuit lucta, aperti ſunt cœli, ſonabat tuba, paratum erat certamen, agonotheta de cœlo luctam attendebat, & Angelorum turba prona ſpectabat: in iniquis, ſerpens; in pudica, fides vigebat: multum vtique de victoria ſolliciti erant: ſeniores quidem, ne a muliere vincerentur; Suſanna, ne pudicitiam perderet: illis victoriæ ſtipendium dæmones præparabant; Suſannæ angeli caſtitatis præmia præparabant. Corripiunt *Suſannam* nefarij, ac primum quidem cum ea verbis luctabantur: Quibus tandem verbis vſi? Seniores populi ſumus, creditæ ſunt nobis leges, ſoluendi, ac ligandi accepimus poteſtatem: nullus hic adeſt ſpectator; commiſcere nobiſcum: *Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas a te.* Ac vide quam multa eſſent, quæ Suſannam obſidebant: intemperantiæ calumnia, metus mortis, coram tanto populo condemnatio, mariti odium, cognatorum odium, luctus famulorum, & in vniuerſum totius domus euerſio. At nihil horum pudicæ fœminæ propoſitum potuit ſuperare: quippe cuius ſpes cordis in Deo erat collocata. Ingemiſcens igitur dicebat: *Anguſtiæ mihi ſunt vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt; ſi autem non egero, nequaquam effugiam manus veſtras. Melius mihi eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Hei mihi, quos paſtores arbitrabar, lupos video: quos arbitrabar eorum qui tempeſtate iactantur eſſe portus, hi naufragium excitarunt. Non inquinabitis pudicitiam meam: parentes meos probro non afficiam: generi meo labem infamiæ non aſpergam: Marito meo dolorem non inuram: copulam cum illo meam inhoneſto congreſſu non dirimam mortem potius iniuſtam quam thalamum eligam inhoneſtum. Mihi vero maritus etiam adeſt, non præſentia corporis, ſed animi affectu, parentumque imaginem ipſa mecum circumfero. Timete Deum qui hæc videt: præſentes Angelos reueremini: cogitate quid ſitis, cognoſcite legem, quam
Deuterō. 5. legitis: cuius hæc verba ſunt: *Non concupiſces vxorem proximi tui.* Hæc cum dixiſſet *exclamauit*, vt illorum petulantiæ teſtes aduocaret, *exclamauerunt autem & duo ſeniores*; accurrerunt Suſannæ ſerui, & ancillæ; duos cum illa ſeniores cernunt. *Cum autem verba illa ſeniores in Suſannam protuliſſent, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſanna.* Conuocatum eſt autem poſtero die concilium maximum: adhuc enim erat ſub iudice lucta, & ad coronam obtinendam victoria. Conuenit populus omnis virorum, mulierum, infantium, rurſus congregatum eſt theatrum. Qui inferius erant homines, quid cernerent, neſciebant: Angeli vero in cœlis rem nouerant. Venerunt ſceleribus coopertis ſeniores; vocant Suſannam, vt illi quidem arbitrabantur, ad ignominiam, & mortem; vt autem iuſtus iudex prædeſtinarat, ad vitam, & gloriam immortalem. *Tum populo inquiunt Mittite ad Suſannam filiam Chelciæ:* illi vero *miſerũt: Venit ipſa, & parentes eius & maritus eius, & liberi eius.* Et *venit* Suſanna vt mortem caſtitatis cauſa obitura, multa cum verecundia gemens, & afflicta: non quod obitura mortem eſſet, verum quod parentibus famam ſiniſtram relinqueret, quod infamiæ notam generi ſuo eſſet inuſtura. Nullum enim rei in pomario geſtæ teſtem habebat: multi erant, qui eius cauſa lachrymabantur, amici, cognati, parentes, vicini: maritus lugebat: domus eius lamentabatur: tum illa ipſa mærens, collachrymans, & afflicta in multa cordis humilitate in medio ſiſtitur. Publicum erat ſpectaculum, Dei, Angelorum, hominum. Exurgunt duo ſeniores, in habitu paſtorum lupi, manus illi ſuas imponunt, & in illis calumniator ſerpens loquebatur. Quid loquebatur? *Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc, & dimiſit puellas ſuas, venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomarij, & videremus iniquitatem, quæ fiebat, concurrimus ad eos: & illum quidem nequiuimus comprehendere, quia viribus nos vincebat, & apertis oſtijs exiliuit. Hanc autem, cum apprehendiſſemus, interrogauimus*

mus, quinam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Hæc teſtificamur. Et credidit eis multitudo, quaſi ſenioribus populi, & iudicibus, & condemnauerunt eã, ad mortem. Et abducebatur Suſanna ad mortem; nec vllus erat veritatis defenſor, ac teſtis, niſi ſolus Deus, qui fieri ſinebat, quod fiebat; vt vtrorumque perfecta innoteſceret actio: tum improborum intemperantiæ ſcelus, & calumnia; tum beatæ Suſannæ in tuenda ad mortem vſque caſtitate conſtantia. Vides quouſque Deus derelinquat? derelinquit autem dum vt aurum in fornace iuſtos in tentationibus probat: ſicut erga Abrahamum ſe geſſit: Abducebatur in holocauſtum Iſaac, iam conſtructum erat altare, impoſita ligna erant, nec vſpiam pecus apparebat: arripit gladium, pater, nec vſpiam pecus apparet; iam cædem aggrediebatur: tum Deus manum eius voce refrenauit. Hæc autem eo dixi, vt vnuſquiſque veſtrum cum tentatus fuerit, licet ad mortem appropinquarit, de diuino auxilio non deſperet; ſed ad finem vſque præſtoletur. *Abducebatur* igitur *ad mortem* Suſanna, nec vllus erat, qui opem ferret: cum nuſquam humanum occurrere vidit auxilium; tum demum ad fidelem in cœlo teſtem recurrit, ad inſomnem illum oculum, & elata voce dixit: *Deus æterne, qui abſconditorum eſt cognitor, qui noſti omnia antequam fiant; tu ſcis, quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium. Et ecce ego morior, cum nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me:*
Eſa. 68. *Et exaudiuit eam*, qui dixit: *Et adhuc loquente te, ecce adſum. Cumque induceretur ad mortem, ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris: Et exclamauit voce magna: Mundus ego ſum a ſanguine huius. Conuerſus eſt autem omnis populus, & dixit: Quis eſt iſte ſermo quem locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorum ait; Sic fatui filij Iſraël. non iudicantes; neque quod manifeſtum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium locuti ſunt iſti aduerſus eam. Et reuerſus eſt omnis populus cum feſtinatione, dixit Daniel. Separate illos ab inuicem.* Et interrogauit vnum dicens: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris. Dic igitur mihi, ſub qua arbore videris eos congredientes inter ſe: Qui ait ſub ſchino. Dixitque Daniel: Recte mentitus es in caput tuum: Angelus enim Dei ſciſſurus eſt te medium. Et amoto eo, vocat alterum, & ait: Semen Chanaam, & non Iuda; ſpecies decepit te, & concupiſcentia oculorum peruertit cor tuum: Dic ergo, ſub qua arbore videris eos coeuntes; qui ait: ſub prino. Dixitque ad eum Daniel. Recte mentitus es, & tu in caput tuum. Angelus enim Domini gladium habens iam ſecabit te medium: & exclamauit omnis populus voce magna, dicens: Benedictus dominus, qui ſaluat omnes ſperantes in ſe.* Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa: & adimpletum eſt quod à Dauide dictum erat ex perſona Suſannæ. *Me ſuſcepit dextera tua. Iſti vero*
Pſal. 62. *in vanum quæſierunt animam meam.* Nefarij ſeniores: *introibunt in inferiora terra: tradentur in manus gladij*: Angelus enim Dei gladium habens diſſecturus eſt eos. *Partes vulpium erunt Rex autem lætabitur in Deo*, Suſannæ maritus: *Laudabitur omnis qui iurat in eo*, hoc eſt, qui credit ipſi *quia obſtructum eſt os loquentium iniqua*, nefariorum ſeniorum iniqua ſcilicet ora. Tum conuerſus eſt parentum eius luctus in gaudium, maritus Deus collaudans exultabat, conſanguinei gaudebant, vicini lætabantur, domus eius omnis hilaris erat, communis denique feſtiuitas erat, Dei, Angelorum, & hominum. Vidiſti in corpore muliebri virilem animum? Vidiſti mulieris caſtitatem, cuius memoria cum victoria viget immortalis? Hæc ab hominibus collaudata eſt, ab Angelis celebrata eſt, a Deo coronata eſt. Hanc imitamini mulieres, vt eodem vos etiam Deus honore dignetur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

§. 3.

MVTVA ORIGENIS CVM Iulio Africano diſſertatio ſuper huius hiſtoriæ canonicâ authoritate.

CATENAM præmiſimus præcedenti §. è vetuſtis Patribus intertextam, quâ non ſolum elucidatur Suſannæ hiſtoria; ſed et ipſa pudicitiæ vindex, vindicatur ab incertę narrationis calumniâ, dum perſpicuè apparet, quid à naſcentis Eccleſiæ auſpicio, de eius cenſuerint auctoritate auctoratiſſima Patrum ſuffragia. Itaque antiquioris æui purpurâ pulchra veſtitur Suſanna; nec recentis etiam ſeculi ſoloce induitur. Nempe recentes auctores vetuſtis inteximus, quo tela euadat vetuſtate nobilis, nouitate felix: neque enim Sapientibus obeſſe debet, quod nuper vixerint. Abūdè hauſit, ſed non exhauſit Antiquitas ſapientiam. An ſi recentiorum Proceres inter eos, quos numquam vidimus, floruiſſent, non ſolum eorum libros, verumetiam imagines conquireremus, eorum nunc honor præſentium, & gratia quaſi ſatietate langueſcet? Quin & neceſſitate, opinor, felici coactus id præſto, ne in tantâ antiquorū Interpretū inopiâ, ſæpè cogerer lacunam facere, nec perpetuum texere cōmentarium. Itaque ex præſcriptâ Catenâ oculis liquidò cōſtat, quam conſtanter Eccleſiæ Patribus hæc Suſannæ hiſtoria vſui fuerit, & ad dogmata comprobanda, & ad inſtruendos mores, & quàm indifferenter cum reliquis Biblicis narrationibus aduocetur, quo Hæreticorum licentia malè garrula aliquandò conticeſcat Ergò vt viam præſtruamus dicendis in §. 4. n. 5. &c. vbi de eius auctoritate abunde tractatur allegatis ſeriatim Patribus, operæ pretium duximus præmittere huius controuerſiæ incunabula, quæ hiſce litteratiſſimis litteris deſcribitur, quarum meminit Euſebius Cæſarienſis lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 23. & Photius in Bibliothecâ, cap. 34. col. 22. & ſuis in Iſaiam Commentarijs Leo Caſtrus præfixit.

Nexus huius §. cum antecedentibus: & ſequentibus; & illius, ſcopus.

IVLII

IVLII AFRICANI AD ORIGENEM DE HISTORIA SVSANNÆ *Epiſtola, de Græco in Latinum ſermonem conuerſa, Leone Caſtro interprete.*

Africanus te ſalutat, Domine mi, & fili amantiſſime Origenes.

QVANNO dialogum conſcripſiſti, cui præfixus eſt titulus: Ad ingratum vel
ſtultum, mentio à te facta eſt prophetiæ Danielis, quam adoleſcens eſt vati-
2 cinatus, & tunc quidem, vt par erat, id, quod à te ſcriptum eſt, ſum exoſcu-
latus, Demirari tamen ſatis non poſſum quomodò te fugerit illud, partem il-
lam libri Danielis ſuppoſititiam eſſe, & adulteratam. Caput enim illud, alio-
qui lepidum & facetum, commentum tamen recens, & fictum eſſe liquet, fabuloſumque
pluribus modis arguitur. Nam capitis damnata Suſanna, afflatus ſpiritu Propheta exclamaſ-
ſe perhibetur, iudicium illud iniuſtè fuiſſe pronunciatum. Primum omnium Daniel alio
quodam modo vaticinabatur, aut viſionibus, aut ſomniis, aut Angelorum colloquiis, & non
prophetica inſpiratione. Deinde, præterquamquòd cum omnium admiratione voces illas
edidit, parum credibiliter ipſos reuicit, ita vt neque Philiſtion mimus minùs grauiter eos
redargueret. Neque enim ſat fuit per ſpiritum-ſanctum ipſos reprehendiſſe, niſi priuatim
ſeorsùm vtrumque interrogaſſet, vbi ipſam mœchantem deprehendiſſent. Vt autem alter
ſub Prino concumbentem cum adoleſcente vidiſſe, diceret, reſpondit, futurum, vt Angelus
ipſum, priſi idest ſecet, à prino arbore agnominatione facta ſecandi, quod, πρίω verbum
Græcum ſecare ſignificat. Alteri verò dicenti vidiſſe illam cum iuuene ſub ſchino, ſcinden-
dum ab Angelo ſimiliter minatur ab ſchino agnominatione, vt dixi facta, σχισθῆναι idest,
ſecandi quod σχίζω ſcindo ſignificat: in Græcis namque vocibus hæ congruunt agnomi-
5 nationes, à prino πρίσαι i ſecare, & σχίσαι i ſcindere, ab ſchino, quod in Hebræâ linguâ toto
cælo diſtat, Ex Hebræâ porrò linguâ totum vetus teſtamentum tranſlatum Græcè eſt, vt il-
lud omittam quod apud Chaldæos, cùm captiui vitam degerent in mediâ Babylone, cum-
que quotidie per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod prodi-
tum eſt de captiuitate Iſraël priore; cumque filij è parentum complexu auellerentur, & eui-
rarentur in eunuchos, & filiæ in pallacidas abducerentur, quod præſignificatum â Prophe-
tis erat, qui conuenit per tot aduerſitates, vt hi quaſi ſui iuris eſſent, iudicium de re capi-
tali conſtituerent, & morte mulctandam decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipſos re-
gnarat, quemque regni participem Babylonius rex effecerat, & regiæ menſæ accumbere iuſ-
ſerat, habebatque quotidie conuictorem, & amicum? ſin verò non hic erat, cuius vxor Su-
ſanna capitis iudicio damnata ſit, ſed alius de media plebe Ioachim Regi cognominis; vnde
tam lautæ ædes captiuo ſuppetebant? vnde tam culti & amæni horti? Quódque omnium
maximum pondus habet, hoc caput cum aliis duobus deinceps, quibus Danielis liber clau-
ditur, in Hebræa lectione deſiderantur, neque, ab Hebræis agnoſcuntur. Poſtremò cùm tot
extiterint Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententiâ. Non enim ipſorum
ſermo ab aliis quicquam emendicabat, cùm verus eſſet, quippè ab Spiritu-ſancto Prophe-
tarum pectoribus delibatus: hic verò cùm illorum alteri minaretur, meminit Domini dicen-
tis: Innocentem & iuſtum non interficies. Ex quibus omnibus hoc caput ſuppoſititium
eſſe conicio, quod ipſa dictio, & ſtili character arguit. obieci quæ mihi videbantur, hoc
caput facere ſuſpectum. Tu me doce, & reſcribe, vt me erudias, Dominos meos omnes ſa-
luta, te omnes noti ſaluere iubent, & ego Deum precor, vt cum omni comitatu valeas cor-
pore, & animo.

ORIGENES AD AFFRICANVM EPISTOLA, EODEM LEONE *Caſtro interprete.*

Origenes Africano chariſſimo fratri in Domino, Patri verò filij ſancti mei per Chriſtum Ieſum. S.

4 EPISTOLA, quâ tu dubium, incertumque reuocas hiſtoriam Suſannæ,
quæ per Eccleſias toto orbe terrarum circumfertur, breuis, & conciſa eſſe vi-
detur. At intra verba pauciſſima, multa habet dubia, quorum vnumquodli-
bet non vulgarem, neque extemporalem diſputationem exigit, qualis Epiſto-
la poſſet pertractari, ſed iuſtum volumen ſibi vindicaret. Ego me, meo pede
& modulo metiens, ne ignorare me videar imparem me eſſe video huic oneri, quod meis
humeris imponis, vt diluam dubia, quæ obijcis, & tuis litteris reſcribam. Tantum abeſt vt
intra

intra paucos dies, quos Nicomediæ sũ cõmoraturus, litteris tuis & dubiis tuis facere poſſim ſatis. Dabis veniam ergò, & æqui bonique cõſules, quæ excluſus tẽporis Anguſtia, hac breui epiſtolâ potero percurrere. Quæ dixero namque, animo amico, & beneuolo erga te dixero: tu, pro tua humanitate, ſi qua in re defecero, de tuo addes, quod mihi deeſſe videbitur.

Primum ergo aiebas quando cum communi amico Baſſo diſceptarem ſermoneſque con-
5 ferrem, vſum fuiſſe me Danielis teſtimonio de hiſtoriâ Suſannæ, & prætermiſiſſe neſcire me librũ illũ ſuppoſititium eſſe, & falſo adſcriptu Danieli prophetæ. Aiebaſque te laudare hiſtoriam illam tanquam feſtiuam, eſſe tamen ſcriptionem fictam ab aliquo, non antiquam, neque legitimam Prophetæ, ſed commentitiam. Addebas, & illud, quod Philiſtion nobilis ille mimus vix ita ſcurriliter confinxiſſet ſcriptionem, & paronomaſia adeo mimicâ eſſet vſus ab arbore prino ad Priſim, & ab arbore ſchino ad ſchiſin (quaſi latine diceres à pruno arbore per agnominationem ad prunas, prunis ſæuiſſimis vſtula. etc. & à malo arbore, malis cruciabere ſempiternis.) Quæ quidem agnominatio Græcâ Latinâque facta eſſe videtur: Hebraica non item. Vide igitur his quantum malorum excites, non enim de Suſannæ hiſtoriâ agitur tantùm, ſed de omnibus, quæ in Catholicâ Chriſti Eccleſiâ Græcè conſcripta circumferuntur, quorum non extant libri Hebræi archetypi, vnde ſunt tranſlata, & Græcè reddita. Neque res eſt de duobus libellis alijs, qui ſunt in fine Danielis prophetæ de Bel, & Dracone, quam hiſtoriam Hebræa lectio non præfert, ſed de aliis innumeris: quæ pro noſtra tenuitate collatâ Græcâ editione cum Lectione Hebræa varia eſſe deprehendimus, qualis in eodem Daniele de camino ardente, in quem reuinctos pueros illos coniectos legimus, cùm in noſtris codicibus multa alia legantur, quæ non agnoſcit lectio Hebræa, & in Eccleſia Catholica sũt receptiſſima, qualis eſt precatio Ananiæ, Azariç, Miſaelis, vſque ad illa. Cum audiret Rex ipſos laudantes Dominum: & alibi, vbi legitur: Deambulabant in media flamma laudantes Dominum: vſque ad illa Benedicite Domino omnes colentes Dominum &c. Cum Hebraicè ſubiungatur illud: & viri illi tres Sidrach. Miſach, Abdenago, ceciderunt in medium ignem vincti, cum Rex Nabuchodonoſor admiratus eſt, &
6 ſurrexit ſummâ curâ, & dixit Magiſtratibus ſuis. Sic enim Aquila ſeruiens Hebraicæ lectioni edidit, qui creditur apud Iudæos vertiſſe fidelius & magis ad præſcriptum Iudæorum, & quo maximè vtuntur, qui Hebræam linguam ignorant, quod maximè omnium Litteræ hæreat. Noſtra exemplaria, quorum teſtimonia citamus; & ſeptuaginta ſeniorum ſunt, & Theodocionis, & vtraque præferunt hiſtoriam Suſannæ, quam tu commentum alicuius eſſe putas, & poſtrema capita Danieli q iæ c nfi ti arbitraris, cum. CC. verſus habeant ſupra ſeptuaginta, & in aliis multis libris ſacris multa deprehendimus, vbi plura leguntur Græcè, quàm Hebraicè: multa, vbi pauciora; verbi causâ (quando omnia complecti non licet, pauca dicemus) in Eſther neque Mardochæi precatio, neque precatio Eſther, quæ legentem ad pietatem, & religionem mouere poſſent, Hebraicè leguntur. Neque Epiſtolæ aut Amani ad delendam rationem Iudæorum, aut Mardochæi nomine Artaxerxes in Hebræâ Lectione ſunt ad liberandam morte Iudæorum rationem, & in Iob ab illis verbis: ſcriptum eſt ipſum rurſum reſurrecturum, cum quibus Dominus reſurrexit vſque ad finem, quæ omnia deſiderantur in hebræis codicibus, & in tranſlatione Aquilæ, leguntur autem in editione ſeptuaginta, & Theodocionis. Et innumera alia huius notæ in Iob deprehendimus, vbi plura alibi in noſtris codicibus, alibi pauciora legerentur, quam in Hebræis. Pauciora, vbi ſcriptum eſt Iob ſupplicaſſe quotidie pro filiis, & tot numero obtuliſſe victimas &c. Et quando venere Angeli Dei, & circumſtetere Dominum, & Diabolus inter ipſos erat: circuiui terram, & perambulaui in eâ; Hebraicè non legitur. Neque illud: Dominus dedit, Dominus abſtulit, vt Domino viſum eſt, ſic eſt factum. Multa in noſtris ſunt exemplaribus, quæ Hebraice deſiderantur. Quid fiet ergo quando huius notæ ſunt innumerabilia, quæ verbis & ſententia ab Hebræa lectione diſcrepare videantur? videtur-ne tibi abrogare libros in omni Eccleſia Catholicâ receptos? & cauere legibus vt fratres omnes, vbique terrarum receptos apud ſe in ſuis Eccleſijs libros abrogent? Iudæis-ne adulabimur? vt ab illis eblandiamur libros caſtigatos, & quam emendatiſſimos, qui nihil habeant commẽtitium, aut fictitium? Quid ergo? prouidentia Diuina, quæ impertit omnibus Chriſti Eccleſiis ædificationem in ſcriptura ſacra tam paruam præſtitit curam ijs, quos tanto pretio redemerat? pro quibus Chriſtus eſt mortuus? qui filio chariſſimo præ amore, quo nos proſequitur, non pepercit: ſed pro omnibus nobis tradidit illum: Non mutabis terminos ſempiternos, quos præfixere tibi tui maiores. Et hæc dico, Chriſtum qui legem tulit etiam veterem ita cauiſſe, non vt vocaret nos ad deſidiam, & auocaret nos ab ſcrutandis ſcripturis, qui & ipſe auctor eſt, vt ſcrutemur ſcripturas, & noſtros libros cum Hebræis conferamus, & expendamus ſingula, quæ conſentiant, quæ diſcrepent, quod (abſit verbo inuidiæ) feciſſe me, pro virili parte puto. Excuſſi namque omnes omnium editiones, & varietates, vt
7 collatâ varietate tranſlationum, meliùs intelligerem ſeptuaginta interpretationem, & illius ſenſus ſacros eruerem. Non enim fuit conſilium cudere quidquam quod diſcreparet ab ſcripturâ in Catholicâ Eccleſiâ receptâ: neque volui anſam dare ijs, qui quærunt occaſiones, vt res receptiſſimæ cauillentur, & communem ſententiam Catholicæ Eccleſiæ damnent. Meditor autem, & Hebræam Lectionem & receptos libros apud Hebræos etiam, vt cùm diſceptem aduerſum Iudæos, non diuerſis, ſed iiſdem ſcripturarum teſtimoniis certis, & confeſſis apud illos vtamur, etiamſi a noſtris codicibus diſcrepent. Nam ſi ſic aduerſum eos ſit inſtitura diſputatio, non contemnent, nec cachinnos tollent, quod facere ſolent aduerſum credentes ex nationibus, tanquam deceptos falſis ſcripturarum teſtimoniis, quæ

Hebræi

Hebræi codices non agnoſcunt. Hactenus de hiſtoria Suſannæ dictum ſit, quam Hebræi codices non præferunt. Expendamus nunc crimina, quæ obiici eidem hiſtoriæ tua epiſtolâ, & primum illa diluamus, quæ auertunt quoſdam a recipienda illa Prophetia, quorum prima eſt agnominatio illa Prini, ad Priſim: & Schini, ad Schiſim, quod Græcè hæc à hæc agnominatio factâ eſſe videatur. Hebræa linguâ non item, qualis ſi apud nos agnominatio fieret a pruno, ad prunas, & à malo ad mala, quæ mihi quoque olim ita dubitatio eſt. Nam diu multúmque mecum dubitans & cogitans expendi locum illum, cum multis Iudæis contuli, ſciſcitatus ab eis, apud eos, quo nomine arbor prinus diceretur, & ſecare, quod haberet apud illos nomen & arbor, ſchinus, quo modo nominaretur Hebraice, & quo pacto Hebraicè diceretur ſcindere, illi negabant ſe ſcire Græcè, aut quænam eſſet arbor, (prinus,) aut ſchinus Petebant ſibi digito demonſtrari has arbores, vt docere poſſent quo nomine Hebraice nominarentur, & quod dicendum eſt verum, has arbores commonſtrare non potui. Alius dicebat, quæ ſcriptura ſacra nominata non ſunt Hebræa lingua, exprimere poſſe neminem, quod alios non haberent codices, aut alias voces Hebræas, quam quibus ſacra ſcriptura eſt conſcripta: reliqua Syriaca lingua pro Hebræâ ſe ſolitos eſſe enunciare. Et addebat, ſi haberem locum alium ſcripturæ, vbi nominaretur ſchinus, aut prinus Græca linguâ, cuius extaret archetypum Hebræum, vnde dilui poſſe hoc dubium, & agnominationem illam poſſe inuenire. Quod ſi nuſquam ſint hæc arborum nomina non inem poſſe euadere ad coniecturam huius Hebrææ agnominationis. Hæc ego ab Hebræis, quibuſcum contuli ſermonem, accepi. Itaque nec ego tibi Hebræam agnominationem dicere poſſem; tu autem qua ratione affirmes harum vocum agnominationem Hebraice fieri non potuiſſe, ipſe videris. Memini tamen me contuliſſe etiam cum Hebræo perdocto, filio doctiſſimi Hebræi, hos ſermones ſimileſque de rebus multis, qui vt ſe dignum patre viro doctiſſimo probaret, Hebraicâ doctrinâ erat apprime inſtitutus, ab hoc didici Suſannæ hiſtoriam non eſſe abrogatam apud Hebræos: didici nomine illorum ſenum eſſe, quæ ſunt apud Hieremiam: Faciat te Dominus vt Sedechiam, & vt Achead, quos ſartagine frixit Rex Babylonis, propter ſcelus, quod fecere in Iſraël. Quomodo autem ab Angelo ſecatur alter, alter ſcinditur, dici poſſe de futuro iudicio, quod illos exſpectabat, cum de vita exirent, eſſe dicta, non de cognitione cauſæ, quæ Babylone facta eſt, aut de pœnâ à Rege Babylonio eis irrogatâ. Vt enim malum illum Oeconomum dicentem in mora eſt Dominus, & ideo crapulantem, epulantem conſeruos plagis afficientem, Dominus veniens diuidit, & partem ipſius cum infidelibus ponit: ita hos ſenes, qui malè ſuum magiſtratum gerebant; ad exemplum illius œconomi diuidit. Angeli namque qui pœnis damnatorum præfecti ſunt, hâc pœnâ hos afficient, & alter quidem ſcindet hunc inueteratum dierum malorum, iudicantem iudicia iniuſta, &c. alter vero ſecabit vt ſperma Chanaan, & non Iuda; illum quem ſpecies & forma deceperat, & quem tranſuerſum egerat praua cupiditas. Alium Iudæum inueni, qui de iis ſenibus hæc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylonica tota cogitatione defixos fuiſſe in expectationem Chriſti, cuius aduentu putabant ſe à ſeruitute hoſtili perpetuò liberatum iri, & hos ſenes finxiſſe Chriſti myſteria optimè noſſe, & ſingillatim horum vtrumque quoties cum fœmina ſpatium colloquendi daretur, ſi vſuram eius corporis vellet capere, clam dicebat ſibi à Deo datam eſſe, vt ſuo ſemine Chriſtus naſceretur, vt decepta ſpe mulier pariendi Chriſtum, copiam ſui improbo ſeni faceret. Ita hi ſenes Achead & Sedechias ſuorum ciuium vxores mœchizabant. Vnde pulchrè apud Danielem alter inueteratus malorum dictus eſt, alter verò audiuit à Daniele: ſic faciebatis filiabus Iſraël; & illæ timentes acquieſcebant vobis? Sed filia Iuda non tulit veſtrum flagitium. Fortè enim fraus & timor faciebat has fœminas his ſenibus facere copiam ſui. Sed fortaſſe quæres, ſi apud Hebræos hæc hiſtoria eſt, vt docti Hebræi tradunt, cur cum libris Danielis Hebræis non circumferatur? Facilis eſt reſponſio: quod, quæ potuere, omnia expunxerunt è ſacra ſcriptura, quæ præferrent ſeniorum, aut Principum, aut Iudicum crimina, ne manibus vulgi tererentur & apud plebem haberentur deſpicatui, quorum quædam ſeruantur in apocryphis, horum exemplum eſt, quod de Eſaia traditum eſt memoriæ, qui medius ſerra fuit diſſectus, cui ſimilia ſunt illa, quæ in epiſtola Pauli ad Hebræos conſcripta ſunt: quæ nuſquam in codicibus Hebræis reperiuntur. Ait enim de Prophetis: lapidati ſunt, &c. Interrogauimus enim ad quem referatur verbum illud ſecti ſunt, certè de vno pluraliter locutus more apud Græcos, & Hebræos receptiſſimo, de Eſaia nempe qui medius ſerra diſſectus eſt vt in apocryphis teſtatum eſt, & quod facilè factu eſt, Iudæorumque reclinaquaſdam dictiones & orationes Iudæi intertexunt ſcripturæ, quo reliquis fides abrogetur. Et ſcio quoſdam, quod in codicibus Hebræis harum rerum hiſtoriam commonſtrare non poſſent, in has anguſtias redactos, vt epiſtolam ad Hebræos faterentur à Paulo non eſſe conſcriptam: qua de re alias pluribus dicendum eſt, & euidentiſſimis rationibus oſtendendum, epiſtolam ad Hebræos Pauli eſſe, ſed vtar teſtimoniis Euangelij, vt liqueat vera eſſe quæ diximus, aſſeramque, quæ de Prophetis teſtatur Chriſtus Dominus, quæ nuſquam in Hebræis codicibus reperies, quod præferrent ſeniorum, & Iudicum crimina. Ait enim Dominus: Veh vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, &c. vſque ad illa? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Quæ quis inficiabitur eſſe veriſſima? Quamuis ea Hebræa ſcriptio non præferat. Nam qui ædificabant ſepulchra Prophetarum & ornabant monumenta Iuſtorum, damnabant ſanè ſeniorum in Iuſtos, & Prophetas impietatem. Aiebant enim: ſi eſſemus in diebus Patrum noſtrorum nuſquam fuiſſemus participes eorum in ſanguine Prophetarum. Age reſponde mihi, quorum Prophetarum ſanguine? ſi nihil fidem habere

apud nos debet, quod litteris Hebræis non ſit teſtatum, vbi in litteris Hebræis tale quidquam proditum eſt de Eſaia, aut Ieremia, aut aliquo ex duodecim Prophetis aut de Daniele? Nam quod Zacharias filius Barachiæ in medio Templi, & Altari fuerit interfectus à Domino didicimus, ab alia Hebræa ſcriptum non didicimus; Vndè apparet Sapientes Principes, & ſeniores ex litteris ſacris expunxiſſe, quæ illorum præferrent crimina, ne illorum authoritas apud plebem exoleſceret. Vnde hiſtoriam Suſannæ, cui locatæ inſidiæ ſunt ab illis luxu perditis ſenibus, qui non longè aberant ab illorum luxu, & libidine, exemere è numero ſacrorum librorum: Quem Prophetarum non perſecuti ſunt Patres veſtri? & interfecerunt eos, qui prænuntiabant de aduentu Iuſti, cuius vos proditores, & extinctores eſtis. Vera dicere Stephanum fatebuntur omnes, apud quos Acta Apoſtolorum ſunt recepta, non commonſtrabit tamen quomodo accuſet Patres Iudæorum, qui in Chriſtum fuerunt impij, quod perſecuti fuerint Prophetas, & interfecerint. Tantum hoc liquebit ex nouo Teſtamento. Paulus enim in prima ad Theſſal. epiſtola hæc de Iudæis teſtatur, inquiens: vos imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa, in Chriſtu Ieſu, quod vos eadem patimini à veſtris contribulibus Iudæis, qui Chriſtum, & Prophetas, interemerunt, & vos perſequuntur &c. Et puto me oſtendiſſe ſatisfieri potuiſſe, vt veriſſima ſit hiſtoria Suſannæ, & Spiritu ſancti afflatu conſcripta; exempta tamen è numero ſcripturarum à Principibus Sodomorum, quod Spiritus ſanctus ait. Ad hæc dicebas, quod Daniel inducitur ab hac ſcriptura tanquam in ſtatu Spiritus ſancti ſignificans iniuſtum fuiſſe iudicium; Prophetia vero Danielis alio quodam modo inducat ipſum vaticinantem hoc eſt, viſionibus, ſomniis, & Angeli apparitione: nunquam tamen afflatu Spiritus ſancti. Vndè mihi videris non valde obſeruaſſe multis modis Deum ad Patres loquutum fuiſſe in Prophetis, non ſolum in omnibus, ſed etiam in ſingulis, obſeruans inuenies. Sanctis Dei interim inſomnia, apparitiones Angelorum interim adfuiſſe, aliquando afflatum Spiritus ſancti. Sufficit in præſentia teſtimoniis de Iacob conſcriptis vti, qui de Sanctis inſomniis narrat quo pacto capri & arietes albi, aut varij inirent capras & oues: Et Angelum ſibi adfuiſſe in quiete, & ſe proprio nomine compellaſſe, Iacob? Et ſe reſpondiſſe: Quid eſt? &c. quæ adiecit de inſomniis, & Angelorum apparitione. De apparitione illa eſſe videntur, quæ de Iacob prodita ſunt: Et luctabatur homo cum eo vſque mane, &c. vſque ad illud, Vidi Deum, facie ad faciem, & ſeruata eſt anima mea. Afflatu Spiritus ſancti vaticinatur etiam Iacob cum benediceret filiis moriturus, Quid igitur tam mirum eſt Danielem modo afflatu Spiritus ſancti redarguiſſe ſenes & ſi per inſomnia aliquando eſſet vaticinatus, aliquando viſione, & Angelorum apparitione aliquando? Alia vero dubia viſa ſunt mihi à te non ea grauitate, qua par erat, neque ita reuerenter, vt decebat, propoſita. Eſt enim à te ſcriptum ad hoc exemplum: Præterquam quod ſcribit illa hiſtoria rerum miracula parum credibilia, ipſam redarguit, quòd neque Philiſtion nobilis ille mimus ita ſcurriliter dixiſſet. An non ſat erat afflatu Spiritus ſancti ſenes illos reuiciſſe, niſi vtrumque ſeparans interrogaret, vbi adulteratam illam vidiſſet, & vt alter dixiſſet ſub Prino, dixit Angelus, ſecet te Dominus, alteri verò dicenti, ſub Schino, itidem Sciſſurum illum Dominum minatur? quaſi verò non ſit ſimile in ſcriptura ſacra 3. Reg. quod ipſe fatebere, ſcriptum perſanctè, non in mimo Philiſtione prodita hiſtoria eſt duarum fœminarum meretricum, quæ in conſpectu Salomonis de puero litigabant, ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna, &c. vſque ad illa. Audiuit Iſrael iudicium, quod iudicauit Rex, & timuerunt à facie Regis. Nam ſi de libris, quos nobis per manus tradidit Eccleſia, quique in omnibus Eccleſiis leguntur ſententiam ferre oportet minime magis & magis ridicule hiſtoriam de duabus meretricibus hanc textam eſſe dicemus, magiſque ſimilem Philiſtionis mimo, quàm eam, quàm improbas hiſtoriam venerandæ Suſannæ. Nam quemadmodum non ſat fuit ad fidem populi, & ad vulgi perſuaſionem dixiſſe Salomonem: Date huic puerum viuum: Hæc enim mater eius eſt: ſic non ſat fuit Danielem damnaſſe ſenes niſi ab inuitis extorſiſſet confeſſionem: cum aperirent ſub qua arbore Suſannam cum adoleſcente concumbentem vidiſſent, neque eorum oratio intèr ſe cohæreret: cum alter ſub vna, alter verò diceret ſub alia arbore concubuiſſe. Et quoniam, vt à primo dicebas, Daniel e ſancti Spiritus inſpiratione ſenes damnauit, nunc hoc, nunc illo modo redarguens: aduerte ſimile quoddam factum poſſe videri in hac Danielis Prophetia Salomonis illi iudicio, de quo teſtatur ſcriptura ita factum fuiſſe diuinitùs, vt videret populus vniuerſus ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium: quod poſſet dici de Daniele, intellexiſſe populum hoc iudicio de ſenibus conſtituto, Dei ſapientiam in eo fuiſſe ad faciendum iudicium. Illud me minus mouit, quod attexere neceſſe eſt, de agnominationibus. à Prino arbore, & Schino Priſin, & Schiſim, id eſt, ſectiunem, & ſciſſionem, cum dicenti: ſub Prino vidiſſe concumbentem Suſannam cum iuuene, reſpondit Daniel: Priſi te Deus, id eſt, Secet te Deus: Et reſpondenti ſub Scino, reſpondit, ſcindet te medium Angelus. Multa ſunt Græcè, ſi agnominationem facere libeat, quæ Hebraicè non congruent. Multa contra Hebraicè, ſi agnominationem facias, cadunt benè, quæ ſi Græcè vertere velis, non reſpondebunt ſimiliter. Quid igitur iſthuc tam mirum eſt, in hac hiſtoria Suſannæ, cum Hebraicè facta agnominatio, Hebraicè congrueret optime, Græcè non item, Interpretes, quod verti Græcè nullo modo poſſet, Hebraicam agnominationem ſuſtuliſſe & in locum agnominationis Hebraicæ ſimilem quandam Græcam agnominationem ſuffeciſſe? Quale ſi nos noſtro ſermone eandem agnominationem exprimere vellemus, eſſet, ſi ſic verteremus: At ille dixit, ſub malo, dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum; iam enim Angelus Dei accipiens ſententiam a Deo, malum tibi dabit. Vides igitur

ſi pro

ſi pro [illegible] Schino, [illegible] as Latine, ſub malo factam agno[illegible] à m[illegible], [illegible]lum, vt Græce [illegible] Schinon. Et [illegible] ſi pro [illegible], quod ſequitur. [illegible] d[illegible], & ſ[illegible] Recte mentitus es & tu in caput tuum, no[illegible] Dei, vt te inte-rat ad pœnas æternas. vide [illegible] factam agnomin[illegible], [illegible], hin lem Græcæ agnominati[illegible] Prino, in [illegible]. Cui ſimile [illegible] vt loco Hebraicæ agnominationis Græcam [illegible] ſu[illegible] ſtituerunt. N[illegible] c[illegible] dem eſſe agnominationem. Age ſimile [illegible] quod ex ſcripturis ponamus. [illegible] de muliere ædificata a Deo de coſta ſumpta ex viri latere, H[illegible] de viro ſuo aſſumpta eſt hæc, vbi non expreſſa Latine eſt ag[illegible], qu[illegible] He[illegible] eſt, ab is, Iſa, id eſt, a viro, viragn, quale ſi redderes: Hæc voca[illegible] de viro, ſumpta eſt: quod Græce fie[illegible], non potuit. Aiunt Hebræi, fœminam [illegible], & ſignificari hac voce ſumptam a verbo, nasa, ſumo, nam in [illegible]: [illegible] accipiam, pro accipiam, Hebraice eſt, esà, &, is, vox Hebræa, virum ſignificat, quod patet ex illo Beatus vir, vbi pro viro, eſt, is, vt ſit: ſumpta de viro. Apud [illegible] eſt hæc agnominatio, is, Iſa, id eſt à viro virgo, quod de viro ſuo ſumpta ſit. Non [illegible] eſt igitur interpretatos eſſe quiſdam hiſtoriam Suſannæ, quæ, Hebraice in arcanis [illegible] eſt, apud ipſos aſſeruatur, & a Doctoribus legitur, & veri amatoribus & redd[illegible] ad ve[illegible] Hebræam lectionem, & agnominationem. Aut ſi Hebræa agnominatio reddi non patitur in locum Hebrææ agnominationis ſimilem quandam ſufficiſſe, vt poſſemus Græce ſcripturam ſanctam intelligere, idque ſæpè factitatum eſt ſummo artificio, & ſummo conſilio [illegible] iis qui Hebræas litteras ſacras Græcè reddiderunt, vt ſenſa potius exprimerent, qu[illegible] ve[illegible]a nobis numerarent, quod nos obſeruamus, dum omnium interpretationes inter ſe cun[illegible]us. Ad hæc addubi[illegible], vt tuis verbis vtar, quomodo qui captiui Babylone [illegible] ant cum quotidie per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod prodi[illegible] eſt de captiuitate Iſrael pro[illegible], cumque filij e parentum complexu auellerentur, & ca[illegible]rentur in Eunuchos, & filiæ in pallacides abducerentur, quod præſignificatum a prophetis erat, qui conuenit per tot diuerſitates, vehi tales, quaſi ſui iuris eſſent, iudicium de [illegible] capitale conſtituerent, & morte mulctandam decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipſos regnarat, quemque Regni participem Babylonius Rex effecerat, & Regiæ menſæ accumbere iuſſerat habebatque conuictorem, & amicum quotidie? ſin vero non hic erat, cuius vxor Suſanna capitis ſit iudicio damnata, ſed alius è media plebe Ioachim Regi cognominis, vnde ei lautæ ædes captiuo ſuppetebant? vnde tam culti, & amœni horti? Scies apud Thobiam, vnde hæc es mutuatus, & Iudith vnde ſumpſiſti, quod per omnia cruciamenta necarentur captiui, & per vias iacerent inhumati, Hebraicè non extare, neque Iudæis hos libros recipi, Quanquam Hebraicè apud ipſos in arcanis aſſeruantur. quod a quibuſdam ipſorum Iudæorum mihi renunciatum eſt. Sed quando eccleſia hos probat libros intelliges pro tua prudentia, & doctrina quoſdam Iudæos in illa captiuitate fuiſſe opulentos, & bene rem geſſiſſe, & ipſe Thobias ſic ait, poſtquam dixerat ſe tota mente, ac animo Deum coluiſſe & Dei memorem fuiſſe. dediſſe ſi[illegible] altiſſimum gratiam & formam in conſpectu Enemeſſari: & fuiſſe eius emptorem. Et profectus ſum, inquit, Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabriæ in Rages Mediæ decem talenta & vt diues, & opulentus ſubiungit: in diebus Enemeſſari eleemoſynas multas faciebam fratribus meis, panes meos dabam eſurientibus: & veſtimenta mea nudis, & ſi quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum poſt murum in Niniue, ſepeliebam eum: & ſi quempiam occidit Sennacherib Rex, quando venit fugiens de Iudæa, ſepeliui eum furatus: multos enim perdidit in furore ſuo. Tu ipſe tecum cogita tot beneficiorum Thobiæ & tantæ beneficentiæ commemoratio, quantas arguat diuitias, & quantas opes: præſertim cum ſubiiciat: Cognoſcens autem quod quærerer vt morerer, timens receſſi, & direptæ ſunt omnes ſubſtantiæ meæ. Sed & alter [illegible] priuus Achiacharus filius Anael fratris Thobiæ ſuper omnem computationem Regis Achidoru poſitus eſt, & ſuper omnem gubernationem, qui Achiacharus Regis pincerna fuiſſe dicitur, & Regius procurator, cui annuli ſignatorij Regis cura eſſet demandata, [illegible] computatur Regis, vel quæſtor, & Mardochæus in aula Regis verſabatur, & tanta apud Regem gratia valebat, vt adſcriptus eſſet in albo eorum, qui dicerentur Artaxerxis Regis Euergetæ, id eſt, amici, vel benemeriti de ipſo Rege. In Eſdra præterea Neemias, pincerna Regis & eunuchus ipſius, Hebræus genere, petiit à Rege inſtaurationem templi, & impetrauit vt ſi[illegible] cum plurimis aliis demandaretur cura repetendi Hieroſolymam, & inſtaurandi templi, cur igitur miremur hortum & domum, ſiue amplam, & magnificam, ſiue modicam quandam & tenuem? ne[illegible] hoc plane indicat ſcriptura quendam de media plebe Ioachim nomine poſſediſſe. Sed dices. Quomodo in media captiuitate, capitis iudicium diſceptabant? Nec ſcio vnde orta tibi dubitatio eſt, fuerit ne vxor Regia Suſanna, quod eius [illegible] Regis Ioachim fuerit cognominis. Dicendum nihil eſſe quod miretur, cum magnæ nationes captiuæ Regi ſeruirent, a Rege eſſe permiſſas propriis [illegible]us vti, & propriis iudiciis. Nunc enim cum Romani nationibus imperent, & Iudæi [illegible]dæiq; ie ipſi Imperatori Romanorum did[illegible] penſitent quo tantis, quo iure vtantur, quamque permiſſu Cæſaris, libere viuant, vt vix differant à nationibus [illegible] ſub proprio Rege ſuo iure vtuntur nouimus omnes, qui inter illos ſumus verſati, & intelleximus quo pacto vitam exigant. Sunt enim clam iudicia ſ[illegible] legem, & damnantur quidam morte, non tamen omnino audacter, & publicè, nec ſic cl[illegible] tam[illegible] Cæſarem fallant. Et quod in eorum Regno multo tempore ſumus verſati, hæc nouimus bene. Proditum tamen eſt memoriæ duas

P. Didac Cel ada in Suſannam.

 ſolas

ſolas tribus ſub Romanis (*credo legendum ſub Babylonis*) fuiſſe Juda, & Beniamin, hi adde ſane Leuiticam tribum, præter has erant decem tribus aliæ, quæ dicebantur Iſrael. Et veroſimile eſt ſic habuiſſe Aſſyrios has decem tribus abduxiſſe captiuas, & habere dicto audientes, permiſiſſe tamen ipſis ſua habere iudicia. Præterea in tua epiſtola illud erat (vt eius verbis vtar.) Poſtremo tot extitere inter Prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententia: non enim ipſorum ſermo ab aliis quidquam emendicabat, cum verus eſſet, quippe à Spiritu ſancto Prophetarum paſtoribus diribatus. Hic vero cum illorum alteri minaretur, meminit Domini dicentis: innocentem & iuſtum non interficies. Et vehementer ſum admiratus, quod cum ita in ſacris litteris ſit verſatus, & tantopere ſacra ſtudia meditatus ſis, non obſeruaſti Prophetas priorum Prophetarum ſermonibus vti, & ferè eoſdam repetiiſſe ſermones. Quis enim non nouit illud quod vel vulgus nouit, apud Eſaiam cap. 2. Et erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons Domini & domus Dei in ſummitatibus montium, vſque ad illa. Et non diſcent vltra præliari? Huic ſimile non ſolum ſententia, ſed verbis iiſdem reperies apud Michæam cap. 4. Et erit in nouiſſimo dierum manifeſtus mons domus Domini, præparatus ſuper verticem montium, & eleuabitur ſuper colles, & feſtinabunt ad eum populi & ibunt gentes multæ, & dicent: venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & oſtendet nobis viam ſuam & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & iudicabit inter populos multos, & arguet gentes vſque in longinquum & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & non vltra tollet gens contra gentem gladium, & non diſcent vltra præliari. Ad hæc in primo Paralipomenon ordinatus ille Pſalmus à Dauid ad laudandum Dominum in manu Aſaph, & fratrum eius, cuius initium eſt. Confitemini Dominum, & inuocate nomen eius: Fere iiſdem verbis repetitus Pſalmus 104. cuius etiam initium eſt, Confitemini Dominum, & inuocate nomen eius vſque ad illa. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et poſtea Pſal. 95. Cantate Domino canticum nouum, vſque ad illa: Quoniam venit iudicare terram. Quæ quia erant longiora, non ſuis verbis expoſui. Sed hęc breuiter, vt dixi, quod ad id, de quo agimus ſatis eſſe putabunt. Inuenies autem de non tollendo onere in die Sabbato cum non ſolum ſcriptum apud Moſen, ſed repetitum apud Hieremiã, & de Paſcha, & de legibus Sacerdotalibus inuenies apud Moſen & poſtremis vaticiniis Ezechielis, ipſas tibi dictiones, & ipſa verba adſcripſiſſem, & alia plurima, niſi viderem dierum, quibus commoraturus ſum Nicomedeę, & temporis anguſtia me excludi ne pluribus ad te ſcribam. Ad hęc dicebas: Ipſum dictionis characterem, & dicendi ſtylum multum diſſidere à Prophetę ſtylo: quod mihi non ſic eſt viſum. Et hęc mea eſt de Suſanna apologia, & defenſio. Deinceps locus erat poſt refutata crimina attexere encomium hiſtorię Suſannę, & ſingillatim verba expendere, & aperire abditos & occultos, & admirabiles ſcripturę intellectus, quod priuatim faciet aliquis, qui ſtudioſè, & ſatis diuina ſtudia ſit meditatus. Hęc ad obiectiones tuas, quas appellas: reſpondi, & reſcripſi: vtinam erudire te poſſim, ſed non tantum mihi tribuo. Salutat te, qui vna mecum dictauit hanc epiſtolam, & qui ſcribendę interfuit, & quę voluit, correxit Dominus meus, & frater ſacer Ambroſius. Salutat te, & fidiſſima coniux eius Marcella, ſimul cum filiis, & Anicetus. Tu quoque ſaluere iube Papam optimum nostrum Apollinem & omnes amanteis nos.

§. IV.

§. IV.

Prolegomenon vnum litterale.

CVm [illegible] non ſit, totam D[illegible] Prophetiam, commentationum ſuarum elucidare, ſed [illegible] duntaxat Danielem Suſannam, H[illegible]s hactenùs à me elucidatis [illegible]; hoc antelo[illegible]ſum [illegible], quæ neceſſaria videntur ad [illegible] expoſitionem in cap. 13. Danielis, quæ tota de Suſannâ hiſtoria deſcribitur.

2\. In conf[illegible] est, hoc caput nunc non haberi in Hebræo. Illud enim ex Theodotione ſe tranſtuliſſe, S. Hieronymus affirmat. Olim autem extitiſſe in Hebræo, conſtat ex Theodotione, Aquila, Symmacho, & LXX. Interpretibus, qui hanc de Suſannâ hiſtoriam, id eſt, hoc 13. caput Danielis, ſuâ tranſlatione poſuerunt. Idem fecit interpres Syrus, & Arabicus vterque, nempe Antiochenus, & Alexandrinus. At LXX. Interpretes, Aquila, Symmachus, & Theodotion, Hebræa & Chaldæa tantùm in Græcam [illegible] tranſtulerunt: quomodo enim Græcam editionem in aliam Græcam verterent? de quo etiam infra n. 12.

S. Hieron. in Prol. in Dan. Hiſtoria Suſannæ non habetur in Hebræo. Syrus. Arabicus. LXX. Inter. Aquila. Symmachus. Theodot.

3\. Animaduertere autem oportet, hanc narrationem de Suſanna, quæ nunc in vulgato habetur cap. 13. cæteris Danieli hiſtoriis & capitibus eſſe præponendam: aut ſaltem ſub initium primi cap. Q[illegible] in Græcis codicibus, & apud Athanaſium in Synopſi, & in tranſlatione Arabi[illegible] de Suſannâ enarratio, eſt caput primum Danielis: atque vt habetur in notis Romanorum in Bibliis LXX. Interp. & notauit Cornelius, Lanſelius, & alij, in multis inſcribitur, *Daniel*, in quibuſdam *Suſanna*, in aliis, *Iudicium Danielis*: quia id quod narrat, accidit in Babylone, ſub initium tranſmigrationis, cùm Daniel eſſet adhùc puer, aut iuuenis, hic, Verſ. 45. quod aliis à Daniele geſtis prærogatiuâ temporis præponi debet.

Inſcriptio huius cap. 13. apud Græcos, primo. Græcus. Athanaſ. Arabicus. Bibl. Rom. Cornelius. Lanſelius.

4\. De libro toto nemo ferè eſt, qui dubitet, quin à Daniele conſcriptus fuerit, vt erudite Sanctius in Proleg. in Danielem num. 22. & 25. De hâc autem lacinia (nempe de hoc cap. 13. quo Suſannæ hiſtoria refertur) putat Cornelius ſcriptam fuiſſe à quopiam H[illegible], qui in captiuitate Babylonica, vel potiùs paulo poſt eam, ſcripſit chronica [illegible] regum Medorum & Perſarum, & maximè C[illegible], qui Iudæos Babylone liberauit, ſim[illegible] conſcripſit res [illegible], q[illegible] tempore ſuæ gentis, [illegible] Hebræis [illegible]. [illegible] ad Danielem pertineat [illegible] hic [illegible], ideo [illegible] calcem cum Be[illegible] reiectum eſt. Addit [illegible] in ho[illegible] Danielis opere ſeu prophetia, hanc Suſannæ hiſtoriam non fuiſſe conſcriptam ab ipſo Daniele. Vero-

Quis ſcriptor huius capitis 13. Sanctius. Cornel. in cap. 13. Daniel. V. 1.

P. Didaci Celada in Suſannam.

[illegible] S[illegible] rus, [illegible] 4[illegible]. n. 2 [illegible] ſicut [illegible] n. 2. [illegible] He[illegible] p[illegible] ſpecta.

Sanctius. Salianus.

De auctoritate huius hiſtoriæ.

5\. IVdæi, teſte S. Hieronymo in vtrâque Præfatione in Danielem, falſam putant hanc Danielis hiſtoriam. Idem ſentiunt Manichæi, & Anabaptiſtæ apud Sixtum Senenſ. lib. 8. hæreſi 6. Et P[illegible] lib. 12. ex quindecim, quos ſcripſit aduerſus Chriſtianos: quibus adſentit Kemnitius in examine quartæ ſeſſionis Concilij Tridentini, & Eraſmus in ſcholiis ſuper Præfationem S. Hieronymi in Danielem. Nec ſolum Iudæi, & Hæretici, & etiam ex Chriſtianis, olim Iulius Africanus, teſte Euſebio Cæſar. lib. 6. hiſtoriæ cap. 23. Auctor hiſtoriæ ſcholaſticæ, vbi de Daniele agit, idem Hugo Carenſis innuit, in Daniel. cap. 13. & Driedo lib. 1. de ſcripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis cap. vltimo. An verò S. Hieronymus in præſcriptâ Præfatione in Danielem, illis faueat, infrà num. 15. examinabitur. Profectò Gratianus *Danielis Somnialia* refert inter ea, quæ tanquam ſuperſtitioſa legi prohibentur: vnde intelligimus fuiſſe aliquos, qui alios præter hunc, quem habemus librum, Danieli [illegible]erent, quos Eccleſia [illegible] Daniel[illegible] non eſſe, aut non legendos indicauerit, vt noſter Maldonatus Prooemio in Danielem eruditè notauit.

Quæ negant hiſtoriæ auctoritas. S. Hierony. Manichæi. Anabaptiſtæ. S[illegible] Sen. [illegible]. Kemnitius. Eraſmus. Iulij Afric. Euſeb. Cæſ. Hiſt. Schol. Hugo Car. Driedo. Gratianus.

6\. Deindè alij veram eſſe cenſent hanc de Suſanna hiſtoriam, non tamen authenticam, & indubiâ veritate ſanctam. Ita apud eundem Hieronymum ſuprà allegatum, Origenes, Euſebius, Apollinaris, aliique eccleſiaſtici viri & Doctores Græciæ. Id etiam expreſsè docent Lyra, & Carthuſianus, in hoc cap. 13. Danielis. Fundamenta Auctorum, qui aut veritatem, aut indubiam fidem huic hiſtoriæ negant, infrà adducemus, & latè refellemus.

S. Hierony. Origenes. Euſebius. Apollinaris. Lyranus. Carthuſian.

7\. At nihilominùs certum eſt, hiſtoriam de Suſannâ eſſe ſcripturam veram, diuinam, & canonicam. Id definitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 4. vbi enumerato inter reliquos ſacros libros Daniele, ſubdit. *Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis verſibus, prout in Eccleſiâ Catholicâ legi conſueuerunt, & in veteri Vulgatâ Latina editione habentur, pro ſacris non ſuſceperit anathema ſit.* Ne autem à Concilio Tridentino primùm canonicam factam putemus hanc Danielicæ Suſannæ hiſtoriam, operæ pretium eſt, etſi longiuſculè, recenſere quanto Sanctorum Patrum conſenſu hæc veritas a naſcenti Eccleſiæ incunabulis ad noſtram vſque ætatem, tradita ſit: nequem perſtringat

Hiſtoria de Suſanna eſt ſcriptura canonica. Cõc. Trid.

ſuĉto [illegible] Doct[illegible], qu[illegible] ſup[illegible] con-tar[illegible]m [illegible].

Ruſin[illegible] d[illegible] hiſto[illegible]ia Suſannæ agen[illegible] lib. 2. aduer[illegible] Hieronymum, d[illegible] cuiuſmodi hiſtori[illegible], [illegible] [illegible]giam [illegible] cuſtodiam in Eccleſiis [illegible] Apoſtolorum Pet[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] : *Petrus*, ait, *Romana Eccleſia viginti & quatuor annos præfuit; dubitandum non eſt quin ſicut cetera, quæ ad inſtru[illegible]ionem pertinent, & librorum inſtrumenta Eccl[illegible]ſiæ ipſe tradiderit, quæ vtique iam tunc ipſo ſ[illegible]dente, & docente rec[illegible]tabantur. Quid ergo? deceptt Petrus Apoſtolus Chriſti Eccleſiam, & libros ei [illegible]alſos, & nihil veritatis continentes tradidit? & cum ſciret quod verum eſt habere apud Iudæos, apud Chriſtianos volebat haberi, quod falſum eſt.* Idem Aquileienſis Ruſinus de Paulo Apoſtolo idipſum adſtruit. Et quidem hiſtoria tota Suſannæ legitur in Miſſa in Sabbato antè Dominicam quartam quadrageſimæ. Pergit Origenes in epiſtola ad Iulium Africanum, hâc ſuper re ita ſcribens: *Vide ne imprudentes & inſcientes abrogemus exemplaria, quæ habentur paſſim in Eccleſiis, & legem ſtatuamus fraternitati, vt deponant quidem ſacros, qui apud eos feruntur libros; aſſententur autem Hebræis, & perſuadeant, vt nos puris imperiant, & qui nihil habent figmenti. An non prouidentia* (diuina) *in ſacris Scripturis dedit omnibus Chriſti Eccleſiis ædificationem? non curam geſſit eorum, qui empti ſunt pretio, pro quibus Chriſtus eſt mortuus?* Et Clemens Romanus lib. 2. Conſtitut. Apoſtol. cap. 51. & 49. in editione Turriani, alias 53. & 55. premens Apoſtolorum veſtigia (vt nuper ex Ruſino excripſimus) vtitur non ſemel hâc hiſtoriâ Suſannæ, cum de iudiciis in Eccleſiâ agitandis leges ſtatuit.

Ruſinus

Hiſtoria Suſannæ iuſſu Apoſtolorum in Eccleſiâ legitur.

Origenes

S. Clem. Rom.

9. S. Athanaſius in Synopſi, ita de Daniele ſcribit: *Et iſte in captiuitate fuit vſque ad Cyrum regem Perſarum, cauſſam Suſannæ ipſe iudicauit, & ſeniores tamquam ſycophantas condemnauit.* &c. & paullò poſt: *Iſti ſunt libri canonici veteris Teſtamenti numero 22. ad numerum litterarum Hebræarum computati.* Ex indè tranſitum facit ad libros alios, qui canonici non ſunt. Opportunè notat noſter Salianus tom. 4. ad an. m. 3438. n. 13. nil obſt[illegible], quod idem Athanaſius ſub finem eiuſdem Synopſis hiſtoriam Suſannæ iis etiam libris ſacris adnumeret, quibus con[illegible] adiicitu[illegible]. Nam ſuam ipſe ſententiam cùm protuliſſet, voluit nihilominùs nonnullorum diuerſam ſententiam non tacere, id eſt, li[illegible]os, quos Hebræi in canone non numerarunt.

S. Athanaſ.

Salianus

10. S. Ignatius martyr, in epiſt. ad Magneſianos [illegible]tat hiſtoriam Suſannæ ex cap. 13. Danieli[illegible]. Tertullianu[illegible] lib. de Coronâ militis cap. 4. exemplu[illegible] Suſannæ commendat. S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 8. & alibi ſæpè adducit etiam exemplum Suſannæ. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, in eodem ordine ponit Suſannam, & ſororem Moyſis. S. Irenæus li[illegible]. 4. cap. 44. in improbos Presbyteros inuehens, Danielis Prophetæ voces cont[illegible] [illegible]dinoſos Suſannæ accuſatores vſurpat. S. Zeno Veronenſis elegantem ſermonem de Suſanna ſcripſit, ſcripſit [illegible] Aſte[illegible], non ille A[illegible]anæ ſectæ [illegible]piſcopus ſed alius Amaſæ v[illegible], apud Bibliotheca[illegible] Coloni[illegible]ſis. Iterum Athanaſius in epiſt. ad Marcellinum, Danielem Suſannæ hiſtoriam referentem p[illegible]at Iſaiæ, & in Epiſt. ad Serapion[illegible]m, [illegible] hâ[illegible] hiſtoria p[illegible]at Spiritum-ſanctum non eſſe creaturam; & in lib. de communi eſſentia Patris & Filij, & Spiritus-ſancti, tit. *quod Spiritus ſedeat*, hanc Spiritus-ſancti proprietatem ex hâc hiſtoriâ comprobat S. Cyrillus Alexand. & S. Cyrillus Ieroſol. allegati §. 2. Richardus à S. Laurent. l. 5. Alcimus Vienn. allegatus à Ferat. in Irenæi l. 4. c. 44. Et S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu-ſancto, cap. 7. diuinitatem Spiritus-ſancti probat ex hoc Danielis iudicio, & lib. 1. Offic. cap. 3. & 18. exemplum Suſannæ affert in taciturnitatis laudem; & lib. 3. c. 14. & lib. de Fugâ ſeculi cap. vltim. & in Pſalm. 37. de Suſannæ imitatione multa ethicè docet. S. Maximus de accuſato Domino homil. 1. & 2. S. Chryſoſtomus ſerm. de Suſannâ, hanc hiſtoriam exponit, & diuinam vocat, S. Auguſtinus Tract. 36. in Ioannem, adducit Suſannæ hiſtoriam. Adde Origenem non ſolum in illâ epiſtolâ ad Iulium Africanum, ſed etiam homil. 1. in Leuit. & Tract. 31. In Matthæum. Aſſentitur Euſebius Cæſar. lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23. vbi de epiſtolâ Africani, & Origenis reſponſione. Quod etiã refert Photius in Bibliothecâ, cap. 34. col. 22. S. Baſilius in Iſaiæ cap. 3. puerulum Danielem de Suſannæ iudicio egregiè laudat. Et S. Ephræm Syrus Parænesi 15. ait: Beata Suſanna mortem potiùs expetiuit, quàm peccare coràm Deo. Citatur S. Gregorius Nazian. à Gordono in Præloquio ad Danielem, Seuerus Sulpitius l. 2. ſacræ Hiſtoriæ. S. Bernardus in Annunciatione Dominica Serm. 3. & alibi perſæpe, Suſannæ hiſtoriam ex hoc cap. 13. alleg[illegible]t, & eleganter expendit. S. Iſidorus Hiſpalenſis in lib. Proœmiorum, in Danielem, ait: *In fine voluminis Prophetiæ ſuæ, Suſannæ hiſtoriam ponit.* Et Vener. Beda tom. 5. in Comment. in Ioannem ad cap. 8. ait: *Quandò Suſanna duobus falſis teſtibus arguebatur, Trinitas illi in conſcientia atque in occulto ſuffragabatur; (illi Trinitas de occulto vnum teſtem Danielem excitauit,) & duos conuicit.* B. Laurentius Iuſtinianus de Triumphali Chriſti agone cap. 11. ex hoc Danielis cap. 13. Suſannam, & Danielis iudicium aduersùs ſenes, mirè commendat. Et Hildegardis in epiſt. ad Chriſtianum Mogunt. Archiepiſc. [illegible] habetur tom. 5. Bibliothecæ Veter. Patrum, eximiè Suſannam laudat: Qui omnes narrationem de Suſ[illegible] ut re[illegible]iquas Bibliorum hiſtorias a[illegible]nt, aut ad c[illegible] improbanda fidei dogmata aut ad mores informandos. Horum Patrum verba leg[illegible]t in §. 2. vbi ex hi[illegible] Patrum teſtimo[illegible] Catena deſcripta eſt. Poſt tantam nubem teſtium aduerſariis oppoſitam, addam ex Cardinali Bellarmino lib. 1. de Verbo Dei, cap. 9. quod credibile eſt concilia vetera, vt Laodicenum & Carthaginenſe tertium, & priſ[illegible]os

S. Ignat.

Tertullian.

S. Cyprian.

Clem. Alex.

S. Irenæus

S. Zeno

S. [illegible]

S. Cyrill. Ieroſol.

Richardus

Alcimus

S. Ambroſ.

S. Maximus.

S. Chryſoſt.

S. Auguſtin.

Origenes

Euſeb. Cæſ.

Photius

S. Baſilius

S. Ephræm.

S. Gregor. Naz.

Sev. Sulpit.

S. Bernard.

S. Iſidorus

V. Beda.

B. Laur. Iuſt.

Hildegardis

C[illegible]. Laod.

Car[illegible]n.

P[illegible]

P[illegible] qui [illegible] Græca editione vtebantur [illegible] Danielem in numerum ſanctarum Scripturarum retulerunt, de toto [illegible] Daniele eſſe locutos, qui in Græcis vulgatis codicibus habentur. In Græcis autem vulgatis codicibus iſtæ omnes partes habebantur ſine dubio, vt conſtat ex Synopſi Athanaſij, & (S. Athanaſ.) (S. Hierony.) ex Præfatione Hieronymi in Danielem, vbi teſtatur Eccleſiam Chriſti Danielem legere ex editione Theodotionis, in quâ editione hæc omnia habebantur. Cur autem Eccleſia editione Theodotionis, potiùs quàm LXX. (Lanſelius) Interpretum vteretur, vide in noſtro Lanſelio in ſcholiis ad hoc cap. 13. Danielis.

Argumenta in contrarium proponuntur, & ſoluuntur.

11. QVò Danielicę Suſannæ, & reliquis Parnichis lacinijs fidem eleuet, multus eſt (Iulius Afric.) (Origenes) (Photius) Iulius Africanus apud Euſebiu & Photium ſuprà allegatos, in illâ epiſtolâ ad Origenem deſcriptâ §. 3. in quâ velut in pharetrâ multa addenſantur tela, quæ aduersùs hanc hiſtoriam Suſannæ fruſtrà vibrat. Cui eruditè reſpondet Origenes longulâ epiſtolâ. (Origenes) Ergò priſca hæc argumenta, & alia nouiter excogitata hic proponimus, & extricamus, quò Suſanna caſtitatis vindex, à mendacij calumnia vindicetur.

12. Obijciunt 1. Suſannæ hiſtoriam inter Hebræas Scripturas non haberi: vndè ergo illi fides adſtrui poteſt? Ab Hebræis enim Eccleſia veteris Teſtamẽti Scripturas accipit, non à Græcis, imò etiam & à Græcis, quatenùs ij ab Hebræis illas mutuarunt. At in Hebræorum archiuis hæc Danielicæ Suſannæ hiſtoria non extat: vaga ergò & incerta eſt illius fides & auctoritas. Hoc argumentum ſiquid probat, multos etiam Scripturarum libros reddit exauctoratos, qui apud Hebræos iam diu non extant. (de quo aliàs (S. Hierony.) vberiùm agebamus) Et ſanè cum ex Hieronymi in Danielem præfatione liquidò (Theodot.) conſtet, ſe ex Theodotionis editione illos (LXX. Inter.) tranſtuliſſe; quis niſi omninò imperitus ne- (Bib. Sixtiana) (Compluteſ.) get, quis non videat, Theodotionem ex He- (Regia) bræis, Chaldæisve exemplaribus illa tran- (Aquila,) (Symmachus) ſtuliſſe? Tranſtulere etiam LXX. Interpretes, quorũ tranſlatio in Biblijs Sixtianis, Complutenſibus, & Regijs hodiè extat; olimque extiterunt aut correctiora, aut minùs correcta; tranſtulerunt Aquila, & Symmachus. Quare vero nunc apud Hebræos non extet hæc de Suſannâ hiſtoria, tradit (Origenes) Origenes in præfatâ ad Iulium Africanum epiſtolâ, ſic ad eum fatus: *Sed eſt veriſimile te adhuc quærere, cur apud eos* (Hebræos inquam) *in Daniele non habeatur hiſtoria, ſi hæc vt dicis* [tradunt] *Sapientes. Ad hæc dicendum, quod ex iis quæ Presbyterorum, & Magiſtratuum, & Iudicũ continebant vituperationem, quæcũq; potuerunt, ſuſtulerant à cognitione populi; quæ quidem ſeruauerunt in arcanis.* Et poſtquã Origenes prodidit alias ſimiles Iudæorum detruncationes, ſubdit: *Quamobrem non aliud procuraſſe exiſtimo eos qui exiſtimabantur Sapientes, & Principes, & Seniores populi, quàm vt ea adimerent, quæ eorum continebant accuſationem apud populum. Non eſt ergò mirum, ſi hanc hiſtoriam Suſannæ, cui parârant inſidias impudici* [s]*eniores, ij qui non longè aberant ab inſtituto illorum Presbyterorum, ſuffurati ſunt, & ſubtraxerunt à Scriptura.* Hanc etiam veterum Hebræorum fra[udem], qua [so]lo malo perſæpè Scripturas d[e]prauarunt, latè pariter ac eruditè publicat noſter Salmeron tom. 1. Proleg. 4. (Salmeron) in quo oſtenditur, lectionem Hebræam non eſſe ſinè plerisque vitiis & corruptionibus, vt non ſit per omnia illi temerè fides habenda. Addit Hector Pintus, quod magni (Hector Pintus) Hebræorum Rabbini in libro Thalmud fa- (Galatinus) tentur, antiquos Sophrim, nonnulla in diuinis [literis] mutauerunt, etiamſi vera ſententia maneret. Hi (S. Hierony.) (S. Iuſtinus) (Iepl[illegible]) autem Rabbini ſunt rabbi Rabinon, rabbi Samuel, rabbi Iodan, rabbi Hamnina, rabbi Simon, & alij. Quâ de re vide ex recentioribus Galatinum l. 1. de Arcanis catholicæ veritatis c. 8. Ex antiquis vide S. Hieronymum l. 2. epiſt. ad Galatas, & in Commentar. in c. 5. Michææ, & Iuſtinum Martyrem in Tryphone, & Origenem in cap. 23. Matthæi, & in cap. 10. Ieremiæ. Conſule etiam Salianum tom. 4. an. m. 3438. n. 21. (Salianus) Hinc etiam tantum Danielicæ Suſannæ ſilentium apud Flauium Ioſephum: cuius malignam fidem noſter eruditiſſimus Salianus toto ſuorum Annalium opere identidem denotat, prodit, vellicat: qui totus eſt vt res Iudaicas ſine vllo (vt vt poteſt) næuo Romanis venditet: quod vt præſtet, plerumque non fidum exſcriptorem, ſed Rabbinicum commentatorem agit. Præter quàm quod plura omittit, ſe intermiſſurum pollicitus, quò illi impunè liceat, & turpia ſilere, & magnificentiùs honeſta buccinare.

Negat Iulius Africanus eſſe probabile, 13. Iudæos, qui erant in Babylone captiui, vexabāturq; & in plateis proiiciebantur inſepultis, vt de Iſraelitis captiuitate narratur in To- (Tobiæ 1.) bia cap. 1. v. 21. tam elegantes ac ſpecioſas habuiſſe domos; & (vt ipſe & alij addunt) ſuos habuiſſe Magiſtratus ac Iudices. Reſpondemus, Dominum per Ieremiam cap. (Ierem. 24.) 24. v. 5. promiſiſſe tranſmigratis proſperitatem, quam nuuquam Iſraelitis promiſerat. Quod ſi ex Iſraelitis nonnulli in ipsâ etiam captiuitate opulentiam ac proſperitatem nacti ſunt, vt aliquãdò Tobias vterque, Achiacharus, Raguel. &c. magis procliue eſt, id ipſum cenſere de hoc initio tranſmigrationis Iudæ in Babylonem, quæ nondum erat plenè captiuitas; tunc enim plures è ſemine regio, & proceres Iudæorum, non vt captiui, ſed tanquam obſides in Babylone verſabantur. Neque putari debet abſurdum, Iudæos tùc habuiſſe annuos Iudices, pro priuatis inter ipſos cauſſis; & tamen Chaldæis Præfectis eſſe ſubiectos, ſi quid litis fortè ipſis cum Chaldæis incideret. Porro id vbique gentium cum Iudæis obſeruari ſolitat. Idque fatetur Origines ſuâ ætate paſſim vſu receptum Iudæis exulibus apud Romanos. (Origenes in præſcriptâ Epiſt.)

3. A[illegible] Af[illegible] [illegible] g[illegible] Fic[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἀπὸ τοῦ πρίνου ad [illegible], quod eſt [illegible]care; & σχίσαι planè ad σχῖνον, quod eſt [illegible]dere, quæ a [illegible] [illegible] & in le[illegible] ſtorem G[illegible] [illegible] [illegible] arguunt. [illegible] multa ſuper hac Paranomaſia, de qua [illegible] agemus 5. [illegible] num. [illegible] [illegible] num. 4. [illegible] ctatio de paranomaſia [illegible] [illegible]. [illegible] Africani a[illegible] [illegible]ntum p[illegible]ponit [illegible] [illegible] [illegible]ditur.

15. S. Hieron.

4. Q[illegible] [illegible] Hieronymus, qui tum in Præ[illegible] [illegible] [illegible] in Latinum conuer[illegible]ſi[illegible] [illegible] in Præfatione [illegible] [illegible] in Danielem, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Vt [illegible] ipſe Hieronymus ſui vindex [illegible] in Apologia [illegible] contra Rufinum pr[illegible] [illegible] [illegible] diſerte ait ſe in illi[illegible] [illegible] non explicuiſſe quid ipſe ſentiret, ſed quid Hebræi vulgo cenſerent. Quo modo etiam [illegible]plicandum eſt, quod inibi hanc de Suſanna hiſtoriam appellat *fabulam*; non quidem [illegible] prop[illegible] ſententia ſed ex Hebræorum [illegible]. Sic fatur Hieronymus: *Quod autem refero quod aduerſus Suſannæ hiſtoriam, & Hymnum trium puerorum, & Belis draconiſque fabulas, quæ in volumine Hebraico non habentur, Hebræi ſoleant dicere, qui me criminatur ſtultum ſe Sycophantam probat. Non enim quid ipſe ſentirem, ſed quid illi contra nos dicere ſolebant, explicaui.* Scio Bellarminum, Salianum, & alios paſſim pio quodam erudite ſtudio aſperitatem verbi *fabula*, benignâ interpretatione lenire voluiſſe, quaſi nomen *fabulæ*, non vſitato more pro falsâ fictaque narratione, ſed pro verâ hiſtoriâ Hieronymus vſurpauerit. Quod ego magis equidem opto verum, quàm video, vt bene Maldonatus adnotauit in Proœmio in Danielem. Porro ſic narrationem de Suſannâ appellat *fabulam*, vt eam canonicis libris opponere videatur. Et ſanè id Rufino reſpondere, de facili poſſet quin neceſſarium illi fuerit fateri, ſe non ſcripſiſſe quæ ipſe ſentiret; ſed quid Iudæi contra Catholicos dicere ſoleant.

Bellarm. Salianus. Maldonatus

16.

5. Obſtrepunt, ſaltem hiſtoriam de Suſanna legi ſub obelis, aſteriſcis: His autem hæc hiſtoria denotatur; ſed non fertur: non enim obeli & aſteriſci ſunt notæ ſcripturæ apocryphæ, & idcirco repudiatæ. Quod palàm teſtatur ipſe iſtiuſmodi notarum inuentor Origenes dum Africano reſpondet: ibi enim adductis quibuſdam locis, qui leguntur in codicibus Græcis, tamen non reperiuntur in Hebræo, ſubdit: *Quibus ſigna adieci[illegible], quæ apud Græcos vocantur obeli ſeu obili, [illegible] id ſit nobis notum. ſicut verſus aſteriſcos eis, quæ ſunt quidem in Hebræo apud eos autem non inueniuntur.* Alia obiect[illegible] ſolitant contra hanc de Suſannæ hiſtoria[illegible] [illegible]tatem, quæ partim inte[illegible] [illegible]mus, quia [illegible] [illegible] [illegible], partim [illegible] [illegible] Comm[illegible] [illegible] litterali huius c[illegible]p. [illegible] [illegible] quæque [illegible] [illegible]nunodi expedientur. [illegible]ale eſt illud ex Ieremiæ 29. v. 21. d[illegible] [illegible]ne Sen[illegible] [illegible] dicuntur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]yloni, no[illegible] [illegible] [illegible] populo. Et Ezechielis

Origenes. Ieremiæ 29. Ezech. 14.

[illegible] v. 14. [illegible] Daniel[illegible], qui N[illegible] & I[illegible] p. [illegible] [illegible] expedientur §. 5. n 17. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & 13. §. 5. Plura [illegible] [illegible] hac ſuper re, conſulat epiſtolam I[illegible] Africani ad Origenem, & Origenis ad Africanum, quas [illegible]excripſit Leo Allatius, & [illegible] [illegible] [illegible] §. 3. conſulat Be[illegible] [illegible] [illegible] de V[illegible] [illegible] cap. 9. & Greth[illegible] in B[illegible] [illegible] defenſione, Sixtum Senenſem in Bibliotheca l[illegible] 8. Hæreſi 6. Sali[illegible] tom. 4. an. m. 3458. & Danielis Interpretes in Proœmiis, aut in Commentario cap. 13. & præcipue Sanctium in Proleg. in Danielem.

Leo [illegible]

Quâ linguâ ſcripta hæc hiſtoria; & qui eius Interpretes.

17.

TRibus linguis totum Danielis opus concinnatum. Duodecim priora capita Hebraice & Chaldaice: caput 13. & 14. Græcè tantum; ſed procul dubio ex Hebræo aut Chaldæo tranſlatum, vt ſuprà n. 12. ex Origene adnotauimus. Porrò ſi hæc hiſtoria primùm eſſet ſcripta Græcè, non reperirentur tot Græcæ tranſlationes. Quorſum enim ex Græco in Græcum neceſſaria conuerſio? *In promptu ſunt* (ait S. Hieronymus Apolog. contra Rufinum) *quatuor editiones Aquilæ, Symmachi, Septuaginta, & Theodotionis. Eccleſia iuxtà Theodotionem legunt Danielem.*

18.

Ecce tibi primò quatuor huius hiſtoriæ Interpretes, Theodotion, Aquila, Symmachus, & LXX. Interpretes, quibus acceſſere Romanorum notæ. Item interpres Syrus, & Arabicus Antiochenus & Alexandrinus. Vatablus ſuam verſionem è Græco, edidit eamque notis ſeu ſcholiis illuſtrauit. S. Hieronymus in totum Danielem commentarium ſcripſit, nec intermiſit hoc caput 13. quo hiſtoria de Soſanna continetur quam ex Origene in [illegible]. Stromatum elucidat. Non ita Theodoretus, qui pauculos dumtaxat huius capitis verſiculos expoſuit, poſt expoſita duodecim priora Danielis capita. Lyranus Poſtillam nexuit, Anſelmus & Laudunenſis interlinearem gloſſam, gloſſam moralem Strabus Fuldenſis ſubtexuit. Hugo Carenſis, & Dionyſius Richel hâc de Suſannâ hiſtoriam expoſuerunt, & Notis expoſuit noſter Petrus Lanſelius, ſupplens hanc lacunam Ioannis Marianæ in Danielem, expoſuit & noſter Emmanuël Saà, Iacobus Tirinus, Menochius, Gordonus, & Guilielmus Eſtius in Annotationibus in Scripturam ſacram. Item Ioannes Maldonatus, Benedictus Pererius, Gaſpar S[illegible]n[illegible], Cornelius à Lapide, & Hector Pintus. Iacobus Sal[illegible] tom. 4. Annal[illegible] [illegible] m. 3438. [illegible] h[illegible] de Suſannâ hi[illegible]am [illegible]dat. Eeluce vero luculenter elucid[illegible] noſter Ioannes E[illegible]ſe[illegible]ius [illegible] [illegible] toto Stroma[illegible] 8. [illegible] [illegible] [illegible] Da[illegible] C[illegible]ruſin[illegible] in [illegible] [illegible], *Suſanna Danielica*, p[illegible]lixa [illegible]tate o[illegible]-[illegible]atiſſimus. Petrus A[illegible]ælardus Sermonem vigeſimum octauum ſ[illegible]pſit [illegible] titu[illegible] *de S. Suſannâ* ab [illegible]tore non bono, [illegible]no ethice non malu[illegible]. S. Zeno Veronenſis

Theodotion. Aquila. Symmachus. LXX. Interp. Roman. notæ. Syrus. Arabicus. Vatablus. S. Hierony. Origenes. Theodoretus. Lyranus. Anſelm. Laud. Strabus. Hugo Carens. Dionyſ. Rich. Lanſelius. Emman. Saà. T[illegible] Menochius. Gordonus. E[illegible] Maldonat. Pererius. Sanctius. Cornelius. Hector Pintus. Salianus. [illegible] [illegible] Abælardus. S. Zeno Veron.

ſis Sermonem ſcripſit de Suſanna, ſcripſit &
Aſterius Sermonem etiam in Danielem &
Aſterius Suſannam apud Combefis tom. 1 ſuæ Bi-
bliothecæ, & Ioannes Ieroſolymita homi-
Ioann. Ieroſoly. liam habet de Suſanna, quæ eſt 19. item &
S. Chryſoſt. S. Chryſoſtomus, & S. Auguſtinus tom. 10.
S. Auguſtin. in Append. de diuerſis Serm. 69. Plures ex
ſanctis Patribus, & antiquis ac neotericis
ſcriptoribus, qui eleganter paucula plura ve
li... arunt de Suſann..., legere de facili licet
ſuprà §. 2. & 3. Addam Aloyſium Nouari- Nouarinus
num in Adag. is ſancto... um P... trum, Ada-
gium 87. ſic præſ... bi, *Noſtra Suſanna*, vbi
nonnulla tradit ex B. Petro Damiano, & S.
Maximo.

SVSANNA DANIELICA
PERPETVO COMMENTARIO.
litterali & morali illuſtris.

SYNOPSIS CAPITIS XIII. DANIELIS.

In hoc capite concinnè proponitur dulciſsima quædam hiſtoria, in quâ ſpectare licet quàm ſit præceps, ac ſæ impotens luxuries etiam in corpore per frigidam senectam effœto. Sic enim in duobus ſenibus pruriebat libido, ſic ſufflammabātur facibus laſciuiæ, vt quò illam explerent, conſilium prorsùs barbaricum interint. Porrò in pomario clauſo ex inſidiis aggreßi ſunt pulcherrimā æquè ac caſtiß:mam Suſannam, cui niſi ſe ſuis ſalaciſsimis votis obſequentem exhibeat, ignominioſam mortem ſceleſtè minitantur. Cùm autem ipſa ſatiùs duceret atrociorem probroſè mortem oppetere, quàm quicquam patrare inhoneſtum, diuinâ lege vetitum; accuſatur à ſenibus, damnatúrque tamquam adulterij rea. Quare extrà vrbem de more producitur, vt ibi intereat lapidibus obruta. Adfuit autem opportunè Deus, cuius auxilium illa obnixiùs implorauerat; & ad pueri Danielis vocem reuocatur populi multitudo, quæ iam aduersùs Suſannam lapidibus manus armauerat: & mirè detectâ impudicè cruentâ ſenum vafritie, Suſanna à iam tam imminente interitu liberatur, retorquetúrque in ſenes ſupplicium, quod ipſi in caput innocentis moliebantur. Exindè populus exultim lætatur, & præluſtris Danielis fama increbreſcit.

CAPVT XIII.

1. ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim: 2. &
accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ, pulchram
nimis, ac timentem Deum: 3. parentes enim illius cùm eſſent
iuſti erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi: 4. Erat
autem Ioakim diues valdè, & erat ei pomarium vicinum domui ſuæ: & ad
ipſum confluebant Iudæi, quòd eſſet honorabilior omnium. 5. Et conſtituti
ſunt de populo duo ſenes iudices in illo anno: de quibus locutus eſt Domi-
nus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui vide-
bantur regere populum. 6. Iſti frequentabant domum Ioakim, & veniebant
ad eos omnes qui habebant iudicia. 7. Cùm autem populus reuertiſſet per me-
ridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. 8. Et vi-
debant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt
in concupiſcentiam eius: 9. & auerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt
oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſto-
rum. 10. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſ-
ſim dolorem ſuum: 11. erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam
ſuam, volentes concumbere cum eâ. 12. & obſeruabant quotidie ſollicitiùs
videre eam. Dixitque alter ad alterum: 13. Eamus domum, quia hora pran-
dij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe. 14. Cùmque reuertiſſent, venerunt in vnum:
& ſciſcitantes ab inuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: &
tunc

tunc in communi ſtatuerant tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam.
15. Factum eſt autem, cum obſeruarent diem aptum, egreſſa eſt aliquandò
ſicut heri & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitque lauari in po-
mario: æſtus quippè erat. 16. & non erat ibi quiſpiam, præter duos ſenes ab-
conditos, & contemplantes eam. 17. Dixit ergò puellis: Afferte mihi oleum,
& ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. 18. Et fecerunt ſicut præce-
perat: clauſeruntque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum, vt afferrent
quæ iuſſerat: neſciebantque ſenes intus eſſe abſconditos. 19. Cùm autem
egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & occurrerunt ad eam, & dixe-
runt. 20. Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concu-
piſcentia tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.
21. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iu-
uenis, & ob hanc cauſſam emiſeris puellas à te. 22. Ingemuit Suſanna, & ait:
Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non
egero, non effugiam manus veſtras. 23. Sed melius eſt mihi abſque opere in-
cidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini. 24. Et excla-
mauit voce magnâ Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduersùs eam. 25.
Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. 26. Cùm ergò audiuiſſent cla-
morem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum vt viderent quid-
nam eſſet. 27. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehemen-
ter, quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſannâ. Et facta eſt
dies craſtina. 28. Cúmque veniſſet populus ad Ioakim virum eius, venerunt
& duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersùs Suſannam, vt interfice-
rent eam. 29. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiam Helciæ
vxorem Ioakim. Et ſtatim miſerunt. 30. Et venit cum parentibus, & filiis, &
vniuerſis cognatis ſuis. 31. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpe-
cie. 32. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel
ſic ſatiarentur decore eius. 33. Flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant
eam. 34. Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi, poſuerunt ma-
nus ſuas ſuper caput eius. 35. Quæ flens ſuſpexit ad cælum: erat enim cor
eius fiduciam habens in Domino. 36. Et dixerunt presbyteri: Cùm deambu-
laremus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtia
pomarij, & dimiſit à ſe puellas. 37. Venitque ad eam adoleſcens qui erat abſ-
conditus, & concubuit cum eâ. 38. Porrò nos cùm eſſemus in angulo poma-
rij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſ-
ceri. 39. Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis
erat, & apertis oſtiis exiliuit: 40. hanc autem cùm apprehendiſſemus, interro-
gauimus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis: huius rei teſtes
ſumus. 41. Credidit eis multitudo, quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & con-
demnauerunt eam ad mortem. 42. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna,
& dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia ante-
quam fiant, 43. tu noſti quoniam falſum teſtimonium tulerunt contrà me: &
ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ iſti malitiosè compoſuerunt ad-
uersùm me. 44. Exaudiuit Dominus vocem eius. 45. Cúmque duceretur ad
mortem, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen
Daniel: 46. & exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius.
47. Et conuerſus omnis populus ad eum, dixit: Quis eſt iſte ſermo, quem tu
locutus es? 48. Qui cum ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filii Iſraël, non
iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël?
49. Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduersùs
eam. 50. Reuerſus eſt ergò populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes:
Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit hono-
rem ſenectutis. 51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem, & diiu-
dicabo eos. 52. Cùm ergò diuiſi eſſent, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum:
Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris
priùs, 53. iudicans iudicia iniuſta innocentes opprimens, & dimittens noxios,
dicente Domino: Innocentem & iuſtum non interficies. 54. Nunc ergò ſi vidi-
ſti eam dic ſub quâ arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub ſchino

55.

55. Dixit autem Daniel : Rectè mentitus es in caput tuum. Ecce enim An-
gelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo, ſcindet te medium. 56. Et amoto eo, iuſſit
venire alium, & dixit ei: Semen Chanaam,& non Iuda, ſpecies decepit te,
& concupiſcentia ſubuertit cor tuum : 57. ſic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ
timentes loquebantur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem. 58.
Nunc ergò dic mihi, ſub quâ arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui
ait : Sub prino. 59. Dixit autem ei Daniel : Rectè mentitus es & tu in caput
tuum : manet enim Angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te medium,
& interficiat vos. 60. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magnâ, & bene-
dixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. 61. Et conſurrexerunt aduersùs
duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe te-
ſtimonium) feceruntque eis ſicut malè egerant aduersùs proximum, 62. vt
facerent ſecundùm legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis
innoxius in die illâ. 63. Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro fi-
liâ ſuâ Suſannâ, cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſſet
inuenta in eâ res turpis. 64. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu po-
puli, à die illâ, & deinceps. 65. Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos,
& ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

§. V.

Commentariis litteralis.

1\. DAniel Propheta nunc agit hiſtoricum in hoc 13. cap. Ante quod hæc præmittit S. Hieronymus: *Huc vſque Danielem in Hebræo volumine legimus. Quæ ſequuntur vſque ad finem libri, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.* Dubium non eſt, quin Theodotion(ſicut priùs Aquila Ponticus,è Gentili Chriſtianus ,è Chriſtiano Iudæus ; & Symmachus Samaritanus , & Ebionita , è Chriſtiano ſimiliter Iudæus) Hæreticus primò Marcionita, dein Iudæorum proſelytus, ex Hebræo, ſeu Chaldæo idiomate ſacros libros in linguam Græcam tranſtulerit : fruſtrà enim in Græcum ſermonem è ſermone Græco conuertiſſent. Et ſanè Theodotion maiori quàm alij fide, ſacros libros tranſtulit, vt tradit Epiphanius. Adeò vt Eccleſia non tantùm in hoc cap. 13. & ſequenti, ſed etiam in maiori parte capitis tertij, Theodotionis tranſlationem vſurpet. Sed quare in his locis Danielis, LXX. Interpretum tranſlatio, ante trecentos annos edita, & quæ ſemper primas obtinuit, nunc reiecta fuit, aut ſaltem huic tranſlationi Theodotionis poſtpoſita; cauſſam affert Hieronymus ita ad Chromatium ſcribens : *Si LXX. Interpretum pura, vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret ; ſuperfluè me, mi Chromati copelleres, vt tibi Hebræa volumina latino ſermone transferrem ..... Nunc verò, cum pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque tráſlatio corrupta ſit atque violata; noſtri arbitrij putas, aut ex pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus ex vetere opere cudere.* &c. Itaque tranſlationem LXX. Interpretum vitiatam, Eccleſia negligit; correctam & emendatiorem admittit : at neque emendatiori & correctiori tanta eſt auctoritas , vt tamquam authentica & canonica recipiatur, qualis eſt noſtra Vulgata editio, & in eâ hæc Danielicæ Suſannæ hiſtoria, à Theodotione tranſlata; quippe quæ Tridentini Concilij decreto, indubiæ & authenticæ fidei declaratur.

S. Hierony. — Theodotiõ. Aquila. Symmachus. — Epiphanius. — *Cur Theodotionis tranſlatio hic potius admiſſa eſt ab Eccleſiâ* — S. Hierony. — LXX. Interp.

Verſ. 1. Et erat vir. 2.

Hæc de Suſannâ hiſtoria proculdubiò accidit ſub initium, non captiuitatis, ſed tranſmigrationis in Babylonem, nempè anno tertio Sedeciæ, ſeu Ioacim , anno mundi 3438. Danielis decimo tertio, vt veroſimiliùs computat noſter Salianus , in eum annum. 1. aut potiùs duodecimo. Porrò conſtat Danielem cum rege Sedecia ,& multis Iudaici regni proceribus, abductum in Babylonem: cùmque Daniel cùm liberauit Suſannam, *iunior puer* dicatur hic verſ.47. indeque cœpiſſe *haberi magnus* , verſ. 64. non diu poſt huiuſmodi tranſmigrationem hanc hiſtoriam contigiſſe , neceſſe eſt. Quod autem cùm hæc hiſtoria accidit , Daniel erat duodennis, adſtruitur infrà n. 17. huius §. 5. Quare hæc de Suſanna hiſtoria quæ ad cap.13. Danielis reiecta eſt, videtur ponenda poſt primum cap. vt cenſet Maldonatus; aut poſt exordium primi, ſiue ante primum, ſicut LXX. Interpretes collocarunt. Profectò Daniel primo hiſtorias denarrat, dein viſiones refert.

Salianus. — *Daniel duodennem agebat annum cum hæc hiſtoria accidit.* — Maldonat. — LXX. Interp.

3\. Imperitè quoſdam mouet hanc hiſtoriam incipere à voculâ, *&*, copulatiua, cùm nulla præceſſerit cùm ſuperioribus cohærentia. Super hâc difficultatulâ olim velitabamur in cap. 1. Iudith. §. 3. n. 6. Vbi obſeruabamus ex Bellarmino & Riberâ, particulas *&, atque, autem,* & ſimiles voculas ſæpè redũdare qui eſt Hebrææ linguæ idiotiſmus. Sic Ezechiel ſuam prophetiam incipit: *Et factum eſt in trigeſimo anno.* &c. Et ſimiliter Ionas: *Et factum eſt verbum Domini ad Ionam.* Addit hic Hector Pintus , eſſe Prolepſim , quæ figura præponit quæ ſequi debent. Pſal. 86. v. 1.& 2. *Fundamenta eius in montibus ſan-*

Auctor. Bellarmin. Riberã. — Ezech 1. v. 1. — Ionæ 1. v. 1 Hector Pint.

ctis

Pſal. 86.
Quomodo à vocula & hæc incipiat hiſtoria.

Etus, diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Quin & cùm hæc hiſtoria ſit pars capitis primi, ſub initiũm collocanda, aut ſaltem poſt cap. 1. veroſimile etiam eſt τὸ &, eam cum præcedentibus copulare. Quod etiam aptiùs quadrat in ſententiam Cornelij, §. 4. n. 4. allegati, qui exiſtimat hanc de Suſannâ hiſtoriam ex annalibus, ſeu diariis hiſtoricis extractam, & in hoc caput inſertam.

Cornelius

Plinius
Ptolomæus
Herodotus
Strabo
Iul. African.

Habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim] De Babylonis amplitudine conſule Plinium lib. 6. hiſtoriæ naturalis, Ptolomæum lib 6. Herodotum lib. 1. Strabonem lib. 15. & 16. In hanc vrbem cum Rege Sedeciâ ſeu Ioacim, hic Ioakim Suſannæ maritus deportatus eſt. Iulius Africanus in illâ epiſtolâ ad Origenem, vocauit in dubium indubiam huius hiſtoriæ veritatem, quia hic Ioakim non potuit eſſe Rex Iuda nomine Sedecias, aut Ioachim, cum eſſet tunc in carcere. Quod veriſſimum eſt: fuit verò alter è Iudæorum primoribus, opibus & nobilitate inclytus.

Verſ. 2. Et accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, ac timentem Deum.

4.
Sanctius

An Suſanna nomen proprium, & à ſuis inditum, an populi celebritate factum ſit?

Veroſimile putat Sanctius hîc num. 6. *Suſanna* nomen non fuiſſe huic matronæ proprium, & à ſuis inditum, ſed ab hominum celebritate, ob illuſtrem pulchritudinis nitorem, qui in Suſannâ vernabat, & micanter florebat: Suſanna enim *lilium* ſignificat, quod venuſtum eſt pulchritudinis ſymbolum. Nemo negabit Sanctio, vſitatum eſſe in omni penè linguâ, vt pro nomine proprio, aliud aliquandò audiant homines, quod ex aliquâ proprietate, ſiue ad commendationem, ſiue ad vituperium illis impoſitum eſt à vulgo. Exempla abundè ſuppetunt apud Græcos, Latinos, Hiſpanos; neque apud Hebræos deſunt. Sic Gedeon ex euentu vocatus eſt Ierobaal, Iudicum 6. v. 32. Eſau ab edulio rufo Edom, Geneſeos 25. v. 30. Iacob à luctâ cum Angelo Iſraël, Geneſ. 32. v. 28. Sic & in lib. Eſther cap. 2. v. 7. ipſa Eſther, quæ priùs a gente ſuâ vocabatur *Eſther*, ob eximiam pulchritudinem à populo appellatur *Ediſſa*, id eſt, *myrtea*, quo nomine Venus nuncupatur. Verùm hanc Sanctij de Eſthere coniecturam, ſatis, opinor, impugnauimus in noſtris in Eſtherem commentariis §. 53. n. 9. Quod ſi in Eſthere parum veroſimile eſt, etſi binominis fuerit, & appelletur *Eſther*, & *Ediſſa*; magis erit de Suſannâ ambiguum quæ duntaxat *Suſanna* audit. Non enim quia pulchra femina habeat nomen, quod in pratis vernat, aut inter gemmas micat, aut ſcintillat in cælo, indè coniectare, imò neque ambigere licet, illud non eſſe proprium, ſed ab hominum celebritate factum. Quoad ipſum nomen *Suſanna* attinet, benè notat Lanſelius in ſcholiis ad hunc Verſ.

Iudicum 6.
Geneſ. 25.
Eſther 2.

Auctor

Lanſelius

Etymon nominis Suſanna, & multiplex ſignificatio.

quòd hoc nomen *Suſanna* originem ducit à colore lilium, aut marmor Parium referente שושן *Suſan.* Hebraice eſt *lilium* שש *ſes* eſt *marmor Parium.* Vel quia hæc matrona pulchritudine ſua amorem, & animi oblectationem procreabat ששון *ſaſon* eſt, *animi & cordis oblectatio* vel denique quia vt dicitur infrà Verſ. 56. *ſpecies* eius *decepit* duos illos ſenes, qui illam falsò accuſarunt, quia שׂשׂא *ſiſſa* ſignificat *ſeduxit, circumegit* Conſule §. 6. n. 4. vbi alias nominis Suſannæ ſignificationes adducimus ex Anonymo.

Anonymus

5.
Quis Helcias Suſannæ pater?

Filiam Helciæ.] Procliue foret opinari hunc Helciam eſſe ſummum Pontificem Ioſiæ regis tempore: nam & nomen, & tempus, & conditio Suſannæ, & mariti eius probitas, ac domeſticæ diſciplinæ laudabiliſsimo huic ſententiæ adfauent, hic verſ. 3. Verùm vt opportunè notauit Salianus an. m. 3438. n. 3. valdè huic coniecturæ obſtrepit, quòd Pontificatus tunc erat ad vitam: ab Helciâ autẽ Pontifice, nunc Saraias, & paullò antè Azarias ſedebant in cathedrâ Aaronis: at hic Helcias Danielici iudicij tempore, Babylone viuebat cum vxore, vt liquido conſtat ex verſ. 63. Veroſimile autem putat idem Salianus infrà num. 23. quòd hic Helcias fuerit pater Gamariæ, qui à Sedeciâ nuper miſſus eſt Legatus in Babylonem, vt ait Ieremias cap. 29. v. 3. qui videndi patris ſui cauſſâ iam à principio exulis, hanc legationem ambierit.

Salianus

Ieremiæ 29.

Pulchram nimis, ac timentem Deum.] Elogium vtrumque conſultò iungit, & quia rarum, & verum: & quia vtroque dicenda præſtruit, & probabilem lectori facit narrationem, vt Sanctius ibi notat. Nempe & quòd duos illos ſenes, etſi in effœtâ & frigidâ ætate, eximiæ pulchritudinis faculis ad libidinem ſufflammauit; & quòd vitæ ac famæ iacturâ, illis impudicè adſentiri viriliter recuſarit. τὸ *nimis* in Bibliis accipe pro valde: nam magnitudinem citiùs quàm nimietatem ſignificat. Hic autem *timor Dei*, vt alias perſæpè in ſcripturis, religionem ac probitatem diu inolitam ſignificat; non ſpecialem timorem. Sic etiam de homine probo Hiſpanè dicimus: *Es hombre temeroſo de Dios.* Sanè vtrumque non tam dicendum, quàm non omittendum fuit. Plura de timore Dei hic Pintus congerit. Quàm ſit difficilis copula pulchritudinis cum probitate, potiùs ad theſes paræneticas, quàm ad exegeticas ſpectat.

6.

Sanctius

Timor Dei probitatem ſignificat.

Hector Pintus

Verſ. 3. Parentes enim illius, cùm eſſent iuſti, erudierant filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.

Ex hoc loco Interpretes ethicè parentes erudiunt, quo ipſi filios filiaſque ad omnem probitatem ſolletter erudiant. Porrò liberos generaſſe, libidinis indicium eſt, erudiiſſe pietatis: probent ergò ſe, morum potiùs, quàm naturæ parentes, quibus filiorum vitia ad pœnam etiam imputantur. Porrò *Lacede-*

Patres puniuntur ob filiorum vitia apud Lacedæmones.

Lacedæmonij cum duo fratres crudeli odio inter ſe diſſiderent, patrem (vt ait Plutarchus) pœnâ mulctarunt, totum eorum delictũ ei imputantes. Hæc Pintus ad hunc v. Hæc eruditio in Paragraphos morales commodiùs reiicitur.

Hector Pint. Plutarch.

8 *Verſ.* 4. Erat autem Ioakim diues valdè. &c.

Perdifficile quibuſdam videtur, quomodò Ioakim captiuus, & patriæ exul, atque in ipſo captiuitatis initio, prædiues eſſe potuerit, peramplam habere domum ſplendide inſtructam, non exiguo ſeruorum atque ancillarum numero aſpectabilem, & pomario ad balneos, & delicias ſplendidam; quod longè alienum eſſe ſolet à miſerabili captiuorum & exulum conditione. Incredibile quas poſſidebat Ieroſolymis diuitias, in Babylonem attuliſſe. Et quamuis Iudæi vias omnes opum congerendarũ benè norint, in tam breui tempore impoſſibile videtur, tantas opes congeſſiſſe. Verùm enimverò perſpicuum eſt, quòd Nabuchodonoſor, cùm primò Iudæam ſubiugauit, fœdere cum Iudæis inito, primæ nobilitatis viros, & regio ſanguine præluſtres ſecũ abduxiſſe, nõ tamquam captiuos, ſed tamquam obſides: quos non velut hoſtes, ſed tamquam amicos fouebat. Cuius indicium eſt, quòd tres ex illis in aulam admiſerit ſuam, eiſque cibum ac potum de menſâ regiâ miniſtrare iuſſerit. Mirum ergò videri non debet ſi Ioakimo Suſannæ marito conceſſerit domum ſplendidam cum vicino pomario, cum aliis ornamentis, ſiquidẽ ipſe erat *honorabilior omniũ*. Itaque erat Ioakim, vt rerum & temporum cõditio ferebat, *diues valdè*. (Quâ de re nuper agebamus §. 4. n. 13.) Ita communiter Interpretes, vt veritatẽ huius hiſtoriæ tueantur. Veroſimili etiam cõiecturâ addit Euſebius, quòd cùm Ioakim abductus ſit in Babylonem, vt obſes potiùs quàm mancipium, ideò intactis fortunis frui licuit.

Quo pacto Ioakim exul potuerit tunc eſſe diues valdè.

Euſebius Strom. 8. cap. 2.

Et erat ei pomarium vicinum do-
9 mui ſuæ.

Aliqui apud Hectorem Pintum, pro *pomario* habent *pomærium*, mendoſè quidẽm. Græcè eſt *paradiſus*: ſic appellant hortum amœniorem atque elegantiorem tum herbis, tum arboribus conſitum: itaque pro viridario ac pomario accipitur.

Hector. Pint. Græcus Vatablus

Eò quòd eſſet honorabilior omniũ.

Vatablus vertit: *Quoniam honore ceteris omnibus præſtabat. Honore*, id eſt, nobilitate ac opibus, alioqui plures regio Iudæorum ſanguine præluſtres, in Babylonico exilio detinebantur. Itaque ſignificat Ioakimum dignitate, exiſtimatione, & auctoritate primum eſſe inter Iudæos: quare illius domum reliqui exules Iudæi frequentabant.

Ioakim honore, & opibus vltra reliquos eminebat.

Verſ. 5. Et conſtituti ſunt de populo
10 duo ſenes iudices in illo anno.

Ex hoc Iulius Africanus hanc hiſtoriam falſitatis arguebat. Quomodò enim, inquit, in Babylone Iudæi ſuos habuiſſent Iudices, cùm exules & captiui eſſent, & Babylonis ſubiecti? Hanc obiectionem ſoluimus ſupra §. 4. num. 3. Ex indulgentia enim Iudæis permiſiſſe Chaldæi binos Iudices, qui eorum cauſſas ſecundùm patrias leges tractarent. Simili indulgentia idem eiſdem Iudæis ſibi ſubiectis permiſerunt Romani, Ioãnis 18. v. 31. Addit Cornelius nũc Antuerpiæ mercatores Luſitanos & Italos ſuæ gẽtis habere Magiſtratus: & Hiſpali & Vlyſſipone Flãdrij etiam mercatores, ſuos habent iudices, vt ibi notauit Tirinus. *In illo anno* dicũtur hi iudices cõſtituti ſeu creati. Hinc Interpretes inſinuãt annuos fuiſſe. Quid ſi illo anno creati, nõ forent annui, ſed biennio, aut triennio ius dicerent? Aliundè, opinor, res definienda eſt pro regionũ cõſuetudine, & Magiſtratuũ maiori aut minori dignitate.

Iul. Africanus

Iudæi apud Babylonios habebant binos Iudices, qui ius eis

Ioann. 18. Cornelius

Tirinus

De quibus locutus eſt Dominus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Baby- 11
lone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

Magna hinc oritur quæſtio, ab Interpretibus pugnaciter agitata, vbi nam de his iudicibus, de eorum impiè ſceleroſâ nequitiâ, & atrociori eius ſupplicio, locutus ſit Deus. Multi putant id Deum locutum & comminatum fuiſſe per Ieremiam prophetam cap. 29. v. 22. *Et aſſumetur*, inquit, *ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iuda, quæ eſt in Babylone, dicentium: Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit in igne: pro eo quod fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorũ ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter.* Eóque nonnulli progreſſi ſunt, vt quaſi foret indubium, hunc Ieremiæ locum neceſſariò fore de his ſceleroſis ſenibus intelligendum, hanc de Suſannâ hiſtoriam falſitatis arguant, quaſi parum congruat cum Ieremiæ vaticinio. Porrò hęc hiſtoria refert latam à populo ſententiam iuxtà Danielis iudicium: at in Ieremiâ dicitur ſenes à Nabuchodonoſore puniendos. Dein in hac hiſtoriâ dicitur illos ſenes lapidatos à populo hic v. 61. iuxta legẽ latam cõtrà adulteros: in Ieremiâ autem aſſandos, torrendos, aut comburendos à Nabuchodonoſore. Plura etiã congerunt è re chronologiæ quò probent non conuenire hoc Ieremiæ vaticinium cum hiſtoriâ de Suſannâ, in hoc 13. Danielis capite relatâ.

An hi ſenes fuerint Sedecias & Achab, de quibus loquitur Ieremias?

Ierem. 29.

12 Verùm demus aduerſariis hunc Ieremiæ locum non conſentire cũ hâc hiſtoriâ de Suſãna, neq; hos iudices eſſe Sedeciã & Achab, ſed alios quoſpiam, qui à Ieremiâ dicuntur Pſeudoprophetę, hi iudices; hi lapidati, illi autem frixi; quid inde aut contrà veritatem huius hiſtoriæ de Suſanna, aut aduersùs indubiam Scripturarũ veritatẽ? Id libenter admittunt, & ſeriò cenſent noſter Maldonatus atque Pererius in hoc c. 13. Danielis, & Sanctius ibi, & in 29. caput Ieremiæ, in eam inclinat Emanuel Saà, & Menochiùs; eandem multis probat Lanſelius in Marianę ſupplemento, in Danielis cap. 13. & Gordonus, & Guilielmus Eſtius in Ieremiæ cap. 29. Quid ergò indè abſurdi, ſi non admittatur tamquam vera hæc Iudæorum traditio;

Maldonatus Pererius Sanctius Emman. Saà Menochius Lanſelius Gordonus Eſtius

præſertim cùm adducatur, vt tamquam falſa repudietur authentica & canonica de Danielica Suſannâ hiſtoria?

13. Ceterùm veroſimiliùs cenſemus, hanc Ieremiæ prophetiam aptè congruere cum hâc hiſtoriâ de Suſannâ; non quòd huius hiſtoriæ veritas hoc adminiculo egeat; ſed quia alterutrum alteri idoneè conſentit. Refertur pro hac ſententiâ Origenes lib. 10. Strom. & S. Hieronymus in hoc cap. 13. Danielis, & in Ieremiæ cap. 29. Nec inidoneè quidèm: nam etſi demus Lanſelio, id intentiùs adnitenti, Origenem & Hieronymum referre duntaxat Hebræorum traditionem, non tamen diſertè expreſſiſſe quid ipſi cenſerent, vt conſtat ex verbis, *referebat* Hebræus, *aiunt* Hebræi; tamen ſi attentius legantur, in hanc ſententiam valdè inclinant, vt non mirum ſi illius ſectatores communiter habeantur. Eam autem expreſsè amplectuntur Rabanus Maurus, S. Thomas, Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionyſius Richel, Chriſtophorus à Caſtro in illum Ieremiæ locum, & ibi etiã Cornelius, Tirinus hic, Salianus tom. 4. an. m. 3436. num. 46. Martinus del Rio Adag. 861. Adrichomius, Torniellus, & Capella, ab eodem inibi Saliano allegati, meliori fide quàm Pererium allegat; nam lib. illo 56. in Danielem, tandem oppoſitum tanquam verius & expeditius cenſet. Hanc etiam tenet Hector Pintus in hoc cap. 13. eam ethicè etiam luculenter adornat noſter Euſebius nuper laudatus, Strom. 8. cap. 5. & cap. 22.

Ieremias alludit ad hanc Suſannæ hiſtoriam.
Origenes. S. Hieronym.
Lanſelius
Rabanus. S. Thomas. Lyranus. Hugo Card. Dionyſius. Caſtro. Cornelius. Tirinus. Salianus. Mart. del Rio. Adrichomius. Torniellus. Capella. Hector Pint. Euſebius.

14. Ducor in hanc ſententiam, non quòd cogar hâc Hebræorum traditione, de conſonantiâ ſeu colluſione illius loci Ieremiæ cum hoc 13. c. Danielis, quam facile, & impunè poſſemus abiicere cũ auctoribus nuper n. 12. allegatis, ſi ea videretur inidonea, & parũ veroſimilis. Sed quia facilè & expeditè conſentiunt vtriuſque loci contextus, perſonę, locus, crimen; nec criminis ſuppliciũ, & tempus incõmodant. Quoad perſonas attinet, in nominibus vacat diſſonãtia: nomina enim quę Daniel omiſit, Ieremias expreſſit. Daniel eos appellat *ſenes*; Ieremias autẽ eos in reliquiis ſeniorum tranſmigrationis numerat. Apud Danielẽ dicuntur Iudices, qui ſimul referuntur fuiſſe teſtes, & quidem falſi & iniqui aduersùs Suſannam; apud Ieremiam autẽ inibi ſcribitur: *Ego ſum iudex & teſtis, dicit Dominus*. Quaſi dicat: Vos malitioſè functi eſtis iudicũ ac teſtium munere in Suſannæ condemnatione; non ſic ego in illius liberatione, de dãnatione veſtrâ. In quo maximè iudicio apparuit iudicare Dominum, cùm per puerulum Danielẽ, ius ſenioribus dixit. Ex quibus verbis rectè colligit Salianus, hos ſenes non ſolum fuiſſe Pſeudoprophetas, ſed etiã iudices, quod illa aduerſatiua Domini ad ipſos, benè arguit, præcipuè in ſubobſcuro & arcano Prophetarum ſermone.

Probatur conſonantia Ieremiæ cum Suſannæ hiſtoriâ.
Ierem. 29.
Salianus

15. Adhæc alterum ſenum dixit Daniel. Species decepit te, & cuncupiſcentia ſubuertit cor tuum: *Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis* (id eſt, vobiſcum coibant, vt inibi dicetur) *ſed filia Iuda* Suſanna *non ſuſtinuit iniquitatem veſtram*. Id apprimè reſpondet verbis Ieremiæ loquentis de ſupplicio Sedeciæ & Achab: *Pro eo quod fecerunt ſtultitiam in Iſraël, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.* Nimirùm caſtiſſima Suſanna potiùs timuit Deum, quàm vos, etſi iudiciariâ poteſtate & auctoritate armatos, & atrocioribus minis terribiles; ideoquè renuit vobis impudicè acquieſcere. Non ſic reliquæ mulierculæ, quę timore veſtro perculſæ, vobis impudicè acquieſcebant. Addit Hieronymus in illud c. 29. Ieremiæ, quòd etiam hi ſenes miſeras mulierculas, quæ circumferebantur omni vento doctrinæ, ſic deceperint, quòd dicerent eis, quia de tribu erant Iuda, Chriſtum de ſuo ſemine eſſe generandum; quæ illectę cupiditate præbebant corpora ſua, quaſi matres futuræ Chriſti. Sic Rabbinica iſta commentatio, quam non tenet, ſed allegat Hieronymus, exponẽs illa verba, quę ſubdit Ieremias: *Et locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis.*

Daniel. 13. v. 57.
Ierem. 29.
Iterùm Ieremias annuit de Suſannâ hiſtoria.
S. Hierony.

16. Præter chronologiam temporis, mox expediendam, de ſupplicio ſceleroſis hiſce ſenibus inflicto, gemina oritur difficultas. Altera, quòd in Ieremiâ, eorũ ſupplicium dicatur à Nabuchodonoſore vibratum; in Suſannę hiſtoria, à Iudæorum populo. Altera quòd in Ieremiâ dicantur frigi, & torreri igni; in Suſannæ hiſtoriâ lapidibus obrui. Verùm ſic ſcribitur hîc v. 61. *Et conſurrexerunt aduersùs duos presbyteros, feceruntque eis ſicut male egerant aduersùs proximũ, vt facerent ſecundum legẽ Moyſi: & interfecerũt eos.* Scilicet hos Iudices enormioris flagitij conuictos, cùm non haberent ex Iudæis ſuperiores ſe à quibus dãnarentur, ad Nabuchodonoſoris forſan tribunal delatos, ab ipſo ſententiam mortis accepiſſe; & iuſſos primò lege talionis, tamquam adulteros lapidibus obrui ſecundùm legem Moyſi Deuter. 19. v. 19. vt factũ innuit hic Daniel v. 62. Dein quaſi Pſeudoprophetas, & impiè falſarios, igni tradi, & frigi ſeu aſſari, vt prędixit Ieremias v. 22. τὸ *frixos* mitigat Vatablus, *vſtulatos* exponens. Nam vt olim Acham Ioſue 7. ita hos duos Daniel dicit, primò lapidibus oppetituros iri, ſecundò Ieremias frixum iri, ſeu aſſatum, ſeu vſtulatum igni. Sic frixi poſteà Machabæi lib. 2. cap. 7. & alij Iudæi Amos 4. v. 2. Ita ſuccinctè atque expeditè Tirinus. Intermitto quod Pintus hîc, & noſter Caſtro in Ieremiæ 29. & alij paſſim, per ignem, quodlibet atrociſſimum ſupplicium accipiunt, quod multis Scripturæ locis adſtruunt, & mihi veroſimilius apparet.

Duplex argumentum proponitur, & ſoluitur.
Hîc v. 61.
Vatablus
Ioſue 7.
2. Machab. 7.
Amos 4.
Tirinus
Hector Pint.
Caſtro

17. Ne autem temporis chronologia nobis obſtrepat (etſi alij aliter ſentiant) veroſimile cenſeo Danielem eſſe duodẽnem, cùm contrà ſenes illos iudicem egit. Ita S. Ignatius in illâ epiſt. ad Magneſianos, & Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ Hiſtor. xx. Interpretes illum hîc appellant *puerulum iuniorem* Sanctus Auguſtinus Serm. 242. de Temp. ait non fuiſſe pubeſcentis ætatis, id eſt, non attigiſſe decimum quartum annum,

Daniel duodennis Suſannam liberat.
S. Ignatius
Seuer. Sulpit.
S. Auguſt.

Peterius. Salianus.

annum, quem ſequitur noſter Pererius lib. 16. in Danielem. Ergò ponamus Danielis natiuitatem anno primo regis Ioakim (nihil enim hanc chronologiam incommodat, vt eruditè docet Salianus;) cùm miſſa eſt Ieremiæ epiſtola in Babylonem, cum prædictione mortis Pſeudo. Prophetarum, agebat Daniel annum vndecimum, ſequutus eſt annus duodecimus, quo peracta hiſtoria Suſannæ contigit. Conſule hâc ſuper re Chriſtophorum à Caſtro & Cornelium à Lapide in cap. 29. Ieremiæ, & Salianum tom. 4. an. m. 3436. n. 47. Neque vllâ ratione cogimur aſſerere, cùm accidit hæc hiſtoria de Suſannâ Danielem iam eſſe eruditum omni ſapientiâ Chaldæorum; imò ex *pueri iunioris* facto, illius celebris fama increbruit. Adeò vt Ezechiel cap. 14. Verſ. 4. ſub id tempus dixerit: *Et ſi fuerint tres viri iuſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipſi iuſtitiâ ſuâ liberabunt animas ſuas.* Hic autem non loquitur de Daniele iam defuncto, aut grandæuo; ſed tamquam homine tunc opinatiſſimo, & præluſtri prophetiæ Spiritu, & ſanctitatis famâ, in quacumque fuerit ætate. Conſule indidem expoſitores. Quærant ergò per me Maldonatus & Sanctius alium Scripturæ locum, vt interpretentur τὸ *De quibus locutus eſt Dominus.* Legatur Sanctius ibi, qui eruditâ ſagacitate multa tentat, quæ vſui erunt his, qui oppoſitam ſententiam ſuprà num. 12. relatam, ſectantur; & quibus facilè adnuerem.

Caſtro. Cornelius. Salianus. Ezech. 14. v. 14. Maldonatus. Sanctius.

18 Qui videbantur regere populum.

Cùm ait *Qui videbātur* regere, his ſenibus nō negat iudiciariā poteſtatē & auctoritatē, quam verè habebant, & ritè obibant; ſed prauam muneris adminiſtrationem denotat ſub fictâ auctoritate & probitate. Scilicet hi ſenes ea ostentabant in ore grauitatem, eam præ ſe ferebant in moribus integritatē, & ſanctitatis ſpeciem fictè compoſitam, vt omnem Dei populum in officio continere viderentur. In auctoritate & exiſtimatione regendi populum erant, videbantur quidem regere, non regebant. Idolum iudicum appellares, non iudices: ſic explicat ex Origene Hieronymus; & ex Hectore Pinto Gaſpar Sanctius. Quod Zacharias expreſſit cap. 11. ℣. 17. *ô paſtor & idolum*, quæ antiqui & recentioris æui calamitas eſt.

Origenes. S. Hieronym. Hector Pint. Sanctius.

19 *Verſ.* 6. Iſti frequentabant domum Ioackim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.

Cùm Ioakim eſſet diues valdè (pro vt exilij ferebat conditio,) & amplam haberet domum cum vicino pomario, inſtitium in eâ contribulibus Iudæis indulſit. Vndè ad illos veniebant *omnes qui habebant* iudicia, Græcè omnes *qui iudicabantur*, ſcilicet litigantes.

Græcus.

20 *Verſ.* 7: Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.

Poſt dimiſſum populum Suſanna ambulacrum frequentat.

Nempe cùm Hebræus populus meridianâ hora egreſſus eſſet domo Ioakimi, vbi cauſæ & controuerſiæ à iudicibus agebantur; & vnuſquiſque ſe in proprias ædes contuliſſet: quia tunc erat domus à ſtrepitu forenſi vacua, tunc è ſuo domicilio egrediebatur Suſanna & animi gratiâ ingrediebatur pomarium: hactenùs enim modeſtiſſima imprimis matrona, æquè & venuſtiſſima, vt omnium oculis ſe ſubduceret, domeſtico abdebatur receſſu.

Verſ. 8. Et videbant ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem. 21

Nimirùm cùm tandiu præſtolaretur Suſanna donec frequens populus, qui dirimendarum litium cauſſâ venerat dimitteretur, tunc è proprio domicilio, ſeu conclaui exibat, & quo animum laxaret, ingrediebatur pomarium. Itaque verecundiæ ac pudicitiæ gratia à promiſcui populi oculis diligenter ſibi præcauebat: nec ſibi cauendum putabat ab oculis duorum ſenum, propter canam frigidæ ætatem, & præfecturæ præcelſum munus; quod etiam in iuuenili ætate petulantia inhibere ſolitat. Sanè *ingredientem* & *deambulantem* videre potuerunt, nunquam ſe lauantem: ad balneum enim maiorem adhibebat cautelam, vt par eſt. Hi autem ſenes poſt dimiſſum etiam populum, non diſcedebant è domo, quaſi ſeorſim de rebus agendis, ac dirimendis litibus ſecum maturiùs deliberarent.

Cur ab his Iudicibus non ita ſollerter ſibi, præcauet Suſanna?

Verſus 9. Et euerterunt ſenſum ſuum. 22

Etſi omnis immoderatus affectus mentem obſcuret, & peruertat ſenſum; id potiſſimum libido præſtat. 3. Reg. 11. Verſ. 4. *Et auerterunt mulieres cor eius* (Salomonis:) *Cumque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres.* Et Oſee 4. Verſ. 11. *Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor.*

3. Reg. 11. Verſ. 4. Oſee 4. v. 11.

Et declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum.

Non putauerim hîc, ſic declinare oculos, *vt non viderent cælum* intelligi debere de materiali cæli intuitu: nam licet nolis, cæleſtis machina ſideribus præluſtris, humanis, & bellulnis etiam oculis ſæpe occurſat. Spectare ergò cælum eſt, in illo aliquid excelſum agnoſcere & ab illo aliquid aut timere aduerſum, aut ſperare proſperum: Hoc ſenſu dicuntur homines non videre cælum, etſi illud aſſiduè ſuſpiciāt; quia eo aſpectu ad amanda cæleſtia, & ſpernenda terrena non excitantur. Pſal. 16. Verſ. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* Id eſt nihil timent, aut ſperant è cælo. Quare hîc *cælum* pro Deo ſumitur continens pro contento. Ita Sanctius in Danielis cap. 4. numero 62. & adhuc verſ. 9. Maldonatus, Hector Pintus & Cornelius, qui plura eruditè coegerunt loca ex vtrâque eruditione, vt probet cælum accipi pro Deo. Matthæi 21. Verſ. 25. *Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cælo?*

Cælum pro Deo accipitur quare? Pſal. 16. verſ. 12. Sanctius. Maldonatus. Hector Pint. Cornelius. Matth. 21. Verſ. 25.

Hic V. 35. id eſt, à Deo? Et hîc Verſ. 35. *Quæ flens ſuſpexit in cælum*, id eſt, ad Deum. Quare hic conſectariè ſubditur.

Neque recordarentur iudiciorum iuſtorum,

Quibus Deus occulta etiam ſcelera punit. Porrò ſceleroſiores impij iudiciorum Dei obliniſcuntur, iuxtà illud Pſal. 9. Verſ. 5. *Auferuntur iudicia tua à facie eius.*

Pſal. 9. apud Hebr. 10 V. 5.

Verſ. 10. 11. 12. 13. 14. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec in-
23. dicaueruntſibi viciſſim dolorem ſuum.

Pro τò *vulnerati amore eius*, LXX. interpretes habent, *Compuncti pro eâ*, Scholiaſtes, *puncti concupiſcentiâ vehementer*, Vatablus in notis, *punctì de eâ, aut, propter eam, id eſt, ſaucij eius amore.* Cùm hi ſenes dicantur, *puncti* aut *compuncti*, aut *ſaucij* aut *vulnerati* amore eius; conſectariè pro amore aut concupiſcentiâ, *dolorem* ſuſtinuit; dolor enim, vulneris ſequela eſt. O vide hic quo nomine expetibilior voluptas denotetur!

Amoris Synonymon, dolor dicitur.

Erubeſcebat Nec mirum in canâ ſenectute, & iudiciaria auctoritate, de concupiſcentiæ petulantia erubuiſſe.

Idem ne eſt, ſtuprum, ac ſtupri conſuetudo?

Concumbere cum eâ.

Vatablus. Vatablus vertit: *Quòd conſuetudinem eius appeterent, id eſt, ſtupri conſuetudinem habere.* Cùm autem ſenes erubeſcerent ſuam mutuo fateri cupiditatem, & inſanæ libidinis ſtudium, altérque alterum vitare cuperet, & idcircò dimittere; tandem vterque ab altero deprehenſus, crimenque confeſſus in commune deliberant de opportuno tempore exequendi facinoris: quod Babylonis æſtus, & balnei ſolitudo, æſtuantibus ad ſtuprum ſenibus, obtulit.

Salianus

Verſ. 15. 16. 17. 18. &c.

24. Itaque cùm propter æſtum lauari vellet Suſanna, & duas à ſe puellas dimiſiſſet quæ è domo afferrent, ea quæ vſui eſſe ſolent in balneis; Senes qui malitioſè latebant in pomario, derepente è latebris erumperunt, accurrerúntque, & eam ad inhoneſtum facinus, occaſione ſolitudinis, & ſemoti ab arbitris loci, inuitauerunt, addunt & violentam ab infamiæ & mortis timore machinam. Hi ſex Verſiculi adeò ſunt perſpicui, vt operâ interpretis non indigeant. Siquid autem minùs peruium occurrit, ſuccinctiùs expedietur.

Sicut heri & nudius tertius.
id eſt, ſecundum conſuetudinem, ſeu pro quotidiano more. Crebrum in Biblijs ſchema, Deuter. 19. V. 4. 1. Reg. 19. Verſ. 17. 2. Reg. 5. Verſ. 2. & alibi ſæpè.

Voluitque lauare in pomario: æſtus quippe erat.

Ex hoc loco noſter Cornelius balneorum vſum eruditè culpat. At Orientis æſtus, & inde Orientalium creber vſus, Suſannam maritatam excuſat. Conſule hic Sanctium, num. 17. & 18. &c.

Cornelius

Oleum

Liquor aromaticus, quo lautiores & nobiliores feminæ corpus in balneis vngebant ad arcēdū fœtorem ab æſtu molitum.

Quid ſit Smigma.

Et Smignata.

σμῆγμα, Medicamentum eſt extarſorium, id eſt ad tergendum accommodatum, vt eſt ſapo, aut aliud quid facultatem extergendi habens, à verbo σμεω, aut σμηχω abſtergo, ita Vatablus. Hector Pintus putat eſſe liquorem ex aquâ & hordeo ad corpus refrigerandum. Albertus Magnus apud eundem ait, eſſe generatim vnguenta, quibus ſordes abſterguntur. Lanſelius in Marianæ ſupplemento vellicat Marium Victorium in Notis ad Commentarios S. Hieronymi, audaciuſculè aſſerentem, Theodotionē habuiſſe in ſingulari σμῆγμα; non Smigmata quandoquidem nullus antiquorum dixit, & vulgata quæ hîc Theodotionem ſecuta eſt, habeat in plurali. Dein multa de *Smigmate* ſubdit non inidonea. Illud hîc non omittam, quod hæc vox σμῆγμα, quæ Eſtheris 2. in Græcis codicibus inuenitur, verti à vulgato, *mundum muliebrem*, Quaſi Suſanna dum *oleum* expetit, expetat quicquid requiritur ad vnctionem; & nomine *ſmigmatis*, lineos pannos, quorum eſt vſus in balneis.

Vatablus — *Hector Pint.* — *Albert. Mag.* — *Lanſelius* — *Mar. Vict.* — *Smigma ponitur pro mundo muliebri.* — *Eſther. 2. verſ. 15.*

Verſ. 22. Ingemuit Suſanna, & ait:
Anguſtiæ ſunt mihi vndique. 25.

Coarctabatur vndique Suſanna, & anguſtiæ cauſam ſtatim ſubdit:

Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras.

Nempe ſi veſtræ libidini obſequar, *mors mihi eſt*, id eſt, rea lapidationis & mortis ero per legem, quæ iubet, adulteras lapidari, Leuitici 20. & Deuter. 22. ita Hieronymus. Vel aliter, Mors mihi eſt, ſi non corporis, certè animæ per peccatum, ſi vobis ſponte conſentiam. Ita Auguſtinus lib. 1. de Ciuit. c. 18. & 19. Bern. Serm. 3. de Annunt. Chryſoſtomus homil. de Suſannâ, quos communiter ſequuntur interpretes: Denique P. Didacus Daza, mēs in ſcholis philoſophicis Magiſter in Iacobi Epiſt. cap. 1. v. 15. §. 1. hunc locū de conſcientiæ tormento exponit, aiens, *Si enim hoc egero, mors mihi eſt*, id eſt, inſtar mortis præ anguſtiâ & dolore animi: neque enim de verâ morte loquitur, quam potiùs fugeret conſentiendo, & in hunc ſenſum plura Scripturæ loca eruditè adaggerat, Ceterum *anguſtias* effugiſſet omnes Suſanna, ſi vi, & metu infamiæ, & mortis compulſa, ſi permiſiſſet adulteris ſuam explere libidinem, non conſentiendo vel cooperādo, ſed permittendo, & negatiuè ſe habendo, vt ex Soto, Nauarro, & alijs Doctoribus obſeruat Tirinus adhuc verſ. 22. & Cornelius in v. 23. qui exindè maximè, vt par eſt, commendat caſtitatem Suſannæ, & huius heroinæ puritatem deprædicat: quippè cui nō ſatis fuit animam à peccati labe intaminatam ſeruare, ſed inſuper vitæ ac famæ iacturâ, corporis pollutionem deuitare. Legatur hîc Cornelius, & Hector Pintus, qui rē ethicā cum litterali miſcent: de quâ nos in §§. ad mores concinnatis paullo liberiùs.

Leuit. 20. Deuter. 22. — *S. Hierony. S. Auguſtin. S. Bernard. S. Chryſoſt.* — *Didacus Daza.* — *Sotus Nauarrus Tirinus Cornelius* — *Suſanna puritas commendatur.* — *Cornelius Hector Pint.*

Verſ.

26. *Verſ.* 23. Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

Satius iudicari Suſanna mori, quàm in Deum peccare.

Caſtiſſima & ſanctiſſima Matrona non diu de re grauiſſimâ deliberando hæſit, ſed confeſtim arrepto viuidè inolitæ caſtitatis propoſito, ſtrenuè reſpondit, ſatius ac experibilius ſibi fore, falſo iudicari adulterij rea, cóque nomine in hominum manus propudiosè incidere, vtrique lapidanda, quam nefario ac infido opere, Deum, quem præſentem & rei teſtem nouerat, vllo modo offendere. Conſultò ait, *peccare in conſpectu Domini:* porrò ſalaces malicioſè Senes, latebras allegabant tamquam ſtupri lenones, aientes verſ. 20. *Ecce oſtia pomarij clauſa, ſunt & nemo nos videt*, reſpondet ergò Suſanna: Eſto, nullus hominum nos videat; at ſcelus oculos Domini non effugiet, quare Dei præſentis oculos reformido; malóque mortem atrociter infamem incurrere, quàm peccare in conſpectu Domini. Lanſelium hîc eruditè ſcupuloſum lego, quem videtur oſtendere vocula *meliùs*. ne bonum dicatur, *peccare in conſpectu Domini*; ſiquidem tamquam *meliùs* eligir incidere in ſeniorum iudicum iras at manus: *meliùs* enim adſpectu ad *bonum*, non malum, quale eſt peccare coram Deo. Profectò peccatum non eſt bonum honeſtum; eſt autem delectabile, & aliquando vtile: quid ergò prohibet arduã virtutem voluptuoſo ſceleri præferre? Præterquàm quod cùm Hebræa lingua comparatiuis careat, perinde fuiſſet Theodotioni excripſiſſe, *melius ac bonũ*, nec diuerſus hic euaderet ſenſus: quod longè impeditius quam præſtat alibi Vulgatus interpres.

Hîc v. 20.

Lanſelius

Theodotiõ.

27. Sanctius

Verſ. 24. Exclamavit voce magnâ Suſanna: exclamauerũt autem & ſenes aduerſus eam.

Exclamauit voce magnâ (ait eleganter inibi Sanctius,) quia viribus deſperabat Suſanna ſe quicquam effectura contra duos, neque credebat eorum æſtuantem libidinem, aut metu aut precibus reſtingui poſſe; ad arma confugit, quæ muliebrem infirmitatem armant, & muniunt, ad clamorem videlicet, quo auxilium aduocat, quo vim illam pluſquam hoſtilem à ſe depellat; & eò clamat altiùs, quò rem ſibi chariſſimam in diſcrimen adduci ſentit. Hoc Suſannæ exemplo docet Ambroſius ad Virginem lapſam cap. 4. quâmſit difficile nolentem & obluctantem violare: *Sed dices*, inquit, *nolui hoc malum, violentiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna, cuius tu nomen fallaciter baiulas. Ego enim inter duos preſbyteros poſita, inter duos vtique iudices populi, ſolas inter ſiluas paradiſi conſtituta vinci non potui. Tu ab vno ineptiſſimo adoleſcentulo, & in mediâ ciuitate, quomodò vim potuiſti perferre, niſi quia vltrò voluiſti violari? quis denique voces tuas audiuit? quis obluctationes ſenſit?* Audito clamore Suſannæ implo-

Clamat Suſanna auxilium à domeſticis implorans.

S. Ambroſ.

P. Didac. Celada in Suſannam.

tantis auxilium contrà ſenes libidine æſtuantes, ipſi etiam Exclamauerunt, quippè qui Suſannæ clamore iam proditi erant, vt ipſi prius Suſannam accuſarent; ne intentati ſceleris rei, ſed integerrimi flagitij vindices eſſe putarentur.

Cur Senes etiam clamauerint.

28.

Verſ. 25. & 26. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij,

Vt illac ingreſſi fuiſſe viderentur; aut potiùs eâ iuuenem, qui ibi fuiſſe mentituri erant, euaſiſſe dicerent, vt teſtati ſunt poſtcà verſ. 39. ita Maldonatus, & Cornelius Audito autem magno clamore, accurrunt famuli.

Maldonatus Cornelius.

Verſ. 27. 28. Poſtquam autem ſenes loquuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer.

29.

Græcè ita excribitur: *Poſtquam autem ſenes rationes ſuas expoſuerant*, id eſt, criminationes, erubuerunt ſerui. Nimirum clamore acciti famuli irruerunt per poſticum, occultiores videlicet horti fores, & ſtatim occupatâ accuſatione ſenes caſtiſſimam Matronam adulterij inſimulant: quæ accuſatio tam prodigioſa, tam inopinata, atque inſolens, familiam in ruborem ac ſtuporem dedit. Nec deſuit repellendo crimini Suſanna, cui anteacta vita dumtaxat patrocinabatur nunquam enim huiuſcemodi ſermo de ea auditus fuerat. Sed accuſatorum conditio, ſeminuda mulier, & ſolitudo loci, & fabulæ callidè compoſitæ veriſimilitudo, non parùm fidei faciebant.

Græcus

Salianus

Veriſimilia contra Suſannam indicia.

Facta eſt dies craſtina.

Græce & factum eſt poſtero die, eſt Hebraiſmus, pro cum poſtero die populus conueniſſet. Scilicet illuxit intereà, & cum turbatione familiæ, & ſeruum operà increbuiſſet rumor de Suſannæ impudico ſcelere, frequens populus Ioakimi ædes occupauit, vt de re hactenùs inopinatâ ſciſcitarentur, & veritatem addiſcerent: adfuerunt autem & duo ſenes ſubdola vafrè conſilia meditati, vt Suſannam populi manibus ex lege obruerent.

Verſ. 29. Et dixerunt coram populo Mittite ad Suſannam

30.

Mittite, Id eſt, accerſite. Nẽpe illi duo ſenes, congregato populo, actores ſimul ac teſtes futuri tamquam iudices iubent Suſannam accerſiri, & ante tribunal ſiſti.

Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuerſis cognatis ſuis,

Cur omnis cognatio Suſannam ream comitatur?

Vt ſi qua ſe via ad liberationem aperiret, ſupplicium auerterent, vel ſaltem illam quaſi iam damnatam & mortuam, ad ſepulturam attati proſequerentur. Ita Salianus, & Sanctius: qui ſuſpicatur forſan id in more poſitum apud Hebræos, ſicut apud Romanos. Conſule eum hîc num. 28.

Salianus Sanctius.

Verſ. 31. & 32. & 33. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulcra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur. &c.

31.

Sanctius

Putat Sanctius Suſannæ caput obuelatum eſſe, tamquam capitali ſupplicio deuotum: deuotis autem capitali ſupplicio caput obnubi, eruditè probat ex Hebræorum, Perſarum, ac Romanorum conſuetudine, de quo & nos ad Eſtheris cap. 7. §. 179. n. 7. Sed non adducar vt credam, hanc ob cauſſam Suſannæ caput ac faciem velatam fuiſſe. Hactenus enim nulla vllius Iudicis ſententia præceſſerat, quæ id iuberet. Nec eſt veroſimile, quòd illa ſe velamine prædamnaſſet, & ſecum egiſſet tamquam cum damnatâ ad mortem, præuento intempeſtiuè Iudicum officio. Putauerim autem cum ipſo inibi Sanctio, eos qui in graui luctu ac mœrore erant, ſolitos capita velare. Iuſſerunt autem iniqui iudices, vt diſcooperiretur,

Auctor in Eſtherem. — *Velato capite ſtat rea Suſanna.* — *Sanctius*

Vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Neceſſe eſt profligatiſſimam fuiſſe horum ſenum libidinem, quam tragicus ille rerum ſtatus non mitigauit. Atque at eam nuſper ignominiam velamen oculis obiectum, ſed hoc etiam leuamen aufert crudelis impotenter libido, vt ſaltem ex viſu aliquid luxuria delibet. Opinor, adſpectu ad diſcoopertam tunc Suſannæ faciem, Sacrum Hiſtoricum iterum induxiſſe eximiam Suſannæ venuſtatem quam pudor venuſtiùs depinxit virtutis colore: nam ignominiæ immeritæ verecundia illam exaggeratiùs venuſtauit. Complorant igitur omnes ſui, ob tantam, tamque inopinatam tragœdiam, quæ etiam ab aliorum oculis lacrymas exprimebat.

Pre verecundia, colore virtutis Suſanna pingitur, ac venuſtatur.

Verſ. 34. & 35. Poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.

32.

τὸ *ſuas* omittunt Græci codices, ſed rectè appoſitum eſt à vulgato; quia cùm capitalis flagitij eſſent teſtes, id ritè fecerunt, iuxta illud Leuitici 24. v. 14. *Educ blaſphemum extrà caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus.* Quod expromptiùs hi duo iudices præſtiterunt, vt ad eam propiùs accedentes, eximiam eius venuſtatem meliùs è propinquo contemplarentur, quam idcirco diſcooperiri nuper iuſſerant. Ita Maldonatus, Menochius, Pintus, Lanſelius, & Sanctius. Addunt plerique illâ manuum impoſitione ſignificari, reum eſſe capitali ſupplicio inſtar anathematis & piacularis victimæ afficiendum. Adi Leuit. cap. 1. ℣. 4. & cap. 4. ℣. 4. & 24. & cap. 16. ℣. 21. & Deuter. cap. 17. ℣. 7. In hanc expoſitionem inclinat Salianus; prior autem veroſimilior apparet: nunc enim hi duo ſenes, in cauſſa capitali, tertiam perſonam agunt. Ad hanc manuum impoſitionem quod erat indicium teſtimonij in capitali causâ Suſanna fuit memor minarum falſi teſtimonij in ipſam deponendi, ni ipſis adnueret; fletu illud auguratur, & capitalem ſententiam anteuertit. Sed cœlum flebilis ſuſpicit, & linguato ſilentio oculorum ſurſùm aſpectu, Deum veritatis vindicem, & caſtæ innocentiæ aſſertorem, ſibi in tantâ calamitate aduocat auxiliarem: neque enim ſpem extrema calamitas excuſſit.

Græcus — Leuitici 24. — *Cur Senes manum imponant ſuper caput Suſannæ?* — Maldonat. — Menochius — Pintus Lanſelius — Sanctius — Salianus — *Flebilis Suſanna cœlum ſuſpicit.*

Verſ. 36. & 37. & 38. & 39. & 40. Et dixerunt presbyteri, &c. 33

Accuſatores potiùs quàm iudices aut teſtes, execrabile propudioſi adulterij flagitium, quod illi per calumniam, quantâ maximâ potuerunt probabilitate confictum, pertexerunt, vera falſis infarcientes, vt illa ex his fidem acciperent. Verum erat ingreſſam cum duabus puellis, iuſſiſſe claudi oſtia pomarij; ſed falſum erat dimiſiſſe puellas, vt illis inſcijs peccaret, vt illi innuunt, ſed vt afferrent lotioni neceſſaria: falſum quoque eos deambulaſſe in pomario, cùm laterent in angulo abſcondiri contemplantes eam, vt ipſi mox fatentur. Verum eſt accurriſſe eos ad eam, ſed vt flagitium perpetrarent, non vt impedirent. Falſum autem quicquid de adoleſcente, aut peccante, aut excutiente ſe à ſenibus, aut aperiente oſtia, aut foras exiliente fabulantur: ficta quoque de illo apud Suſannam facta interrogatio, recuſataque reſponſio. Et tamen impudenter, *huius rei*, inquiunt, *teſtes ſumus.*

Salianus anno m 3418. Su. 28. — *Senes veris falſa infarciunt.*

Verſ. 41. Credidit eis multitudo, quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. 34

Incertum vulgus, quod ex ſuperficie cenſuram vibrat, penes quod ſiniſtram in partem ſtrenua ſuſpicio eſt re penitiùs indiſcuſſâ, credidit ſenibus atque iudicibus, quaſi nihil auderent affigere veritati, in re præſertim tantâ. Itaque de populo dictum eſt, quod hiſce ſenibus credidit; & addit ſacer Hiſtoricus.

Et cōdamnauerunt eam ad mortē: τὸ *condemnauerunt*, ad populum refert Maldonatus, & Menochius: non quidem iuridica auctoritate, quam populus non habebat, ſed propriâ quiſque taciraque animitùs ſententia, quam exclamando, atque inſultando expreſſit, cùm ſciret adulteram capitis damnandam eſſe, Leuitici 20. ℣. 10. Deuter. 22. v. 22. Confeſtim autem iuridicè damnatam eſſe à Iudicibus credibile cēſent alij. Perplacet hîc noſter Sanctius, qui τὸ *condemnauerunt*, non ad populum, qui nullam damnandi poteſtatem habebat, ſed ad Iudices refert, penes quos erat tota iuris dicundi auctoritas. Quod magis verum, & iudiciorum naturæ conſentaneum eſt: nam poſtquam aſſenſit populus occultæ ſenum atteſtationi, ſtatim Iudices ſententiam pronuntiarunt iuxta Moyſis legem præſcribentem adulteros lapidari. Et quidem in hanc interpretationem valdè propendet modus loquendi, nam licèt τὸ *condemnauerunt*, poſſit referri ad *populum*, qui præceſſit, populus enim pluratiuo verbo ſolet etiam adiungi; at cùm iam numeri ſingularis verbum anteceſſit, nempè *credidit*, duriuſculum foret concinenti ſermone, tàmque perbreui interuallo numerum fuiſſe mutatum; non enim aptè cohærent, *Credidit multitudo, & condemnauerunt eam*: præſertim cùm non ſit populi condemnare, ſed eius qui cum poteſtate eſt, & iudicium exercet. Petita quidem de more Sanctius!

Maldonatus — Menochius — Leuitici 20. — Deuter. 22. — Sanctius — *Non à populo, ſed à Senibus Suſanna damnatur.* — Cornelius

ctius? Peracerbas adulteris pœnas olim
35 ſanctas,hic erudite Cornelius attexit.

Voce magnâ ad Deum Suſanna clamat.

Verſ. 42. & 43. & 44. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna.

Sicut in pomario voce magnâ exclamauit, ſeruorum opem implorans,ne vllam ab impuris ſenibus vim pateretur:ſic & nunc *exclamat voce magnâ*,non vt homines (à quibus in anguſto illo rerum articulo nil ſperare poterat, ſed vt Deum aduocet auxiliatorem. Interpretatio Hieronymi abbreuiatum hic Origenem ſubolet. *Cordis*, inquit, *affectus,& mentis pura confeſsio, & bonum conſcientia,vocem eius fecerunt clariorem. Vnde magna erat exclamatio eius Deo, quæ ab hominibus non audiebatur*. Suſannam clamantem ſaltem à pluribus, qui tunc adetant auditam fuiſſe, nemo abneget : at quia arcanè clamauit Soli Deo, à quo & exaudita eſt,ab hominibus non audiri perhibetur.

S. Hieronym. Origenes.

Et dixit Deus æterne.

Nempè contrà Senes, quia falſum aduersùs eam teſtimonium malitioſe perhibent, Deum, quem ipſe Daniel tamquam *antiquum dierum*inducit, ſuæ innocentiæ teſtem aduocat. Sed cur in hoc rerum articulo, Deum *æterni* epitheto aduocat? Philo Alexandrinus lib. de inſomnijs:*Caterùm* inquit, *benefi. & potentia Deus nomen eſt, regia verò Dominus.* Sed opportuniùs lib. de Plant. Noe : *Iam* inquit, *ha voces, Deus æternus, idem valet, ac ſi dicat · Non qui aliquando largitur, aliquando non; ſed ſemper & continuo, qui ſine intermiſsione benefacit, qui dona donis cumulando continuat, cuius gratia inter ſe coniuncta ſemper in orbem redeunt.* Quaſi æternitas æternæ beneficentiæ nomen ſit. Sed myſtice potiùs quàm litteraliter opinor.

Daniel.7. V.9. Philo Heb. Cur Deum æternum potius quàm Suſanna aduocat auxiliatorem?

Qui noſti omnia antequam fiant, quantò magis hæc poſt quam facta ſunt.

Et ecce moritor.

Sic in Sacrâ Scripturâ appellatur quicquid morti deuotum & addictum eſt. Quod multis Bibliorum locis probat Sanctius; & de quo nos alibi latiùs agebamus.

Exaudiuit autem vocem eius.

Sanctius Quàm præſto Deus inuocatus miſeris adſit auxiliaris, in Paragraphis moralibus ethicè tractatur.

36 *Lapidatio erat adulterij pœna.*

Verſ. 45. Cumque duceretur ad mortem,ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris cuius nomen Daniel.

Nemo eſt, qui non cenſeat Suſannam tamquam adulterij conuictam, duci extrà vrbem vt lapidaretur ſecundùm legem. Ceterum lex Moyſis tantum iubebat occidi adulteras. Leuitici 20.v.10. eas autem lapidari iuſſere Principes ex traditione& explicatione Scribarum, & Rabbinorum. Lex enim in ſimili caſu iubebat lapidari fœminam viro deſpõſatam ſi adulteraſſet, Deuter. 22. v. 24. Vnde meritò Scribæ hanc lapidationis pœnam ad vxorem adulteram extenderunt ita paſſim Interpretes. Verùm

Leuitici 10. Deuter. 14.

noſter Cornelius ad Leuitici cap. 20. v. 10. peritè pœnam mortis intentatam adulteris fuiſſe lapidationem, quæ ibidem nominatur initio capitis, ideoque ad ſequentes & conſequenter ad adulteros extendenda eſt; vndè & eadem in fine capitis repetitur,quaſi ad ceteros capitis caſus pertineat. Quare Ioannis 8.v.5. Pharíſæi adducentes adulteram ad Chriſtum, aiunt : *In lege autem Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare* &c. Ergò Suſannam *duci ad mortem*, eſt educi extrà vrbem,vt lapidaretur.

Cornelius

Ioan. 8. v. 5.

Suſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri, &c. 37

S. Hierony.

His verbis oſtenditur(ait hîc Hieronymus) *non tunc primùm intraſſe in Danielem Spiritum-ſanctum,ſed eum qui iam erat in illo, & quieſcebat propter ætatis infirmitatem, nec ſua poterat opera demonſtrare,data occaſione pro ſanctâ feminâ à Domino eſſe ſuſcitatum.* Huic Hieronymi, vel Origenis, coniecturæ acquieſcere videtur Maldonatus cum alijs. Sed hæc expoſitio meritò diſplicet Pererio. Nam hîc manſio Spiritus-Sancti non intelligitur de gratia habituali,quam ante donum prophetiæ proculdubiò habuit & quidem permanentet; ſed de ſpiritu prophetiæ; hoc autem donum Prophetis non datur ad modum cuiuſdam qualitatis firmiter in animis Prophetarum inhærentis : nec quaſi habitum permanentem,ſed modo cuiuſdam diuinæ motionis, afflatûs, & illuminationis breui tranſeuntis. Ergò hactenus prophetauerit, ſiue non prophetauerit ; quodex hoc loco non conſtat, & aliunde cenſendum eſt; cùm vidit Suſannam ab vniuerſo populo duci extrà portam ciuitatis, vt tamquam adultera lapidaretur, & iam penè populus armaſſet manus, & ſinus lapidibus onerasſet, tunc *ſuſcitauit*,vel vt eſt in Græcis, *excitauit*,Spiritum Danielis admodùm iuuenis,vt per Spiritum prophetiæ cognoſceret Suſannam eſſe innocentem, & ſenes fuiſſe fraudulentos impudicè impoſtores; item ſpiritum congruæ audaciæ, & prudentis induſtriæ, quâ eam iam periclitanti Suſannæ opportunam efficaciter opem ferret. Itaque hic Spiritus Sanctus nuncupatur. Dici hîc poteſt de *Daniele puero*, quod de puero Ioanne ait S. Bernardus Serm. de Exult. Ioann. Baptiſtæ : *Sanctificatus eſt à peccato, & dominante Spiritu ſuperfuſus.* Spiritus dominans meritò appellatur qui regi Herodi pugnaciter obſtitit pro caſtitate,& pro eâdem hos ſenes iudices potenter profligauit.

Origenes Maldonatus Pererius

Quid ſit ſpiritum ſanctum in Daniele ſuſcitari

Iudices Spiritu dominante ſuperfuſus.

Græcus

S. Bernard.

Pueri Iunioris

Duodennem tunc fuiſſe Danielem,adſtruebamus ſuprà in hoc §.n. 17. Non pauci nec ignobiles interpretes cenſent tunc Danielem agere decimum quintum,aut vigeſimum quartum annum, quò tanto negotio tractando, & feliciter abſoluendo, impar non foret. Ceterum ſi humanitùs, non diuinitùs,res agenda eſſet, in tam anguſto rerum articulo erat tunc cauſſa Suſannæ, vt nec plurium annorum,imò & canorum ſuffragium

Non humanitùs, ſed diuinitùs à Daniele negotium geritur.

fragium Danieli ſufficeret, vt rem penè iani factam, infectam redderet: quod attentiùs conſideranti perſpicuum erit.

Danielis etymon, & ſignificatio: qui non fuit ſtrictè religioſus.

Cuius nomen Daniel.

Daniel Hebraicè ſignificat, *iudicium Dei*, quaſi vel nomine prophetet præluſtre hoc de Suſanna iudicium: S. Hieronymus vertit, *iudicauit me Deus*. Danielis dotes & elogia vide in Commentatorum in eum præloquiis. Hic autem non dimittam innotatum; quòd etſi Daniel in omni ætate ſanctiſſimus fuerit, & omni virtutum prærogatiuâ religioſè excultiſſimus, non tamen cenſuerim fuiſſe ſtrictè religioſum; ſed vmbram quamdam religionis ſectatum, vt illa ferebat ætas. Trium enim votorum Eccleſiâ approbante, profeſſionem, Euangelica, non Moſaica religio dedicauit De quo alij vberius.

Verſ. 46. Et exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius.

38

Cùm Suſanna, perſtrepente & clamante turbâ, extrà vrbem efferretur ad ſupplicij locum, neceſsè fuit vt magnâ voce Daniel exclamaret, quo turbæ tumultum; & clamorem comprimeret, & palàm voce denunciaret iniuſtum eſſe iudicium, quo innocens Suſanna ad mortem damnabatur; ſéque quàm longiſſimè abeſſe, vt illud adprobaret, & deluſo populo conſentiret, aiens: Mundus ego ſum à ſanguine huius. Quo loquendi modo vti ſolebat, quiſquis reatum alicuius criminis à ſe excutere ſatagebat. Matthæi 27. ℣. 24. Actorum 18. verſ. 6. Actor. 20. v. 6. Plures *ſanguinis* acceptiones hîc Hector Pintus congerit.

Matth. 27. Actor. 18. Hector. Pint.

Verſ. 47. Et conuerſus omnis populus ad eum, dixit: Quis eſt iſte ſermo quem tu loquutus es?

39.

Neceſſe fuit magnam fuiſſe illam Danielis vocem, quæ in tanto populi ſtrepitu audita fuit, & populum properantem non inuitum reuocauit; Suſpicatur Sanctius, quòd ideò ſubſtitit populus, quia admiratus eſt, puerum cum tantâ grauitate, atque imperio fuiſſe locutum. Sapienterque expendit illud, *Quem tu*; ac ſi dicat populus: Tu vnus contrà tam frequentem hominum conuentum; tu puer, & priuatus contrà ſenes, quique primum in populo magiſtratum obeunt?

Sanctius.

Verſ. 48. & 49. Qui cùm ſtetiſſet in medio eorum,

40.

Hoc eſt, inter illos (modus loquendi in Scripturâ familiaris) dixit:

Sic fatui filij Iſraël, non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis. &c.

Vocula neque eſt hic non copulatiua, ſed exegetica,

Quid eſt, *non iudicantes*? annon iudicium præceſſerat? Profectò vocula illa *neque*, ſicut *&*, quæ copulatiua eſſe ſolet, ſæpè etiam exegetica eſt, ſeu expoſitiua, idem valens ac, id eſt, quod Biblicè peritis notum eſt, & aliàs vberius adſtruebamus. Vndè expeditus euadit ſenſus, nempè Fatui filij Iſraël, *non iudicantes, neque*, id eſt, *verum non cognoſcentes, damnaſtis* innocentem Suſannam tanquam adulterij ream. Putat Sanctius τὸ *non iudicantes*, perindè eſſe, ac non ritè iudicantes: illegitimum enim, & iniquum fuit, vt idem eſſet accuſator, teſtis, & iudex: Sicque præcipitaretur iudicium, vt Suſannæ legitimum defenſioni tempus datum non fuerit. Quarè dicitur non iudicium, quod non ritè iudicatur. Notat Lanſelius quòd in omnibus Græcis codicibus pro τὸ *verum*, cùm dicitur, *neque quod verum eſt cognoſcentes*, haberi, *quod manifeſtum eſt* quaſi *veritas* de Suſannæ innocentiâ (quicquid malitioſi, ſenes oblatrent) *manifeſta* ſit, probatu facilis, nec perſuaſione difficilis, vt vulgò videri poterat. Cùm addit: Reuertimini ad iudicium, palam ſuadet, vt ad conclaue illud, vbi iudicia in domo Ioakimi haberi ſolebant, regrediantur. Neque enim decebat, vt in ipsâ Babylonis viâ, neque extrà vrbem in ſupplicij loco, iudicium inſtauraretur. Ergò vt rectè iudicium fieret, & quę ad illud legitimè peragendum neceſſaria forent; commodiùs adeſſent, populus obſequenter repedat. Verùm enim verò iunioris pueri ſermonem & auctoritatem, populum in lapidationem ruentem, ſic ſtitiſſe, & iudicij peracti emendationem derepentè ſuaſiſſe, manifeſtè probat, aut duodennem tunc Danielem ſpiritu prophetiæ iam fuiſſe notiſſimum, aut ſaltem ad Danielicæ prophetiæ auſpicium, populum cælitùs ſic permotum, vt illi animitùs facile obſequium præſtaret, quod res calamitate Suſannæ liberandæ inſtanter exigebat.

Sanctius

Iudicium contra Suſanna, cur dicitur non iudicium

Lanſelius

Præcipitem populum Daniel mirè ſiſtit.

Salianus.

Verſ. 50. & 51. Et dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrum, & iudicia nobis &c.

41.

Quinam ſunt *ſenes*, qui hæc dixerunt? Putat Salianus duos illos ſenes, qui Suſannam damnauerant, hæc verba dixiſſe per ironiam, ſeu ſarcaſmum, puerum Danielem contemnentes, & irridentes, à quo non credebant ſe conuictum iri falſi teſtimonij, & calumniæ. Sed, opinor, tantam in puero auctoritatem vereri iam cœpiſſe, conſcientiâ præſertim morſicante. Cornelius hâc ſolutione non contentus, ait, ſenes hæc dixiſſe Daniali adulantes, vt eum ſibi conciliarent, ne ſcelus proderet. Sed ad nequam illos duos ſenes hactenùs Daniel ſermonem non direxerat, ſed vniuerſatim ad plures alios ſenes, quibus annoſa canities præter ceteros auctoritatem conciliabat. Porrò ad illos ipſos ſenes, qui hæc dixerant, confeſtim reſpondit Daniel: *Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.* Quod manifeſtè demonſtrat, ſenes qui aut irridebant, aut adulabantur Danieli, non eſſe duos illos iudices de falſato enormiter iudicio iudicandos. Itaque ſeniores populi, & Hebrææ gentis primores, & qui

Cornelius

Duo illi ſenes aut irridens, aut adulantur Danieli. quare?

grauitate

grauitate & auctoritate reliquis præibant, animaduertētes in Daniele iuuene iudiciū ſenile, ſermonis inſolitum ardorem, auctoritatem, ac ſpiritum, aut anteà notum, aut hinc noſcendum, quo tantam multitudinem repente cohibuit, illi reſponderunt: Veni id eſt, regrediamur ad iuſtitiam; Et ſede in medio noſtrûm, inter nos, Hebræi populi ſeniores; Et indica nobis quam ob rem tanto verborum ardore dixeris, vt reuertamur ad repetendum iudicium, illud de dolo malo culpans, quia innocens falſi criminis damnata eſt?

Auctoritas ſenectutis in puero Daniele.

Quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis.

Neque dedecori ſibi ducunt, ſi puer inter ſenes ad iudicandum ſedeat, cùm in illo agnoſcant, quod ſenilem ætatem maximè commendat, prudentiam ſcilicet, & in ætate adhuc immaturâ maturum iudicium; quæ ſi abſint à ſenibus deſpicabilem reddunt ſenectutem. Græcè, *Tibi dedit Deus presbyterium*, id eſt, ſenilem dignitatem, Quâ de re alibi in Paragraphis moralibus. Primò itaque iubet puer Daniel vtrūque ab alterutro ſeparari, & ſic inquit, *Diiudicabo eos.* Græcè *examinabo*, quod ſtatim peritè præſtat.

Danieli datur preſbyterium.

Græcus

42 *Verſ.* 52. & 53. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs.

Græcus

Primò iuſſu Danielis examinandi & diiudicandi ſenes, ſeparati ſunt *alter ab altero*, Græce, *vnus ab vno*; ne quid inter ſe conferre poſſint, quo facinus meditatò velent. Porrò poſt ſtropham artificioſè compoſitam, quâ Suſannam condemnarunt, nil compoſuiſſe, & ſecum contuliſſe vlterà videntur, quia nemini ſuſpicabantur reddendam eſſe rationem, cùm ſummum gererēt magiſtratum. *Inueterate dierum malorum*, id eſt, à primis annis in peccatis conſenuiſti. Sumitur per metonymiam tempus pro re, quæ in eo tempore fit. Itaque dies dicuntur mali, hoc eſt, peccatis inſumpti, quomodò tempus dicimus fauſtum aut infeſtum, quo aliquid proſperum improſperum ve nobis accidit.

Dies ſumitur pro eo, quod in die fit.

Nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs.

Dicuntur venire vetera peccata, cùm nouis peccatis denuò veteribus accumulatis, horum occaſione antiqua acerbiùs puniuntur. Itaque peccata pro peccatorum pœnâ ſumuntur, quod Scripturis familiare eſt, Quaſi dicat: Hoc die omnium ſcelerum pœnas lues, quæ ab ineunte ætate ſceleſtiùs perpetraſti.

Peccatum ſumitur pro pœnâ peccati.

Dicente Domino: Innocentem & iuſtum non interficies.

Exhodi 23.
Leuitici 19
Deuter. 27

Id dicit Dominus Exhodi 23. & Leuitici 19. & Deuteronomij 27. Idque tota Scriptura Sacra paſſim clamat.

43 *Verſ.* 54. Nunc ergò ſi vidiſti eam, dic quâ ſub arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub Schino.

Hîc *colloqui*, aliquid denotat magis familiare quàm colloquium. Apparet Sancti pueri in loquendo verecundia præ libidinoſorum ſenum procacitate verborum. Itaque Daniel rem minimè honeſtam honeſtè ſignificauit. Ita noſter Salmeron tom. 1. Proleg. 15. Regulâ 33. Maldonatus, Sanctius, Tirinus, & Menochius, qui benè notat, quòd Græca vox ὁμιλοῦντας, *concumbentes* verti poterat, & *colloquentes*. Reſpondit ſenex:

Colloqui ſumitur pro concumbere.

Salmeron
Maldonatus
Sanctius
Tirinus
Menoch.

Sub ſchino.

Aliqui codices habent *ſub cyno*, & ita legendum contendit Iacobus Conſtantius, qui dicit cynum eſſe ſpeciem lauri. Verùm legendum eſt cum Hieronymo, Africano, Origine, *ſub ſchino*, id eſt, ſub lentiſco, ita Albertus magnus, & paſſim Interpretes. *Schinus* autem ſiue lentiſcus eſt arbor magnitudine roboris, odore terebinthi, acinis dum mатureſcunt rufis, vbi maturuerint nigris, ſudat reſinam, quam in Chio inſulâ maſtichem vocant: indéque dicta eſt lentiſcus, quod liquore hoc ſiue reſinâ lenteſcat. Eſt trifera, ter enim quotannis profert fructus. Hæc, & alia ex Ruello l. 1. cap. 20. hîc refert Cornelius,

Iacob. Conſtant.
S. Hieronym.
Africanus
Origenes
Albert. Magn.
Ruellius
Cornelius

Verſ. 55. Rectè mentitus es in caput tuum. 44

Id eſt, tuo te teſtimonio tanquam gladio iugulaſti: per *caput* enim perſonam intelligi, notiſſimum eſt.

Ecce enim Angelus Dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium.

Caput ſumitur pro perſonâ.

Luſit hîc Daniel in vocum ſimilitudine σχῖνος, σχίζω, quod verbum ſcindere ſignificat: vtraque enim vox & litteris, & ſono magna ex parte conuenit. De quâ paranomaſia, ſeu feſtiuâ vocum colluſione, plura dicemus infrà à n. 49. vbi vtramque ſimilium vocum colluſionem ſimul elucidabimus.

Scindet te medium. 45

Verùm cùm in confeſſo ſit, hos duos nequam ſenes lapidibus obrutos, vt poſteà num. 55. dicemus; quomodò hîc dicitur à Prophetâ, quòd Angelus Domini hunc ſenem ſcindet medium? Reſpondet Cornelius, quod huic ſceleſto ſeni imminebat Dei Angelus ſciſſionem minitans, actúque ſcidiſſet medium, niſi Deus impediſſet, aut populus eum lapidando, ſciſſionem anteuertiſſet, vti de facto anteuertit. Angelum enim intentaſſe eis mortem, videtur conſtare ex verſ. 59. *Manet*, inquit, *Angelus Domini, gladium habens vt ſecet te medium, & interficiat vos.* Ceterùm Sanctius hîc n. 50. veroſimiliùs putat ſpeciem ſupplicij nunc ſumi pro genere, nempè ſectionem pro quâuis atrociori pœnâ. Sic Chriſtus Dominus Matth. 24. v. 48. de nequam illo ſeruo

Cornelius

Sciſſio ſumitur pro quanuis atrociori pœnâ.

Sanctius

Matth. 24. verſ. 48.

ſeruo ait: *Veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & horâ quam ignorat, & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

Auctor in Iudith. Origenes — Hanc autem olim approbauimus in cap. 9. Iudith, §. n. 80. eamque haud obſcurè iodicat Origenes in illâ epiſtola ad Africanum,

Verſ. 56. Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te.

46. Nempe ſi mores & vitia ſpectemus, Chananæus es, non Iudæus: eos enim quis parentes habere dicitur, quales ingenio & moribus expreſſerit. Sic Iudæis dicitur Ezechielis 16. v. 45. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea.* (Ezech. 16. v. 45.) Ne autem cuiquam duriuſculum adhuc videatur, quòd de hoc ſene indubiè Iudæo, non tantùm affirmetur eſſe de ſemine Chanaan, ſed expreſsè negetur eſſe de *ſemine Iuda*, notandum eſt, ex Tirino, quod Hebræi cùm careant comparatiuo & ſuperlatioo, cùm volunt vnum per comparationem alteri præferre, id quod præferont affirmant, alterum negant. (Tirinus Idiotiſmis) Verbi gratiâ Pſal. 21. v. 7. *Vermis ſum, & non homo.* (Pſal. 21. v. 7.) Num Chriſtus non eſt homo, ſed vermis, id eſt, potiùs videtur vermis quàm homo. Oſee 6. v. 6. *Miſericordiam volui, & non ſacrificium.* (Oſee 6. v. 6) Nunquid tunc Deus ſacrificia Hebræorum repudiauit? Imò valdè expectabat, & indies gratanter acceptabat. Senſus ergò eſt, miſericordiam malo quàm ſacrificium. (*Regula Theologis ſcholaſticis ſcitu digniſſima.*) Iſaiæ 63. v. 16. *Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Tu Domine pater noſter*, &c. (Iſaiæ 63. v. 16.) Matthæi 23. v. 9. *Patrem nolite vocare vobis ſuper terram.* &c. (Matth. 23. v. 9.) 1. Corinth. 3. verſ. 7. *Non ego, ſed gratia Dei mecum.* (Cor. 3. v. 7.) Si gratia Dei cum ipſo, quomodò non ipſe? id eſt, non tam ego, quàm gratia Dei, quamquam & ego cum gratiâ Dei. Quo etiam modo loquendi Patres Scripturis imbuti, interdùm vti ſolent. Quale eſt illud pugnaciſſimè opinatiſſimum Tertulliani: *ô Deum non naturâ, ſed æmulatione beneficium?* Nam quamuis loquatur aduersùs Marcionem, (Tertull. alibi expenſus) duos Deos conſtituentem, alium ſuppliciis peracerbum in veteri Teſtamento; alterum munificè beneficum in Nouo; tamen ipſe Tertulianus fatebatur, Deum noui Teſtamenti eſſe verum Deum, quod etiam Marcion non negabat, ſed fatebatur ingenuè. De hoc ergo vero Deo noui Teſtamenti de beneficentiâ notiſſimo, ſententiosè ait, quò eius beneficentiam exaggeratiùs publicet: *ô Deum non naturâ beneficium, ſed æmulatione!* (*Cur hic ſenex Iudæus dicitur ſemen Chanaan, & non ſemen Iuda?*) nempe æmulatione ad alium fictum Deum veteris Teſtamenti, potiùs videtur beneficus, quàm naturâ; tametſi per naturam ſummè beneficus ſit. Sicut Chriſtus reipsâ potiùs eſt homo quàm vermis, & tamen dicit: *Vermis ſum, & non homo.* Sic etiam hic Iudæus ſenex barbaricè ſceleroſus, audit de prophetæ ore: *Semen Chanaan, & non Iuda.*

47. *Verſ.* 57. Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis.

Non ſola tribus Iuda, ſed tribus etiam Beniamin, & multæ aliæ familiæ reliquarum tribuum, cum eâ abductæ ſunt in Babylonem: & licet omnes communi vocabulo Iudæi vniuerſatim appellarentur; tamen cùm Hebræa gens de ſeruandis genealogiis valdè ſollicita eſſet, in comperto illis erat, in quâ tribu, imò & tribuum familiâ quiſque cenſeretur. Ergò Daniel opponit filias Iſrael filiabus Iuda, qualis erat Suſanna, quaſi Iſraëlititas fœminæ timidiores & faciliores forent ad conſenſum. (*Iſraëlitides cur ſalaciores Iudais fœminis?*) Porrò cùm Iſraëlitæ relicto Deo ad Idololatriam populariter declinauerint, procliuiores in libidinem, ceteráque vitia, quæ lex Dei arcebat, effecti ſunt. Non putauerim, omnes Iſraëlitides his ſenibus conſenſiſſe, nec omnes omninò mulieres ex tribu Iuda ortas, eorum libidinem metu neglecto refutaſſe. Vnam Suſannam palam ſuſpicimus. Illud verò quod veroſimile putat Sanctius, (Sanctius) nempè ex quo filij Iſraël Gentilicam amplexi ſunt ſuperſtitionem, Gentilicos etiam mores habuiſſe. Quare vt aliis ſe vitiis tradiderunt, ſic etiam & veneris ſe voluptatibus intemperanter dabant. Vnde fit, vt quemadmodùm apud Iudæos male eo nomine olim audiebant Chananæi, ſic etiam eodem poſteà nomine Iſraëlitides fœminæ laborarent. (*Chananaa ſalaciores dicebantur Iſraëlitides.*) *Vnde fortaſſe* (addit Sanctius) *quæ impudicæ eſſent, & aliis ſui corporis copiam non inuitæ facerent, licet eſſent ab Iſraelitico genere diuerſæ, vocabantur tamen Iſraëlitides, ſeu quod idem eſt, filiæ Iſrael.* Idoneè quidem ſi id probaſſet. quod nec Dionyſius indicat. (Dionyſius) Hebræorum traditionem, vel potiùs Rabbinicam, quam refert Hieronymus in cap. 29. Ieremiæ, (S. Hierony.) de horum ſenum impudicâ vafritie, quâ ſtolidis generandi Meſſiæ ſpebus Iſraëlitides ſeducebant, excripſimus ſuprà in hoc §. num. 15.

Verſ. 58. & 59. Sub prino. 48

S. Auguſtinus Serm. 241. de Temp. non *prinus*, ſed *prunus* legit. (S. Auguſt.) Legendum eſt autem cum Vulgato, & reliquis Interpretibus *prinus*; eſt autem prinus genus ilicis; arbor enim quæ à Latinis appellatur ilex, à Græcis πρῖνος nominatur, (*Prinus non eſt prunus, ſed ilex.*) cui Græcæ voci affinis eſt πρίων *ſerra* & πρίω, quod *ſerrare*, aut *ſecare* ſignificat. Ex quâ nominum colluſione indicium ſumpſit Daniel, vt ſeni necem prædiceret à gladio ſiue ſerrâ, quo medius eſſet diuidendus. Nuper num. 45. expoſuimus quo pacto intelligendum ſit τὸ *ſecet te mediū*, nēpe ſicut illud verſ. 53. *ſcindet te medium*; neuter enim ſciſſus, aut ſectus, aut ſerratus fuit, ſed vterque lapidibus obrutus malè periit. Ceterùm vtraque paranomaſia, aut vocum colluſio, adhuc elucidanda ſupereſt, quò illius ſenſus explicatiùs exponatur.

49 Tametſi omni æuo perdifficile viſum ſit, vnius linguæ in alteram agere fidelem tranſlatorem, quin tranſlator plerumque commentatorē agat, & multa paraphraſticē de ſuo

ſuo exponat, hæc difficultas magis apparet, vbi paranomaſia aut vocum alluſio inuenitur in originali linguâ, ſecùs in linguâ, in quam illa ſententia, & ſenſus illius fideliter transferendus eſt. Portò ſi omittatur paranomaſia, quæ in originali linguâ eſt, nec ſeruari poteſt in vocibus linguæ in quam transfertur, prorsùs fraudatur lector lepore ac feſtiuitate linguæ originalis, quæ huiuſmodi ſchemate vernat. Si verò ad conſeruandam originalem paranomaſiæ gratiam, aliæ voces ſubſtituantur, quæ non eandem rem, ſed ſimilem ſignificent, tranſlatoris fides & veritas periclitari videtur, quod in re Biblicâ nefas eſſet. Et ſanè peridoneè vulgatus interpres vbi in Hebræâ aut Chaldæâ origine inuenit huiuſmodi paranomaſiam, illamque in Latino idiomate ſeruare potuit, ob fœcunditatem Hebrææ radicis, illam eruditè ſeruauit Ieremiæ v. 11. Hebræa vox שקד *Saked*, nucem aut amygdalum ſignificat, item & vigiliam; maluit autem Hieronymus *vigilantem* vertere, quàm nuceam vel amygdalinam, cùm ſtatim ſequeretur verbum שקד quod *vigilare* valet. Quæ enim eſſet conſecutio aut Lepos ſi diceret: Virgam nuceam ego video, & reſponderet Deus, Benè vidiſti, quia vigilabo ego? Quarè peritè vertit: *Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me: Benè vidiſti, quia vigilabo ego.* &c. Ecce tibi paranomaſiæ lepos tempeſtiuè ſeruatur, ac ſi dicat: Vidi virgam *ſaked*, & reſpondeat Deus: Ego *ſaked*. Item idem Hieronymus Iſaiæ 24. v. 4. ne agnominatio periret, quæ erat in vocum ſimilitudine, vbi in Hebræo erat אבלה נבלה *habelah nabelat*, id eſt, *luxit & cecidit*, ne vocum periret alluſio, ipſe vertit, *luxit, & defluxit.* Ecce tibi integro ſenſu fideliter adſeruato, ſeruatur etiam colludentium vocum feſtiuitas, & energia ſententiæ.

Paranomaſia, ſi fieri poteſt, ſeruanda eſt à fideli tranſlatore.

Ierem. 1. verſ. 11. & 12.

S. Hierony. Iſaiæ 24. v. 4.

50. Ceterùm ambigere aliquis poſſet, quid faciendum fideli Bibliorum tranſlatori, & iam factum ſatiùs ſit, cùm in originali Hebræo, aut Græco inuenit lepidam paranomaſiam, nec eam Latinis vocibus poteſt ad amuſſim exprimere, quia non ſuppetunt, quæ huiuſmodi vocum colluſionem reddant? Origenes reſcribens Iulio Africano cenſet ad ſimiles voces, ſignificantes res adſimiles etſi diuerſas, poſſe Biblicum interpretem vſurpare in tranſlatione, ne paronomaſiæ feſtiuitas corrumpatur; idque nunc factum in Græco codice Vulgato exiſtimat, ſic fatus ad Africanum: *Quid igitur iſthuc tam mirum eſt, ſi in hâc hiſtoriâ Suſannæ, cùm Hebraicè facta agnominatio Hebraicè congrueret optimè, Græcè non item, Interpres quod verti Græcè nullo modo poſſet, Hebraicam agnominationem ſuſtuliſſe, & in locum agnominationis Hebraicæ ſimilem quãdam Græcam agnominationem ſuffeciſſe? quale ſi nos noſtro ſermone eandem agnominationem exprimere vellemus, eſſet, ſi ſic verteremus: At ille dixit Sub malo: dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum, iam enim Angelus Dei accipiens ſententiam à Deo, malum tibi dabit. Vides igitur ſi pro: Sub ſchino, dicas Latinè, ſub malo, factam agnominationem, a malo, malum, vt Græcè ab Schiſi, Schiſin. Et rurſum, ſi pro illo, quod ſequitur Ille autem dixit: Sub Prino, dicas: Ille autem dixit. Sub pruno, & ſubiungas: Rectè mentitus es & tu in caput tuum, manet enim Angelus Dei, vt te mittat ad prunas æternas, videbis factam agnominationem à pruno ad prunas æternas, ſimilem Græcæ agnominationi a Prino in Priſin. cui ſimile Interpretes feciſſe puta, vt loco Hebraicæ agnominationis, Græcam ſimilem ſubſtituerint.* Hanc eandem ſententiam tenet M. Melchior Canus lib. 2. de Locis Theolog. pag. 73. vbi agens contrà Porphyrium, qui ex hâc Græcâ paranomaſiâ arguebat hanc de Suſanna hiſtoriam eſſe alicuius hominis Græci commentum, quia ſimilem vocum cognationem apud Hebræos impoſſibile eſt inueniri, ita ſcribit: *Multò nos veriùs reſpondemus, hoc interpretem Græcum facere potuiſſe, ac iure potuiſſe quidem, quod Latinus interpres reformidauit. Non enim neceſſe erat, eaſdem arbores eodem loco reddi, quas lingua haberet Hebræa, quoniam ſi eædem redderentur, non ſolum etymologia ſeruari non poterat, ſed nec prophetiæ feſtiuitas, nec ratio ſententiæ. Alias ergò vel ſimiles, vel proximas vertit, in quibus iudicij prophetici & acumen ſeruaretur & cauſa. Præter quàm quòd arbores illæ à Prophetâ Chaldæo ſunt nominatæ ſermone: nec opus eſt ſollicitos nos eſſe ſi in Hebræo nec illæ, nec ſimiles habeantur.* In hanc commentationem, etſi mitiùs, inclinat Sanctius, eamque approbat noſter Euſebius, tametſi aliam ipſe mihi ſequatur.

An Tranſlator ad retinendam paranomaſiam poſſit aſſumere ſimilium rerum nomina?

Origen.

M. Canus

Canus

Sanctius Proleg. 6. in Danielem n. 14.

Euſebius de Orig. Scripe. lib. 10. c. 29.

Hæc opinatio vniuerſatim accepta ſemper mihi difficilis viſa eſt, & à fideli interprete prorsùs aliena. Quale enim eſt, vt pro *Schino*, id eſt, lentiſco (quæ vox nominatim eſſet in Hebræâ origine) vulgatus, vt vult Origenes, ne omitteret paranomaſiæ leporem, ſubſtitueret *malum*, arborem omninò diuerſam, & pro *prino*. id eſt, ilice, *prunum*? Item quid ardentibus *prunis* cum ſectione eruentâ? An non id foret totam ſententiam permutare, ne feſtiuo paranomaſiæ lepore ſententia viduaretur? Abſit ergò paranomaſiæ feſtiuitas, ne deſit tranſlatoris fidelitas. Si alterutrum deeſſe neceſsè eſt, deſit Prophetæ lepor, ne deſit tranſlatoris fides. Profectò M. Canus animosè docet faciendum, quod Vulgatus *Latinus interpres reformidauit* (vt eius verbis vtar) Quod autem Vulgatus id reformidauit, conſtat ex hoc loco, vbi neglecto Græco paranomaſiæ lepore, cum *ſchino ſcindere*, & cum *prino ſecare* coniunxit; ſatiùs ducens vt periret lepos, quàm vt fidelitas periclitaretur. Similiter Iudicum 7. Quid magis abſurdum, quàm vt Madianita ille ex pane hordeaceo gladium Gedeonis coniectaret? Ita quidem, ſi ſpectes Latina: panis enim vitam alit, gladius adimit. Coniectauit autem optimè Madianita ex ambiguâ Hebræi nominis ſignificatione: nam לחם *lechem* panem ſignificat, & bellum: vnde

51.

Origenes

Paranomaſia à tranſlatore omittenda eſt, quandò ſenſus periclitatur.

Iudic. 7. v. 14.

vnde ex coniunctione non naturæ, ſed vocis coniectauit ioſtare Madianitis cædem: *Non eſt*, inquit, *hoc aliud, niſi gladius Gedeonis*. &c. Si autem Origenis, & M. Cani priuilegio vti vellet Vulgatus & pro *pane ordeaceo*, panem adhibuiſſet farreum, ex vocis ſimilitudine magis appareret coniectura ratio: à farre enim ad ferrum non eſt magna diſſimilitudo, vt nuper allegatus

Sanctius.

Sanctius n. 33. obſeruauit. Qui aliud exemplum præmiſerat ex Paulo epiſt. ad Philemonem de Oneſimo, *Qui tibi aliquandò inutilis fuit; nunc autem mihi, & tibi vtilis*.

ad Philem. v. 11.

Oneſimus *vtilem* ſignificat; cùm fugit Oneſimus ſeruus à Philemone, non fuit illi vtilis, quod ſonat nomen, ſed inutilis. Iam verò Apoſtoli doctrinâ mutatus, vtilis erit. Ait ergò Apoſtolus: Qui tibi, ô Philemon, Oneſimus non fuit, exinceps & tibi, & mihi erit Oneſimus. Quod exprimere Vulgatus *reformidauit*, ne dum paranomaſiæ lepori ſtudebat, ſententiam corrumpere videretur, ſi res ac voces adſimiles ſuffeciſſet. Item Iſaiæ 5. *Expectaui vt faceret iudiciũ, & ecce iniquitas; & iuſtitiã, & ecce clamor*.

Iſaiæ 5. v. 7.

Vbi Hebraicè (vt teſtis eſt Hieronymus eſt venuſta paranomaſia: *Miſchpath*, id eſt, iudicium; *Miſchach*, id eſt, iniquitas: *Zedeca* & *Zeachah*. Alia etiam exempla adducit Salmeron tom. 1. Proleg. 13. Ecce tibi quàm negligat Vulgatus paranomaſiæ feſtiuitatem, ne vbi verba Latina ſenſui non ſincerè conſentiunt, quod adiicit ad leporem, fidelitati detrahat. Itaque ſatiùs iudicamus, Scriptorem ſacrum fraudare paranomaſiæ lepore, quàm dubia & inſincerâ tranſlatoris fide venuſtiùs tranſtuliſſe.

S.Hierony.

Salmeron

Non negauerim Tirino in Idiotiſmis linguæ Hebrææ & Græ. num. 15. quòd quia

52 Tirinus

Hebræi pauca habent nomina plantarum, & arborum ſpecifica, ſeu quæ vnam aliquam ſpeciem determinatè deſignent, ſed hæc vt plurimum generica ſunt, & multas ſub ſe & diuerſas ſpecies complectuntur, vel certè æquiuoca ſunt: neque ſemper apud Latinos Græcóſve extãt nomina ęquè generalia; hinc factum vt vnum idémque nomen Hebræum à diuerſis interpretibus, vel interdùm ab eodem interprete diuerſis locis diuerſimodè expoſitum fuerit.

No omittatur paranomaſia, nomen genericum cõtrahi poteſt, quare

Verbi gratiâ, אלה *ela* Hebræi vocant omnem glandiferam arborem, vel quæ quid glandibus ferè ſimile profert. Hanc ergò voculam Noſter, & S. Hieronymus, & LXX. Interpretes vertunt nunc *quercum*, nunc *ilicem*, nunc *terebinthum*, nunc *caſtaneam*. Cùm enim non inuenirent apud Græcos Latinóſue voces tam latè patentes, ſatis illis fuit, vnam aliquam ſpeciem magis familiarem, magiſque loco quem exponebãt conuenientem, ſuã verſione efferre. Item Ionæ 4. v. 6. Præparauit Dominus Deus *hederam*, ſic vertit Hieronymus, Aquila, Symmachus, Theodotion: at LXX. Interpretes, Syrus, Arabicus Antiochenus & Alexandrinus, & Pagninus vertunt *cucurbitam*; Baſilius Seleucus Orat. 12. *colocynthã*. Porrò ſi Hebræum *Kikaion* fuiſſet poſitum, Græcis & Latinis prorsùs eſſet ignotum.

S.Hierony.
LXX. Interp.

Ionæ 4. verſ. 6.
S. Hierony.
Aquila
Symmachus
Theodotiõ

Notant autem Ribera, Sanctius, & Cornelius, quod *Kikaion*, commune eſt arbuſtis quæ breui creſcunt, & frõdes producunt accommodatas ad faciendam vmbram: vnde etſi proprie non ſit *hedera*, *cucurbita*. &c. Vulgatus vertit *hederam*, LXX. *cucurbitam*, Seleucus *colocyntham*, alij *cucumerem*, alij *platanum*. &c. Ita quidem, cùm Hebræum nomen eſt generale, in quo ſpecies continentur; nec eſt aliud nomen æquè generale in Latino ſermone: aut eſt ęquiuocum, plures habens ſignificationes, tunc accommodatiorem rei ſignificationem Interpres eligit, ſtudens (vt poteſt) & fidelitati rerum, & dictionis lepori.

LXX. Interp.
Syrus
Arabicus
Pagninus
Baſil. Seleu.
Ribera
Sanctius.
Cornelius

Verbi gratiâ, demus Hebræum *Ela* ibi poſitum fuiſſe, & in communiſſimâ ſuâ ſignificatione amplecti etiam cedrum. Interroget autem Daniel: Sub quâ arbore vidiſti eos? & reſponderit. *Sub cedro*. Seruato fideliter ſenſu, & paranomaſia, potuit Interpres vertere nomine Danielis: Manet Angelus Domini qui *cadat* te, alluſione petitâ à *cedro* ad *cadem*. Et ſanè veroſimile eſt, nomina quæ Hebraicè aut Chaldaicè ſcripta ſunt pro his arboribus eſſe generica: nam pro *ſchino*, id eſt, lentiſco, Arabicus vertit, *ſub arbore terebinthi*; Syrus, *ſub piſtacio*: piſtacium autem eſt nucis genus. Rurſùm, pro *ſub prino*, Syrus vertit, *ſub malogranato*; Arabicus Antiochenus, *ſub arbore mali* Arabicus Alexandrinus, *ſub arbore amygdali*.

Arabicus
Syrus

Ceterùm cùm nobis ignotum ſit, an Hebræa aut Chaldæa vox ſit adeò generalis, & ſenſuum grauida, præſtat aliter ſuffragari Vulgato interpreti, qui hanc agnominationem omiſit, & aliter reſpondere argumento propoſito §. præcedenti num. 14.

Arguebat Iulius Africanus fictam eſſe 53

animi gratiâ hanc facetam, vocum colluſionem πρίνε arboris ad verbum πρίζειν, quod eſt ſciodere; & σχίνε plantę σχίζειν, quod eſt ſcindere, quæ ab Hebræo aliena ſunt: & indè authorem Græcum manifeſtè arguũt. Ergò omiſsâ ſolutione Origenis, Cani, & Sanctij, reſpondemus cum Cornelio, Menochio, & Tirino hîc, & Ioanne Euſebio de Orig. S. Scripturæ lib. 10. cap. 29. cùm liquidò apud eruditos conſtet, plures olim extitiſſe Hebræas voces, nunc perpaucas; potuiſſe olim in Hebræo inueniri hanc vocum colluſionem.

Origenes
Canus
Sanctius
Cornelius
Menoch.
Tirinus
Ioann.
Euſebius

Sed eſto, nec olim nec nunc fuerit in Hebræo hæc vocũ colluſio, quæ modò eſt in Græcis, non in Latinis, in quibus eſt *ſchinus* & *ſcindere*; *prinus* & *ſecare*, quæ Latinæ voces nullam in ſono colluſionem habent: at Græcus interpres fideliter vertens Hebræa (vt notat Maldonatus noſter) hanc lepidam paranomaſiam potuit in Græcis vocabulis inuenire.

Paranomaſia, qua non eſt in Hebreâ origine poteſt inueniri in Græcâ tranſlatione.

Exempli gratiâ apponamus verba Hieronymi, qui Epiſt. 120. hâc ſuper re ſic opportunè ſcribit: *Cuius rei nos intelligentiam noſtris poſſumus dare, vt verbi gratiâ dicamus de arbore Ilice, dixiſſe eum: Illicò peras; & à lentiſco in lentem te comminuat Angelus; vel non lentè pereas*. &c. Itaque ſupponamus

Maldonatus in Proœmio in Danielẽ.
S.Hierony.

hanc

hanc prorsùs ſententiam, quæ his Latinis Hieronymi vocabulis continetur, abſque vllâ vocum agnominatione in Hebreâ Græcave origine inueniri; quid quæſo, vetaret, eundem prorsùs ſenſum cum hâc Latinâ paranomaſiâ, & verborum lepore, ſaluâ rerum ſententiâ vertere? Idem igitur cenſere liceat de Hebræo textu, etſi nulla fuerit verborum colluſio, adſpectu ad Græcam Theodotionis tranſlationem, in quâ præſcripta paranomaſia legitur.

54 Quod autem ſubdit Daniel: *Rectè mentitus es in caput tuum*; *τὸ rectè* non ſignificat appoſitè; ſed verè eſſe mentitum: nam illum ſenem tunc planè mendacij Daniel conuincit.

55 *Verſ.* 60. & 61. & 62. & 63. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna. &c.

Seniores Hebræi populi, & illius Summates, qui nuper Danieli dixerant, vt in medio eorum ſederet iudex, & duos illos ſenes male iudices diſtrictiùs iudicaret; planè iudicio aderant; & illi cum alijs multis, qui propè ſtabant, proculdubio audierant quid ad interrogata ſceleroſi duo ſenes reſpondiſſent; & quomodò ſe ſuo parum cohærente teſtimonio iugulaſſent. Quare cùm liquidò conſtaret, falſum enomiter teſtimonium aduersùs innocentem Suſannam protuliſſe, ſtatim rumor latè percrebruit, & in frequenti illo hominum conuentu ingens clamor exoritur, quo magnificè laudatur Deus Iſraël, qui innocentis Suſannæ patrocinium ſuſcepit. Et confeſtim ab indignato populo impetus fit in duos illos ſenes ſalaciter æquè ac mendaciter ſceleroſos, & ſecundùm legem Moyſis illata illis mors eſt: *Fecerúntque eis ſicut male egerant aduersùs proximum.* Id eſt talionis pœnâ criminatores ſenes mulctaotur, iuxtà legem Deuteronomij 19. v. 16. Scilicet cum Suſanna tamquam adulterij rea, eorum falſaro teſtimonio iam iam lapidanda foret, vt diximus ſuprà in hoc §. num. 36. in ipſos ſenes acriori impetu lapides arman, & ſic interfecerunt eos. Non hic lego vllam ab vllis iudicibus ſententiam latam, cùm ipſi duo ſenes & rei eſſent, & alioqui etiam iudices. Porrò cùm totus populus videret ipſos ſenes ac iudices euidenter falſi teſtimonij conuictos, legem illam de talione ſanctam 19. cap. Deuteronomij, impetu facto implere feſtinant, nullâ expectatâ Iudicis ſententiâ. An verò vltrà lapidationem, Nabuchodonoſoris iuſſu frixi aut vſtulati fuerint, ſuprà n. 16. perſtrinximus. Tametſi inibi cenſuimus, nil cogere vt locus ille ex Ieremiæ 29. de hiſce ſenibus intelligatur.

Teſtimonium Senum ſibi pugnans, à multis auditur.

Deuter. 19 v. 16.

Ierem. 29.

56 *Verſ.* 64. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi ab illâ die, & deinceps.

Ex hoc loco veriſimile putat Sanctius, hoc fuiſſe ſpecimen primum, quod de ſuâ ſanctitate, & prudentia, atque ſpiritu etiam prophetiæ, edidit Daniel. Neque enim eo vſque videtur nomen aliquod eximium habuiſſe apud ſuos, quando ab illo die magnus in conſpectu populi fuiſſe traditur. Quod etſi veroſimilius ſit in noſtrâ ſententiâ, quæ tunc duodennem putat Danielem; potuit tamē hactenùs in minori adhuc ætate, aliqua etiam exhibuiſſe documenta non ita præluſtria. Probabilis eſt ergò coniectura Sanctij, ſed coniectura.

Sanctius

Hoc primum fuiſſe ſpecimen Danielis putatur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Verſ. 65. Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius. 57

Quæ de Cyro & Aſtyage in calce huius capitis ponuntur, nil habent cum hoc capite commune, & ad caput ſequens referuntur apud Biblia Græca Xiſti, & apud Lyranum, Dionyſium, Hugonem, Vatablum. Idem facit verſio vtraque Arabica, Antiochena ſcilicet, & Alexandrina. Cùm hic verſiculus 65. potiùs ſit titulus chronologicus capitis ſequentis, nec vllum habeat nexum cum hâc Suſannæ hiſtoriâ; & ad illius exactam expoſitionem, neceſſe ſit multas & valdè impeditas Chronologiæ quæſtiones extricare, illarum tractatione ſuperſedimus, contenti dumtaxat ſingula verba, quæ aliquam difficultatem mouere poſſunt expedire. Legi poteſt Sanctius hîc, & in Proleg. 6. in Danielem, Cornelius etiam hîc, & Peretius: Salianus tom. 4. an. m. 3438. n. 33. Tirinus hîc, & in Chron. cap. 36. & 37. *Et rex Aſtyages.* Indicat vocula *&*, hunc titulum capitis ſequentis, ſeu initium illius, aliundè extractum, vbi copulatiuam vim obire poſſet, quod munus hic vacat. Niſi malis, ex Hebræorum idiotiſmo, narrationem ſeu prophetiam à particulâ *&* incipere, quod ſuprà n. 3. adnotabamus. *Rex Aſtyages* Perſarum & Medorum rex, auus Cyri maternus, Mandane enim Cyri mater fuit, huius Aſtyagis filia. Hoc ergò iure ſuſcepit Cyrus regnum Perſicum, non Medicum; quia Dario Aſtyagis filio, Cyri auunculo illud ceſſit. Cauſſas cur huic Dario non ceſſerit regnum Perſicum, hîc Cornelius perſtringit. *Appoſitus eſt ad patres ſuos.* Ex quo modo loquendi conſtat naturalem obiſſe mortem, non ab ipſo nepote Cyro victum & cæſum, vt malè Herodotus, & Iuſtinus. Adnotare etiam licet ex Cornelio, hanc ſacræ Scripturæ phraſim: *Appoſitus eſt ad patres ſuos,* non de ſolis iuſtis & beatis dici, vt nonnulli garriunt: neque enim Aſtyagem fuiſſe fidelem, veroſimile apparet. Hæc ad litteram, exinceps ad mores velitamur.

Bibl. Sixtin.
Lyranus
Dionyſius
Hugo
Vatablus
Arabicus

Hic Verſiculus eſt titulus chronologicus capitis ſequentis.

Sanctius
Cornelius
Peretius
Salianus
Tirinus

Quis hic rex Aſtyages?

Cornelius.

Herodotus
Iuſtinus
Cornelius.
Romanorum notæ

§. 6.

E fœcundo litteralis ſenſus aruo, breue carptim ſpicilegium ethicè proponitur.

IN notis Romanorum ad Biblia Sixtina LXX. Interpretum hic, ita ſcribitur: *Hæc Suſannæ hiſtoria in omnibus vetuſtis libris eſt principium Danielis; &*

in multis inſcribitur, Daniel: i. quibuſdam, Suſanna; in aliquo, Iudicium Danielis. Vrbaniſſimè Suſanna primum ac principem libri locum Danieli cedit. Vtinam adhuc huic hiſtoriæ titulum *Suſanna* nobiliter fœneraret: Belle Caſſiodorus appellat *librorum titulum, Operis indicem, cauſarum præconem, totius orationis breuiſſimam vocem.* Sic foret Suſanna non tantùm libri argumentum, ſed *Operis index* ſub compendio latè ſenſuum fœcundus, præſcriptus theſium præco, qui ante Opus Operis præſtantiam buccinaret: eſſetque *totius orationis breuiſſima vox*, quæ dum *Suſannam* loquitur, omnem elegantiam, virtutem omnem, omneſque virtutum ſanctitates præloquitur, & in ipſa Operis fronte fauſta quæque feliciter ominatur.

Suſanna urbanè cedit primo libri loco. — Caſſiodorus Pref. ad 1. lib. Variar. — *Suſanna, fauſtus foret libri titulus.*

2 Dionyſius Carthuſianus in Procemiolo ad hoc caput 13. Danielis, ſic anteloquitur ex S. Hieronymo & Lyrano: *Hebrei vocant iſtam Suſanna hiſtoriam, fabulam; non quòd inficientur rem geſtam.* Vtrumque autem ex alterutro redarguitur, aut non eſſe *fabulam*, quæ veram continet hiſtoriam; aut veram hiſtoriam nominandam non eſſe, quæ *fabula* nuncupatur. Tempeſtiue Veronenſis Zeno: *Hæc enim*, inquit, *eſt proprietas Dei, id operari, quod non poteſt credi.* Magna planè heroina Suſanna, quam votis ſuis Poëtarum Philoſophia non potuit æquare: minus eſt quod Poëtica finxit, quam quod iſta geſſit: maiúrque ambitioſo eloquentiæ mendacio ſimplex veritatis fides. Itaque res geſtæ Suſannæ, *Fabula* dicitur, & meracior ac maturior veritas eſt. *Fabula* inquam, quaſi poëtico licenter priuilegio architectata foret ad phantaſiæ arbitrium eloquentis mendacij ambitione vltra metas veritatis audente. *At non inficiantur rem geſtam*; eſt enim canonica veritas, quam *Fabula* nomen, ad facinoris claritudinem, & placendi gratiam exaggerat; quandoquidem fere humanam credibilitatem excellit, qui diuini operis character eſt. *Hæc eſt proprietas Dei, id operari, quod non poteſt credi.* Sanè eleganter Zeno, etſi hyperbolicè.

Dionyſius. S. Hierony. Lyranus — S. Zeno Ser. de Reſurr. — *Quare Suſanna hiſtoria, & fabula, & veritas ſimul appellatur?*

3 *Verſ.* 1. Et erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim

Iudaici regni excidium, è patria Ieroſolyma in Babylonem expulit captiuum Suſannæ maritum Ioakim cum aliis è populi Summatibus. Scilicet arcana Dei prouidentia è diuerſo auxiliaris, maluit populum ſuum barbaro ſeruire Principi in Babylone, quàm quòd ipſe in Ieroſolymâ, propriis vitiis oppidò agreſtioribus obſeruiret: *O dura ſeruitus! quæ etiam animum renitentem cogit ad vitia, cùm violentia malæ conſuetudinis ad illud impellitur vitium, quod iam deteſtatur; vt mirum in modum & peccatum ita velit, vt faciat; ita nolit, vt ploret. A quibus omnibus cùm homo fuerit liberatus, ſumet parabolam hanc contra regem Babylonis.* &c. ait Aelredus. Res ſanè mitiſſima, vt viri ingenui ac prænobiles, qui in patriâ Ieroſolymâ, vrbe ſanctiſſimâ, perditâ animi libertate propriis vitiis ignobiliter velut mancipia ſeruiebant; dum in captiuitatem abducti, in Babylone, vitiorum æquè, ac regni metropoli, excuſsâ vitiorum ſeruitute, nobili virtutum ingenuitate gaudeant. Auita iniquitas in patriâ Ieroſolymâ, in Barbaricâ Babylone exul innocentia eſt. Hem! Sic captiuitatis vilior calamitas in patientiæ officinâ nobilior ingenuos inuenit, aut facit? Sic qui Ieroſolymis ſceleroſus eſt, in Babyloniâ virtute præfulget?

Aelred. Ser. 15. in Iſaiæ. c. 14. — *Mancipium captiuitas efficitur, vt vitiorum ſeruitutem excutiat.*

Verſ. 2. Et accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, ac timentem Deũ. 4

Si Suſannæ nomen interpreteris, apud Dionyſium eſt, *obtentus lilij ſui*, apud alios etiam communiter *lilium*; apud noſtrum Lanſelium, *marmor Parium*, vel, *animi & cordis oblectatio*. vel *ſeduxit, circumegit.* Hæc nominis ſacramento *Suſanna* auguratur. Præ eximiæ venuſtatis dote, *lilium* fuit *cælum fragrans*, cæleſtis pudicitiæ odore gratiſſimum. Sed pulchritudo, flos eſt, vna dieculâ florens, ac deflorescens: ſic breui vernat, & marcet! Vnde appellatur, *Obtentus lilij ſui*, quaſi ſpecie tenùs venuſtatis gratiam *obtendat* & oſtentet; cùm reapsè pulchritudinis nitor nihil aliud ſit, quàm phlegma in cute traſlucens. Fuit Suſanna, *marmor Parium*, venuſto nitore *Parium*, fortitudine verò *marmor*: nam etſi *Suſanna erat delicata nimis*, marmoris adinſtar, tantæ calamitatis molem flecti-neſcia ſuſtentauit. Fuit Suſanna, & oris venuſtate, & gratiâ morum, *animi & cordis oblectatio*; ſed quæ pulchritudinis lenocinio *ſeduxit, circumegit* ſpectatores: facialis enim Suſannæ decor fuit & viſu ſuo vacuus, & operoſus alieno. Sic ipſa non ſeducta. incautos ſenes *ſeduxit, circumegit!* Addit Anonymus, *Suſanna interpretatur, Eius gratia, paſſer, lilia, ſubleuatio gloriæ*, quæ eloquia explicatiùs enucleare, pronum cuique eſt.

Dionyſius Lanſelius — *Nominis Suſanna, varia ethica ſignificantia.* — Hic v. 31. — Anonym. l. 1. de vita S. tep. homil. 2.

Verſ. 2. Et accepit vxorem nomine Suſannam, pulchram nimis, ac timentem Deum. 5

Pulchritudinis cum honeſtate rarus eſt nexus, & concordia inſolens. Nam pulchritudo alieni amoris ambitio eſt: paſſiuus autem amor, aut magnes, aut fomes reciproci amoris à ſapientibus cenſetur. Quare intuta eſt pulchritudo, quæ timore viduatur. *Non de integrâ conſcientià venit* (ait Tertullianus) *ſtudium placendi per decorem, quem naturaliter inuitatorem libidinis ſcimus ..... Qui præſumit minùs veretur, minùs præcauet, plus periclitatur. Timor fundamentum ſalutis eſt; præſumptio impedimentum timoris:*

Tertullian. de Cultu femin. c. 2. — *Periculoſa pulchritudinis aſylum, timor eſt.*

vtiliùs

vtilius ergò ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo ſalui erimus. Qui ſecurus agis, non eſt ſollicitus, non poſſidet totam & firmam ſecuritatem. Itaque periculoſæ pulchritudinis aſylum, timor eſt. O tinne à pulchritudine, quam timor non armat!

6 *Verſ.* 2. Et accepit vxorem nomine Suſannam pulchram nimis, ac timentem Deum.

Quid eſt *pulchra nimis*? Quæ eſt hæc pulchritudinis acceſſio, quæ nimietatis elogium negotiatur? Strabus Fuldenſis ſic ibidem ſcribit: *Dei timore venuſtas corporis roboratur, ſicut fuit in Suſannâ, de quâ dicitur, Pulchram nimis, ac timentem Deum.* Scilicer tenera eſt, & delicata nimis pulchritudinis gratia, quam Dei timor non fundat, adipat, *roborat*. Hem! corporææ venuſtatis *robur*, Dei timor eſt, illius baſis, & arcana hypoſtaſis? O quàm eſt marcida, fugitiua, & caduca venuſtas, quam Dei timor non roborat!

Strab. Fuld. *Robur pulchritudinis eſt Dei timor.*

7 *Verſ.* 3. Parentes autem illius, cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.

Scitè Euſebius hanc ſententiam his verbis elucidat: *Helcias Suſannæ pater vtilior proli fuit, quia iuſtus quam quia nobilis, quantò præſtant ſanguini mores, & corpori animus; Regia Iuda tribus ſplendore clarus præluxit virtutum decore, quas cura educationis transfudit in ſobolem. Hoc premium ſuæ diligentiæ conſecutus, quòd æquè nobiles liberos ſuis eſſet ac proauis. Iuuit indolem puellæ inſtitutio, quæ naturam vincit, aut ducit.* Duxit Angelicæ indolis puellam, gratiarum manibus factam. Sanè filios procreaſſe, libidinis indicium eſt, nobilium virtutum erudiiſſe.

Euſebius Strom. 8. *Nobilis Suſannæ educatio.*

8 *Verſ.* 4. Erat autem Ioakim diues valdè.... & ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium.

Quare Ioakimus Iudæorum *omnium honorabilior* perhibetur? Nullam obibat Præfecturam, quam duorum Senum ambitio præripuit. Eſto, è regiâ fuerit familiâ generoſus, alij plures etiam ſimili nobilitate præfulgebant in Babylonis exilio. An erat *omnium honorabilior*, quia præ reliquis opulentus? *erat Ioakim diues valdè*, quaſi omnium locupletior ſit omnium honorabilior. Sic Iudith 15. de prædâ Aſſyriorum dicuntur Iudæi *onuſtati valdè*, Biblia Gotica ibi, *boneſtati valdè*. Niſi fortè, licet plures æquo nobilitatis honore fulgerent, *honorabilior omnium* dicitur Ioakimus, quia ergà reliquos concaptiuos humanior, largior, ac beneficentior fuit. Tempeſtiuè Hieronymus in illud Matthæi 15. *Honora patrem & matrem. Honor*, inquit, *in Scripturis non tantùm in ſalutationibus & officiis deferendis, quantùm in eleemoſynis, & munerum oblatione ſentitur. Honora inquit, Apoſtolus, viduas quæ verè viduæ ſunt: hic enim honor donum intelligitur.* Bonus Ioakim Suſannæ maritus, non tantùm de locuplete cenſu, & regio ſanguine, quantum de largiori in concaptiuos beneficentià nobilior locuples. Quare de eo nuncupatim dicitur: *Et ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium*, id eſt, beneficentior.

Ioakim à beneficentiâ dicitur, honorabilior omnium. Iudith. 15. v. 8. Bibl. Gotica. Matth. 15. v. 4. S. Hieronym. 1. ad Timot. 5. v. 3.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Verſ. 5. Et conſtituti ſunt de populo duo ſenes iudices in illo anno. 9

Benè eſt, creati ſunt de Hebræo populo duo Iudices: an à populo, an à Nabuchodonoſore creati ſunt? Et quo nomine hi Iudices appellantur? O reticentiam ethicè arcanam! Tacentur electores, ne de inconſultà electione prodantur. Eiuſmodi electio adeò fuit, aut inconſultè præceps, aut de ambitu damnanda, aut de falaci iniuſtitiâ ſuſpecta, vt omnes fugiant electoris vocabulum, & ſine perſonâ electio inducatur. Tacetur etiam ſeniorum Iudicum nomen, vt nulli homini tam atrox petulanter malitia inſcripta ſit. O anonymos Iudices mille nominibus execrabiles! Senes dicuntur, ſed prouectioris malitiæ quàm ætatis; quorum, nec canæ ſenectutis hiês, concupiſcentiæ igniculum interſtinguit; & in quibus ſceleroſior impudenter malitia diuturniùs præſcribit, eò obſtinatior, quò & annoſior.

Cur electorum, & Iudicum nomina reticentur?

Verſ. 5. Egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. 10

Quid eſt, quòd de his Iudicibus dicitur, quòd *videbantur regere populum*? annon verè Iudices erant? eorum eos exauctorauit nequitia? *Pulchrè* (ait inibi Hieronymus) *de Presbyteris peccatoribus non ait: Qui regebant populum, ſed, Qui videbantur regere. Qui enim benè præſunt populo, regunt populum: qui autem tantum nomen habent Iudicum, & iniuſtè præſunt populo, regere videntur populum magis quàm regant.* Ritè Iudex eſt, ſed prauitate ſuâ exauctoratus, potiùs Iudicis ſimulacrum eſt. Quem ſic Zacharias incuſſat: *O paſtor, & idolum.* Ad ſumptuoſiorem ſuggeſtum Idolum ſublimatur, diuinos indè honores captat; ſed inutilis ad rectionem truncus eſt; imò de ſuperſtitione exitialis, de mentito numine execrandus. O Iudices, ſeu potiùs Idola! quæ huius æui calamitas eſt.

S. Hierony. *Qui male præeſt, non Iudex, ſed Idolum eſt. quare?* Zachar. 11. v. 17.

11 *Verſ.* 6. Iſti frequentabant domum Ioakim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.

Neque iuſtâ ex causâ, vir mulieris, nec mulier viri domum impunè frequentet? Salubriter Hieronymus epiſt. 2. ad Nepotianum: *Hoſpitiolum tuum,* ait, *aut rarò, aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & virgines Chriſti æqualiter dilige: ne ſub eodẽ tecto mãſites, nec in præteritâ caſtitate confidas. Memento ſemper, quòd paradiſi colonum de poſſeßione ſuâ mulier deiecerit.* O quàm multa quàm paucis hâc sẽtentiæ clauſulâ cõpendiauit Hieronymus! Porrò in Græcis codicibus dicitur *Suſanna deãbulaſſe in paradiſo viri ſui.* Non in *hoſpitiolo* dumtaxat, ſed in *paradiſo* etiã, vterque ſexus de proximo periclitatur.

S. Hierony. *In hoſpitiolo, quin & in paradiſo, vterque ſexus periclitatur.*

Græcus

12 *Verſ.* 7. Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.

Cùm Ioakim Suſannæ maritus, opibus antecederet omnes, & nemo illum nobilitate; magnificas quas habebant ædes, quibus annexum amœniſſimum viretum, ceteri Iudæi forum & curiam elegerunt. *Speciosiſsima eius vxor conſpectum virorum horrebat, quæ propter non niſi recedente poſt meridiem populo, ſolita in viretum ſpatiari. Nolebat videri, & cauebat adhuc ſecura, pericula caſtitatis, humanos oculos fugiebat, vt ſuæ pudicitiæ ſatellitium cautela ſeruaret.* Sententioſè Hieronymus Epiſt. 128. ad Fabiolam: *Timor virtutis cuſtos, ſecuritas ad lapſum facilis.* Sic ergò Suſanna ſibi ſecura, adhuc timet ſecuritatem, & humanos oculos cautè fugit.

Euſebius Strom. 8.

Pulchra Suſanna ſibi ſecura, adhuc humanos oculos timet.

S. Hierony.

13 Ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.

Tertullianus lib. de Coronâ mil. cap. 4. ſic locum excribit, & exponit: *Ceterùm Suſanna in ſtadio mariti non putem velatam deambulaſſe, quæ placuit.* Stadium (vt noſter Cerda ibi adnotauit) vox eſt admodùm generalis, & præter *hypæthrã*, hoc eſt ſubdiualẽ ambulationem, quæ & syſtus nuncupatur, ſeu *ſtibadium*, quo nomine vocantur in hortis ſedilia herbacea, & ex floribus; ſignificat etiam apud Theodoretum, locum vbi eduntur gladiatores: apud S. Maximum Taurienſem, ſignificat *paradiſum*. Nimirùm pomarij xyſtus ſeu ſtibadium peramœnum, vbi animi causà ſpatiatur Suſanna, vt in Babylonio æſtu ſuauiorem excipiat auram; & *paradiſus* appellatur, & *mariti ſtadium* gladiatorium vtique, in quo pugni quaſſant, gladij ferociunt, vulnera hiant, ſpumat ſanguis; vbi gladiatorum atrocitas hominum ſtrages cruentè negotiatur. Profundo ſtilo dicit Tertullianus, quòd tunc Suſanna erat *in ſtadio mariti, quæ placuit.* O ſæuè gladiatoriam pulchritudinis gratiam! Ab hoc *mariti ſtadio* Senes illi nequã ob delusã caſtè libidinẽ fraudibus armãtur, armatur exindè populus in ſceleroſas immeritò ſtrages. Suſanna, quia in paradiſo ſeu pomario *placuit*, paradiſeum pomarium, in *ſtadium* gladiatorium recudit.

Tertullian. *Cur pomarium, ſeu paradiſus, dicitur gladiatorium mariti ſtadium?*

Cerda
Pamelius
Theodoretus l. 5. Hiſt c. 26.
S. Maxim. homil. 2. de Accuſ. Domin.

Verſ. 8. Et videbant eam ſenes quotidiè ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. 14.

Minimè hîc culpatur Suſanna, quæ poſt dimiſſum populum, in pomario mariti ſpatiabatur. An eius decor culpandus eſt tamquam violentus Senum euerſor? Luculenter Tertullianus ita ad rem ſcribit: *Nam etſi accuſandus decor non eſt, vt felicitas corporis, vt diuinæ plaſticæ acceßio, vt animæ aliqua veſtis vrbana, timendum tamen eſt vel propter iniuriam & violentiam ſpectatorum: quã etiam Pater fidei Abraham in vxoris ſuæ ſpecie pertimuit, & ſororem mentitus Saram, ſalutem contumeliâ redemit.* Itaque femineus decor timendus eſt propter *iniuriam* & *violentiam* ſpectatorum. Hem! ſpectatus feminæ decor, *iniuria* ſpectatoris eſt, quæ illum *violenter* ad contumeliam raptat? Hanc ſpectatæ venuſtatis *iniuriam*, & feminei decoris *violentiam*, magno ſui damno experta eſt Suſanna, experti ſunt & duo illi Senes ob concupiſcentiæ impotentiam, quâ ſic vltrò æſtuabant, vt nec canæ ſenectæ niuibus reſtingueretur; & quà à libidinis æſtu vſque ad æſtuantem ſub pyrâ frixionem vſtulati decinereſcunt. Heu! tanta eſt ſpectati decoris *iniuria*, tanta *violentia* eſt?

Tertull. de Cult. fem. c. 2.

Femineus decoris iniuria, & violentia ſpectatorum eſt.

Verſ. 9. Et euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum. 15

Hic porrò turpis affectus, & de gehennæ ſcintillis ſufflammatus amor, quo pulchrè caſtam Suſannam obſcœnè deperibant, ſic illorum Senum cepit, atque peruertit animum, vt omnem illis bonam mentem expectoraret. Oſee 4. *Fornicatio, & vinum auferunt cor.* O brutas pecudes, imò & exanimales; quia à libidine excordes! Addit: *Declinauerunt oculos ſuos vt viderent cælum* Conſpectus pulchræ feminæ nitor, hos libidinoſos Senes ad conſpiciendum cælum ac cæleſtia excæcauit. Cæli etiam aſpectu viduatur libido, quæ oculos ſuos ſtatuit declinare in terram. Vale dicit cælo, ac cæleſti gloriæ laſciuia. Cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt. O quàm multa pauciſſimis ſacer Hiſtoricus ethicè compendiauit!

Libido mentem expectorat, nec cælum videre ſinit.

Oſee 4. v. 11.

Verſ.

16 *Verſ.* 10. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.

Dum corda eorum expectorauerat, tamquam corculum ſuum habebant inſciam Suſannam, quam vel procul videre in mariti ſui paradiſo deambulantem, paradiſeas reputabant delicias: ſic illius aſpectus, & ſpectatæ venuſtatis gratia, ſpectatores amœnabat: quapropter inepti, Suſannæ pulchritudinem indies oculis ebibebant, & tantam voluptatem, *dolorem ſuum* appellant. O humanæ voluptatis obſcœnum ludibrium! ô præſtigiatrices cupidinis delicias! voluptatis nomen præferunt, & vel de amantium ſuffragio, merus *dolor* eſt; & moleſta peracerbè ſpes anxia vices cum faſtidij nauſeâ ſubdolè reciprocat. O fugacem canæ etiam ſenectutis fraudem, quæ de annoſo identidèm repetito ludibrio illegitimè præſtitit! Sanè *dolor*, libidinis ſynonymum, aut commentarius eſt.

Dolor, libidinis ſynonimum aut commentarius eſt.

Verſ. 11. Erubeſcebant enim indi-
17. care ſibi concupiſcentiam, volentes concumbere cum eâ.

Quoniam rei ſtudebant, cuius illos debebat pudere, idcirco pudore quodam retardabantur, ne ſibi viciſſim quemadmodum turpem illum, & ab ætate grandi ac frigidâ, atque Præfecturæ authoritate alienum concubitum expeterent. Pro τὸ *volentes concumbere cum eâ*, è Græcâ origine moraliſſimè excribit Vatablus, *Quòd conſuetudinem eius appeterent, id eſt, ſtupri conſuetudinem habere.* Hem! ſingularis *concubitus, conſuetudo* ſcortandi nominatur? Sic dè facili conſuetudo ſcortationis inoleſcit? Tanta eſt carnis elatio, vt de ſingulari actu impudenter præſcribere præſumat? ô præpropera libidinis præſcriptio!

Elatio libidinis de ſingulari concubitu quaſi de conſuetudine præſcribit.

Vatablus

13 *Verſ.* 12. Et obſeruabant quotidie ſollicitiùs videre eam.

Sicut quotidie magis ex aſſiduo aſpectu vires capiebat concupiſcentiæ incendium, ſic etiam maiori ſtudio quotidie libidinoſos oculos illius aſpectu paſcere moliebantur. Demiſsè modeſtos gerebat oculos ſuos pudita Matrona, dum alienos (malum!) perniciosè patitur. De exoculato Samſone bellam S. Paulini ſententiam aliàs expendebamus: *Viſu ſuo vacuus, & operoſus alieno.* Sic & pulchra Suſanna modeſtiæ ſtudioſiſſima, *viſu ſuo vacua, & operoſa* quidèm *alieno* fuit. O quàm illi fuit operoſum, peracerbum, & propè exitiale, malignos ſenum oculos pati!

Suſanna viſu ſuo vacua, & operoſa quidem alieno.

S. Paulin. epiſt. 4.

Verſ. 13. Eamus domum, quia hora
19. prandij eſt.

Sic ieiunat libidinis appetitus, qui epulis abundè ſatur adipatur ad luxum? Inediam aſſumunt ad concupiſcentiæ lenocinium? ô ingenium luxuriæ, quæ è peruerſo inediã cupit auxiliatem! Scilicet nauſeant ad prandiũ, qui ad videndã Suſannæ pulchritudinẽ famelicè hiant, *vt vel ſic ſatiarentur decore eius.* O ieiuna impudenter ſacietas! Dum oculis ieiuno ventre ſatiantur, ipſam concupiſcentiæ famem ac ſitim potiùs bibunt; & ſic viſâ venuſtate ieiunè potantur.

Ieiunat libido, vt de ſpectatâ pulchritudine ſacietur.

Infrà v. 32.

Et egreſſi receſſerunt à ſe. 20

Moraliſſimè dicitur *à ſe receſſiſſe*, qui rem libidinis ſtudiosè tractat. Sic adoleſcens ille luxuriosè Prodigus, cum luxuriæ renunciat, *ad ſe reuerſus* dicitur: nam in ſe antè redit, vt à concupiſcentiâ recederet. Porrò, vt pulchrè inibi Chryſologns, qui ſe libidini impendit, *à ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam.* Quare de hiſce Senibus, dum negotium libidinis ſtudioſiùs agunt, *à ſe receſſiſſe*, ſententiosè perhibetur.

Hi Senes à ſe recedunt, & tranſeunt in beſtias.

Luc. 15. v. 17.

S. Chryſol. ſer. 2.

Verſ. 14. Cùmque reuertiſſent, venerunt in vnum ..... Tunc in cõmuni ſtatuerunt tempus. &c. 21

Mira sanè eſt, & riualibus inſolens, tanta in vnius amore concordia. Et vbi eſt zelotypia, quæ ſic furiosè riuales ſolitat refutare? Tamquam prodigium auditur, quòd prodigioſa Senum libido, ad impudicum ſcelus patrandum, *in vnum conuenerit & in communi ſtatuerit tempus*, quo optatiſſimis cõplexibus perfruantur. Hæc, opinior, ſceleroſa ſenum concordia, & ad flagitium conſpiratio, ſimilem eorum per flammam interitum, infauſtè ominatur. Hæ porrò voces in Euangelio contrà reprobos audiuntur: *Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.* Appoſitè Auguſtinus: *In faſciculos, non in vnum aceruum .... vt combuſtio ſit in fine ſeculi.* Scilicet nequior malitia, dum diſiungere aſſueta, conjungit, futuri incendij omen eſt, & prœmium flammarum, quibus, Ieremiâ prædicente, hi nequam Senes Sedecias & Achab miserè decincreſcent. Ergò priùs *in vnum conueniunt*, & prodigioſo malitiæ nexu colligantur in vnum faſciculum, vt in Babylonicâ, & gehennali pyrâ comburantur.

Hæc Senum concordia, eorum futurum incendium augurabatur.

Matth. 13. verſ. 30.

S. Auguſt. lib. de qq. Euang.

Ierem. 29.

Verſ. 15. Voluitque lauari in pomario: æſtus quippè erat. 22

Videri forſan alicui poſſet nimis delicatulam, & molliculã, nimis, atque adeò parum pudicam videri Suſannã, quæ toties adiiſſet balnea, toties veſtimẽta deponeret. Ceterùm eo tempore ſic erat vſitatum, in regionibus maximè calidis (qualis erat tractus Babylonicus) illud naturæ leuamentũ, vt nec modeſtiſſimi neque Sanctiſſimi balneas refutauerint, torrente Sole, & corpore æſtuante. Refrigerium quærit, non delicias captat. Sed ecce tibi Suſanna, dum permiſſum adit balneum, ſimul caſtitatis, famæ,

Mulier ſeipſam in balneis erubeſcat

ac vitæ periculum adit. Quocircà S. Hieronymus ad Lætam: *Mihi*, ait, *omnino in adultâ virgine lauacra diſplicent, quæ ſeipſam debet erubeſcere.* Adeò eſt delicata caſtitatis valetudo, vt pulchra femina vel ipsű pulchritudinis bonum debeat erubeſcere? Caueat ne dum ab æſtu corporis refrigerium captat, iacturâ pudoris, gehennalem libidinis æſtum incauta oppigneret. Nulla inutilis pudicitiæ cautio eſt. Vt ipſa ſibi periculum non creet pudoris, præcaueat æſtuantes etiam frigidæ ſenectutis inſidias, tamquam inhoneſtatis, aut diffamiæ minas. O qualis tragœdia in balnei ſcenâ hodie exhibetur!

S. Hieronym. Epiſt. 7.

23. *Verſ.* 17. Dixit ergò puellis: Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer.

Communiter putant Interpres, *ſmigma* aliquid ſignificare mixtum, atque compoſitum, ad mundandum, & detergendum, qualis eſt ſapo, lomentum faborum, farina hordeacea cum aliquo liquore confecta, & ſimilia. Verùm in Notis hîc Lanſelius noſter ita ſcribit: *Hæc dictio σμῆγμα ſmigma etiam reperitur capite ſecundo Eſther in Græcis, quam vulgatus ibi vertit Mundum muliebrem.* Quaſi Suſanna dum ab ancillis *oleum* expetit, expetat quicquid requiritur ad vnctionem: & nomine *ſmigmatis* expoſcat *mundum muliebrem*, cuius eſt vſus in balneis. O! in balneo etiam à quo amouerat ancillas, & clauſis pomarij oſtiis, ſola erat, balneatem expetit *mundum muliebrem*, & ſpecialem veſtium ornatum? Taceo Suſannam, cuius opinatiſſima modeſtia ſumptuoſiores in balneario veſtes refutat. Aliarum mulierum luxuriantem ornamentorum ambitionem in balneis perſtringere, procliue eſt. Taceo.

Lanſelius Eſther 2. v. 15.

Ambitioſior mundus muliebris in balneis culpatur.

24. *Verſ.* 19. Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam. &c.

Suprà n. 1.

Ecce tibi horum Senum male artifex libido *paradiſum* retinxit in *ſtadium*; & topiariæ deliciæ, balneorum blandimentum, & florida viteti amœnitas ad eorum conſpectum emarcuit, atque edules pomarij fructus in felleam amaritiem verſi ſunt. Profundè Michæas: *Quæ habitat in amaritudinibus*, id eſt, ait inibi Paraphraſtes Chaldæus, *Quæ habitat in amœnitate terræ.* Hem, balnearum, blandimentum, & grata viridarij *amœnitas*, vices cum *amaritudinibus* reciprocat! ô amaram terræ amœnitatem!

Michææ 1. v. 7. Chaldæus.

25 *Verſ.* 20. Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt.

Quod nuper ipſa iuſſerat Suſanna, aiens: *Oſtia pomarij claudite.* Quæ verba. Sic Ambroſius elucidat: *Suſanna fugiens turbarum inductitur. Denique cùm ſe lauaret, paradiſum claudi iubebat.* Paradiſum claudit Suſanna, cùm balneorum deliciis indulget; Ambroſij verba modico ſententiæ flexu, moraliſſimum aculeum habent. Nihil muto; ſed obuiæ expenſioni permitto, verba, excripſiſſe contentus.

S. Ambr. l. 8. Epiſt. 64.

Suſanna cùm ſe lauat, paradiſum claudi iubet.

Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt. &c. 26.

Scilicet loci ſecretioris lenocinio, ſceleris opportunitatem ſubornant. Nil curant de oculis Dei, qui *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum.* Nullum crimen latet, cuius ſaltem conſcientia teſtis eſt, cuius Deus conſcius. Immenſitas oculatæ diuinitatis, omnem locum peccaturis opportunum excludit. Si hâc in re Deo Solem pariare licet, audiendus eſt Minutius Felix ſic eleganter in Octauio fatus: *In Solem intende: cælo affixus, ſed terris omnibus ſparſus eſt, pariter præsẽs vbique intereſt, & miſcetur omnibus, nuſquam enim claritudo violatur.* Eam autem violare præſumit ſceleroſa Senum libido, aiens: *Nemo nos videt.*

Suprà v. 9.

Oculato vbiq. Soli immenſitas pariatur.

Minut. Fel.

Nos in concupiſcentiâ tui ſumus quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. 27.

Laſciuit iuuenili ardore frigida vetulorum annoſitas, & libido exæſtuans annos recurat, dum prodigioſè ad ſtuprum iuueneſcunt. Venuſtiſſimam pudicè Suſannam ex inſidioſis pomarij latebris ſalaciſſimè inuadunt, & lenocinanti ſecreto minas addunt, quò inhoneſtatem extorqueant, irritâ eloquentiâ mutatior Matronæ pudicitia oppugnatur. Miriſſimum autem eſt, quibus verbis eorum quilibet caſtitatem venuſtiſſimæ puellæ tentauerit: *Aſſentire*, inquiũt, *nobis, & commiſcere nobiſcum.* Non tam admiror in penè emortuis & cadaueraſcentibus ſenum membris, viuidè æſtuantem ardorem libidinis, quàm inſolentem ſermonem, & à re amoris alienum, quo vterque Suſannam ad venerem ſollicitat. Pugnant hîc vitia, & minimè ſibi cohærent, & ad facinus inſolenter exorbitant. Profectò procus quiſque ſic ardenter amaſius, cautâ ſolitat angi zelotypiâ, & nimis zelare in adamatâ puellâ, ne aſpectus, aut verbulum cum altero miſceat. Vnde riualis, qui ſimul deperit deamatam feminam, pro hoſte illi eſt: & ob ſalutara limina vſque ad cædes rixari ſolitant: quæ amantium, vel amentium lex eſt. Quo ergò pacto quiſque Senum ita inſanit, vt ſimul procus & leno ſit; & Suſannæ ſeriò perſuadere adnititur, vt cum alio etiam Sene concumbat? Hoc planè monſtrum eſt, & in re amoris nimis inſolens, & amori, quo extimulatur, contrarium. Verùm enimverò geminata ethicè ſolutio ſuccurrit. Altera, quòd in his Senibus non amor, ſed laſciuia vigebat. Porrò amor his legibus metatur; & ſic eſt riualium nobiliter impatiens. At meracior laſciuia bruto appetitu ad libidinem acta, degener eſt, exlex eſt: quare id vnum quærit, vndè obſcœnâ ſalacitate exacietur. Quò deteſtabilior

In his ſenibus non Suſannæ amor, ſed bruta laſciuia viget.

apparet

Auctor in Iudäib. c.7.§.10 n. 81.

apparet impotés horum Senum libido. Deindè (vt olun expendebamus) adeò ſtudebant propriæ famæ, hypocritæ & malitioſi hi Senes, vt quò alter conſortem in flagitio haberet, & proprium facinus alieno excuſaret, perſonam & officium lenonis induerit, & alter alterius etiam lapſum ſollicitarit, patrocinari cupiens ſuo crimini ab alterius flagitio. Idcircò vterque deſueſcens zelotypiæ inſanum furorem, ad alterutrius lenocinium prodigioſè mitigatur. Heu! ſic viuidè quiſque ambit alieno flagitio propriũ excuſare? Verè ille quicuq;:

Ex riuali fit leno, qui de alterius crimine cupit excuſare ſuum.

Silius lib. 2.

Nemo inſons; pacem ſeruant cõmercia culpa,

28. *Verſ.* 21. Quod ſi nolueris, dicemus contrà te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.

Nihil ex omnibus adeò timendum eſt, quàm quod timor humanus timori præponatur diuino. Hi ſenum conatus, vt metu mortis & infamiæ vincerent Dei timorem in Suſannâ. Validiſſimis armis femina impugnatur, loci opportunitate, & inhoneſtæ mortis timore, vt honeſtatem inhoneſtate redimeret. Sibi perſuadebant veteratores illi Senes, formidine mortis, ſuæ libidini obſequium Suſannæ perſuaſuros: nam, vt dixit Iuſtinus, *Perſuaſis mori quiduis facile perſuadetur.* Fefellit, fefellit Senũ ſpẽ, quã nimis de timore Suſãnæ iniecto præſumebãt. Nã ipſa in caſtitatis propoſito adhuc flecti-neſcia, Dei timore timorẽ mortis fruſtratur: & deuorato mortis periculo, expuit periculum caſtitatis: atque perſuaſa mori, nihil illi aduersùs honeſtatem perſuadetur.

Euſeb. Strom. 8. cap. 10.

Suſanna deuorat mortis periculum, quo periculum caſtitatis expuat.

Iuſtin. apud Euſeb. ſuprà

29. *Verſ.* 22. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique.

Ex amœnioris paradiſi deliciis gemitum captat Suſãnâ? Pulchrè Anonymus lib. 1. de viduâ Sareptanâ, homil. 2. (Algerus à quibuſdam cenſetur) *Omnis nupta ſpeculum habet Suſannam, quæ nec in paradiſi deliciis ad laſciuiam cogi potuit.* Et poſt multa: *Taliter inuenitur nupta in paradiſo pomarij conuerſata. Paradiſus delicias ſonat, & quæ in deliciis eſt irreprehenſibilis, plus eſt laudabilis.* In paradiſi deliciis gemit Suſanna, nec ex paradiſi lenocinio delicias captat, quas eius continentia in gemitus refingit; indè *plus laudabilis, quæ in deliciis eſt irreprehenſibilis.*

Anonymus

Suſanna in deliciis irreprehenſibilis plus eſt inde laudabilis.

30 Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras.

Scilicet vitæ incolumitatem cum peccato, mortem ſententioſè appellat Matronarum caſtiſſima. S. Auguſtinus ſerm. 37. ex 40. nouis, quos edidit noſter Sirmondus, ita ſcribit: *Non ſolùm non conſenſit Suſanna, ſed & non tacuit, quare non conſenſit. Si conſentio enim, inquit, vobis, pereo Deo: ſi non conſentio, non effugio manus veſtras, melius autem eſt in manus veſtras incidere, quàm Deo perire.* Itaque S. Auguſtinus pro *τὸ mors mihi eſt*, excribit, ſeu exponit, *pereo Deo*. Heu, libido, iactura Dei eſt? Qui concupiſcentiæ obſcœno ludibrio indulget, Deo iam periit? O terribiles contra impudicos Suſannæ minas!

Sirmondus S. Auguſt.

Homo libidinoſus Deo periit.

Si autem non egero, non effugiam manus veſtras. Conſultò dicit de futuro, *non effugiam*: indè enim impendebat malum. Verùm S. Auguſtinus nuper laudatus, ſic locum excribit: *Si non conſentio, non effugio manus veſtras.* Nempè antequam Senes iniiciant, aut imponant illi manus in iudicio, ait *non effugio* de præſenti. Erant enim illi *anguſtiæ vndique*, quaſi iam ſubiiſſet dãnationis ſententiam, & crepitantium vndique lapidum turbine quateretur, quod eſt ſtipendium timoris. Subiiciam ex Euſebio, quæ ipſe ferè ex Seneca: Præcoces creat Timor triſtitias; angimur futuris, nec volumus reſeruari tormento. Multa nos torquent priuſquàm debeant, alia quæ non debent, alia cùm non debent. Fruſtrata cruciat animum ſpes; fruſtrandus excruciat metus. Illa cùm non deberet, hic qui non deberet. Non ſolum rebus, ſed etiam opinione vexamur. Terrent nos plura, quæ noxia non ſunt, niſi quia metuimus: multa accerſit mala qui timet. Cruciat quoque fortuna aduerſa, cruciat & formidata. Illa pluſquam debet; hæc priuſquam debeat. Lentè nos miſeros facit ſpes; præcipitanter timor. Illa præparat infortunia, hic præripit, vt ſtatim ſit miſer, qui futurus aliquandò eſt. Nam qui diu timet, quotidie damnatur: & ex quo cœpit timor, repetita damnatio incæpit. Idcircò quòd ait Suſanna, *Si autem non egero, non effugiam manus veſtras*, propter infortunium, quod timor anticipat, conſultiſſimè exponit Auguſtinus, *Non effugio manus veſtras.* Et nota, quòd Suſanna benè caſtiſſimam Matronam agit, Propheriſſam non benè agit: ait enim: *Non effugiam manus veſtras*, quas tamen reapſe tandem effugit. Profectò non benè prophetat, qui aduersùm ſe prophetat præcoquo timoris inſtinctu. 31

Euſebius Strom. 8. in Proœmio.

Qui damnationem timet, iam damnatur, etſi damnandus non ſit.

Non benè prophetat, qui aduersùm ſe prophetat.

Verſ. 23. Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini. 32

Scilicet ex procorum Senum verbis præſagit Suſanna, eoſdem futuros & teſtes, & ſimul iudices. Iudices priùs erant, nunc adduut. *Dicemus contrà te teſtimonium.* Exindè ruſpari ſagaciùs liceat, cur nuncupatim dixerit, *Quàm peccare in conſpectu Domini.* Opportunè Bernardus exponens illud, *Nemo nos videt. Eſto*, inquit, *nemo te videat, non tamẽ nullus. Videt te Angelus bonus .... videt te Angelis maior Deus, videt & ipſe Iudex, cuius te oportet aſſiſtere tribunali.* Itaq; Suſana benè ſcia, illos Senes in ſuâ cauſà Iudices & ſimul teſtes futuros, teſtẽ omniũ & ſimul Iudicẽ Deũ aduocat; qui ſolus poteſt Iudicis ac teſtis ritè munus obire.

Suſanna ſolum Deum, non Senes, habere teſtem & iudicem optat

S. Bernard. Serm. ad Clericos c. 16.

Quaſi dicat: Iudices ſimul & teſtes vos patiar, quod in terrenis Iudicibus illegitimum eſt. Hoc ergò nomine etiam iam nunc vos recuſo; noloque *peccare in conſpectu Domini*, ne verum habeam teſtem flagitij eundem, quem habitura ſum *Iudicem, cuius me oportet aſiſtere tribunali.* Huc proculdubiò alludens, ait, *quàm peccare in conſpectu Domini.*

33 Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

O maſcula femina, & ſtatûs coniugalis decus opinatiſſimum! Gratiarum manibus facta puella ad matronalis pudicitiæ inuidiam: quæ in terris verſans, Angelicâ indole & venuſtate ſublimis, conuerſationem habeat in cælis, ambulans *in conſpectu Domini*, quem vbique præſentiſſimum habebat. Tempeſtiuè Anonymus: *Non enim*, inquit, *in ſe confidit Suſanna, ſed adiutorium eius in nomine Domini, qui fecit cælum & terram ..... Ex talis nupta comparatione vidua & virgo ſe metiatur, cùm nuptam conuerſari in cælis vident, vbi ſibi locum vidua & virgo eligant, æſtiment.* Hem! vidualis, ac virginalis etiam pudicitiæ menſura, Suſanna eſt? Virginalis caſtitas erit ſemper ſolicior, & integritate corporis meracior; ſed forſan in Suſannâ muratior, quæ adulterorum machinas ſic robuſtè deluſit, vt famæ contumelias, & ſui corporis ſtrages vltrò opperat, ne violetur inuita. Grande quidem Suſannæ elogium eſt, quòd nupta ipſa, & generosâ prole aucta, viduarum ac *virginum menſura* nominatur!

Anonym l. 1. de viduâ Sarept. homil. 2.

Suſanna dicitur viduarum ac virginum menſura.

34 Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

Offendit Origenem (apud Hieronymum, eius hic interpretem) vocula comparatiua *meliùs*, qui mallet, vt *bonum* ſcriberetur, ſic loquitur: *In Græco non habet ἀγαθώτερον, id eſt, meliùs; ſed ἀγαθόν, quod bonum interpretari poſſumus. Vndè eleganter non dixit: Meliùs mihi incidere in manus iniquorum presbyterorum, quàm peccare in conſpectu Domini: ne videretur comparatione peccati, quod erat bonum, hoc appellare melius. Sed bonũ eſt, inquit, mihi nõ facere malũ, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini. Non ergò per comparationem legendum eſt, Melius mihi eſt.* &c. Imò ſic per comparatiuum *melius* legendum eſſe, multis inibi probat Lanſelius, ſicque legit Vulgatus, ne ſententiæ energia euigoretur. Scilicet acerrima Suſannæ continentia, non ſolùm *bonum*, ſed & *meliùs* putat incidere in ſæuas Presbyterorum manus, diffamiam probroſiſſimam, & nudo corpore lapidum pati nymbum, quàm vel tantillum à caſtitatis propoſito, degeneri conſenſu deſciuiſſe. Contempta Iudicum ſalacitas atrociter intentet ſtrages, luridæ crepitantium lapidum vibices, quæ innoxiè delicatum tundant corpus vſque ad acerbiorem interitum, non *bonum* id duntaxat, ſed *melius* mihi, & expetibilius eſt, quàm vel leuiter deuenuſtaſſe pudicitiam. Nemo ergò hanc epitaſim, & acerrimum propoſiti vigorem Suſannæ inuiderit.

Origen. apud Hieronym.

Non bonum duntaxat, ſed melius putat Suſanna quoduis malum pro caſtitate ſubire.

Lanſelius in Notis.

Verſ. 24. Exclamauit voce magnâ Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduersùs eam. 35. Sanctius

Non hìc exclamat Suſanna clamore muliebri tragicè querulo; ſed quia viribus deſperabat ſe quicquam reſiſtendo effectura contrà duos; neque credebat eorum æſtuantem libidinem renutu deluſam, aut iniectis minis, aut vllâ prece reſtingui poſſe: ad arma confugit, quæ muliebrem infirmitatem armant, & muniunt, ad clamorem videlicet, quo domeſticorum auxilium aduocat, quo vim illam ploſquam hoſtilem à ſe quantocyùs depellat; & eò clamat altiùs, quo rem ſibi chariſſimam ac pretioſiſſimam in diſcrimen adduci ſentit. Eleganter ad rem Ambroſius Virginem lapſam ſic alloquitur: *Dices, Nolui hoc malum, violentiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna, cuius tu nomen fallaciter baiulas. Ego enim inter duos Presbyteros poſita, inter duos vtique iudices populi, ſola inter ſiluas paradiſi conſtituta, vinci non potui, quia nec volui. Tu ab vno ineptiſſimo adoleſcentulo, & in mediâ ciuitate, quomodò vim potuiſti perferre, niſi quia vltrò voluiſti violari? Quis denique voces tuas audiuit? quis obluctationes ſenſit?* Planè luculenter Ambroſius! Itaque magno clamore Suſanna aduocat teſtes violentiæ, auxiliatores pudicitiæ, aut inferendæ iniuriæ impedimenta.

Clamore Suſanna, non querelas ciet ſed auxilia aduocat.

S. Ambr. ad Virg. lapſã cap. 4.

Exclamauit voce magnâ Suſanna: exclamauerunt etiam & ſenes aduersùs eam. 36.

Magnitudinem vocis, quâ clamauit Suſanna, adſpectu ad Senum clamorem, ſic elucidat S. Hieronymus: *Magna vox erat, non aëris percuſſione & clamore faucium, ſed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad Dominum. Vnde & ſancta Scriptura in exclamatione Seniorum non appoſuit magnam vocem. Sequitur enim: Clamauerunt & Senes aduersùs eam.* O! menſura clamoris ad Deum, è *pudicitiæ magnitudine* taxatur? ô præcelsè magnas caſtitatis voces! Clamoris ad Deum vigor, pudicitia eſt? Libido ſicut ad cælum eſt cæca (*declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum,*) ita ad Deum muta eſt: vix muſſitat, cùm voce clamat. *Vndè & ſancta Scriptura in exclamatione ſenum non appoſuit vocem magnam.*

S. Hierony. ibid.

Magna Suſannæ vox à pudicitiæ magnitudine.

Suprà v. 9.

Exclamauit Suſanna voce magna: exclamauerunt etiam & ſenes aduerſus eam. 37

Eſto,

Sollicitior eſt Suſanna ad virtutem, quam ſenes ad vitium.

Eſto, clamet Suſanna femineam imbecillitatem clamoribus armans, quibus opem aduocet auxiliarem, ſi fortè ſenes petulanter ſalaces, vi iniuriam intentare audeant; cur ipſi pariter exclamant? Quid ipſi à puellâ imbelli, inermi, panidâ timeant? Timent, opinor, ne virtus palmam vitio præripiat;& ſollertior ſit pudicitiæ ſagacitas, quàm vitij ſollertia. Pulchrè Euſebius: *Reclamauerunt quoque Senes, ne vincerentur à puellâ diligentiùs tuente virtutem, quam illi accuſarent.* Literaliſſimè pariter ac moraliſſimè.

Euſebius lib. 8. Strom.

38. *Verſ.* 27. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia numquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſannâ.

Clamore interea acciti famuli irruerunt per poſticum, occultiores videlicet horti fores, & ſtatim occupatâ occaſione Senes caſtiſſimam matronam adulterij inſimulatunt: quæ accuſatio tam inopinata atque inſolens, familiam in ruborem ac ſtuporem dedit. Numquam enim huiuſmodi ſermo de Suſannâ auditus fuerat. Sed accuſatorum conditio, ſolitudo loci, ſeminuda mulier, & fabulæ callidè compoſitæ probabilitas, non parum fidei faciebant. Sanè *magnos hiatus patitur humana credulitas*, ait Ennodius. Fortunata eſt veritas, quæ veroſimilem ſpeciem habet. Heu quoties in veroſimili mendacium eſt, & verum veroſimilitudine viduatur! Adulteri Senes fidem faciunt falſato ſuffragio, vel hoc ipſo nomine non credendi. Nam *omne falſum adulterium eſt, ſic & in ſtupro mergitur*, ait Tertullianus. Virginem veritatem Senes adulterant, & creduntur; & in caſtiſſimæ Suſannæ ore ipſa veritas reputatur mendacium. Ecce tibi quos patitur hiatus humana credulitas.

Sæpè eſt in veroſimili mendacium; nec eſt veriſimilitudo in vero.

S. Ennod. alibi expenſus.

Tertull. de Idolol. c. 1.

39. Erubuerunt ſerui vehementer: quia numquam dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſannâ.

Prudenter *erubuiſſent* ſerui de inopinato Suſannæ adulterio; non tamen quia nihil impudicum de eâ hactenùs audiuerunt. Opinor, ſerui non *erubuiſſent* de huiuſcemodi teſtimonio, quo Suſanna adulterij inſimulatur, ſi inhoneſtatis diffamia præceſſiſſet. Porrò infamia ab ipſo delicto edocta, verecundiam excutit, nec ad iteratum ſcelus erubeſcit. Primum impudicitiæ nuncium totam familiam rubore ſuffundit, quia couſque nec leuis inhoneſtatis rumuſculus famam Suſannæ violauerat. Quare *erubuerunt ſerui vehementer: quia numquam dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſannâ.* Quaſi de nouitate potiùs ſceleris, quàm de ipſo ſcelere *erubuiſſent*. Heu! ſcelera olim & nunc ſic præſcribunt, vt tantùm nouitas ſceleris pudore ſuffundat? Non defuit repellendo crimini Suſanna tacita, cui anteacta vita ſic patrocinatur, vt inhoneſtus nouiter rumor, inſolens videatur, & qui ſtuporem ac ruborem ſeruis induxerit.

Suſanna famiſia, non tam de crimine, quàm de illius nouitate erubeſcit? quare?

Verſ. 30. Et venit (Suſanna) cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis. 40

Periclitanti Suſannæ adſunt parentes, adſunt filij, & vniuerſa cognatio adeſt, qui illius amore, & domeſticæ virtutis diuturno opulentè experimento auaram fidem Senibus exhibebant. *Siniſtras ſuſpiciones ij qui amant difficiles habent. Bonus etiam prauarum rerum interpres amor eſt*: cuius etiam commentarios Iudices in cauſis legant. Vel adſunt attrati vt iam morituram ad ſepulturam proſequerentur, & *viuas exequias* ambitioſo luctu peragerent. Adſunt itaque parētes, adſunt filij, vniuerſa Suſānæ cognatio adeſt. At vbi maritus? Vxori Suſannæ de adulterio inſimulatæ, deeſt maritus, cui ſoli Suſanna femina nata eſt; cui maluit ſeruare fidem, quàm ſibi vitam, vtrique famam. Opinor, Suſannæ adfuit maritus contumelioſè ſemiuiduus, parentes iam iā improles, filij ſtatim orphani, lugubre famulitium, & tota cognatio vnius propudio dehoneſtata; quò in pudicitiæ ſtadio flecti-neſcia Suſannæ conſtantia tot machinis arietata, magis appareret.

An periclitanti Suſannæ maritus abfuit?

Euſeb. Strom. 8.

S. Zeno alias expenſus Sanctius ibi conſulendus.

Verſ. 31. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. 41.

Quaſi corporis teneritudo, oris venuſtatem exaggeret. *Delicata nimis* inducitur, ſic viriliter caſta, in vxoriæ fidei ſtadio. Puella pulchrè delicatula dicitur quò eius fides maſcula, ſtrenua puritas, ſpes acerrima, & vltrà feminam conſtantia, è diuerſo præniteret. *Delicata nimis* inducitur, quò canam Senum auctoritatem, poteſtatem Iudicum decepti populi ſuffragio minacem, & omnes Diabolorum machinas, aduerſùs ſe, id eſt, aduersùs caſtitatem vibratas, inermis ipſa ſumptuoſiùs exarmaret. Suſannæ *delicatæ nimis* Deus forte dedit certamen, vt vinceret, & victricem eſſe caſtitatem oſtenderet.

Delicata nimis ad forte certamen Suſanna inducitur. quare?

Verſ. 32. At Iniqui illi iuſſerunt, vt diſcoperiretur (erat enim cooperta.) 42

Super hoc Suſannæ nunc velamine, pugnaciter litigant Interpretes, eorúmque nemo litigium hactenùs compoſuit. Audiendus eſt Tertullianus, qui, opinor, rem moralem eloquenter tetigit: *Si & Suſanna*, inquit, *in iudicio reuelata, argumentum velata præſtat, poſſum dicere, & hîc velamen arbitrij fuit. Rea venerat, erubeſcens de infamiâ ſuâ, meritò abſcondens decorem, vel quia timens iam placere.* Verecundia turpis flagitij inſimulari, velamen quæſiuit, quo ab infamiâ faciem abſconderet; ſiue vt pulchritudinem noxiam abſconſione vindicaret, tamquam huius tragœdiæ auctricem; ſiue vt puniret Iudices, dum illos ſui conſpectu

Tertull. de Coronâ mil. c. 4.

Multimoda ratio, cur Suſanna in iudicio velatur.

pectu defraudabat; ſiue *meritò abſcondens decorem, timens iam placere.* Scilicet ſero placendi timore, pulchritudinis gratiam abſcondit, & punit; aut iniecta Senibus pericula expiat.

43 At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur. &c.

Cur Iudicũ nomine, hi Senes iniqui nũcupantur?

Et vbi eſt auctoratum Iudicum, aut Seniorum nomen, quod in hâc hiſtoriâ percrebruit, & quo hactenùs indigitantur? *Iniqui illi* dicuntur, non Iudices illi. Quis eos Dignitatis vocabulo exauctorauit? Extrà iudicium appellantur Iudices; & in iudicio, *Iniqui illi* nominantur? Scilicet tacente etiam Suſannâ iniuſtè reâ, eorum inueterata iuuenili ardore nequitia, Iudicum *nomen recuſat* (vt Tertulliani verbis vtar;) & in adulteris Iudicibus *nominis adulterium* prodit, ſic cum Ruperto aliorſum loquente, loqui liceat.

Tertull. l. 4. contra Marc. c. 14. Rupert. l. 3. in Ioann.

44. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta,) vt vel ſic ſaciarentur decore eius.

Sic deliciantur aſpectu Suſannæ, quam ſic oderunt? Dum famæ ac corporis ſtrages ſcelerosâ enormiter fraude negotiantur, ſic tenerè eam diligunt? Vtrumque ex alterutro redarguitur; aut non amare eam, quam rancido nimis odio vſque ad cruentam cædem perſequuntur; aut non odiſſe eam, cuius aſpectum ſic peramanter exambiunt. Tempeſtiuè Euſebius: *Obliquus eſt,* inquit, *libidinis amor.* Monſtrum eſt, amoris ſimul & odij concordia inſolens. Repudiatæ libidinis blandus amor, duro odio immergitur, & prodigioſè miſcetur; neque iſtiuſmodi mixturâ ſe diffitentur. Senſum mulcet blanditiis amoris, repulſæ iniuriam odium exacuit: & de obſcœnæ libidinis ludibrio, confuſus amantium aut amentium ſenſus *obliquè* ducitur; & ſimul amore blandiùs prurit, & ideo duriter furit. O caue veneris prodigia!

Obliquus eſt libidinis amor, quomodo?

Euſebius Strom. 8.

45 *Verſ.* 34. Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.

Hâc ceremoniâ manuum imponendarum ſuprà caput, abutuntur hi Presbyteri Iudices, vt eorum attactum, quem Suſanna conſtanter refutauerat magnanimo pudicitiæ amore; Iudicum ac Presbyterorum priuilegio extorquerent. Heu quoties, quod priuata malitia, aut fraudum ſagacitate, aut munerum lenocinio, aut iniuriæ violentiâ obtinere non valent, quamuis obnixiùs ſtudeat; Præfecturæ licentiâ, aut Presbyterij iure extorquetur! Multa iudiciariæ Poteſtati licent, quæ niſi de Præfecturæ licentiâ impunè non licerent. Heu prurigitur libido colore iuſtitiæ; & iudicando obtinetur, quod ſcortando non daretur! O virginis iuſtitiæ ac religionis frequens malignè ſtuprum, cui nec reluctari, nec obſequi licet! O malitiæ portentum! ſic Senes inſidiantur caſtitati, Iudices innocentiæ? O Præfecturæ abuſum magno luendum!

Hi Iudices Præfecturæ priuilegio, impudicitiã negotiantur.

Verſ. 35. Quæ flens ſuſpexit in cælum. 46.

Quâ in re obſeruatione digniſſimum eſt, quòd Suſanna etiam cùm inducitur puella tenera & delicata nimis, probroſiſſimæ & acerbiſſimæ mortis ſententiam ſiccis oculis audit infrà v. 41. &c. cùm inhoneſti *Presbyteri poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius,* probe noſcens eorum intemperantiam, tunc, quidèm funeſtè fleuit, & caſtiſſimis infuſa lacrymis coràm ingemuit. Quò pudiciſſimè denotauit, inſincerum Seniorum attactum fuiſſe illi grauiorem & acerbiorem, quàm iniuſta, contumelioſa, crudelis, & atrox ſæuæ lapidationis, & diræ mortis ſententia. Quâ ſuper re copioſior infrà redibit ſermo ad verſ. 34. in his Moralibus.

Suſanna quæ non fleuit ad ſententiam mortis, flet ad impudicum Seniorũ attactum.

Quæ flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. 47.

E tali Iudicum ceremoniâ infortunatum flebilis Suſanna captat augurium, & infuſa lacrymis, in cælum ſuſpexit, ad quod intuendum caſta Innocentia liberum ei aditum patefecit. Porrò quemadmodum ſalaces illi Senes dum libidinis negotium aut otium ſtudioſiùs tractant, *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum*, cuius aſpectum luxuria vetat: Sic meracior Suſannæ continentia, pudicitiæ priuilegio *cælum ſuſpicit*, & tamquam caſtitatis patriam aduocat auxiliare. Suſanna ad libidinem ſurdè cæca, huiuſmodi cæcitatis iure, ad cæli intuitum oculatiſſima redditur. Collyrium cæli videndi, pudicitia eſt.

Cæli aſpectũ, quem vetat libido, caſtitas præbet.

Suprà v. 9.

Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. 48

Acerrima ſanè virtus ſpes, quam nec vltima calamitas excuſſit Anguſtiæ ſunt vndique Suſannæ, dum de proximo imminet capitalis ſententiæ fulmen, & in periculo propè deſperato, ſpei aditus panditur. Alto ſtilo dixit Theognis: *Spes & periculum inter homines ſimilia ſunt.* Arcanus ſanè nexus eſt inter periculum & ſpem, & inſolens cognatio: nam periculum deſperationem negotiatur; à periculi enim magnitudine deſperatio naſcitur. Ita quidèm, ſed infelici ſpei abortu, quæ naſci potiùs debuiſſet: ſpei enim elogium eſt, quòd per ardua it alacris, & per obſtantia inuiè pericula pergit fidenter intrepida, & à maiori diſcrimine vires è diuerſo ſumit. Quaſi conceptaculum ſpei periculum ſit, & illius matrix; & indè idem alter, aut vnus ambo, per inuias virtutum conſequentias. Quare ſpes periculo ſimilis eſt, & periculo magnitudine pariatur: in homine

Theognis

Spes & periculum inter homines ſimilia ſunt quare?

mine enim ſtrenuæ virtutis, & magnanimæ conſtantiæ, non impar periculo ſpes affulget. *Spes & periculum inter homines ſimilia ſunt.* Sic in magno periculo, quod aliis foret deſperationi confine, magnam ſpem, non imparem periculo, Suſanna erigit. Flebilis mœret, ne imparibilis videatur; ſed ſpebus dulciſſimis erecta periculum excantat, arcano quodam fiduciæ ſacramento.

Verſ. 39. Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat.

49

Quis eſt iſte *adoleſcens*, ſenibus *fortior*, quem *comprehendere* ipſi *nequiuerunt*? Opinor, falſa dicunt, & vera augurantur falſidici mendacij nubilo. Hi Presbyteri dum muneris ſui officio funguntur, plura dicunt, quàm ſignificant; & *adoleſcentem* Danielem augurantur, quem ipſi *nequiuerunt comprehendere, quia fortior illis erat*: quare ipſi ab eo citiùs comprehenſi ſunt. De Caiphâ in Concilio malignè prophetante, dum Chriſtum condemnat, ſic fatur Chryſologus: *Caiphas profano prophetat ore: & cùm Sacerdos eſſet, falſitatis ſuæ ſenſum vicit officio veritatis.* Flectenda ſunt tantiſper verba ſub adſimili ſenſu: *Hi Senes prophano prophetant ore: & cùm Presbyteri ac Iudices eſſent, falſitatis ſuæ ſenſum vicerunt officio veritatis.* Aiunt enim: *Et illum (adoleſcentem) nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat.* Sub ficto adoleſcente Suſannæ conſtupratore, verus adoleſcens Daniel traſparet, virginis veritatis aſſertor, & acerrimus coniugalis pudicitiæ vindex, qui Presbyteris *fortior*, illos in malitioſo enormiter mendacio palam *comprehendit*, & ad ſimilem cruentè lapidationem conſtanter condamnauit.

Presbyteri falſitatis ſuæ ſenſum vincunt officio veritatis.

S. Chryſolog. Serm. 49.

Verſ. 41. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.

50

Sycophantas Suſânæ criminatores, natura & dignitas commendabat. Senio reuerendi, magiſtratu timendi erant. Dignitas in iudicibus iniuriam, ætas in ſenibus mendacium negabat. In Suſannâ non negabat adoleſcentia libidinem, nec pulchritudo amaſios. Senes illi; hæc adoleſcentula. Vicit numerus, duo erant: vicit antiquitas, ſenes erant: vicit dignitas, magiſtratus erant. Tantâ ergò auctoritate eminebant vt potuerint *glorioſam facere falſitatem.* Tantum benè compoſitæ fabulæ licet.

Euſebius Veronæ ſenum auctoritas glorioſè victricem facere falſitatem.

Caſſiod. aliàs expenſus.

Verſ. 42. & 43. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor ..... Tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contrà me, &c.

51

Cur Suſanna non Deũ vt pium, ſed vt æternum aduocat auxiliatorem?

Presbyterorum teſtimonium, propter quod damnata eſt Suſanna, fidem populariter fecit, & quia illud tulerunt Senes canis reuerendi, & quia tamquam oculati teſtes ſtuprum atteſtantur. Huic auctoratiſſimo teſtimonio aliud auctoratius Suſanna his verbis ſapienter opponit, aiens: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor*, &c. Porrò ſciſcitari quiſpiam curioſiùs poſſet, eccur Suſanna, cùm extrema calamitate angitur, & Deum aduocat ſibi auxiliatorem, eum appellet *æternum*; & non potiùs pium, miſericordem, beneficum, innocentiæ omnipotenter aſſertorem, & acerrimum iniuriatum vindicem? Quid Dei *æternitati* cum ferendâ ſuæ innocentiæ opem? Profectò *æternitas* non eſt auxiliandi energia, ſed retrò immetata durationis antiquitas. O bene! Scilicet contrà oculatum Senum teſtimonium annoſitate venerandum, pro ſuâ innocentia allegat teſtimonium Dei *æterni*, quem *antiquum dierum* ipſe ſacer Hiſtoricus appellauit. Et S. Zeno de Patre Deo ait: *Maturus, quia æternus eſt.* Quaſi dicat Suſanna: Vos creditis hiſce teſtibus, & quia ſenes ſunt, & quia oculis ſtuprum ſe vidiſſe teſtantur: ego autem pro meâ innocentiâ teſtem ſiſto Deum, præ illis *antiquum dierum*, ſcilicet *æternum*, qui etiam *abſconditorum eſt cognitor*, vniuerſiſque rebus adeſt teſtis oculatus. Si tanti apud vos Senectus ad teſtimonij auctoritatem, & popularem credulitatem, ego ſiſto meæ innocentiæ teſtem eum, qui antonomaſticè eſt *antiquus dierum*; quare & *æternum* nunc appello, qui antiquitatis, & oculari teſtimonij ſuffragio ſit meæ innocentiæ vindex, & opportunus aſſertor.

Daniel 7. v. 9.

S. Zeno Ser. 9.

Exclamauit autem voce magnâ Suſannâ, & dixit: Deus æterne tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me &c.

52

Miriſſima fuit Suſannæ fiducia, non alloquitur homines ad ſtupri defenſionem; totam ſe vni Deo committit, ne cùm ſuam pudicitiam in iudicio apud homines defendit, pudorem verbulo accuſet, dum rem turpem verbis excuſat. Eloquenter Ambroſius multa breui perſtringit notatione digniſſima: *Quid* inquit, *de Domino omnium virtutum loquor; cùm mulier Suſanna, nec ſexus infirmitate turbata, cùm ſe ad periculum mortis agnouit addictam, vocem emiſerit?* (ad homines, inquam) *Accuſabatur; & tacebat: ducebatur ad mortem, & ſilentio ſe tegebat, ne nudaret pudorem* (dum ore peragit veram rei turpis defenſionem, & culpam in adulteros regerit.) *intrà ſe tamen loquebatur Deo, qui eam magis audiuit tacentem. Quæ ſi voluiſſet loqui, forſitan non eſſet audita.* longum facerem, ſi Ambroſij ſententias ſingulas ſigillatim elucidare ambirem.

Cur turpe crimen non excuſat in iudicio Suſanna?

S. Ambroſ. in Pſal. 37.

Magis audita Suſanna dum apud homines ſilet.

Verſ. 45. Cumque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum, pueri iunioris, cuius nomen Daniel.

Cùm eo res eſſet progreſſa, vt actum de fama

ma, ac vitâ Suſannæ videretur, & iam penè populus armaſſet manus, & ſinus lapidibus oneraſſet, excitauit Dominus ſpiritum ſanctum, videlicet qui in ſancto quodam adoleſcente habitabat; qui opportunè occurrit; & quicquid latebat inſidiarum prudenter aperuit. Hic adorare licet arcanum diuinioris prouidentiæ ſacramentum, quæ per media oppoſita, & ſibi pugnantia opportuniùs ſuffragari ſolitat, & vulnere ſanat. Nimirùm Senum teſtimonium, quod tantam populariter fidem meruit, hoc eſt: *Venit ad eam* (Suſannam) *adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea.* Mentitus *Adoleſcens* à Senioribus inducitur Suſannę conſtuprator, & propter falſatum cum eo adulterium, innocens Suſanna damnatur. Prouidentiſſimè ergò Deus inducit verum Adoleſcentem Danielem, nobilitate ac venuſtate opinatiſſimum, qui in multorum ſententiâ vigeſimum aut vigeſimum quartum annum tunc agebat; qui Suſannam à mentiti Adoleſcentis credito ſtupro liberaret. Ob fictum *Adoleſcentem* iam iam Suſanna perit; propter verum Adoleſcentem iam Suſanna liberatur. Tunc Adoleſcens Daniel in eâ erat ætate, in quâ veroſimilior foret ſtupri ſuſpicio, quàm in Adoleſcente fictè mentito, & ſubdolè anonymo, incognito, innominato. Fictus Adoleſcens hanc Suſannæ tragœdiâ exhibet, & verus Adoleſcens Daniel, acerrimus pulchræ Suſannæ aſſertor, & caſtæ innocentiæ vindex, feliciorem cataſtrophen ſtudioſiùs inducit. Nemo de vero Adoleſcente quicquam ſiniſtrum vel ſuſpicari audet, quod de mentito auidiùs credidit. Hâc Adoleſcentis veritate, ficti illius humana credulitas egregiè vapulat, & diuinæ prouidentiæ ſacramentum propalatur.

Diuinæ prouidentia per contraria auxiliatur.

Suprà v. 37.

De mentito Adoleſcente creditur, quod de vero ſuſpicari non licuit?

54 Verùm enimverò neque pauci, nec ignobiles Interpretes (quibus & nos in Commentario litterali ſubſcripſimus,) ſeriò adſtruunt, & plurimorum Patrum teſtimonio confirmant, Danielem tunc duodennem fuiſſe: in eâ nimirùm ætate, in quâ prænobilem Matronam tamquam ſcortum habuiſſe, inſuſpicabile foret, & humanam fidem ſuperaret. Eſto, id verum ſit, vt reapſe veroſimilius eſt. Hinc etiam & ſacramentum diuinæ prouidentiæ, & malitioſa Senum nequitia temerariè audax, micantiùs tranſlucet. Porrò ſic erat veteratoria Sycophantarum Senum malitia in ſtrophis temerariè architectandis, tantaque iudiciorum & oris licentia ad omnem ſiniſteritatem effrenis, vt præcoqua Dei prouidentia hanc in temerariè iudicando audaciam petulantem præcluſerit, & duodennem ſubmiſerit Danielem; in eâ ſcilicet ætate, & celebri ſanctitatis famâ, quam nec temeraria criminatorum Senum audacia, malitiæ priuilegio, & ſtropharum ſagacitate vellicaret; ſollerter præcauens, ne mentitus ille Adoleſcens, de quo ſtuprum mentiti ſunt, puer tunc Daniel cenſeri potuiſſet.

Daniel duodennis Suſannam liberat, ne mentitus ille adoleſcens diceretur.

Verſ. 46. Et exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius. 55

Cùm iam Suſanna efferretur ad ſupplicij locum; perſtrepente, atque ſucclamante turbâ: vt in ſimili caſu fieri ſolet, neceſsè fuit, vt magnâ voce Daniel exclamaret, vt turbæ clamorem ac tumultum comprimeret; ac ſignificaret iniuſtum eſſe iudicium, quo innocens Suſanna damnabatur. Hanc magnam Danielis vocem, ſic Hieronymus elucidat: *Suſcitato in ſe ſpiritu ſancto, & quæ puer deberet dicere ſuggerente, vox eius magna erat. Et notandum ſicubi in Scripturis ſanctis, peccatoris vox magna vocatur.* Magna magni Doctoris adnotatio! Peccatorum vox exilis ſemper eſt, demiſsè rauca, abſurda: non pertingit ad quod non clamat, cælum, quod ad peccatores ideircò ſurdum eſt. Terrena muſſitat, & elingui clamore, ipſe oculorum & aurium cæcus, & quaſi truncus ſilenter ad cæleſtia mutus.

S. Hieronym in Commentar.

Peccatoris vox nunquam in Scripturis magna legitur.

Verſ. 48. Sic fatui filij Iſrêl non iudicantes, neque, quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? 56

Verba hæc grauiora ſunt, quàm quæ à puero audiri, atque expectari poſſent. *Fatuos* appellat filios Iſrael. Sed vnde ex hoc iudicio *fatui* probantur? Quis crederet iniuriam fore apud Iudices iniuriarum vindices; mendacium in canâ ſenectute Magiſtratibus præſertim ſublimiùs auctâ? An in Suſannæ damnatione *fatui* appellantur, quia cùm in nullo diſcrepet vtriuſque teſtimonium, ſed vna prorsùs amborum teſtium vox ſit, de præmeditatâ fraude debet eſſe ſuſpectum? Quod ipſa Suſanna animaduertens, minimè tacuit, aiens, *Cùm nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduersùm me.* Compoſita ad amuſſim teſtium conſonantia, quę in nullo vel modicum diſcrepet, fabulam præmeditatam ſubolet. Sic aliqua, quæ in Euangeliſtis apparet diſſonantia, indubiæ veritatis ſuffragium eſt. De quo alias agebamus. Quare hi iudices ſimul & teſtes, quorum vna & eadem vox fuit in exhibito teſtimonio, incredibilitati adulari debuit, & ſubornare repulſam: & idcircò *fatui* appellantur qui illis facilem præbuere conſenſum. Niſi malis, *fatuos* appellari, qui etſi Senum teſtimonio auctoratiſſimo, re penitùs indiſcuſsâ, condemnauerunt Suſannam, cuius innocentiæ anteacta vita ſic validè ſuffragabatur. Scilicet *fatuus* dicitur, apud quem anteacta inculpatè vita, perpetuo tenore aſpectabilis, maledicentiæ iacula non exarmat. Adde etiam quod inueterata Senum malitia, tot hactenùs criminibus ſceleroſa, etſi hypocriſi ad probitatem colorata, tranſparere populo debuit; & indè malitioſum inuitiare ſuffragium.

Cur populus credens Senibus, fatui appellantur.

Suprà v. 43.

Auctor. in Iudith. Commentar.

Sic

Sic fatui filij Iſraël, non iudicantes, neque verum cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël.

57 Parum hæc verba ſibi coliæ̃rere videntur: ait enim *condemnaſſe* Suſannam, *non iudicantes*. Imò legitimo iudicio eam condemnauerunt, licet ſubnixi falſo Seniorum
Qui ſine cognitione iudicat, etſi ritè iudicet, iudicare non dicitur. teſtimonio. Quin & impoſſibile eſt, *condemnaſſe* reum, quem non *iudicarint*: nam *condemnaſſe*, *iudicaſſe* eſt: nec ſine iudicio ſtat condemnatio. Verùm vt notabamus in Cõmentario litterali §.5.n.40. cùm dicitur, *Non iudicantes, neque verum cognoſcentes, condemnaſtis*, vocula *neque*, non eſt copulatiua, ſed exegetica, exponit enim verbum quod præcedit nempe, Non iudicantes, id eſt, non cognoſcentes, condemnaſtis innocentem Suſannam, quaſi non cognoſcere, & non iudicare ſynonyma ſint, quod attinet ad damnationem. Heu quot iudicia quæ videntur ritè iudicia, à Iudicum ignorantiâ, aut inſcitiâ malitioſâ, iudicia non ſunt. Taceo.

Sic fatui filij Iſraël, non iudicantes, neque verum cognoſcentes, damnaſtis filiam Iſraël?

58 Opinor, non ſine epitaſi, *filios Iſraël* appellari *fatuos*, cùm ſine legitimâ cauſſæ diſquiſitione, condemnarunt *filiam Iſraël*. Porrò cognatio in Iudicibus, reum etiam ſceleroſè noxium de impunitate adulari ſo-
Fatuus eſt Iudex, qui innoxium cognatum damnat. litat: nam Iudex cognatus cognationis iure iura flectit, vt cognatum abſoluat, frequenti virginis iuſtitiæ inceſtu. Malè factum; ſed peius, imò & inſolenter *fatuum*, quod cognatus Iudex illegitimè ſæuiat in cognatos; & *filij Iſraël* non ritè *damnent filiam Iſraël*, cognationis abuſu, & iuſtitiæ adulterio. Quaſi dicat Daniel: Non mirarer, ſi Iudex cognatus cognatum reum, etſi ſontem abſolueret, qui tribunalium abuſus diuturnitate præſcribit. At poteſtate malitioſè & crudeliter abuti ad damnandum innocentem cognatum, nimis *fatuum*, & belluinum eſt. Sic cognatio dum ex quâlibet cauſſâ exaſperatur in *fatuè* implacabilia odia degenerare ſolitat!

Verſ. 49. Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduersùs eam. Reuerſus eſt ergò populus cum feſtinatione.

59 Quorsùm ſic ſollicitè Daniel ſatagit, vt populus cum feſtinatione reuertatur ad
Iidem parietes qui audierant Suſannæ infamiam, audiant Suſannæ innocentiam. idem forenſe conclaue, vbi Suſanna primò damnata eſt? Porrò iterandæ damnationis inauſpicatum videtur augurium? Scilicet ibi vbi euulgatum eſt falſatum turpiter Suſannæ adulterium, & abſurda ſtupri vox clarè inſonuit cunctis audientibus, ibi, ibi inquam, eius præclarius reſonet caſtior innocentia, & pura vox vocem impuram expungat. Sanè *auriti ſunt parietes, aurita tecta* ad maledicentiæ voces: ergò eiuſdem conclauis parietes Suſannæ flagitio turpiter inceſtati, declaratione innocentiæ expientur detectâ veritate, & turpi Senium falſitate explicatiùs propalatâ. Ipſi parietes, etſi naturâ ſurdi, audiant caſtam Suſannæ innocentiam, qui eius turpiſſima flagitia falsò atteſtata exaudierunt; nequid obiectæ maculæ vel parietibus aut tectis adhærens, exinceps ſuperſit. Tanto impenſiùs ſtudio opus eſt ad oblitterandam inhoneſtatis diffamiam, quæ maledicentia ſemel euulgarit! ô quam difficile redit pudicitiæ fama, quam falſus etiam rumuſculus malè inceſtarit! Tantùm maledicentiæ licet! Diſce à Daniele quàm ſit reſtauratu perarduum, quod ſic intentiùs reſarcire procurat! ô quàm non leuiter leue verbulum lædit, irreparabili plerumque famæ iacturâ. 50

Verſ. 50. Et dixerunt ei ſenes: veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.

Præproperè gratulor Suſannæ, quòd
60. talem iudicem auſpicatò nacta eſt. Quid ſenum petulantium impura ſalacitas, niſi puriorem caſtitatem prædamnet? quid purus honeſtiſſimè Daniel niſi puriorem honeſtatem abſoluat? Belliſſimè S. Maximus Taurinenſis homil. 1. de accuſato Domino: *Multum*, inquit, *de Deo pudicitia conſequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura enim eſt de victoria caſtitas, cui eſt indicatura virginitas. Pudicitiæ autem cauſſam, niſi vir pudicus audire non debuit; talem enim arbitrum meretur caſtimonia, apud quem non periclitatur verecundia.* Luculenter quidem de more Maximus. *Multùm conſequitur Suſannæ pudicitia, cùm Iudicē virginem promeretur.* S. Maxim. S. Auguſt. Ser. 118. de tempore.

Quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.

Non ſibi dedecori ducunt populi ſenes 61.
(non illi qui Suſannam iniuſte damnarunt, Sanct. ibi
ſed alij plures quibus cani ac rugæ præter cæteros auctoritatem conciliabant,) ſi puer inter ipſos ad iudicandum ſedeat, cùm in illo agnoſcant, quod ſenilem ætatem maximè commendat, prudentiam nempè, & in ætate adhuc immaturâ maturum iudicium. Turpe eſt, in ſenibus, nil poſſe ad auctoritatem allegare, niſi diu vixiſſe. Ille auctoritatem habet, & honorem ſenectutis, qui in iuuenili corpore mores habet ſeniles, prudentiâ annoſior, quàm ætate. Non annorum canities eſt laudanda, ſed morum. *Non annorum canities laudanda ſed morum.* *Verè ſenectus illa venerabilis*, ait Ambroſius, S. Ambroſ. *quæ non canis, ſed meritis albeſcit: ea eſt* Epiſt. 21. *enim reuerenda canicies, quæ eſt canicies animi in canis cogitationibus, & operibus effulgens.*

62 *Et dixerunt ei ſenes: veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Plures è Commentatoribus putant, hoſce ſenes fuiſſe illos ipſos, qui Suſannam malè accuſarunt, & peius damnarunt: nuper Suſannæ criminatores, iam Danielis adulatores. Cognata ſanè vitia, vt ſcitè notauit Euſebius: *Scilicet calumniandi periti, non poterant non docti eſſe adulationem. Eadem* *Criminatio & adulatio cognata vitia ſunt. Quare?* Euſeb. Strom. 8.

id eſt, vilia ingenia amant calumnia, & aſſentatio. Germana vitia ſunt. Iidem qui calumniis pudorem Suſannæ vlti erant, laudibus oppugnant Danielis iuſtitiam. Opinor, non minùs iniurij cùm adulantur, quàm dum criminantur. Adulationibus bonam indolem eneruant, vitia ſuadent, virtutes expectorant: cùm criminantur, famam culpant, & bono nomini inſidiantur. O caue!

Verſ. 51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, vt diiudicem eos.

63 Perirè ſe cum his malignis Senibus Daniel getit. Animaduertit inueteratam malitiam, quâ aduerſùs Suſannam immeritam vaferrimè conſpirarunt: quare eos ab inuicem procùl ſegregat, & ſic eorùm malitiam iugulat. Omnes peruerſi, gregatiles ſunt, & mutuo malitiæ nexu fœderati; numero, & technarum communicatione meditatâ vincunt, qui ratione ac viribus ſuperantur. Segrega ſic fœderatos, & ſegregatione ſuperaſti; dum malitioſam fœderis communionem diſſoluiſti ſingularis malitia aliorum fœdere viduata, dum conſilio deſtituitur, rationis exul, erronea peregrinatur, & laqueo, quem clàm tetenderat, incauta præpeditur, rationis inops, & vitium commercio deſtituta. Exinde Daniel ſui iudicij auſpicium, à malignorum ſegregatione peritè inchoauit. Qui vel hoc nomine maximè ſontes erant, quòd iniquo fœdere in vnum malignè conſpirarant: qui eſt notiſſimus pernicioſè ſceleſtorum character, & lateotis nequitiæ nota. Concors eſt communicata malitia, diuiſa verò, ipſa ſe prodit.

Iudicij auſpicium à ſceleſtorũ ſegregatione, peritè Daniel inchoat.

64 Intereà Suſanna inter timorem & ſpem attonita, iudicium de cælo ſuſpenſa præſtolatur. Non meruiſſe quæ patiebatur, ſolatium afflictionis erat; & teſtauratum iudicium, recens ſpei conceptaculum. Quæ Deum timuit inter delicias, in eo ſperauit inter tormenta. Bona conſcientia fiduciam alit, ne ſpes in eo rerum articulo ſuſpenſa vacillet: *In ipſis conatibus ægra langueſcunt, quæ meritorum præſumptionibus non iuuantur*, dixit appoſitè Caſſiodorus. Quantò fuit timida, ne Deum offenderet, tantò perſtitit audacter intrepida, vt in eo fidentiùs ſperaret. Spes iam ferè in piam tranſit *præſumptionem* diuini auxilij propiùs impetrandi, cùm pallidos Senes videt quaſi de cælo tonitos, & coràm puero Daniele inſperatè reos.

Languet conatus, quem meritorum præſumptio non adiuuat.
Caſſiod. l. 4. Epiſt. 15.

Verſ. 52. Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs, &c.

65 Tot annis inueterata malitia cadit matura, & acerbiori ſupplicio putreſcit. Nimirùm *vaga totius vitæ ſcelera coëunt tandem in ſupplicium. Diu impunita tandem conſpirant in pœnam; & vnus dies vlciſcitur multos annos malè exactos quod eſt peccata* olim patrata *venire.* Quaſi pœna accerſat retrò flagitia impunitate quieta, quò iuſtiùs pariter & atrociùs ferociat, dum ſceleroſam puniendi cauſam numeroſè addenſatam genitrahit ad pœnaliorem vindictam. O caueat peccator non ſolùm à Dei irâ, ſed à patientiâ Dei; quæ dum peccatoribus videtur adulari, in die iræ iram acerbiùs theſaurizat.

Euſeb. Serũ. 8. cap. 19.

Vaga totius vita ſcelera coeunt ad ſupplicium.

Verſ. 56. Semen Chanaan, & non Iuda. &c.

Eſto puer duodenos annos iudicet Senes, ſupremo magiſtratu ſublimes; cur eos verbis ſic ſauciat acerbis, & ante ſententiam contumelioſe caſtigat? Sanè tamquam inexpertus puer iudicia inurbanè, ac indecorè tractare videtur, dum Senes canicie falſem venerabiles, ſic ore vexat. Imò Magiſtratus ac Principes arcanè erudit. Porrò duplex Senum crimen Daniel vlciſcitur: vnum fuit noxiè falſatum aduerſus Suſannam teſtimonium: alterum, quod vbi eum Magiſtratu recens auctum animaduerterunt, illum adulationibus mulcere intentarunt. (*Et dixerunt ei Senes: Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis*) Ergo Daniel poſtmodùm vlturus Suſannam, læſam aſſentationibus Præfecturâ vlciſcitur. Intempeſtiuè Euſebius: *Hæc ſeuera increpatio, præmium adulationis fuit. Magnos viros irritare potiùs debet aſſentatio quàm blandiri. Et aduerſus peſſimos Senes nihil potiùs dici potuit, quàm quod erant.* Vides vix Danielem Præfecturâ ſublimem, & feſtinatis adulationibus validè pulſatum, quas ſine morâ acri reprehenſione Daniel excuſſit; erudiens Magiſtratus, quàm debeant peracerbè excipere mulcedinem adulationis, in illàmque quàm maturè animaduertere. 66

Daniel prius ſui adulationem punit, quàm illatam Suſannæ iniuriam.

Supra Verſu 50.

Euſebius ſuprà.

Semen Chanaan, & non Iuda.

Sic mores progeniem diffitentur, proſapiam dediſcunt, & ſanguinem adulterant, vt hîc Senex indubiè è Iudâ ortus, non ſemen Iudæ, ſed Chanaan ſperma nominetur? *Nec temerè ſemini tuo reſpondeas neceſſè eſt*, niſi velis in aliud degenerare. Scilicet inueteratam huius Senis libidinem acerbiùs Propheta Daniel perſtringit, reprehenſionis exordium ſumit à negatâ generoſâ Iudæ proſapia, & ethicè intruſâ in Chananæos genealogia. Pulchrè Tertullianus lib. de pudicitiâ cap. 1, eam his epithetis commendat: Pudicitia eſt *honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis.* Scilicet homo libidinoſus, quippè cui caſtitas minimè ſuffragatur, dubij eſt generis, & ambiguæ proſapiæ; quandoquidem caſtitas eſt *integritas ſanguinis, & fides generis*: quæ ſi deſit, ſemini ſuo ſoboles non reſpondet; quare à Iudâ deſciſcens, Chananæorum dicitur ſemen, cui per ſimilitudinem morum aggregatur. 67

Tertul. de Exhort. Caſt. cap. 2.

Cui deeſt caſtitas, deeſt etiam integritas ſanguinis, & fides generis.

Verſ. 57.

Verſ. 57. Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebãtur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.

68 Oſtenditur quo artificio feminarum pudori hi Senes illuderent, eo nimirùm quo euertere voluerunt Suſannæ conſtantiam. Sed iſtiuſmodi feminæ facile ad libidinẽ flexibiles *filia Iſrael* nũcuparim appellantur? Putat hîc Sãctius, quod ex quo decẽ tribus Iſraël, auctore & ductore Ieroboamo, à Danidico dominatu, & à templi religione diſtractis, aureis vitulis diuinos honores idololatricè impenderunt; vt Gentilicam amplexi ſunt inſaniam, ſic etiam Gentilicos mores habuerunt. Quare vt ſe vitiis aliis tradiderunt, quæ non ſolùm permittebat, ſed etiam commendabat deluſa Gentilitas, ſic etiam venereis ſeſe voluptatibus intemperanter dabant. *Vndè fiebat, vt quemadmodum apud Iudæos malè eo nomine olim audiebant Chananæi, ſic etiam eodem poſtea nomine Iſraëlitides poſteà feminæ laborarent. Vndè fortaſsè, quæ impudicæ eſſent, & aliis ſui corporis copiam non inuitæ facerent, licet eſſent ab Iſraëlitico genere diuerſæ, vocabantur tamen Iſraëlitides, ſeu, quod idem eſt filiæ Iſraël. Ita Dionyſius indicat, neque mihi diſplicet.* Vtriuſque fides auctorem appellet. Illud autem notatione digniſſimum eſt, quòd dum Iſraëlitides feminæ à caſtitate auitâ deſciſcerent, ſic intemperanter libidini indulgebant, vt femina etiam Chananæa, ſi ſalacior intemperantiùs foret, antonomaſticè *filia Iſraël* nuncuparetur, ad profuſæ petulanter libidinis hyperbolen. Sic virtus enormiter in vitia degenerat!

Sanctius

Salaciores Chananæa femina, filia Iſrael dicebantur, quare?

Dionyſius

Verſ. 58. Sub quâ arbore comprehenderis eos loquentes ſibi.

69 Nemo Interpretum non notat, τὸ *loqui* hîc, ſicut *colloqui* ſuprà, ſonare aliquid magis familiare inter virum & feminam, quàm pudicos addecet. Quod vel indè eſt, quòd linguæ ſanctæ puritas multa excogitauit vocabula, quæ rem non caſtam caſtè ſignificant; quare Hebræa lingua, *lingua ſancta* nominatur, vt aliàs adnotauimus. Vel indè etiam forſan ethicè erudimur, quàm debeat cautè alter ſexus cum alterutro agere, quandoquidem loquela ſic eſt rei turpi de proximo confinis, illique ita periculosè vicinatur, vt *colloquendi* vocabulo concubitus exponatur. Heu ſic eſt loquela de inhoneſtate ſuſpecta! O caue has oris ſcintillas, quibus alteruter ſexus ſenſim æſtuat, vſtulatur, decinereſcit! Hæc ſudatiſſima obſeruatio non tam hic poni debuit, quàm non omitti.

Suprà v. 54.

Colloquium cum altero ſexu, pro cõcubitu moraliſſimè ponitur.

Verſ. 59. Dixit autem ei Daniël (quia dixerat, *ſub prino*:) Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens vt ſecet te medium.

P. Didac. Celada in Suſannam.

70 Veræne ſunt hæ Daniëlis minæ, de armato Angelo contra Senes vaferrimè adulteros? Et vbi eſt hic Angelus, ſiue bonus, ſiue malus? Sanè Hebræi populi Iudex, aut (ſi forte malus) Nabuchodonoſor, hunc *gladium habuit*, illúmque acerbiùs vibrauit condignâ acerbiùs vltione. An populorum Iudex, etiam Gentilis, *Angelus Domini* nuncupatur? Angelorum officium gerit Iudex, & nomen Angeli baiulat? Sic ergò Iudex, vir ſui nominis, & Aliquis in terris *Angelus*. Longulè hanc Angelorũ cum Iudicibus allegoriam perſequi, cuiquam licet.

Num Iudex Angelorum nomen, & officium gerunt?

Dixit autem ei Daniël (quia dixerat, *ſub prino*:) Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens vt ſecet te medium.

71 Feſtiuâ acerbiùs vocum colluſione id dixit Daniel, quam Latinus interpres aſſequi non eualuit. Porrò Græca vox πρῖνος *prinos* arborem quandam ſignificat; cui voci adſimilis eſt πρίειν *prie*, quod eſt *ſerrare*, aut *ſecare*. Vndè cùm Senex dixiſſet, Sub arbore *primo*, reſpondit Daniël, Manet Angelus Domini, qui *prinin*, id eſt, *ſecet* te. Verùm enimverò non hîc dimittam innotatum, quòd in illâ ipsâ mentitâ arbore, quam ad fraudem falſo ſtruendam finxit artificioſum reorum Senum mendacium; in eadem illa arbore, velut in ſcriptâ tabulâ, Daniel deſcriptam damnationis ſententiam legerit. Sanè mendax inueteratè malitia hanc arborem finxit; ſed in falſitá mendaciter re, veram damnationis ſententiam veridicus Propheta legit, aiens: Sub *prino* eos concumbentes mendaciter vidiſti; ſed manet Angelus Domini, qui verè *prinin*, id eſt, *ſecet* te mediũ. Sic falſatum ſceleſtè mendacium, illius pœnaliſſimum cõdignè ſuppliciũ infauſtè ominatur, & verè prophetat. Tempeſtiuè Euſebius: *In ſe ſuos falſitas auſpicatur dolos .... deſerit fictio cõfidentes ſibi: ſuos fabros opprimit falſitas: Deſtruit mẽdacium eos, qui illud cõſtruũt.* Sic in arbore, quam Senum ſtruxit mendacium, veræ illorum condemnationis tabula legitur; & ad miniſteriale officium illius exequendæ Angelum paratiſſimum.

In ſictâ arbore damnationis, ſententiam Propheta legit.

Euſebius Strom. 8. cap. 19.

Verſ. 60. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerũt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe.

72 Lætiſſimum diuinę laudis argumentum ſuggeſſit felix tragœdiæ cataſtrophe, ſoſpitas innocẽtis, remedij cõcinnitas, omnipotẽtiæ fides, fides ſpei, ſpei ſtipendiũ, caſtitatis triũphus, virtutis victoria, & victoriale sãctitatis trophæum, quo gloriosè ouat triũphat victrix Suſanna. *Aduerſùs* Suſannam vterque *accuſator acerrimus linguæ exerit gladium: cum ſuis ſibi miniſtris publica leges inſaniunt ..... Inter tot inſtrumẽta mortis ſpectatore metuente, ſecura calcat genera vniuerſa terrorũ: incolumis quaſi orbe ſubacto de illa ferali cauea, iã non miſerabilis, ſed mirabilis funereo ambitu excedit, victi ſeculi triumphum reportans, quam tot imminentibus ſuppliciis omnes crediderant perituram.*

Victorialis Suſannæ ſpes.

S. Zeno Serm. de Timore.

73 *Verſ.* 61. Et conſurrexerunt aduerſùs duos Presbŷteros .... feceruntque eis ſicut male egerant aduersùs proximum.

Senes pœnam talionis ſubeunt.

Scilicet Dei populus durâ Senum lapidatione, fidei coniugalis à Suſannâ violatæ facilem credulitatem expianit; expiatur talione calumnia, ſimilis vindictæ pœnaliſſimo ſapore.

B. Laur. Iuſt. de triumphali Chriſti agone.

Conuenerunt Presbyteri duo iniquitate pleni(ait Laurentius Iuſtin.)*dierúmque malorum inueterati, vt aduersùs mulierem innocentem, quæ eorum deſideriis malignis noluit prabere conſenſum, falſum proferrent teſtimonium. Verùm iudicante Deo, eamdem, quam proxima ſua parare moliti ſunt, pertulere necem.* Forſan Nabuchodonoſoris edicto vſtulari etiam perierunt, vt qui in vitæ etiam hyeme ad luxum æſtuabant, incendio perierint: & luxuriæ æſtibus innutriti, in niue etiam ſenectutis ſimiliter æſtuant, æſtuant & in morte, vt in gehennali pyrâ æternùm exæſtuent. Cognationem gehennæ cum libidine alibi diximus.

74 *Verſ.* 63. Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filiâ ſuâ Suſannâ ...... quia non eſt inuenta in eâ res turpis.

Gaudet familia Suſanna, non de eius vita, ſed de eius innocentiâ.

S. Hierony.

Sanctæ familiæ potiſſimum gaudium de Suſannæ innocentiâ fuit, non de vitâ: quia caruit culpâ, non quia abſoluitur pœnâ. Seuerè hic Hieronymus: *Dignè quod Sancti laudant Deum; non quia liberata eſt de manu Presbyterorum Suſanna (hoc enim non ſatis laudabile eſt, nec magni diſcriminis, ſi non eſſet liberata;) ſed quia non eſt inuenta in eâ res turpis.* Sic cognatarum mulierum impudicitia totam inceſtat familiam, vt gaudendum non foret de filiæ vitâ, ſed *quia non eſt inuenta in eâ res turpis?*

Quia non eſt inuenta in eâ res
75 turpis.

S. Chryſoſt. homil. de Suſannâ.

Suſanna exemplum ſis veluti fundamentum caſtitatis.

Imò Suſanna ſic præfulget caſtitatis nitore, vt de eâ dixerit Chryſoſtomus, *Ædificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur, muróque valletur, vt inſidiantes repellat, & falſos teſtes conuincat.* Scilicet meracior, & muratior Suſannæ caſtitas, aduersùs mortis & diffamiæ machinas flecti-neſcia, bono ſui exemplo caſtitatem in mulieribus *ædificet*, vt illo tamquam *firmo fundamento innitatur*. Quid exaggeratius?

§. VII.

In arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. 1

VItæ humanæ primitiæ, fletus eſt: primi flores lacrymæ: inde auſpicia ſumit generoſa hominum natura: & cum lætâ parentum gratulatione, infantis lacrymulæ miſcentur: & qui etiam ad ſumma quæque naſcitur generoſus, huic mœſtæ imbecillitati vectigalis naſcitur. Non antè naſcitur homo, quàm patitur hanc contumeliam: imò de ipſo gemit ortu; nec regia generoſitas hoc emendat probrum, nec natiuitatis contumeliam expuere, aut expiare hactenùs eualuit. *Perora, age iam ſpurcitias genitalium in vtero elementorum, humoris & ſanguinis fœdâ coagula carnis ex eodem cœno alenda per nouem menſes: deſcribe vterum de die in diem inſoleſcentem, grauem, anxium, nexum, totum incertum libidinibus faſtidij & gula. Inuehere iam & in ipſum mulieris enitentis pudorem, vel pro periculo honorandum, vel pro naturâ religioſum. Horres & infantem cum ſuis impedimentis profuſum vtique & oblitum. Dedignaberis quòd pannis dirigitur, quòd vinctionibus formatur, quòd blanditiis deridetur.* Proh ſic contumelioſè naſcitur quiſquis etiam de regiâ generoſiùs natiuitate arroganter ſuperbit vt etiam eius, qui de natalibus elatiùs inſoleſcit, ipſa natiuitas faſtum deiiciat.

Tertull. l. de carne Chriſti c. 4.

Humana natiuitatis ignominioſa contumelia.

Exhodi 4. Deus populum ſuum educturus de iniuſtè diro Ægyptiorum ergaſtulo, hæc Moyſi verba ſuggerit, quæ eius nomine Pharaoni ſeriò intimet. Diceſque ad eum: *Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël.* Magnum quidem Hebrææ gentis decus, & quo vltrà reliquas omnium æui nationes ſublimari videtur nobiliori prærogatiuâ dignitatis, quâ Dei ore ceteris antiſtant. Caueri forſan inde potuit, ne arroganter Iſraël ſuperbiret. Imò, opinor, in ipsâ ſuperbiæ occaſione, humiliationis anſa porrigitur; indéque humiliatur, vnde videri poterat ſuperbire, quò vndecumque humilitatem negotietur. Quod ſapienter obſeruauit S. Hieronymus in illud Iſaiæ 1. *Filios enutriui, & exaltaui.* Sic ergò præſcriptum Exhodi locum inibi Hieronymus elucidat: *Quod ſi ſuperbieris Iſrael, audiens ſe eſſe Primogenitum; intelligat primogenitũ idcircò ſe dici, quia ſecundi filij ſignificentur ex Gentibus. Non enim appellatur vnigenitus qui excludat ceteros fratres, ſed primogenitus, vt monſtret & alios ſecuturos*(Nota verba quæ tẽpeſtiuè ſubiicit Hieronymus:)*Et tamen iuxtà myſteria Scripturarum, non primogeniti accipiunt hereditatem, ſed ſecundi. Primogenitus fuit Cain, ſed Abel munera placuerũt Deo. Primogenitus Iſmael, ſed Iſaac accepit hereditatẽ. Primogenitus Eſau, ſed benedictionem* 2

Exhod. 4. v. 22.

Iſaiæ 1. v. 2.

S. Hierony.

In præcelſo Primogeniti nomine, humiliatio tranſparet.

nem patris Iacob ſupplantator præripuit. *Primogenitus Ruben, ſed tamen benedictio ſeminis Chriſti transfertur ad Iudam.* Ecce tibi in ſublimitatis faſtigio, & in ipſis titulorum apicibus humiliatio tráſparet non dubiis characteribus deſcripta: in ipſo enim *Primogeniti* vocabulo, ſecundogeniti prærogatiuum legitur: & vnde Iſraël poterat glorioſè ſuperbire, indè humiliationis nota prælucet; quaſi auguſtior in terris honos ſit humiliationi vectigalis, & humiliatio ſtipendium honoris, ne vndecumque non ſuppetat obuia humilitatis occaſio, & neceſſarium cognatæ ambitionis antidotum. Quod videre hîc licet in Ioakimo Suſannæ marito: qui purpura ſanguinis præluſtris, de dignitatis & opulentæ beneficentiæ elogio *honorabilior omnium* perhibetur? ſed ipſe Ieroſolymitanus, in barbarâ ac victuriali Babylone captiuus verſatur: & quantùm adiicit ad honorem regius ſanguis, tantùm inhonora captiuitas detrahit. *Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim.*

Hîc v. 1.

Gentium doctor, & Eccleſiæ magiſter, in Epiſt. ad Hebræos, valdè commendat naturæ humanæ præluſtrem auguſtiùs dignitatem, ex eo quod Verbum diuinum hypoſtatico nexu illam ſibi copularet: quo elogio Angelos hominibus nobiliores minimè decorauit. Eſt porrò non Angelus, ſed homo Deus, quâ prærogatiuâ honoratur homo, ad piam Angelorum inuidiam præcelsè ſublimis. Sed obſeruanda ſunt Pauli verba, quæ arcana eius ſapientia eructauit: *Nuſquam*, inquit, *Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Nec ſine emphaſi apprehendendi verbo Apoſtolus vtitur, quod acutè ac tempeſtiuè notauit Chryſoſtomus: *Cur*, aiens, *non dixit, ſuſcepit, ſed, Apprehendit? A metaphorâ eorum, qui perſequuntur auerſos, & omnia faciunt vt fugientes comprehendant, & reſilientes apprehendant. Ab ipſo enim fugientem humanam naturam, & procul fugientem; longè enim eramus, perſecutus comprehendit. Oſtendit enim id feciſſe ſolâ motum bonitate, charitate, & quam noſtri gerit curâ.* Detumeſcat igitur hominum, & præcipuè Abrahamidum arrogantia: nam etſi humana natura, & nobilis Abrahami poſteritas, ad tantam euecta ſit dignitatem, vt cognatus hominibus homo, verus Deus ſit, quo elogio Angeli orbantur, at ipſo dignitatis vocabulo, humanæ naturæ contumelia tranſlucet, cùm hîc à Paulo non tam aſſumpta, quàm velut Dei refuga apprehenſa dicatur. Auguſtiſſima hominum præ Angelis excellentia eſt, hæc præluſtris cum ipſo Deo inopinata cognatio; ſed indicatione effugij, & auerſionis à Deo, ignominiæ notâ inuritur; & *apprehenſionis* vocabulo, ipſa deuenuſtatur natura, dum tamquam auerſa, & refuga denotatur. Ne ergò arrogantiùs ſuperbiat homo tantâ dignitate ſublimis: velut à Deo fugitiuus *apprehendi* dicitur, vt humilitatis incen-

ad Hebræos 2. v. 16.

S. Chryſoſt. Orat. 5. in Epiſt. ad Hebr.

Homo ex ipſâ cognatione cum Deo, Dei refuga ad humilitatem declaratur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

tiuum in ipſâ præcelſiori dignitate ſuggeratur; ſitque è diuerſo humilis, nempè tantæ celſitudinis priuilegio. Idcircò repetito *apprehenſionis* vocabulo moraliſſimè Paulus vtitur, aiens: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Homo igitur ipſâ celſitudinis prorogatiuâ humilitatem oppigneret.

Geneſeos 48. Ægrotanti Iacobo mœſtus adeſt Ioſeph alacri obſequio expromptus; ingratus tantiſper Ægyptiorum regimini, ne charo parenti gratus eſſe deſierit. Benedicendus offertur primogenitus Manaſſes pariter cum Ephraim. Ioſephus autem poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël: Manaſſem verò in ſiniſtrâ ſuâ, ad dexteram ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum. *Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Iacob filiis Ioſeph.* Non ſine ſacramento hæc manuum commutatio facta eſt, cùm iuſſu poſſet nepotes idoneè ad benedictionem collocare. S. Iſidorus in Commentar. in Geneſ. cap. 30. ad finem, crucis myſterium tempeſtiuè agnoſcit, ſic fatus: *Iacob cancellatis manibus crucis myſterium præfigurans, tranſlatâ in minorem dexterâ, maiori ſiniſtram figuraliter impoſuit. Sicque crucis ſimilitudo ſuper capita eorum denotata, Iudæis ſcandalum, Chriſtianis futurum gloriam præſignauit: ſenioremque per crucis myſterium factum de dextro, & iuniorem dexterum de ſiniſtro, quia Iudæis in noſtra deſerta labentibus, nos illorum gloriã adepti ſumus.* Nempè Ephraim iunior Manaſſi præponitur, nec Manaſſes ſuâ tribu ac benedictione viduatur: Hebræus etiam populus vnâ tribu augetur. Sed nec inſultet Ephraim primogenito antelatus, nec Hebræus populus ſuperbiat vnâ tribu auctus; nam crucis myſterio, vtraque benedictio peragitur, & Iudæorum de cruce ſcandalum, & eorum inde ruina præmonſtratur: & vnde efferri potuit, indè humilitatem inuenit. Miſcetur prærogatiua infortunio, ipſoque incremento proſternitur; atque anticipato crucis prognoſtico manuum decuſſatione formato, & Chriſtianorum gloria, & Iudæorum cum ſcandalo ignominioſus interitus adumbratur. Sic eſt gloriæ ignominia confinis, ad ſuperbiæ medicinam!

Geneſ. 48. v. 14.

Crucis myſterium à ſiniſtra factum dextrum.

S. Iſidorus

Iſraël in tribuum incremento, quam nomen accepit.

Siracides Eccleſiaſtici 14. ſic moraliſſimè admonet: *Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo iniquius; & hæc redditio eſt malitiæ illius.* Sanè inuidia omnis eſt mala, & præcoqua ſui pœna. Aliàs autem addubitabamus, quo pacto potuerit aliquis ſibiipſi inuidere, cùm potiùs inuidia bonum alterius ſibi exambiat; & indè diſcruciatur, quia bonum alterius ſuum eſſe mallet. Audi Tertullianum lib. de ſpect. cap. 10. *Itaque Pompeius magnus ſolo theatro ſuo minor.* Nimirùm Pópeius cognomento *Magnus*, quâ pollebat animi magnitudine, vſque adeò amplum & præluſtre theatrum extruxit aut. ſuperbo

Eccl. 14. v. 6.

Tertullian.

Pompeius minor eſt, ſuo theatro, quaſi ſibi gloriam inuideret.

ſtructuræ genere moles impaucis opinatiſſima, *Magni* elogium ab auctore ſuffurata, ſibi quaſi rem propriam aſciuerit. Hem! vel ab ipſo opere ſuo deuenuſtatur Pompeius, & in ſui operis magnitudine, *Magni* nomen naufragatur? Vnde grandeſcere potuit eius magnitudo, indè minoratur? *Magnus Pompeius ſolo Theatro ſuo minor.* quaſi ſuam ſibi Pompeïus gloriam inuiderit: ſiquidem in ipsâ operis ſui magnitudine, vnde minor eſſet, inuenit. De gloriâ etiam magnitudinis humiliatio potatur.

Ezech. 27. verſ. 11.

6 Propheta Ezechiël cap. 27. de ſuperbâ quondam Tyri potentiâ ita ſcribit: Filij Aradij cum exercitu tuo erant ſuper muros tuos in circuitu: *Sed & Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum: ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam.* Quænam, quæſo, hæc laus eſſet Tyri, quòd homunculos Pygmæos haberet propugnatores? Reſpondet Lyra eos poſitos fuiſſe ad irriſionem hoſtium, non ad tutelam. Sicut Iebuſæi in Sion poſuerunt cæcos & claudos, quaſi ipſi Sion validiſſimam per ſe contrà Dauidem defenderent, 2. Regum cap. 5. verſ. 6. Hem! Pygmæi, cæci, & claudi Sionis ac Tyrij præmunitam *pulchritudinem complent?* O qualis eſt ſumma arrogantet potentia, quæ ab hiſce nænis venuſtatem ac valentiam fœnerat! Alij Auctores ex Forſtero putant, quòd iſtiuſmodi ſtatarij ſeu præſidiarij milites dicebantur *cubitales*, ſeu *Pygmæi*, eò *quòd præ turrium, in quibus erant, altitudine, hominibus infrà ſtantibus viderentur eſſe vnius cubiti, quanti vulgò putantur eſſe Pygmæi.* Si minùs ad litteram, ad mores ſaltem opportuna interpretatio. Porrò Tyriæ arcis præalta moles, hoſtilem obſidionem ridens, Pygmæorum præſidio potens perhibetur, & in ipſo robore puſillitatis & impotétiæ nomenta palàm oſtentat. Sic etiam arx Sionis, cæcis & claudis militibus ad potentiæ oſtentationem vtitur, moraliſſimo potentiæ abuſu, quò in ipsâ validiori potentiâ impotentiâ tranſluceat: nam Pygmæi potentiam & *pulchritudinem complent.*

Lyranus

2. Reg. 5. v. 6.

In validiore Tyri potentiai, impotētia tranſlucet.

Forſterus apud Cornelium ibid.

§. VIII.

Pœna pro culpâ inflicta, & humiliter ac patienter tolerata, incredibile gratiæ auctarium negotiatur.

1 REgius Vates pœnaliſſimis calamitatibus anxius, atque ob præuaricatæ legis diuinæ culpam lacrymis infuſus; de iuſto ſupplicio ſibi inflicto, & diuinæ iuſtitiæ adulatur, & procliuem auſpicatur ſcelerum veniam, aiens: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis.* Quæ Pſalmographi verba ſic indidem S. Hilarius excribit, & elucidat: Meminerimus enim primùm, inquit, eum qui vniuerſorum Dominus eſt, iuſtum eſſe, & iudicia eius recta eſſe. Cur enim in ſuos iniquus ſit? Cur in eos quos ipſe genuit, iniuſtus ſit? Bonitatis ſuæ immenſitas non ſinit iſtud de eo exiſtimari. Genuit nos, non ad iniuriam; genuit nos, non ad originis noſtræ naturæ dolorem. *Siquid eſt, quod patimur, ex iudicio bonitatis ſuæ accidit.* Vinci Diabolum patientiæ noſtræ virtutibus delectatur, & probari nos per luctus, & dolores, & damna deſiderat, *vt nihil in ſeruos ſuos ſeculi poteſtas ſibi eſſe iuris & dominationis intelligat.* Quæcumque iuſſit, iuſta, & teſtata, & vera ſunt cum augmento adiectionis: valdè enim vera ſunt. Hactenùs Hilarius, qui luculenter demonſtrat, quàm ſit ſalutare ac proficuum, cuncta quæ nobis incommoda accidunt, tamquam ſcelerum noſtrorum meritiſſimam pœnam ſuſcipere, *vt nihil in Dei ſeruos* pœnaliſſime afflictatos, *ſeculi poteſtas ſibi eſſe iuris & dominationis intelligat.* quaſi tartareæ ac mundanæ poteſtatis quodammodò exlex ſit, qui inflictas ſibi calamitates, tamquam ſcelerum ſuorum pœnam & libenter agnoſcit, & adulanter excipit, aiens cum Pſalmiſtâ: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Sic diræ captiuitatis ærumnas electior Iudææ gentis portio, tamquam promeritam flagitiorum pœnam ſuſcipiens, & veniam impetrauit, & indulgentiorem gratiam cumulatiùs extorſit. Hic v. 1.

Pſal. 118. v. 137. & 138.

S. Hilarius

Qui tribulationem tamquam pœnam ſuſcipit, à ſeculi poteſtate immunis dicitur.

2 Lucæ 23. dum patibulato Domino Latronum alter inſultat; alter & ſuam profitetur culpam, & diſertum ſe pro Chriſti innocentiâ exhibet aduocatum. Reſpondens enim alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eâdem damnatione es. *Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali geſſit. Et dixit ad Ieſum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Ieſus autem illi beneficè adnuens, Hodie, inquit, mecum eris in paradiſo. Bonus Latro qui tandem in patibulo propudioſi criminis reatum agnoſcit, & dignam pati ſuorum ſcelerum pœnam palam profitetur. Modeſtus quidem votis, dum Chriſti duntaxat memoriam expetit; ſed felix impetrato paradiſo, quem petere non præſumpſit. Hugo Victorinus lib. 1. Miſcellan. tit. 50. hac ſuper re ita ad rem philoſophatur: *Si ſaltem dexter fuiſſes Latro, culpam humiliter agnoſceres, pœnam patienter ſuſtineres, veniam deuotè implorares; nec pro pœnâ præſumeres, nec pro culpâ deſperares.* Benè eſt; dexter Latro ſuam culpam humiliter confeſſus, culpæ pœnam patienter ſuſtinens, & illius veniam deuotè implorans, pro admiſsâ furaciter *culpâ* non *deſperet*: modeſtiæ autem imputatur, quòd pro patienter toleratâ culpæ ſuæ *pœnâ*, non *præſumat*. Profectò non præſumit paradiſum pœnali prece furari, qui ſolam *memoriam* expoſcit: ſed quod verbis erubeſcit, votis forſan audebat: neque enim ieiuniam ac ſterilem Chriſti Dei *memoriam* poſtulauit. Ergò votis adnuens, quæ in ſimplici memoriæ prece tranſparebant, illi Chriſtus paradiſum feſtinatâ liberali

Lucæ 23. v. 41. & 42.

Hugo Victor.

Inflicta pœna patienter tolerata, propè eſt vt præſumere poſſit.

beralitate conceſſit. Prædicatur ergò Latronis modeſtia, quia *pro pœnâ*, quam patienter tolerabat, non palàm & manifeſtè *præſumpſit*; quaſi pœnæ patienter toleratæ titulo, quodammodò *præſumere* potuiſſet. Oratio autem illius, diſſimulata videtur *præſumptio*, quâ arcanè paradiſum impetrauit. Pia ſanè *pro pœnâ præſumptio*, quæ vltrà votorum faſtum extorquet. Sic enim eſt grata Deo iudici ingenua culpæ confeſſio, & patiens pœnæ tolerantia, vt dum diuinæ iuſtitiæ de æquitate adulatur, vel ipſius rei ac ſontis ſuffragio, fere *præſumere* poſſit. Itaque caſtitati ſontis modeſtiæ adſcribitur, quòd *nec pro culpâ deſperet, nec pro pœnâ præſumat*. Hem! ſic inflictæ pœnæ patientia humilis ſpebus audet, in *præſumptionis* confinio poſita?

3 2. Regum 16. veſte lugubri, & ore flebili Dauid rex filium Abſalomum fugit. Vir autem de cognatione Saül numine Semei contumelias impudenter iactabat, & audacter lapides mittebat contrà Dauidem. Qui piè repreſſit ſatellites audaces iniuriarum vltores, aiens: Dimittite eum vt maledicat iuxtà præceptum Domini, permiſſionem inquam: *Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodiernâ*. Laudatiſſima hîc Dauidis virtus maximè elucet, dum has iniurias planè immeritas, tamquam anteactæ prauitatis vltrices agnuſcit. Pulchrè Chryſoſtomus: *Cùm maledictis me inceſſerit Semei, peccatum à me commiſſum reuocari in memoriam, conſiderans quod propter ipſum maledictis appetor & punior, & regiâ expulſus, fugâ cogor meæ ſaluti conſulere*. Chryſoſtomo inibi Theodoretus adſentit. Vide ingenium fruſtrandæ iniuriæ, & augendi cumulatiùs meriti arbitrium conſidera, dum calamitatem immeritam tamquam pœnam ſuo ſcelere dignam reputat. Quod Maximus Monachus Serm. vnico moraliſſimè extendit: *Multa*, inquit, *quæ nobis incidunt, ad inſtructionem noſtram accidunt, aut ob præteritorum peccatorum retributionem, vel præſentis negligētiæ emendationem, ſeu futurorum delictorum abſciſſionem. Quicumque igitur conſiderat quòd propter vnum horum accidit tentatio, planè diuinorum iudiciorum poculum bibere habet, verùm in Deum reſpicit, & gratias agit parcenti, ac ſeipſum accuſat, ac promptè diſciplinam ſuſcipit, quemadmodùm Dauid à Semei* Pulchrè quidem Maximus, ne quis fortè innocentiam prætendens, tribulationem non reputet tamquam ſuorum ſcelerum pœnam; & indè hoc merendi auctario fraudetur. Quiſque ergò mala quæ ſibi ærumnosè accidunt, putet infligi *aut propter præteritorum peccatorum retributionem, vel præſentis negligentiæ emendationem, ſeu futurorum delictorum abſciſionem*. Quaſi præſens calamitas ſit committendi alioqui ſceleris præproperè pœnalis venia, dum præmatura tribulatio, quod anticipat delictum, *abſcindit*, & velut pœnali ſupplicio arcane expiat, & ſic *Deo gratias agit parcenti*. Nimirùm ſatagit Maximus, vt quamlibet tribulationem, quamuis immeritam, tamquam pœnam pro culpâ inflictam acceptemus, ne acceptati ſupplicij patientiam, & humilitatem, cumulatioris meriti prærogatiuâ fraudemus. Belliſſimè pariter ac veriſſimè Maximus, vel quod pœna eſſe non poteſt, quâdam pœnæ ſpecie ad meriti auctarium acutè colorat.

2.Reg.16. v. 12.

S. Chryſoſt. in Pſal. 38. v. 2.

Theodoret.

Maxi. Mon.

Innocentis tribulatio eſt velut pœnalis venia committendi alioqui ſceleris.

4 Geneſeos 42. filij Iacob inualeſcente fame in Ægyptum frumentatum eunt. Tamquam terræ exploratores à Præfecto Ioſepho acerbiùs tractantur. Hâc culpâ immunes prorsùs erant: Aliam tamen huius grauioris pœnæ culpam fatentur: *Meritò hac patimur*, inquiunt, *quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcircò venit ſuper nos iſta tribulatio*. Innoxij omninò erant à perduellionis reatu, de quo inſtanter accuſabantur; crimen autē impiū venditi fratris tunc reuocant in memoriam, & meritâ fatētur pœnam, quam de mentito *exploratorum* reatu innocenter ſuſtinent. Enormitatem antiqui flagitij vident, illud confitentur ingenuè, pro illo patienter humiliantur, illud viuide deteſtantur; pœnaliſſimam illam calamitatem tamquam debitam pro illo eluendo pœnam acceptant, quâ nefarium crimen expiare meruerunt, & patientiæ ac humilitatis meritum cumulatius augere. Quod luculenter inibi his verbis Chryſoſtomus diſſerit: *Vide nunc quomodò conſcientia eorum, incorruptus ille iudex aduersùs eos inſurgat, & nullo arguente, ipſi ſui ipſorum accuſatores fiant. Et locuti ſunt adinuicem: Meritò hac patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum. &c. Ita enim ſe habet peccatum quandò conſummatum eſt, tunc ſua abſurditatis oſtendit excellentiam*. Profundè quidèm Chryſoſtomus, in peccato iam conſummato, dum valdè duriter punitur, illius acerbâ pœnâ humiliter ac patienter acceptatâ, *abſurditatis excellentiam* agnoſcit. *Excellentiam abſurditatis* dicit; quaſi flagitij abſurda atrocitas, dum ſeueriori ſupplicio mulctatur, mulctâ humiliter & patienter ſuſceptâ, à deteſtatione viuidiori quandam *excellentiam* è peruerſo combibat; & ſceleroſior flagitij *abſurditas*, in arcanam virtutis *excellentiam* reformetur, in patientiæ, & pœnitentiæ, atque humilitatis officinâ. Tantùm licet punito ſceleri, vt illius olim *abſurditas*, iam *excellentia* nominetur: Sic flagitij punita *abſurditas*, deteſtationis *excellentiam* negotiatur? Quid exaggeratius?

Geneſ. 42. v. 21.

Puniti ſceleris abſurditas, iam excellentia nominatur. quare?

S. Chryſoſt.

5 Geneſeos 6. ingruentis iam iam diluuij cauſam denarrat ſacer Hiſtoricus, aiens: *Et repleta eſt terra iniquitate*. Pro τὸ *iniquitate* quidam ex Hebræo fonte vertunt *gehennam*. Moraliſſimè quidèm, quaſi gehennalis pœna ſit iniquitati confinis. Sed viderit iniquus, vt pœnam culpæ nunc ſuæ iniquitatis æquo animo, & patienter ſufferat; ne ſi impatienter ſufferat animo iniquè reluctante, gehennam iam nunc præmaturè ſufferat, & velut gehennale ſupplicium ſuſtinere incipiat. Porrò iniquitatis pœna impatienter tolerata, *gehenna* nominatur: ſi

Geneſ. 6. v. 11. Hebræus

Cur pœna iniquitatis dicatur gehenna?

forti animo, & patienter toleretur, infernalis gehennæ venia dici meritò poteſt, tolerantia veniam feliciter impetrante, & ineffabiliter operante.

§. IX.

Terra cum ſanctitate aut nequitiâ incolarum, arcanum quoddam velut morum participium habet.

CVm Ieruſalem Chaldæotum exercitu obſeſſa ciogeretur, & iuxtà Prophetarum oracula iam iam capienda, & ferro flammaque atrociùs excindenda, quò in Babylonicum imperiom debellata tranſiret; præcepit Deus Ieremiæ, qui palàm hoc ipſum enunciabat excidium, vt prædium ibidem pecuniâ coëmeret. Hoc ille vehementer tamquam loco ac tempori importunum admiratus, ſic cum Deo expoſtulat: *Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cùm vrbs data ſit in manus Chaldæorum?* Quid quæſo ineptiùs, quàm vt ego prædium argento emam, quod nun poſſidebo, ſed hoſtibus prædæ ceſſurum eſt? Appoſitè Chryſoſtomus nomine Ieremiæ: *Quid dicam non habeo; quod mandaſti feci, licet ciuitas captiuitati tradatur.* Et Incertus indidèm: *Scire, ait, volo, ſi poſſeſſio agri opportuna ſit, & quæ ad eam adhibita ſunt. At verò Dominus reſtitutionem ſilentio præteriens, iniquitates eorum, & propter eas calamitatem enarrat.* Nempe empti prædij vtilitatem, & illius *reſtitutionem* prætetit Deus, ſed illato ſupponit. Quaſi tacitè dicat Deus, dum eiuſmodi agri emptionem Ieremiæ mandat: Volo equidèm habere in hâc ipsâ regione, quam Barbaris iam iam euertendam tradidi, quam hoſtium ferrum igniſque depopulabitur, vel vnum mei Prophetæ, mei ſerui Ieremiæ, vnius ſancti viri prædiolum, quod oculis beneuolis videam, ob fœneratam à poſſeſſore ſuo beneuolentiam; & pro quo tuendo ac vindicando, illiùſque heredibus reſtituendo, totam ſubindè Iudæam & auferam à Chaldæis, & Hebræis poſtliminio reſtituã. Sic eſt *poſſeſſio agri opportuna:* quaſi aliquam à poſſeſſore ſanctitatem & gratiam eiuſmodi terra arcanè ioutuauerit.

Ierem. 32. v. 25.
S. Chryſ. apud Chiſler. Caten. Græc. Patrum. Incertus ibid.
Impendente Iudææ euerſione iubetur Ieremias prædium ibi emere. quare?

a Matthæi 10. Apoſtolos recens electos Chriſtus mittit ad prædicandam Euangelij doctrinam. Et poſtquam illos multis inſtruxit, tandem addit: *Et quicumque non receperit vos, neque receperit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.* Lucas & Marcus addunt, *in teſtimonium illis.* Eccur puluis excuti iubetur? S. Hieronymus: *Puluis,* inquit, *excutitur in teſtimonium laboris, quòd ingreſſi ſint ciuitatem, & prædicatio Apoſtolica ad illos vſque peruenerit.* Chryſoſtomus & Theophylactus: *Vel quòd teſtantur,* inquit, *ſe illorum nomine magnum iter confeciſſe, nihilque illis profuiſſe.* Deio ex Ambroſio & Auguſtino ait Cornelius; Excutiunt puluerem quaſi impium propter impios incolas, vt ſignificetur eos eſſe quaſi anathema, nec Apoſtolos quicquam cum illis quaſi execratis, ac maledictioni & condemnationi æternæ addictis, vel habere commune, ne puluereio quidem. Heu! Sic vel puluis, qui impiorum veſtigiis ſubeſt, impietatem à proculcatione fœnerat? Explicatiùs id tradit Hilarius Canon. 10. in Matthæum: In eos, inquit, qui auditâ cæleſtis regni prædicatione, Apoſtolorum præcepta reſpuerint, egreſſu eorum, & ſigno pulueris pedibus excuſſi, æterna maledictio relinquitur: *Neſcio enim quæ inſiſtentis loco cum eo in quo inſtiterit loco videtur eſſe communio, & ſit inter eos quædam corporis ſolíque coniunctio. Ergò omne domus illius habitationiſque peccatum, intrà ipſos excuſſo puluere pedum relinquitur, nihilque ſanctitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigiis mutuatur: vt quorum aditu ingreſſúque delicta terrenæ originis auferuntur, eorum teſtimonio infidelitas cum omni terra ſua puluere indicetur.* O benè! Profectò ſicut terra, tenaxque puluis, incolarum ſordibus ſqualet, & impietate attaminatur; ita inquilino Apoſtolorum tranſitu, aut peregrinâ ſtitione, aliquam de eorum veſtigiis ſanctitatem fœnerat. *Neſcio enim quæ inſiſtentis loco cum eo in quo inſtiterit loco videtur eſſe communio, & ſit inter eos quædam corporis ſolíque coniunctio.* Ergò ad lapidem applofis, aut inter ſe mutuò colliſis Apoſtolorum ſandaliis, illius incredulæ ciuitatis omnis excutiatur puluis, adſimilis nequitiæ bibulus, *nihilque ſanctitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigiis mutuetur,* vt incolarum *infidelitas cum omni terra ſua puluere indicetur.* Scilicet ne prætendat puluis, habitatorum malitiæ quodammodò particeps, malitiam expiaſſe, imbibiſſéque ſanctitatem de inſiſtentium Apoſtolorum *veſtigiis*, ſolletter quam primùm excutiatur de eorum pedibus, & ſicut incolarum, ſic etiam & ſoli ſui malitiæ iudicandus damnandúſque relinquatur. Vide hîc qualis quantàque ſit ſancti corporis cum terrâ, aut puluere quem terit coniunctio, & velut arcanum ſanctitatis participium. Ecce nuper ſceleroſiſſima Babylonis terra, Suſannę, Danielis, Helciæ, Ioakimi. &c. veſtigiis & habitatione quodammodò expiata.

Matth. 10. v. 14. Lucæ 9. v. 5. & c. 10. v. 10. & 11. Marci. 6. v. 11.
S. Hierony. S. Chryſoſt. Theophylact. S. Ambroſ. S. Auguſt. Cornelius ibid.
Terra iam ſanctitate incolarum arcanum quoddam participium habet.
S. Hilarius
Hic v. 1.

Geneſeos 50. Ioſephus patris Iacobi nuper defuncti venerabile cadauer, ex Ægypto defert in terram Chanaan, numeroſo ſumptuoſiùs comitatu. *Venerúntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies.* Dicta eſt hæc area Hebraicè *Atad*, à ſpinarum multitudine. Situs eſt hic locus, ait Procopius, iuxtà Hierichuntem, nunc ei nomen eſt, *Betagla*, id eſt, domus circuli: nam cùm ibi lugerent Iacob defunctum, in modum circuli & coronæ circumſteterunt cadauer. τὸ *trans Iordanem*, quod nuper iuxtà litteram expediebamus, non leue olim negotium Interpretibus faceſſiit. Adeò S. 5

Geneſ. 50. v. 10.
Hebræus
Procop. ibi.

Auguſtinus

S. Auguſt.

Auguſtinus q. 171. in Geneſim ſic addubitet, & dubitationem ſic opportunè ſoluat: *Quid ſibi vult, inquit, quod. cùm pergerent ad ſepeliendum Iacob, Scriptura dicit: Et aduenerunt ad aream Atad, quae eſt trans Iordanem? Praetergreßi ſunt enim locum, in quo erat mortuus ſepeliendus, millia (ſicut perhibent, qui nouerunt) plus quinquaginta: tantùm quippe ſpatij eſt plus minùs, ab eo loco, vbi ſepulti ſunt Patriarchae, in quibus & Iacob, vſque ad hunc locum, quò eos aduenisse narratur. Nam poſt factum ibi luctum & planctum magnum, redierunt ad locum, quem praeterierant, rurſus Iordane traiecto.* Et poſt nonnulla quæ Auguſtinus ſagaciùs excogitauit, hâc clauſula ſubtile litigium terminat: *Significationis causâ factum eſſe credendum eſt, quòd per Iordanem venturus erat ad eas terras poſteà Iſraël in filiis ſuis.* Scilicet Iacobi pheretrum ſacris eius reliquiis ſanctè grauidum, & futuræ felicitatis auſpicatò fœcundum, circumferatur per Terram promiſſionis: nam quod itinerarium non exigit, exigit ſpiratio ſanctitatum, quas ſanctum Patriarchæ corpus ſparſim afflat, vt impiam Chananitidem expiet, & impium Iacobæi populi incolatum conſecret auguratu præcoquo. Illac Iordanem non fruſtrà traiicit ſanctum Patriarchæ cadauer, licet exertare per longiſſimos viæ decurſus videatur; quia ſe in poſteritate totâ ſuperſtite, Iordanem illic feliciter traiecturum fauſtè ominatur. Quare Iacob in ſuo cadauere circumducto, & illius præſentia, proſperum ſui populi in Terram promiſſionis poſtliminio ingreſſum feliciter dedicauit. *Significationis causâ factum eſſe credendum eſt, quòd per Iordanem venturus erat ad eas terras poſteà Iſraël in filiis ſuis.*

Cur ſanctum Iacobi cadauer per Palæſtinam longius defertur, & Iordanem traiicit?

4 Geneſis 28. fugiens Iacob fratris iras, pergit in Meſopotamiam. In itinere lapidem capiti ſupponens, laſſus dormit; ſed intentiùs animo vigilat. Nam vidit in ſomnis *ſcalam ſtantem ſuper terram*, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper eam, *& Dominum innixum ſcalæ* dicentem ſibi: Ego ſum Deus Abraham. &c. Cúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauénsque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cæli. *Surgens ergò Iacob manè, tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Appellauitque nomen vrbis Bethel.* Mirum ſanè videri poteſt, quòd cum Deus toties apparuerit Patriarchis, & ipſi etiam Iacobo, nullibi legitur tanto rerum ac verborum apparatu, viſionis locum celebrari. Hunc autem ſic ſumptuosè veneratur, vt S. Auguſtinus Iacobum hîc à ſuperſtitione aut idololatriâ vindicandum cenſuerit. Vndè tanta huic ſpeciatim loco religio, vt confeſtim exclamarit, *Non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cæli?* An quia tunc Deus ſolum loci illius ſuis veſtigiis conſecrauit? Audiendus eſt noſter Alcazar in Apocal. c. 4. v. 1. ſect. 1. *Mihi veriſimile valdè eſt,* inquit, *Deum non in ſummâ, ſed in imâ ſcalæ parte eſſe innixum, quaſi ſcalam teneret atque firmaret, quò Angeli aſcendere & deſcendere poſſent ſecuriùs. Hoc elicio in primis ex textu. Nam Vulgatus legit, Innixum ſcalæ. LXX. vertunt, Incumbentem ſcalæ: & Hebræa ſonant, Iuxtà ſcalam. Atqui hæc omnia id obſcurè innuunt, Deum ad ſcalam applicitum adhærere: quod propriè ſonat, ipſum eſſe in infimâ ſcalæ parte, atque ipſam veluti tenere, & firmam reddere. Deinde hoc pacto confirmari ſolet ſcala, ſi quis ad imam eius partem firmiter adhæreat.* &c. Nimirùm de apparentis Dei impreſſis ſolo veſtigiis, tantam religionem locus oppignerat, vt ita plenus numine cenſeatur.

Geneſ. 28. v. 18. & 19.

Iacobus Deū non in ſuperiore ſcalæ parte, ſed in inferiori videt, quare?

S. Auguſt. q. 84. in Geneſ.

Alcazar

LXX. interp. Hebræus

5 Matthæi 23. ſic dirè Chriſtus Iudæis minatur: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Domus, id eſt templum, ait Hieronymus & Theophylactus. Profectò Titus & Veſpaſianus Iudæos partim occiderunt, partim captiuos abduxerunt, partim per totum orbem diſperſerunt; & tunc tunc quidem tēplum religione ac numine *deſertum*, Iudæis *relinqui* perhibetur? Cùm extruitur, & Deo conſecratur, Iudæis dedicatur: cùm verò impia eorum flagitia, Deum de templo ſuo expulerunt, & ipſos ad ſtrages, & exilia coegerunt, templum tunc Iudæis relinqui dicitur. Pulchrè Vualfridus præſcriptum locum ſic exponit: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. In vanum,* inquit, *ligna & lapides poliunt, qui mores non componunt: fruſtrà dona & pecunias comportant, qui interiùs diuinæ ſubtilitatis oculum non placant ..... Ergò propter peccata hominum loca ſacra à Deo negligi, teſtis eſt Arca ab allophylis capta; templum toties euerſum vel profanatum,* &c. Quaſi *diuinæ ſubtilitatis* oculum non lateat, quòd locus plenus religionis, numinis plenus, incolarum ſceleribus profanatur. *Diuinæ ſubtilitatis* perſpicaciâ opus eſt ad dignè expendendam malitiam eorum, qui in ſeipſis templum ingreſſuris, Dei templum profanant? Tanta eſt incolarum cum ipſo loco cognatio? Sic deſertum numine templum, ſceleroſis Iudæis exulibus relinquitur.

Matth. 23. v. 38. Lucæ 43. v. 35 S. Hierony. Theophilact.

Diuinæ ſubtilitatis oculus perſpicit, templum moribus ingredientium profanari.

Vualfridus l. de rebus Eccleſ. c. 13.

§. X.

Virtus ſpectata, arcano boni exempli ſacramento, ſimilem in ſpectatoribus virtutem oppignerat.

1 ATtentiùs inſpecta Sanctorum exempla, tacita eſt ad Chriſtum manuductio, & ſilentet linguata Euangelicæ diſciplinæ eruditio. *Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuentâ autem vnâ pretioſâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Quæ eſt hæc pretioſa margarita, quam, vt hic ſedulus negotiator inueniat, plures, ipſaſque bonas priùs quærit? Ap-

Matth. 13. v. 45. & 46.

S. Cyrill. Alex.

poſitè

poſitè Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Glaphyrorum, ſic locum exponit: *Neceſſum eſt quæri prius à nobis bonas margaritas, ita enim inueniemus vnam, & pretioſam, nempè Chriſtum. Quanam ſunt iſta bona margaritæ? Dixerim, Sanctos eſſe. Inueſtiganda itaque ſunt diligenter, quæ de vnoquoque præcipuè Veterum dicta & facta ſunt: videbimus enim in illis altum religionis noſtræ myſterium, hoc eſt Chriſtum.* nempe Euangelicam de virtutibus diſciplinam, cuius commentarius egregiis Sanctorum factis exhibitur. Idcircò & nos poſt Patriarchas, & Tobiam dignitati patriarchali adlectum, *bonas* Heroïdum *margaritas* quærimus; primo Iudítham ad magnanimæ virtutis exemplum; dein Eſtherem ad patriæ periculoſum ſtudium, & erudiendum regiæ gloriæ contemptum; humilem Ruth inſpiciendam ſpicilegio ſedulo æſtuantem, & Chriſti Dei ſobole genitrice auguſtiùs generoſam; nunc pulchram Suſannam, *bonam* etiam *margaritam*, continentiæ, timoris Dei, ac ſpei diuinæ nobilem rerò ideam. Itaque has Heroïnas, *bonas margaritas* diximus. Inueſtiganda ergò ſunt diligenter quæ de vnâquaque præcipuè dicta & facta ſunt: *videbimus enim in illis altum religionis noſtræ myſterium*, nempè in antiquo veteris Teſtamenti gymnaſio, præmaturè Chriſtianam virtutum diſciplinam, quàm factis præluſtribus ſenſim aſſricant. Dicat ergò Chriſtiana caſtitas, fides, Dei timor: Suſannæ ſollicitor trophæo.

Pluris margarita ad exemplum quærendæ, vt vna pretioſior inueniatur.

2 Purpuratus Vates Pſalmo 110. ſic concinnè pangit: Initium ſapientiæ timor Domini. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Viuentibus, inquam, iuxtà præſcriptum timoris Domini, de quo immediatè dixerat; & mandata ſeruantibus dabitur *intellectus* ſanus, iudicium integrum ac ſincerum, quo ſe & alios poſſint ad virtutem promouere. *His* (ait indidèm Chryſoſtomus) *qui faciunt ſapientiam, & eam factis oſtendunt, bonus eſt intellectus.* Intellectus bonus, inquit, quoniam eſt etiam malus intellectus, vt quandò dicit: *Sapientes ſunt vt male faciant; bonum autem facere non nouerunt.* Sed quomodò hi, qui ſapientiam aut intellectum *factis oſtendunt*, bonum intellectum faciunt? Nùm bonus intellectus inter ea cenſeri poteſt, quæ factis oſtenſis ab homine fiant? Perbellè Nazianzenus Orat. 15. quæ eſt de Plagâ grandinis, ſic locum ad rem exponit: *Præſtantior eſt pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quàm quæ ſermone pingitur: & ſapientia quæ per opera demonſtratur, quàm quæ ſermone nitet ac ſplendeſcit. Intellectus enim bonus, inquit ille, omnibus facientibus eum, non autem prædicantibus.* Ecce tibi ſapientia & Intellectus, non qui ore nitet, ſed quem *facta oſtendunt* (vt aiebat Chryſoſtomus,) aut *per opera demonſtratur*, arcanâ boni exempli vi, bonum intellectum in ſe oſtendit, & in ſpectatoribus facit. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Hem! tantùm bono exemplo ad imitationem licet, vt bonum intellectum intuentibus ſpiret, allinat, ingeneret? Sic eſt bonarum actionum aſpectus, boni intellectûs bibulus? Sic ſpectatam in aliis virtutem, attentus ſpectatorum oculus ſugit. Ecce tibi quomodò ſaluet Deus *homines & iumenta*; & eum qui factus eſt *ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus*: nam bonis aliorum exemplis, & tacitâ bonarum actionum eruditione, virtutum ſapientiam & intellectum mutuat: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, quem ſpectatorum oculis arcanè ſpirat, pulchrâ virtutum arripiendarum teſſerâ.

Pſalm. 110. v. 10.

S. Chryſoſt.

Ierem. 4. v. 22.

S. Nazianz.

Bonum exemplum bonum brutis etiam ſpectatoribus intellectum ſpirat.

Pſal. 35. v. 8.

Pſal. 31. v. 9.

Idem regius Vates Pſalmo 118. ſic de ſe loquitur: *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur.* Quæ verba exponens inibi Ambroſius Serm. 10. ſic eloquenter ſcribit: *Pleriſque Iuſti aſpectus admonitio correctionis eſt; perfectioribus verò lætitia eſt. Quàm pulchrum ergò ſi videaris, & proſis. Non dubitare poſſumus, quòd Iuſti ſanet aſpectus. Sed quemadmodum Iuſtus lætificat cor innocentium, cùm videtur; ita & improbi iuſtorum cognitione torquentur, quia vel tacitis factorum moribus arguuntur.* Vide nunc mihi, qualiter Iuſti aſpectus, de arcanâ boni exempli vi, & ſceleroſos perſtringens, vitia ſuffundit; & bonos quoſque ad virtutem reddit alacres, & mirè lætificat. Vno dumtaxat occurſu aut aſpectu, & vitia ſauciat, & virtutes afflat, omnibus de expromptà viſione proficuus. Quâ ſuper re ſic etiam inibi philoſophatur Hilarius: Conſuetudo, inquit, impiorum eſt, vt conſpectis religioſis viris triſtes ſint, &c. *Contrà verò ad conſpectum viri fidelis, religioſi omnes quibus timor Dei eſt, lætantur: vt vel ſolo corporeæ contemplationis viſu gratulentur ..... Vtilis ergò eſt præſentia Sancti timentibus Deum: quia neceſsè eſt profectum aliquem ex contemplatione illius conſequantur.* Sed ſciſcitari libet, cui nam Iuſti ſpectatores *gratulentur*, an ſibi, quibus *neceſsè eſt profectum aliquem ex contemplatione illius conſequi*? An peccatoribus, quorum vrbano ſilentio vitia perſtringens, illorum emendationem ac veniam ſuadet? An potiùs *gratulantur* ipſi Iuſto, qui boni exempli ſacramento, & vitia ſuffundit ad emendationem, & virtutes ad earum abreptionem deprædicat? Et quidèm altè dixit Hilarius: *Neceſsè eſt profectum aliquem ex contemplatione illius conſequantur.* O bona velut *neceſſitas*, quæ vel corporeâ contemplatione virtutes ſic fœcundè parturit, ſic feliciter promouet! 3

Pſalm. 118. v. 74.

S. Ambroſ.

Nobis, at Iuſto de ſolo illius viſu gratulandum eſt. quare.

S. Hilarius

Boni exempli imitatio velut neceſſaria dicitur.

Canticorum 2. hæc ſponſi vox auditur: *Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Scilicet ſponſa cùm aduertiſſet ſponſum ſtare poſt parietem, & per cancellos proſpicere, ſubmiſſis verbis eum inuitauit vt domum ingrederetur, & coràm cum eâ colloqueretur. Sponſus huic inuitationi reſpondet, ſe potiùs velle ſponſam ad ſe foràs euocare in agrum & vineam, quòd iam ver appetat, in quo omnia vireant & floreant: quare tempus eſſe ruſticandi, vites putandi, groſſos colligendi, &c. Itaque actuoſiorem mauult ſponſam, & virtutum agricolationi, & illarum tunc prouentibus 4

Cantic. 2. v. 10.

Cornelius.

Surgere ſibi, & venire ſibi ſponſa dicitur, cùm ad ſponſi imitationem vocatur.

uentibus intentam magis. Sed expoſitione digniſſimum eſt, quòd in Hebræa origine notanter ſcribitur: *Surge tibi .... Veni tibi.* Et ſanè cùm ſponſus illam ad ſe alliciat, potiùs dicendum videbatur: *Surge mihi, veni mihi.* Appoſitè S. Bernardus Serm. 85. ita ſcribit: *Nec parum conſortat, quòd audit: Veni, & non, Vade: per hoc ſe intelligens, non tam mitti, quàm duci; & ſecum pariter ſponſum venturum. Quid enim difficile ſibi, illo comite reputet?* Sibi ſurgit ſibi properat, ſibi venit ad Chriſtũ, qui ab eo manuduci, ipſũ ad ſequelam habere comitem, illum ſequi, & imitatione exprimere ambit. Sibi ſurgit, ſibi properat, ſibi operoſa venit, quæ intermiſſo contemplationis otio, Chriſti imaginem in ſe depingere virtutum æmulatione, ſedula ſatagit. Exindè dicitur formoſa, ait inibi Nyſſenus homil. 5. *Pulchra, quia appropinquans ad Deum, inſtar ſpeculi imaginem in ſe ſuſcepit diuinæ pulchritudinis.* Gratulemur ergò ſponſæ quoniam ſuus illi ſponſus non dicit, *Vade*, ſed *Veni tibi* mecum, vt actuoſæ imitationis ſacramento, *inſtar ſpeculi, meæ pulchritudinis imaginem ſuſcipias.*

Hebræus
S. Bernard.
S. Greg. Nyſſen.

5 Geneſeos 48. Patriarcha Iacob morti proximus, ergà ſuum Ioſephum munificè gratus, hoc prædiuite legato illum vltrà reliquos auget, aiens. *Do tibi partem vnam* (alij *Sichimam*, id eſt, vrbem Sichem) *extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Cur hanc vrbem Ioſepho potiùs tribuit, quàm Simeoni & Leui eius expugnatoribus, aut Ruben primogenito? Hâc ſpeciatim vrbe cur potiùs Ioſephus à patre Iacobo augetur? Hâc de re audiendus eſt Ambroſius lib. de Benedict. Patriarch. cap. 3. *Immaculatus & caſtus,* ſcilicet Iacob, *de hoc terreno diuerſorio, & impuritatis auctoribus manubias reportauit: locum ſtupris & flagitiis vacantem ad incolatum Sanctorum verbis cæleſtibus & gladio capiens ſpirituali. Vt vbi inhabitatores ante laſciuia, & Principes luxuria verſabantur; vbi fuerant incentiua libidinis, & fomenta nequitiæ, ibi nunc ſancti ſacerdotes magiſteria doceant caſtitatis, & plurima virginalis integritatis Exempla, quodam ſupernæ lucis fulgore reſplendeant.* Ecce ciuitas incontinenter ſalaciſſima, atque ſtupris infamis, doctrinâ & exemplo *immaculatus & caſtus* Iacob, continentiæ frenos pati iuſſit. Tantùm ſpectatæ continentiæ licet, etiam aduersùs effrenem libidinis impotentiam? Sic luxuriæ pruriginem ſpectata caſtitas ſopit, domat, excantat? Quocircà eandem vrbem à ſe ſuo exemplo caſtificatam, caſtiſſimo Ioſepho donat, vt bonum quod cœpit in patre, in filio conſummetur. Sic Ioſephi aſpectabilis continentia, ſubiectæ vrbis continentiam oppigneтat? Spectata caſtitas ſimilis continentiæ teſſera eſt.

Geneſ. 48. V. 22.
S. Auguſt.
Conſtructoſtrix Sichimæ Ioſepho donatur, vt eam caſtitatis exemplo expurgaret.
S. Ambroſ.

6 Pſalmo 11. Sic ad Deum regius Vates occlamat: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus.* Sed quonam vrgente malo, Dei opem ſic tragicè implorat? *Quoniam,* inquit, *defecit ſanctus.* Alij excribunt, *pius, innocens, Deo deuotus, miſericors, caſtus.* Quaſi dicat: Ad colendam pietatem ac virtutem tam eſt neceſſarium iuſtorum hominum conſortium, qui ſuo exemplo ad ſanctitatem nos extimulent, vt quia hoc deerat, quaſi Propheta iam periclitaretur, & certo periret naufragio, extraordinarium Dei auxilium hianter expetat, quo illius defectus compenſetur. Hunc Pſalmographi locum ſic elucidat Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum, apud Corderium noſtrum inibi: *Virtus quidèm per ſe exercitatu difficilis eſt; maximè verò quandò is qui illam exercet, inter paucos viros probos exiſtit. Non dicit: Saluum me fac, quoniam non fuit, ſed, Quoniam defecit ſanctus; vt oſtendat etiam, eos qui ſancti fuerunt, periiſſe, proptereà quòd malitia inualuerit.* Fuerunt quidèm, fuerunt olim plures eximiè ſancti in lege naturali, Moſaïcâ, Euangelicâ; ſed iam raro inueniuntur, & pauculi extant, qui ſuo exemplo virtutes ſpectatoribus validius affricent. Quin & illi ipſi qui retrò præceſſerunt, inualeſcente nunc malitiâ, de hominum memoriâ defecerunt, nec eſt qui illorum meminerit ad imitationem. *Non dicit: Saluum me fac, quoniam non fuit, ſed Quoniam defecit ſanctus.* Ergò operæpretium duximus, eorum memoriam ad virtutum imitationem inſtaurare. qui eſt noſtri Commentarij ſcopus, & labor.

Pſal. 11. v. 1.
Periiſſe ſe putat Propheta, cùm Sanctorum memoria ad imitationem deerat.
Catena Græcorum Patr. apud Corderium.

§. XI.

Bonum exemplum characteres virtutum loquitur; auditu impoſſibilia viſu exarmat, & placido imperio imitationem iubet.

ANtiquorum nos exempla ad virtutum facinora confortant, & ex eorum comparatione, quod deſperamus ex noſtrâ infirmitate, ab eorum comparatione facere nos poſſe præſumimus. Sic fortia aliorum facta ſpem corrigunt, & etiam vltrà vires animos ingerunt. Ergò nos quoque aliquid faciamus animosè, ſimus inter exempla: quare deficimus? quare deſperamus? quicquid fieri potuit, poteſt. Si bonum potes arripere exemplum, poteris & dare. Quid puſillanimitate eneruas gratiæ vigorem. Recede in te ipſum quantùm potes, & cum his verſare, qui te meliorem facturi ſunt. Illos admitte, quos tu poſſis facere meliores. Mutuò iſta fiunt; & homines dum docent, diſcunt. Animo quantumuis praue contumaci conuictor diſſimilis mentem ſuam ſenſim ingenerat, virtutes affricat, & inolitam vitiorum rubiginem extergit. Frequens aſpectus ſpectatæ virtutis bibulus eſt: & morum elegantia elegantes mores videndo perſuadet. *Facere docet Philoſophia, non dicere.* 1

Boni exempli arcana vis.
Seneca Epiſt. 20.

Exhodi 25. totis quadraginta diebus in monte Sinâ forma tabernaculi viuâ Dei voce deſcribitur in auribus Moyſis; & ſimul ideâ aliquâ ſenſibili intuendum proponitur: *Inſpice,* ait, *& fac ſecundùm exemplar,* 2

Exhod. 25. v. 40.

plur, quod ſibi in monte monſtratum eſt. Notant communiter Interpteres, hîc etiam à Deo oſtenſum fuiſſe exemplar anogogicum, res videlicet cæleſtes, & tabernaculum ſpirituale, quod hoc materiali ſignificabatur; quaſi ſecundùm hoc iubeatur hîc Moyſes fabricare ſuum materiale tabernaculum, vt illi ſpirituali tanquam antitypus ſuo typo reſpondeat. Tropologicè autem S. Auguſtinus formam omnium virtutum opere exprimendarum hîc tradi exiſtimat. Itaque quaſi parùm foret, Moyſen totis quadraginta diebus viuâ Dei voce inſtrui de multimodo virtutum exercitio, non tantùm adumbratâ illi ſpecie per vocem ac verba deſcriptâ inſtruitur, ſed ideâ ſeu imagine oſtensâ ad opus perficiendum erudirur.

S. Auguſt. l. de vera Relig. c. 16.

Pulchrè ſic generatim loquitur S. Ephrem Syrus de perfect. Monach. ſub initium: *Opus*, inquit, *eſt imago virtutis: Sermo autem imaginis adumbratio eſt in adumbratione verò nullus character, ſed ſolum eſt characteris ac figura commentum.* Alto quidèm ſtilo Ephrem breui multa compendiauit. Nimirùm parùm foret viuâ etiam Dei voce virtutum faciendarum formam oſtendi; niſi illius effigies idealis opere facto monſtraretur. Nam *opus eſt imago virtutis* faciendæ; *Sermo autem imaginis adumbratio*, & rudis ac infecta delineatio *eſt*. Verba virtutem adumbrant; facta verò velut arguto penicillo faciendæ virtutis perfectam *imaginem* colorant, pingunt, & oculis exprimunt, ſpectatorum opere exprimendam. Cuius exindè rationem reddit: Quia ſcilicet delineatione ſeu *adumbratione*, quæ verbis fit, *nullus character* operandæ virtutis imprimitur, quod *ſolum eſt characteris & figura commentum.* Quaſi verba eloquenter ad ſuadendam virtutem compoſita, ſi factis viduata ſint, ſint etiam merum virtutum *commentum*, quod argutum Prædicatoris os eleganter concinnat: facta verò ſpectatorum oculis exhibita, velut *characterem* adſimilis virtutis eiſdem imprimant. Hem! Sermo eſt virtutis *commentum* opus autem ſuadendæ virtutis *character*? O boni operis penicillo, ſtrenuæ virtutis opera, velut *characteres* in ſpectatoribus ſtudioſè imprimamus, quos malitia non deleat! Facundior lingua vmbram virtutis loquitur; bonum autem opus, virtutum loquitur characteres. O tacita, & arcanè operatrix operum loquela! Qui benè agit, in ſpectatorum oculis ac cordibus virtutum characteres deſcribit; qui benè dumtaxat loquitur, eos vmbraticè & fugitiuè delineat. Ad bona exempla homo oculatus eſt; ad mera autem verba, *aurium cæcus*, vt aliàs ex Tertulliano expendebamus.

S. Ephrem

Sermo eſt virtutis commentum opus ſuadèsia virtutis character.

Tertull. l. de Anima.

3 1. Petri 2. cap. ita ſcribit: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Eſt ratio ab exemplo Chriſti. Quaſi dicat: Non miremini, O Chriſtiani, vos vocatos eſſe ad crucem: nam & Chriſtus dux & anteſignanus veſter ad eandem vocatus, illam propriis humeris baiulauit, in eâdem ſuſpenſus ac patibulatus occubuit. Agite ergò, Chriſtum ducem præeuntem ſequimini alacriter & intrepidè, per æmulationem aut imitationem eiuſdem crucis beatus patet gloriæ aditus. Tertullianus Scorpiaci aduerſùs Gnoſticos, cap. 12. pro τὸ *ſequamini veſtigia eius*, emphaticè ſcribit, *adſequamini veſtigia eius.* Profectò ſat magnum foret, Chriſti *veſtigia ſequi*; & tamen iubet Apoſtolus, ea *adſequi*, quod vltrà humanas vires, & hominum faſtigium videtur poſitum. Satis forſan eſt, Chriſtum Deum, vt vt humana imbecillitas poteſt, præeuntem *ſequi*, nec in eiuſmodi arduâ ſequelâ paſſim impingere. Quid eſt, quod eiuſdem *veſtigia adſequi* exertè iubemur? Humanæ infirmitati hæc forſan præceptio impoſſibilis videbitur. O magnum imitationis ſacramentum! Eas ne vires bonum præeuntis exemplum arcanè afflat, vt imitationis poſſibilitatem aut inueniat, aut faciat? Appoſitè Chryſologus Serm. 151. ita ad rem ſcribit: *Chriſtus totam cauſam noſtra ſalutis occiderat, ſi ſe paruulum permiſiſſet occidi: Chriſtus venerat, vt quos preceptis docuerat, firmaret exemplis, & ipſe faceret qua facienda mandauerat, & viſu probaret poßibilia, qua impoßibilia videbantur auditu .... Venerat Diabolum publico ſuperare conflictu, vt ab omnibus & diuino vinceretur iuſſu, & humano proſterneretur exemplo.* Ecce tibi, quod auditu arduum aut impoſſibile videtur de humanæ imbecillitatis cenſu; vbi eius bonum exemplum ab alio homine ſtrenuè patratum apparet; ſic emendat ſpem, & auſum æmulatione ſtimulat, vt homo ad ſimilia virtutum facinora magnanimus aſſurgat, fugâtque vires oculis, vt opinatam impoſſibilitatem exarmet, *& viſu probet poſſibilia, qua impoßibilia videbantur auditu.* Quare Apoſtolus nos animoſiùs hortatur, vt per tormēta, per ſtrages, per cruces, per mortes, patiētis ac præcūtis Chriſti *veſtigia adſequamur.* Tantū bono exemplo licet, vt auditu impoſſibile, poſſibile viſu videatur!

1. Petri. 2. v. 21.

Tertullian.

Bonum exemplum impoſſibilia auditu, viſu poſſibilia reddit.

S. Chryſoſt.

Pſalmo 49. ſic occinit Regius Vates: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Quia vitâ & corruptis moribus dehoneſtat verbi Dei prædicationem, ac doctrinam; cur igitur ore Euangelium eructet, opere autem vitiorum magiſterium obeat? Quare Euangelij doctrinam (aiunt Græci Patres) *non tam verbis docet, quàm factis abigit.* Vndè verè dixit Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 141. *diuinam prædicationem euertere.* Et S. Hieronymus Epiſt. 83. *Sermo opere deſtruitur.* Idcircò ait Baſilius Seleucienſis alibi expenſus, Prædicante Iudâ proditore, *Euangelium damnari.* Quòd ſi ſagaciùs perquiras, quare Concionator benè docens, & malè viuens, doctrinam quam verbis accerſit, factis *abigat*, & opere ſermonem *deſtruat*, atque diuinam prædicationem *euertat*, & Euangelium *damnet?* Luculētam reddit rationem Chryſoſtomus homil. 38. ad populum Antioch. *Dicis*, inquit, *quòd opus eſt modeſtiam ſequi, & longum ſuper hoc trahis ſermonem, & inoffensè fluens dicendi copiam oſtentas; ſed* 4

Pſalm. 49. v. 16.

Græci Patres Comm. apud Corde.

S. Iſidor. Pel.

S. Hierony.

Baſil. Seleu.

S. Chryſoſt.

te

te melior ille, qui per opera hoc me docet: non enim diſciplina tam à verbis, quam à factis anima ſolent intromitti. Nota attentiùs verba, quæ acutè ſubtexit: *Quoniam ſi non habueris opera, non tantùm loquens non profeciſti, ſed & potiùs læſiſti; meliùs eſt tacere. Quare: Quoniam opus mihi reddis impoſſibile. Cogita namque, quod ſi tu tanta diſſerens, non efficis, multo magis ego venia dignus. Propterea Propheta dicit: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meum per os tuũ? maius enim hoc damnum, cùm aliquis benè verbis docens, per opera doctrinam impugnat.* Quod longulo excurſu inibi perdoctè probat. Vide nunc mihi, quàm aptè Chryſoſtomus Chryſol. conſentiat. Dixerat nuper Chryſologus, quòd bonum virtutis exemplum coràm ſpectatum; *viſu probat poſſibilia, quæ impoſſibilia videbantur auditu*: adiicit Chryſoſtomus, quòd qui benè dicit, & malè facit, bonum opus quod benè dicendo ſuadet, *mihi reddit impoſſibile*. Hem! impoſſibile putatur bonum arduæ virtutis opus, quod bonum benè operantis exemplum oculis non ingerit, & videndo perſuadet?

5 Matth. 7. v. 29 Græcus Syrus.

Matthæi 7. factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus concionem, admirabantur turbæ ſuper doctrinâ eius. *Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi.* Pro τὸ *poteſtatem*, Græca habet, *auctoritatem*, Syrus *dominium*; alij *ius* alij *libertatem*. Dicitur autem Chriſtus Deus cum magnâ poteſtate, & auctoritate docere, quia quod docebat ſermone, hoc opere faciebat, magiſque docebat exemplo quàm verbo. Magna enim auctoritas doctrinæ docenti accedit, ſi bonum quod ore docet, opere perficiat. Audi S. Gregorium 23. Moral. cap. 7. *Cum imperio quippè docetur, quod priùs agitur, quàm dicatur. Nam doctrina ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam. Non ergo poteſtatem ei elata locutionis, ſed bona fiduciam inſinuauit actionis. Vnde etiam de Domino ſcriptum eſt: Erat enim docens ſicut poteſtatem habens.* Ceterùm hanc in docendo *auctoritatem, dominium*, aut *ius* ſapienter tradit Athanaſius (vel quiſquis eſt auctor) exhort. ad Monach. *Vita noſtra*, ait, *iubeat, lingua perſuadeat: quia plus auctoritatis geſtat exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio.* Ecce tibi *auctoritatem, dominium*, ac *ius*, quod bonum exemplum doctrinæ præſtat. Nam docentis ſermo perſuadere ambit compoſitâ verborum ambitione; *vita* autem bonis moribus conſpicua, lenis placide præceptione *iubet*. Sanè bonum exemplum ad morum ſuadelam, arcana *iuſſio* eſt, quæ operis ingerit *appetentiam*, quod reliquis iuſſionibus eſt inſolens & inuiſum. Quare Chriſtus Deus præuio opere doctrinam adornans, tamquam habens *auctoritatem, dominium*, & *ius*, loqui perhibetur. Et licet hanc prærogatiuam haberet à diuinitate, maluit tamen hîc illam ab opere ad ſuadelam mutuare; vt ſacris concionatoribus innoteſcat, quòd eloquens lingua ſuadere poteſt,

S. Gregor.

Lingua ſuadet, bona vita virtutem iubet & ſui appetentiam ingerit.

S Athanaſ.

bona autem *vita iubet* opus, præuiæ operationis *iure, dominio, auctoritate*. Sapienter quidem Athanaſius. Ergò præclara Suſannæ exempla, non modo, virtutes loquantur, *ſed iubeãt*, & ſequelæ *ingerãt appetentiã*.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. XII.

Qui bonum exemplum non arripit, ſed reſpuit, acerbiores pœnas meritò dabit.

1\. S. Chryſ. homil.

VErè pariter ac bellè Chryſoſtomus: *Nihil adeò Gentiles arguit, vt Chriſtianorum virtus, nihil adeò perturbat vt malitia. En nos ſumus cauſa, nos inquam, vt illi in errore permaneant. Iam pridem doctrinam ſuam damnaſſent, & noſtram approbaſſent, niſi vitâ noſtrâ retraherentur: verbis philoſophari perfacile, ſed inquirunt operum probationem. Itaque horum nos pœnas dabimus; non ſolum eorum, quæ ipſi commiſimus, ſed quorum auctores fuimus, vt Dei nomen blaſphemetur.* Itaque bona virtutum exempla, quæ olim Chriſtiani oculis Gentilium ingerebant, mundum ad Chriſtum conuertit, cùm vitæ ſpectata probitas ſit doctrinæ *probatio*, & perſuaſionis vigor. Cùm ergò poſterior ætas non arripuerit maiorum exempla, nec moribus expreſſerit, non tantùm propriæ malitiæ damnatur, ſed perfidiæ paganorum enormiter rea eſt. Horum itaque ſcelerum abundè *pœnas dabit*, qui ſegnis ad exprimenda maiorum exempla, bono etiam ſui exemplo ſpectatores fraudat. O viuidum naſcentis Eccleſiæ ardorem, qui bonorum operum igniculis mundum accendit! ô noſtræ ætatis niues, quæ è diuerſo gehennam ſufflammant! Bonum non arripere maiorum exemplum, nec per ſimiles operationes, tamquam auitæ virtutis traduces, illam paſtoris cõmendare, inſtillare, infundere, cæli exheredatio eſt, & gehennæ teſſera

Qui non arripit, & ſtilat maiorũ exempla, abundè pœnas luet.

2 Matthæi 22. hanc parabolam Chriſtus Deus Iudæis proponit: ſimile eſt regnum cælorum Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: illi autem venire neglexerunt. Iratus ergò Rex dixit ſeruis ſuis: Ite ad exitus viarum, & *quoſcumque inueneritis*, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, *malos, & bonos*: & impletæ ſunt nuptię diſcumbentium. Intrauit autem Rex vt videret diſcũbentes, & vidit ibi hominem non veſtitũ veſte nuptiali. Et ait illi: *Amice* (Syrus, *Socie mi*,) *quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Profectò expenſione digniſſimũ eſt, quòd cùm Rex obuios quoſq; iuſſerit inuitari, & ſerui eius inuitauerint, acceſſerintque indifferẽter *malos & bonos*, nullâ habitâ ratione malitię; tantũ quia iſte neglexit ornamẽtis cultioribus ad cõuiuiũ indui, ſic acerbo ſupplicio incunctãter mulctetur. Non videtur adeò grauis hic ornamentorum neglectus, vt ſic ſeuerè puniendos fo-

Matthæi 22. v. 12. & 13. Syrus.

ret, præſertim diſſimulatâ diſcumbentium malitiâ. Hac ſuper te ira ſubtiliter ad rem philoſophatur S. Cyrillus Ieroſolym. in Præfat. Catecheſeon: Scrutabatur olim quidam, inquit nuptias illas, & veſtem capiens minimè decoram, ingreſſus accubuit & comedit. *Sed oportebat ipſum, cùm videret omnes ſplendidè veſtitos, eiuſcemodi quoque capere amictum:* verùm ille, cibum quidèm vnà cum alijs capiebat æqualem, inæqualem autem ornatum habebat. Atqui ſponſus, quamuis liberalis, non tamen indiſcretus. Circuiens namque ſingulos conuiuas, vidit quemdam externum non habentem veſtem nuptialem, dixitque illi: *Amice, quomodò hùc intraſti? quo colore? quâ ſcientiâ? Eſto, oſtiarius non prohibuit, propter eius liberalitatē, quæ exhibuit conuiuium? ignarabas quali amictu ingrediendum eſſet ad conuiuiū? Sit ita ſanè: Sed cùm iam intraueras, vidiſti ſplendida diſcumbentium veſtimenta, nónne te oportuit vel ex his quæ cernebas diſcere? Et iubet miniſtris: Ligate pedes illius confidenter intrantis: ligate & manus ipſius, quæ ſplendido illum neſcierunt ornare veſtitu, & proiicite ipſum in tenebras exteriores.* &c. Res ſanè mitiſſima, quòd vbi tunc malitia vniuerſatim non damnarut ad tenebras exteriores, & dentium ſtridorem horrendum (admittebantur enim indifferenter mali & boni) qui bonum aliorum arripere exemplum inetter neglexit ſic durè puniatur. *Vidiſti*, inquit, *ſplendida diſcumbentium veſtimenta, nónne te oportuit vel ex his quæ cernebas diſcere?* Nam *oportebat ipſum, cùm videret omnes ſplendidè veſtitos, eiuſcemodi quoque capere amictum.* Proh! ſic acerbè vel à beneficētiſſimo Rege punitur boni exempli arripiendi neglectus? Sic oculis ſpectata virtus, ſeuera eſt imitationis lex? ô arcana iuſſio, cuius ſic eſt pœnalis neglectus!

S. Cyrill. Ieroſol.

Qui non imitatur reliquos in ſplendidâ veſte, acerbiùs punitur, quærit

3 Matthæi 5. ſub hoc ænigmate nos Chriſtus erudit: *Eſto conſentiens* (alij, *concors*) *aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè aduerſarius tradat te iudici, & iudex tradat te miniſtro, &c. Amen dico tibi non exies indè, donec reddas nouiſſimum quadrantem* Magnum eſt inter Expoſitores litigium, quis ſit hic *aduerſarius*, aut *accuſator, actor*, aut *Dominus litis*, vt alij excribunt. Tertullianus lib. de Animâ putat eſſe Satanam. Incertus Athanaſius q. 26. ad Antioch cenſet eſſe carnem (Alibi autem ethicè exponebamus quo pacto aduerſario Dæmoni, & *carni* conſentire poſſimus) Idem inibi Athanaſius aſſerit hunc *aduerſarium* eſſe conſcientiam. Auguſtinus, Anſelmus, & Beda opinātur eſſe Deum, aut Dei legem. Verùm S. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 35. hunc *aduerſarium* putat eſſe, bonum Iuſtorum exemplum, quod ſpectatum ſceleſtis impiorum moribus aduerſarut, & pietatis teſtimonio illos arguit. Porrò exponens illud. Iobi: *Inſtauras teſtes tuos contrà me, & multiplicas iram tuam, & pœna militant in me*, ſic opportunè ſcribit: *Teſtes Dei ſunt, qui per exercitium ſancti operis teſtantur, quæ electos ſecutura ſunt præmia veritatis... Sed teſtes ſuos contra nos Dominus inſtaurat, cùm electorum vitam prauitati noſtræ contrariam, ad arguendos nos inſtruendóſque multiplicat. Contra nos ergò teſtes illius inſtaurantur: quia cuncta quæ agunt, ſtudijs noſtræ prauitatis aduerſa ſunt. Vndè ſermo veritatis aduerſarius vocatur, cùm mediatoris voce per Euangelium dicitur: Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es cum illo in viâ.* Et adhuc ad rem ſubdit Gregorius: *Teſtes itaque ſuos contrà nos Dominus inſtaurat: quia bona quæ facere ipſi negligimus, hæc ad correptionem noſtram fieri ab aliis demonſtrat: vt qui præceptis non accendimur, ſaltem exemplis excitemur, atque in appetitu rectitudinis nil ſibi mens noſtra difficile æſtimet, quod perfectè peragi ab aliis videt. Et fit plerumque, vt cùm aliena vita bona conſpicimus, noſtra ſollicitiùs damna timeamus: & eò pateſcat quanto pòſt pondere animaduerſionis impetimur, quò nunc à bonorum moribus longè diſcrepamus. Vndè & teſtium inſtauratione memoratâ, protinùs aptè ſubiungitur: Et multiplicas iram tuam & pœna militant in me.* &c. Longiuſculè, ſed quid omitterem? Vacat eloquutio noſtra, vbi eloquentia Gregorij tē elucidat. O time bonum Bonorum exemplum, niſi illi citò *conſentias* & opere obſequentiùs exprimas! Heu ſpectata bona aliorum opera; infernalis ergaſtuli minæ ſunt!

Math. 5. v. 25. & 26. Lucæ 12. v. 58. & 59.

Tertullian

Athanaſ.

S. Auguſt.
S Anſelmus
Beda.

Iob 10. v. 17.

S. Gregor.

Qui bonum præbet exemplum, aduerſarius dicitur: cui conſentiendum eſt.

4 Sapientiæ 2. Dixerunt impij cogitantes apud ſe non rectè. &c. *Circumueniamus ergò iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Arabicus interpres τὸ *iuſtum* in genere neutro accipit: vnde vertit, *condamus, fingamus, fabricemus iuſtum.* Quaſi dicant: Lex iuſtitiæ veræ nobis noſtræque cupiditati aduerſatur: formemus ergò aliam legem iuſtitiæ, conformem non rectæ rationi, ſed concupiſcentiæ noſtræ, vt iuſtum ſit quicquid nobis libet. Sic erant Bonorum exempla impijs peracerbè moleſta, vt in hoc potiùs delirium eos impulerint, ne illa ſuſtinerent? Rationem ſubdunt: *Quoniam contrarius eſt operibus noſtris.* Syrus, *aduerſatur.* Nam vel eius tacita vita, & ſpectati mores, vitam noſtram moleſtè redarguunt, inuitiant, culpant. Quæ eſt interpretatio nuper laudati Gregorij indidèm: *Atque de hoc eadem*, inquit, *reprobi perſequentes dicunt: Contrarius eſt operibus noſtris. Et paullò pòſt: Diſſimilis eſt aliis vita illius. Teſtes itaque ſuos contrà nos Dominus inſtaurat: quia bona quæ facere ipſi negligimus, hæc ad correptionem noſtram fieri ab aliis demonſtrat.* &c. Denique illorum, qui non arripuerunt Iuſtorum exemplum, ſed illud tāquā aduerſarium temptauerunt, & inobſequenter neglexerunt, pœnaliſſimus ſubditur interitus: *In malignitate noſtrâ*, inquiunt, *cōſumpti ſumus. Talia dixerūt in inferno hi.* O time, quiſquis virtutē amas.

Sapient. 2. v. 12.

Arabicus
Cornelius

Impius quod lubet, iuſtum eſſe iubet, vt bona Iuſti exempla tanquam ſibi aduerſaria tollat.

Syrus

S. Gregor.

Sapiens. 5. v. 13. & 14.

5 Matthæi 10. Chriſtus mittens Apoſtolos ad prædicandum Euangelium, bonum Prædicatorum exemplum ſedulò præſtruit: Nolite inquit, poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris non peram in viâ, neque duas tunicas

neque

Matth. 10. v. 14.

neque calceamenta, &c. *Quicumque non receperint vos, neque audierint ſermones veſtros; exeuntes foràs de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.* Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. *Excutite puluerem*, vel ſandalia excalceando, eaque inter ſe colliclendo, vt puluis ex eis excutiatur (ſicut ait Abulenſis q. 83. qui vult Apoſtolos bis id feciſſe, ſemel in vrbe, ſecundò extrà vrbem) vel ſandalia applodendo ad terram, aut ea affricando ad lapidem, vel lignum aliquod, vt puluerem extergerent. Quæres cur tam ſollers contracti pulueris excuſſio peragenda ſit? & quare pedum puluis impreſſo veſtigio contractus? quid pedum veſtigio excutiendo, cum Euangelicæ doctrinæ repulsâ? Profundè ad rem inibi Hilarius: In eos autem, inquit, qui Apoſtolorum præcepta reſpuerint, egreſſu eorum, & ſigno pulueris pedibus excuſſi, æterna maledictio relinquatur: *Neſcio enim quæ inſiſtentis loco cum eo in quo inſtiterit loco videtur eſſe communio, & fit inter eos quædam corporis ſoliq́ue coniunctio. Ergò omne domûs illius habitationiſque peccatum intrà ipſam excuſſo puluere pedum relinquitur, nihilque ſanctitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigiis mutuatur: vt quorum aditu ingreſſuque delicta terrenæ originis auferuntur, eorum teſtimonio Infidelitas cum omni terra ſua puluere iudicetur.* Multa hîc perſtringit Hilarius alibi aliorsùm expenſa, expendendaque. Ceterùm cùm Apoſtoli, Euangelicæ virtutis formam tunc opere etiam præmonſtrarent, de Chriſti præſcripto; puluis pedum ſollerter excutiendus eſt, quo ſignificetur, *nihil ſanctitatis de inſiſtentiū Apoſtolorum veſtigiis mutuaſſe:* neque eorum dumtaxat doctrinam, ſed ſancta etiam exempla, & ſequenda *veſtigia* neglexiſſe. Ori eorū Chriſtus Euangelij doctrinâ influxerat, & opere miſſioni præuio Euangelicæ virtutis formâ præmonſtrarat, quam populus imitatione ſequi debuiſſet: ergò quia eorum etiā exempla ſubſequi recuſarunt, in maledictionis ac gehennalis ſupplicij ſignum, Apoſtolorum *veſtigia* extergantur; quaſi eorum ſequendorum neglectu quodammodò ſqualerent, inobſequelæ puluere adtaminata.

Cornelius

Abulenſis

S. Hilarius

Puluis veſtigiorum, quæ noluerūs ſequi, excutiendus eſt in pœna teſtimonium.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

§. XIII.

Aliquandò ſtrenua virtus, è vitiorum gymnaſio, quod ad imitationem diſcat, inuenit.

1 BEnè eſt (ait ex aduerſo,) vnius Suſannæ aſpectabile multipliciter exemplum, ad omnem virtutem accendit animum, & vitiorum interſtinguit ardorem; ſed prauos affectus rurſùs redaccendit multiiuga horum Senum malitia: & quantùm aſpectata virtutum idea, vitia ſopit, & ad omnes ſanctitates cōponit animum, tantùm illum perſtringit ſpectata ſceleroſior priuatas: non enim tam ad rationem, quàm ad ſimilitudinem viui-

P. Didac. Celada in Suſannam.

mus. Ille ipſe fons, qui dulcem manat virtutum liquorē, vitiorū nos toxico ſimul potat. Quin & ad virtutem, quæ in arduo ſita eſt, ducimur, trahimur: vitia in procliui ſunt, ad ea vltro imus. Timendū ergò eſt, vt bonis mala præualeāt; & indè venenū ſugam, vnde antidotū propinari putabam. Verùm enimverò vbi lectio fortior, & aſpectata virtus erexit animū, & aculeos addiderunt Suſannæ exēpla nobilia, proſilire tutò licet ad ſpectanda Senū flagitia, vel ipſo aſpectu deteſtāda, & de infelici pœnaliùs exitu metuēda. Imò ſi benè ſapis, ipſa etiam ſceleſtiſſimorū vitia, arcana virtutum documenta è peruerſo præbent, dum ipſorum temeritas, pertinacia, atrocitas, piam virtutis audaciam ſapienti ſuggerunt; ne virtus ad bonum quàm ad prauitatem malitia, cunctatior, remiſſior, ac ſegnior ſit. O ſentiat virtus à vitiis ſanctiùs è diuerſo ſtimulari, qui eſt aliquis virtutis faſtus.

Quo pacto bona exempla nobis arò noceabuiss.

Canticorum 3. ſponſa amiſſum ſponſum ſollicitè quærit: In lectulo meo, inquit, per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Sed videamus vbi ſponſum inuenire præſumat: *Surgam, ait, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Significat Sponſa ſponſi inueniendi ſtudio, ſe totam vrbem circumiſſe, & exploraſſe, ſi fortè aut in vicis ſeu angiportubus ſecretioribus, aut in foris ſeu plateis, vbi turba hominum eſſe ſolitat, eum inueniret. Per *vicos* & *plateas* Theodoretus & Aponius accipiunt ſacras Scripturas. Nyſſenus intelligit ordines & ſtatus Angelorum, & Sanctorum in cæleſti Ieruſalem. Philo Carpathius: *Per fora & plateas, hoc eſt,* inquit, *à præteritis vitæ meæ actionibus ſurgam, diſcutiam conſcientiam meam, & diligenter examinabo per circuitum actiones vitæ meæ, recogitabo annos vitæ tranſactæ, ſtudiosè quærā in Ciuitate, hoc eſt, in Eccleſia, in Sanctorū vitis & exemplis, quomodò ad Deum rectè ambulare debeam;* &c. Benè quidem in Sanctorū vitis & exemplis, anima ſancta ſponſum Chriſtum quærere & inuenire præſumit; nam Sanctorum propoſita exempla viuidos ad virtutem igniculos ingenerant. Verùm Sanctus Gregorius inibi ſubtiliter diſtinguit inter anguſtos vicos, & latas ac ſpatioſas ciuitatis plateas. ſic fatus: *Surgit ſponſa, & ciuitatem circuit, quia perfecta anima, quæ viſibilia faſtidit, omnes Sanctos, qui ſunt, vel fuerunt in Eccleſiâ, mente conſpicit, ſiquid fortè in eorum actibus reperire poterit, quod imitando, ad ſponſi inuentionē aliquandò peruenire poſſit. Per vicos autem & plateas quærit, quia dum per bonorum imitationē ad dilecti familiares amplexus peruenire ſatagit, non ſolùm in Spiritualibus, ſed & in ipſis etiā Carnalibus aliquandò inuenit, quod imitari dignè poſſit.* Notanda eſt attentiùs hæc verborum clauſula, in quâ totius ſententiæ energia ſcintillat. Nempe per *vicos* ſtrictiores, viros *Spirituales* intelligit, qui diſtrictioris vitæ genus ſectātur, cuius exēpla imitari exābit, vt ſponſum Chriſtum inueniat. Per ſpatioſas verò ciuitatis *plateas*, homines

Canticor. 3. v. 2.

Theodoret. Aponius S. Nyſſenus Philo Carpath.

S. Gregor.

In Carnalibus inuenis quid imitetur virtus; quomodo

Carnales, & vitiis licentiùs deditos accipit. Sed quid in his, quod inculparè imitetur inueniet? Quid in hominibus Carnalibus perditè ſceleroſis, quod æmuletur reperiet? Nempe à vitiorum audaciâ diſcat io re virtutis plus audere. Porrò hi Senes etiam in defectâ ætate ſtant totâ die impranſi, ieiuni, & indefecti, indefeſsâ perditu fame. Actuosâ & exſomni ſedulitate inſidiantur virtuti: audent temerariè, nec vllis terminis malitiam metantur. Hinc ergò virtutis ſtudioſus fugat impenſius virtutis ſtudium, & calcar addat audaciæ virtutum, ne ſit virtus vitio remiſſior; nec vitium plus audeat ad malum, quàm ad bonum virtus. *Non ſolùm in Spiritualibus, ſed & in ipſis etiam Carnalibus aliquandò inuenis, quod imitari dignè poſſis*. Profundè quidèm Gregorius!

3 Canticorum 1. hæc pulchra ſponſi vox ad pulchram ſponſam auditur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea*. Locus difficilis, & quem plures expoſitores pluribus expoſitionibus plus fatigant. Quid Sulamitidi, id eſt, pacificæ cum bellico pugnaciſſimè equitatu? Quis eſt iſte pacifici Salomonis equitatus, qui Ægyptij Pharaonis currus ſubuehit? Quis eſt iſte nexus equitatûs Salomonis cum Pharaonis curribus, ad cæleſtis ſponſæ pulchritudinem abſolutiſſimam declarandam? Reproborum ſymbolum Pharao eſt, Ægyptus eſt; at perfectorum electorúmque pacificus Salomon, Ieroſolymæ rex. *Nec miraberis*, ait Bernardus, *vnam animam equitatûs multitudini ſimilatam, ſi aduertas quanta in ipsâ vna, quæ tam ſancta anima ſit, virtutum acies habeantur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus diſciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in cælo terror, quanta denique ipſi cum hoſte conflictuum aſſiduitas, numeroſitas triumphorum*. Itaque ſponſa, id eſt, perfecta anima, vna cùm ſit, rectè poteſt cum pluribus, ipsíſque ſceleroſiſſimis comparari, ſi congrex illorum ſit, & malitiæ exgrex; virtutum excellentias, ex nequitiæ enormitate fœnerans è peruerſo. *Equitatui meo in curribus Pharaonis*. Scilicet profligatiſſimos Ægyptiorum ac Pharaonis mores, cum Ieroſolymitanis, pacificis, & regiis Salomonis moribus parians. Quibus omnibus perfecta anima aſſimilatur. Ab his ſugens bona exempla, quæ moribus exprimar, ab illis mutuans vitiorum virtutem, & ſcelerum præſtantiam (ſi dici liceat) quādoquidèm hæc audacia, energia virtutū eſt, & pius probitatis vigor. Itaque hîc comparatur virtus cum vitio, quaſi adſpectu ad prauitatem, probitatis faſtigium mutuet. Quod indicat Origenes ita fatus: *Aſſimilata enim es equitatui meo in curribus Pharaonis: ſiquidem quantùm differt equitatus meus ab equis Pharaonis, tantò melior es filiabus, tu amica mea*. Ecce tibi, quo ſponſam ſuam Salomon ſūptuoſiùs dilaudet, non ſolùm eam comparat equitatui ſuo adſpectu ad currus impij Pharaonis; ſed *equitatui* ſuo in *curribus* illius, id eſt, cum illis curribus congredienti, aut immixto, aut inter illos verſanti. quaſi ex eiuſmodi congreſſu atque concurſu auctiorem fœneret bonitatem.

Cantic. 1. v. 8.

S. Bern. homil. 39 in Cant.

Cur ſponſa Salomonis equitatui in curribus Pharaonis aſſimiletur?

Origenes

Canticorum 3. hæc ſodalium ſponſæ, ſeu Angelorum vox auditur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Nimirùm obuiantes ſponſæ, eamque admirantes dixerunt: Quæ eſt iſta ſponſa procera & decora, tam magnificè per agrum incedens versùs Ieruſalem, ac ſuauiſſimum odorem expirans? quò enim magis incedendo aſcendit, eò procerior apparet, ac ſuauiorē exhalat odorem: adeóque perſimilis videtur virgulæ, ſiue columnellis fumi, quæ inſtar palmæ rectâ aſcendunt in altum, ac gratiſſimum myrrhæ, thuris, & aromatum (ex quibus in minutum puluerem redactis commixtæ & conflatæ ſunt) igne incenſorum habitū expirant, & obuiis quibúſque aſpirant. Quæ ſunt hæc aromata? & cur in minutum puluerem redacta ſunt, vt virtutum ſuauiſſimum odorem fragrent? Luculenter inibi Caſſiodorus: *Et vniuerſi pulueris pigmentarij*, inquit. *Nec enim integra fuiſſe aromata, ſed in puluerem redacta dicit. quia Sanctorum actiones magnâ diſcretione conſiderandæ ſunt, & tamquam cribro ſubtiliſſimæ conſiderationis euentilandæ, ne quid fortè in illis durum, aut inconueniens exiſtat*. Itaque Sanctorum actiones & exempla, quibus Chriſti bonus odor exiſtunt in ſubtiliſſimæ conſiderationis officinâ in ſubtiliſſimum *puluerem* redigenda ſunt, & euentilanda ſunt, vt noſtrâ imitatione exprimantur. Conſideranda res ipſa eſt, & illius modus, ne fortè noſtrum excellant faſtigium: ſæpè enim ſpeciali inſtinctu geruntur. Aliquandò nonnulla operati ſunt, propter quæ Sancti non ſunt; ſed quibus olim ſicut ceteri errabant per auia vitiorum, antequàm ad meliorem conuerterentur vitæ frugem. Conſideretur in Saülo ardor in Iudaiſmi zelo, & cōſiderationis cribro modus à re euentiletur: res tamquā *dura* & cruda reiicienda eſt; & erroris modus ac ſtudiū virtuti congruè implantandum tamquam virtuti auxiliare; & quodiam è Saülo Paulus nō deſeruit, ſed ardēter imitatus eſt. Quarè iā Apoſtolus nuper Perſecutoris factus eſt hâc in re diſcipulus; ne ſegnior ad virtutē foret, quàm fuerat ad vitia ſtrenuus. Ergò ad vberiorem virtutū prouentū, *Sāctorū actiones*, & vitæ exēpla, non *integra* & *dura* relinquenda ſunt, ſed *in puluerē redigenda, & tamquā cribro ſubtiliſſimæ cōſiderationis euentilanda*, vt quid reſpuere, quid in nobis exprimere pernoſcamus de ſcholâ virtutis. 4

Cantic. 3. v. 6.

Cornelius

Caſſiodorus

Exempla Sanctorum in puluerem redigenda, & euentilanda ſunt.

5 Geneſeos 6. facer Hiſtoricus ita ſcribit: Hæ ſunt generationes Noë: *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis*. Rarus & nouus genealogiæ modus. De quâ admirabili genealogiâ aliàs multis agebamus. Nunc ad rē expendimus, in generatione illâ, ſiue ſeculo corruptiſſimo, efferatè ſalaciſſimo, & propè belluino virum fuiſſe, ſeu *hominem* (vt habeat Græca) id

Geneſ. 6. v. 9.

Græcus

Noëmi virtus de pra-

ſtantiâ vitiorum eruditur. Chryſoſt.

id eſt, rationalem, mito rationis vſu, qui bona in obuiis ſemper malis inuenit. Eleganter mihi Chryſoſtomus homil. 23. *Noe vir iuſtus atque perfectus in generatione ſuâ, in generatione illâ peruerſâ, quæ adeò in malum declinauit, quæ neque veſtigium virtutis præ ſe ferre voluit ..... Benè agere inter virtutis hoſtes, & inter eos qui virtutem prohibeat, maius ſemper virtutis pondus teſtatur.* Itaque Noëmi virtus in hoc maximè excelluit, vt in æuo illo corruptiſſimo, & ſceleribus famoſo tantam ſanctitatis famam adeptus ſit; indeque viam virtutis inuenerit, vnde nullum apparebat *virtutis veſtigium*, quaſi indè virtutem ediſcens, vnde omnia vitia plenè eructabant; veſtigia vitiorum in virtutum veſtigia è peruerſo recudens. Strenua porrò Noëmi virtus in vitiorum gymnaſio virtutum præſtantiâ ediſcit, quæ eſt probitatis hyperbole.

§. XIV.

Vectigalium exigendorum negotium, perobſcurum eſt, & ænigmati ſimile.

1 Saluianus

SAluianus lib. 4. de Prouidentiâ, calamitatem immanium tributorum, quibus populi degrauantur ſic querulè opplorat: *Exactio publica,* inquit, *peculiaris eſt præda: fiſcalis debiti titulos faciunt quæſtus eſſe priuatos. Et hoc non ſummi tantùm, ſed penè infimi; non iudices ſolùm, ſed etiam iudicibus obſequentes. Quæ enim ſunt non modò vrbes, ſed etiam municipia, atque vici, vbi non quot Curiales fuerint, tot tyranni ſint?* Tolerabile quidem foret tributorum intolerabile pondus, ſi bellicis regiiſque ſumptibus erogaretur; nimis autem grauatè toleratur, quòd ſumptuoſa vectigalium durè exactio, non publici ac regij ærarij ſubſidium, ſed *peculiaris præda ſit*, & Curialium gaza de pauperum reculis opulenta. Subiecti populi ergà ſuum Principem amor, & debitum tutelæ obſequium, vltronea, ſaltem non valdè inuita vectigalia penderet, ſi ſciret regiis ſumptibus indubiè impendi: at in Curialium commoda cæca diſpenſatione clanculùm & fraudulenter deriuari, nimis moleſtum, graue, & peracerbum eſt. Notitia tributorum expendendorum, ipſius ſoluendi leuamentum foret, & hiſci ditiùs locupletandi lenocinium. Quid tam ditum, quàm non tam Principi, quàm duris exactoribus tributa pendere; nec modò ſuas facultatulas, ſed & ipſam animam ipſis vectigalem eſſe; in confiſcatóque eam habere? Hoc graue malum, ne fortè vnquam accidat, præproperè auertere, huius §. labor eſto.

Ne tributorum exactio publica, peculiaris ſit Curialium præda.

2 Danielis 14. in lacu leonum ſex diebus ſtat Daniel impranſus & incœnatus; & inediæ exemplo vel leones edocet ieiunare. Denique inter famelicos leones prandet, qui vel inter palatinos ieiunare ſolitat. Erat enim Habacuc propheta in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum vt ferret meſſoribus. *Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum in capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſuprà lacum in impetu ſpiritûs ſui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel ſerue Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus* &c. Non hic morabor ſubtilem Interpretum ſagacitatem, eccur Deus volens paſcere Danielem in lacu leonum impranſum, non eſcis Babylonicis, ſed Hebræis dapibus, è Iudæâ accerſitis, conuiuium apparat? de quo aliàs forſan. Profectò ſuperuacuus videtur miraculi ſumptus, quo Habacuc Babylonē portatur capillo ſuſpēſus. Opinor familiari Angelo ruſticanum meſſorum prandium Propheta ſponte donaret. Quid opus erat, vt Habacuc per tam vaſta terrarum ſpatia portaretur tanto ſuſpenſus miraculo, quod Angelus de facili per ſe præſtare potuiſſet? Forſan adeò auarè incredulus erat Propheta, vt rurales cibos Angelo non crederet. Crederet quidem: Sed moraliſſimè Angelus tot itinerum emetiendorum impendiis, ſecum portare vult hominem, à quo cibos exigit, vt oculis videat, in eâ ipsâ re, ad quam exiguntur, impendi. Nimirum ipſe homo tot regionum ſpatia per aëra tranet, ipſe exactum à Dei miniſtro prandium manibus ſuis Danieli miniſtret; videatque in eius alimoniam impendi, ad quam ſuus cibus exigebatur: ne meſſorum prandio ſpoliatus, fortè ambigat, an in eos vſus expendatur, ad quos vel angelo exactore, expetitum fuit. Quia ſcilicet iacturam prandij exacti conſolabitur, ſi videat in id erogari, ad quod exactum eſt: mitiuſque erit illi, tot regionum ſpatia ſuſpenſum conficere, & in lacum leonum includi, quam id neſcire.

Danielem 14. v. 33. &c.

Cur Danieli Deus non Babylonicas, ſed Hebræas apparat dapes?

In Babylonem portatur Habacuc, vt videat exacti prandium Danieli erogari.

2. Regum, Percuſſit David Philiſthijm; & humiliauit eos: *& tulit David frenū tributi de manu Philiſtiim.* Mitto Rabbi Eliezer fabellam, quæ Rabbini cerebri commentum ſubolet. Aduertere autem licet, quòd pro τὸ *frenum tributi*, aliqui excribunt, *frenum cubiti*, quaſi *tributum* perindè ſit ac *cubitus*; quæ eſt modica rerum menſura, quam vectigal ab omnibus pendendum non debet excedere. Aquila verò luculentiùs ad rem vertit, *Frenum aquæductûs.* Alibi multis ethicè expendebamus, in quo *tributum aquæductui* aſſimiletur: nunc aliundè ſimilitudo enucleanda eſt. Porrò *aquæductus* ſic tubos ſeu canales lateritios protelat, vt aquæ portionem è riuis exceptam, perpetuo ductu, emicaturo inde fonti aut Nilo reſtituat. Et ſanè *aquæductus* non contexitur per terræ ſuperficiem, quæ oculis appareat, ſed per occultos terræ cuniculos, & abſtruſos illius meatus dirigitur. In quo perſpicuè, & ad rē opportunè cernitur, quare *aquæductui tributum* pariare liceat. Nempe tributorum expendendorum negotium occultè peragitur: per inuiſos canales, & fortè

3 2. Reg. 8 & R. Eliezer

Quare tributum cubito comparatur?

Aquila.

Ne ſit tributum velut aquæductus, qui occultè & inſidiè aquam deriuat.

P. Didac. Celada in Suſannam.

malignè obturatos aqua ſtillat, aut aliò clanculùm deriuatur, nec in Principis ærarium plenè influit; quæ eſt flebilis ſubiecti populi calamitas. Peritè ergo Dauid Regum optimus, *tulit frænum tributi*, id eſt, *aquæductûs*; nempè efficiens, quòd negotium tributorum velut *aquæ ductûs*, in occulto minimè peragatur, ſed omnium oculis perſpicuè pateat.

4 Exhodi 32. Hebrææ genti veri Dei deſertrici, malè Aaron vitulinum Idolum fabricat, aiens: *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Poterat quidèm Aaron petere aurum aliud ab illo quod erat formatum in inaures; ſed quærens cautè diuertere furorem populi, propoſuit hoc difficile, quod & difficilius reddit, dicendo, Ex auribus vxorum filiorúmque & filiarum veſtrarum, vt diſſenſio domeſtica in domo quâlibet orìretur, reluctantibus mulieribus & pueris. Sed protinùs fecit populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Quæ verba ſic indidèm elucidat Caietanus: *Iuxtà Hebræum legitur: Et ligauit illud in crumenâ ...... Significauit quòd vniuerſas inaures ligauit in vaſe vno, tamquam ſigillans illas publicè in crumenâ, ad tollendam ſuſpicionem omnis furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis, vt certus eſſet populus, quòd omnes inaures pariter ad faciendum Deum eorum funderentur.* Nimirùm ſic eſt obnoxia ſuſpicionibus Magiſtratuum opera, quæ res publicas à priuatis exigit, vt Aaron ipſe, etiam cùm rem gratiſſimam populo exhibet, iſtiuſmodi furacitatis vel leuiculas ſuſpiciones præcludere ſolleter negotietur, dum inaures aureas publicâ exactione poſtulatas, *ſigillat publicè in crumenâ, ad tollendam ſuſpicionem omnis furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis.* Sic eſt tributorum exactio iſtiuſmodi ſuſpicionibus tributaria: Ecqua eſt vectigalium publicorum exactio, in quâ *furtum, fraus, vſurpatio*, aut ſaltem *exemptio* non tranſpareat? Aaronis conſiliola cautela ſit cauta Principum eruditio.

Caietanus

Exhod. 32. v. 4.

Caiet. apud Lipoman. in Catenâ.

Cur Aaron publicum aurū inaurium obſignat in crumenâ?

5 Lucæ 2. ſub Chriſti Dei in Bethlehem natiuitatem, *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Syrus habet, *vniuerſus populus poſſeſſionis*, ſeu *dominij eius*. Facta eſt deſcriptio ad vectigal colligendum, quod in ærarium Romanum tot bellis exhauſtum inferretur: ſinguli enim capitis ſui cenſum dabant. Veriſimile eſt Iudæos dediſſe quod aliàs ex lege in cenſu dabant; ſcilicet ſingulos dimidium ſiclum, id eſt, duos Regales, ſiue duos Iulios. Cur autem Chriſtus naſcitur, non ſolùm quandò nouum vectigal orbi imponitur; ſed in loco, vbi ab eius parentibus exigitur, & perſoluitur, ſagaciùs quærunt Interpretes. Quâ ſuper re ita ſcribit Nazianzenus: *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Quid ſibi vult hæc oratio? Sanè niſi mea ſententia fallit, eos quibus huiuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet Deum ſemper ſupremis rerum adminiſtrationibus intereſſe; & quidèm vt Deſcriptores pudore quodam afficiat, tum demum commoneat, carnem aſſumit, & cum hominibus conuerſatur.* Itaque tunc, tunc quidem, & ibi etiàm, vbi noua tributa durè imponuntur, & auarè à Curialibus exiguntur, Chriſtus Deus naſcitur, vt adſit præſens inſpector, quò *deſcriptores pudore quodam afficiat*, quia ſic ſubiectos populos grauant; & fraudis, ſeu fraudulentæ exactionis *commoneat*. Scilicet furax Magiſtratuum & exactorum auaritiâ ſic eſt clanculatia & ſubdola, vt cum orbis ad vectigal pendendum deſcribitur, homine Deo inſpectore opus ſit, qui violentas ſubdole Deſcriptorum rapinas *pudore quodam afficiat*. Sic etiam, imò multò turpius fuit Dei populus tributis obnoxius in Babylone captiuus.

Lucæ 2. v. 1. Syrus

S. Nazianz. Orat. 9.

Chriſtus inſpector naſcitur, vt pudore afficiat tributorum exactores.

Hîc v. I.

Habacuc cap. 2. totus eſt contrà Nabuchodonoſorem, & Chaldæum imperium, regionum prædis, & populorum tributis opulentum: Vir ſuperbus non decorabitur, inquit: *Qui dilatauit quaſi infernus animam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur, & congregabit ad ſe omnes gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos. Numquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur; Væ ei, qui multiplicat non ſua?* Scilicet regum opulentiſſimo Nabuchodonoſori, *Væ* dicitur, quia immanibus prædis ac tributis *multiplicauit non ſua*; ſed Principum diuitias, & recullas pauperum ſuæ auaritiæ, & exactorum rapacitati obnoxias fecit. Cæco *Inferno*, & lugubri *Morti* eius auiditas apprimè comparatur. Aſt dum oppreſſi vectigalibus populi, cùm pergraue illius iugum excuſſere, illi inſultant aſſumentes *parabolam*, & loquelam *ænigmatum* contrà eum. Altè quidèm huius Regis auara rapacitas in imponẽdis & exigendis vectigalibus, non ſolùm *parabola* (quæ ſermo obſcurus eſt) ſed *ænigma* nominatur. Ænigma porrò eſt, obſcura allegoria, vel quæſtio perobſcura, antitheſibus ſæpè contexta, quæ niſi aperiatur, difficilè intelligitur, aut ne intelligitur quidem. Heu exactorum in exigendis, & aliò deriuandis vectigalibus *ænigmata*! O perobſcuras ſubdolè technas fraudulenter rapaces! Annon res eſt *ænigmati* ſimilis, Principum ærarium videre exhauſtum, etſi in illud tot vectigalium flumina pleno alueo influant? videre Reges egenos, regiones egeſtate oppreſſas, & exigendorum vectigalium Præfectos, & miniſtros eis obſequentes regiis diuitiis opulentos? O quàm de facili poſſent Principes hoc extricare *ænigma*, hanc clarare *parabolam*, huius *inferni* hiantia ora concludere, huic Reipublicæ *morti* medicinam facere? Seriò velint, & poterunt. O caueant à tributorum *negotio perambulante in tenebris*. 6

Habacuc 2. v. 5 & 6.

Vectigalium exigendorum negotium, obſcuro ænigmati paratur.

§. XV.

Diuina patientia humanus diu abuſus, velut eius euacuatâ miſericordiâ, vltrices demùm iras acerbius nutrit, & obarmat.

1 S. Ambroſ. Orat. in obitu Theodoſij.

DE Theodoſio imperatore verè pariter ac belle Ambroſius, prædicat: *Prærogatiua ignoſcendi erat, indignatum fuiſſe; & optabatur in illo, quod timebatur in aliis, vt iraſceretur: nam tunc propior erat venia, cùm fuiſſet commotio maior iracundiæ.* Tunc enim in hominibus putatur præcipua manſuetudinis laus, cùm iræ iuſtiſſima cauſa eſt. Nam multùm ſibi ad laudem adiicit virtus laceſſita. Creſcit enim ab irâ impugnata clementia, & maiora ſui notamenta præbet, dum per contrarij tenebras micantiùs prænitet. Hæc in homine. In Deo autem ſic indignatum eſſe, vt homini meritas delictis plagas iratus infligat, æternùm ignoſcendi prærogatiua eſt, & blandæ manſuetudinis documentum. Benè eſt, timeat homo iratum ſibi Deum: ſed gratanter in hâc vitâ plagas excipiat. Magis autem timeat Deum, quem mūdiali aſſiduè felicitate, numquam ſibi ſenſit iratum! *Tacui*, ſemper inquit, *ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Quaſi dicat: Ego Deus leuiter aut numquam vobis iratus, meâ mihi patientiâ detraxi, quaſi res humanas minimè curarem, aut quaſi ſtupidus & inſenſibilis non ſauciarer offenſis: non ampliùs id feram, non patiar, non ſilebo; ſed loquar vt parturiens, quæ ex vi doloris quo fœtum enititur, fremit, & rugit: ita & ego rugiens denotabo in peccatores diu male felices, eoſque condemnabo, & fulminabo. Sic hunor Dei iudicium diligit!

Homo indignatus ignoſcat; Deus ſi non indignatur, ſi verò non ignoſcit: quare?

Iſaiæ 42. v. 14.

2 Pſalmo 49. ſic purpuratus occinit Vates, poſtquam multa, ipſaque grauiſſima hominum flagitia recenſuit: *Hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Hoc eſt, Tu feciſti peccata, ego ſupplicia ſuſpendi; imò tacitus diſſimulaui. Quid verò tu ex hâc meâ patientiâ? Tantum abfuit, vt accurreres ad pœnitentiam, vt potiùs in maiorem peccandi licentiam abires. Quæ Prophetæ verba ſic Græci Patres in Paraphraſi commentantur: *Hæc feciſti, & tacui, &c. Ceterùm, vti ſolet, demiſit te, inquit, & peiorem reddidit hæc mea longanimitas; & quòd non illicò ſupplicium inferret, effecit vt exiſtimares me ſimilibus delectari: veruntamen non ita ſe res habet, non ita eſt. Vtique cognoſces reapſe præcedentem longanimitatem non fuiſſe ſupplicij ablationem, ſed maioris accuſationis occaſionem; quòd ne poſt tantam quidèm longanimitatem melior euaſeris.* Lucùlentius, opinor, Auguſtinus tom. 10. Serm. 13. in Appendice de diuerſis, qui magnâ ex parte videtur deſūptus ex Commentario in hunc Pſalmum 49. & Pſalmum 100. vbi hunc locum ſic exponit: *Suſpicatus es inique, quòd ero tui ſimilis. Parum eſt quia mala facta tua placent tibi placere putas & mihi. Deum, quia non ſtatim pateris vltorem, vis habere participem, & tamquam corruptum iudicem prædæ ſocium vis habere. De multis quæ rapuiſti paruas eleemoſynas faciens, & adhuc peccata tua non deſerens, &c.* Nimirùm muta Dei longanimitas, quia enormiter peccatores diutiùs ſuſtinet, non tam benigna vltionis diſſimulatio cenſetur, quæ pœnitentiæ & veniæ vindictam protelando adulatur, quàm quòd mala facta, quæ peccatori *placent, placeant* & Deo, quem de malitiæ complacentiâ ſibi ſimilem putat. Verùm atrocior vindicta, quæ longanimiâ diu patientiâ quaſi vires diuturnitate fœneret, ſic demùm exundat, vt tarditatem acerbitate compenſet; & ita impiè ſacrilegas peccatorum de ſe perſuaſiones cumulatiùs expiet. O piaculum impiè blaſphemum! Quia Deum non ſtatim pateris ſcelerum vltorem, putas habere participem? Sic exorbitat hæc ſacrilega tacitè perſuaſio, vt malitiam ſceleroſiùs compleat, & immeritè ad punitionem exaggeret. Nec te obiter prætereat, quòd eleemoſyna ex raptu, Deum prædæ participem habere præſumit; cùm illi in paupere partem furti præbeat, quaſi in prædæ participium. O veſanum impiè ſcelus!

Græci Patr.

S. Auguſt.

Quia non ſtatim Deũ pateris flagitij vltorem, putas habere participem.

Eleemoſyna ex raptu, Deum illius ambit habere participem.

Ad Romanos 15. Quæcunque ſcripta ſunt (ait Paulus) ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Quid ergò tunc Paulus ad noſtram doctrinam ſcribit? *Deus autem patientiæ*, inquit, *& ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum.* Quid eſt, quòd dicitur, *Deus patientiæ*? Nimirùm Deus patientiſſimus, & ſummè longanimis, ita vt in ſuâ Deitate includat patientiam longanimam, ſitque per eſſentiam ipſe totus patientiſſimus, ſeu ipſa patientia, dum procaciter impias hominum offenſas diu ſuſtinet, & meritam vltionem velut illis propitius diſſimulat, ſibi propè contumelioſus, quaſi adeò patienter longanimus ſit, vt vſque ad ſuam contumeliam, hominum flagitia impunita diutiùs ſuſtineat. S. Cyprianus de Bono patientiæ, imitatus Tertullianum in lib. de Patientiâ cap. 2. aliàs expenſum, ita ſcribit: *Qualis verò, & quanta patientia, quòd in contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris, &c. cùmque habeat in ſuâ poteſtate vindictam, mauult diu tenere patientiam.* Vſque ad contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris patiens eſt, & longanimus hominum offenſas diſſimulat; adeò vt ſuâ ſibi Deus patientiâ detrahat: plures enim Deo idcircò non credunt, & rebus humanis prouidere negāt, quia nequiori ſæculo iratum tandiu neſciunt; quaſi flagitia ignoret, aut ſceleribus adnuat, dum ſe illorum vindicem diu diſſimulat. Sed eheu! tandem *contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris*, quam longanima patientia benigniùs incurrit, tardi ſupplicij pœnalior acerbitas abundè compenſat. O caue à *Deo patientiæ*! Sic longanima Dei patientia, quæ ſui populi ſcelera tandiu ſuſti-

3

ad Rom. 15. v. 5.

Tertull. S. Cyprianus.

Deus patiens eſt vſque ad ſuæ maieſtatis contumeliam.

Hîc v. 2. & 3.

ſuſtinuit, iam nunc in duriſſimo Babyloniæ exilio acerbiùs punit. Sic etiam & hosce nequam ſenes tandiu impunè luxuriantes, nunc & lapidibus obruit, & ignibus acerbè torret. O time Dei patientiam, quæ vltrices tandem iras nutrit!

Eccleſiaſtæ 2. poſtquam Salomon ad ſe rediit, meliora iam ſapiens, Dixi, ego inquit, in corde meo: Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: *& gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* Aliàs non ſemel ethicè expendebamus hunc locum, ſenſuum moralium fœcundè grauidum. Et dubij ratio in limine ſtatim apparet. Nam *riſus* ſeu *gaudium*, quod pro humanâ voluptate, gloriâ, & felicitate ponitur, non *decipitur* ab hominibus, ſed homines *decipit*: cognato enim ſenſuum lenocinio, dum voluptabilia pacatè proponit, mentem ſpebus fallit, & cupitâ voluptate, & felicitate potiùs exacerbat & moleſtat, ac ſemper deprauat. Hinc tranquilla in rebus mundialibus felicitas, dolus fraudulentus dicitur, ſeu dulcis concupiſcentiæ fraus; quæ non ſeducta, ipſa ſui blandimento, & voluptatum præſtigijs homines ſeducit. Quomodò igitur humana felicitas *decipitur?* An quia etiam decepta decipit? Alto ſtilo hæc ſuper re, forſan ad præſcriptum locum alludens, ſic ad rem ſcribit Tertullianus lib. de Patientiâ, cap. 11. *O ſeruum illum beatum, cuius emendationi Dominus inſtat! cui dignatur iraſci, quem admonendi diſsimulatione non decipit.* Hem! pœnalis emendatio, quâ homines Deus triſtiùs infelicitare videtur, ſic eos feliciter *beat? Beatus* dicitur ille, qui non Dei patientiam, ſed iram ſuſtinet? *Beatus* eſt, *quem admonendi* & duriùs caſtigandi, patienti *diſsimulatione non decipit? O deceptionem* è diuerſo arcanam! Nimirùm longanimis ac muta Dei patientia, quâ diu iram diſſimulando, & procraſtinando vindictam, lætam ac tranquillam felicitatem immittit, aut permittit, quin vlla illam plaga inquietet, pœnalior *deceptio* dicitur, quâ non tantùm peccator ſeducitur, ſed ipſa læta felicitas etiam *decipitur*, quaſi à nobili Dei benignitate, & nō potiùs ab iracundiâ ſeueriùs vltrice peccatoribus immittatur. Generoſam Dei bonitatem ac benignitatem, tamquam piam parentem agnoscit errore natalium, cùm potiùs à longanimâ patientiâ, id eſt, ab irâ tandem acerbiùs vltrice ortum ducat. Ecce tibi, non homo dumtaxat, ſed ipſe *riſus*, & *gaudium*, ſeu felicitas *fruſtrà decipitur*. Quare ſapienter gaudio Salomon dicit: *Quid fruſtrà deciperis? nam ſeruus ille beatus* eſt, *cui Deus dignatur iraſci, quem admonendi diſsimulatione non decipit.* Sic decipit, ac decipitur humana felicitas, cum homine infeliciter felici!

5 Illud Apoſtoli ad Hebræos 10. deſumptum ex Deuteronomij 32. quo minatur Deus, aiens: *Mihi vindictam, & ego retribuam*, ſic exponit Tertullianus lib. de Patientiâ, cap. 10. *Quid ergo credimus iudicem illum, ſi non & vltorem? Hoc ſe nobis promittit, dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo. id eſt, Patientiam mihi, & ego patientiam remunerabo.* An non audis, mutam *patientiam*, quæ offenſæ vltionem benignè diſſimulat, *vindictam* nominari? O ſynonyma nimis peregrina, *vindicta* ſcilicet, *& patientia*! Quod eſt velut inſenſili patientiæ cum ſeueriore exertè vindictâ commercium? inter tolerantiam & vltionem, quæ cognatio? niſi quis patientiam impatientem putet, pro patientiâ vindictam non ſubſtituet. En vltricis patientiæ ſacramentum. Nouum ſanè iracundiæ ac vindictæ genus, longanimis patientia eſt, quæ acerbitate ſeueriori cunctantem patienter tolerantiam cumulatiùs repenſat. *An diuitias bonitatis eius* (Dei) *& patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Quæ Pauli verba luculento commentario perſtringens Bernardus Serm. de Triplici miſericordiâ, ſic fatur: *Theſaurizas tibi theſauros iræ, pro prorogatis tibi theſauris miſericordiæ, quos contemnis; & euacuas in te miſericordiam Dei.* Ah ſumma & infinita *Dei miſericordia euacuari* dicitur ab eo, qui diuinæ patientiæ abuſu, eam velut inſenſilem putat, nec ſuis flagitiis offendi! Quid non timeatur à Deo tandem iuſtiſſimè irato, cui velut abeſſe miſericordia dicitur, cùm *euacuata* putetur? Sic diu patiens miſericordia implacabiles iras tandem nutrit!

Eccle. 2. v. 2.

Tertullian. l. de Patient. c. 11.

Beatus eſt, quem Deus emendandi ac caſtigādi diſſimulatione non decipit. quare?

ad Hebr. 10. v. 30. Deuter. 32. v. 35. Tertull.

Muta patientia vindictam acerbiori vltione reciprocat.

ad Rom. 2. v. 4. & 5.

Diuina patientia diu abuſus, eius tandem miſericordiam velut euacuat.

S. Bernard.

§. XVI.

Non ex bonis mundialibus, ſed ex bonis cuiuſque moribus, velut è fonte, lætitia captanda eſt.

PVlchra morum gnome eſt, *Diſce gaudere.* Bonæ mentis fundamentum eſt, non gaudere vanis, id eſt bonis mundialibus gaudij exuccis. Fundamentum hoc eſſe dixi, etiam culmen eſt, virtutis meta, & felicitatis ſumma. Ad ſumma peruenit, qui ſcit quo gaudeat, qui felicitatem ſuam in aliena poteſtate non poſuit. Profectò ſollicitus eſt, & incertus ſui, quem ſpes aliqua extimulat; licet ad manum ſit quod exoptat, ex eo tamen interim pendet; nec ſemel pendebit, qui ſperare non timet. Si timor te inquietat; vaga ſemper imaginatio te ad arbitrium ſuum verſabit vexabitque. Putabis forſan me tibi inuidere, ac inuidioſè detrahere multas voluptates, qui fortuita ſubmoueo, qui ſpes dulciſſimas deuitandas præcipio, qui timores non timendos arbitror. Imò contrà, nolo vnquam tibi deeſſe lætitiam: volo illam tibi domi naſci: naſcitur, ſi modo intrà te ipſum ſit, ſi æquus fueris fortuitorum interpres, ſi ratione timores exarmes, moleſtias mitiges, aduerſa lenias. Velis, & poteris. De arte voluntatis, & ingenio virtutis venit, vt ſit qualibet

Eſto quilibet ſua lætitiæ, ac felicitatis arbiter.

qualibet

quilibet propriæ lætitiæ ſequeſter, & ſuæ felicitatis æquus arbiter. In motum officinâ, de rationis arbitrio verum gaudium excudendum eſt. Non quod à foris aſcititium venit, ſed quod intùs hæret, pectus veraciter implet, & ſolidè beat.

2 Prouerb. 5. v. 15. LXX. Interp. S. Hierony.

Prouerbiorum 5. ſic nos erudit Salomon: *Bibe aquam de ciſternâ tuâ, & fluenta putei tui.* Quæ verba LXX. Interpretes ſic exſcribunt: *Bibe aquas de vaſis tuis, & de tuorum puteorum fonte.* S. Hieronymus in cap. 32. Ezechielis: *Bibe aquam de tuis aquis, & de puteorum tuorum fontibus.* Hanc ſententiam ſancti Patres myſticè, ſed variè admodùm exponunt. S. Ambroſius lib. 3. Hexaëmeron cap. 12. cùm audiat, quòd homo piè prudens debeat aquam bibere de propriâ ciſternâ, puteo, fonte, imò & de propriâ aquâ, per hûc fontem intelligit Dei gratiam & internam lætitiam: *In teipſo*, inquit, *ſuauitatis tua gratia eſt, ex te pullulat, in te manet: intùs, id eſt in te ipſo quærenda iucunditas tua eſt conſcientia. Ideò ait: Bibe aquam de vaſis tuis, & de puteorum tuorum fontibus.* Sic & Chriſtus Ioannis 7. clamabat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Itaque de Spiritus-ſancti gratiâ eſt, vt de homine ſcaturiat fons aquæ viuæ, & inceſſanter fluentis, vt perenni fluento in omni euentu gaudeat, & ſemper lætetur in ſe ipſo, non in bonis aduentitiis, accito & mentito à foris gaudio. Belliſſimè Philoſophorum moraliſſimus Ambroſio conſentit: *Iucundè viuere*, inquit, *& hilariter non à foris eſt; ſed contrà homo rebus ipſis, in quibus verſatur, lætitiam & oblectamentum ex moribus ſuis quaſi ex fonte adit.* Nimirùm *Bibe aquas de vaſis tuis, & de tuorum puteorum fonte*, id eſt, lætitia ex te in te ipſum exundet: nam ſi ſapis, fons aquæ viuæ, hoc eſt, perennis lætitiæ apud te eſt. Quod naſcitur ex te, ſupereffluat in te. Externam à bonis mundialibus, & à fortunâ adridente lætitiam, ſeuere repudia; & ex moribus tuis quaſi ex perẽnis lætitiæ fonte, lætitiam capta, & expromptè & abundè collige. Bona quidem iugis lætitiæ ſcaturigo, boni mores ſunt. Boni mòres cuiuſque non pœnitẽdam lætitiam perpetuâ ſcaturigine manant: aſcititia enim mundi oblectamenta, pœnitenda ſtillant gaudia, gaudiorum exucca ſterili iucunditatis venâ manantia. *Iucundè viuere & hilariter non à foris eſt; ſed contrà homo rebus ipſis, in quibus verſatur* (ſiue proſperis, ſiue aduerſis) *lætitiam & oblectamentum ex moribus ſuis quaſi ex fonte adit.* O bonus in moribus & ex moribus duraturæ lætitiæ fons, vera gaudia iugiter manans, quem arcta calamitas non obturat! ô *bibe aquam de tuis aquis!* Quid alienam & furtiuam aquam hianter ſitis, apud quem viuæ aquæ fons abundè emicat, ſcaturit, & pleno alueo iugiter emanat?

S. Ambroſ.

Ioan. 7. v. 37

Plutarch. l. de Virt. & vit.

E bonis moribus, velut è fonte, lætitia captanda eſt.

3 1. Ioann. 2. v. 16.

1. Ioannis 2. ſic nos ſalubriter Apoſtolus admonet: *Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Sanè in mundo concupiſcentia non eſt, ſed in hominibus, qui mundum, eiuſque gloriam, voluptatem, ac opulentiam concupiſcunt. Eſt metonymia, quâ concupiſcentia pro concupiſcibili ſumitur. Eſt autem *concupiſcentia oculorum* auaritia, curioſitas, pulchritudo; nempe concupiſcibile oculorum & aurum argentum, gemmæ, prædia, opes, ſpectacula, res pretioſæ, curioſæ, formoſæ, quas homo auidè concupiſcit. Dicitur quidem concupiſcentia oculorum; tum quia oculos irritat, & per oculos phantaſiam, & mentem; tum quia oculos tantùm paſcit; tũ quia ſolis oculis tenetur & poſſidetur, vt Cornelius inibi egregie commentatur. Opportuuè Chryſoſtomus exponens illud Pſalmi 4. *Dediſti lætitiam in corde meo. Non dixit*, ait, *ſimpliciter & abſolutè, Dediſti lætitiam, ſed, In corde meo; oſtendens quòd nulla eſt in rebus externis lætitia: hæc enim non eſt cordis, ſed oculorum tantùm lætitia.* Sapienter ergò quod in mundo concupiſcibile eſt, dicitur *concupiſcentia oculorum*, quia oculos dumtaxat paſcit, & aſpectu à foris oblectat; non intrat, nec mellit pectus. Leuiculum gaudium eſt, quod *oculorum tantùm lætitia eſt*. Pictam lætitiam quam affectus pulchrè colorat, oculi attingunt, ad veram lætitiam caligant, cæcutiunt, errant. Medullitùs in te ipſo, & à temetipſo lætitiæ ſcaturigo eſt, quæ è corde emicat, & in pectora iugiter exundat. Hâc perfuſus Dauid, Deo exultim gratulatur: *Dediſti lætitiam in corde meo*: quibus verbis cæcam *oculorum lætitiam* planè depretiat.

Cornelius.

Lætitia in rebus externis, oculorũ tantùm lætitia eſt.

Pſal. 4. v. 7. S. Chryſ. ibid.

Redeat iterùm enucleatus ſemel Prouerbiorum locus: *Bibe aquam de ciſternâ tuâ, & fluenta putei tui.* Quæ verba exſcripſimus ex Hieronymo: *Bibe aquam de tuis aquis.* Mirum ſanè eſt, quòd ſapientiſſimus ac diſertiſſimus Salomon moneat eum, qui abundè habet aquas, & quidèm ſuas, vt cùm ſiti exæſtuat, de ſuis aquis, quæ ad manum ſunt, *aquam bibat.* Quis erit adeò fatuus, ac mentis inops, vt aridè ſitiens, malit hianter ſitire, & aquam aliundè incertam quærere, quàm de ſuis aquis, quæ abundè illi ſuppetunt, *aquam bibere*, quæ riget, & interſtinguat anhelam ſitim, quâ aridè exæſtuat? Appoſite Naturalis hiſtoriæ Princeps lib. 10. cap. 73. ita de Oryge eloquenter ſcribit: *Orygem perpetuò ſitientia* (ſitientem potiùs) *Africa generant, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia ſitientium. Namque Getuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorum ſaluberrimi liquoris veſicis.* Meritò Orygi, & huic animali ſimilibus, dixeris: *Bibe aquam de tuis aquis.* Fruſtrà in viſceribus veſicam geſtas *ſaluberrimo liquore* plenam, & æſtuas *perpetuâ ſiti* præ aquarum penuriâ. Quod è turbidis ac cœnoſis lacubus diu anhelus mendicas, nec in arido æſtu reperis, tibi medullitùs ſtagnat ad remedium torridæ ſitis tuæ. Tu eſto tibi tui potûs artifex, lagena, pincerna. In te de tuo ſinu largiter propinare potes, & perpetuâ ſiti ſemper exæſtuas? Apud te abundè

4 Prouerb. 5. v. 15. S. Hierony. in Ezechiel. cap. 32.

Plinius.

Malè perpetuò ſitit, qui liquorem ſaluberrimum intùs habet.

habes,

habes, quod ab alijs egenè mendicas. Quid tibi ſatietatem inuides, tibi dumtaxat *ſaluberrimi* tui *liquoris* auarus. *Bibe aquam de tuis aquis*, id eſt, iucunditatem & lætitiam intùs à te ipſo; quam malè mendicas de paupertinà rerum mundialium venâ. Hâc lætitiâ ex ſeipſis naſcente, Ioakimi & Suſannæ exulat mœror durioris exilij Babylonici, quo reliqui contribules miſerè angebantur. Hâc lætitiâ propudiosè damnationis iniuriam Suſanna conſolatur, & euaſionis ſpem animitùs alit.

Hic verſ. 1.

5 Regius Propheta Pſalmo 50. commiſſum olim à ſe peccatum adhuc lacrymis diluere ſatagit. Et poſtquam *exitus aquarum* deduxerant oculi eius, ipſéque *in gemitu laborauerat* perdiu; adhuc obnixè ad Deum clamat: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Quæ verba Hieronymus, Baſilius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Euthymius, Thomas, & alij, ſumunt de gaudio de remiſſione peccatorum, poſt diuturnum de illis luctum. Et tamen in confeſſo eſt, expetitam peccatorum remiſſionem, & plenam illorum veniam fuiſſe iam conſecutum. Quid ergò Dauid adhuc anxiè expetit iſtiuſmodi remiſſionem, & lætitiam remiſſionis ſequelam, poſt impetratam iam diu veniam? à ſe forſan huiuſmodi lætitiam expromptè poſſet impetrare. Poſtulat ne Dauid lætitiam, quâ ipſe ſe perfundere poſſet, remiſſione peccatorum obtentâ? Eleganter aliundè Lyricorum diſertiſſimus: *Quod petis, intus habes, animus ſi te non deficit æquus.* Si Dauidem animus non deſerit æquus, qui nuper delinquendo defecit, quam petit lætitiam, *intus habet*, ſi velit eſſe æquus proprij gaudij arbiter.

Pſal. 50. V. 17.
S. Hierony.
S. Baſilius
S. Chryſoſt.
Theodoret.
Euthymius
S. Thomas

Lætitiam, quam petit Dauid intus habet, ſi velit.

Horatius

6 Geneſeos 22. Iſaac iam penè Patris victima, victimari ab Angelo prohibetur Dei nomine. Tunc *leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.* Quid eſt quod aries pro Iſaaco immolatur? Deùs ne is eſt, qui reuocare poſſit immolandi Iſaaci iuſſionem? S. Bernardus aduertens, quòd Iſaac ſignificat *riſum* ſeu gaudium, ſic eleganter in nomiois Sacramento philoſophatur in Declam. *Non Iſaac*, inquit, *ſed aries morietur. Non peribit, tibi Lætitia, ſed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & ſine punctionibus anxietatis eſſe non poteſt.* Scilicet *Iſaac*, id eſt, *riſus* ſeu *Lætitia* ſic altè Patriarchæ animitùs hæret, ſic illi conuiſcerata eſt, vt illo ſuperſtite perire non poſſit. Quare non *Iſaac*, id eſt, *lætitia*; ſed aries, hoc eſt contumacia perire oportebat, ne periret Sanctorum lætitia.

Geneſ. 22. verſ. 13.

Non mactatur Iſaac quia vera Lætitia non perit.

S. Bernard.

§. XVII.

Cruciamentis glorioſe deliciari, & contumeliis exultim gloriari, plus aliquis Chriſtianiſmi faſtus eſt.

1 PAtientia malos ſuperat, aut lucratur, dixit Leander. Imò mala & ſuperat, & lucratur. In homines valet, præualet in mala, quæ vel inuita trahit ad virtutis obſequium. Non honorarius dumtaxat titulus eius eſt, habet & ſuos magnos quæſtus. Duplex enim patientiæ beneficium eſt, minuere damna corporis, & inde augere animi bona: ſiue, vt propriùs dicam, vnum eſt officium, & id diuinum, damna conuertere in bona. Argutè Nazianzenus: *Concoctionem*, inquit, *moleſtiæ noui longanimitatem.* Concoctio & digeſtio ciborum quotidiana miracula facit: res mortuas animâ & vitâ donat: extraneas in ſuam ſubſtantiam & formam, vt ſe reformet viuens, ducit. Non aliter bonus vir per patientiam, in ſe, & in ſuum commodum transformat incommoda. Compendio quodam ſe à labore, ſuppliciis, & angoribus vitæ liberat, qui patienter moleſta quæque tulit. Quin ſi patienter tulit, moleſta non ſunt: æquanimitas enim moleſtiarum acerbitatem mitigat, & ſæpe mellit. Omne momentum tranquillitatis, patientia eſt, magnum pacis ſacramentum, tuta ſecuritatis ara, præco & caduceus felicitatis, & perennis gaudij aſylum. Scilicet tranquillæ ac ſemper lætæ virtutis ardor, velut per antiperiſtaſim in ſe collectus, aduerſitatibus ac moleſtiis irritatus, magis accenditur. Hinc Sanctorum proceres mundi incommoda, in patientiæ officinâ transformant in gaudia, & contumelias in gloriam è peruerſo refingunt.

Leander
Forè ex Euſeb l. 2. de Arte voluit.
S. Nazianz.
Moleſtiarum concoctio, longanimitas eſt.

2 Ioannis 17. Chriſtus Deus Paſſioni proximus, ſic Patrem Deum alloquitur: *Clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquàm mundus fieret apud te.* Non agam hîc ſeriò cum Commentatoribus, de quâ claritate aut gloriâ hîc agatur; an de gloriâ diuinitatis ac filiationis diuinæ; an de gloriâ humanitatis, quam nactus eſt in reſurrectione; an de vtriuſque manifeſtatione? Audiendus autem eſt Chryſoſtomus ſic alloquens Chriſtum, ad rem præſentem opportunè: *Quid dicis? Ad crucem cum latronibus ac prædonibus ducendus, maledictorúmque necem ſubiturus, deindè & conſpuendus, & virgis percutiendus es atque alapis, & iſta vocas gloriam? Vtique, inquit; nam pro delictis iſta patiar*, &c. Pende attentiùs verba quæ ſubdit: *Si gloria illi non in patrio throno, ſed in contumeliâ reputata eſt; multò magis mihi iſtud pro gloriâ ducendum eſt.* Et paulò antè: *Si Chriſtus*, inquit, *tanti non duxit eſſe in gloriâ quanti quod mei gratiâ crucem ſubiret; quid quæſo illius nomine ſubire non debeo?* Quid ſt, quod ait Chryſoſtomus, quòd Chriſtus

Ioan. 17. verſ. 5.
S. Chryſoſt. apud Cornel. ibidem.
Non gloria Chriſto non

tam in patrio throno, quàm in patrio throno, quàm in gloriâ contumelia reputata eſt

ſtus, vt humanum genus patiendo redimeret interim *gloria illi non tam in patrio throno, quàm in contumeliâ reputata eſt*? Sic in ſputorum ſqualore, in verberum plagis, in alaparum vibicibus, in crucis patibulo, in probroſiſſimâ atrociùs morte deliciatur, nobilitatur, gloriatur? Interim omittit aſcendere ad patrij throni gloriam, vbi ad dexteram eius auguſtiùs ſedeat, vt per acerba & contumelioſa quæque pro hominibus ſuſtineat. *Si gloria illi non in patrio throno, ſed in contumeliâ reputata eſt; multò magis mihi iſtud pro gloriâ ducendum eſt.* O beatas Sanctorum calamitates! O arcanum patientiæ ſacramentum! Sic ſunt cruciatus gaudiò auxiliares? Sic contumeliæ gloriis militant? In paſſionis officinâ ſumptuoſior excuditur gloria? Scilicet ſuam habet gratia antiperiſtaſim. Ergò *ſi Chriſtus tanti non duxit eſſe in gloriâ, quanti quòd mei gratiâ crucem ſubiret; quid quæſo illius nomine ferre non debeo?* Ecquis iam contumelioſa cruciamenta, non reputet empyreæ

Iacobi 1. v. 2.

gloriæ æmula? *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Sic in Babylonis exilio ſeu fornace

Hic v. 1.

Ioakim & Suſanna gloriam, opulentiam, nobilitatem, & ſanctitatum omnium eminentiam è peruerſo fabricarunt.

3 Paullus ad Coloſſenſes ita de ſe animosè

ad Coloſſ. 1. v. 24.

ſcribit: *Adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Quid deeſſe poteſt Paſſioni Chriſti, quod in corpore ſuo Paulus adimpleat? Tantane gloria paſſionum Pauli, vt gloriam paſſionum Chriſti conſummet? Scilicet etſi Chriſtus patiendo ſoluerit plenum redemptionis noſtræ pretium, vult tamen nos quoque pati: tum quia Deus vult nos Chriſtum ducem noſtrum à ſe datum ſequi; tum quia non decet ſub capite ſpinis coronato membra eſſe delicata, & ſub capite contumeliis dehoneſtato membra glorioſiùs nobilitari; ſed potiùs decet membra capiti configurari, *vt conformes ſimus imagini Filij Dei*, ait Paulus. Pro-

ad Rom 8. v. 29.

S. Leo

fundè S. Leo Magnus Serm. 2. de Paſſione: *Amplectamur*, ait, *ſalutaris Paſcha* (Paſſionem Domini appellat Paſcha) *mirabile ſacramentum, & ad eius imaginem, qui deformitati noſtræ conformis factus eſt, reformemur. Erigamur ad eum, qui puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ; & vt reſurrectionis eius mereamur eſſe conſortes, humilitati & patientiæ ipſius per omnia congruamus.*

Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ.

O argutè! Chriſtus in ſuâ peracerbâ & contumelioſâ paſſione, *puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ.* Ex infimiſſimo noſtræ abiectionis puluere, ex luteâ noſtræ mortalitatis maſsâ, ex contumelioſâ noſtræ carnis materia, tormentis laniatâ, probris dehoneſtatâ, liuidâ cruentè morte deformatâ, *corpus fecit gloriæ ſuæ.* Quid eſt, ex Paſſionis ſuæ abiectionibus, eſſe factum Dominicæ *gloriæ corpus?* an quia cruciamentis ac contumeliis, Chriſti gloria materiata eſt? Quid tam abeſt à gloriâ, quàm acerbè probroſa corporis contumelia? Virtus autem diuina ærumnoſam paſſionis contumeliam, *corpus fecit gloriæ ſuæ.* Ergò dum per calamitates & paſſiones, *conformes ſumus imagini Filij Dei*, ſic adimplemus in corpore noſtro quæ deſunt paſſionum Chriſti, qui in ſuâ Paſſione *puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ.* Sic in verbis Magni Leonis ethicè velitari liceat.

Ad Galatas 6. ſic Apoſtolus ſcribit: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quaſi dicat: Abſit vt glorier in nobilitate, opibus, deliciis, potentiâ, aut aliâ quàuis re, quæ hominum vota implet, & quà mundus ſui amatores allicere ſolitat. Imò nec ſic gloriabor in Ieſu-Chriſti ſapientiâ, maieſtate, omnipotentiâ, ac reliquis elogiis, quæ illum præcelsè ſublimant; ſed in eius contumeliis, cruciamentis, paſſione, & cruce gloriabor. Sapienter Cyrillus Ieroſolymitanus Catech. 13. quaſi præſcripta Pauli verba elucidaret, ita ſcribit: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti. Gloriatio ſanè*, inquit, *Eccleſiæ Catholicæ eſt omnis Chriſti actio; gloriatio verò gloriationum eſt crux.* Itaque ſumptuòſior Chriſtiani gloriatio, Dominicæ crucis contumelia eſt, illius dedecore honoratur, illius probro nobilitatur: illius tormentis, ſputis, colaphis, verberibus ſic piè ſuperbit, ſic exultim beatur, vt Chriſtiano *gloriatio gloriationum crux ſit.* 4

ad Galat. 6. v. 14

Chriſtiani gloriatio gloriationum crux eſt.

S. Cyrillus Ieroſolym.

Matthæi 5. hæc ſubſcribitur Beatitudinum clauſula, & velut reliquarum compendium: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me.* Hæc ne ſumma beatitudinum, an infelicitatis ſumma? Quid tam improſperum atque ærumnoſum, quàm contumeliis inuitiari, perſecutionibus expugnari, tormentis excarnificari? Opinor, ſumma beatitudo hominum vota implet; hæc autem inimicorum vota ſunt: his ergò homo non beatur, ſed planè infelicitatur. O magnum Chriſtianiſmi ſacramentum, quo mortales beatitudinem per contraria texunt! Luculenter Lactantius: *Hoc vno*, inquit, *beati eſſe in hàc vitâ poſſumus, ſi minimè beati eſſe videamur, ſi fugiamus illecebras voluptatum, ſolique virtuti ſeruientes, in omnibus laboribus miſeriiſque viuamus, quæ ſunt exercitia, & roboramenta virtutis.* Hæc eſt Chriſtianæ felicitatis medulla, quæ ſub infelicitatis cortice animitùs latet. Eleganter Tertullianus lib. de Patientiâ cap. 16. *Chriſtiana*, inquit, *patientia cæleſtis eſt & vera, Gentium falſa & probroſa, quæ tanti boni nomen fœdis operationibus occupant: patientes riualium, & diuitum, & inuitatorum, impatientes ſolius Dei viuunt.* 5

Matth. 5. v. 11.

Chriſtianæ felicitatis medulla ſub infelicitatis cortice latet.

Lactã. apud Euſebium homil. 13.

Peccatorum patientia, ſolius Dei impatiens eſt.

Tertullian.

Oſee 11. ſic altè ſcribitur: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Interprete Cornelio *Adam* tamquam nomen proprium ſumi poteſt, vt ſenſus ſit: Sicut ex amore Adamum naturâ ſimul & gratiâ, & amicitiâ meâ donaui, ita & vos poſteros eius donabo. Adam enim ex meâ gratiâ eſt veſter protogenes, id eſt, humani generis 6

Oſee 11. v. 4.

Cornelius

generis princeps. Aliter noſter Prado in
Prado Villalp. Hebræus Ezech. 6. v. 9. Funiculi, inquit, ſunt dolores: illis enim quaſi funibus homo arctatur & conſtringitur. Et quidèm Hebræum verbum & *funiculum*, ligamen, & vinculum, indéque dolorem, quaſi ligantem & vincientem ſignificat. Quaſi dicat: Ego meos Iſraëlitas per dolores & afflictiones, quas ab Adamo parente ſuo opulentè hereditarunt, ad me traham, quæ ſunt mei ergà illos amoris pignora.
Dolor & afflictio eſt hominum ad Deum ligamen. Audiendus eſt Prado ſeu Villalpandus nuper allegatus: *In funiculis Adam traham eos, nempè doloribus & afflictionibus traham, quæ ſunt mei ergà illos amoris pignora; propterea addit, in vinculis charitatis.* Arcani quidèm funes de oppoſito auxiliares; nempè primordialis delicti acerbioribus pœnis, doloribus, afflictionibus ad ſe nos Deus allicit, rapit, vltrò trahit, & ſecum arctiùs vnit. Beata gloria doloribus & afflictionibus oppigneratur, & illis arcanè ſubeſt. Beata Empyreæ gloriæ felicitas in dolorum & afflictionum acerbitate pœnaliſſimâ mirè tranſparet, & eius dulcedo è diuerſo libatur. Sic nos arctè Deo vincit afflictio, & è peruerſo beat.

§. XVIII.

Euangelica paupertas, dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat; ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit.

1 HÆc ars opulentæ cupiditatis eſt, inter ſuperuacua egere: inter egena autem
Ferè ex Euſeb. de Arte volun. abundare, paupertatis paruo contentæ ſtipendium eſt. Sanè paupertas arcanè diues eſt, ſine huius nominis ignominiâ, ſine odio inuidiæ, ſine fauore fortunæ locuples.
Metrodor. Iactat cum Metrodoro, in deſperationem adigens fortunam, animoſam illam vocem: Occupaui te, cepi, interclusi omnes tuos greſſus, ad me aſpirare nequis. Certè pauper nil à volubili fortunâ timeat, niſi fortè
Paupertas eſt pretioſior opulentia. diuitias metuat. Hominibus pro aſylo eſt ſacra paupertas, cui nemo inſidiatur, nemo inuidet, ſine curis, ſine periculis, ſine dãnis. Eximij generis diuitiis pauper abundat, innocentibus & ſibi & aliis: quas nec diſponere labor eſt, nec diſcrimen poſſidere: propter quas nemo occiſus; nemo mala fecit, aut tulit. Quicquid malâ fecerit paupertatem, malas quoque facit diuitias: vtrumque mala mens facit. Facit autem ſanæ mentis inopia, ne quis veras diuitias eſſe, paupertatem æſtimet.

2 Matthæi 19. Petrus ſequens conſilium paupertatis Chriſti, quod adoleſcens ſpreuerat, animoſior factus, rogat quæ, & quanta eum, ceteróſque Apoſtolos Chriſtum pauperem ſequentes, maneat merces à Chri-
Matth. 19. v. 22. ſto donanda, tamquam Euangelicæ paupertatis præmium aut pretium. *Ecce,* inquit, *nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergò erit nobis?* Reliquerunt omnia quæ habebant, ſcilicet nauim & retia, quibus piſcando victum quærebant. Reliquerunt etiam omnia, quæ habere, ſperare, & conſequi poſſent per omnem vitam in mundo; imò totum mundum & omnia quæ in mundo ſunt reliquerunt. Multũ reliquit, qui voluntatem habendi reliquit: ab Apoſtolis nunc tanta relicta ſunt, tãta Chriſto Deo munificè donata, quanta à non ſequentibus deſiderari poterunt. Ecce tibi arcanum Euangelicæ paupertatis myſterium, quo pauper tantùm habet, quantùm re aut voto reliquit, quaſi abdicatio, ſit poſſidendi arbitrium. Quod eleganter edisſerit Guillielmus Pariſienſis de Moribus cap. 9. Guill. Pariſ.
ſic fatus: *Per paupertatem ditiſſima atque abundantiſſima mens humana fit etiam terrenis diuitiis, & iure pleniſſimo poſſidet illas, ac pro beneplacito ſuo vendit illas ſine iniuriâ alicuius, ſimiliter & theſaurizat.* Quod ex his Petri verbis argutè probat: *Diuitiarum,* *Petrus dum omnia abdicat, omnia pleno iure meliùs poſſidet, quomodo?*
inquit, *quas non habebant actualiter, felici nobilique commercio huiuſmodi veros ſe poſſeſſores effecerunt; Alioquin ſapientiſſimus Deus, quem nihil latere poteſt, ac fideliſſimus, qui nihil à furibus, ſeu quibuſque immeritis detentoribus, vel dono, vel emptione iniquâ recipit, vel habere vult; qualiter ab Apoſtolis relicta huiuſcemodi recepiſſet, vel emiſſet? Manifeſtum eſt, quia nec recepiſſet ad cuſtodiendum, vt Theſaurarius eorum; nec emiſſet, niſi quæ ſua ſunt illorum eſſe indubitanter feciſſet. Manifeſtum igitur eſt, quia ipſis diuitiis terrenis diuites effecit hæc paupertas, veróſque eorum dominos & poſſeſſores; & longè nobiliùs vti eis, ac negotiari in eis ſolo corde, deſerendo ſcilicet eas.* Nota totius ſententiæ clauſulam: *Quàm citò ex corde dicis: Nolo habere theſauros Regios, aut Imperiales, & hoc propter Chriſtum, ſtatim eos & in cælo theſaurizat, Chriſto Domino vendit, & hoc ſine iniuriâ alterius. Illos igitur pleno iure ſuos efficit.* Itaque voluntaria paupertas, nobilior, ac locupletior opulentiæ titulus eſt; eò magis plenus, quò cenſu magis vacuus. Quod pro Chriſto habere non vis, nec voto ambis, ſed vel deſiderare recuſas, pleno iure tuum efficis, & piè auarus Chriſto vendis nobili commercio. Alioqui cùm Petri ore dicunt Apoſtoli, ſe re paucula, voto omnia reliquiſſe quomodò Chriſtus ſe illa omnia recepiſſe, & abundè remuneraturum pollicetur? Bonæ diuitiæ, quas pauper ſine iniuriâ alterius tenuiter acquirit, ſine nominis diuitiarum ignominiâ habet, piè lucroſo commercio Chriſto Deo vendit, & cælum ſumptuoſiùs emit. Longum foret ſingulas
Guillielmi ſententias ſingulatim enucleare: Hîc verſ. 1.
ſat eſto illas perſtringere, & ad thema præſens coràm propoſuiſſe. Sed vtinàm Dei populus, qui in Babylonicum exilium abductus, *relinquere omnia* ſua bona hoſtili deſpoliatione coactus eſt, non coactam, ſed ſpontaneam ſuſtinuiſſet inopiam, vt voluntariæ paupertatis opibus in ipſâ captiuitate potiretur.

Matthæi 5. à Chriſto Domino hoc Beatitudinum auſpicium ponitur: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Quaſi dicat: Beati pauperes non carne, non cenſu, ſed ſpiritu, quorum ſpiritus pauper eſt, id eſt, amans paupertatis, hoc eſt, contemnens terrena, & amans cæleſtia. Hic enim eſt pauper ſoli, ſed diues cæli. Exindè ſubditur: *Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Ita vocatur beatitudo cæleſtis, vbi beati cum Deo regnant omni felicitate & gloriâ per omnem æternitatem. Vox *regnum* ſignificat primò bonorum omnium abundantiam, dein, honorum celſitudinem: adhæc regalem dignitatem. Beati enim ſunt quaſi Reges, qui dominantur non vni Hiſpaniæ, aut Franciæ, aut toti terræ, ſed vniuerſo Orbi, hoc eſt, omnibus cælis, elementis, animalibus, plantis, miſtis, adeoque ipſi gehennæ, omnibuſque damnatis, & Dæmonibus: hoc enim regnum meruerunt per paupertatem ſpiritus, quâ dominati ſunt omnibus mundi bonis, dum illa à ſe abdicarunt. Vnde ipſi redimiti coronis aureis perpetim canunt Chriſto: *Feciſti nos Deo noſtro regnū....& regnabimus ſuper terram.* Hactenùs ſapienter Cornelius indidem. Grande quidem Euangelicæ paupertatis pretium! Ideò S. Bonauentura Tit. in dieta ſalut. appoſitè dixit: *Paupertas eſt ſummè coæquata cælo.* Nimirùm Euangelica paupertas dum terrena omnia tamquam vilia faſtidit ac repudiat, cæleſtibus inhiat, & eorum voto capacitatis ſinum explicat, & ſic extendit, *vt ſummè adæquetur cælo.* Hem! anguſta in terris paupertas, ampliſſimo cælo, cælique regno, quo cæleſtibus, terreſtribus, ac infernalibus quodammodò dominetur, *ſummè adæquatur?* ô paupertatis anguſtias ampliſſimo *cælo ſummè adæquandas!* Opinor, terrena amplitudo cælum non capit: at anguſta in terris paupertas, *cælo ſummè adæquatur.*

Euangelica paupertas ſummè adæquatur cælo.

Apoc. 5. v. 10

Cornel. in Matth. c. 5. verſ. 3.

S. Bonauent.

4 Lucæ 12. pauculos & pauperculos diſcipulos de rebus temporalibus anxiè ſollicitos, paupertatis ſubſidio & firmare, & locupletare his verbis Chriſtus ſatagit: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quæ poßidetis .... Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis.* Nolite inquam, timere, ne victus aut veſtitus vobis deſit, ſi ſollicitudine depoſitâ poſſeſſiones vendatis, & pauperem mecum agatis vitam. Puſillum gregem eos appellat, quia pauci erant fideles, iique pauperes & conditione & cenſu: ſed qui dum ſpernebant diuitias terræ, anhelabant ad cæleſtes, quas iam pleno paupertatis titulo poſſidere auſpicabantur. Ait enim, complacuit patri veſtro *dare vobis regnum,* & theſaurum non deficientem *in cælis.* Hàc de re ſic luculenter philoſophatur Chryſologus: *Dare vobis regnum. &c. Eſſe in cælo mirum eſt: in cælo viuere, eſt maieſtatis. Iam regnare in cælo quanti ſit, ſenſus deſinit æſtimare mortalis: & tamen homo, quod æſtimare non potes, percepiſti, Apoſtolo ſic dicente: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Et quod te mereri dubitas, habere te & poßidere, iam cogeris confiteri. Quid ergò cum terra illi, qui poßidet cælum? quid illi cum humanis, qui adeptus eſt iam diuina? niſi fortè placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, peßima mors delectat, & illata mala bonis ſunt gratiora collatis.* Præluſtre quidem Euangelicæ paupertatis prærogatiuum eſt, ſic de cæli participio iam præmaturè ſpe & iure beari, vt quaſi coloniam in cælum duxerit, *quod ſe mereri dubitat, habere & poßidere iam confiteri cogatur.* Sic voluntaria paupertas arcana cæli gaudia exundantiùs anticipat? Moraliſſimè Auguſtinus ſerm. 28. de verbis Apoſtoli: *Non tibi,* inquit, *diſpliceat paupertas tua, nihil eâ poteſt ditius inueniri. Vis noſſe quàm locuples ſit? cælum emit: Quibus theſauris conferri poßit, quod videmus paupertati indultum?* Quid opulentius nummo, quo paradiſeam cæli gloriam, & glorioſam Empyrei beatitudinem cuilibet mercari licet?

Luc. 12. v. 32. & 33.

Euangelica paupertas cæli gaudia exundantiùs anticipat.

S. Chryſol. ſerm. 2.

1. Cor. 2. v. 9.

S. Auguſt.

P. Didac. Celada in Suſannam.

5 Actorum 3. ad ſpecioſam templi portam malepedatus pauper ſedet, ſtipem ab introeuntibus precariam mendicans. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. *Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Nimirùm Apoſtoli pauperes erant cenſu, prædiuites ſenſu; mendicitatibus victitantes, alios autem gazis cæleſtibus locupletantes. Sapienter ſanctus Ambroſius in illud Pſalmi 118. verſ. 37. *Portio mea Dominus. Cui,* inquit, *portio Deus eſt, totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus quidam cum Domino Dominus.* Quam ſententiam præclarè elucidat Petri exemplo, qui quoniam relictis omnibus ſecutus eſt Dominum, ipſe quoque naturæ Dominus eſſe meruit; claudo enim eleemoſynam petenti palam dixit: *Quod habeo tibi do: In nomine Ieſu-Chriſti ſurge, & ambula. Ecce Petrus ſub Chriſti nomine quaſi vnus Chriſtus; ac ideò omnium Dominus factus eſt, qui naturæ damna reparabat, quomodò ergò poterat naturæ damna ſentire?* Scilicet pauper omnibus naturæ damnis naſci videtur obnoxius; at ſponté pauper abdicatis omnibus, ſicut Petrus, quia portio eius Dominus eſt, totus quidam cum Domino *Dominus* eſt, & locuples *totius naturæ poſſeſſor.* Quare ſentire nequit naturæ damna, qui paupertatis arbitrio, damna naturæ reparare eualet.

Actor. 3. verſ. 6.

Pſalm. 118. verſ. 37.

S. Ambroſ.

Petrus arbitrio paupertatis, Dominus eſt cum Chriſto, & totius naturæ poſſeſſor.

§. XIX.

Vna eſt definitio libertatis & exilij: hoc Dei abuſus, & peccati pretium dicitur: quin & beata gloria, captiuitas etiam nominatur, quare?

SEneca de Remediis fortuitorum, ſic
belle pariter ac verè de exilio ſcribit:
1 Exulabis. Erras: cum omnia fecerim, pa-
Seneca. triam meam tranſire non poſſum. Omnium
vna eſt: extrà hanc nemo proficiſci poteſt.
Exulabis. Non patria mihi interdicitur, ſed
Exilij horrorem ſapiens exarmat. locus. In quamcumque terram venio, in
meam venio. Nulla terra exilium eſt, altera patria eſt. Non eris in patriâ. Patria eſt,
vbicumque bene eſt. Illud autem per quòd
bene eſt, in homine, non in loco eſt. In ipſius
poteſtate eſt, quæ ſit illi fortuna. Si enim
ſapiens eſt, peregrinatur: ſi ſtultus, exulat.
Exulabis. Hoc dicis: alterius loci ciuitate
donaberis.....Mors, exilium, luctus, dolor,
non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi. Neminem illæſum fata tranſmittunt. Felix eſt,
non qui aliis videtur, ſed qui ſibi. (Et alibi
De conſol. ad Heluiā. de exilio etiam ſic loquitur.) In illis quæ
mala vocantur, nihil tam terribile ac durum
inuenio, quàm opinio vulgi minabatur. Verbum quidem ipſum, perſuaſione quâdam &
conſenſu, iam aſperius ad aures venit, & audientes tamquam triſte & execrabile ferit: ita
enim populus iuſſit. Sed populi ſcita ex magnâ parte ſapientes abrogant. Hactenùs
ille.

2 Ieremias cap. 18. durus Hebræis vates, ſic
imprecatione propheta t, Deum alloquens
ſcelerum vindicem: Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tuâ
non deleatur. Fiant corruentes in coſpectu
Ierem 18. verſ. 23. tuo: *In tempore furoris tui abutere eis*, ſcilicet ad ignominiam, excidium, & exilium,
quos creaueras ad gloriam & felicitatem;
quia ipſa Ieruſalem quaſi meretrix abuſa eſt
tuâ patientiâ, & ſeipsâ: ſic & tu, ô Deus,
abutere eis in furore tuo, dum eos iam iam
Hug. Card. Chaldæis vaſtandos, diripiendos, & in exilium agendos durè tradis. Hugo Cardinalis
ioibi ſic ad rem locum elucidat: *In tempore furoris tui abutere eis. Populo enim ſuo, qui natus erat ad gloriam abutitur Dominus illū
Babylonicū exilium dicitur, Dei abuſus, quare?* *captiuando.* Itaque hic acerbior Dei *abuſus*
aduersùs populum ſuum, Babylonicum exilium eſt, quo Hebræus populus charâ patriâ violenter excuſſus, in barbaricâ Chaldæa extorris habitare compellitur. Quaſi
dicat: Ipſe populus abuſus eſt Terra promiſſionis, & Ieroſolymitanâ vrbe, religionis & ſanctitatis emporio: ego etiam meo
populo abutar, dum pro dulci patriâ durum
Babyloniæ exilium diu pati compellam,
arcano quodam abuſu. Verùm hoc exilij
abuſu bene quidam vſi ſunt; & Dei abuſum, in ſtrenuæ pietatis vſum ſtudioſiorem
coouerterunt. Nam vt appoſitè ait Euſebius
Euſeb. 8. Strom. c. 2. inibi: Regni Iudaici ruina expulerat parentes Suſannæ Babylonem, *cùm misericors Dei* Hic verſ. 1.
*vindicta maluit populum ſuum extraneo ſeruire Principi, quam vltiis propriis. Abductúmque à Chaldæis ad pietatem erudiuit calamitatum diſciplinâ, & captiuitate corporis
redemit ſeruitutem animi*, omnibus viliorem, omnibus duriorem ......Exul quoque
in Babylonem delata innocentia fuit, vt
exemplo bonorum mali reformarentur.
Ideò communem peccatoribus fortunam
tolerarunt Daniel, Ananias, Miſaël, Azarias,
Ezechiel, Helcias, Ioakim, & alij, quorum
virtus Regij ſanguinis ſplendore purpurata,
conſpicua omnibus erat, & forma viuendi;
qui inter nocturnas miſeræ ſortis tenebras
velut aſtra refulgebant; vt ſuarum virtutum radiis auitæ pietatis veſtigia demonſtrarent, & ſalutari influxu in cæteros ſtillarent, alio quodā pro acerbioris exilij abuſu.

Dauid Pſalm. 120. *Leuaui*, inquit, *oculos* 3
meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Lorinus.
Nempe (vt interpretatur Lorinus) in ipſo
exilij loco leuabat exul oculos ſuos in montes, in quibus ſita erat Ieruſalem, vnde auxilium expetere ſolebat. Tandem concludit Pſalmiſta ſummam voti, & precationis
ſuæ, ſiue pro ſeipſo exulante, ſeipſum alloquens, ſiue pro populo captiuo, vt redeuntis in patriam, Dominus in toto ſemper itinere cuſtodiat: *Dominus*, ait, *cuſtodiat introi-* Pſal. 120. v. 8.
*tum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, &
vſque in ſæculum.* Itaque & fuoeſtum in- *Et exilij, & regreſſus ab exilio, vna eſt definitio.*
troitum populi in Babylonicam captiuitatem, & lætam ab eâ exitum eodem loco &
cenſu Propheta ponit, & adſimilia pro vtroque vota ouncupat. S. Ioannes Chryſoſto- S. Chryſoſt. homil.
mus elegantem homiliam habuit ad popu- Poſt reditū exilij.
lum, cùm agebatur de eo in exilium mittendo. Aliam etiam habuit poſt exilij reditum, quàm ſic feliciter redux inchoat:
Quid dicam? quid loquar? Benedictus Deus, hunc egrediens dixi ſermonem: hunc iteraui reuertens, & illic conſtitutus, hunc in ore voluebam. Puto vos meminiſſe. Et poſt paucula concludit: *Diuerſa rerum cauſa, ſed vna glorificatio: & cùm expellebar, benedicebam, & reuerſus iterùm benedico. Et ſi varia quidem cauſa, ſed vna definitio.* Itaque & exilij,
& regreſſus ab exilio diuerſiſſimæ cauſæ,
ſed vna eſt vtriuſque *definitio*, quaſi vnam
eandémque naturam & eſſentiam ſortiantur, & participent. Hem! lugubris exilij
calamitas, & extorrem, & ab exilio lætanter reducem ſimul deſcribit? ô arcanum
exilij ſacramentum! ſic eſt homo cuiuſcunque ſoli inquilinus? ſic etiam peregrinatur in patriâ?

Peccatrix Iudæorum gens, auitam retrò 4
idololatriâ, veri Dei refuga, moribus reſculpſit. Propter quod obſtinatè ſcelus, & multiplicem prauitatem idololátriæ ſequelam,
ad exilium Babylonicum ſeueriori vindicis Dei iudicio damnatur. *Et erat vir ha-* Hic v. 1. &c
bitans in Babylone, & nomen eius Ioakim. Et accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helcia pulchram nimis ac timentem Deum: parentes enim illius, cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legē Moyſi. Erat autem Ioakim diues valdè, & erat ei

pomarium

pomarium vicinum domui ſua. &c. Nonnulli ex his verbis fidem huic hiſtoriæ eleuare conati ſunt. Porrò ſi ob enormiſſima impiè flagitia Dei populus in exilium agitur, vndè tanta virtus Helciæ, Ioakimo, Suſannæ? Vndè Ioakimo tot in exilio opes, tam amœna domus, & ſplendida familia, quam in patrio ſolo forſan non haberet? Vndè contribules in tyrannicâ captiuitate Iudices? Adde Ananiam, Miſaëlem, Azariam, & Danielem, & ſanctitate notiſſimos, & palatino munere prælustres. Tam opulenta virtus ac nobilitas, non miſeræ captiuitatis, ſed libertatis ingenuæ nota videtur. Appoſitè Ambroſius in Apologiâ Dauid ita ſcribit: *Deus pius & miſericors eſt, & quæ nobis aduerſa contigerunt, pro pretio noſtri erroris excipimus. Didicimus igitur captiuitatem pretium eſſe peccati.* Ecce tibi, miſeræ aduersè calamitates ſunt noſtri erroris pretium; & ærumnoſa captiuitas, *pretium peccati*, quaſi populi captiuitas, & Babylonica transmigratio & exilium expiet impietatem, & peccatum redimat, dum calamitatum magiſterio, virtutem erudit. Quare in calamitoſâ Babyloniæ captiuitate, palatinum glorioſè munus obit Daniel, Ioakim diuitiis, & ſplendidâ familiâ floret; atque Suſanna paternam pietatem ac religionem cum lacte ſugit, & in exilio pudicitiæ, virtutis, religionis, & omnium ſanctitatum idea prænitet: quò diſcamus *captiuitatem pretium eſſe peccati*, quaſi captiuitas à peccati captiuitate redimat. Vacat, ſæpè vacat à mundiali captiuitate redemptor: ipſa enim captiuitas patienter tolerata, peccati pretium ſeu redemptio nominatur.

Captiuitas dicitur pretium peccati, quaſi illud redimat.

S. Ambroſ.

5 Regius Vates ſic occinit Pſal. 67. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.* Hic locus ſic in Hebræo ſcribitur: *Aſcendiſti in altum, captiuaſti captiuitatem, accepiſti dona in Adam.* Quæ verba Paulus ad Epheſios 4. myſtico ſenſu accipit de Chriſto in cælos aſcendente: nam ad litteram loquitur de Moyſe. Quomodo autem Chriſtus aſcendens in cælum, captiuam duxerit captiuitatem, pulchrè exponit Caietanus ad præſcriptum Pauli locum ſic fatus: *Aſcendens in altum, hoc eſt in cælum, captiuam duxit captiuitatem pro quanto Sanctos omnes qui captiui erant in limbo duxit in cælum, quod eſt tamquam de captiuitate in captiuitatem ducere: eò quòd velut violenta fuit huiuſmodi ductio, pro quantò in longè peregrinum & extraneum à naturâ humanâ locum duxit eos: deſcribitur enim per hoc actio ducentis ſine meritis eorum qui ducebantur tanta, vt aſſimiletur captiuationi.* Captiui erant Hebræi in Ægypti captiuitate, duxit illos Moyſes in Terræ promiſſionis libertatem ingenuam: Captiui erant ſancti Patres, perdiu in limbo detenti, cùm in cælum, cælique beatas delicias ducebantur: & tamen eiuſmodi ductu, *de captiuitate in captiuitatem* duci perhibentur, quaſi beata cælitum gloria, captiuitati quodammodò comparetur: ſiquidem beatos iam Patres *ducit in longè peregrinum & extraneum à naturâ humanâ* locum, tamquam cælorum nobiles inquilinos. Vnde etiam *accepiſſe dona in Adam* exule dicuntur. Sat eſto indigitaſſe Caietani acumen, quod aliàs ad aliud thema aliter expendebamus: eſt enim ſententia conceptuum grauida, quos ingenio obſtetricante quiuis facile in lucem edet.

Pſalm. 67 verſ. 19. Hebræus. Ad Eph. 4. verſ. 8.

Caietan.

Patres à limbi captiuitate in cæli captiuitatem duci dicuntur. quare?

Geneſeos 12. Dixit Dominus ad Abram: 6
Egredere de terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi. Quaſi dicat: Egredere de Chaldæa, patriâ tuâ, & de cognatione, ac domo tuâ, ampliùs eò non rediturus. Sit tibi exinceps omnis terra, & nulla terra, patria tua, vel potiùs exilium tuum. Sapienter Hugo Victor. lib. 3. Didaſc. erud. cap. 20. *Delicatus ille eſt adhuc, cui patria dulcis eſt: fortis autem, cui omne ſolum patria eſt: perfectus verò, cui totus mundus exilium eſt. Ille mundo amorem fixit; iſte ſparſit; hic extinxit.* Velut extinctus mundo eſt: & quaſi coloniam in cælum præproperè duxerit, mundi exul eſt, cui patria chara non eſt, cui inſtar mortis exilium non eſt. Scitè Hebræus Philo lib. de Abrahamo, de eius peregrinatione aut exilio ita fatur: *Quis alius putas tam conſtans fuiſſet, ac pertinax* (Abrahami de patriâ egreſſio, *pertinacia* dicitur?) *vt non flecteretur affectu cognation.: & patriæ quarum innatum & coaliſtum eſt cuique deſiderium, magis, aut certè non minus, quàm membra corporis? Teſtes ſunt legiſlatores; qui ſecundum ab extremâ capitali pœnâ atrociſſimorum criminum conuictis ſtatuerunt exilium: profectò non ſecundam, quantùm equidem verè iudicare poſſum, ſed aliquando grauiorem.* Reddit Philo rationem, & quidem peridoneam: *Siquidem mors calamitatum finis eſt, exilium verò non finis eſt, ſed nouorum malorum initium, dum enecatâ vnâ ſenſu carente, innumeræ mortes ſentiuntur.* Itaque exilium dicuntur *innumeræ mortes*, ad quarum tolerantiam velut obſtinata *pertinacia* requiritur. Quid exaggeratius?

Geneſ. 12. verſ. 1.

Perfectus homo eſt mundi exul.

Vgo victor.

Philo Iudæus.

Exilium dicitur multiplex mors, ad cuius tolerantiam pertinacia requiritur.

§. XIX.

Pœnaliſſimus carcer, ad cælos gradus eſt, deliciis exuberat; & piam Angelis inuidiam ciere perhibetur.

Carcerem eiuſque ærũnas teterrimas, ſic eloquenter deſcribit Caſſiodorus: *Cella,* 1
inquit, *gemituum, triſtitia domus, apud ſuperos Plutonis hoſpitium, locus perpetuâ nocte cæcatus, tandem infuſione lucis albeſcat: in quâ non vnum tormentum ſuſtinet reus, qui antequam incurrat necis exitus à ſuperuis probatur abſciſſus. Primùm pædor ille, collega catenarum, abominabili mœrore diſcruciat, auditum alieni gemitus &*

Caſſiodor. lib. 11. Variar. epiſt. 40.

Porslegans tetri carceris deſcriptio.

lamenta conturbant: guſtum ieiunia longa debilitant: tactum pondera prementia defatigant: lumina diuturnis tenebris obtuſa torpeſcunt. Non eſt vnum clauſis exitium: multifariâ morte perimitur, qui carceris ſqualore torquetur. Nunc ergò reos de Auerno tuo victuros emitto. Redeant ad ſuperos, qui ex magna parte inferos pertulerunt. Atria tua vacuitatibus impleantur. Locus ille perennium lacrymarum quondam triſtes incolas perdat. Non ſunt inde qui læti ſunt: qui tunc profectò habebit gratiam ſi diſertus appareat. Exite incluſi viciná morte ſemper pallentes. Redite ad lucem, quos caligantes tenebræ poſſidebant; nihil ampliùs optatâ morte paſſuri, niſi quod adhuc poteratis occidi. Hæc pœnaliſſimi carceris atrocior acerbitas, Martyrum pugnas, & victorias exaggerat.

2 Iob 49. Sic eum Deus alloquitur, omnipotentiæ ſuæ maieſtatem oſtentans: *Numquid*, ait, *ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?* In Scripturâ ſacrâ vocabulo aquilæ, aliquando maligni ſpiritus, raptores animarum, aliquando præſentis ſæculi poteſtates; aliquando verò vel ſubtiliſſimæ Sanctorum intelligentiæ, vel incarnatus Dominus ima celeriter transvolans, & mox ſumma repetens deſignatur. Videamus etiam generoſam aquilam nidum ſibi in cælis arduis conſtruentem, qui ait: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*. Et rurſum: *Qui conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit in cæleſtibus.* In arduis habet nidum, quia profectò in ſupernis figit conſilium. Non vult mentem in ima deiicere, non vult per abiectionem conuerſationis humanæ in infimis habitare. Addit opportuniſſimè Gregorius præſcripta Iobi verba elucidans: *Tunc Paulus fortaſsè in carcere tenebatur, cùm ſe conſedere Chriſto in cæleſtibus teſtabatur. Sed ibi erat, vbi ardentem iam mentem fixerat, non illic vbi illum neceſſariò pigra adhuc caro retinebat.* O grande carceris prærogatiuum! Scilicet Paulus cùm tetri carceris pœnaliſſimo ſqualore præpeditur, tunc, tunc quidem quaſi *aquila eleuatur*, præmaturus cæli incola, & ſupernorum nobilis inquilinus. Exit Paulus adhuc incluſus, & catenarum alis ad cæleſtia euolat. Opportunus huic volatui auſpicando locus, carcer eligitur; quaſi vincula terrena, cæleſtis libertatis beatitatem oppignerent; & infernus carcer aditum in cælos reddat pennatos innoxios vinctos. *Tunc Paulus fortaſſe in carcere tenebatur, cùm ſe conſedere Chriſto in cæleſtibus teſtabatur.* Luculenter ſanè Gregorius.

Iob 39. v. 27.

Ad Philipp. 3. verſ. 20.

Ad Eph. 2. verſ 6.

S. Greg. lib. 31. Moral. c. 19.

In carcere tenebatur Paulus, cùm in cælos euolat.

3 Ad Philip 1. verſ. 14. Gentium doctor ita ad Philippenſes ſcribit: Scire autem vos volo fratres, quia quæ circà me ſunt magis ad profectum venerunt Euangelij: ita vt *vincula* mea manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio: *Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent.* Tantùm ne gratiarum meritum in lacu carceris ſtagnat, vt in reliquos fideles exundet? An Paulus renunciauit carceris merito, quod ſic abundè aliis impertit? Renunciauitne Paulus carceris tormento, an carceris delectamento? Belliſſimè Tertullianus lib. ad Martyres, cap. 2. ita ad eos ſcribit: Carcer *habet tenebras, ſed lumen eſtis ipſi. Habet vincula, ſed vos ſoluti Deo eſtis. Triſte illic expirat, ſed vos odor eſtis ſuauitatis. Iudex expectatur de iudicibus, ſed vos eſtis de iudicibus ipſis iudicaturi. Contriſtetur illic qui fructum ſæculi ſuſpirat.* (Fructum ſæculi appellat honores, delicias, voluptates ſæculares, quas præuiis ſuſpiriis, ac pœnaliſſimis moleſtiis homo nundinatur. Addit ad rem alto ſtylo:) *Chriſtianus etiam extrà carcerem ſæculo renunciauit, in carcere autem etiam carceri.* Scilicet Chriſtianus, qui Chriſtiani nomen adimplet, extrà carcerem ſæcularibus deliciis renunciauit; at in moleſtiſſimo pœnaliſſimè carcere; renunciauit cum Paulo, non duri carceris, labori, merito; ſed deliciis, quæ ex pœnaliſſimâ carceris moleſtiâ è diuerſo captantur. In quibus ſic *ſuperabundat gaudio*, vt in carcere vltrò vinctus, *carceri renunciauerit*. Itaque ſecularis homo, ambitioni & voluptati addictus, delicias *ſæculi ſuſpirat*, & mœſtis ſuſpiriis augurat quales voluptates exoptat. Paulus autem quod in tetro dirè carcere cœpit, conſummat in gaudio, ſic ex moleſtiis carceris exundante; vt adhuc carcerem expetens, renunciet carceri. Sic Paulus carceris deliciis exuberans, ſic etiam exundat carceris merito, vt in reliquos fideles *audaciam* reuerberet ad virtutis facinora. Audi quàm Pauli catenis Chryſoſtomus etiam delicietur: *Parum mihi*, inquit, *concedite & permittite, vt dum à verbis abſceſſerim Apoſtolicis, & in factis Apoſtolicis me expleuerim deliciis, in Pauli catenâ conuiuari. Apprehendi vinculum, nemo me adducet. Tutiùs ego ſum vinctus deſiderio, quàm ille tunc ligno.*

Tertullian. Delicias ſeculares ſuſpiriis comparantur.

Paulus in diro carcere conſtrictus, carceris gaudio renunciauit.

Catenarum Pauli epulo Chryſoſtomus delicia-tur.

S. Chryſoſt. homil. 8. in epiſt. ad Epheſ.

Paulus ad Epheſios 4. ita ſcribit: *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino.* Tantane eſt duri carceris, & vinculorum dignitas, vt ex catenis vel Paulus ipſe authoritatem ſibi fœnerari exambiat? Eloquenter Chryſoſtomus nuper laudatus: *Nihil eſt æquè præclarum atque vincula propter Chriſtum, atque catena Sanctis illis manibus impoſita. Victum eſſe propter Chriſtum eſt præclarius quàm eſſe Apoſtolum, quàm eſſe Euangeliſtam....... Maluerit Paulus eſſe vinctus propter Chriſtum, quàm habitare cælos.... Non tam beatum exiſtimo Paulum quòd raptus ſit in paradiſum, quàm quòd coniectus ſit in carcerem. Non tam enim cenſeo beatum quòd raptus ſit in tertium cælum, quàm eum cenſeo beatum propter vincula. Nam quod hæc illis ſint maiora, audi quomodò ipſe quoque nouerit. Neque enim dixit: Rogo vos ego qui verba audiui ineffabilia. Sed quid? Rogo vos ego vinctus in Domino.* Nuper ſuſpicabamur cum Gregorio, Paulum corpore vinctum in carcere, in cælos raptum fuiſſe; nunc ſeriò Chryſoſtomus adſtruit, quòd *maluerit Paulus eſſe vinctus propter Chriſtum, quā habitare cælos.* O carcer, ô vincula, quibus beata cæli gloria, & empyrea

4 Ad Eph. 4. verſ. 1.

S. Chryſoſt. ſuprà.

Beatior ne eſt Paulus in carcere vinctus, quàm quia raptus eſt in tertium cælum?

ſuprà n. 2.

empyrea glorioſè habitatro quodammodò inuidere videtur! *Non tamen enim cenſeo beatũ quòd raptus ſit in tertium cælum, quàm eum cenſeo beatũ propter vincula.* Audiendus eſt Tertullianus in lib. de Reſurrectione carnis, de eâ ſic fatus: *Cum in carceribus maceratur, teterrimo lucis exilio, penuriâ mundi, ſqualòre, padore, contumeliâ victus, ne ſomno quidem libera, quippè ipſis etiam cubilibus vincta, ipſiſque ſtramentis lancinata, cùm iam & in luce omni tormentorum machinatione lanietur, cùm denique ſuppliciis erogetur eniſa reddere Chriſto vicem moriendo pro ipſo, & quidem per eandem crucem ſæpè, nedum per atrociora quoque ingenia pœnarum. Nã illa beatiſſima & glorioſiſſima, qua poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto, vt hoc ſolum debeat ei, quod debere deſierit; hoc magis vincta, quò abſoluta.* Quid exaggeratius? longum nimis facerem, ſi ſententias ſingulas expendiſſem.

Tertul. lib. de Reſurr. carn. cap. 8. *Carceris tormentas & exaggerationes martyrij encomium.*

5. Actorum 12. Herodes populi gratiam, Petri vinculis nundinatur. Cùm ergò Petrum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum. Et ipsâ nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus. Et ecce Angelus Domini aſtitit, percuſſóque latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. *Et eeciderunt catenæ de manibus eius.* Magna Angeli vis, & auguſta ſanè maieſtas, quâ tetrum tenebroſe carcerem illuſtrat, & leui attactu catenas excuſſit, & Petrum atrociter moriturum liberauit. Vter tunc auguſtior, an Petrus in carcere ſqualidè vinctus, & dirâ ãdſtrictus vinctione; an cæleſtis Angelus, empyreæ curiæ ciuis, Dei facialis, miſſus Apoſtoli aſſertor? Quâ ſuper re audiendus eſt Chryſoſtomus in ad Epheſ. homil. 8. *Et erat inter milites, & venit ad eum Angelus, & percuſſo eius latere eum excitauit. Siquis ergo mihi diceret, Quid malles, an eſſe Angelus qui Petrum pupugit, an Petrus qui ſaluus euaſit: mallem eſſe Petrus propter quem venit Angelus. Illa mihi prodeſſent vincula.* O arcanum vinculorum cenſum! Mauult Chryſoſtomus eſſe Petrum in vinculis, quàm eſſe Angelum in cælo? ô! ſic glorioſè carcer beat? Sic ſunt vincula ferè apud Angelos inuidioſa? ô abſtruſum carceris & catenarum ſacramentum, hominibus inuiſum! Sic Deus ſuum populum recens natum, Ægyptiaco ergaſtulo peramanter infantat; Aſſyriâ ſeruitute decem tribus ablegat; & nunc captiuitate Babylonicâ Iudæos dum premit, honorat, locupletat, felicitat, & poſtmodùm ad patriam reduces opulentè dimittet, de captiuitatis carcere poſtliminio proſperiores. Sic è diuerſo Deus ſuo populo auxiliari ſolitat!

Actor. 12. verſ. 7.

Chryſoſtomus mauult eſſe Petrus in vinculis, quàm Angelus.

Chryſoſt.

Hic verſ. 1. & 2.

6 S. Cypryanus Epiſtol. 16. de pœnis Martyrum in carcere, ita eleganter ſcribit: *Quò longior veſtra pugna, inquit, hoc corona ſublimior; agon vnus, ſed multiplici præliorum numeroſitate congeſtus. Famem vincitis & ſitim ſpernitis, & ſqualorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris vigore calcatis.* Inibi etiam eos, qui toto anno eſſent in carcere, ſic eloquenter conſolatur: *Semel vincit, qui ſtatim patitur: at qui manens ſemper in pœnis, congreditur cum dolore, nec vincitur; quotidie coronatur. Eant nunc Magiſtratus & Conſules annua dignitatis inſignibus, & duodecim faſcibus glorientur; ecce dignitas cæleſtis in vobis honoris annui claritate ſignata eſt: & iam reuertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate tranſgreſſa eſt. Illuminabat mundum Sol oriens, & Luna decurrens; ſed vobis idem qui ſolem fecit & lunam, maius in carcere lumen fuit; & in corde ac mentibus veſtris Chriſti claritudo reſplendens, horribiles cæteris atque funeſtas pœnales loci tenebras æternâ illâ, & candidâ luce radiat----Æſtas ecce menſium fertilitate fœcundatà eſt, & area frugibus plena eſt* (Nota verba quæ ſubiicit;) *ſed vos qui gloriam ſeminaſtis, frugem gloriæ metitis: atque in D[illegible] areâ conſtituti, exuri paleas igni inc[illegible]uibili conſpicitis, ipſi vt tritici grana pu[illegible]gata, & frumenta pretioſa, iam purgati & conditi, hoſpitium carceris horreum computatis.* Bellè pariter ac verè Cyprianus.

S. Cyprian.

Diuturnitas carceris, de multiplici agone, coronas multiplicat.

Qui eſt in carcere, gloriam ſeminat, & frugem gloriæ metit.

§. XXI.

Virtus, caſtitas præſertim, pulchritudinis flos eſt, & illius perſeuerantia.

1 DEcantatiſſima Platonis ſententia eſt, quod etſi pulchritudo corporis ſolo viſu tangitur, tamen *ſenſus omnes formoſus delectat*, inrogatâ & exprompta ſui oblectamenti effuſione. Pulchrè ille quicumque apud Stobæum, ait: Pulchritudo *inter humana bona maximè conſpicua & ſuauiſſima Diis eſt, hominibus gratiſſima, poſſidenti minimè moleſta, cognoſci facillima. Cætera enim bona in homine ſita, vt fortitudo, prudentia, latere poſſunt, niſi opere aliquo demonſtrentur: pulchritudo autem latêre nullo modo poteſt, ſtatim enim in poſſidente apparet; aut etiã à principio celerem ſui ſenſum exhibet. Adhæc bonis quidem plurimi inuident, & inimici redduntur: pulchritudo autem eos, qui ipſam ſentiunt, amicos reddit, & neminem inimicum ſibi fieri permittit.* Quare Ariſtoteles interroganti, cur quæ pulchra ſunt amarentur: *Cæci, dixit, hæc interrogatio eſt.* Pulchritudo enim ita clarè ſuum bonum oculis loquitur, vt commentario atque encomiaſte numquam indigeat.

Plato.

Stobæus cap. 65.

Pulchritudinis encomium.

Ariſtot. apud Stob. inibi.

2 Geneſeos 6. cùm cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent; *Videntes filij Dei filias hominum.* Dico ex Adamo ſuſcepti liberi Cainus & Sethus originem ex ſe ſinguli naturæ humanæ dederunt. Cainus quidem nefario parricidio cruentus, poſteritatem

Geneſ. 6. verſ. 2.

in mores impios ſuccedentem reliquit etiam poſteros flagitiorum hæredes. Sethus verò cum Abelum moribus ſuccederet, hoc virtutis ſtipendium tulit, vt ſui filij, *filij Dei* vocarentur, & quæ naturam ſuperabat nominatio, auitam dignitatem oſtenderet. Filij Sethi ergò *filij Dei* nuncupantur teſſeram initæ cum Deo familiaritatis ipſâ proferentes nuncupatione. Parum putauit Cæſarius, Sethi filios teſſeram *filiorum Dei* vocabulo præferre, niſi eam etiam ſpecie ac formâ prætuliſſent: *Adamus*, inquit, *genuit filium ad ſimilitudinem ſuam, ſecundum imaginem ſuum, hoc eſt, qualem habuit ab initio, quando factus eſt à Deo, imaginem & ſplendorem in facie, & vocauit nomen eius Sethus, hoc eſt, reſuſcitatio, quoniam videbat in illo priſtinam & admirandam illam formam, & gratiam renouatam, & ſplendorem ſacroſancti Spiritus, quem videntes illius temporis homines, Deum appellauerunt.* Hinc eius poſteri nominantur *filij Dei.* Mirum ſanè pulchritudinis elogium, & ſplendidæ formæ prærogatiuum: ſcilicet quia Sethus nitente oris venuſtate, innocentis quondam Adami pulchritudinem reſculptam præferebat, reliqui homines videntes *ſplendorem in facie*, & *in illo priſtinam & admirandam illam formam, & gratiam renouatam*; eiuſmodi pulchritudinem, *ſplendorem ſacroſancti ſpiritûs* putauerunt, eumque vocauere Deum, atque eius poſteros *filiorum Dei* nominatione nobilitarunt. Vide qualem exiſtimationem de ſplendidâ pulchrè formâ homines inhiberunt, vt eam *ſacroſancti Spiritus ſplendorem* autumarint, & indè Sethi poſteros generoſo *filiorum Dei* vocabulo populariter honorarint. Euſebius de demonſtr. Euang. lib. 9. cap. 5. adludens ad illud quod de Ioanne Baptiſtâ dicitur: *Præibis enim ante faciem Domini* &c. de eo ait: Cùm *diuinam quodammodò faciem præ ſe ferret.* Nempè Stephanus Angelicum vultum; Ioannes autem *diuinam quodammodò faciem præ ſe fert.* Sic ſplendida pulchritudo cælum fragrat? Sic in venuſta formâ velut occultæ diuinitatis notamenta tranſlucent? Ita ſplendidè pulcher Sethus, id eſt, *reſuſcitatio* nominatur, quaſi iam gloriæ dotes in corpore quodammodò anticipet, & earum velut teſſeram præcoquâ gloriâ prætulerit. Suſanna *pulchra nimis* & corporis ſpecie, & morum venuſtate, primæuam & *admirandam illam formam renouat, ſplendorem ſacroſancti Spiritûs* æmulatur: & cùm ad mortem damnata, tantùm non mortua eſt, aptiùs quàm Seth, *reſuſcitatio* poteſt nominari velut ſplendidioris formæ ſacramento.

Seth, quia pulcherrimus, appellatur Deus, & eius poſteri, filij Dei.

S Cæſarius Dialog. 1.

Splendidè pulcher, ſplendorem Spiritus præ ſe ferre putatur.

Luc. 1. v. 76. *Ioannes diuinam faciem præ ſe fert?*

Euſebius. *Seth, quia pulcher, reſuſcitatio appellatur.*

Hîc verſ. 2. & 31.

3 Geneſeos 26. Iſaacus regionis ſterilitate, & annonæ penuriâ oppreſſus, cogitur peregrinari in Geraris, Abimelechi regis metropoli. Qui cùm interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſuâ Rebeccâ, reſpondit: Soror mea eſt, timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio, *cogitans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem.* Cùm frequens ſit in ſacris Biblijs, propè vetulas iam Matronas de eximiâ pulchritudine commendari, quod de Sarâ ſuprà legitur, hîc de Rebeccâ, alibi de Iudith, quæ putatur quinquagenaria Holoferni placuiſſe; magnum indè oritur inter commentatores litigium, vnde hæ Matronæ in prouectâ ætate tam florentem venuſtatem mutuarint; annoſitate enim laudatior pulchritudo deflorèſcit. Quo igitur fuco fugientem venuſtatem retinebant. Appoſitè Lipomanus in catenâ, ad præſcriptum Geneſeos locum ita ſcribit: *Veriſimile eſt Saram & Rebeccam fuiſſe non ſolùm probitatis moribus gratioſas, ſed etiam inſolitâ formâ & pulchritudine: caſtitatis enim gratia viuaciorem formam ac perſeuerantiam accommodabat.* Profectò ab obſcœnâ inhoneſtate pulchritudo fugitiua eſt, caduca eſt; & libidine placendi gratiam perdit, ſenſim defloreſcit, & malè tumulatur fœtidè cadaueraſcente decore: caſtitas porrò nitor venuſtatis eſt, pulchritudinis gratia, & perſeuerantia decoris. Hoc pigmento olim Matronæ innatam adornabant venuſtatem; ornabat & caſtiſſima Suſanna, vt fugientem formam retineret. Hoc morum fuco exaggeranda pulchritudo eſt.

Geneſ. 26. verſ. 7.

A caſtitate, & viuacior forma, & pulchritudinis perſeuerantia eſt.

Lipoman.

Geneſis 49. Iacob morti proximus, 4
Iacobææ familiæ vltimum vale dicens, ſuum Ioſephum ſic alloquitur: *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum, &c.* Pro τὸ *decorus aſpectu*; plures ex Hebræâ origine excribunt, *ſuper oculum*, quaſi dicat: *Ioſeph ita pulcher erat, vt dominaretur oculis intuentium* (vt inibi exponit Cornelius,) eóſque in ſui amorem raperet, vti rapuit oculos heræ ſuæ. Benè ergò pulchritudo, oculorum domina perhibetur. Scitè addubitant interpretes, cur Patriarcha Iacob iam viri Ioſephi pulchritudinem prædicet, quod proprium feminarum elogium eſt. Hâc ſuper re ita inibi Rupertus philoſophatur: *Et decorus*, inquit, *aſpectu. Quis hoc diffamauit? aut vndè hoc ſancto Patri intimatum fuit, quòd filius ſuus decorus eſſet aſpectu? At, Filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Niſi filiæ vagæ & petulantes diſcurrentes ſuper murum inieciſſent oculos in eum, dixiſſentque, dormi nobiſcum, non adeò memoriæ datum fuiſſet, eum aſpectu fuiſſe decorum. Nunc autem quia decor aſpectus eius, cauſa certaminis, magnaque fuit victoriæ occaſio, dignè ſcitur, & prædicatur filius fuiſſe decorus aſpectu.* Nimirùm dedeceret grauiſſimum Patriarcham laudaſſe principem filium iam virum, de pulchritudine, imò & eſſe pulchrum occurriſſe memoriæ, niſi occaſione magni certaminis, & *victoria* de libidine reportatæ, eius pulchritudinem victrix continentia venuſtaret, exaggeraretque ad placendi gratiam. Itaque tam auguſtus decor pulchritudini accreſcit ex victoria libidinis, & ſeruatæ caſtitatis decoro, vt tunc, tunc quidem à tanto Patriarchâ *dignè ſciatur, & prædicetur filius fuiſſe decorus aſpectu.* quaſi auctoritas pulchritu

Geneſ. 49. verſ. 2. Hebræus. Cornelius. *Pulchritudo oculis dominatur.*

Rupertus.

Caſtitas eſt pulchritudinis auctoritas.

Meon pulchritudo diſſamus.

chritudinis, ſic caſtitas, cuius nitore venuſtas ſeriò vemat, diu floret, & diutiùs retinetur, ne cum annis fugitiua diſcedat. Bonus ſanè nexus pulchritudinis cum caſtitate. *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum*

Sapient. 4. v 1..

claritate! immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines. Inde illam patriatcha in ſuo Ioſepho *dignè* nouit, & altiùs prædicauit. Secùs filium potiùs pulchritudinis elogio *diffamaſſet*. O! Suſannæ pulchritudinem mirè caſtitas venuſtauit, & decoro auctoramento auxit.

Geneſeos 6. *Videntes filij Dei* (Sethi ſoboles, inquam) *filias hominum quòd eſſent*
5
pulchra, acceperunt ſibi vxores ex omnibus,

Geneſ. 6. v. 2.

quas elegerant. Effrenatis itaque concupiſcentiæ oculis progenies Seth hactenùs pia & religioſa, aſpiciebant filias Cainitatum, non deſiderio prolis matrimonia ambientes, ſed ſaturandæ libidinis, ſcortationis occaſionem captantes. Acceperunt, inquit, vxores, nimirùm plures, ſine lege, nunc vnam, nunc alteram pro arbitrio libidinis, aut illius nauſeâ. Sed audiendus eſt indidèm Li-

Pulchrum et bonum ſynonyma ſunt in linguâ ſanctâ.

pomanus in Catenâ, qui hanc feminarum *pulchritudinem* ita exponit: *Nota, quòd ibi nos legimus, quòd eſſent pulchra, Hebraicè habetur* טבת *toboth. Ex quo loco elicitur, etiam in eo ſermone, hoc eſt, verâ ac natiuâ*

Lipomanus

generis humani linguâ, pulchrum & bonum eâdem voce ſignificari, ſiquidèm tob, & bonum & pulchrum ſignificat. Neque igitur bonitas à pulchritudine ſeiungitur, neque pulchritudo ab honeſtate. Quod magis erat in hac linguâ obſeruandum, quòd in eâ voces, rerum naturas ſequuntur. Hæc Lipomanus, edoctus à S. Auguſtino lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. vbi ſic fatus: *Quod autem*

S. Auguſt.

ait, Quod eſſent bona, pulchras intelligi voluit. Conſuetudo quippe Scriptura eſt, etiam ſpecioſos corpore, bonos vocare. Ecce tibi corporis *pulchritudo*, & oris eximia venuſtas, cum *bonitate* & honeſtate vices reciprocat Quæ eſt linguæ ſanctæ emphaſis, in quâ *voces rerum naturas ſequuntur*, illiſque idoneè adaptantur. Nimirùm ſic eſt inconſtanter fluxa, fugitiua, caduca pulchritudo, quam honeſtas & virtus non fundat ac retinet, vt nulla cenſeatur; adeò vt perindè ſit *pulchrum*, ac *bonum*. O pulchra ethicè ſynonyma!

Geneſeos 2. *Formauit igitur Dominus*
6
Deus hominem dè limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt ho-

Geneſ. 2. v. 7.
Hebræus
Græcus

mo in animam viuentem. Hebræa habent; *Formauit Deus hominem lutum de terrâ.* Græcum etiam verbum ad figulinam pertinet. Vnde videtur quòd primò Deus corpus hominis in modum ſtatuæ de limo terræ efformauit, vti plaſtæ fingunt homines luteos: deindè inſufflauerit in *faciem* eius, id

Adami externa ſorsi pulchritudo, ad interna dicitur tràſmiſſa.

eſt, luteæ ſtatuæ (& quidèm venuſtiùs delineatæ) vnde reliqua pulchræ ſtatuæ membra animâ & vitam acceperunt de flatu Dei introrsùm admiſſo. Sic antropopathòs de Deo cogitare licet. Audiendum autem eſt pulchrum Tertulliani paradoxon, qui lib. dè Animâ cap. 9. ita de hac re ſcribit: *Recogita cùm Deus flaſſet in faciem hominis flatum vitæ, & factus eſſet homo in animam viuam, totum vtique per faciem ſtatim flatum illum in interiora tranſmiſſum, & per vniuerſa corporis ſpatia diffuſum, omni intùs lineâ expreſſum eſſe. Indè igitur effigies expreßione formata. Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus.* Hæc non phyſicè, ſed ethicè. quaſi Deus hominis opifex, in pulchram Luteæ ſtatuæ faciem ſpirauiſſet, & facialem eius pulchritudinem in interiora quodammodò tranſmiſerit; quò exterior venuſtas, Dei flatu ad interiora diffunderetur: indè medullitùs *effigies expreſſione formata* cenſetur. Hoc Tertulliani paradoxon alibi confutabamus: ethicè autem pulchritudinis exteræ vim apprimè exponit.

Tertullian.

§. XXII.

Coniugium prolibus fœcundum, virtutum fœcunditatem non lædit.

1

AMoris & reuerentiæ maritalis illuſtre exemplum (ait Plutarchus) dedit vxor Phocionis, quæ maritum ſuum, *ſuas opes, mundum ſuum, & theſaurum* vocabat. Illuſtrior verò fuit vxor Tigranis regis Armeniæ, quæ (vt refert Xenophon) cùm ex aulâ Cyri regis ad maritum reuertiſſet, ab eo interrogata quid de Cyro & Cyri pulchritudine ſentiret, reſpondit: *Abs te, ô marite, Deum teſtor, nuſquam oculos deflexi, itaque qualis ſit forma Cyri prorsùs ignoro.* Illuſtriſſima verò fuit ſancta Monica, de quâ S Auguſtinus lib. 9. Confeſſionum cap. 9. *Educata*, inquit, *pudicè & ſobriè, potiùſque a te ſubdita parentibus, quàm à parentibus tibi, ô Domine; vbi plenis annis nubilis facta eſt, tradita viro* (Patricio infideli) *ſeruiuit velut domino, & ſategit cum lucrari tibi, loquens de te illi moribus ſuis, quibus eam pulchram faciebas, & reuerenter amabilem atque admirabilem viro ſuo.* Ecce tibi in coniugio plenam virtutis ideam, ne quis putet ſanctitati coniuges renunciaſſe.

Plutarch.
Xenophon.
In coniugio virtus et'am excellit.
S. Auguſt.
Boni mores benè de Deo loquuntur.

Geneſeos 5. magnus quondam Patriarcha Iared genuit Henoch. Hic autem ſexagenarius vxorem de more duxit, & genuit Mathuſalam, alióſque filios & filias. Et confeſtim ſubditur: *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.* Quaſi dicat: Henoch licèt vxoratus, ita ſanctè & piè vixit, quaſi Deum ſemper præſentem præ oculis haberet, & reuereretur; ideóque in omni opere cautiſſimus, modeſtiſſimus, religioſiſſimus ſemper incedebat, eratque Deo, Deique voluntati per omnia conſentiens, perindè vt homo cum homine amico, vel cum Domino ſuo vbique & indiuulsè ambulans, illi in omnibus ſe conformat. Hàc de causâ tulit & rapuit eum Dominus,

a
Geneſ. 5. v. 24.
Cornelius
Conſummatam Henochi ſanctitatem non impediuit coniugium.

S.Chryſ.

tanquam altiorem terrâ, Deo Angeliſque dignum, imò familiarem. Luculenter Chryſoſtomus homil. 21. in Geneſim, ita ſcribit: *Ambulauitque* Henoch. *cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Audiant viri & mulieres, & diſcant Iuſti virtutem; nec putent nuptias in causâ eſſe, quominùs quis Deo placeat; ne quis arbitretur obſtaculum virtutis eſſe.* Magna ars eſt, noſſe cum Deo ambulare, illum vbique habere præſentem, illi per omnia obſequi, cum illo ſæpè colloqui, ab illo pendere, ab eo regi, illi totum vniri; quia vnitas cum vxore, iſtiuſmodi vnitatis cum Deo diuortium fecerit. Tantum matrimonio licet! nequis illud cauſetur tamquam virtutis obſtaculum. Matrimonium non renunciauit virtuti.

ad Rom. 11. v. 16.

Theodoret.

3 Ad Romanos 11. ita ſcribit Apoſtolus: *Quid ſi libatio ſancta, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami.* Nempe ſi Patriarchæ ſancti fuerunt, & ſunt: ergò filij eorum (qui ſunt huius radicis rami,) à ſanctitate nō ſunt repellendi, inquit Theodoretus: imò ipſi in ſuis parentibus morali quâdam denominatione iam ſancti & ſanctificati eſſe videntur; adeòque reipsà ſancti ſunt, ſi ſuæ radici, id eſt, ſanctitati parentum ſuorum hæreant & inſiſtant. Itaque coniugium benè fœcundum appellatur *radix*, è quâ tota arboris pulchritudo & fertilitas. Appoſitè Oſorius ait: *Hic ſtatus* (coniugalis) *eſt velut radix, & truncus arboris, ſine quo reliqui ſtatus non conſiſterent. Tamquam radix ergò in terrâ eſt propter occupationes in his, quæ terræ ſunt, de quibus Paulus, Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Vbi S. Thomas, Occupationes terrenas.* Itaque ſtatus coniugalis, licet poſt virginitatem ac cœlibatum habeat locum; tamen ſeminarium & *radix* eſt, vndè reliqui ſtatus omnes quantàlibet ſanctitate illuſtres promanent. Virginitatis flores, cōtinentiæ rami, fructus omnes qui ex Doctorum ſapientiâ, ex pœnitentiâ Monachorum, è Martyrum cruento teſtimonio; & quicquid ſanctitatis in quolibet Eccleſiæ ſtatu vernat, frondet, floret, fructificat, è coniugij radice fœcundè pullulat. *Hic ſtatus eſt velut radix arboris, ſine quâ reliqui ſtatus non conſiſterent.* Felicem virginitatis ſtatum, quem amittit coniugio, reſtituit in filiis; ſæpè continentiam in ſobole dedicat: & dum in *terra* extendit *radices*, prouentu fertili cælos implet; & terrenis operoſius occupationibus, numeroſos incolas cælo parturit. *Si radix ſancta, & rami*, qui multiformi florum genere fructificant.

Oſorius tom. 5. Conc. 1. in dom. 2. poſt Epiph.
1. Cor. 7 v. 28.
S. Thomas ibid.

Coniugalis ſtatus eſt radix ſine quâ reliqui ſtatus non conſiſterent.

4
1. Cor. 16. v. 19.

1. Corinthiorum 16. ſub Epiſtolæ finem ſic Paulus ſcribit: Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. *Salutant vos in Domino multùm, Aquila, & Priſcilla cum domeſticâ ſuâ Eccleſiâ.* Eſto, Aſiæ fideles, numero & ſanctitate multos, prælustri *Eccleſiæ* nomine appellet; quid eſt quòd profanam hominum domum, auguſto *Eccleſiæ* vocabulo Apoſtolus ſublimat? An debitum ſui hoſpitij ſtipendium, tanto honore compenſat? Tanti hoſpitalitas ab Apoſtolo taxatur? An Aquila & Priſcilla cum totâ familiâ, velut ſacrum continentiæ cœnobium erat, quod Deo Paulus dedicarat; vndè religioſam caſtè communitatem nobilitat *Eccleſiæ* vocabulo? Audiendus eſt Theophylactus, qui hâc ſuper re ita moraliſſimè ſcribit: *Salutant vos Aquila & Priſcilla cum domeſticâ ſuâ Eccleſiâ. Quia vbi multa pietas eſt & virtus, domus illa Eccleſia dicitur. Proindè matrimonio iuncti hîc audiant, quòd matrimonij nomine ad virtutem, neque impediuntur, neque læduntur.* Pietas coniugum in ſuâ familiâ magnum *Eccleſiæ* nomen, aut inuenit, aut facit. Tantùm coniugali virtuti licet, vt familiam benè inſtitutam, in *Eccleſiam* refingat. Nemo, nemo inquam, coniugium aduocet ad ſceleroſæ inertiæ excuſationem. Perſonæ vitium eſt, quòd nuptiis impingitur. Matrimonium eſſe ſolitae libidinis venia, non pietatis læſura, nec virtutis impedimentum. *Proindè matrimonio iuncti hoc audiant, quòd matrimonij nomine ad virtutem, neque impediuntur, neque læduntur.* Id etiam nunc diſcant Suſannæ exemplo, cuius vita fuit doctrina virtutis, ſanctitatis idea, & continentiæ meta. Erat *pulchra nimis, & timens Deum*: nec eximia pulchritudo malè per inſidias tentata, fuit continentię vel leuis titubatio; vxoria marito fides & Dei timor animatus altè infixus, virtutem flecti-neſciam in Suſannâ fundarunt: nec tantam *virtutem matrimonium impediuit, aut læſit*; ſed de veniâ libidinis continentiam auxit. Malè matrimonij nomine, deſidia in re virtutis coloratur.

Piorum coniugum familia appellatur Eccleſia.

Theophylact.

Malè matrimonij nomine deſidia in re virtutis coloratur.

Hîc v. 2.

Iſaïas, ſacrorum vatum Homerus, & Tal-
thybius ille cæleſtis, præconio vrbano & 5
eleganti ac figuris illuminato aduentantis ſapientiæ & veritatis ſacramentum buccinans, tam altè perſpicax in re Dei, & Eccleſiæ œconomiâ, vt non tam Prophetiam ſcribere, quàm Euāgelium texere putetur. Tantâ polluit ſapientiâ, tanto virtutum merito, tantâ ſanctitatum omnium prærogatiuâ, vt propè terræ exul, & interim velut cæli inquilinus, lynceis oculis auguſtum Dei ſolium pio auſu penetrarit, ait enim ipſe: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum .... Seraphim ſtabant ſuper illud*, &c. Audi inibi Chryſoſtomum, qui ſic pulchrè ad rem philoſophatur: *Quis hæc loquitur? Iſaias ille ſpectator cæleſtium Seraphim, qui in coniugio commercium habuit, nec tamen extinxit gratiam.* Inertis deſidiæ malitioſa vox eſt: *Coniugium extinguit gratiam*: Virginitas Angelorum candidata, hominis faſtum excellit. Quid his ſupereſt, niſi ſcortatio? Ergò honeſtis nuptiis concupiſcentiam redime. Coniugium enim gratiæ officioſitati peruium eſt. Vxoratus fuit Iſaïas, *Iaſub* eius filius fuit; & tamen *qui in coniugio commercium habuit*, adeò excelluit ſapientiâ, vt propheticum Euangelium conſcripſerit: nec matrimonio oculi caligarunt, quominùs irrefutato viſu Dei ſolium Seraphico ſatellitio ſtipatum peruideret. Cherubicâ contemplatione exſtaticus, diuinæ prouidentiæ œconomiam cæcis Iudæis expoſuit, & de cæli gymnaſio Eccleſiam erudiuit.

Iſaiæ 6. v. 1.

S. Chryſoſt. homil. 4. in Iſaiam.

Iſaiæ 7. v. 3.

Iſaias in coniugij commercio, diuina ac cæleſtia peruidet.

diuit. Sanctitate inclytus, virtutibus conſummatus, reciprocante ſerrâ peregit martyrium, regio ſanguine, ac effuſo cruore purpuratus. Planè *coniugium non extinguit gratiam.*

6 Geneſeos 25. mortuâ Sarâ vxore principe, & Agare eiectâ, *Abraham aliam duxit vxorem nomine Ceturam.* Mirum videri poſſet alicui, quòd ſanctiſſimus & continentiſſimus Patriarcha Abraham, adeò iam ſenex, vt totos centum quadraginta annos ageret; aliam duxerit vxorem, ex quâ ſex proles ſuſcitauit. Aliqua foret excuſatio ſi in eâ ætate eſſet improles: cùm autem Iſaacus & Iſmaël forent ſuperſtites, & vxorati, nonnihil tertio coniugio eius continentia deuenuſtari videtur. De Abrahami, continentiâ vindicias agunt Lyranus, & Thomas Anglicus, qui ab Hebræis edocti, putant, Ceturam eſſe eandem cum Agare. Meritò autem à ceteris Commentatoribus reiiciuntur: neque enim coniugium defenſione, aut excuſatione eget. Adeò vt dixerit Oſorius nuper laudatus: *Hieronymus eximius virginitatis laudator, matrimonium Abrahæ cum virginitate Ioannis Baptiſtæ confert.* Nemo ambigit, ſtatum virginitatis antiſtare connubio; & Baptiſtam, quem Saluator Angelum appellauit, candore puriſſimæ virginitatis floruiſſe: cum hâc autem conferri Patriarchæ coniugium, excelſior huius matrimonij laus eſt: ex eo enim Chriſtus Deus extitit, & vxoratus Abraham princeps Ieſuanæ familiæ cenſetur.

Geneſ. 25. v. 1.

Coniugium Abrahæ cum virginitate Baptiſtæ cõfertur.

Lyranus Th. Anglicus

Oſorius S. Hieronym.

7 Exhodi 13. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſrael.* Quaſi dicat: Separa à communi vſu omne primogenitum, vt mihi dicetur & offeratur. Scilicet nuptiarum primitias ambit Deus, & primum matrimonij fructum ſibi quantocyùs conſecrandum exorat. Audiendus eſt Hebræus Philo lib. de Præm. & honor. Sacerdotum: *Sanctifica mihi omne primogenitum, &c. Vt appareat,* inquit, *gratam eſſe fœcunditatem, vel præſentem, vel quæ ſperatur in poſterum. Id, quod cedit in laudem coniugij, ſacrari primum eius fructum; ſimúlque coniuges admonet temperantiæ, curæ domeſticæ, atque concordiæ: vt mutuo conſenſu in veram firmámque ſocietatem conueniant.* Grandis ſanè coniugij honos, vt Deus nullius indigus & omnium largè abundans, ſic expetat primos nuptiarum flores, & præcoquos matrimonij *fructus*, vt illos ab vtero matris conſecrari ſibi exoptet, & quammaturè expectat. *Cadit in laudem coniugij*, Deo *conſecrari primum eius fructum.* quò innoteſcat matrimonium Deo florere, Deo primùm fructificare, fructu Deo ſuauiter eduli.

Exhod. 13. v. 2.

Philo

Matrimonium Deo floret, Deo primùm fructificat.

§. XXIII.

Maritus caſtæ ac ſedulæ vxoris ſtudio reddat vicem, reddat amori gratiam.

Eloquenter Ambroſius coniugibus ad beneuolentiæ ſtimulum dat viperam. 1 Vipera, inquit, abſentem requirit, abſentem vocat, & blando proclamat ſibilo: atque vbi aduentare comparem ſenſerit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens, verecundatа nuptialem gratiam: tu mulier aduenientem de longinquo maritum contumeliis repellis. Vipera marem proſpectat, explorat iter coniugis: tu iniuriis viam viro obſtruis: tu litium moues venenum, non reiicis: tu coniugalis amplexûs tempore dirum virus æſtuas: nec erubeſcis nuptias, nec revereris maritum. Sed etiam tu vir depone tumorem cordis, aſperitatem morum, cùm tibi ſedula vxor occurrerit: propelle indignationem, cùm blanda coniux ad charitatem prouocat. Non es Dominus, ſed maritus: non ancillam ſortitus es, ſed vxorem. *Redde ſtudio vicem, redde amori gratiam.* Crediderim, hâc ſermonis clauſulâ omnem coniugalem œconomiam compendiauit Ambroſius, nempè ſi vterque alterius ſtudio vicem reddat, & reddat amori gratiam. Profectò venuſtæ puellæ ornatior forma ineundis nuptiis lenocinatur; at vxoris in virum ſtudium, & fidelis amor, præ venuſtate beneuolentiam exigit, quâ *reddat ſtudio vicem, reddat amori gratiam.* Ecce tibi non tam vxoriæ pulchritudini, quàm amori, mariti gratia debetur. Citò flos venuſtatis effloreſcit, & ornamentorum gratia ad momentum, diu fœdam oſtendit abſque fucorum lenocinio. Studioſus in vxore amor viri, perſeuerans beneuolentiæ blandimentum eſt, quod coniugia fortunat.

S. Ambr. l. 5. Hexaëm. c. 7.

Quàm eſt placida vipera ergà ſuum comparem.

Vxoris amori duraturâ gratiâ maritus reddit.

Siracides Eccleſiaſtici 40. ita ſcribit: 2 *Amicus & ſodalis in tempore conuenientes* (ſupple, ſeſe delectant:) *& ſuper vtróſque mulier cum viro.* Nempè amicus qui non eſt nimis aſſiduus amico, ne faſtidio illi ſit; ſed qui aliquandiu inuiſus illi in tempore occurrit, gratum ac iucundum habet occurſum: cùm amici deſiderium augeat conuerſationis gratiam. Sed *ſuper vtróſque mulier cum viro,* quamuis peraſſidua illi ſit. Qualis autem debeat eſſe hæc explicatiùs tradit interpres Syrus: *Amicus & ſocius in momento benedicuntur, & plus vtroque mulier bona.* Non ait, Mulier pulchra, quia fallax ac fugitiua eſt pulchritudinis gratia; ſed *mulier bona*, cuius in eum ſtudio reddat vicem maritus, *reddat amori gratiam.* Sapienter Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. cap. 11. ita ſcribit agens de mulierum ornatu: Sed nonnumquam etiam, inquit, de illâ ſeuerâ & accuratâ vitæ ratione aliquid remittendum: nonnumquam eſt illis concedendum, quæ in coniugem

Eccl. 40. v. 13.

Syrus

Clem. Alex.

iugem minùs continentem inciderunt, ornari, vt marito ſuo placeant. *Hic autem eis conſtituitur terminus, vt à ſolis ſuis maritis laudari, & eis placere ambiant. Atque ego quidèm nollem eas corporeum exercere decorem, ſed eos quibus nupſerunt pudico in maritos amore inducere, qui quidèm eſt violentum, & iuſtum medicamentum.* Bona ſanè ambitio, quæ à ſolo marito laudari & amari vxor affectat! Iſtiuſmodi autem laus & amor non conciliatur, dum mulier corporeum exercet decorem, non dum fœditatem fuco emendat, aut ornatu diſſimulat, aut pulchritudinem lenociniis exaggerat. Rudis & cruda forma, ſtudio familiæ ſollicita, & mariti amore ſedula *eſt violentum & iuſtum medicamentum*, quo velut philtro, amoris gratia redditur. Quid eſt *violentum?* porro amoris negotium aut otium, violentiæ exlex, ſpontaneâ voluntate peragitur, & coactionem prorsùs ignorat. O ſpontaneam vxorij amoris violentiam! ô arcanas ſtudioſæ beneuolentiæ præſtigias, quibus reciprocus mariti vltrò amor quaſi violenter extorquetur! Dum amando allicit, amore trahit; & velut quodam amatorio præſtigio, medicamento, aut philtro, iuſtam violentiam ſpontè exercet, & mutuæ beneuolentiæ gratiam certò negotiatur. Ergò *amicus & ſocius in momento benedicuntur, & plus vtroque mulier bona*, quæ ſtudio amoris, mariti gratiam exambit; eóque mariti laudem ac beneuolentiam extorquet. Luculenter quidèm Alexandrinus Clemens.

Vxoris amor violentum medicamentum eſt ad extorquendum mariti amorem.

3 Geneſeos 3. Protoparentibus ſuperbè ſcelerofis adeſt Deus ſcelerum vindex; & maledicto ſerpente tragœdiæ auctore, Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios: *Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Poſt peccatum ſub viri poteſtate eſt vxor, non vt priùs ſpontè, libens, mirâ ſuauitate & concordià, ſed ſæpè inuita, cum ſummà moleſtià & repugnantià. Excribunt L X X. interpretes, & Chaldæus, & communiter ſancti Patres: *Ad virum conuerſio tua erit.* quaſi dicat: Quicquid deſiderabis, neceſsè erit ad virum recurras, vt illud impetres & perficias. Proindè ſi ſapis, oculi tui ſemper eos, oculos, nutum & propenſionem viri obſeruent, vt illi placeas, morem geras, eúmque tibi deuincias. Sed cur hæc poteſtas & auctoritas non viro, qui eâ vti debet, ſed vxori, quæ eam patitur, Dei ore intimatur? Scitè S. Hieronymus in cap. 2. Epiſt. ad Titum, hoc dubium proponit, & ſic ad rem expedit: *Ad virum tuum conuerſio tua*, inquit, *& ipſe tui dominabitur. In quo ſancta Scriptura conſideranda prudentia eſt, quia non viro hoc Dominus ſit locutus, & dixerit, Dominaberis vxori tuæ, ſed ipſi mulieri, vt illi præmium relinqueret obſequela, dum in poteſtate eius eſt, ſi Dei velit obedire præceptis, ſeruire viro, & marito eſſe ſubiecta, vt quodammodò eſſet libera ſeruitus, & dilectione plena; ideò ſeruiens eſt viro, dum eum metuit offendere.* Itaque hæc dominatrix in vxorem poteſtas, non intimatur viro ne imperioſá auctoritate intumeſcat, & exerto in vxorem iure diſtrictiùs vtatur, maritalis potentiæ abuſu inidoneo. Vxori autem hæc ſubiectio denunciatur Dei ore, vt illa hanc ſubiectionem vltrò ſubeat, & liberam ſeruiat ſeruitutem, & marito adulerur de obſequij bono, *vt illi præmium relinqueret obſequela*, dum ſpontaneum viro obſequium dilectione plenum ipſa præſtabit. Sic vxoriam maritis obſequelam Deus mitigat, ne in connubij nexu, amoris diuortium inauſpicatò intercedat. Hæc prudentiſſima Dei cautela, pulchra coniugum eruditio eſto. Imperium non imperaturo, ſed pariturо renunciatum, conſultiſſima imperij moderatio eſt, & in vxore *liberæ ſeruitutis* ſacramentum, & domeſticæ concordiæ arbitrium.

Geneſ. 3. v. 16.
Cornelius
LXX. interp.
Chaldæus.
Cornelius. ibid.
S. Hierony.

Cur non viro, ſed vxori intimatur, in vxorem imperium?

4 Geneſis 1. ſextâ mundi die, tamquam totius opificij colophonem, ſummus rerum opifex hominem creauit. Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, *maſculum & feminam creauit eos.* Nugatur Nouator quiſpiam, qui nuper aſſeruit, Adamum creatum fuiſſe hermaphroditum, fuiſſeque eum tam feminam, quàm maſculum, id eſt, maſculofeminam. Sic & Plato in Sympoſio cenſuit, primos homines fuiſſe androgynos. Verùm Scriptura non dicit, *creauit* eum, ſed *eos*, ſcilicet Adamum & Euam: putà Adamum creauit maſculum, Euam verò feminam. S. Ioannes Chryſoſtomus ſic ex hoc loco ethicè velitatur homil. 32. in Matthæum: *Maſculum & feminam creauit eos, non maſculum & multas feminas, neque maſculos & feminam; vt vna femina nullum maſculum putet factum eſſe in mundo præter vnum; & vnus maſculus nullam putet feminam eſſe factam in mundo niſi vnam.* O belle! Sic debet eſſe tota conuerſio maſculi ad vnam feminam; & feminæ ad vnum maſculum coniugem, ac ſi in mundo vniuerſo nullus alius creatus fuiſſet maſculus. Hinc opinatiſſimum illud naſcentis Eccleſiæ elogium, à Tertulliano alibi expenſo decantatum: *Chriſtianus ſoli vxori ſuæ maſculus naſcitur*, quaſi adſpectu ad feminas alias, nullius ſexûs foret. Tanta olim in Chriſtianiſmo vigebat continentia, tanta in Ioaximo, in Suſannâ tanta, vt *nullum maſculum putarit factum eſſe in mundo præter vnum* Ioaximum illius maritum, ſuam dignè Suſannam reciproco vniſſimo beneuolentiæ nexu redamantem, qui *nullam feminam putauit factam eſſe in mundo, niſi vnam* Suſannam.

Geneſ. 1. v. 27.
Plato
S. Chryſ.

Suſanna nullũ maſculum putat eſſe in mundo præter vnũ Ioaximum.

Tertullian.
Hic verſ. 2.

5 Geneſeos 8. deſæuit eluuio illa, quâ orbis naufragus aquis obrutus malè periit: *Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum quæ erant in arcâ, adduxit ſpiritum*, &c. Oblitúſne erat Deus Noëmi, quandò communi orbis naufragio iactabatur? Appoſitè Eucherius: *Igitur quoniam, ait, in Deo obliuio non eſt aliquando, vt recordetur quod oblitus fuerat, recordationem pro miſericordia Scriptor poſuit.* Adeò eſt Dei *miſericordia* ad fauendum exprompta, vt *recordationis* nomine

Geneſ. 8. v. 1.
Eucherius

Deum recordari, miſereri eſt.

nomine deſignetur? Dei *recordari, miſereri* eſt? Cæterùm iure merito hîc Commentatores addubitant, quare Deus dicatur recordari Noëmi, omniúmque animalium & iumentorum quæ erant in arcâ; velut omiſerit memoriam vxoris Noëmi, & charæ ſobolis, è quibus humanum genus reſtaurandum erat? Tantane iumentorum cura, & obliuio vxoris Patriarchæ? Opportunè S. Ambroſius apud Catenam Lipomani indidèm, hâc ſuper re ita philoſophatur: *Mouentur plerique quâ causâ non dixerit Scriptor, quòd etiam uxoris & filiorum Noë memor fuit Dominus, cùm beſtiarum ac iumentorum fuerit memor. Sed cùm dixerit, quòd Noë memor fuerit, in auctore & præſule domûs, neceſſitates eius reliquas comprehendit. Simul exprimi videtur quidam reliquarum conſenſus neceſſitudinum. Etenim cùm omnes inuicem ſibi chari ſunt, vna eſt domus; cùm autẽ diſcrepant, ſeparantur & ſcinduntur in plures domos. Vbi ergò charitas, ibi Senioris nomine, de quo pendent ceteri, domus omnis ſignificatur: vt ſiquis arborem dicat, etiam fructus qui in eâ ſunt, pariter vno eodémque ſermone complectitur.* Itaque cùm Deus dicitur Noëmi recordatus, coniugio adulatur, cùm vxor eius ſubticetur; nec diuina eius exprimitur recordatio, quò Patriarchalis mariti cura, & indiuidua vnitas moraliſſimè innuitur. Porrò ſollicita Dei cura ergà maritum, ipſiſſima etiam de vxore ſollicitudo eſt, nec vocabulorum diuortio ſeiungenda. Coniugali defraudaretur vnioni, ſi non eadem ipſa vtriuſque cura dicatur. Vxoris memoria & cura Dei, in boni coniugis curâ & memoriâ emphaticè denotatur: alioqui vocabula diuiderent, quos ſacramentum connubij arctiùs coniunxerat. Vndè cùm Scriptor dixit, quòd Deus *Noë memor fuerit*, vxoris etiam & recordatus, & miſertus perhibetur.

S. Ambroſ.

In memoriâ liberandi Noëmum, eius vxor etiam liberanda cenſetur.

§. XXIV.

Virginitas vt rara, ſic & incredibilis cenſetur, & ficta gloria titubatio.

1 TVronenſis Hildebertus ita eloquenter ſcribit: Virginitas, inquit, contenta paruo, ſollicita eſt pro naturâ, non ambitioſa pro matronâ. Damni virginitatis, ſicut nulla eſt reformatio, ſic omnis recompenſatio inferior. Impar mercimonium eſt, breuem quæſtum iacturâ comparare perenni. Minùs ſibi prouidet, quiſquis gratiæ virginitatis aliud anteponit. Incomparabili comparatur pretio, quo ſiit ſollicitetur vt aſportet, dominus vt ſeruet. Neſcit à quanta hereditate decidit, quiſquis vt heredes relinquat, ſimilitudinem Angelorum deponit. *Numquid non intelligis Sabbatum conſilij, non præcepti?* Sabbatum quo feriatur ab opere carnis caro, quod ſapit quidèm ſuprà carnem caro .... *Quibus ſuis cum Chriſto quoddam virginitatis participium, quoddam eſt & in præmio conſortium.* Sub hoc autem ſponſo fœcunditatem non impedit integritas, nec famulente concupiſcentiâ filij generantur. Beata nimirùm ſponſa, cuius pudor dum concipit, non deperit; dum generat, non laborat. *Beatiſſimus etiam ſponſus, cui niſi cohæreat nulla virgo eſt; nulla caſta, niſi eum diligat; nulla libera, niſi ei ſeruiat. Eius prole nihil viuacius, cum quâ nullus propagatur mortalitas: eius dote nihil vtilius, in quâ ſufficientiam comitatur æternitas.* At quò virginitas eſt nobilior, ſublimior, generoſior, eò adæquè & rarior eſt, & de ſingularitate famoſa. O vocabulorum etiam adulteria!

Hildebertus alijs ſaltem tim expenſus.

Multa virginitatis eloġia ſtudantur.

Geneſeos 34. è Meſopotamiâ redux Iacob, & tota familia Iacobæa, iuxtà Sichimam morabatur. Egreſſa eſt autem Dina vt videret mulieres regionis illius. Quam cùm vidiſſet Sichem princeps terræ illius adamauit eam: *& rapuit, & dormiuit cum illâ, vi opprimens virginem.* Non nudam vno facto commiſit fornicationem princeps Sichem, ſed & violentiam & ſtuprum. Nec excuſatur Dina per ignorantiam, ſed curioſitatis impudicè rea accuſatur: an virginibus enim vaga curioſitas ſtupro vicinatur. Verùm S. Auguſtinus quæſt. 107. ſuper præſcriptis verbis ita ad rem ſubtiliter addubitat: *Quomodò Scriptura dicit, quòd vidit Sichem princeps terræ, Dinam filiam Iacob, & accepit eam, & dormiuit cum eâ, & humiliauit eam, & amauit virginem, & locutus eſt ſecundum ſenſum virginis ipſius. Quomodò virgo appellatur, ſi iam cum illâ dormierat, eámque humiliauerat? Niſi fortè virgo nomen ætatis eſt ſecundùm Hebræum eloquium.* Ah ſic eſt rara virginitas, vt ſæpè virginis nomen, ætatis, non integritatis notamentum ſit? Sæpè nobile virginitatis decus, merum vocabulum eſt, re vocabuli vacuum. *Fortè virgo nomen ætatis eſt.* Quæ per immaturam adhuc ætatem, eſſe virgo debebat, rei abuſu, & nominis priuilegio, virgo nominatur. O nominum adulteria, quæ poſt ſtuprum, ætatis, non integritatis ſuffragio, virginitatis titulum retinét! Præcoqua libido dum puellarum ætatem ſub ſtupro retinet, ad virginitatis elogium vulgo admittitur, libidinis priuilegio, & vocabuli præſcriptione. *Fortè virgo nomen ætatis eſt*; ne non etiam virginis nomen conſtupratum non ſit, mentitæ ſignificantiæ adulterio. O quàm eſt dubia virginitatis cauſa, quam ſola ætas plerumque defendit! Cùm hîc nubilis Suſanna nuptui traditur Ioakimo in puellari pulcherrimè ætate, eâ non ſolùm eius virginitas defenditur, ſed perpetuâ exinceps honeſtate vſque ad mundum pudicâ: quippe quæ pudorem vitæ an famæ magnanima prætulit, dum mortis periculo continentiam redemit.

2

Geneſ. 34. v. 2.

S. Auguſt.

Sæpè virgo, ætatis potiùs, quàm integritatis nomen eſt.

Hîc v. 2.

Geneſis 24. Abrahamus in ſenectute grandæuâ, nuptias ſollicitiùs quærit Iſaaco, diuinarum promiſſionum, & paterni cenſûs ex aſſe heredi. Mittit in Meſopotamiam domûs ſuæ induſtrium œconomum, vt cognatam perquirat puellam tanto connubio idoneam. Iuxtà vrbem Charam, propè 3

vrbeculæ puteum expectat meditatæ prouidentiæ felicem rei euentum. Et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapulâ ſuâ: *Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro.*
Geneſ. 24. v. 16.
Attentiùs notanda eſt ſollers ſacri Hiſtorici diligentia, quòd cùm dictum eſſet *virgo pulcherrima*, quaſi rarum foret & propè incredibile virginitatis elogium, idem aliter replicat, addens, & *incognita viro*. S. Auguſtinus in locutionibus, ter inculcat virginitatis prærogatiuam: & tandem nihilominus propè ambigit, an ſatis expreſſa ſit: *Alia littera*, inquit: *Virgo erat ſpecioſa valdè, virgo erat, vir non cognouerat eam. Iſta repetitio commendationem virginitatis inſinuat. Sed cur additum ſit, Vir non cognouerat eam, niſi locutionis ſit, mirùm ſi poßit accipi, ita vt virgo nomen ſit ætatis, non integritatis.*
S. Auguſt.
O quàm ſcrupuloſè agit Moyſes, vt certiſſimam venuſtæ puellæ in ætate nubili virginitatem perſuadeat! Ter repetit, quod ſemel dixiſſe ſat erat; quò indubiè aſtruat virgineam pulchræ feminæ integritatem. Sic eſt apud homines incredibilis; quaſi virginitatis titulus, merum illius vocabulum putetur, & reapſe ſub nomine ſpecioſo integritatis, rei illuſio, & vocabuli phantaſia, quâ aliquandò non tam integritas, quàm ætas puellæ denotari poſſet.
Virgo ſæpè dicitur, & ab ætate puellari & ab innuptarum habitu.
Quâ ſuper re ita ad rem præſentem philoſophatur Caietanus indidèm alibi aliundè expenſus: *Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro. Iuxtà Hebræum habetur: Et puella bona aſpectu valdè, & vir non cognouit eam. Niſi ad ampliorē expreßionem adiunctum ſit, Vir non cognouit ipſam, ſuſpicor virginitatis nomine habitū innuptarū virginum ſignificari. Itaque quòd deſcribitur ab ætate puella, à formoſitate, bona aſpectu valdè, ab habitu virgo, ab integritate carnis, & vir non cognouit eam.*
Caietanus
Nimirùm ſic eſt hominibus incredibilis formoſæ puellæ virginitas, quòd ambigat Auguſtinus, an nomen *virginis*, puellæ *ætatem* ſignificet: & Caietanus ſuſpicetur, *innuptarum virginum habitum* denotare. Heu ſic res integritatis, vocabulis eluditur! Non benè, opinor, honor virginitatis, & integritatis decus, puellæ *ætate*, aut innuptarum *habitu* cēſetur. Poſt rei abuſum, imbonus vocabuli cēſus eſt. Proh! quid ambitur nominis phantaſia, & inane mentiti vocabuli decorū?

4 Eſther 2. diu mœret Aſſuerus ob pulchræ Vaſthi immeritum repudium, quo Reginæ cauta verecundia duriùs punita eſt, dixeruntque pueri Regis, ac miniſtri eius: *Quærantur regi puellæ virgines ac ſpecioſæ: Et mittantur qui conſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas & virgines*, &c.
Eſther 2. v. 2. & 3. Auctor in Eſther, §. 57. n. 3.
Specioſæ formæ, & illibatæ virginitatis geminata gratia expetitur, nec inuentu facilis. Et ſanè tot ſunt pulchritudinis fraudes, à pigmentorum fuco, & ornamentorum concinnitate venuſtatem mentientes: tot latent furtiua ſtupra ſub falſato virginum habitu, vt virgo pulchra in annis etiam puellaribus, non oculorum iudicio, ſed *conſiderationis* cenſu inuenienda ſit: *Quærātur Regi puellæ virgines ac ſpecioſæ: & mittātur qui cōſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas & virgines.*
Pul bra virgo non tam oculis, quàm conſideratione æſtimanda.
Operoſa eſt harū inuentio; atque vtriuſque rei cenſus, attentæ *conſiderationis* ſollertia eſt. Ne credas oculis: de formæ ac pudoris fraudibus cum *cōſideratione* delibera. O fucata formæ, & virginitatis ludibria! Sæpè virginitatis nomen, *ætatis* puellaris, & *innuptæ habitûs* titulus eſt: & virginitatis cenſus deluditur, niſi attentæ prudenter *conſiderationis* altè conſulto iudicio deliberatio fiat.

Geneſeos 1. in fine mundialis opificij 5
homo conditur tamquam illius clauſula: Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, *Maſculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.*
Geneſ. 1. v. 27. & 28.
Garrulus quiſpiam imperitè Nouator, eò quòd Deus ad imaginem Dei creauit hominem, & ad humanum genus copioſè propagandum, *maſculum & feminam creauit eos*, nuper aſſeruit, Adamum creatum eſſe maſculofeminam, hoc eſt hermaphroditum, fuiſſéque eum tam feminam quam maſculum.
Apud Cornel. ibid.
Sic & Plato in Sympoſio cenſuit, primos homines fuiſſe androgynos.
Plato
Nugæ ex ſuâ enim libidinis prurigine, quæ citrà vnum ſexum non continetur, iudicat alienam. Non enim dicit Scriptura, *Creauit* eum *maſculum & feminam*, ſed *eos*, ſcilicet Adamum & Euam: putà Adamum creauit maſculum, Euam verò feminam.
Libido maſculofeminā fingit; virginitas nullius eſt ſexûs.
Sic enormiter concupiſcentiæ pruritum pagana Hæreſis ampliare ſatagit! Anguſtiorem & anguſtiorem continentiæ legem, Chriſtiana Euangelij diſciplina præſcribit, ſic concupiſcentiam circumſcribens, vt dixerit Tertullianus in Apologetico, aliundè expenſus: *Chriſtianus vxori ſoli ſuæ maſculus naſcitur.*
Tertullian.
Hæc de cootinentiâ coniugali. At *virginitas neutrius eſt ſexûs*, ait Cyprianus de Bono pudicitiæ. Sic *ſexus deuoratur à virgine, iam poßidet, quod futura eſt*, ait Hieronymus Epiſt. 190.
S. Hierony.
Nempè libido hominem maſculofeminam fingit ad obſcœnè promiſcuam concupiſcentiæ voluptatem: Euangelica autem *virginitas neutrius eſt ſexûs*. Incredibile potabitur monſtrum à luxuriæ alumnis, qui ex Veneris ſacrario promiſcuam depromunt & adorant pruriginem: virgo autem continentia ſic cum ſexu naturam euacuat, & ethicè deuorat, vt hominem non neutrius ſexûs inueniat, ſed faciat; & præcoquo generosè auſpicio, iam prælibare aut poſſidere incipiat, quod æternùm futura eſt: & quod cœpit in homine, conſummatur in Angelo, puritate Angelorum auguſtiùs æmula.

6 Actorum 12. Angeli operâ è carcere liber Petrus egreditur, & venit in domum Mariæ. *Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceßit puella ad audiendum, nomine Rhode.*
Actor. 12. v. 13.
Roſa eſt virginitatis [illegible]
Quæ cognitâ Petri voce, Petrum ſtare ad ianuam exultans Diſcipulis annunciat. τὸ *Rhode*, Græcum nomen eſt, & *roſam* ſignificat. Roſa autem (vt ibi obſeruat Cornelius) ſuo odore & colore toto, typus eſt

virgi

virginis & virginitatis. Hæc quippè inter cæteros hominum ſtatus eſt, quod roſa inter flores, nimirùm *florum pyropus*, *hortorum purpura*, *odorum ſapphirus*, *Aprilis oculus*, *verus Phœnix*, *naturæ pompa*. Hæc

Cornelius Orator. *Virginitas eſt naturæ pompa.*

Cornelius ex orator. Eſt itaque Roſa virgo, nimirùm *Virgineus roſeo cernitur ore pudor*. Profundè autem virginitas dicitur, *Naturæ pompa*: viuit enim in carne velut carnis exors, exul mundi, viuum cadauer, Angelorum cognata, Chriſti alumna, Deiparæ collega, cælum perpetuò fragrans.

§. XXV.

Caſtus Dei timor, concupiſcentias extirpare, caſtitatem ſtabilire; carnem benè potare, irrigare, atque crucifigere perhibetur.

1 S.Zeno ſer. de timore.

TImoris quidem vocabulum eſt vnum, ſed accedente ratione timor diſcernitur à timore: ſiunt autem duo, vnus Dei, alter qui naturæ ſit: naturæ in homine naſcitur; Dei autem & diſcitur, & docetur: quia non in trepidatione, ſed in doctrinæ ratione conſiſtit: ſicut ſcriptum eſt: *Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.* Hic autem ediſcendus timor Dei, diuinæ legis agnitione conſtruit decorem, ad omnia genera virtutum intrepidus pergit, præceptis omnibus fideliter obtemperat: inchoatus innocenter viuit, iuſtitiam percolit: ſine fine ſtudet timere, nequid præter Deum timeat. O neceſſarius timor, qui nihil aliud agit, niſi vt paſſiones mitiget, concupiſcentias frenet; homines redintegret, & tandem beatos efficiat: qui timet arte, non caſu: voluntate, non neceſſitate: religione, non culpâ: qui Deum metuit, non naturam. Vultis ſcire cuius proprietatis ſit? omnes timores, quoſcumque inuaſerint incremento eoficiunt: hic ſolus ad hoc creſcit vt à culpâ propè inuulnerabilem, & beatè immortalem, quem poſſederit, faciat. Hæc ferè ex Veronenſi Zenone.

Pſal. 33. v. 12. *Timoris Dei elogium.*

Erat Suſanna valdè pulchra, venuſta nimis, & gratiarum manibus facta puella: at, licèt pulchritudo ſit voluptatis lenocinium, & velut alter concupiſcentiæ fomes; mirabilis fuit illius continentia, quæ nec voluptatis illicio, nec famæ diſpendio, nec certo vitæ diſcrimine potuit ad ſtuprum flecti, quo eualuit hæc mala redimere. Vndè tanta puellæ venuſtas velut concupiſcentiæ exlex inuenitur? Audiendus eſt ſacer hiſtoricus: Ioakim *accepit vxorem nomine Suſannam pulchram nimis, & timentem Deum.* quaſi timor Dei,

Hic verſ. 2.

etiam in pulchrâ puellâ, ſit concupiſcentiæ immunitas, aut repudium. Bellè

S.Chryſ.

Chryſoſtomus homil. 26. in Epiſtol. ad Hebræos: *Adſit*, inquit, *timor Dei*, & *nihil erit moleſtum*, *ſiue dixeris paupertatem*, *ſiue morbum*, *ſiue captiuitatem*, *ſiue ſeruitutem*, *ſiue quiduis aliud moleſtum*: *ſed & ipſa nobis opem afferent ad contraria.*

Timor Dei concupiſcentias extirpare dicitur.

P.Didac. Celada in Suſannam.

Scilicet paupertas diuitiis honeſtior, *morbus ſanitate firmior*: *captiuitas & ſeruitus libertate glorioſior ac potior erit*: ſic etiam & bonâ famâ diffamia, & vitâ mors. Addit appoſitè Chryſoſtomus vndè ſit tanta timoris Dei vis ad commutandas malorum vices: *Timor Dei concupiſcentias extirpat*. O benè! Profectò *concupiſcentia* malorum omnium radix eſt: hanc verò radicem timor Dei propè ſtirpitùs eruit; quâ erutâ homo velut concupiſcentiæ exſors, & paſſionibus ſeu prauis affectionibus propè exemptus eſt: ac ſi timor Dei hominem reſculpat, redintegret, aut refingat, & in felicem innocentiæ ſtatum quodammodò reſtituat. Hem! ſic *timor Dei concupiſcentias extirpat*, ſeu altè infixas, velut radicitùs euellit? Quid ergò mirum, ſi Suſanna validiùs tentata in ea formâ & ætate, quæ expromptiùs *concupiſcentiæ* habenas laxet; timoris Dei ope, quaſi *concupiſcentiæ* expers inuenta ſit? nam *timor Dei concupiſcentias extirpat.*

Regius Vates Pſalm. 118. timore Dei altiùs concuti, obnoxiùs rogat: *Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* 3. Pſalm. 118. v. 120.

Profectò in confeſſo omnibus eſt, & experientiâ notum, nihil ad inhibendos luxuriantis concupiſcentiæ motus, & ſiſtendos carnis laſciuientis effrenes ſubſultus, potentius validiúſque eſſe, quàm conceptum Dei timorem. Quare carni quidem confixum expetit, ne altiùs illo confixa, eóque velut clauis terebrata, vires habeat, aut libertatem, vt laſciuire poſſit; & aduersùs animam, rationem, legémque Dei petulanter ſubſultare: vt adacto diuini timoris clauo confixa doleat & præ dolore blandientium illecebrarum titillationem aut non patiatur, aut dolenter excutiat. Quæ Prophetæ verba ſic ad rem inibi elucidat Auguſtinus *Confige timore tuo carnes meas. Hoc timore tuo caſto, qui permanet in ſæculum ſæculi, carnalia deſideria mea comprimantur: à iudiciis enim tuis timui, cùm mihi lex minaretur pœnam.* Auguſtino ibidem Hieronymus adnuit, ſic tempeſtiuè fatus: *Metuo futurum iudicium, ideò cruci tuæ configens omnes concupiſcentias carnis, tibi conuiuere, tibi commori, tibi conſepeliri paratus ſum.* Succinctiùs & elegantiùs, opinor, Athanaſius in catenâ Græcorum Patr. ita ſcribit: *Illud, confige, idem eſt quod, firma. Stabilias igitur, inquit, in caſtitate carnes meas.* Itaque caſtus Dei timor non ſolum *carnis concupiſcentias configit*, ſed & *carnalia deſideria comprimit*, & *carnem in caſtitate ſtabilit.* quaſi à timore Dei non ſolùm ſit caſtitas, & concupiſcentiæ exitium; ſed caſtitas duratura, firma, ſtabilis, & inconcuſſa in caſtitate perſeuerantia, & carnalium deſideriorũ interitus. O! quid caſtus Dei timor, niſi caſtitatem ſpiret, dum carnis concupiſcentias extirpat? Addit prætereà Auguſtinus, cur denuò petat timorem, quem habere fatetur? *Quid eſt*, inquit, *confige à timore tuo timui enim? Si enim timuerat, vel timebat, cur adhuc, vt à timore ſuo Deus configeret carnes ſuas, orabat? An addi ſibi volebat timorem, vt tantùm timeret, quantùm ſufficeret crucifigendis ſuis carnibus.*

Caſtus Dei timor eſt ſtabilitas in caſtitate.

S.Auguſt.

S.Hieron.

S.Athanaſ.

Timorem, quem habebat, cur adhuc petis Propheta.

S.Auguſt.

id eſt, concupiſcentiis affectibúſque carnalibus? Scilicet etſi timebat, adhuc timorem expetit Propheta, vt in timore ſtabilitas, ſit firma *ſtabilitas* in caſtitate.

4. Prouerbiorum 3. ſic monet Salomon: *Time Deum, & recede à malo: ſanitas quippè erit vmbilico tuo* (Syrus, *carni tuæ*,) *& irrigatio oſſium tuorum.* Rabbi Salomon per τὸ *irrigatio* medullam intelligit (iuxtà illud Iob, *Medullis oſſa illius irrigantur*) Theodotion vertit, *perfuſio*; Aquila, *potio.* Benè eſt, timor Dei ſit virtutis ac perfectionis medulla; ſed cur carnis potio, *perfuſio*, ſeu *irrigatio oſſium* nominatur? Sic caro & oſſa exæſtuant luxuriæ ignibus, vt caſto Dei timore, velut perfuſione aut irrigatione indigeant? Eleganter Zeno Veron. Serm. de Continent. *Non habet*, inquit, *concupiſcentia locum, vbi patientia dominatur, vbi viuitur ſobriè, vbi mors timetur: imò hunc timorem (quod eſt verius ac iuſtius) transfert ad Deum, & quale illud ſit repentè extinguetur incendium.* O, ne decinereſcas libidinis incendio, & in gehennæ fauillas funeſte ſoluaris, carnes tuas, & oſſa tua timore Dei *pota*, & *irriga*, & illum velut aquam *perfunde*: quâ largiter irrigatione *quale illud ſit repentè extinguetur incendium.* Dum peccati fomes, & fomitis titillatio flammas libidinum flabellat, & flagras luxuriæ æſtu; præſtò adſit timor Dei, tamquam caſtitatis *potus*, qui ſit *perfuſio* ſeu *irrigatio* carnis & oſſium, vt concupiſcentiæ *extinguatur incendium.*

Prouerb. 3. verſ. 7. & 8. — Syrus — R. Salomon — Iob 21. v. 24. — Theodotion — Aquila — S. Zeno — *Timor Dei eſt potus ſeu irrigatio, quâ carnis incendium extinguitur.*

5 Redeat iterùm ſemel expenſus regij Pſalmiſtæ locus, aliter expendendus: *Configе timore tuo carnes meas*, quæ verba Græcus textus ita ſcribit: *Configе clauis à timore tuo carnes meas.* Quæ verba Origenes in Catenâ Græcorum Patrum, ſic ad rem exponit, & mirè elucidat: *Is qui clauis affixus eſt, crucifigitur. Quæro igitur crucem: & quæro, num fortè crux ſit timor Dei. Etenim Saluator dixit: Qui non accipit crucem, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Sæpenumerò autem diſtinximus inter timorem & dilectionem: & diligentem timente perfectiorem eſſe diximus, & neceſſarium eſſe timorem pro introductione. Vbi autem ingreſſa fuerit perfecta charitas, foràs mittit timorem. *Cùm igitur Iuſtus ex timore à Deo confixus reperiatur, quæro, num fertè crucifixus quidèm timeat confixus ex timore, vt mortificet membra ſua, quæ ſunt ſuper terram; quandò autem venerit perfecta charitas, deponatur de cruce, ſepeliatur, à mortuis ſuſcitetur, vt in nouitatate vitæ ambulet*, &c. Itaque cùm ait Propheta, *Configе clauis à timore tuo carnes meas*, caſtus Dei timor innuitur, quo tamquam cruce, quam quiſque tollere iubetur, caro crucifigitur, ne manus ad vetita extendat, ne pedes ad voluptates exorbitent, ne transfixum pectus ſeu cor deliciis inhiet, & concupiſcentiis exæſtuet; quouſque per charitatem perfectam, de hâc timoris cruce deponatur, ſepeliatur cum Chriſto, & cum eo à mortuis reſurgat. O quàm multa quàm paucis hæc Dominicæ crucis allegoria inſinuat, quæ timoris Dei elogia ſumptuoſiùs deprædicant! Iam procliue cuique eſto, ea ſtudioſiùs enucleare. Accinit Ambroſius Serm. 16. in Pſalmum 118. *Configе ergò clauis*, inquit, *& deſtrue fomenta peccati, moriatur in carne tuâ omnis illecebra delictorũ, libertatẽ vagãdi cupiditas voluptatum cruci affixa non habeat.*

Pſalm. 118. v. 120. — Græcus — Origenes — Matth. 10. v. 38. — 1. Ioann. 4. v. 18. — *Dei timor Dominicæ cruci aſſimilatur. quare?* — S. Ambroſ.

6 Pſalmo 18. ſic occinit regius Vates: *Timor Domini ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi.* Vndè liquidò conſtat, *timorem ſanctum*, & quem Theologi *reuerentialem* nuncupant, hærere in cælitibus: quippè qui agnoſcunt atque ſuſpiciunt immenſam illam ſuprà ſe Numinis potentiam, & venerandam maieſtatem, in cuius oculis, de ſplendore magnificæ gloriæ, nihil eſt omnis creatura: quam nictu in puluerem redigere eualet. Hinc auctorem ſuum verentur, & è nihilo ſuo, amoris alis ſubuehuntur ad honorandum pio metu Numen, & omni mente venerandum. Sed timor hic non perturbat, ſed confortat. Quare de vnoquoque cælitum dici poteſt illud Fulgentij: *Non timet formidine criminis, ſed robore firmitatis, & firmitate virtutis.* Quod didicit ex Auguſtino lib. 14. de Ciuit. cap. 9. *Timor*, inquit, *caſtus permanẽs in ſeculũ ſeculi, ſi erit in futuro ſeculo, non erit timor exiens a malo, quod accidere poteſt; ſed tenens in bono, quod amitti non poteſt: vbi enim boni adepti amor immutabilis eſt, profectò, ſi dici poteſt, mali cauendi timor ſecurus eſt. Timoris quippè caſti nomine ea voluntas ſignificata eſt, quâ nos neceſsè erit nolle peccare, & non ſollicitudine infirmitatis, ne fortè peccemus, ſed tranquillitate charitatis cauere peccatum.* Altè quidem Auguſtinus arcanum beati timoris ſacramentum ediſſerit.

Pſalm. 18. v. 10. — *Beati timoris ſacramentum exponitur.* — S. Fulgent. apud Corder. — S. Auguſt.

§. XXVI.

Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare?

1 CLamo tibi, mihi etiam & ipſi clamo animirùs repetitâ voce, Numera annos tuos, anteactam vitam attentiùs recole, & pudebit eadem in maiori ætate velle, quæ volebas puer, eadem parare. Itaque iam ſenex, adhuc puer es, qui pueriles iocos, & ludicras voluptates, atque ambitionis nugas canus tractas. Ætas annorum acceſſione grandeſcit pariter ac langueſcit; virtus verò dum carnem transformat in ſpiritum, annos recurat; & quia aliam mentem ingerit, carnalem hominem in hominem ſpiritual[illegible] refingit. A carnali vitâ homo etſi ſpi[illegible] phyſicè animatus, totus ethicè obl[illegible] Ratio & mens, quæ potior eſt homi[illegible], hominem non tantùm integrat, [illegible] mat, & in hominem rationa[illegible] mentis ope reformat. O [illegible] vita ante te moriamur, vt rationa[illegible] tam nouè ac plenè viuere [illegible] ratione & mẽte degenerat, [illegible]

Bona mens, totus homo dicitur.

ſed

ſed excrementa hominis ſunt. Bona portò mens, totus homò eſt: quod ab hâc deſciſcit, in aliud quoduis bruti nomen degenerat. Altè ille quicumque: Caries eſt homo donec fuerit homo: & alius in medio foro, hominem lucernæ manuductu quærebat.

2 Actorum 10. Paulus alligatus ſpiritu pergit Ieroſolymam haud neſcius tribulationum, quas ſubibit in eiuſmodi itinere. *Sed nihil horum vereor*, inquit, *nec facio animam meam pretioſiorem quàm me*. Multi iure ambigunt, & ſagaciter perquirunt, quæ ſit hæc Pauli anima, quam à ſeipſo Paulus diſtinguit. Anſelmus Laudunenſis in gloſſa interl. τὸ *animam* interpretatur *vitam, quæ inſpiratur ab animâ temporaliter*. Lyranus reipsà non diſſentit, ſic indidem fatus: *Nec facio animam meam, id eſt, vitam meam ſenſibilem, pretioſiorem quàm me, id eſt, quàm animam meam intellectiuam, quæ dicitur ipſe homo*. Quaſi anima ſit vita *temporalis* ac *ſenſibilis*: & anima intellectiua, & quæ ratione agitur, ſit totus homo. Quod etſi longulè, peritè tamen his verbis Bernardus ediſſerit. *Nec facio animam meam pretioſiorem quàm me. Ergo differentem facis inter te & animam tuam? Prudenter quidem tu tibi pluris es, quàm quidnis tuum: ſed quomodò non anima tua tu? Arbitror, quòd quia Paulus iam in ſpiritu ambularet, idcircò hanc ipſam mentem ſuam, tamquam principale ac ſupremum quiddam ſui, dignum duxerit ſuum potiùs quàm ſua cuiuſpiam rei nomine deſignare*. Nota verba quæ ſubinfert, & quibus explicatiùs rem tradit. *Reliquum verò quod conſtat natura eſſe inferioris, & inferioris proinde viliorisque eſſentia, quod eſt corpus inhærere, non modò officio viuificandi ac ſenſificandi; ſed fouendi nutriendique deſiderio: hoc, inquam, ſenſuale atque carnale appellatione ſui homo ſpiritualis indignum indicans, inter ſua magis cenſuit deputandum, quam ſe perſonaliter exprimendum per illud. Cùm me dico, inquit, excellentiùs quod in me eſt, in quo & ſto per gratiam, mentem rationemque intellige. Cùm loquor animam meam, hoc inferius accipe, quod carni animandæ vides accommodatum, imò & victum in concupiſcentiâ*. Belliſſimè quidē Bernardus animam quà animalem ac ſenſualem vitam præbet ac fouet, ab hominis integritate relegat, quaſi dumtaxat à bona mentè homo totus exiſtat, illaque ethicè integretur plenâ rationis integritate. Scilicet ſenſualitas, & quicquid à ratione ac mente degenerat, tamquam putida ſcoria, & reiectanea prorsùs excrementa, ab integritate hominis abiicitur, vt bona mens ſit totus homo; nihilque quod à bonâ mente deſciſcit, hominis generoſitatem integrare putetur. *Cum me dico, excellentius quod in me eſt, in quo & ſto per gratiam, mentem rationemque intellige. Cum loquor animam meam, hoc inferius accipe quod carni animandæ vides accommodatum*. Heu! ſic ab homine peregrinatur quicquid à ſenſualitate eſt, & à mente ac ratione deſciſcit?

P. Didac. Celada in Suſannam.

Actor. 10. verſ. 24.

Anſelm. ibi.

Lyranus.

S. Bern. apud Euſeb. hom. 7. §. 3.

Mens & ratio totus homo dicitur. quare?

3 Ad Galatas 2. alius ipſe iam Paulus ſic de ſe loquitur, quaſi à ſe iam extraneus: Ego, inquit, per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuam: Chriſto confixus ſum cruci. *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus*. Ego (inquit Paulus) cum Chriſto crucifixus peccato & veteri vitæ carnali mortuus ſum; & vni Chriſto rediuiuus, ab eo nouam gratiæ vitam mutuo; ita vt non tam ego, quàm viuat in me Chriſtus: qui non natura, non concupiſcentia, non voluntas propria, ſed Chriſtus ipſe ſuæ gratiæ quaſi animæ, & virtutum quaſi potentiarum motibus me agit ad omne bonum, & ad vitales virtutum actiones, vt Chriſti humilitas, fortitudo, ſapientia, gaudium, pax, aliæque virtutes in me viuant & vigeant. Itaque tantùm non apertè clamat Paulus hiſce verbis, nullam in ſe affectionem humanam viuere, non faſtum, non ambitionem, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non palati appetentiam, non audaciam, non iniuriam memoriam, non vindictæ, auaritiæ, honoris aut gloriæ cupidinem: Appoſitè Bernardus nuper laudatus ſic locum ad rem elucidat: *Viuo ego*, inquit, *iam non ego, ſecundum carnem non ego, ſecundùm mentem ego. Hanc ergò animam ſuam Paulus ſpernebat præ ſe, paratus perdere eam iuxta conſilium Domini. Tu quoque ſi propriam deſeras voluntatem, ſi corporis voluptatem, probabis te Pauli imitatorem, qui non facias animam tuam pretioſiorem te ipſo*. Ecce tibi Paulus ipſe iam à ſe alius. Concupiſcentiæ & carni velut mortuus, & vitiis tumulatus, ait, *Secundùm carnem non ego, ſecundùm mentem ego*, ego, inquam, totus; quia non ipſe, ſed ipſe alius, qui non carne & concupiſcentiis viuens, mente ac ratione viuens, iam Chriſto ac virtuti totus viuit. *Secundùm mentem ego*: quia bona hominis mens, totus homo eſt, radicitus excaudicatis quæ carnalem vitam ſubolent, & concupiſcentias à mente alienas, vtcumque fragrant.

Ad Galat. 2 verſ. 20. Cornel. ibi.

Paulus mente viuens, totus ipſe alius Paulus eſt.

B. Bernard. ſuprà.

4 Salomon Eccleſiaſtæ 12. omnem huius libri eruditionem moraliſſimam hâc ſententioſâ clauſulâ terminat: Finem, inquit, loquendi pariter omnes audiamus. *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo*. Multis alibi ſuper hâc ſententiâ philoſophati ſumus. impeditum ſanè eſt, quomodò Dei timor, & obſequium ei exhibitum, dicatur *omnis homo*. Timor Dei, & obedientia, homo non eſt, nedùm *omnis homo*: quo igitur pacto hæc duplex virtus, etſi potiſſima, plurimarum virtutum matrix, *omnis homo*, id eſt, (vt indidem olim exponebam) præcipuus homo appellari ritè poteſt? Homóne timore & obſequio integratur? virtutibus, an vitiorum appetentiis conflatur, & conſtat? ô vtinam virtutum temperamento, & non potiùs diſſono vitiorum fomite ſenſualis hominis portio hominem integraret. Sapienter

Eccleſ. 12. verſ. 13.

A virtute, totus, integer, ac perfectus homo eſt.

Lyranus enter ibidèm Lyranus: *Hoc eſt omnis homo,*
id eſt, totus ſiue perfectus homo: quia totum
& perfectum ſunt idem ita quòd accipitur
hic ſignum totius vniuerſalis pro ſigno totius
Hebræus *integralis: quia in Hebræo pro vtroque eſt*
vna ſola dictio æquiuoca ad vtrumque: &
eſt ſenſus: Hoc eſt omnis homo, id eſt, iſtæ
duæ partes iuſtitiæ faciunt perfectum homi-
nem in virtute. Itaque à bonâ hominis men-
te, homo totus, integer, ac perfectus eſt;
alioqui imperfectus, diminutus, ac mu-
tilus; quaſi totius hominis integritas, ab
vnâ parte tota ſit; & à bonâ mente totus
homo integrè ac perfectè ſit. *Deum time,*
& mandata eius obſerua. hoc eſt enim om-
nis homo, id eſt, totus ſiue perfectus homo.
quod eſt naturale, bonæ mentis miracu-
lum. Sic Suſanna bonæ mentis, ac diuini
Hic verſ. 2. timoris beneficio, integra, tuta, ac perfe-
cta fuit. Quare (vt aliàs expendebamus)
Iob 1. v. 1. dum S. Iob dicitur homo ſimplex ac re-
ctus, id eſt, virtute perfectus ac conſum-
Philo matus, aliqui exponunt, *homo integer,*
quaſi homo à virtute totus ac integer ho-
mo ſit. Quod Philo Hebræus in lib. Quod
deterior potiori inſid. ſolùm ad ſpem re-
ſtringit, aiens, *ſolum benè ſperantem eſſe ho-*
minem: itaque per contrarium qui deſperat
non eſt homo. quaſi à bonâ mente homo ſit.

1. Ad Teſſalonicenſes 5. ita Paullus ſcri-
5. bit: Ipſe autem Deus pacis *ſanctificet vos*
1. ad Theſ *per omnia: vt integer ſpiritus veſter, & ani-*
ſal. 5. v. 23. *ma, & corpus ſine querelâ in aduentu Do-*
mini noſtri Ieſu-Chriſti ſeruetur. τὸ ſancti-
ficet vos *per omnia*, id eſt, totos, vt toti
ſitis ſancti & perfecti in omnibus, nimirùm
Græcus in ſpiritu, animâ, & corpore: vndè ſequitur,
Vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus,
&c. τὸ *integer*, Græcè ὁλόκληρον. quaſi dicat:
Totũ perfectum, omnibus ſuis partibus &
dotibus integrum & abſolutum; cui nihil
deeſt, cui omne ſuæ perfectioni cõgruũ ineſt
& adeſt. Ceterùm *ſpiritus* eſt pars rationa-
Cornelius. lis, ſiue ratio & potentia animæ ſuperior,
quæ mens dicitur, maximè ſi ſpiritu Dei ſit
Perfectus ho- imbuta: *anima* eſt portio inferior nobis
mo eſt inte- cum beſtiis communis, ex quâ homo ani-
ger in parte males operationes exercet, vti ſunt vi-
rationali,
ſenſitiuâ, & dere, audire, generare: corpus verò eſt
vegetatiuâ. domicilium vtriuſque, ſcilicet tam *ſpi-*
ritûs, quàm animæ. Theophylactus in-
Theophyl. didem ſic ex S. Gregorio Nyſſeno locum
S. Nyſſenus exponit: *Quia, inquit, homo per om-*
nem animarum ſpeciem commiſcetur, ve-
getatiuam, ſenſitiuam, & rationalem ſeu
intellectualem; Spiritum dicens Paulus,
rationalem partem indicauit; Animam ve-
rò ſenſitiuam; Corpus, vim quâ vita no-
ſtra redditur vegetior atque creſcit. Ita-
que Apoſtolos *integros*, perfectos, &
conſummatos nos eſſe vult in parte *in-*
tellectiuâ ſeu *rationali*; quaſi qui pec-
cando deficit, *integer* homo non ſit in
parte rationali ſeu intellectiuâ. An mi-
nùs homo ethicè eſt, quò magis pec-
cator eſt? Quin & integer in animâ
ſenſitiuâ eſt, qui ſenſus ad vitia cohi-
bet, & ad rem virtutis dilatat & ampli-
ficat. Quiſquis ſenſuum ingenia acuit
ad vitia, in parte ſenſitiuâ *integer* ho-
mo non cenſetur, ſed mutilus, & à ſen-
ſitiuâ portione deficiens. Denique *inte-*
ger in *corpore* debet eſſe, dum vegetior,
non ſibi, ſed Deo creſcit. Non eſt *inte-*
ger corpore, qui non incrementatur, in-
dies ad omnes ſanctitates vegetior. *Er-*
gò Deus ſanctificet vos per omnia, vt
integer ſpiritus veſter, & anima, & cor- Iacobi. 1.
pus ſeruetur. Paullo annuit Iacobus: *Pa-* v. 4.
tientia, inquit, *opus perfectum habet: vt*
ſitis perfecti & integri in nullo deficien-
tes.

§. XXVII.

Manſuetudo nodus eſt Dæmonum; & arcanâ placidè violentiâ Potentium victrix, ac proculcatrix eſt.

IOannes Climacus facundus Manſuetu- 1.
dinis encomiaſtes, ſic eius laudes densè Ioann.
conglobat: *Manſuetudo*, inquit, *eſt adiu-* Clim.
trix obedientiæ, dux religioſæ ſocietatis, fu- Gradu 24.
rentium frenum, iraſcentium expultrix, ma-
giſtra gaudij, imitatrix Chriſti, cælitum pro- *Conglobata*
prietas, ſcutum aduerſus amaritudinem ſeu *Manſuetu-*
animi acerbitatem. In cordibus manſuetorum *dinis elogia.*
requieſcit Dominus. Anima autem turbu-
lenta nidus eſt Diaboli. Mites hereditabunt
terram, vel potiùs dominabuntur terris; fu-
rioſi autem exterminabuntur à terris ſuis.
Pulchrè pariter ac verè Climacus.

1. Regum 19. rex Saül iracundiâ im-
meritâ furit in Dauidem, poſt victoriam 2
de Philiſthæo ſtrenuè reportatam. *Et factus* 1. Reg. 19.
eſt ſpiritus Domini malus in Saül. Sedebat v. 9. & 10.
autem in domo ſuâ, & tenebat lanceam: por-
rò David pſallebat manu ſuâ. Niſúſque eſt
Saül configere David lanceâ in pariete, &
declinauit David à facie Saül. Itaque ite-
rùm rege Saüle furore percito iteratum
Dæmonis domicilium efficitur; & mente
alienatu Dauid lyram, quâ medicinam fa-
ceret, retractabat cantione, vice medica-
minis malum leniens. O propheticam cle-
mentiam! non ſuccenſet Dauid Saüli atro-
citer contrà ſe ferocienti; ne ſegniter qui-
dèm lyram prehendit, ſed tamquam benè
merentem curaturus properabat, & contrà
Dæmonem pſalmum excitabat in auxilium:
verùm agreſtiorem Saülis nequitiam mitis
ac placida Dauidis manſuetudo minimè ſu-
perauit. Paululum enim à Dæmonis exitu
lenatus Saül, & aduerſorum detersâ cali-
gine in Dauidem, quem præſentem co-
gnouerat, haſtam iaculatus medicinæ pre- *Manſuetudo*
tium cædem obtulit, quaſi ad mentem ſo- *eſt vinculum*
briam ideò ſe recepiſſet, vt immanſuetæ *& nodus*
iracundiæ iterùm ſeruiret, indéque ite- *dæmonum.*
rùm excantatum Dæmonem implacabili
crudelitate accerſiret. Nec mirum; quòd
Dæmonem, quem Saülis barbara inhuma-
nitas ſibi corporandum aduocat, lenis Da-
uidis manſuetudo liget, & quaſi vinculis

coerce

compediat. Audiendus eſt Ioannes Climacus nuper laudatus, qui manſuetudinem tempeſtiuè appellat, *Vinculum & nodum Dæmonum.* Scilicet ſæuè inhumanus Saülis furor velut ſymbolum eſt aduocandorum Dæmonum, vt illius corpus occupent, & animum nequiter impleant; & quos manſuetudo expuebat, vel tanquam *vinculo & nodo* ligabat aut præpediebat, immitis iracundia aduersùs ſe atrociùs aduocabat, expediebatve. Vincula & nodos manſuetudo Dæmonibus inicit, quos immitis crudelitas potenter extricat. Pulſet ergò lyram placidè mitis Dauid, manſuetudine opinatiſſimus, vt Saülis Dæmonem, quem eius crudelitas inhumana inquietat, pſallentis velut manſuetudo inſenſilis, ſopiat, catenet, excantet. Eſt enim manſuetudo, *vinculum & nodus Dæmonum*; teſſera autem Diabolorum inhumanitas eſt. O arcanam manſuetudinis vim, aduersùs infernales hoſtes potentiſſimas! Pulchrè Nazianzenus: *Danidis præcipuum decus & ornamentum eſt manſuetudo, & ante Regiam dignitatem vis cythara malum ſpiritum incantans.*

Ioann. Clim.

S. Nazian. Orat. in Baſilium.

3. 1. Regum 24. crudeliter inhumanas Saülis iras mitis Dauid cautè fugit; & in Engaddi montis ſpelæo cum ſuis latitat, quod ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem. Surrexit ergò Dauid, & præcedit oram chlamydis Saül ſilenter; & quem impunè potuit occidere, à ſociorum furore mitiſſimè ſeruauit, & pretium cædis vitam obtulit. Poſtmodum oſtendit Regi præciſæ chlamydis laciniam beneficæ manſuetudinis ſymbolum. Inopinatam Dauidis mititatem Saül admiratus, exclamauit: Nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tuâ regnum Iſraël: *Iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Saüli.* Vide quàm Saül rex hîc expugnatâ feritate, ſe ſubmittat Dauidi, eique fiat ſupplex. Inimicorum expugnandorum validior vis, & eos amicandi potentior ratio eſt, humilis ac benefica manſuetudo. Iuſiurandum à benefico Dauide exigit, non quòd diſſidat mitiſſimæ Dauidis indoli, & manſuetis illius moribus; ſed vt ſuam proponat hoſtilitatem, cui parcens Dauid, innocenti illius proli potiùs ignoſcet. Luculenter Chryſoſtomus homil. 2. de Dauid & Saüle: *Iura mihi. &c. Rex priuatum rogas: qui diademate cinctus eſt ſupplicem agit; pro filiis ſuis obſecrat exulem. Et hoc ipſum arguit virtutem Dauidis, quòd hoſtis auſus ſit hæc ab hoſte petere.* Pende attentiùs quæ ſubiicit verba, quæ aliundè perſtrinximus, opportuna ad manſuetudinis encomium.: *Nam quòd iuſiurandum exigit, non eò facit, quòd diffidat Dauidis moribus, ſed quòd reputet, quot malis illum affeciſſet. Iura mihi te non aboliturum ſemen meum poſt me. Hoſtem filiis ſuis reliquit tutorem, ſuiſque proles in illius deponit manus, dum his verbis filiorum ac Dauidis manus apprehendens, Deum ſequeſtrum inducit.* Itaque dum rex Saül offenſi Dauidis manſuetudinem exaggeratiùs reputat, quamuis dirâ eum hoſtilitate vexabat, nullum eo aptiorem filiis ſuis *Tutorem* reputat. Chara pignora hoſti mitiſſimo vltrò credit; atque in regiâ ſuiipſius familiâ, præluſtri generoſitate conſpicuâ, neminem inuenit ſic idoneum ac Dauidem offenſum, quem filiorum tutelæ poſſit præficere. Regiæ familiæ cenſum, liberorum iura, vitam, incolumitatem vni Dauidi credit, qui *hoſtem filiis ſuis reliquit tutorem.*

1. Reg. 24. v. 22.

S. Chryſoſt.

Saul hoſtem Dauidem filiis ſuis reliquit tutorem.

P. Didac. Celada in Suſannam.

4 Sicut nuper Dauid oram chlamydis præcidit Saüli, ita poſtmodùm haſtam & ſcyphum, dum per medios hoſtium cuneos ſilenter intrepidus penetrauit. Profectò vt aquæ ſcyphum & militarem haſtam præripuit, impunè potuit iacentem & ſtertentem Regem trucidare, & inimici morte ſuam vitam redimere; noluit autem hominum mitiſſimus eum gladio perimere, ſed manſuetudine glorioſiùs ſuperare. Clamauit itaque ex aduerſi montis faſtigio, & regiæ vitæ adſeruatæ ſymbolum oſtentauit. *Cognouit autem Saül vocem Dauid, & dixit: Numquid vox tua hæc fili mi Dauid.* &c. Filium vocat agreſtis, ferus, ingratus, impius, & barbaricus Rex, quem ad necem hianter veſtigabat. Et confeſtim ſubdit: *Benedictus tu fili mi Dauid; & quidèm faciens facies, & potens poteris.* Res ſanè mitiſſima, Saül rex valida electorum manu ſtipatus, vt Dauidem atrociùs perimeret, illius nunc potentiam auguratur, agnoſcit, deprædicat? Quis nunc exermem Dauidem potentiâ roborauit, vt validum phalangibus Saülem ſic exarmaret? Opportunè Chryſoſtomus: *Nihil manſuetudine violentius.* Placida & inermis eſt manſuetudo, ſed potenter violenta, quâ homo velut inuulnerabilis & impatibilis, gratâ *violentiâ* audaciorem ferociam edomat, feritatem mitigat, arma frangit, hoſtes exarmat, & ſine prælio vincit, proculcat, detriumphat. *Nihil manſuetudine violentius.*

Placidè victrix manſuetudinis violentia.

1. Reg. 26. v. 25.

S. Chryſoſt. homil. 18. in Geneſ.

5 Prouerbiorum 22. Sic nos erudit Salomon: *Finis modeſtiæ timor Domini.* Paraphaſtes Chaldæus vertit: *Merces manſuetudinis eſt timor Domini.* Alij per hypallagen verba tranſponentes ſic excribunt: *Progenies timoris Domini manſuetudo.* Caietanus verò ex Hebræo ita transfert per metathesin: *Calcaneus timoris Domini eſt manſuetudo*, ſicque locum exponit: *Deſcribitur manſuetudinis vis à calcaneo, tum ad deſignandam manſuetudinis virtutem perfectam vſque ad extremam partem, ſignificatam calcaneo; tum ad ſignificandum actum manſuetudinis, qui eſt calcare: manſuetorum enim eſt officium vincere, & calcare omnia animi quiete.* Scilicet manſuetudo apprimè calcaneo comparatur; tum quia nihil eſt in manſuetudine quantumuis abiectum & infimiſſimum videatur, quod non ſit

Prouerb 22. v. 4.
Chaldæus

Caietanus

Manſuetudo comparatur calcaneo. quare?

perfectum & conſummatum: tum etiam quia manſuetodo dum contempta & conculcata videtur, quippe quæ nihil non pacatè ac placidè ſuſtinet ab inſolētium etiam audaciori temeritate; tamen ſic eſt miris, placida, inuulnerabilis, & velut inſenſilis, vt reliqua omnia præter Deum nihil faciat, contemptim ſpernat, & velut calcaneo proculcet. *Calcaneus timoris Domini eſt manſuetudo: manſuetorum enim eſt officium vincere, & calcare omnia animi*

Hic verſ. 2. & 1010 cap.

quiete. (Alios ethicè ſenſus alius per me extricet) quod hic cernere licet in Suſannâ, & Ioakimo eius marito, dum magnanimâ mitigare tot probra ac pericula contemnunt, ne à Dei timore deſciſcant.

6 S. Iacobus poſtquam cap. 1. ſuæ Epiſtolæ canon. plura hominum vitia recenſuerat, confeſtim ſubdit: *Propter quod*

Iacobi 1. verſ. 21. Græcus

abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. Pro τὸ *immunditia*, Græcè eſt ῥυπαρία, id eſt, ſpurcitia, ſordes, fæx, tetrimentum, ſitus, ſqualor, illuuies, pedor: cùm verò transfertur ad animum, ſignificat luxuriam, gulam, libidinem omniaque vitia carnalia, quæ propriè vocantur immunditia; quia in ſe ſpurca ſunt, & corpus animúmque attaminant & conſpurcant. τὸ *abundantia malitiæ* accipitur ab Interpretibus vel pro animo malo, fallaci, verſuto, duplici, fraudulento, ſuperbo, nocendi cupido: vel pro malignitate, maledicentiâ,

Abundantia malitia horum Senum, dicitur malitia excrementum. quare?

& maleficentiâ, quâ quis fit maledicus & calumniator, aliósque vexat, inquietat, turbat: vel per exaggerationem hîc dicitur *abundantia malitiæ*, ſordidior *immunditia*, & profuſior libido; quæ ſunt non bona horum Senum elogia, quibus eorum verſuta fraudulentia, maleficentior maledicentia, & effuſior libido denotatur. Pro *abundantiâ malitiæ*, aliqui è Græco vertunt, *Excrementum malitiæ.* quaſi iſtiuſmodi Senum

Græcus

prauitas, adeò ſit vilis ac putida, vt cenſenda ſit quaſi nequitiæ ſcoria, & *excrementum malitiæ*; ac ſi malitiam ipſam tædeat & pudeat huius infamiſſimi reatûs, quem velut *excrementum* à ſe abiicere ſatagit. Subdit Apoſtolus, *In manſuetudine ſuſcipite.* &c. Quorsùm? Appoſitè inibi Cornelius: *In manſuetudine, &c. Manſuetudinem opponit malitiæ.* quaſi iſtiuſmodi *abundantiæ* ſeu *excremento malitiæ*, Manſuetudo plenè opponatur; quæ eſt exaggeratior Manſuetudinis laus.

Abundantia malitia, Manſuetudinis antitheton eſt.

Cornelius

§. XXVIII.

Seruilis timor peccandi voluntatem, & carnes animæ diſſimulat: eſtque Euangelicæ œconomiæ tribunal.

1 INfidus diuturnitatis cuſtos eſt humanus metus, contraque beneuolentia fidelis ad perpetuitatem: hæc bonum perpetuat, ille titubatio boni eſt, & lapſui proximus. Id igitur ambiamus, vt metus abſit, adſit charitas, quę pellit timorē. Quodpœnæ metu abiicitur, manu repudiatur, animo retinetur, corde amatur, donec excutiatur penitus Dei ac virtutis amore. Quemadmodùm perniciosior eſt hoſtis fugientibus, ſic lenocinium peccati magis ſæpè inſtar humanam pœnam ſugienti; quæ ſi abſit, rem nuper intermiſſam auidiùs perſequitur. Bellè Hieronymus ait: *Timor Dei corrigit, timor hominum differt actionem, ſed voluntatem non aufert, ſed auidiores reddit ad crimen, quos aliquandò ſuſpendit à crimine.* Non damnatur ſeruilis pœnæ timor, ſed oſtenditur quàm ſæpè ſit infidelis illius pædagogia, quò pia virtutis ambitio, & bona ſanctitatum auaritia, ad filialem amorem tota animitùs feratur.

Metus pœnalis timor, infidus virtutis cuſtos eſt.

S. Hierony. in Matth.

Regius Propheta Pſalmo 118 ſic concinnè pangit: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi teſtimonia tua. *Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* S. Auguſtinus Concione 25. in hunc Pſalmum, ſic ſubtiliter addubitat: *Quid eſt, Confige timore tuo, timui enim? Si enim iam timuerat vel timebat, cur adhuc vt à timore ſuo Deus crucifigeret carnes ſuas, orabat?* Nimitùm Dauid timebat metu ſeruili quo manuduci expetit ad filialem timorem, qui illum tamquam ſæpè infidum virtutis ducem actutùm expellat: *Timor namque iſte* (ſubdit inibi Auguſtinus,) *quo non amatur iuſtitia, ſed timetur pœna, ſeruilis eſt, quia carnalis eſt: & ideò non crucifigit carnem. Viuit enim peccandi voluntas: quæ tunc apparet in opere, quandò ſperatur impunitas. Cùm verò pœna creditur ſecutura, latenter viuit, viuit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere, quod lex vetat: quia non ſpiritualiter delectatur eius bono, ſed carnaliter malum metuit quod minatur. Timore autem caſto ipſa quæ hunc timorem foras mittit, peccare timet charitas, etiam ſi ſequatur impunitas: quia nec impunitatem indicat ſecuturam, quandò amore iuſtitiæ peccatum ipſum deputat pœnam.* Longulè, ſed bellè Auguſtinus, ſeruilis pœnaliter timoris naturam, & ſæpè ſubdolum rectiùs ingenium ediſſerit: adeò vt ſolita verborum ac ſententiæ elucidatio hîc ſuperuacua videatur. Illud autem aliorsùm obſeruatione digniſſimum eſt, quòd timor etiam filialis ſeu perfecta charitas, etſi ad pœnam non attendat, numquam tamen impunitatem à delicto vendicat ſibi, quamtumuis poſſet impunè peccare, *quando amore iuſtitiæ peccatum ipſum deputat pœnam.* Nempè quamuis à peccati delectatione omnem pœnam abſtuleris, ipſum peccatum foret illi impunè pœnaliſſimum: nam *peccatum ipſum deputat pœnam.* Serò adeſſet pœna filiali timori, quia ipſi impunè etiam peccatum foret pœnaliſſimum: qui eſt aliquis virtutis faſtus, & ſanctitatis meta.

a

Pſalm. 118. v. 120.

S. Auguſt.

In timore ſeruili latenter viuit peccandi voluntas. quomodo?

Timor filialis peccatum ipſum deputat pœnam.

Redeat iterùm ſemel expenſus Pſalmographi locus, ad rem præſentem aliter expendendus: *Confige*, inquit, *timore tuo carnes meas.* Benè eſt, Dei timor præpropera 3

Pſalm. 118. verſ. 120.

perâ interminatæ pœnæ compunctione, hominis carnem crucifigat, & peccari blandimenta procul arceat, dum adhuc carnibus hæret. At interim animus, de vicino ipſius carnis contagio malè adſuetus, dum vagus manet, dum pœnam verâ aut præſumptâ impunitate abſentat, peccandi licentiâ petulanter audebit, velut comminari ſupplicij exlex. Parùm ergò videtur carnes corporis timore configere. Audien-
S. Ambroſ. dus eſt inibi Ambroſius, qui præſcriptum locum commentans, ſic difficultatem ex-
Carnes etiã animæ diuino timore crucifigendæ ſunt quomodò. tricat: *Confige ergò clauis, & deſtrue fomenta peccati, moriatur in carne meâ omnis illecebrâ delictorum, libertatem vagandi cupiditas voluptatum crucifixa non habeat. Eſt quidam clauus ſpiritualis, qui patibulo crucis Dominicæ affigat has carnes.* Nota attentiùs quæ ſubiicit verba: *Et fortaſſè ſunt carnes quædam animæ, ſicut corpus eſt animæ. Carnes animæ ſunt carnales cogitationes. Configat has carnes timor Domini, & iudiciorum eius, & ſeruituti redigat.* Parùm eſt corporis carnes ſeruili, & (vt ſic loquar) carnali timore, velut carnalibus pœnæ clauis configere. Animæ etiam ſua eſt caro; nam ipſa licèt de ſe ſpiritualis, carnalibus deſideriis quodammodò craſſeſcit, & velut corporaſcit, adeò vt indigeat arcanâ diuini timoris crucifixione, quâ animæ ipſius carnes cruci ſtrictiùs ac perennius figantur, ne voluptatis illecebra, aut impunitatis fiducia, animæ etiam carnes refigere valeant. *Eſt quidam clauus ſpiritualis, qui patibulo crucis Dominicæ affigat has carnes. Et fortaſſè ſunt carnes quædam animæ.* Ecce timor ſeruilis carnes ſic permittit in animâ, quæ niſi arcano timore inceſſanter figantur, plena ac neceſſaria crucifixio diſſoluitur.

4 Pſal. 118. verſ. 18. Idem inibi Propheta: Auerte, inquit, oculos meos ne videant vanitatem: in viâ tuâ viuifica me. Quomodò autem viuificandus ſit, & ad mundi vanitatem excæcandus, ſtatim ſubdit: *ſtatue ſeruo tuo eloquium tuum, in timore tuo.* Itaque Dei eloquentia, id eſt, legem Dei, ſibi *ſtatuendam* ait in timore Domini. Quomodò autem ſuprà timorem Domini, diuina lex ſtatuen-
S. Ambroſ. da ſit, S. Ambroſius inibi ſerm. 5. luculenter exponit: *Baſis quædam verbi* inquit; *eſt timor ſanctus. Sicut enim ſimulacrum aliquod in baſi ſtatuitur, & tunc maiorem habet gratiam cùm in baſi ſtatua fuerit collocata, ſtandique accipit firmitatem: ita verbum Dei, vel rationabile Dei in timore ſancto meliùs ſtatuitur, fortiùs radicatur, hoc eſt in pectore timentis Dominum, ne labatur verbum de corde viri.* Confeſtim autem expli-
Dei timor, & virtutum baſis, & doctrinæ Euangelij tribunal appellatur. cat quo pacto timor Domini ſit diuini verbi, ſeu Chriſtianæ œconomiæ *baſis* firma, ne labatur, & corruat: *Chriſti igitur eloquio,* inquit, *& Apoſtolico ſermoni tribunal eſt timor iuſti, & baſis aurea plena prudentia, ſimulachrum autem bonum tamquam effigies veritatis. &c.* Itaque Domini timor & diuini eloquij, & Chriſtianæ œconomiæ *baſis* eſt, quæ ſi tantillùm labaſcat, ſpiritualem ruinam de proximo minatur, dum abſentantur pœnales minæ, quæ virtutis diſciplinam ſuffulciunt. Sententioſè autem hic ſeruilis timor dicitur, Euangelicæ doctrinæ, & Chriſtianæ diſciplinæ obſeruandæ *tribunal.* Quaſi dum metuendi cauſa vrget, pro obſeruantiâ feratur ſententia: ſi autem pœnales minæ abſint, dum diſparet timendi ratio, diſciplinæ quoque obſeruandæ cauſa pariter diſſipetur. *Chriſti eloquio, & Apoſtolico ſermoni tribunal eſt timor.* Ac ſi deficiente timore, virtutum etiam *tribunal* abſit, & humana temeritas tamquam exlex, quiduis impunè audeat, & virtuti audacter inſultet. Quiſquis Dei timorem tollit, *tribunal* Chriſtianæ diſciplinæ interim aufert.

I. Ioannis 4. ſic de commercio charita- 5 I Ioann. 4. verſ. 18.
tis ſeruili timore Apoſtolus ſcribit: *Timor non eſt in* (id eſt cum) *charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet, qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.* Vincit perfecta charitas timorem præſertim initialem ac ſeruilem, quo timidè & puſillanimiter & diffidenter timemus pœnas, Deique iudicium & vindictam: hic enim oritur ex amore ſui, quem amor Dei vincit ac pellit. Ad hunc Ioannis locum proculdubiò adludit S. Au- S. Auguſt.
guſtinus. lib. 53. quæſt. 36. vbi ſic eleganter ſcribit: *Charitatis venenum eſt ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium: nutrimentum eius eſt, imminutio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas: ſignum profectus eius, imminutio timoris: ſignum perfectionis eius, nullus timor.* *Signum perfectæ charitatis, eſt nullus timor.* Profectò nil pœnale à Deo puſillanimus timet, qui perfectè Deum amat. Vide quale bonum ſit, cuius imminutio, eſt ſignum profectus in charitate; & ſignum perfectionis, eſt *nullus timor.* Timor initialis ac ſeruilis, bonus ad charitatem pædagogus eſt: perfecta autem charitas huiuſmodi pædagogiæ refuga eſt; & cùm ſit perfectè libera, & nobiliter ingenua, ſeruile ingenium repudiat.

Paulus 2. ad Theſſalonicenſ. 3. ita ſcri- 6
bit: Siquis non obedit verbo noſtro per 2. ad Theſſalon. 3. verſ. 15.
epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: *Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.* Huic homini refractario & contumaci, pudoris confuſionem, potiùs quàm acerbum ſupplicij durioris metum, Apoſtolus ingerit. An non magis è re Chriſtianâ foret, pœnaliſſimo eum acrioris mulctæ terrore concutere? Sæpè durities domanda potiùs quàm ſuadenda eſt. Dometur ergò pœnarum metu, vt ſic ad pietatem erudiatur. *Timor infidus eſt ad diuturnitatem virtutis cuſtos.* Cæterùm ſeuerior timoris eruditio, ſæpè infida virtutis pædagogia eſt. Quare præſcriptum Pauli locum S. Ambroſius lib. 8. S. Ambroſ.
in Luc. cap. 17. ſic tempeſtiuè elucidat: *Vnde & Apoſtolus: corripite, inquit, fratrem, vt erubeſcat, non vt eum inimicum exiſtimetis. Infirmus enim cuſtos diuturnitatis eſt timor. Pudor autem bonus magiſter officij. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem pudet facere, in naturam vertit.* Sæpè ti- *Non peccandi pudor in naturam vertitur.*
mor virtutis cuſtos eſt, dum declinat facere, quod timet perpeti: at cuſtos eſt parùm fidus ad diuturnitatem: *qui enim metuit, reprimitur, non emendatur.* Quod ter-

tor reprimit, pudor emendat. Quomodò autem peccandi pudor *in naturam vertatur*, ac ſi virtus ſit verecundiæ velut connaturalis, alibi forſan abundè enucleabimus.

Addam, & finio S. Ambroſium qui in Pſalmum 35. de impio Caino ita ſcribit: *Acceperat ſignum, ne eum aliquis occideret, non vt vitæ ſuauitate frueretur, ſed ne mors auferret ærumnam, vt percuſſorem ſuum quotidie timendo pateretur, ipſe ſuus carnifex erat, ipſe percuſſor.* Itaque merus pœnæ timor, infidus virtutis cuſtos eſt; tortor eſt, non chirurgus; excruciat, non medetur.

§. XXIX.

Bona vxor, Suſannæ ſimilis, coniugium & maritum feliciter beat.

1 Baſi. l.Seleu.

SEleucienſis Baſilius lib. 1. de vitâ & miraculis S. Theclæ, ſic eius ſponſum Thamyridem contrà Paulum ſuadentem cælibatum, coràm vrbis Præfecto, pro matrimonij bono perorantem inducit: Accepi, inquit, à nonnullis cœlibatum ab ipſo commendari: quodque à cœtu mutuo ac legitimis nuptiis abſtineatur, neque viri cum mulieribus, neque mulieres cum viris commorentur, id verò ſeriò admirari, liberorum autem orbitatem & ſolitudinem amplecti.

Matrimonij encomium.

Quod quid eſt aliud, quàm omnium ſimul familiarum, gentium, ciuitatum, pagorum, agrorum, artium, operum, ſtudiorum, in ſummâ, rerum vniuerſarum abrogationem decernere; &, vt verbo abſoluam, vaſtitatem orbi terrarum, & viduitatem inducere? Id enim ſi vniuerſis hominibus ſimul perſuadetur, breui genus hoc humanum prorsùs intericrit. Reliquum eſt, ô Iudex, vt nobis omnibus, quibus ducendæ vxoris, accendendæ facis nuptialis, cantandi hymenei, atque filios & filiorum filios requirendi maximum atque adeò primum votum eſt, auxilium feras; coniugioque, rei omnium pulcherrimæ, à quo & tu in hanc vitam veniſti, & liberos ſuſcepiſti, opituleris. Hactenùs ille de laudibus matrimonij (ſed quod Paulus non vetat) eleganter peroranit. Hoc dulciſſimis nuribus bona Noëmi auidè quondam exoptabat, pudica Rutha ambibat; & Helcias Suſannæ pater, charæ filiæ ſolleter procurabat, prolis deſiderio, cui fœcundiùs ſuſcipiendæ Hebræa gens auidiùs inhiabat. Sanctior eſt cœlibatus, ſed bonum ac licitum matrimonium, nemo niſi ore & calamo hæretico prædamnauit. Et quidem inibi Paulus coràm eodem Proconſule, ſic Thamyridis calumniam detorſit: *Neque violentia*, inquit, *neque metus, ad virtutem capeſſendam vnquam adminiſter fuit. Voluntaria nempè ſunt, quæ pulchra & honeſta, non neceſſitate expreſſa. Et matrimonium quidem à Deo in remedium ſubſidiúmque totius humani generis conceſſum eſt, & in libidinis ſimul medicinam, ac veluti fons quidam, atque affluentia, & continuatio communis generis à Deo rerum omnium conditore excogitatum, pro ſalute, conſeruatione, ac propagatione vitæ hominum; aliis in aliorum locum ſubeuntibus, naturámque identidem intercidentem denuò inſtaurantibus.* Hæc de bono nuptiarum Paulus.

Ruth. 3. v. 1. Hic verſ. 2.

S. Baſil. Voluntaria dicuntur pulchra & honeſta, non neceſſitate expreſſa.

Pſalmo 67. ſic ad rem concinnè pangi- 2 Pſal. 67. v. 13.
tur: *Rex virtutum dilecti, dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.* Intermitto nunc prius huius verſiculi hemiſtichion, quod multâ interpretis operâ planè indiget. Quæ autem ſit *domus ſpeciei*, ad quam ſpectet diuidere ſpolia, inter expoſitores minimè conuenit. Caietanus ex Hebræo vertit: *Et habitatrix domus diuidet ſpolia.* Scilicet femina, quæ *habitatrix* domus dicitur, illius *ſpecies*, ſeu pulchritudo meritò nuncupatur. Imperfecta, & incompoſita eſt domus, quam non venuſtat, concinnat, atque componit ſollicita vxoris cura, quæ officiis domeſticis præeſt. Plutarchus in Problem. ethicè perquirens cur Dialis ſacerdos vxore defunctâ, à ſacerdotij munere amoueretur, appoſitè reſpondet: *Eius, qui vxorem duxit, domus integra eſt; eius verò, qui amiſit, imperfecta prorsùs, & manca.* Ecce tibi vxor, *habitatrix domus*, & ad illius gubernationem ſolleter incumbens, *domus integritas, perfectio, & ſpecies*, ſeu forma nuncupatur. Quare domus vxore orbata, quæ illam ſollicitâ curâ concinnet, manca, imperfecta, & ſine *ſpecie* informis dicitur. Et viros ſine vxore, ſemiuiros docta antiquitas appellabat. Non quòd cœlebs ſit naturæ inops; ſed quòd ſit concinnitate domeſticæ familiæ, & vxoriâ fœcunditate interim viduatus.

Caietan.

Num malitia mulierum ſuam bonitatem deprauat.

Salomon Prouerbiorum 18. ita ſcribit: *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.* Niſi valdè profunda ſit hæc Salomonis ſententia, friuola ac nugatoria videtur. Bona enim mulier non poteſt non eſſe aliquid bonum; ſiquidem bona mulier ex muliere & illius bonitate coaleſcit. Niſi forſan tanta vniuerſatim ſit mulieris malitia, vt vel ipſam illius bonitatem degenerem reddat, deprauet, & in malitiam conuertat. Adeò vt ſententiosè, & velut ænigmaticè dicat Salomon, bonum in muliere, adhuc bonum manere, nec in malum deſciuiſſe. Quare non friget nugatoriè oratio: *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum.* (Sed de hoc mulierum vituperio, aliàs agebamus) Itaque *inuenit bonum*, ſcilicet ſingulare, rerum, eximium, & maximè expetibile. Vnde Theodotion legit, *inuenit gratiam*, LXX. interpretes vertunt, *inuenit Charites*, id eſt, *gratias*, hoc eſt copiam gratiarum. Quare Homerus, teſte Senecâ lib. 1. de Benef. cap. 3. *Charitem vnam coniugio copulauit, quaſi coniugio præſidentem, eámque vocauit Paſitheam, id eſt, omnem Deam, quòd omnium Deorum & Dearum dona confluant in matrimonium, vbi vir bonus & vxor bona in vnum conſpirant*, vt inibi Cornelius adnotauit. Exindè ſubdit Salomon: *Et hauriet iucunditatem à Domino*: alij vertunt *hauſit*: vtrumque verum, & eodem

Theodot. LXX. Interpr. Homerus. Seneca.

Cornelius in eum locum Prouerb.

Bona vxor dicitur, omnes Deæ, omnisque boni

eodem redit. Quaſi dicat: Qui inuenit vxorem bonam, per eam *hauſit*, haurit, & continuè iugitérque *hauriet* omne *beneplacitum*, vt habent Hebræa, id eſt, omne bonum deſiderabile, omnem gratiam, indéque omnem felicitatem, & iucunditatem a Domino, qualem in Suſannâ Ioakimus inuenit. Chaldæus habet: *Suſcipit voluntatem ſuam à Deo.* quaſi bona mulier ſit viri *voluntas* à Deo.

Bona vxor eſt viri voluntas à Deo.

Hebræus

Hîc v. 2.

Chaldæus

4 Pergit Salomon cap. 19. *Domus & diuitia dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens.* Vbi nota τὸ *propriè.* quaſi dicat: licet domus & diuitiæ à Deo dêtur, tamé hæc ſæpè filiis à parentibus hereditate relinquuntur, & hereditario iure obueniunt: at verò vxor commoda, *proprium*, id eſt, peculiare & eximium eſt Dei donum. Senſus ergò eſt, inquit Cornelius inibi: *Qui à Deo vocatur ad matrimonium, in deligenda vxore non tam ſua aut parentum, ſiue phantaſia, ſiue induſtria debet inniti & confidere, quàm Deo, ab eóque, aſſiduè flagitare, vt ſibi commodam vxorem dirigat.* Heu quoties *Phantaſia* propria, aut parentum vxorem eligit! Quid *phantaſia* cum ineundo connubio? Opinor, non bonus paranymphus, ſeu nuptiarum conciliator, *phantaſia* eſt: *à Domino autem propriè vxor prudens datur.* Vnde ibidem Palacius cenſet, *Bonam vxorem ſignum eſſe prædeſtinationis viri & filiorum: ac proindè eam dari à Deo prædeſtinatis: cætera verò bona dari tam reprobis quàm prædeſtinatis.* Ductâ Suſannâ, in negotio prædeſtinationis, Ioakimo & filiis fauſtè ominatum eſt, felici beatæ gloriæ ſigno aut obſide. Cæterùm LXX. Interpretes pro τὸ *datur*, excribunt, *aptatur.* Ambroſius autem lib. 8. in cap. 16. Lucæ, ita ſcribit: *A deo autem præparatur viro vxor; quod qui in Græco legit, non putat eſſe contrarium. Benè enim dixit Græcus* ἁρμόζεται. *Harmonia enim conueniens & apta rerum omnium dicitur commiſſa connexio. Harmonia eſt cùm fiſtula organi per ordinem copulata legitimè tenent gratiam cantilena, chordarúmque aptus ſeruat ordo concordiam ..... Ergò vbi nuptiæ, harmonia eſſe debet; vbi harmonia eſt, Deus iungit: vbi harmonia non eſt, pugna atque diſſenſio eſt, quæ non eſt à Deo: quia Deus charitas eſt.* Harmoniam ſeu concentum nuptiarum perſequi, procliue cuique eſt, & facile; quæ in Suſannæ connubio concinnè conſonat.

Prouerb. 19. verſ. 3.

Cornelius

Phantaſia non eſt bonus nuptiarum conciliator.

Palacius apud Cornel.

Bona vxor eſt prædeſtinationis ſignum.

S. Ambroſ.

Harmonia nuptiarum in Suſanna connubio.

5. Prouerbiorum 31. *Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Quidam propriè & genuinè *mulierem ſtrenuam, induſtriam, heroïcam*, purà heroïnam. Baynus *mulierem audacem*; LXX. interpretes, *mulierem virilem*; Vatablus, *mulierem maſculam.* Benè notant communiter interpretes, quòd Hebræa vox mulierem & vxorem ſonat: de coniugatâ enim & matre-familias hîc agi patet ex verſ. ſequenti: *Confidit in eâ cor viri ſui.* Benè ergò in Suſannâ vxore *confidit cor* Ioakimi *viri ſui*, vt potè in heroïnâ, & *muliere maſculâ & virili.* Verè mulier maſcula & virilis: quare *aduerſus huiuſmodi neceſſè eſt ita dimicauerint, vt hoſtes* (Senes atrociter ſalaciſſimi) *mulierem aggreſſi, virum inuenerint*, dixit aliorsùm Hildebertus Epiſt. 27. de quo aliàs in Suſannæ Panegyrico.

Prouerb. 31. v. 10.

Baynus LXX. interpr. Vatablus

Virilem Suſannam Senes aggreſſi, virum inuenerunt.

Hildebertus.

Adhuc de eadem virili feminâ ſcribit Salomon: *Nobilis in portis vir eius, quandò ſederit cum Senatoribus terræ.* De Ioakimo autem Suſannæ marito ſcribitur hîc v. 4. *Et ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium.* In commentario litterali expendebamus, quo pacto dici poſſit de Ioakimo Suſannæ marito, quòd fuerit *honorabilior omnium* Iudæorum, cùm liquidò conſtet, plures Iudæos è regiâ Dauidis ſtirpe captiuos tunc eſſe in Babylone. Etatne Ioakimus his omnibus nobilior? Ita quidèm: ſed nobilitate de Suſannæ vxoris virtutibus mutuatâ. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 19. in funere Patris, ſic de S. Nonnâ matre ſuâ ſcribit: *Vnam nobilitatem in pietate ſitam eſſe cenſebat, atque in eo vnde ortum habuimus, & quò tandem peruenturi ſumus, intelligamus.* Scilicet regia ſoboles erat etiam Ioakimus; ſed de Suſannæ vxoris pietate, tam auguſtum ſuſcepit nobilitas auctarium, vt *omnium honorabilior*, & nobilior Ioakimus dici potuerit. Indè de Salomonianâ Heroïde dicitur: *Nobilis in portis vir eius.* 6

Prouerb. 31. v. 23.

His v. 4.

Suſanna vxoris virtus Ioakimi auguſta nobilitas.

S. Nazianz.

Siracides Eccleſiaſtici 26. *Gratia*, inquit, *ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata.* Tigurina ſic præſcripta verba vertunt: *Gratia alia ſuper aliam eſt vxor prudens* (alij *pudica*) *& fidelis*, quæ ſunt propria Suſannæ epitheta. Sanè *gratia* eſt decor, venuſtas, & lepor, & quaſi ſpiritus & vita pulchritudinis. Huiuſmodi autem gratiam ſic apud Cornelium nonnulli definiunt: *Gratia eſt externus quidam rationis fulgor, congruénſque dexteritas in obeundis munerum functionibus, ex rectâ animi & corporis conſtitutione conſurgens, perfectámque pulchritudinem inſequens.* Gratia enim in geſtibus, motibus, inceſſu, quiete, actionibus, ſermonibus fulget; præfulſit in *pudicâ & fideli* Suſannâ, quæ *gratiam* hanc ſuper caſtæ pulchritudinis *gratiam* marito cumulauit. Sanè felix & beatus in hâc vita, cui vxor iſtiuſmodi obtigit. 7

Eccli. 26. v. 19.

Tigurina

Cornelius

Gratiam ſuper gratiam marito Suſanna cumulauit.

§. XXX.

Pœnitentia veſtigiis paradiſum nobilitat, triumphum agit in cælis, & claudi pedes robuſtiùs integrat.

POEnitentia dum contritione atteritur, & lacrymis vbertim madet, eſt delictorum naufragium, virtutum portus, ſcelerum mors, ſepultura vitiorum, veteris hominis conſcientia reſoluta, in alteram natiuitatem rediuiua infantia, vtilis mors, vita vtilior, conſcientiæ ablutio, in quâ ſub lacrymarum vndâ relinquitur quicquid flammis debebatur, & ſacrificatione ſecretâ 1

ſub

Conglebata pœnitentiæ elogia.

ſub felici mœrore priſtini hominis vetuſtas exuitur, & quodammodò homo intrà ſe alter efficitur, renaſcitur inuiſibiliter, è terreno refingitur in cæleſtem; quantùm oculis cernitur, non mutatur, & tamen ſenecture depoſita, iuuenis anima renouatur: miniſterio hominis de cælo medicina admittitur, ſanantur vulnera quæ non ſentiuntur; & mala quæ ſe ipſi conſcientiæ inſeparabiliter immiſcuerant, quodam diuinæ pietatis ingenio, bonitatem è diuerſo fœnerantur, dum retroacta ſcelera contritione & confeſſione expugnata, virtuti militare coguntur; & in arcanâ pœnitentiæ officinâ, peccatorum venenum, in virtutum incentiuum, & criminum amuletum reformatur. Ipſa enim peccata deteſtatione expungenda, & humilitatis ſqualidum lenocinium offerunt; & deteſtata, pœnitentiæ integritatem conſummant: nam pœnitentia eſt, ſcelerum animitùs deteſtatio: quare quod cœpit in ſcelere, in ſanctitate conſummatur: & indè homo virtutem ebibit, vndè exorbuerat vitiorum naufragium: dum enim culpas expuit, offenſionem reformat in gratiam: & ſic tanti myſterij auctorem ſumptuoſiùs honorat.

2 Lucæ 23. patibulo cruentè & probroſè Chriſto inſultat Iudæus populus. Et vnus de his qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum. Alter verò ſotio acriùs increpato, de pœnitentiâ inopinatâ indulgentiam meruit, per confeſſionem factus Dominici collega martyrij; & dum ſui memoriam quærit, ſibi paradiſum inuenit. *Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* (Lucæ 23. v. 43.) Latro adhuc reus, factus eſt nuper Chriſti aduocatus, & eiuſdem in pœnâ collateralis, iam eſt primitiæ crucis Chriſti, & præcurſor victoriæ. Sed mirum eſt, quòd Latroni paradiſus tradatur, & paradiſi particeps cum Chriſto fiat. Dormitabunt forſan Cherubini exſomnes paradiſi cuſtodes, dum Latro ad paradiſum inducitur. Opinor, ſqualidè dehoneſtabitur paradiſus, Latronis veſtigiis ſordidè proculcatus. Verùm quantùm paradiſeo decori detrahi videtur, tantùm pœnitentium gloriæ proculdubiò adiicitur. Audiendus eſt Chryſoſtomus, homil. de Cruce & Latrone hâc ſuper re ita philoſophatus:

S. Chryſoſt.

Paradiſus pœnitentis Latronis pedibus honoratur.

Chriſto noſtro non iniuria fuit ſacram ingredienti patriam, facere ingreſſus ſui latronem participem. Nam ſecum eum perduxit, non confundens calcātibus Latronis pedibus paradiſum, ſed honorem præſtans paradiſo. Honor enim loci eſt, talem Dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiſo. Nam & cum publicanos & fornicarios ad cælorum regnum introduxit; non cælorum regnum infamauit, ſed etiam magis honoribus amplificauit, oſtendens talem dominum regni eſſe cælorum, qui & indignas in tantum fecit meliorari perſonas, vt etiam illius dignitatis gloriam mereantur. Non exponitur cælum indecoræ rapinæ, cùm Latronem admittit, nec confunditur Latronis calcatum veſtigiis, ſed eis potiùs nobilitatur; ſicut non dehoneſtatur meretricibus, nec fornicariis conſtupratur, nec publicanis confunditur. Quin & eorum rediuiua ſanctitas poſt peccati naufragium, diuinæ gratiæ commendatio eſt, Redemptoris gloria, & glorioſum redemptionis ſtipendium. Nobilitatur cælum, plus peccatorum veſtigiis clarum, quàm ſiderum fulgore præluſtre. Magis enim præniter Domini gloria, qui ſuâ gratiâ ſic peccatorum ſqualorem emaculat, vt dignos reddat inquilinos cæli, quod impreſſis veſtigiis ſumptuoſiùs illuſtrent, qui eſt pius quidam redemptionis ac pœnitentiæ faſtus. *Non confundens calcantibus Latronis pedibus paradiſum, ſed honorem præſtans paradiſo.*

Lucæ 15. hoc arcanum pœnitentiæ elogium Chriſtus Deus hominibus publicat: 3 Lucæ 15. v. 7.
Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiā agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentiâ. Eſt Hebraiſmus, ſubricetur enim vocula *magis*, quæ eſt nota comparationis, ſeu antelationis. (Conſule ibid. Adam Contzen.) Nec eſt paruum inter Commentatores litigium, quonam pacto Angeli in cælis magis gaudeant (gaudio proculdubiò accidentali) ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta iuſtis, qui pœnitentiâ non indigent. Imò Cyprianus Epiſt. 47. hanc Angelorum lætitiam, *ſummum gaudium in cælo* nominat. S. Ephrem. hanc lætitiam refert ad ſumptuoſius epulum: *Cuncti cæleſtes ordines*, inquit, *epulantur, per pœnitentiam ſeſe recreantes.*

Summum gaudium in cælo de pœnitentid.

S. Cyprian. S. Ephrem. de Pœnit.

Sublimius quid de hoc ſummo Angelorum gaudio, quod de hominum pœnitentiâ percipiunt, ediſſerit Ambroſius lib. 1. de Pœnitentiâ, cap. 4. *Exultant omnes Angeli*, inquit, *quia gaudium maius eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm in nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentiâ. De me in cælo, de me in terris triumphus ſumitur.* (S. Ambr.) Benè *ſummum gaudium* ab Angelis ſumi dicitur vel de vnius hominis pœnitentiâ, ex quâ in terris, de peccato, de Diabolo, & de omni Tartarorum poteſtate *triumphus* agitur, ipſéque in cælis ſumptuoſiùs celebratur. Piè ſuperbit cælum pœnitentium peccatorum veſtigiis calcatum, & ſummo *gaudio exultat*, dum pœnitentiæ *triumphum* agit. Sic ſuper vno pœnitente in terris & in cælis victoriatum eſt? Ne ergò peccator hanc victoriam terris inuiderit, hunc cælo *triumphum*, hanc Chriſto ac ſibi gloriam. *De me in cælo, de me in terris triumphus ſumitur.*

De pœnitente, in cælo & in terris triumphus ſumitur.

Actorum 3. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum; & quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuæ, ad portam Speciosam ſedebat eleemoſynâ precariè mendicans: qui ſtipem petens exiguam, integram ſanitatem accepit. Petrus enim *apprehensâ manu eius dexterâ alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. Et exiliens ſtetit.* &c. (Actor. 3. v. 7.) Myſticè claudus hic erectus à Petro, ſignificat infideles ac peccatores, quos quaſi animas claudicantes, Petrus hoc ſanationis miraculo ad fidem, & gratiam adduxit. Eleganter Ambroſius

Serm. 68. qui eſt 2. de Petri & Pauli encomiis, ita ſcribit: *Primum ergò*, inquit, *ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit claudo, pedum reſtituendo veſtigia. Diximus frequenter ipſum Petram à Domino nuncupatum, ſicut ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Si ergò Petrus petra eſt, ſuper quam ædificatur Eccleſia, rectè pedes prius ſanat, vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet.* Pende attentiùs quæ appoſitè ſubiicit verba: *Rectè inquam, in Chriſtiano pedes curat, vt iam non trepidus neque imbecillis poſſit ſuper petram Eccleſiæ, ſed robuſtus & fortis incedere.* Itaque Petrus petræ ſoliditatem volens oſtentare, infirma ac imbecilla hominis male pedati veſtigia confirmat, & pedes integrè ſanat, quò veſtigia fortiùs premat. An non firmiorem ſe oſtenderet *petram* eſſe, ſi non nuper confractum ac pedibus reſtitutum vigorem, ſed ſemper illæſum, robuſtum ac validum mallet? Opinor, firmiora ſunt numquam fracta, quàm poſt fractionem priſtinæ integritati reſtituta veſtigia. Verùm enimverò firmiora ac robuſtiora ſæpè ſunt veſtigia in via virtutis poſt pœnitentiam. Animoſiùs, fortiùs, ac robuſtiùs incedit, & valentiùs veſtigia premit, cui pedes poſt peccatricem fracturam, redintegrantur per pœnitentiam, quaſi de antiquâ debilitate vigorem fœneret. Rectè ergò Petrus, qui eſt *petra* ſuprà quam ædificatur Eccleſia, *in Chriſtiano pedes curat, vt iam non trepidus neque imbecillis poſſit ſuper petram Eccleſiæ, ſed robuſtus & fortis incedere.* Quare Iudæus populus poſt tot ſcelerum languorem, quo tamquam imbecillus in exilium Babylonicum abductus eſt; calamitatis magiſterio, & robore pœnitentiæ robuſtus, in diuinæ legis via flectineſcius ac intrepidus incedit. Vide oculis Suſannæ parentes, Ioakimum maritum, Suſannam ipſam cum totâ familiâ, contribulem Danielem, & plures alios, quos ferrea captiuitas ad virtutis ſplendorem elimauit.

S. Ambroſ. — Matth. 16. verſ. 18. — *Claudi pedes per pœnitentiam redintegrantur, vt per petram robuſtiùs incedant.* — Hic v. 2. & 3.

5 Ioannes Apoſtolus 1. Epiſt. Canon. cap. 1. *Si confiteamur*, inquit, *peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Suggerit S. Ioannes peccati, cuius nos omnes reos eſſe dixit, remedium, ſcilicet veram eius agnitionem, ſinceram confeſſionem, ac pœnitentiam; quæ ſi adſint, peccatorum remiſſio, non ſolùm *fidelitati*, ſed *iuſtitiæ* diuinæ palàm adſcribitur; quò omne remiſſionis dubium tollatur. *Si te excuſas* (ait Auguſtinus in ſententiis,) *Deus te accuſat; & ſi te accuſas, Deus te excuſat.* Profundè dixit Tertullianus lib. de Pœnitentiâ cap. 8. *Tantùm releuat confeſſio delictorum, quantùm diſſimulatio exaggerat: confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumacia.* Itaque in confeſſione tacita peccatorum *diſſimulatio*, manifeſta eorum *exaggeratio eſt*, flagitium in idipſum mirè incrementans. Quin & eiuſmodi muta diſſimulatio, *contumaciæ conſilium* eſt. Nempe tamquam alter Pharao, obſtinatus in malitia à Tertulliano cenſetur, quiſquis mutæ diſſimulationis arbitrio, *contumaciæ conſilium* pertinax aſſumit. Ergo ſi peccatorum diſſimulatione te excuſas, de contumaciæ conſilio Deus te accuſat. O rum Iudicem accuſatorem.

1. Ioann. 1. v. 9. — S. Auguſt. — Tertullian. — *In confeſſione muta peccatorum diſſimulatio, conſiliũ contumaciæ eſt, & peccatorum exaggeratio.*

§. XXXI.

Humana Voluntas Voluntati diuinæ conformanda eſt; non diuina ad humanam curuanda, aut emendanda.

Æquum ius eſt, non quo omnes vſi ſunt, ſed quod omnibus latum eſt. Impetretur æquitas animo, & ſine querelâ mortalitatis tributa naturæ, & Diuinæ voluntati obſequia pendamus. Hiems frigora adducit? algendum eſt. Æſtas calores refert? æſtuandum eſt. Intemperies cæli valetudinem tentat? ægrotandum eſt. Et fera nobis loco occurret, & homo pernicioſior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis, latro aliud eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non poſſumus. Id poſſumus, magnum aſſumere animum, & viro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, naturæ ac Deo conſentiamus. Ad hanc legem animus noſter aptandus eſt, hanc ſequamur, huic pareat: & quæcumque fiunt, debuiſſe fieri putet, nec velit obiurgare naturam, neque Deum naturæ auctorem querulè incuſare. Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum de cuius Voluntate cuncta proueniunt, ſine murmuratione vltro comitari. Malus miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus Dei imperia, cui velint nolint, cuncta ad nutum parent; nec deſeramus hunc operis ſui pulcherrimum curſum, cui quicquid patimur intextum eſt; patientiæ tributarius naſcitur homo. Ergò, ô Deus, quocumque placuerit, nulla parendi mora eſt, adſum impiger. Cur nolendo voluntatem tuam gemens comitabor, malúſque patiar quod pati licuit bono? *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic viuamus, ſic loquamur: paratos nos inueniant atq; impigros fata.* Hic eſt magnus animus, qui ſe Dei voluntati totum tradit. Ipſius enim vox eſt: *Conſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet.* 1

Ferè ex Senecâ Epiſt. 108. — *Impigrè, & alacriter Diuina voluntas in omnibus excipienda.* — Iſaiæ 46. v. 10.

Matthæi 20. primi operarij illi, quià primo mane ſudarunt in vineâ, ſub veſperũ excipiunt denarium, ſicut acceperant, qui vnâ horâ duntaxat laborarunt. Et accipiẽtes murmurabãt, quod impari labori par omnino merces donaretur. Cui herus peridoneè reſpõdit: *Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere an oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſũ.* ...nſus eſt, quaſi dicat: Cùm hora vndecimâ venientibus feci gratiam, dando eis denarium, tibi non feci iniuriam; dedi enim 2

Matth. 20. v. 14. & 15.

tibi pactam mercedem. Poterat herus reſpondere murmurantibus: Horâ vndecimâ veniētes maiori gratiâ & feruore laborarunt pluſque vnâ horâ effecerunt, quàm tu totâ die; ideóque plus meriti ſunt. Verùm cùm hic Pater-familias Deum, & hæc munerum diſtributio diuinam prouidentiam adumbret (ex communi Interpretum ſententiâ) decuit Herum non ex æquo contendere cum ſeruo, ſed vti imperiali verbo: *Volo* huic dare, ſicut & tibi. Et rurſus; An non licet mihi quod *Volo* facere? Quid argutaris? quid obtrectas? quid obmurmuras? expediret potiùs te meo arbitrio conformare, quàm vt me corrigere præſumeres. O humanæ voluntatis contrà diuinam audacia! Perbellè moralium Philoſophorum diſertiſſimus *At contrà*, inquit, *ille puſillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi* (diuinæ prouidentiæ ac Voluntatis) *malè exiſtimat, & emendare mauult Deum quàm ſe.* Heu grande enormiter nefas, ſe diuinæ voluntati non conformare, neque ad Dei nutum obſequi! O malè acutas humanæ voluntatis contrà Diuinam argutias! Sic diuinæ voluntati reluctari audet & illam potiùs *emendare* præſumit. Quis emendet, quod Deus omniſcius disertè voluit? Qui ſe illi non conformat, illam ſacrilegus *emendat*. Ne ergò illam corrigat hæc operariorum murmuratio, imperiale verbum *Volo*, ſemel & iterùm ad humanam eruditionem Deus inculcat. quò de Eccleſiâ, potiùs quàm de Synagogâ dicat Deus, *Vocaberis Voluntas mea in eâ.* Quod in Suſannâ, ab infantiâ in lege Dei enutritâ, bellè apparet: quæ vitæ ac famæ diſpendio, à diuinâ Voluntate diſcrepare renuit.

Homo diuinam voluntatem mauult emendare, quam ſuam.

Seneca Epiſt. 108.

Iſaiæ 62. v. 4.

Hic verſ. 5.

Actorum 9. Saülus adhuc ſpirans mina-
3. rum, & cædis in Diſcipulos Domini, immeritas eorum ſtrages meditatur. Zelo perſequendi Chriſtum furit, ſæuit, ferocit. Et cùm hac mente atrox appropinquaret Damaſco, ſubitò circumfulſit eum lux de cælo. Et cadens in terram audiuit vocem dicētē ſibi: Saüle, Saule, quid me perſequeris? Et tremens, ac ſtupens dixit ad loquentem ſibi Ieſum: *Domine, quid me vis facere?* Sunt verba hæc animi plenè tradentis ſe Deo, & dedentis ſe diuinæ voluntatis arbitrio. Opportunè Bernardus Serm. 1. de Conuerſ. S. Paulli: *Hæc planè*, ait, *perfectæ conuerſionis eſt forma. Paratum*, inquit, *cor meum Deus, paratum cor meum: Domine, quid me vis facere? O verbum breue, ſed plenum..... Heu plures habemus Euangelici illius cæci, quàm noui Apoſtoli imitatores! Quid vis (ait Dominus ad cæcum illum,) vt faciam tibi? Abſit hoc Domine: tu magis dic, quid me facere velis. Sic enim decet, ſic omninò dignum eſt, non meam à te, ſed à me tuam quæri, & fieri Voluntatem. Sic profectò, ſic multorum vſque hodie puſillanimitas & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, Quid vis vt faciam tibi? non ipſi quærant: Domine, quid me vis facere?* Luculenter ſanè Bernardus; cuius acumen ex iam iam dicendis ampliùs apparet.

Actor. 9. v. 6.

S. Bernard.

Pſal. 107. v. 2.

Matth. 8. v. 2.

Non quid vis vt faciam tibi? quærendum à nobis eſt, quare?

4 Pſalmo 107. animitùs ergà Deum affectus, ſic pangit Propheta: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſallam in gloriâ meâ.* Quid eſt, quòd ſemel & iterùm ſe Dauid *paratum* dicit, neque ad quid eius cor ſit *paratum* exponit? Hugo Victorinus lib. 2. de Clauſtro animæ cap. 21. hæc verba, & eiuſmodi verbi repetitionem ſic expendit: *Bis dicit paratum, id eſt, intus ad cogitandum recta, foris ad faciendum vtilia: interiùs in mente, & exteriùs in operatione.* Explicatiùs & opportuniùs Hugo Cardinalis ex Bernardo: *Paratum*, inquit, *cor meum ad aduerſa, paratum ad proſpera; paratum ad humilia, paratum ad ſublimia; paratum tibi Domine vacare, paratum proximis miniſtrare; paratum ad omnia quæcumque præcipis: vnde non ſemel, ſed ſecundò dicitur paratum.* Luculentiùs, opinor, Epictetus Philoſophus apud Arianum lib. 3. Diſſertat. cap. 26. *Conſtitui*, ait, *& conformaui Voluntatem meam diuinæ. Vult me febricitare? & ego volo. Aliquid aggredi? volo. Potiri? volo. Non potiri? nolo. Mori? volo.* Nota attentiùs moraliſſimè ſententioſam clauſulam, plenam acuminis, ingenij plenam: *Quis iam prohibere me, aut cogere voluntatem poteſt, non magis quàm ipſum Deum?* Bona profectò ars è Chriſtianæ potiùs Philoſophiæ ſcholâ edocta, quâ homuncio imbellis ac puſillus nullà potentium vi, nullo armorum robore, nullâ rerum pœnalium acerbitate *prohiberi* poteſt, *cogi* poteſt. Quiſquis ita ſe diuinæ Voluntati conformat, Dei impatibilitatem, conſtantiam, ac patientiam æmulatur; qui diuinæ Voluntati per omnia conformis, eadem ſemper cum ipſo mauult; quaſi humana voluntas ſit diuinæ Voluntatis bibula; aut humana voluntas ſit Diuinæ conuiſcerata, & ſit ambæ vna, & vtraque eadem, arcano conformationis ſacramento. *Quis iam prohibere me, aut cogere Voluntatem poteſt, non magis quàm ipſum Deum?* O bona ſummi Dei æmulatio!

Pſal. 107. v. 2.

Hugo Victor.

Hugo Card.
S. Bernard.

Epictetus Arianus

Qui conformis eſt diuino Voluntati, cogi non poteſt ſicut Deus?

Pſalmo 35. ſic Deo occinit regius Vates: 5.
Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & *iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.* Qui ſunt hi *recti corde*, qui ſic perfectè Deum ſciunt, & quibus miſericordia ac iuſtitia vberiùs promittitur? Opinor, hæc *cordis rectitudo*, eſt humanæ Volūtatis cum Diuinâ conformitas, quâ noſtræ Voluntatis rectitudo conſtat. Eleganter inibi Auguſtinus ita ſcribit: *Corrigenda eſt voluntas tua ad Voluntatē Dei; non voluntas Dei curuanda ad te; & rectum habebis cor. Illi ſunt recti corde, qui ſequuntur Voluntatem Dei.* Itaque humana Voluntas inclinanda & flectenda eſt ad diuinam, vt ſit recta; quòd ſi ad iſtiuſmodi rectitudinem non flectatur; ſed diuina potiùs ad humanam inclinetur, tunc diuina voluntas dicitur *curua*, quia ad curuitatem humanam flectitur. Nimirùm *recti corde* ſunt, qui voluntatem diuinam ad ſuam non *curuant*; ſed ſuam ad Diuinam rectè conformant, quaſi vna & eadem ſit vtriuſque rectitudo. Quare Symmachus apud Catenam Græcorum Patrum, pro τὸ *recti corde*, excribit, *ſimplices corde*, Volun-

Pſal. 35. v. 11.

Non eſt curuanda Voluntas diuina ad noſtram voluntatem.

S. Auguſt.

Dei & hominis vna & ſimplex ſit voluntas quomodo?

Symmachus

tate

tate inquam. Nam cui ineſt hæc conformitas cum voluntate diuinâ, ſic videtur diuinam voluntatem exoibuiſſe, vt non multiplex, ſed *ſimplex* vtriuſque Voluntas nominetur. Itaque *recti corde* ſunt; qui diuinam voluntatem non *curuant* ad ſuam; ſed ſuam ſic diuinæ conformant, vt vna & *ſimplex* vtriuſque voluntas eſſe videatur, quaſi idem velint, idemipſum per omnia nolint; ne vel tantillum à diuina voluntate diſcordent.

6 Geneſeos 8. poſt totum annum ab inchoato diluuio, locutus eſt Deus ad Noë dicens: *Egredere de arcâ tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum.* &c. Eccur tandiu expectat Noëmus? an non terra iam erat arida, & ad hominum veſtigia ſatis idonea? Appoſitè Ambroſius lib. de Noë & arcâ, cap. 21. *Recedente aquâ, & ſiccatâ terrâ, exire potuit Noë de arcâ: Sed Iuſtus nihil ſibi arrogat, ſed totum ſe diuino committit imperio.* Nimirùm Deus ad negotium totius orbis hominem (vt par eſt) eligit prudentiſſimum, ingenio ſollertem, canis expertum, ſcientiâ Sanctorum prælustrem; & tamen licèt ſpectatâ humanâ prudentiâ, potuiſſet iam diu optatiſſimam è diuturno illo carcere ſolutionem dare, & inde cum totâ familiâ tuto exire; ſuum deponit iudicium, nec feſtinat quicquam diſponere præter diuinam voluntatem, quâ ſe ſuaque per omnia regere percupiit. Quare etſi poterat *recedente aqua, & ſiccatâ terrâ exire*, adhuc cunctatur, ne forſan à voluntate diuinâ vel in minimo diſcordet, tametſi ſpectatâ humanâ prudentiâ impunè potuiſſet. Bona ſanè eruditio de Patriarchæ ſchola!

Geneſ. 8. verſ. 16.

S. Ambroſ.

Cur ſiccatâ iam terra Noemus ex arcâ non egrediatur?

§. XXXII.

Pater qui filiorum inſtitutionem negligit, etſi filios habeat ſuperſtites, delet familiam, & improles decedit.

1. LIgurientis pueri Diogenes pugnum inflixit pædagogo. Rectè ille, qui culpam non diſcipulo, ſed doctori aſſcripſit. Ita verò lancem aut calicem non communices rectè, niſi mox ab ipſis incunabulis ſis inſtitutus, vt ait Ariſtophanes, ad non popinandum, ad non liguriendum, & ad pedes alterum alteri incumbentes non tenendum: familiæ verò, ciuitatis, matrimonij, vitæ, imperij inculpata ſocietas conſiſtat inter eos, qui quemadmodùm conſuetudo colenda ſit mutua, non didicerunt? Ariſtipus cùm interrogatus eſſet à quopiam: Num tu es vbique? Ridens: Nempe naulum, inquit, malè colloco, ſi ſum vbique. Quid ni ergò tu quoque dicas; ſi inſtitutione non redduntur homines meliores, pædagogorum merces male collocatur. Nam vt primùm acceperint hi à lacte puerum, ſicut corpus nutrices conformant, ita eum componunt moribus, atque in veſtigium primum aliquod conſtituunt virtutis. Itaque præceptores quærendi pueris ſunt vitâ probatâ, moribus inculpatis, & rerum vſu excellentiſſimi. Quandò fons & radix eſt probitatis rectâ imbutum eſſe inſtitutione. Atque vt adiungunt plantis agricolæ pedamenta, ita iuſti magiſtri affigunt pueris, quo mores horum rectè pullulaſcant accuratas præceptiones, & præſcriptiones. At nunc ſicut nonnullos patres de accurata filiorum pædagogiâ maximè commendes; ita alios deteſteris, qui filios ſuos obuiis vitiis exponunt, generaſſe contenti. At genuiſſe libidinis indicium eſt, benè inſtituiſſe virtutis documentum: verè patres non naturæ tantùm, ſed morum; quales fuerunt Suſannæ parentes, qui *cùm eſſent iuſti erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.*

Plutarchus Com. radi doctr. vts poſſe. Diogenes Ariſtophanes.

Optimo pædagogo puerorum naſcitura ducenda eſt ad virtutem. Ariſtipus

Plutarch de Inſt. liberis.

Hic Verſ. 3.

2. Ruth 4. Boozus ille opibus, virtute, ac nobilitate prælustris, vt ritè eius ineat connubium, alienigenæ puellæ nuptias Propinquo illi offert, ad quem legitimo iure propiùs ſpectabant. Cui Propinquus reſpondit: *Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familia mea delere debeo.* Eſto, iuri ſuo vltrò cedat agreſtis hic Boozi Propinquus, & Ruthæ oblatas nuptias palàm repudiet, vxoris alienigenæ & ſpicilegæ faſtidio; difficillimè hoc repudium huiuſmodi ratione colorabit. Quo enim pacto puellam ducens, poſteritatem familiæ ſuæ deleret? Imò iuuenculæ vxoris fœcunditate nobili ſuam augeret familiam vlteriore prole: quod Boozo feliciter accidit. Quin & huiuſmodi abdicatione, ipſe in Scripturis anonymus, & nomine, & nomine etiam poſteritatis ſuæ fraudatur, ac ſi deceſſiſſet improles: indeque ſuam extinxit familiam, vndè amplificandam putauit. Valdè ſudat Commentatorum induſtria, vt hanc propinqui illius rationem expediant. Lyranus impugnatâ Hebræorum interpretatione, ſic inibi ſcribit: *Neque enim poſteritatem familia mea delere debeo. Exponitur videlicet de prole, quam iam habebat de aliâ vxore: quia ſi accepiſſet Ruth, oportuiſſet eum intendere educationi & prouiſioni prolis naſcituræ de ipſâ; & per conſequens minùs poſſet intendere prouiſioni prolis iam habitæ de aliâ; & iſtud vocat deletionem ſecundùm communem modum loquendi.* Moraliſſimè quidem Lyranus. Nimirùm hic Boozi Propinquus numeroſâ prole auctus putatur ex aliâ, aliiſue vxoribus; veretur autem nouam inducere, & quidem puellam ætate ac viribus robuſtam, præcauens ſi liberos ex nouâ vxore ſuſcepiſſet, ſe imparem fore *Educationi* ac prouiſioni filiorum, quos ex aliis vxoribus hactenùs ſuſceperat. Sanè alto ethicè ſtilo hic Boozi Propinquus, plures filios malè *Educatos*, ſuæ familiæ *deletionem* appellat. Vndè diſpendio

Ruth. 4. v. 6.

Lyranus

Qui filiorum educationem negligit improles eſt, & poſteritatem familiæ ſuæ delet.

accipiendæ hæreditatis conſtanter recuſſat, plures filios legitimè ſuſcipere, quibus ſcilicet educandis par non ſit, ne *poſteritatem familiæ ſuæ delere* cogatur. Hem! illiberem ſe putat, ſi pluribus etiam filiis auctus, illos negligenter educauerit? Mauult eſſe morum, quàm naturæ pater; & præmaturè renuit naturæ habere filios, qui non bonæ educationis vitio, mores paternos non expreſſerint. Salubris quidem parentum eruditio! Improles eſt, & familiæ ſuæ poſteritatem deleuit, nulloſque habet filios, quiſquis neglectâ pædagogia, malè illos educauit.

5 2. Regum 18. poſtquam ſacer Hiſtoricus narrauit Abſalomum fuiſſe durè lancinatum, & magno lapidum aggere cadauer oppreſſum, confeſtim addit: Porrò Abſalom erexerat ſibi, cùm adhuc viueret titulum, qui eſt in valle Regis: *dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.* Verùm grandis occurrit difficultas, quam nemo interpretum non excitat, & pro virili extricare conatur, nempè quo pacto verè hîc dicatur Abſalom non habere filios, cùm nuper dictum ſit: *Nati ſunt autem Abſalom filij tres: & filia vna nomine Thamar, elegantis formæ:* Multa multi ſuper hoc litigio, quod nemo hactenùs compoſuit. Semper enim difficultas ſupereſt, quare hanc ſtruxerit marmoream ſtatuam, quia non habebat filios. Abulenſis indidem quæſt. 21. ita ſcribit: *Littera Chaldaica dicit, quod Abſalom filios habebat, ſed non erant tales, in quibus poſſet patris memoria permanere, vt fortè quia non erant pulchri ſicut pater.* Et poſt nonnulla: *Manebat etiam iſta imago ad exprimendam pulchritudinem Abſalonis, & quantùm ad hoc non proficiebant filij, cùm non eſſent omnes poſteri Abſalonis futuri ſic pulchri vt Abſalom.* Scilicet qui non morum, ſed corporis dumtaxat elegantiam in filiis quærit; qui negligit liberorum pædagogiam, & de pulchritudine corporis, non de formâ virtutis, quam contemnit informare, filiationem æſtimat, & ſi quatuor relinquat filios adhuc ſuperſtites, improles decedit. Suam imaginem in marmore, ſculpere ambit, quæ venuſtiorem eius pulchritudinem affabrè exprimat, tamquam ſuæ venuſtatis æternum ſeculis monimentum: & filios, quos ipſe genuit, quaſi à ſuæ corporalis formæ elegantiâ degeneres repudiat, & à filiorum vocabulo exauctorat, quia licet venuſti, patris venuſtatem non adæquant: quare ſe illiberem mori fatetur. Sic eſt ſollicitus de bono corporis filiorum, qui ſic morum elegantiam in ſe, & in filiis ſceleroſiùs neglexerat. Opinor, qui nimis eſt ſollicitus de corporalibus filiorum bonis, & neglectâ eorum pædagogiâ, æterna illis virtutum bona contemnit, liberorum licet grege ſtipatus, improles moritur: ac ſi accuratior pædagogia, nobilius patris nomen retangat, & poſteritas educatione filietur.

2. Reg. 18. 18.

2. Reg. 14. verſ. 27.

Abulenſ. Chaldæus.

Cur Abſalom quatuor habens filios, filios non habere dicatur?

Filius, qui patris pulchritudinem non exprimit, non cenſetur filius.

4 Geneſeos 49. Iacob morti proximus, ſic benedicit, vel potiùs hæc prædicit Rubeno: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei.* &c. Dicit Iacob, fortitudo mea, quem ſcilicet primò genui in robore ætatis: vel quia primogenij iure debuit fore velut fortitudo & baſis totius Iacobææ familiæ. At primogeniti honore & cenſu exhereditaris, quia fuiſti *principium doloris mei*, ob tuum in mè ſalaciſſimum facinus. Opinor, hactenùs plures labores, ærumnas, dolores Iacobus exantlarat. Tulerat enim longum à paternâ domo exilium, auſterum fraudulenter ſocerum; & rurali perdiu vitâ, aut torrente ſole æſtuabat, aut gelu rigore vrebatur. An non etiam Eſau fratris atroces etiam minas ſuſtinuit? Quomodò ergò ſic intrepidè Iacobus, inquit, Rubenum fuiſſe ſui *doloris principium*: Verùm rem tetigit Rupertus ſic inibi locum exponens: *Vndè principium doloris mei? quia effuſus es ſicut aqua, aſcendendo cubile patris tui. Hoc enim principium doloris eius extitit, non quod in nullo ante doluerit; ſed quia verus dolor de plagâ peccati, primum in domo eius de iſto accidit.* Nimirùm Iacob, bonus ſemper paterfamilias, ſui *doloris principium* appellat Rubeni ſcelus, non quia plures alios cuiuſque non ſuſtinuiſſet; ſed dolet *de plagâ peccati*, quæ *primùm in domo eius de iſto accidit.* Quaſi dicat: Agreſtis Labani fraus, barbarica Eſaü fratris ira, aliena à me protsùs erant, neque ad me tamquam ad familiæ rectorem vllatenùs ſpectabant. At primogeniti mei aduerſus me flagitium, patratum *in domo* meâ, cui præſum; in me quaſi non bonum educatorem, & filiorum, inſtitutorem recidit. Plaga peccati Rubenis, & forſan mei, *principium doloris* mei eſt, quia peracerbum mihi dolorem facit, & acerbitate furſan pædagogiæ incuriam emendat.

Geneſ. 49. v. 3.

Rupert. l. 9. in Geneſ. c. 26.

Cur peccatum Rubeni, Iacob appellat ſui doloris principium?

5 Oſee 1. iratus Dominus hæc illi iubet, vt non ſolum ore, & calamo, ſed opere etiam prophetet: Vade, inquit, & ſume tibi vxorem fornicationum (id eſt, meretricem ducito vxorem,) & fac tibi filios fornicationum. Et abiit, & accepit Gomer: & poſt natum Iezrahelem, *concepit adhuc & peperit filium*, &c. Cùm in Græcis codicibus habetur, *genuit*, notat inibi Philippæus, quòd Mater ſit dicenda ſimpliciter, ſi corpus non ſolum formauit; verùm & animum inſtitutione bonâ informauit. Quæ autem peperit ſolùm, & filios ſic habet ſceleribus contaminatiſſimos, nil mirum ſi dolorem indè & confuſionem hauriat, quibus magè prouida conſultrix ad ſalutem eſſe debuiſſet. Procopius ita interpretatur quiſnam ſit Filius ſtultus, Prouerb. 17. v. 25. *Qui genitus eſt in malitiâ & ignorantiâ mortuus eſt. Huius verò mater non eſt, etiamſi ipſum genuerit. Si enim mater eſt, etiam eſt, genitrix: Non omninò autem ſi genitrix, eſt & Mater; eo quod non omne quod genitum eſt participat ſpiritu adoptionis.* O moraliſſimum tempeſtiuè diſcrimen inter genitricem & Matrem, & inter Patrê & genitorê. Genitor fuit Abſalô,

Oſee 1. v. 6.

Philippæus.

Prou. 17. v. 25.

Procop. apud Philip. ſupra.

Non omnis genitor, pater eſt: ſed qui erudit filios iuſtitiam.

non

non ſic pater: & indè ſuprà num. 3. quatuor habens liberos, verè dixit, non habere filios; fuit enim genitor, non Pater; aut ſi dicere magis congruit, Pater non filiorum: quod in re phyſicâ videtur monſtrum, in re mortali frequens videtur. Porrò generatio genitorem denominat; pædagogia autem accuratior, & optima morum inſtitutio, genitorem refingit in Patrem: quaſi venerabile nomen patris, non tam naturalis voluptuosè generationis, quàm optimæ morum inſtitutionis ſtipendium cenſeatur. Profectò deſes negligentia filiorum inſtituendorum, aborſus eorum eſt; & ideò filiorum duntaxat cadauer ſupereſt: quare oriatur Patris nomen, re patris vacuum.

§. XXXIII.

Sollicita filiorum pædagogia, ſedulitati parentum multimodè commendatur.

1
Car.ſcr.l.1. cap.5.

PEritè Politico-Chriſtianus: Nil eſt, inquit, quod non expugnet peruicax opera, & intenta ac diligens cura. Robora ſanè in tectum quamuis flexa reuocabis: curuatas trabes calor explicat, & aliter natæ in id finguntur, quod vſus noſter exigit: quantò faciliùs animus excipit formam, flexilis, & omni humore obſequentior? Scio obdureſcere non tarò mentem, & è carneâ rupeam & chalybeam exurgere: ſed & hoc ſcio, molliſſimi elementi deciduis guttis, & lentè labentibus ſaxa molleſcere, & eneruari ferrum, tantum aſſiduitas poteſt, vt tenerrimi etiam roris illapſu fœcundentur montes retrò ſteriles. Iam marmora quod ferrum ſecet? Aren â & aquâ ſparge, ſecabis tam mollibus tam dura. Eadem in animo conſequeris; ſaxeſcat licet & rupeſcat, frequentatis medicantibus, dulcibus licet, & mella ſua loquentibus, miteſcet. Itaque aſſidua paternæ educationis cura bonam indolem expolit; prauam flectit, cicurat, & mirè domat. Tantum educationi licet!

Quantum bonæ educationi liceat.

2
Pſal.44.v.1.

Pſalm. 44. hic titulus altè præſcribitur: *Pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum.* quæ prorsùs noua eſt, & inuſitata inſcriptio, ſpiritualis myſterij plena. *Pro iis qui commutabuntur*, à terrenâ nimirùm concretione ac vilitate in defæcatam & lumpidiſſimam Angelorum puritatem: quæ metamorphoſis miriſſima, virtutum, caſtitatis præſertim arbitrio fit. Illud *pro iis qui commutabuntur, filiis Core*, Hebræi, & Hebraizantes transferunt, *pro floribus*, vel *pro liliis filiorum Core.* Ita Hieronymus ex Symmacho, Aquilâ, & Theodotione. Et quidem Hebræũ ששנים *Soſannim*, ſignificat lilium, à quo Suſanna, & nomen mutuat, & rem nominis adimpleuit, vt ſuprà ſuo loco adnotabamus. Itaque profundo ſtilo hic Pſalmus hâc prænotatur epigraphe, quæ parentes admoneat, vt filios tamquam *flores* ac *lilia* tractent, vt moribus vernent, floreant, fructificent ad omnes ſanctitates. Clemens Alexandr. (aliàs à nobis expenſus) libr. 2. Pædag. capit. 8. *Matrimonij*, inquit, *flores liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* O quantâ curâ, ac diligenti ſollicitudine floriarium tractatur, quàm impensè excolitur, quàm ſcrupuloſè attrectatur, ne flores marceſcant, & ſpem fallant amiſsâ placendi gratiâ. quod præſertim in *liliis* accidit: nimis enim tenera eſt liliorum valetudo. Hinc Suſanna, id eſt, lilium, appoſitè inducitur *delicata nimis.* Sollicitè igitur educatio filiorum peragenda eſt: in flore enim, & ex flore, tota floriarij gratia, & opulenta ſpes fructuum collocatur. Impensâ admodum curâ Suſannâ educatur, & à tenerâ ac flexili illâ ætatulâ ad omnes ſanctitates probè eruditur: nam *parentes illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi*, bene ſcientes quòd *matrimonij flores liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* O quantâ gratiâ floret Suſanna, id eſt *lilium*! quàm ſuauem virtutum omnium odorem, olim in Synogogâ, & nunc in Eccleſiâ ſpirat! Hic Suſannæ flos, flos morum eſt, cælum in terrâ fragrans; & accuratioris pædagogiæ fructus eſt.

S. Hieronym.
Symmachus
Aquila
Theodotion
Hebræus.

Clem Alex.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Filij ſunt matrimonij flores: & vt flores tractādi ſollicitâ educatione.

Hic verſ. 31

Hic verſ. 3.

3

2. Machabæorum 7. atrociſſima ſeptem filiorum martyria, & barbaricas impiè ſtrages, pro Moyſis lege ſeruādâ toleratas, intrepidè ſuſtinet pia mater, & inclyta Heroïna: & accuratæ educationis fructum demeruit. Quibus tantiſper euariato dumtaxat numero, congruit, quòd de Suſannâ ſcribitur: *Parentes illorum cùm eſſent iuſti, erudierunt filios ſuos ſecundùm legem Moyſi*, pro quâ feralia ſubierunt cruciamenta. Porrò mirabilis mater *ſingulos illorum hortabatur voce patriâ fortiter, repleta ſapientiâ*; & quod cœpit in pædagogiâ, continuatur in moribus, & in morte conſummatur: vt quæ illos carne peperit, pædagogiæ arbitrio parturiat cælo. Quâ ſuper re audiendus eſt Emiſenus homil. 4. de Epiphaniâ ſic eloquenter fatus: ſigillatim itaque à ſenioribus ad iuniores fratres paſſionum ordo diſponitur, vnumquemque per decurrentes ætatum gradus, creſcentia tormenta percurrunt: ſinguli magnitudine ſupplicij, omnes ſpeciali acerbitate torquentur; inter videntes pariter & ſuſtinentes qui dolores ſunt; propria ſunt dolore communia; ac ſic ille qui poſterior vicit, cum omnibus triumphauit. *Satagit inter hæc felix orbitatibus ſuis mater, ſollicitior de perimendis, ſecurior de peremptis: reſpiciens quot funera, tot trophæa: & filiorum merita exultando ſua faciens, nouo genere gaudia doloris metit, ac ſeptem martyria vnius pectoris virtute conſummat: & numeroſam prolem cælo læta parturiens, ad regnum Dei ſecura, quia ſecutura præmittit.* Mox opportunè tam ſtrenuæ magnanimitatis in filiis cauſam reddit: *Quæ alia cauſa, niſi diuina gratia, & doctrina domeſtica? Quæ cauſa alia, niſi quia ſtatim poſt tranſacta cunabula, inter annos infantiæ religionis affectũ de inſtitutione & conuerſatione pia parentis acceperant, & de tam ſancta matris pectore Deum traxerant? exẽpli enim femina in pignoribus ſuis animas magis cupiens nutrire quàm corpora, fidẽ pri-*

Hic verſ. 3.

2. Match. 7. v. 21.

Euſ. Emiſ.

Multimodè filiorum pædagogia, parentum ſedulitati commendatur.

Emiſ. ſuprà.

mam teneris ſenſibus vice lactis infuderat, vt rudes eorum mentes, & mali neſcia, in ipſo vitæ limine vitam ebiberent? eóſque primitùs agnitio diuini timoris impleret, vt in noua viſcera ſacris ſtudiis occupata, locum vana ſeculi non haberent. Quæ cùm ita ſint, diſcant boni parentes tantæ matris exemplo erudire filios ſuos, vt quos ſe in hanc vitam gaudent munere adquiſiſſe naturæ, præparent æternitati ſedulitate doctrinæ: inſinuent fidem, doceant religionem, præcipiant caſtitatem. Maiorem ad pignora veſtra non poteſtis adhibere pietatem, quàm ſi per vos cognoſcant animarum parentem; quàm ſi per vos in bonis patris tranſeant adoptionem, quàm ſi per vos efficiantur cæli heredes. Longiuſculè præter morem; ſed quid omitterem? E multis ſententiis ſententiarum grauidis, elige quam magis ethicè artifeſt, & ad mores enucleatiùs expende.

4 Geneſeos 18. cum Angelis conuiuis ſimul graditur Abraham deducens eos. Dixitque ei Dominus: Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum: cùm futurus ſit in gentem magnam ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ? *Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.* Quæ verba ſic elucidat Ambroſius: *Alia littera inquit: Non celo Abrahæ puero meo quæ ego facio. Senilis vtique ætatis Abraham ſuperiùs Scriptura ſignificauit, quia nonaginta & nouem proceſſiſſet annos; quomodò nunc puerum dicit?* Nempè Deus *puerum* ſuum appellat, & quaſi puerum & filium ſuum erudit, ei reuelans exitialem peccatorum exitum, quia prænoſcit Abrahamum benè inſtituturum filios ſuos vt cuſtodiant viam Domini. Dei ſcilicet meretur pædagogiam, qui ſuam filiis ſollicitè impendit. Abrahamo itaque prope centenario, & tunc improli, tunc, tunc quidem proles numeroſa promittitur, cùm præuidetur benè eruditurus filios, quos haberet. Imò (quod mirere magis) tunc etiam ei promittitur Meſſias ex ſe naſciturus, & inter Abrahamides, id eſt, inter Abrahami filios numerandus, quando dicitur Deus *ſcire quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.* Nimitùm illum filio ſuo Deus præparat humanum patrem, quem ſedulâ pædagogiâ anteuidet filios ſuos probè inſtituturum. Et ſanè Chriſtus Deus humanæ pædagogiæ ſeu inſtitutionis non eſt indigus; nihilominùs ille, ille inquam, in eius patrem prædeſtinatur, qui filiorum educatione & inſtitutione præpolleat: qui eum relinquat non ſui ſenſus, ſed propriæ virtutis hęredem. (Abraham ait Emiſenus) *diuinâ voce laudatur: ſcio, inquit, quia Abraham præcepturus ſit filiis ſuis, vt timeant nomen meum. Prædicatur quòd poſteros ſuos eruditurus eſſet in Domino, qui iam ad hoc fidei virtute peruenerat, vt filium poſſet immolare pro Domino. Has itaque primas filiis veſtris prouidete opes, has eis immortales prouidete diuitias: has eis poſt vos hæreditatem relinquite, quæ offerri poteſt, relinqui non poteſt.*

Geneſ. 18. v. 19. S. Ambroſ. apud Lipoman.

Bonus filiorum pædagogus, Deum ſibi pædagogum meretur.

Abraham bene inſtituturus filios, prædeſtinatur Chriſti Dei pater. Emiſenus ſuprà.

5 Regius Vates Pſalm. 126. ſic ad rem modulatè pangit; *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filij: merces, fructus ventris.* Per hunc *ſomnum*, quem dono Dei accipieſit verè Abrahamides, & Dei populus, à ſuo Patriarchâ Abrahamo benè in re Dei, & morum negotio inſtitutus; benéque poſteros ſuos inſtituens: intelligitur quies à tot bellis, exiliis, calamitatibus, quæ illos tandiu inquietabant. Ait ergò: Cùm *dilectus* Dei populus, ab externis bellis, & animi perturbationibus tranquillitate potietur, tunc de totius familiæ moribus benè inſtitutis, & probè compoſitis, *ecce hæreditas Domini, filij: merces, fructus ventris. Eritque* (ait Titelmannus inibi) *fructus, caſus nominatiui: & idem ſibi valent ambæ illæ partes: Hæreditas Domini ſunt filij, & merces Domini ſunt fructus ventris: vt qui in priori parte appellantur hæreditas, in poſteriori dicantur merces: & qui in priori, filij; in poſteriori dicantur, fructus ventris.* Hæc Titelmannus in annot. qui nuper in Elucidatione antedixerat qualis ſit hæc hæreditas, aiens: *Hæc enim erit hæreditas, in qua inhabitabit & gloriabitur Deus, non fertiles campi, non denſæ ſiluæ, non prata virentia, non montes aurei; ſed filij gratiæ & gloriæ, quos habebit ſibi in hæreditatem præclaram & precioſam.* Nempè filij à piis parentibus ſedulâ pædagogiâ benè inſtituti, & à flexili infantiæ ætate, ad omnem pietatem eruditi, eſt *præclara & pretioſa Domini hæreditas*, quam patres accuratæ pædagogiæ vomere excolunt, & negotioſâ agricolatione ad omnes ſanctitates fœcundant. O fructus ex hâc hæreditate benè cultâ, Deo opimos, & diuinæ gloriæ fertiles! ô reddita *merces* Deo digna! Hic parentum ſomnus ſeu otioſa quies in *filiorum* educatione, negotioſa ſedulitas eſt, & *merces* Deo digna.

Pſalm. 126. v. 4.

Titelman.

Filij bene inſtituti, præclara Domini hæreditas eſt.

6 1. ad Thimotheum 2. ſic præcipit Paulus: Mulier in ſilentio diſcat. *Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & ſanctificatione cum ſobrietate.* Num filiorum *generatio* mulieres in cælo beat? eleganter Chryſoſtomus ibi: *Deus ecce mulieribus aliam occaſionem ſalutis confert, filiorum ſcilicet educationem.* Itaque ſub generatione educationem complectitur Apoſtolus: educatio enim eſt quaſi completa generatio & formatio filiorum, vt inibi exponit Cornelius. Audiendus eſt S. Hieronymus lib. 1. aduersùs Iouinianum: *Saluabitur mulier, ſi illos genuerit liberos, qui virgines permanſuri ſint; ſi quod ipſa perdidit, acquiret in liberis: & damnum radicis, flore compenſet, & pomis.* De quo aliàs vbertim agebamus.

1. ad Tim. 2. v. 15. S. Chryſoſt. homil. 9. Cornel.

Educatio eſt quaſi completa generatio & formatio prolis.

S. Hierony.

§. XXXIV.

Lex ſit contubernalis; eſt nauis pondus, Dei oculus; eſt Regina, & velut Tyrannus metuenda.

1 VAtis purpurati præclara vox eſt: *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & in lege*

Pſalm 93. v. 12.

lege tuâ docueris eum. Eruditum de lege Dei Pſalmngtaphus meritò beat: qui enim lege eruditur, legémque tamquam ducem ac lucem ſequitur, rectam de rebus ſententiam erroribus defæcatam, Sanctius tenet. Quarè dilucidè Baſilius: *Fac tibi,* inquit, *præceptum Dei contubernale, lucem veluti quamdam ad diiudicationem rerum tibi aſſiduè præbens, quæ ex longinquo animæ tuæ curam ſuſcipiens, & veras ac germanas antè de vnaquaque re opiniones præparans, non ſinat te ab vllâ re earum, quæ quotidie accidere ſolent, immutari.* Conſultò monet, vt lex Dei ſiat nobis familiaris & *contubernalis*: vndè Dauid ait: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Sed quantumuis lex medullitùs nobis inſit, & cordi animitùs conuiſceretur, ait Baſilius, quòd adhuc lex *contubernalis*, & ſita *in medio cordis*; *ex longinquo anima tua curam ſuſcipiet.* Quid eſt, quòd lex *contubernalis*, & *in medio cordis* ſita, adhuc *ex longinquo animæ curam ſuſcipit?* Opinor, lex non miſcetur humano cordi: licèt illi adſit, & velut hæreat, in corde tamquam aduena peregrinatur, & quaſi *ex longinquo* adeſt: liberum enim hominis arbitrium, ſubiectionem legi naturaliter refutat, & illam excutere obnixiùs ambit, illamque euiſcerare, & à ſe abiicere ſatagit, quò exlex ſit, arbitrij ſui licentiæ dimiſſus. Vnde qui legem ſuſcipit, & illam ſibi inuiſcerat, tamquam morum aurigatricem optimam, legitimè beatur: *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tuâ docueris eum.* Feliciter hîc beatur Suſanna de lege Dei: *parentes enim illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.*

S.Baſilius homil. de patient.

Pſal. 39. v. 6.

Lex, etſi contubernalis ſit, an mæ curam de longinquo ſuſcipit, quare?

Hîc v. 3.

2 Deuteronomij 4. hæc dicit Dominus Deus: Et nunc Iſraël audi præcepta, quæ ego doceo te: *Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna.* Quaſi dicat: Cuſtodia harum legum oſtendet vos eſſe ſapientes & prudentes, atque à ſapientiſſimo legiſlatore Deo, ſapientiſſimè, ſanctiſſimè, & caſtiſſimè edoctos. Itaque perſpicax intellectus, & laudatior ſapientia, de obſeruatæ legis gymnaſio eſt. O ſtulti mortales aliquandu ſapite! Sapienter Saluianus lib. 4 de prouidentiâ: *Qui verbis Domini non obſequimur,* inquit, *ſapientiam profectè in nobis penitùs non habemus: niſi fortaſsè credimus ſapienter nos Deum ſpernere, & hoc ipſum quod Chriſti mandata contemnimus, ſummam prudentiam iudicamus. Et quidem cauſa eſt, cur hoc ita exiſtimare credamus; nam tanto conſenſu omnes peccata ſequimur, quaſi ſummi conſilij conſpiratione peccemus.* Sic amens inobedientia fatuè ſtulteſcit! de Philoſophorum ſcholâ prophanâ diſcat ſynagoga, & ad legum obſequium erudiantur Eccleſiæ mutes. Refert Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum, eos inter ſe diſputaſſe, *quænam Reſpublica foret optima & feliciſſima. Primus*, inquit, *Solon*

Deut. 4. v. 6.

Sapientia putatur, legem inobſequenter violare.

Saluian.

Quæ Reſpublica ſit optima, & feliciſſima? Plutarch.

reſpondit: In quâ iniuria alicuius auctorem, non minùs illæſi, quam qui læſus eſt, in ius rapiunt & puniunt. Secundus Bias dixit: In quâ legem vniuerſi tamquam Tyrannum metuunt. Tertius Thales: vbi, inquit, neque diuites nimis, neque pauperes ſunt ciues. Quartus Anacharſis: In quâ cùm reliqua habeantur, virtuti tamen potior, vitio deterior conditio defertur. Quintus Cleobolus: In quâ ciues reprehenſionem magis metuunt, quàm legem. Sextus Pittacus: vbi Magiſtratum gerere non licet malis. Septimus Chilo: In quâ maximè, leges, minimè oratores audiuntur. Oratores enim velut legum interpretes, illas pro arbitrio quoquouersùs flectunt: & quaſi *legum tuteres*, cum illis, tamquam cum pupillis agunt. Leges enim debent eſſe rigidæ, & velut *Tyrannus metuenda.* Sic obſequenter legibus parere, ſumma ſapientia, ſapientium ſuffragio comprobatur.

Leges velut Tyrannus metuenda ſunt.

Tertullian. in Apolog.

Pſalmo 44. ſic occinit regius Vates: 3
Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Multa multi ſuper hâc *Reginâ*, quæ in auguſto ſolio Dei, *à dextris* eius adeſſe dicitur, veſtitu deaurato amicta, & *circumdata varietate*, Nonnulli per hanc *Reginam*, Beatiſſimam Deiparam Virginem intelligunt; alij Eccleſiam, animam ſanctam alij. Verùm aliqui ex Hebræâ origine ſic locum ad rem excribunt: *Aſtitit lex à dextris tuis.* &c. Nam vt Chryſippus ait lib. de legibus: *Lex eſt omnium diuinarum rerum Regina.* Sic Iacobus in ſuâ epiſtolâ Canonica, *legem regalem ſecundùm Scripturas* appellat. Sic Orpheus in quodam hymno, vocat *legem Deorum hominúmque Reginam.* Et Tullius Philippicâ 1. legem definit, *Rectam, & à numine Deorum rationem.* Vnde æquum eſt, vt vel Reges ipſi legibus obſequantur. Demaratus porrò percontanti, *cur exularet Spartâ cùm eſſet Rex? Quoniam*, inquit, *leges in eâ ſunt potentiores.* Quare *à dextris* Regis, in ſolio ſuæ maieſtatis ſedentis, *Regina lex* adſtare dicitur. Notat autem Baſilius in Græcorum Patrum catenâ, quòd aſſiſtit *à dextris Saluatoris in veſtitu deaurato; hoc eſt, doctrinis ſpiritualibus intertextis ac variegatis ſeſe grauiter componens, & adornans. Quoniam verò dogmata minimè vniformia ſunt, ſed diuerſa variáque (quippè morales, ac naturales, & myſticos ſeu contemplatiuos ſermones continentia) idcircò Scriptura dicit, veſtem circumamictam varietate.* Exindè poſtquàm dixerat Propheta: *Aſtitit Regina, ſeu lex à dextris tuis*, tamquam imperiali voce mandans diuerſa variaque; confeſtim ſubdit: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*; nec meram audientiam ſed obedientiam exigit: nam in ſacris litteris, audire, obedire eſt.

Pſalm 44 v. 10. & 11. *Regalis lex aſſiſtit à dextris Dei, circumdata varietati.*

Hebræus.

Chryſip.

Iacob 2. v. 8.

Orpheus.

Tullius.

Cornel. ad eum Iacobi locum.

S.Baſil.

4 Idem Pſalmograph. ſic iterùm modulatè pangit: Manè adſtabo tibi, & videbo (Græcè, *& videbis me.*) *Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Græcè, *non accolet te malignus*; He-

Græcus Pſal. 5. v. 6.

Hebræus.

braicè, *non incolet te*, id eſt, neque tamquam inquilinos, aut peregrinos, vel ad per breuem manſionem apud te admittes iniquos & iniuſtos, ne illos vnquam in domo aut familiâ tuâ videas. Quid autem Dauid intelligat per Dei *oculos*, antè quos non poterunt ſtare hi *maligni*, & *iniuſti*, ſubtiliter tradit Pſellus in Græcorum Patrum Catenâ apud Corderium: *Neque permanebunt iniuſti antè oculos tuos. Oculi autem Dei ſunt leges, quæ datæ nobis ſunt ad noſtram inſtitutionem: vt quæ per Angelos Moyſi tradita eſt, & quæ ab ipſo Domino nobis eſt annunciata: nam in harum nullâ permanſerunt. Vndè cùm Euangelium quidem non ſuſceperint, exleges à Dauide appellati ſunt: cùm verò primum teſtamentum violauerint, tranſgreſſores nuncupati ſunt.* Itaque *maligni*, & *iniuſti*, qui legem non recipiunt, & indè *exleges* ſunt, aut legis receptæ *transgreſſores*; hi, hi, inquam, non permanebunt *antè oculos* Dei; *oculi autem Dei ſunt leges.* Et profundè quidem ſic appellantur. Porrò *oculorum* nomine oculatior ſeu perſpicacior Dei ſapientia innuitur, hæc autem in legibus apparet. Quin & oculorum valetudo tenerrima eſt, & vel à tenui puluiſculo non leuem læſuram patitur: ſic leuis legis violatio, oculorum Dei pupillam lædere perhibetur. Quod vt ſignificetur, moraliſſimè ait: *Oculi autem Dei ſunt leges*, per quas Deus homines reſpicit.

Pſellus.

Leges ſententiosè dicuntur oculi Dei: ne ergò vel leuiter lædantur.

5 1. ad Timotheum 1. Scimus, ait Apoſtolus quia bona eſt lex, ſiquis eâ legitimè vtatur: Sciens hoc, quia *lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis.* id eſt, lex non eſt lata ad iuſtos coërcendos: iuſti enim ſponte ſuâ ſe conformant legi amore iuſtitiæ & obedientiæ, non timore pœnæ, quam lex trangreſſoribus minatur. Pulchrè indidem Hugo Cardinalis: *Lex iuſto non eſt poſita. Non dicitur, Iuſti non habent legem, aut iuſti ſunt ſine lege; ſed iuſtis non eſt lex poſita, hoc eſt, non tamquam inuitis poſita, ſed voluntariis.* Quod mutuaſſe videtur ex Auguſtino, qui in Pſalmum 1. ita ſcribit: *Iuſtus non eſt ſub lege, quia in lege Domini voluntas eius: qui enim in lege eſt, ſecundùm legem agit; qui ſub lege eſt, ſecundùm legem agitur: ille ergò liber eſt, hic ſeruus.* Abſit vt Iuſtum putemus eſſe exlegem, & legibus, id eſt, oculis Dei orbatum: iuſto non eſt lex poſita, id eſt, impoſita tamquam *inuito*, ſed tamquam *voluntario*: quare ſecundùm legem *agit*, non ſecundùm legem *agitur*; quod foret eſſe ſub lege. Exindè ait inibi Chryſoſtomus: *Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem.*

1. ad Tim. 1. v. 9.
Qui voluntariè obedit, non eſt ſub lege.

Hug. Card.

S. Auguſt.
Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem: nec tamen exlex eſt.

S. Chryſoſt.

6 Ionæ 1. fugitiuus Propheta, faciem Domini declinans deſcendit in Ioppen, & aſcendit in nauim, vt fugeret in Tharſis. Dominus autem miſit ventum magnum in mare: & facta eſt tempeſtas magna, & nauis periclitabatur. Et timuerunt nautæ: *Et miſerunt vaſa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis.* Miſerunt *vaſa* in mare, id eſt, merces & onera, quæ erant in vaſis, ad nauem alleuiandam. Sed adhuc mare æſtuat, venti atrociter flant, & ceſſhnt, ſæuit procella, & ad momenta ſingula hiant naufragia. Ecquid profuit onera in mare proieciſſe? Verè Chryſoſtomus homil. 1. de pœnitentiâ: *Nautæ, ait, iactum fecerunt, nauis verò nequaquam alleuiabatur: quia nihil tam oneroſum, quàm inobedientia.* quaſi inobedientia ſit immenſum pondus, quo nauis ad abyſſum vſque degrauatur. Ne autem ſarcinis alleuiata nauis, ad ventorum ac procellæ arbitrium, quoquouersù inſtabilis iactaretur, etſi immenſo inobedientiæ pondere peſſum iret; pondere tamen legis librata, non ſubmergitur, nec inſtabilis fluitat, nec leuis agitatur. Quod obſeruauit idē Chryſoſtomus homil. 3. in epiſt. 1. ad Theſſal. ſic fatus: *Nauis ſine onere, & mens ſine præcepto, vtraque inſtabilis ac mobilis eſt.* Itaque homo exlex, aut legum violator, nauis eſt ſine ſaburrâ, aut æquo onere, quod illam fundet, ac libret, ne ventorum impulſu, vagè, & in incertum feratur; aut ſubuertatur in profundum. Vnde tanta in ſecularibus leuitas, & in bono inſtabilitas? quolibet vento, & vel leui aurâ agitatur. Opinor, crebra præceptorum tranſgreſſio, quâ velut exlex viuit homo: indè velut ex leuitatis conceptaculo inconſtantia oritur. Porrò *nauis ſine onere, & mens ſine præcepto, vtraque inſtabilis ac mobilis eſt.*

Ionæ 1. v. 5.
De inobedientia immenſo onere, nauis peſſum it naufragio.

S. Chryſoſt.

Homo ſine præcepto, eſt velut nauis ſine onere.

§. XXXV.

Carnis mortificatio, carnem non eſſe carnalem cenſere nititur.

1 DE myrrhâ, in cuius etiam nomine amarities mortificationis tranſparet, ſic pulchrè Vverricus Abbas: *Myrrha*, inquit, *amariſſimum guſtum ſui etiam nomine prodit: effectus autem præter alias ſuas vtilitates, corruptioni reſiſtit ...... Ipſi enim ſcitis quomodò vermeſcant corda, & corpora, ſi non de manibus laborantium diſtillaret myrrha: an non vermis luxuria? neſcio ſi alter nocentior, ingreditur blandiendo, mordet ridendo, transfert delectando, perimit conſenſu voluntario. An non vermis acedia? triſtitia? Sicut tinea, inquit, veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi. beatus igitur cui ad mortificandos eiuſmodi vermes, manus propria diſtillant myrrham per vniuerſum ſui. Iam præuenit vngere corpus ſuum in ſepulturam; ſed ſuum dicam, an Ieſu? Imò & Ieſu: corpus enim illius membrum eſt Ieſu: quiſquis ille eſt, qui ſic vnctus eſt, non eſt quòd vermem, metuat qui non moritur, quia iam ei mortuus eſt vermis.* Hem! non ſolùm mortificatio paſſionum vermem interimit; ſed homini mortificato vermis qui non moritur, iam mortuus eſt: Quid de mortificatione dici adulantiùs potuit?

Vverricus in allegor. in Cant. cap. 1.
Mortificationis myrrha, vermem paſſionum interimit.
Prouerb. 25. verſ. 20.
Myrrha mortificationis vngit hominis corpus Ieſu.
Ioan. 12. verſ. 7.
Mortificationis myrrha, vermem gehennæ interimit.

Canticorum 5. ſic anima ſancta de ſe loquitur: *Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatiſſimâ.* Lxx. Interpretes ſcribunt: *Digiti mei* (ſtillauerunt) *myrrham*, id eſt, perfectam & copioſam 2

Cant. 5. v. 5.
Lxx. Interp.

pioſam. Itaque non tantùm eius digiti myrrhâ *pleni* ſunt, ſed & myrrhâ ipſa dicitur *plena*; quò plenior, copioſior, ac perfectior exundantia myrrhæ, id eſt, mortificationis innuatur. Manus ergò & digiti ſponſæ, id eſt, omnes operationes eius ſtillent myrrham plenam, id eſt, perfectam carnis mortificationem. *Sed & digiti* (ait inibi Gregorius) *myrrhâ probatiſſimâ eſſe pleni perhibentur; quia in omni quod agitur, ſemper neceſſè eſt, vt mortificatio carnalis teneatur.* Ecce digiti pleni plenâ myrrhâ mortificationis, cùm *in omni quod agitur, ſemper mortificatio carnalis tenetur.* Profectò plenâ carnis eſt mortificatio, quando & *ſemper*, & *in omni quod agitur* continuò exercetur. Sed, opinor, pleniùs ac viuaciùs rem ediſſerit Gillebertus ſerm. 15. in Cantica: *Bona*, inquit, *myrrhâ, quæ carnalem petulantiam reprimit, & fluxos motus laſciuire non ſinit, & carnem non eſſe carnalem compellere nititur.* O bellè! nempè cùm *in omni quod agitur, ſed mortificatio carnalis tenetur*, eiuſmodi myrrhâ carnalem petulantiam reprimit, & fluxos motus laſciuire non ſinit; & quod mirere magis, generoſo virtutis auſu, *carnem non eſſe carnalem compellere nititur.* Sic eſt mortificatio generosè audax; ſic vltrà poſſibilitatis metam immeratè audet, vt carnem carne exinanire, carnem è congenitis carnium paſſionibus defæcare, & corpus ipſum (vt ſic loquar) excorporare ambiat? Mortificatio *carnem non eſſe carnalem compellere nititur.* O magnanima generoſiùs audacia! Tantùm aſſiduæ mortificationi licèt, vt carnem non eſſe carnalem adnitatur! Putauerim, ſi caro carnalis non ſit, dum caro carnalitatem mortificatione dediſcit, in carnem ſpiritualem aut Angelificatam ethicè refingetur. Hinc totus homo, quaſi exors carnis, ſpiritualis audit, & vitam viuere ſpiritualem & Angelicam perhibetur.

S.Greg.

Gillebert.

Mortificatio carnem non eſſe carnalem compellere nititur.

3 Ad Galatas 2. ſic Paulus de ſe ſcribit: *Viuo autem iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.* Quaſi dicat: Ego non ſolùm per baptiſmum, ſed etiam per aſſiduam ſemper mortificationem, cum Chriſto crucifixus, & peccato atque veteri vitæ mortuus ſum. Indéque quaſi ab arbore veteri reſectus ſum (ait ibidem Cornelius) vt nouæ arbori crucis Chriſti nouus quaſi ramus inſerar, ab eaque vitam ac ſuccum gratiæ ſugam; ita vt non tam ego, quàm viuat in me Chriſtus: quia non iam natura, non concupiſcentia, non voluntas propria, non voluptas, ſed Chriſtus ipſe quaſi animæ, & virtutum quaſi potentiarum motibus me agit ad omne bonum, & ad vitales virtutum actiones. Ab exceſſu quodam mortificationis eſt, vt Paulus cum Chriſto crucifixus, velut ſibi mortuus, dum cruci inſeritur, Chriſto viuat. Eloquenter Gregorius homil. 32. in Euangelia: *Quia*, inquit, *niſi quis a ſe ipſo deficiat, ad eum qui ſuper ipſum eſt, non appropinquat; nec valet apprehendere quod vltrà ipſum eſt, ſi neſcierit mactare quod eſt. Sic olerum plantæ tranſponuntur, vt proficiant, atque, vt ita dixerim, eradicantur, vt creſcant. Sic ſemina rerum in terræ admixtione deficiunt, vt in reparatione ſui generis vberius aſſurgant. Vnde enim videntur perdidiſſe quod erant, indè incipiunt apparere quod non erant.* Ecce tibi Euangelicæ mortificationis ſacramentum, quo *quis à ſe ipſo deficit*, vt vltrà ſeipſum proficiat: iugiter *mactat* quod eſt, vt ſuprà quod eſt ethicè ſubſtantietur. A ſe abſciſſus, Dominicæ cruci generoſus ſurculus inſeritur; vt inde meliorem vitam ſugens, ſpirituali prouentu vbertim fructificet. Sicut planta eradicatur, vt fœcundiùs ſuccreſcat: vt vndè videbatur perdidiſſe quod erat, indè eſſe præſtantius mutuetur: & dum cognatam carnem aſſiduè mortificat, *carnem non eſſe carnalem compellere nititur.* Pulchrè Metaphraſtes in Commendat. Ioannis Baptiſtæ, ita ſcribit: *Reliquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam neſcit, parentes aſpernatur, & in ſolius diuinitatis apicem defigit obtutus. Mira rerum conuerſio, hominem vix mundum ingreſſum, mundi fugere gloriam, & ſæculi cupiditates non ſolùm obliuiſci, ſed neſcire, perpetuúmque cum diuinitate habere conſortium.* Hem! Ioannes carnis cupiditates non ſolum obliuiſcitur, ſed etiam *neſcit*? Hinc forſan Angelus appellatur.

Ad Galat. 2. v. 20.

Cornelius.

Homo per mortificationem, à ſe deficit, vt planta eradicatur, & tranſplantatur.

S.Gregor.

Ioannes carnis cupiditates neſcit.

Metaphraſt.

Matthæi 16. ſic diſcipulos ſuos Chriſtus erudit: *Si quis*, inquit, *vult venire poſt me, abneget ſemetipſum ..... Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* Multum eſt, aliquem abnegare quod habet, quæ paupertatis laus eſt; ſed multò magis eſt, abnegare quod eſt, quod eſt mortificationis elogium. Sed eſto, quis ſe abneget, deſerat, perdat; quò ibit extrà ſe poſitus? quomodò ſe inueniet, qui ſeipſum perdidit? niſi forſan ſe perdendo inuenit? Moraliſſimum ſanè Chriſtianæ diſciplinæ paradoxon! Pulchrè Thomas Malleolus lib. de Mortif. vitæ. *O quàm felix eſt*, inquit, *iſta mortificatio, quæ mihi aperit ianuam æternæ vitæ ..... Omni die oportet me proponere velle mori propter Chriſtum, & de nouo incipere vitam meam emendare, & ad patiendum & moriendum diſponere, & me ipſum vincere.* Expende attentiùs quæ ſubiicit verba: *Imò omni horâ & tempore oportet me niti exire à me ipſo, & adfundum me relinquere propter Chriſtum, atque eius amore mei ipſius amorem abnegare & anihilare. Nam tantùm proficio, quantùm pro Chriſto dimitto: & tantum proficio, quantùm à me exeo. Vbi me relinquo, ibi me inuenio: & vbi me ipſum quæro, ibi me perdo. Vbi me ipſum prætendo ad commodum, ibi me lædo.* O pulchrum ethicè ænigma, cui ſubeſt ſpiritualis vitæ ſumma! Qui ſe quærit, quærendo ſe perdit: qui autem ſe mortificatione perdit, dû perdit, inuenit. Qui omni tempore non nititur *exire à ſeipſo*, & ad fundum *ſe relinquere*, & ſui ipſius amorem *abnegare & anihilare*, nuſquam eſt, nemo ſibi ac Deo eſt. Extrà ſe oportet exire, ſe funditùs abnegare, perdere, anihilare, vt apud ſe ipſe ſit; vt ſe alioqui perditum, meliùs inue- 4

Matth. 16. v. 24. & 25.

Thom. Malleo.

Qui non exit à ſe, non inuenit ſe; & qui non anihilat ſe, nihil eſt.

niat. *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.*

5 Exhod.24. v.18 Deut.9.9. Exhodi 24. in môntem Sinaï, diuinæ gloriæ nebulâ mirè fulgentem, Moyſes accitur, Deo palàm iubente. *Ingreſſuſque Moyſes in medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Additur Deuteronomij. 9. verſ.9. Moyſen quadraginta illis diebus nihil comediſſe, nihil bibiſſe. Sine vllâ humanę vitæ fruge vitam Moyſes tranſigit, inedia victitans; de penuriâ mundi viuum glorioſè cadauer, diuini ſplendoris indè

S.Chryſol. glorias eructans. S. Chryſologus ſerm. 166. agens de quadrageſimali ieiunio, & corporis maceratione, ita ſcribit: *Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totius diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in noſtri corporis obſcuro toto fulgeret lumine Deitatis.*

Homo per mortificationem defæcatus, & exinanitus à corpore dicitur. Ecce Moyſes inediæ ac macerationis ſuffragio, diuturnæque mortificationis beneficio, ſic mortalem hominem diffitetur, vt adhuc in carne, quaſi tranſierit ad ſpirituale elogium, *humano defæcatus, & exinanitus a corpore* dicatur. Sic mortifica-

Hic v.50. Hic verſ. 3. tio *carnem non eſſe carnalem compellere vititur!* Hic eſt *honor ſenectutis*, quem in pulchrâ iuuentâ Deus præmaturè dedit Danieli, ieiuniorum, & mortificationis laude ſpectatiſſimo: dedit & Suſannæ, ab ineunte ætate, in lege Dei diſtrictiùs inſtitutæ.

6 1.Petr.1. verſ.13. Petrus Apoſtolus Epiſt. 1.Canon. cap. 1. Propter quod, inquit, *ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in reuelationem Ieſu*

S.Auguſt. Cornel. ibi. *Chriſti.* Petire notat Auguſtinus in Pſalm. 92. quòd *ſuccingi, eſt iter aggreſſuri; cingi, operis quippiam facturi; accingi, præliaturi; præcingi, miniſtraturi.* Chriſtianis hæc omnia competunt, nam primò quaſi peregrini iter faciunt in cælum: Secundò quaſi operarij opus Dei peragunt: Tertiò quaſi milites Chriſti præliantur cum mundo, dæmo-

Mortificatio totam vim cupiditatis ad Deum transfert. ne, & carne: Quartò quaſi famuli miniſtrant Chriſto. debent ergò eſſe ſuccincti lumbis mentis, id eſt, debent eſſe mente & animo non impedito; ſed prompto, libero,

S.Nazianz. Luc.12. verſ.35. & expedito. Et ſanè cingulum, mortificationis ſymbolum iure cenſetur, dum paſſiones frenans, & velut lupato continens, aliam continentiæ indolem animo & corpori ingenerat. Pulchrè ad rem S. Gregor. Nazianz. Orat. 40. *Quid lumbi*, inquit, *quid renes? ſint lumbi veſtri ſuccincti, ac per continentiam reſtricti, ſicut Iſraeli olim ex legis præſcripto Paſcha comedenti: nemo enim purè ac perfectè ex Ægypto excedit, nec exterminationem fugit, niſi hæc domuerit, ac frenauerit.* Subnota attentiùs quæ ad rem ſubſcribat verba: *Renes autem laudabi-*

Viri perfecti idea. *lem immutationem ſentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transferentes, vt dicere queamus: Domine ante te omne deſiderium meum.* &c. humanæ *mentis lumbos* ſuccingi iubet, *qui vim totam cupiditatis*, mortificationis arbitrio, ad Deum transferri ſatagit. Grande quidem mortificationis miraculum, quòd vitiis prurientem humani appetitûs cupidinem, ad virtutis cupidines reformet; & cognatam vim dediſcens, peregrinam ediſcat.

§. XXXVI.

Obediens Deum habet fideiuſſorem, concupiſcentiam dediſcit, martyrium conſummat, & Paſſionem Chriſti commendat.

SAnctus Iobus, perpetititius ſanè vir, tot calamitates ſuſtinendo propè iam feſſus, 1 Iob.17.v.3.
ſic Deum ſupplex alloquitur: *Libera me Domine, & pone me iuxtà te; & cuiuſuis manus pugnet contrà me.* Pro τὸ *pone me iuxta te*, Hebraicè habetur *vadimonium, aut fideiuſſio.* Hic ergò fideiubere pro aliquo, eſt aliquem in ſuam fidem recipere. Ait igitur Iobus, ſi cum Deo coniungantur, ita vt cauſa ſibi communis ſit, vt ſibi quaſi fideiuſſorem alligatum habeat, non recuſaturum quodcumque certamen ac periculum. *Tantum obedienti licet, vt Deum habeat fideiuſſorem.* Nam quemadmodùm fideiuſſor cauſam alterius ſuam eſſe dicit, & ideò pro illo quanto poteſt ſtudio, & contentione pugnat: ſic Deus pro illo cui ſe legitimo illo fideiuſſionis vinculo colligauit, pugnat acri atque fideli ſtudio; & ſe patronum præſtat, cui ſe priùs fideiuſſorem obtulerat. Sed quis fideiuſſorem habet Deum? Pergit ibi Sanctius: *Ille Deum fideiuſſorem habet, qui incolumem præſtet, & effectum expediat, quem optat, qui ad illud ſe negotium feriò, atque conſtanter accinxit, quod Dominus impoſuerit. Qeare verus obediens adiutorem habet & patronum Deum, quo auſpice nihil eſt tam aduerſum, vt timere debeat, nihil tam arduum, quod exitu felici non abſoluat.* Tantùm obedienti licet, vt Deum habeat fideiuſſorem! Sic Deum obedientia & nobiliter obligat, & obſequentiùs placet?

Sanctius ibi num.4.

2 Ad Rom. 12.v.2. Paulus ſic Rom. adhortatur cap.12. *Nolite, inquit, conformari huic, ſeculo ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Quaſi dicat: Figuram mundi fugite, abiicite figuram fragilem veteris vitæ, quâ mundo ſubiecti eratis: ſed *reformamini*, Græcus.
Græcè, *transformamini*, vt ſcilicet, tranſeatis ex veteri figurâ innouam formam, quâ Deo conformemini. Sicque hâc metamorphoſi fiet, vt indies magis ac magis in alios homines tranſmutemini. Hæc autem metamorphoſis, quâ homo ex formâ aut figurâ mundi, ad Deum *reformatur* & *transformatur*, per obſequium fit diuinæ voluntati exhibitum. quod ſacrificium, ſeu *hoſtiam viuentem*, ſeu *rationabile obſequium* appellatat. Audiendus eſt hac ſuper re Auguſtinus, S.Auguſt.
qui lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 6. ſic locum elucidat: *Si corpus, inquit, quo inferiore tamquam famulo vel inſtrumento vtitur anima, cùm eius bonus & rectus vſus ad Dominum refertur, ſacrificium eſt; quantò magis anima ipſa cùm ſe refert in Deum, vt*

igne

Obedientia concupiſcentiam deſueſcit, & formam Dei reſculpit.

igne amoris eius accenſa, formam concupiſcentia ſecularis amittat, eique tamquam incommutabili forma ſubdita reformetur: hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, ſit ſacrificium? Quod Apoſtolus conſequenter adiungens: Et nolite ait, conformari huic ſaculo: ſed reformamini in nouitate mentis veſtra, ad probandum qua ſit voluntas Dei. &c. Itaque ſicut homo ſecularis, dum mundo adulantiùs obedit, illi ſe *conformat, formam concupiſcentia ſecularis* aſſumens: Sic & anima diuini obſeqnij intentiùs ſtudioſa, cùm per obedientiam *ſe refert in Deum, formam concupiſcentia ſecularis amittit, Deóque tamquam incommutabili forma ſubdita reformatur.* Quid tam homini de obſequio adulanter dici excogitariue poteſt, quàm vt eius arcanâ vi, per ineffabilem metamorphoſim ſic *tranſmutetur*, vt & *formam concupiſcentia ſecularis amittat*, quâ obediens mundo conformabatur; & *Deo tamquam incommutabili forma ſubdita reformetur*? ô bona miriſſimè obedientia, quæ in obſequij officinâ, & *concupiſcentiam ſecularem* deſueſcit, & in ſe *Dei incommutabilem formam* refingit! vt quod inobedientia in Adamo perdidit, in Chriſto meliùs obedientia reparet. In homine expreſſior Dei *forma*, obedientiæ ſtipendium eſt. Foit in Suſannâ, quæ à cunis in lege Dei diligentiùs obſeruandâ, ſollerter à piis ac religioſis parentibus inſtituta fuit; & vitam perdere, quàm legem tranſgredi malait.

Hîc Verſ. 3. & 23.

3 1. Regum 15. ſuper debellatione Amalecitarum, acerbè arguitur inobedientiæ Rex Saül à Samuële Prophetâ. *Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victima.* Ratio in promptu eſt: nam in victimis aliena caro, per obedientiam voluntas propria mactatur. Quare quantùm voluntas hominis excellit oues & boues, tantùm victimis obedientia præcellit. Argutè Bernardus lib. de ordine vitæ: *Tantò, inquit, quiſque Deum citiùs placat, quantò ante oculos eius repreſſa arbitrij ſuperbiâ, gladio præcepti ſe immolat.* En obedientia & reprimit arbitrij ſuperbiam, & præcepti gladio propriam immolat voluntatem. Appoſitè Bonaoentura in Diæta ſalut. Tract. 4. cap. 2. *Eſt obedientia*, inquit, *nobile genus martyrij, & palma triumphalis; quia decollat hominem, & amputat ei propria voluntatis caput.* Bonus piè carnifex, obedientia; quæ dum caput propriæ voluntatis amputat, nobile martyrium incruentè conſummat, & *pealmā triumphalem* impertit. Vicit, vicit Saül Amalecitas; ſed dum proprij arbitrij licentiâ, Deo parùm obſecundauit; non ſatis victoriatom illi fuit, nec *palmam triumphalem* reportare meruit, quam obedientia reportat.

1. Reg. 15. verſ. 22.

Obſequentes immolemur præcepti gladio.

S. Bernard.

S. Bonauent.

Triumphalis obedientia, propriâ voluntatis caput amputat.

4 Redeat iterùm ſemel expenſa Samuëlis ſententi[illegible] ad rem iterùm expendenda: *Melior eſt obedientia quàm victima.* Adeò vt vel auguſtiſſimum Dominicæ mortis ſacrificium, quo Dei vita fuit immolata, obedientiæ elogio nobiliter commendetur. Quâ ſuper re ita ſcribit probationis Theologiæ calamo, S. Thomas 3. part. q. 47. art. 2. *Reconciliati ſumus Deo,* inquit, *per mortem filij eius, in quantum ſcillicet ipſa mors Chriſti fuit quoddam ſacrificium acceptiſſimum Deo. Obedientia verò omnibus ſacrificiis anteferenr: ideò conueniens fuit, vt ſacrificium Paſſionis & mortis Chriſti ex obedientiâ procederet.* Hem! ſi Dominicæ paſſionis ſacrificium, tametſi immenſi valoris, quia theandricum & deivirile erat; oportuit obedientiæ elogio nobiliter commendari; quid obedientiæ meritum non auguſtè commendet? hinc vel maximè obſequij gratiam taxare licet. Non procedat Dominicæ Paſſionis ſacrificium, hâc prærogatinâ indotatum, nequid in illo deſiderari poſſit ad placendi gratiam. Profectò noſtri boni operis gratior emphaſis, obedientiæ lenocinium eſt. Sibi egregiè accinit Angelicus Doctor in ad Philippenſes 2. Verſ. 8. *Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis,* ſic fatus: Paulus *volens oſtendere perfectionem Paſſionis Chriſti, dicit, quòd factus eſt obediens: quia ſi fuiſſet paſſus non ex obedientiâ, non fuiſſet ita commendabilis. Quin obedientia dat meritum paſſionibus noſtris. Sed quomodò factus eſt obediens? non voluntate diuinâ, quia ipſa eſt regula, ſed voluntate humanâ, qua regulata eſt in omnibus ſecundum voluntatem paternam.* Audi ex ore magni Doctoris, quòd ex obedientiâ *Paſſionis Chriſti perfectio oſtenditur,* & vel ipſa Chriſti Dei mors de obſequio *commendatur.* Addit belliſſimè Bernardus: *Chriſtus perdidit vitam, ne perderet obedientiam, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* O! Chriſti Dei vita perditur, ne obedientia perdatur?

S. Thomas.

Obedientia vel Chriſti Dei paſſionem commendat.

Obedientia oſtendit perfectionem paſſionis Chriſti.

Ad Philip. 2. verſ. 8. S. Thom.

Chriſtus vitam perdidit, ne perderet obedientiam.

S. Bernard. apud Corn. in 1. Reg. 15. v. 22.

Euangelicus Vates cap. 62. de Eccleſiâ,
5 quæ ingiter Deum orat: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terrâ,* ſic propheтat: Non vocaberis vltrà derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs deſolata: *Sed vocaberis, voluntas meâ in eâ,* quia ſemper obedies voluntati meæ, eamque promptè exequeris. Ideo enim Deus ſibi complacet in Eccleſiâ, quia ipſa conformat ſe in omnibus voluntati Dei, ait ex Haymone Cornelius. Addit Hugo Carenſis: *Sed vocaberis, voluntas mea in eâ. Quaſi dicat: Ex me nomen habebis: voluntatem enim meam facies, & propter hoc dicetur de te: Hac eſt qua voluntatem Dei facit.* Dionyſius Carthuſianus inibi: *Mihi obediens eris, & mea voluntati conformis in terrâ peregrinationis tua.* Itaque Eccleſia per exactam obedientiam, quam præſtat, ſic in omnibus diuinæ *voluntati conformis* eſt, vt fideles virtute præſtantes, quaſi propriam voluntatem exuerint, ſic voluntâti Dei conformantur, ac ſi vna ipſiſſima foret vtriuſque voluntas, idem arbitrium, complacentia eadem. Nimirùm, quod attinet ad diuina, ſpiritualia, & cæleſtia in eis velut oriatur humana voluntas: quæ dediſcens propriæ voluntatis nomen, propter conformitatem in omnibus cum diuinâ, diuinæ voluntatis nomine vocari poſſet. *Vocaberis voluntas mea in eâ.* Sic

Matth. 6. v. 10. Iſaiæ 62. v. 4. Haymo.

Cornelius.

Hugo ibi. Carthuſ.

Chriſtianus vocatur, Voluntas Dei in eo, quare?

exactè

exactè, expromptè, perfectè homo Dei *voluntatem facit?* Quid homini; imò potiùs quid Deo adulaotiùs?

6 Geneſ. 2. v. 16. & 17.

Geneſeos 2. Adamo in paradiſum nuper delato, præcepit Deus: *Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientia boni & mali ne comedas.* Bonus Superior Deus, qui omnia permittit, vt vnum prohibeat ex omnibus Adamo licebat edere, ſi tamen ab vnâ dumtaxat arbuſculâ temperaret. *Perfectè Deus* (ait Auguſtinus,) *euidentérque monſtrauit quantum ſit bonum obedientia, cùm hominem in paradiſo poſitum, ab eâ re prohibuit, qua non erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmam: Sola inobedientia incidit in pœnam.* Itaque conſultiſſitiſſimè voluit Deus rem minimè malam primordiali præcepto vetare; vt eò magis demonſtraret obedientiæ meritum, quò minùs foret malitiæ particeps res prohibita. Quin & ſapienter addit S. Gregorius lib. 35. Moral. cap. 13. *Sciendum verò eſt,* inquit, *quòd numquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur, intermitti. Neque enim mala in paradiſo arbor extitit, quam Deus homini ne contingeret, interdixit. Sed vt per melius obedientia meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat vt hunc etiam à bono prohiberet, quatenùs tantò verius hoc quod ageret, virtus eſſet, quantò & à bono ceſſans, Auctori ſuo ſe ſubditum humiliùs exhiberet.* Præclarè Gregorius auguſtum obedientiæ meritum ex bono prohibito taxat: grande enim bonum eſt, quod bonum prohibens, melius eſt: nam tunc obedientiæ virtus micantiùs ſcintillat.

S. Auguſt. in ſententiis n. 238.

Num obedientia, etiã de bono prohibito laudatior eſt S. Gregor.

§. XXXVII.

Quantum reuerentiùs honorem debeant filij parentibus obſequentiùs exhibere.

1 S. Chryſoſt. in Matth. 19.

SCitè Chryſoſtomos: Quod eſt, inquit, in herbis & arboribus humor, hoc eſt in hominibus amor. Sicut enim herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt; ſic homines per amorem incipiunt & augentur. Humor quidem de radicibus aſcendit in herbam: de herbâ autem non reuertitur ad radices, ſed ſursùm tranſmittitur in ſemen: ſic & amor de parentibus aſcendit ad filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideò parentes quidem diligunt, ſed non ſic diliguntur à filiis: quia ſicut herba non deorsùm ſed ſursùm ad ſemen tranſmittit humorem; ſic & homo non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittit affectum. Hæc ille. ita quidem: nam amor, teſſera parentum eſt; à filiis autem ergà parentes, altior amoris vis exigitur; obſequentior nimirum de affectu ac debito reuerentia, cultus ſuo anctori ſubmiſſior, & quædam humanitùs velut diuina adoratio, quam in omni ætate ſuis parentibus obſequenter Suſanna exhibuit, ſecundùm Dei legem probè iuſtituta, vt hic notanter ſcribitur.

Amor parentum eſt velut humor arborum, qui aſcendit, non deſcendit.

Hic verſ. 3.

Salomon Prouerb. 30. ſic homines ſalubriter admonet: *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſua, effodiant eum corui.* &c. Pro *ſubſannat*, Hebraicè eſt, irridet, balbutit, ſiue ore ſiue linguâ balbutiendo, ſiue oculis anniictando, ſiue quo alio modo & geſtu. Oculi enim omnium affectuum ſunt indices; ideòque deſpectus & irriſio in oculis præcipuè cernitur. Quaſi dicat: Filius qui parentes ſuos videns & agnoſcens, apertis, totuiſque, & ſuperbis oculis proteruè deſpicit, imò irridet & inſultat, meretur à coruis lacerari & exoculari. Cæterùm pro *partum matris ſua*, Syrus habet, *ſenectam matris ſuæ*; Aben Ezra, *ſocietatem*; alij, *doctrinam*, alij, *expectationem*; alij *obedientiam matris*, ſeu parentum. Sic ſunt parentes obſequenter, piè, ac reuerenter tractandi! Vndè Stobæus ſerm. 79. ex Socrate, Patone, aliiſque Philoſophorum proceribus, ita ad rem ſcribit: *Vt igitur in promptu habeamus quibus officiis erga parentes adſtringamur, ſummariam hanc ſententiam ſemper animo verſare oportet, quòd parentes Dei nobis imagines ſunt, & Dy laras, ſeu domeſtici, beneficiorum auctores, cognati, creditores, domini, & amici coniunctiſſimi: ſunt enim Dei imagines certiſſima, & ſimilitudinem eius nobis referunt, meliùs quàm vllius artis facultas exprimere poſſit: cùm tamquam Deus domûs patronus, & nobis familiaris ſint.* Quare ſapienter concludit: *Filios exiſtimare debere ſe in domo patriâ veluti fano quodam editos, & ſacerdotes ab ipsâ naturâ conſecratos eſſe, vt parentum cultui operam darent.* Luculenter ſanè priſca retrò philoſophia, de naturę ſacrario hunc penè diuinum cultum parentibus debitum hauſit, arripuit, expreſſit. Ergò paternam domum puta templum, & filios velut Sacerdotes arcanâ naturæ auctoritate conſecratos, qui parentum cultui, venerationi, obſequio ſedulam reuerenter operam perpetuò darent. Itaque filius, qui à naturâ inauguratus parentum Sacerdos, velut diuinos illi honores non exhibet, impij ſacrilegij reus eſto. Reliquas præſcripti loci ſententias expenſione digniſſimas, omitto, eas excripſiſſe contentus, ne longum facerem. Procliue cuique eſt, eas ethicè emedullare.

2 Prouerb. 30. verſ. 17. Hebræus. Cornel. ibi.

Syrus.

Stobæus Socrates. Plato.

Filios natura velut parentum ſacerdotes inaugurat eorum cultui.

3 Prouerb. 13. v. 24. Salaz. ibi.

Prouerbiorum 13. pulchra morum gnome filiis æquè ac parentibus à Salomone proponitur: *Qui parcit virga,* inquit, *odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit.* Scilicet non diligit ille impensè liberos ſuos, qui ampliſſima ipſis patrimonia ſedulus quærit: ſed qui illos accuratè inſtituit, atque informat. Quapropter, *qui parcit virga, odit filium ſuum*, id eſt, non ſolùm qui liberos ſuos ex indulgentiâ numquam punit; ſed etiam ille qui in eiſdem caſtigandis parcus, & parùm aſſiduus eſt, vtique illos non adamat, ſed inuiti admodùm odio proſequitur. Nam amor ille qui liberorum quantumuis leues culpas

impu

impunitas relinquit, odij ad inſtar obtinet. Vndè ſubdit: *Qui autem diligit eum, inſtanter erudit*, id eſt, caſtigat, vt accommodata ſit appoſitio. Nullum maius paternæ beneuolentiæ argumentum, quàm aſſidua in illos animaduerſio: quam non timere debet filius, ſed amare; & caſtigãtem duriùs parentem gratè redamare: amat enim dum punit. Huc procul dubiò adludere videtur Ambroſius lib. de Benedict. Patriarch. cap. 1. Quantam diſcimus, inquit, parentibus deferre reuerentiam, cum legimus, quoniam qui benedicebatur à patre, benedictus erat: & qui maledicebatur, maledictus erat? *Ideo hanc parentibus gratiã donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur. Prærogatiua igitur parentum diſciplina eſt filiorum. Honora ergò patrem, vt benedicat te.* Subnota ſollertiùs quæ ſubdit verba: *Honoret pius patrem propter gratiã, ingratus propter timorẽ.* Alto quidẽ ſtilo, vt aſſolet Ambroſius! Nimirùm quia pater tũc peramantiùs filium diligit, cùm illum duriùs erudit ad emendatiunẽ; tanto, tàmque benefico amori *ingratus* eſt filius, qui propterea patrem timet. Vel metus, quo filius paternam animaduerſionem timet, ingratitudinis eum arguit, & ingratum probat beneuolæ emendationi; cùm debebat gratus eſſe ob paternalem animaduerſionis paternæ diſciplinam, in quâ patris ergà filium amor è diuerſo micantiùs tranſlucet. Nouum ſanè ingratitudinis genus, ſeruilis filiorum timor fingit; ſibi enim diſciplinam inuidet, & parentum offendit amorem, qui correptionem gratanter non excipit, propriæ emendationis tenuitu, & paternæ beneuolentiæ neglectu quare *propter timorem ingratus* redditur. O quã fuit Suſanna ergà ſuos parentes grata, obſequens, morigera; quæ ſic illos gratanter amauit, vt ita ab illis redamari meruerit, vt ex hoc verſ. liquidò etiam conſtat.

S. Ambroſ.

Ingratus eſt filius, qui patris animaduerſionem timet. quare?

Hic verſ. 63.

4 Sapientiæ 7. de diuino verbo, naturali Dei Patris Filio, ita ſcribitur: Emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit: *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Dicitur *imago bonitatis* paternæ, ait Lyranus ibidem: *proprium eſt enim Filij Dei, quòd ſit imago Patris.* Ita ſanè. Quis Catholicorum inficias ibit? Ideò enim diuinum Verbum eſt Dei Filius, quia per proprium characterem eſt Patris imago, illum repræſentans. Quin & cùm dicitur. *Imago bonitatis* paternæ, ab Anſelmo Laudunenſi exponitur, *Plena repræſentatio.* Ceterum quod *imago bonitatis* paternæ dicitur quomodò poteſt eſſe *plena repræſentatio*, ſi reliqua Dei elogia repræſentare non perhibetur? An plena imago & repræſentatio eſt, quæ Dei perfectiones alias, atque attributa velut intermittens, ſolam hic nuncupatim dicitur *bonitatem* exprimere? Verùm enim verò cùm in Deo Filio boni filij etiam apud homines idea ethicè tradatur; tametſi omnia Dei attributa reapſe exprimat, non ſit hîc expreſſa iuſtitiæ mentio, non iræ, non vindictæ, non omniſcientiæ, quæ circà peccata, aut peccatorum punitionem verſatur; ſed mera *imago bonitatis* inducitur, quæ etiam dicitur *plena repræſentatio*: nam omne quod apud homines bonus filius de patre repræſentare, & impreſſiùs referre & patri exhibere debet, paternæ *bonitatis* elogio cenſetur. *Plena repræſentatio* eſt, quâ filius patris *bonitatem* præfert, illamque honoris, reuerentiæ, & obſequij cauſſa impreſſiùs oſtentat, & explicatiùs demonſtrat. Exindè Dei Filius, bonorum filiorum idea, diuinæ *bonitatis imago* notanter dicitur, qui eſt apud homines boni filij cenſus.

Sapien. 7. v. 26.

Lyranus. Anſel. Laud. in gloſſa int.

Quare Dei Filius, paternæ bonitatis ſolùm imago hic dicitur?

Exhodi 21. inter miſcellaneas leges, quæ 5
in deſerti tranſitu more caſtrenſi conduntur Exhod 21.
Dei populo, hæc traditur: *Qui maledixerit* V. 17.
patri ſuo, vel matri morte moriatur. Peracerbum quidem ſupplicium, quo filij aduerſùs parentes maledicentia caſtigatur? Quâ alia mulctâ puniretur inuerecundior in Deum maledicentia, blaſphemiæ vocabulo execrabilis? Appoſitè ibi Caietanus: *Punitur autem, inquit, contumelia in parentes morte, quemadmodum & blaſphemia Dei. Et eſt ratio legis, quia nec Deo, nec parentibus poſſumus reddere æquale. Cõſiderauit enim lex quòd quemadmodùm parentes in hoc conueniunt cum Deo, ita pœna contumeliæ in parẽtes conueniat cum pœnâ contumeliæ in Deum.* Vide quàm vtramque maledicentiam pariare liceat: & contumelia aduersùs parentes, quàm propè blaſphemiæ vicinetur. Idcircò Nazianzenos in ſententiis ſententiosè pariter ac verè dixit: *Ille Deum abiurabit facilè, qui parentem ſuum negat.* Tantus eſt nexus inter Dei ac parentum cauſſam! tam eſt culpa in alterutrum alteri confinis, vt filius in parentem contumelioſus, propè eſt, vt in Deum blaſphemus ſit, de adſimilis flagitij cognatione per adnexas vitiorum conſequentias.

Caietan.

In parentes contumelioſus, propè eſt vt in Deum blaſphemus ſit.

S. Nazianz.

Geneſeos 34. maleſuada Principis Si- 6.
chem libido, Dinæ ſtuprum vi negotiatur. Geneſ. 34. verſ. 4.
Et dum ardenti amori exinceps ſatisfacere ſatagit, facinoris periculum principali connubio Sichem redimere exambit. Nam *pergens ad Hemor patrem ſuum, accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.* Tametſi princeps Sichem ardenter deperiret puellam nobilitate & formâ præluſtrem, inconſulto parente nil ſeriò tractare audet. Quâ ſuper re ita ibidem Lippomanus in Catenâ ad rem philoſophatur: *Pergens ad Hemor patrem ſuum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Reuerentia filij ad patrem & obedientia notatur. Nolebat hic propriâ cupidine inire matrimonium; interim tamen Patris voluntate & potentiâ abutitur ad ſuam concupiſcentiam, vt filij potentum ſolent.* Magna quidem filij ergà patrem *reuerentia*, & mira *obedientia*, quâ inconſulto patre, illectus *propriâ cupidine* connubium inire recuſſauit. In hoc ſtadio pugnat propria *cupido* cum *reuerentiâ* & *obedientiâ* parenti debitâ; & (quæ rara victoria eſt) vicit reuerentia, obedientia vicit. O quàm eſt potenter validum, quod *cupidinem* iuuenilem Principis detriumphat! Aliquis triumphi faſtus eſt, cùm de cupidine victoriatũ eſt. Verùm enim verò irreuerentiæ pœnas propriâ

Lippoman.

Propria libido paterna reuerentia & obedientia ſternitur.

Abuſus paternæ voluntatis, cæde peracerbâ expiatur.

cædo

cæde, & ſuorum ſtrage luic, quia *Patris voluntate & potentiâ abutitur.* Irreuerenter & ſpecie tenùs patri obedit, qui paternæ voluntatis ac potentiæ *abuſu*, illius arbitrium cogit *ſua concupiſcentia* ſeruire. Concupiſcentiæ lenocinio, velut cupidini renuncians, paterno obſequio ac reuerentiæ adulari videtur. Patris reuerentiæ clàm mentitur, qui ſpecie obſequij, paternâ voluntate abutitur.

§. XXXVIII.

Bona à teneris annis conſuetudo, exarmat obuias virtutis difficultates, & paßiones excantat: ſtatûs innocentiæ æmula.

1. SEntentioſè ait Seneca: *Nihil eſt tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem adducat aſidua meditatio: nulliqne ſunt tam feri, & ſui iuris affectus, vt non diſciplinâ perdomentur. Quodcumque ſibi imperauit animus obtinuit. Quidam ne vnquam riderent conſecuti ſunt. Vino quidam, alij venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui ſomno, vigiliâ ſe infatigabilem oſtendit. Didicerunt alij tenuißimis & aduerſis funibus currere, & ingentia vixque humanis tolerata viribus onera portare, & in immenſam altitudinem mergi, ac ſine vllâ reſpirandi vice perpeti maria.* Mille ſunt alia, in qoibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit, oſtenditque nihil eſſe difficile, cuius ſibi ipſa mens indefeſſum ſtudium indixerit. Vis arduas haſce difficultates exarmare? his aſſueſce. Gratiſſimum & efficaciſſimum eſt impetium conſuetudinis. *Cogita compeditos primò ægrè ferre onera & impedimenta crurum. Deindè vbi non dedignari illa, ſed pati propoſuerunt, neceßitas fortiter docet, conſuetudo facile.*

Seneca lib. 2. de irâ, c. 12.

Difficultates conſuetudo exarmat.

Idem de Tranq. vitæ, cap. 10.

2. Matthæi 25. in tremendo illo iudicio, & ſumptuoſo omnium hominum theatro, Chriſtus Deus viuorum & mortuorum ſummus Iudex, & virtutum vindex, dum eos beat qui probè vixerunt, & omnium ſanctitatum operibus inſudarunt: venite inquit benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me. &c. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes: *Domine quandò te vidimus eſurientem, & pauimus te, ſitientem, & dedimus tibi potum?* &c. Miriſſimum ſanè eſt, quòd iuſti ignorare putentur bona opera, quæ tanto ſtudio ac labore perfecerunt. Idne ſuſpenſæ admirationi tribuendum? an profundæ humilitati? An quia ex bonâ benè operandi conſuetudine, ita facilè ardua quæque virturùm facinora operabantur, vt vix memoriæ impreſſa crederentur? Pulchrè Odo Cluniacenſis lib. 2. collat. improbis exprobrat facilitatem ad peccandum ex prauâ conſuetudine ortam; & querelas, quia non facilè virtutum opera, & omnes ſanctitates exequantur: *Miramur*, inquit, *cùm non nobis deſidioſis, ſine labore, quaſi ab alio ſanctitas conferatur, qui nullam boni conſuetudinem fecimus*, quaſi ei, qui boni conſuetudinem fecit, ſanctitas ſine labore, quaſi ab alio conferatur. O egregiam bonæ ad bonum conſuetudinis prærogatiuam! Adeò enim facilè ac *ſine labore* exequuntur virtutum opera, ad quæ alij arduè deſudarent, vt non tam illa operari, quàm illa ab alio collata excipere, illorumque frui merito videantur. Quarè quod ſic facilè & *ſine labore*, conſuetudinis beneficio executi ſunt, ſe grande & arduum illud opus feciſſe admirantur, & tanquam quid nouum auribus excipiunt.

Matth. 25. d. 37.

Odo Clun.

Facilitas quâ bonum ex conſuetudine ſu obtinient adulatur.

3. Ieremias Threnorum 3. *Bonum eſt*, inquit, *viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ: ſedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe. Iugũ* ſcilicet legis & mãdatorum, & diſciplinæ diſtrictioris; quin & tribulationum & aduerſitatum, quæ in virtutis curriculo obuiæ ſunt, & paſſim exantlandæ. Chaldæus Paraphraſtes ſic locum excribit, & excriptione elucidat: *Bonum eſt viro, ſi docuerit animam ſuam, vt portet iugum præceptorum Domini à iuuentute ſuâ.* Nimirùm tenera ætas virtutibus adſueta, animam ſuam *docet* ad vlteriorem atque vlteriorem virtutẽ ſemper operandam, erudito virtutũ omniũ magiſterio. Chaldæo accinit S. Paſchaſius inibi, ſic ad rem eloquenter fatus: *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ: ſedebit ſeorſùm, donec plenâ ſe perfectione virtutis erudiat, & magnam animi inducat patientiam. Idcircò tacebit; nam nec gemet ſub iugo ſuaui, quod moleſtum non ſentit, & leuabit ſuper ſe.* O bona doctrina atque eruditio, de bonæ conſuetudinis magiſterio ediſcenda! Porrò qui à teneris annis virtuti aſſueſcit, in aſſuetudinis gymnaſio ediſcit non modo virtutes omnes conſtanter exequi, ſed & earum ardua facinora facilè & ſine labore patrare. *Idcircò tacebit; nã nec gemet ſub iugo ſuaui, quod moleſtum non ſentit.* Chriſtianum videtur paradoxum, cùm in Euangelio auditur de Chriſti Dei ore: *iugum meum ſuaue eſt.* Quod ſi graue alioqui iugum diuturnâ conſuetudine mellis, non iam moleſtum, ſed ſuaue erit, ac dulce. Ad hanc in exequendis virtutibus peregrinam ſuauitatem, bona conſuetudo ardua virtutis opera *erudit.* O bona bonæ conſuetudinis ſchola! cui virtus eſt inſuauis, difficilis, & ardua, non frequentauit conſuetudinis gymnaſium, quod virtutes ad ſuauitatem erudit; à quo grauius iugum ſuaue eſt, & onus leue.

Thren. 3. v. 27. & 28.

Chaldæus.

S. Paſchaſ.

In conſuetudinis gymnaſio, ardua virtus ad ſuauitatem eruditur.

Matth. 11. V. 30.

4. Redeat iterùm ſemel expenſus Ieremiæ locus, ad rem aliter expendendus: *Bonum eſt viro*, inquit, *cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit*

Thren. 3. V. 27. & 28.

leuauit ſuper ſe. Nempe qui iugum Chriſti ab adoleſcentiâ portat, & moleſtiis virtutum adſueſcit; callos ſic ad obuias difficultates obducit velut inſenſilis, vt non pugnax cum difficultatibus, cum vitiis, & paſſionibus certet; imò ab illorum tumultu extraneus, pacatè *ſedeat*, & quietè *ſileat*, quo ſumma quies denotatur. Quod eloquenter ediſſerit Ambroſius Serm.

S. Ambroſ.

19. in Pſalmum 118. hunc Ieremiæ locum ſic perſtrictim elucidans: *Qui à iuuentute iugum portauerit, & habens maturi moderaminis teneriora volens colla ſubdiderit; ſedebit ſingulariter remotus à ſtrepitu interpellantium paſſionum, & quietus ſilebit: cui neceſſe eſt iam non iurgari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus: quia tulit iugum verbi anima quæ quærit Deum, quæ captiuas ſibi fecit omnes delicias iuuentutis.* ô benè! Scilicet bona ab ineunte ætate ad virtutum Conſuetudo, Sic effrenes appetentiæ ſubſultùs ſedat, ſopit, excantat; ſic carnalium paſſionum ſtrepitum pacat & tranquillat, ſic iurgia cum corpore voluptabilibus inhiante componit, ſic pugnam cum variis cupiditatibua exterminat, vt appetitionum ac deliciarum incentiua ita obſcuret ac interſtinguat, vt felicem primordialis innocentiæ ſtatum æmuletur. Quod eſt magnum bonæ diu Conſuetudinis Sacramentum. Quid eſt tam feliciter homini expetendum in virtutis ad cælum curriculo, quàm vt ſileat *interpellantium paſſionum ſtrepitus?* quàm quòd animæ *cùm corpore iurgia ceſſent?* quàm quòd *variæ cupiditates* non ſubſultent? quàm quòd concupiſcentiæ ardor hominem non ſufflamet? quàm quòd *vitia* deponant arma, & rationi dominatrici ſe ſubdant? quàm quòd deliciæ non alliciant? quàm quòd iræ ac vindictæ ſcintilla interſtinguatur? quàm quòd omnes inferni ac Diabolorum phalanges, ſubiectæ, &c. velut *captiuæ* teneantur? Hæc felicitas, quam bona ab incunabulis Conſuetudo affert, æmulatio quædam eſt ſtatûs innocentiæ, & certus futuræ beatitatis obſes, qui Beatitudinem opulentè oppignerat.

Bona diu Conſuetudo paſſiones ſedat, ſtatū innocent. æmula.

5 Prouerbiorum 22. ſic nos erudit Salomon: *Prouerbium eſt*, inquit: *Adoleſcens iuxtà viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab eâ.* Caietanus legit, *aſſuefac puerum*; cui reliqui interpretes annuunt, intelligentes hunc locum de bonâ Conſuetudine pueris indendâ. Præſcripta verba ſic è Græco quidam excribunt; *Innoua puerum iuxtà viam eius, & quamuis ſenuerit non recedet ab eâ.* Quid eſt eſt quòd puer in ipſâ recenti ſuæ pueritiæ nouitate *innouandus* dicitur? Fortè à ſenectute, in quâ naſcitur? Num recurandi ſunt pauculi eorum anni, & ſenio quam primùm exuendus recens puer? Nugæ videntur, & res nimiùm ſeria peragitur. Nimirùm *innouandus* eſt puer à vetuſtate morum, quos ex primordiali olim delicto conuiſceratos inordinatiſſimè habet. Sapienter Plato lib. 7. de legibus: *Primâ luce*, inquit, *pueri in ludum litterarium proficiſcantur. Quoniam verò nec pecudes, neque vllum aliud animal ſine cuſtode viuere debet, neque pueri etiam ſine pædagogis, neque ſine Dominis ſerui. Puer autem omnibus beſtiis intractabilior eſt: cùm enim ſapientiæ fontem nondum abſolutè compoſitum habeat, inſidioſiſſimum eſt, acerrimum, petulantiſſimum omnium brutorum animalium. Idcircò multis quaſi frenis conſtringendus eſt puer: & cùm primùm à matribus ſeiungitur, pædagogis continuò tradendus eſt, qui eius laſciuiam regant atque doment.* &c. Ergò ſollerter curandum eſt, vt puer à teneris annis rancidam hanc ingenij vetuſtatem à vetere Adamo imbutam exuat, & de ſolliciti pædagogi operâ, ad morum nouitatem nouiter *innouetur*. Quod hîc monet Salomon.

Prouerb. 22. v. 6.

Caiet. ibi.
Græcus

Puer pauculos annos natus, quid ad innouandus eſt. quomodo.

Plato

Eſſ rum puerorum ingenium.

6 Iuxtà Hæbræum verti poteſt cum LXX. Interp. *Dedica puerum iuxtà viam ſuam.* &c. vel *dedicatio pueri*: Sicut enim altare vel templum dedicatur Deo, ſic puer vel pueritia velut pura & intacta ſtatim dedicanda eſt Deo, vt per eam reliqua omnis ætas Deo velut eius auctori & domino dedicetur. Audiendus eſt S. Chryſoſtomus, qui hâc ſuper re ita ſcribit: *Annon abſurdum eſt, nos domum ruinam minantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accerſentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus eſſe debet adoleſcentis anima) ne vulgari quidem dignari curâ? .... Ad Annæ exemplum conſecra filium tuum Deo, & in templum adducito, quin ipſum potiùs templum Dei regale puta..* Sic puer & pueritia dedicanda eſt. Denique Hebraicè habetur: *Dedica*, vel *initia puerum ad os viæ ſuæ.* Vatablus autem *os viæ* interpretatur, *binium*: *initia puerum iuxta binium viæ ſuæ*: puer enim eſt in binio virtutis & vitij: vndè ſi viam virtutis ineat (vt Suſanna hîc,) totâ vitâ perſeuerabit: ſin vitij viam capeſſat, in ſenio eam non deſeret (vt hi nequam Senes.)

Hebræus
LXX. Interp.

Dedicandus eſt puer, velut domus Dei.

S. Chryſoſt. Homi. de Annâ & Samu.

Puer eſt in binio virtutis & vitij.

Hebræus
Vatablus
Hîc Verſ. 3.

§. XXXIX.

Sordida mercedis auaritia, degeneres inuenit aut facit.

3 CAſſiodori calamo Athalaricus rex, hoc edicto donationes informat: *Donationes*, inquit, *nullus terror extorqueat: nullus acquirere per fraudem concupiſcat. Sola enim honeſtas meritò capit lucrum de legibus. In allegationem iuſtiſſimæ largitatis illam diſtrictionem volumus cuſtodiri, quam pro veritate ſollicitè legalis ſanxit Antiquitas. Alioquin nulli præcipimus videri firmum, quod ipſe conditor non implēdo*

Caſſiod. lib. 9. var. epiſt. 18.

Doni recep-tio accipien-tem deue-nuſtat, dum vectigalem facit.

quæ leges præcipiunt, fecit incertum. Porrò incerta donatio iure caſſatur, quippè quæ & largientem deuenuſtat & dehoneſtat accipientem. Malè quis certò obæratus erit præbitori dubio; qui etiam largitore certo, & vltrò dante nimis grauatur. Semper verum illud: *Beatius eſt magis dare quàm accipere.* Hiat tamen cupiditas ad accipiendum, quia nemo eſt qui ſatis habere putat. Exiguum ſæpè eſt quod contulit, nec exiguè collatione grauauit. Semper quod datur, magnum eſt accipienti; donum enim fecit illum aut debitorem, aut ingratum; & perpetuò ſolutioni obnoxium. Indigum ſe acceptione monſtrauit, & ingenuitatem accipiendo diffitetur: neque enim ingenuè quis accipit, quod illum probat vectigalem. Sordidus auarè eſt, qui accipiendi cauſſas excogitat; neſcius quantum ipsâ etiam honeſtâ acceptione pergrauetur. Semper huiuſmodi lucrum degeneres inuenit, aut facit.

2. Geneſeos 6. imminente mundi naufragio, iubet Noëmo Deus, vt arcam conſtruat, quæ hominum reliquias ſeruet ſuperſtites. Fac tibi, inquit, arcam de lignis leuigatis. *Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.* Ad quæ ſacri Hiſtorici verba, ſic opportunè addubitat Auguſtinus: *Quæritur,* inquit, *vtrùm arca tam magna centum annis potuerit fabricari à quatuor hominibus, id eſt, Noë, & tribus filiis eius. Sed ſi non potuit, non erat magnum, fabros alios adhibere; quamuis operis ſui mercede acceptâ, non curauerint vtrùm eam Noë ſapienter, an verò inaniter fabricaret: & ideò non in eam intrauerunt.* Erat facile Deo vel abſque ligno Noëmum ſeruare. Sed ipſum primùm quidèm conſtituit lentum arcæ ædificatorem, vt vel ex viſis conceptâ formidine intuentes ad pœnitentiā attraherentur. Negligunt Spectatores arcæ incolumitatem. Et quod mirere magis, illi ipſi fabri qui Noëmum cum filiis ad arcæ fabricam adiuuerunt, communi pereunt ſæuiente eluuione, nec locum in arcâ quam fecerant inuenerunt. Suâ induſtriâ & labore deſtituuntur; & quod fabricarunt aliis effugium, ipſos ingratiſſimè deſerit, ac refutat. An non æquum videtur, vt quod ipſi ſtruerant naufragij aſylum, illos naufragos gratanter exciperet, & ſui opifices ſoſpitaret? Barbaricè cum eis actum videtur; imò legitimè, & ciuiliſſimè: Noë porrò *fabros accepit, operis ſui mercede acceptâ.* Scilicet merces, quam ad faciendum opus acceperunt, ſic ab ipſo opere ſuo eos abalienauit, vt tanquam extraneos expuerit, & naufragio abſorbendos reliquerit. Inde conſultiſſimum acceptæ pro diuino opere *mercedis* præmium, repulſam ac deſertionem acceperunt. Et videntes, ac ſerò dolentes, alios in ſuo opere ſaluari, ipſi ſibi ipſis relicti, miſerè periclitantur. Heu! Sic eſt humano opifici plerumque inutile Dei opus, quod degeneri *mercedis* lucello peragitur? Fabros ſuos in periculo deſerit, & extraneos benè tutatur. Sic expiatur auaritia in diuino opere malè collocata: & mercedis nomen naufragio

Geneſ. 5 v. 15.

S. Auguſt. l. 1 Quæſt. in Geneſ. quæſt. 5.

Arca fabri mercede conducti, ab ipſâ fabricatâ arcâ deſeruntur.

mulctatur. Si tandem malè pereunt, qui in re diuinâ lucroſè cauponantur.

Tobiæ 12. perfunctus iam fuerat Raphael dato ſibi à Deo negotio, & adhuc hærebat domi Patriarchæ; & cæleſtis familiæ moribus delectatus, reditum ad cælos tepigrabat. Sic hominum virtute Angeli potantur, conuiuantur, deliciantur! Tunc ſenior Tobias cum filio deliberat de auctario mercedis Raphaeli erogandæ: nam ſub drachmæ mercede conductus fuerat. Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius, tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occultè ſe eſſe Raphaelem Dei Angelum; eoſque adhortatus ad agendas Deo gratias, ſubdit: *Tempus eſt ergò vt reuertar ad eum, qui me miſit: vos autem benedicite Deum. Et cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non potuerunt.* Primò hîc notandum occurrit nobile Raphaelis ingenium, qui totam ſui operis laudem, vni Deo impendi ſollerter exambit. *Vbi obſeruandus eſt* (ait inibi Sanctius) *fidelis ſerui animus ingenuus, qui ex illis rebus admiratione dignis adſcribi ſibi nihil vult; neque ſibi propter illas gratias haberi, cùm tamen eius nonnulla eſſet virtus, & induſtria. Sed Deum omnium auctorem & opificem haberi voluit, cui vni tantorum operum gratiæ eſſent referendæ. Neque aliâ mercede operam ſuam compenſari voluit, quàm ſi diuino numini laus eſſet impenſa. Suum enim ſibi honorem arbitrabatur illum, quod Dei celebraretur prouidentia fidelis, & immenſa benignitas.* Obſeruate autem vlterà licet ingenuum Raphaëlis animum, qui cum diu piè moroſus hæreret domui ac familiæ Tobiæ, cùm meritiſſima ei merces offertur, eam quaſi ingenuitatis ſuæ corruptelam, non modò repudiat; ſed incunctanter ſubdit, tunc, tunc quidem tempus eſſe, vt in patrium cælum reuertatur, vbi ſordida mercedis exulat auaritia, & ſola Dei gloria nobiliter exambitur. Scilicet cæleſtis curiæ generoſus ciuis, nobilis de nutu Dei terrarum inquilinus, vbi ſordidum opulentæ etiam mercedis nomen audit, ſic peregrinatur in præmij vocabulo, vt illud ingenuâ emēdet fugâ, ingenuè tunc aiens: *Tempus eſt ergò vt reuertar ad eum, qui me miſit. Et cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non potuerunt.* Quaſi erubeſceret conſpectum eorum, qui ei pro opere Dei, mercedem obtulerunt. Ille, ille inquam qui velut auarus tot diuitias Patriarchæ congeſſerat, mercedis nomen diſceſſu feſtinato nobiliter refutat. 3

Raphael operis ſui gloriam Deo ſoli adſcribi ſatagit.

Tobiæ 12. v. 20. & 21.

Sanct. in Tobiæ c. 12. n. 2

Cum Raphaëli merces offertur tunc è Domo Tobiæ diſcedit

Matthæi 20. nobilis illa ruſticè operariorum parabola proponitur, in quâ plures operarij ex pactâ mercede denarij diurni, à primo mane laborant in vineâ, portantque diei & æſtus indefeſſum improbè laborem. Alij hactenùs otioſi, tandem ſub veſperum, ad vineæ cultionem mittuntur. Ergò eroganti ſtipendij tempore, incœpta eſt ſolutio à nouiſſimis,

& inſpiratū ſimile cum primus denarium accipiunt,& antelationis prærogatiuâ exultãt. Illi verò primi,labore æſtuante ſudati,queruli mercedem accipiunt;& murmur, ſolutionis ſtipendium fuit. Grauatè id tulit Paterfamilias, & vni eorum dixit : Amice non facio tibi iniuriam : *Nonne ex denario conueniſti mecum ? Tolle quod tuum eſt, & vade : volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.* Verùm Patris-familias reſponſum, operariorum querelæ non ſatis cohęrere videtur: non enim obmurmurant, eo quòd ſui laboris mercede fraudentur; ſed quia nouiſſimos operarios æquauerit mercede, & illius antelatione prętulerit, non valdè ęquus laboris arbiter, quod querelarum argumentum fuit.Imò & illo reſponſo propoſitis querimoniis abundè ſatisfacitur. Porrò primi operarij, etſi pondus diei & ęſtus laborando portauerint, conducti ſunt, *conuentione factâ ex denario diurno:* his autem nouiſſimis ſolùm dicitur : *Ite & vos in vineam meam*, nullo pacto agricolationis præmio.Igitur opportunè reſpōdit,& abundè ſatisfecit Pater-familias operarioru murmuri,dum reſpondet:*Nonne ex denario conueniſti mecum?* Quaſi dicat:Tu ex pactâ mecum mercede laboraſti, quid vltrà expetis?tolle tantùm quod tuum eſt,&vade.Hic verò qui nullâ conductus mercede vel tantillùm laborauit,tibi,& pręmio ęquandū,& ordinis pręrogatiuâ pręferendū cenſeo. Hoc liberalitati dono meę, illud ſordidò lucrosè mercenario. Quod ſubtiliter incertus Chryſoſtomus his verbis ediſſerit, pręſcripta verba elucidans : *Nonne ex denario conueniſti mecum ? &c. Semper enim libentiùs aliquid damus illis , quibus gratis donamus , quia pro ſolo noſtro honore donamus.* Itaq; pacta auarè merces,quod ſordidę auaritiæ erogat, lucro detrahit, dum largitorem non ſinit eſſe liberalem. Mercenarius dum vectigalem facit debitorem, liberalitatem refutat, & auarum agit exactorem. Auara mercedis ambitio, tota remunerationi attenta,munus deuenuſtat, dum liberalitatem largitoris repudiat, cui dum lucrosè renunciat, non prouocat, ſed offendit, & infelici aborſu liberalitatis partu fruſtratur. Heu mercedis auaritia, ſibi ſordidè liberalitatē inuidet.*Semper libentiùs aliquid damus illis,quibus gratis donamus,quia pro ſolo noſtro honore donamus.*Sic planè donabat Ioaximus Suſannę maritus, qui vltrò Iudęis non modicam ædium ſuarum partem foro ac curię gratis conceſſit , largus etiam exulum munerator:vnde *omnium honorabilior* perhibetur ; quia liberaliter dando,abiectâ remunerationis ſpe, pro ſolo ſuo honore donabat.

Matth. 20. v. 13. & 14. — Ibi v. 2. — Ibi v. 7. — *Conductis mercede operariis, cōducti ſine mercede præferuntur. quare?* — Imperf. hom. 34. in Matth. — Hic v. 4.

5 Luc. 15. Prodigus ille adoleſcens liguriente effuſius libidine famoſus ; poſtquam decoxit , famis tandem conſilio admonitus , ad ſe reuerſus,ait : Ibo,inquit,ad patrem meum , & dicam ei : Pater , peccaui in cælum , & coràm te : iam non ſum dignus vocari filius tuus : *Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.*Hæc procul ab ingenuo patre, & ab illo offenſo ſeruiliter extranens,mente tractat.Ecce,ait Beda, *mercenarij ſtatum iam pro mercede ſeruiturus deſiderat.* Verùm cùm patrem in amplexus & oſcula beneuolè ruentem aduertit ; cetera quæ præmeditatus fuerat recitat,& conſulto ſubricet : *Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis;*ne dum ad filij gratiam admittitur, non bono mercenarij elogio ignobiliter degeneret,& quem patrem agnoſcit,mercenarius dediſcat. Venuſtè Chryſologus Serm. 2. *Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis , vt locatione annuâ ſeruitus innouetur, vt labore iugi conditio conducta deteratur, vt die toto in opere ſuſpiret miſera verna mercedis,vt ſit ſemper venditor ſui,nec vmquam negare ſuã valeat ſeruitutem.* Conſultâ ergò taciturnitate hæc omnia olim meditata,& mercenarij vocabulo expreſſa , conſiliosè preſſit,ne de ſordidæ mercedis ſtipendio hiſce ſe vilitatibus ſtipēdiarium faciat,& vnà ſecum patrē deuenuſtet.Has itaque ſordidas cogitationes,profitendi ſe mercenarium, pius pater beneuolo paternitatis lenocinio,& pio oſculo præmaturè redemit.

Lucæ 15. v. 19. — Beda ibid. — *Cùr Prodigus præmeditatum mercenarij vocabulum, coram patre dicere non audet.* — S. Chryſolog.

§. XL.

Deifica eleemoſyna, Dei conſeruationem æmulatur : à ſe velut furtim rapit quo vitia extinguat, & cælorum regnum violenter inuadat. 1.

SCitè Maximus : Nihil, inquit eſt , nec tam ad iuſtitiam facile , nec ad hoc , vt Dij (vt ita dicam) reddamur , & ad Deum quam maximè accedamus,ita aptum eſt,vt miſericordia , quæ ab animâ indigentibus libenter & hilariter offertur. Si enim Deus verbum,eum qui vt beneficio afficiatur,indiget,ſeipſum eſſe oſtendit:Quoties enim, inquit,vni ex his minimis feciſtis.Deus eſt autem qui dixit,multò magis eum qui benefacere poteſt & facit,verè per gratiam & participatiomē Deum eſſe oſtēderit,vt qui eius,beneficētiæ operationē & proprietatem aptè imitādo,aſſumpſerit.Et,ſi pauper Deus eſt, propterea quod Deus pro nobis pauper factus, ſe ad noſtram imbecillitatē demiſerit, & vniuſcuinſque affectiones miſericorditer in ſeipſum ſuſcipiat,& vſque ad ſeculi conſummationem pro modo & proportione vniuſcuiuſque paſſionis,ſemper propter bonitatem myſticè patiatur:multò magis probabili ratione Deus eſt , qui ad Dei imitationem , eorum qui patiuntur affectiones per ſeipſum diuinè medicatur , & eamdem cum Deo per proportionem conſeruantis prouidentiæ in affectione poteſtatem ſe habere indicat.Quis eſt ergò ad virtutem adeò tardus, & motus difficilis , vt diuinitatem non deſideret,quæ tam facile emi , parari & poſſideri poteſt?Hactenùs ille. 62.

Maximus Monachus in Expoſit. Liturg c. 25. — Matth. 25. v. 40. — *Largiend eleemoſynas, diuinæ conſeruationis æmulus , & velut Deus dicitur.*

Matthæi 5. cordis munditiem ſic Chriſtus beat : *Beati mundo corde : quoniam ipſi Deum videbunt :* Non conuenit inter expoſitores , qui ſint hi mundicordes. Apud quoſdam *mundum cor* eſt, mèns caſta & pura ab omni libidine & concu- 2

Matth. 5. v. 7.

 piſcentiâ,

piſcentiâ. Apud alios; *mundi corde ſunt*, qui ſunt purâ conſcientiâ, qui ſcilicet eam mundarunt ab omni peccato, à prauis cogitationibus & deſideriis, à paſſionibus & perturbationibus. Denique nonnulli putant, eos eſſe ac dici *mundo corde*, qui cor ab omni creaturarum amore emundarunt, vt mundum ſit Deitatis ſpeculum & templum inſtar Angeli puriſſimi, vtque totam mentis intentionem, affectum, & amorem in Deum transferant. O quàm eſt difficile, lutoſi hominis cor ſic defæcare, ac purum reddere! *Quis poteſt dicere* (ait Petrus Damianus ex Prouerb. 20.) *mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor? Sed eleemoſynis ſolleriter inſiſte, & mundum te ex diuinâ pietate confide. Vnde Saluator: Quod ſupereſt, inquit, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Sicut enim ardor ignium metalli cuiuſque rubiginem, ſic eleemoſyna conſueuit animæ purgare ſqualorem.* Cognatum humano cordi ſqualorem, ſuo cœnoſum limo, ſic eleemoſyna excoquit ac depurat, vt viſioni beatæ de proximo idoneum & exprompium reddat? *Cor mundum* ſibi *creari* & indi obnixiùs expetebat Dauid, benè ſcitus quàm multa hoc vno verbo cælitùs ambiret, & quàm multo hominis ſudore id gratia elaboret. Sed de bono Damiani itinerario, ad hoc per compendium peruenitur: *Eleemoſynis ſolleriter inſiſte, & mundum te ex diuinâ pietate confide.*

Eleemoſyna facit mundos corde. — Petr.Dam. opuſc.9.c.2. — Prouerb.20. v.9. — Luc.11. v.41. — Pſalm.50. v.12.

3 Redeat iterùm ſemel perſtrictim elucidatus locus ex Lucæ Euangelio cap. 11. vbi ſic ad Phariſæos loquitur Chriſtus: *Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis*: Ambiguum eſt, quid ſignificet, *quod ſupereſt, date eleemoſynam.* Appoſitè inibi Cornelius: *Hac enim datur ex eo quod nobis ſupereſt, puta ex ſuperfluo.* O quàm de facili poteſt homo ſqualidè ſordidus, ſe emaculare; cùm id *ex ſuperfluis* præſtare valeat! ô quàm neceſſarium videbitur tibi aliquando hæc *ſuperflua* pauperibus erogaſſe! Sibi inuidet cordis munditiem videndo Deo neceſſariam, qui eam *ſuperfluis* mercari negligit. Neruoſiùs τὸ *quod ſupereſt*, Græcè τὰ ἐνόντα id eſt, *inexiſtentia*, ſiue ea quæ inſunt rei, ſic accipias, quaſi dicat: ſi vultis vt dicam quod res eſt; ſi rerum ſummam intimamque veritatem audire vultis. Vndè Syrus vertit, *id quod eſt* (id eſt rei caput & concluſio,) *date eleemoſynam.* Arabicus excribit: *Ante omnia, date eleemoſynam*, &c. quaſi dicat: Vnicum vobis tot malorum remedium ſupereſt, ſcilicet eleemoſyna: *& ecce omnia munda ſunt vobis*, nempè interna & externa, mens & cor, anima & corpus limpidiſſimè per eleemoſynam emundantur, & apta ad beatam Dei viſionem redduntur. Quocircà *elemoſyna eſt filia Deificantis charitatis*, ait Theophylactus. Bona bonæ parentis ſoboles, adeò nobilis, munda, ſplendida, & generoſa, vt *Deificationem* hereditate acquirat. Sic *eleemoſyna eſt Deificata?* ô quàm multa vno verbo, ſententiâ vnâ! quam concionatoribus penitiùs emedullare licet.

Luc.11. v.41. — Cornelius. — *Ex ſuperfluis eleemoſyna emit munditiam cordis in cælo beandam.* — Syrus. Arabicus. — *Eleemoſyna eſt filia Deificantis charitatis.* — Theoph.

4 Tertiò redeant eadem Chriſti verba iterùm etiam reditura: *Verumtamen quod ſupereſt, date, eleemoſynam? & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quæ eſt hæc ab eleemoſynis tam pura mundities? Quomodò eſt tam multipliciter ampliata, vt *omnia* limpidiſſimè mundet? Videlicet parùm foret, quod peccatis conſcientiam emaculet, niſi animam etiam emundet vitiis, quæ in animâ & corpore altiùs radicantur. Pulchrè, etſi longulè Petrus Damianus: *ô virtus*, inquit, *eleemoſyna, quæ velut fluentum fontis irrigui, & peccatorum inquinamenta detergis, & æſtuantium vitiorum flammas extinguis! ô felix eleemoſyna, quæ de gehennæ barathro tenebrarum filios extrahis, & adoptatos luci perpetuæ regnis cæleſtibus introducis! Tu de iacentibus ſub criminum ſqualore conſpicuos; tu de damnabilibus ſanctos, tu facis de Gentilibus Chriſtianos.....ô miranda miſericordiæ virtus, quæ peccatorum omnium rubiginem purgat, frementium vitiorum incitamenta mortificat, & ſplendore cæleſtis gratiæ tenebroſas hominum mentes illuſtrat!* Ecce tibi acri eleemoſynarum lixiuio, & *peccatorum omnium rubigo purgatur, & inquinamenta deterguntur.* Parùm hoc, niſi eleemoſyna acriori vi ipſa vitia medullitus hærentia naturæ intexta, & diuturnitate inolita, extirpet: porrò *æſtuantium vitiorum flammas extinguere perhibetur.* Hem! quid niſi eleemoſyna libidinis igniculum, & fomitis æſtum interſtinguere valeat? Nobis gratulemur, quòd ad manum tam expromptum adſit vitiorum remedium, quo de facili ſqualidis vitiis emundemur.

Lucæ 11. verſ. 41. — Petr.Dam. opuſc.9.c.2. — *Eleemoſyna æſtuantium vitiorum flammam extinguit.*

5 Aliquid adhoc in præſcripto loco ad rem emedullandam ſupereſt. Nempè dixerat Chriſtus Dominus Phariſæis: Quod intus eſt veſtrum, *plenum eſt rapinâ & iniquitate*, id eſt, iniquâ rapinâ. Mox ad eleemoſynam hortatur, ſubdens: *Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quaſi dicat, ait inibi Cornelius: *Quicquid habetis & poteſtis, date pro virili parte, largas facite eleemoſynas: multa rapuiſtis, multis ergò eleemoſynis rapinas veſtras redimite.* Sed quid rapinis cum eleemoſynâ? Rapta ab aliis inidonea ſunt ad eleemoſynam: à quò ergò rapiendum eſt ad eleemoſynas largius erogandas? Profundè Emiſenus homil. 10. ad Monachos: *Noli, inquit, deſpicere inopem, qui cum ſibi pauper ſit, facere te diuitem poteſt. Rapiamus ergò de præſenti ſæculo ferventi deuotione quod poſſumus. Citò tranſeunt dies noſtri*, &c. Nimirùm ita eſt homo bonorum ſuorum auarè tenax, vt ſibi *rapere* putet, quod aliis eleemoſynæ pronomine largitur, *Iniquam rapinam* æqua à te rapina cōpenſet. Ad hæc furta piè homines Emiſenus hortatur, quo de his rapinis locupletiùs ditemur opulentis cæli gazis: *Rapiamus*

Lucæ 11. v.41. — Cornelius — Euſ.Emiſ. — *Tantum das ſibi, quantum à te ad eleemoſynas rapis.*

mus ergò, inquit, *de præſenti ſeculo feruenti deuotione quod poſſumus.* Qui enim hæc à ſe piè furax rapit, eadem ſibi arcanè largitur, & arcanum ioit è diuerſo commercium: *Da ergò homo pauperi terram, vt accipias cælum* (ait Chryſologus) *da nummum vt accipias regnum. Da micam vt accipias totum. Da pauperi vt des tibi: quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.* Ecce tibi eleemoſynæ ſacramentum: Tantum das tibi, quantum à te ad eleemoſyoas rapis. Bonus Ioakim Suſannæ maritus, de ſuis à ſe rapinis *diues valdè*; & de beneficentià in exules contribules egeſtate oppreſſos, honorabilior omnium.

S.Chryſol. ſerm.8.

Hic verſ. 4.

6 Matthæi 11. hæc Chriſti Dei vox auditur; ad cuius auditum humanæ aures valdè peregrinantur: *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* S. Ambroſius ſub finem lib. 5. in Lucam, pro *vim patitur*, vertit, *cogitur*, id eſt, denſatur; quia ingredientibus in cælum peccatoribus & Gentilibus, turba introeuntium fit denſior. Et idem Ambroſius ſerm. 5. hanc *vim* ſeu coactionem his verbis præclarè deſcribit: *Vim facimus Domino non compellendo, ſed flendo; non prouocando iniuriis, ſed lacrymis exorando. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordiá condonatur. Beata, inquam, violentia, qua vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Quiſquis violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. Aggredimur in itinere Dominum (ſiquidem ipſe eſt via) more latronum ſuis eum ſpoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, theſauros & vitam; ſed ille tam diues & largus eſt, vt non abnuat, non reſiſtat, & cùm omnia dederit, nihilominùs omnia poſſideat. Aggredimur illum non ferro, non fuſte, non ſaxo, ſed manſuetudine, bonis operibus.* &c. Quæ ſint autem hæc *bona opera*, à quibus cælum *vim patitur*, vel, vt Vatablus vertit, *inuaditur*, explicatius tradit Petr. Damianus opuſc. 9. cap. 8. *Eleemoſyna*, inquit, *Deum facit hominibus debitorem, vt regnum ſibi calorum, non iam quaſi quod alienũ eſt, quærãt; ſed veluti quod ſui iuris eſt, audacter inuadant.* O bona ab eleemoſynis cælorũ inuaſio! Hęc vis Deo grata eſt. Sic enim cæleſte regnũ fit eleemoſynarij poſſeſſio, ſic illi iure ſuo debetur, vt illud poſſit, *velut quod ſui iuris eſt, audacter inuadere.* Tantum eleemoſynis licet!

Matth. 11. v. 12.

S. Ambroſ.

Quà vi regnum cælorum violenter inuaditur.

Eleemoſyna tura licet calorum regnũ violenter inuadere.

Vatablus.

B. Petr. Damian.

§. XLI.

Diues faciendis eleemoſynis multus, diues eſſe deſiit; quia non ſibi, ſed aliis diues eſt.

1 AN non licet diuitias in ſinu poſitas contemnere? quid ni liceat? *Et ille ingentis animi eſt, qui illas circumfuſas ſibi multùm diùque miratus quòd ad ſe venerint, ridet; ſuáſque audit magis eſſe quàm ſentit.* Multum eſt non corrumpi diuitiarum contubernio. *Magnus eſt ille, qui in diuitiis pauper eſt; ſecurior, qui caret diuitiis.* Neſcio, inquis, quomodò iſte paupertatem laturus ſit, ſi in illam inciderit. Nec ſcio, inquit, Epicurus, ſi iſte pauper contempturus ſit diuitias, ſi in illas inciderit. Itaque in vtroque mens æſtimanda eſt, inſpiciendúmque an ille paupertati indulgeat, an hic diuitiis non indulgeat. Hùc ergò cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia humana vota fortunę remiſſurus, vt contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis; diuitias tunc ſic habebis, quaſi non habeas; qui eſt earum poſſidendarum opulentior cenſus.

Senec. epiſt. 20.

Magnus eſt ille, qui in diuitiis pauper eſt.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Epicurus.

Geneſeos 26. lite vxoriâ dudùm cum rege Geraræ compoſitâ, ſeminauit Iſaac in terrâ illâ, & inuenit in ipſo anno centuplum. *Benedixitque ei Dominus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt.* Felicitas multiplicati centies hordei, ignoro ſi quempiam poſſit facere glorioſum. Hordei copiâ ſuccreſcit, qui diuitiarum ope magnus efficitur. Viderit diuitum vana gloria, quæ pecuino pabulo vitiorum materiam nutrit. Verùm S. Hieronymus perſtrictim exponens hanc Iſaaci, ſicut & Abrahami, Patriacharúmque opulentiam, lib. 1. aduersùs Pelagianos, ita ſapienter ſcribit: *Nec mihi Abraham, & cæteros vt Iſaac, quos in veteri Teſtamento diuites legimus, in exemplum proponas, qui diuites ingreſſi ſunt regnum cælorum; cùm ipſis diuitiis ad bona vtentes opera, diuites eſſe deſierint. Imò cùm non ſibi, ſed aliis diuites fuerint, & diſpenſatores magis Dei, quàm diuites appellandi ſunt.* Nimirùm ille diues à regno cælorum arcetur, qui ſibi diues eſt, qui diuitias inidoneo earum abuſu, in propria laſciue atque ambitioſè commoda præpoſterè deriuat. Diues autem qui proprias opes, & gazas locupletes, inopum ſubleuandæ egeſtati largiùs impendit, *diues eſſe deſiit; non ſibi, ſed aliis diues*; & diuitiarum ſuarum non tam Dominus, quàm Dominici cenſûs liberalis copioſè diſpenſator. Hic, hic inquam, ſibi pauper eſt, aliis diues, & de mendicitantibus alieois opulentus. 2

Geneſ. 26. v. 13.

Diues miſericors, diues eſſe deſiit; non ſibi, ſed aliis diues.

S. Hieron.

Matthæi 25. prædeſtinati à reprobis ſecernuntur, & meritum diuinæ electionis ad regnum cælorum, Chriſti Dei ore euulgatur: Venite, inquit, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me.* Conuenit inter ſanctos Patres, & huius loci interpretes, hæc verba intelligi de eleemoſynis Chriſto Deo erogatis in paupere. Nec opinor, modicæ hominũ miſericordiũ diuitiæ ſufficerẽt ad egenos cibo & potu alẽdos, domi hoſpites excipiendos, & nudos veſtibus cooperiẽdos, & reliqua quæ ſubiicit, miſericordiæ beneficæ pia obſequia paoperibus exhibita. Cùm ergò hi duntaxat ad cæleſtem beatitudinis gloriam eligantur, in comperto videtur 3

Matth. 25. v. 35.

eſſe, ſolos diuires pietate aſpectabiles, in die Iudicij, cæteris repudiatis ad cælum ſeligendos. Quod parùm videtur cohærere, imò palàm pugnare cum illâ ipſius Chriſti Dei ſenteotiâ, væ vobis diuitibus. Et rurſùs: Faciliùs eſt camelum per anguſtulum aeûs foramen intrare, quàm diuitem introire in regnum Dei. Niſi fortè aliquis ſimul eſſe poſſit diues, & diuitiarum inops, vel (ſi meliùs ſic dici poſſit) paupertate diues, ſiue pauper in locuplete cenſu, quod ethicum monſtrum eſſe videtur. S. Paulinus forſan adludeos ad hæc Chriſti verba: *Eſurini, & dediſtis mihi manducare: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperniſtis me*, ita ſuo Seuero reſcribit: Es *locuples, vt habens non habeas; quia non tibi, ſed non habentibus habes, domûs tua hoſpes es, vt ſis hoſpitum domus: patria tua peregrinus es, & exul iſtius mundi, vt ſis incola paradiſi.* Ecce vir pietate diues, & Senatotio ceoſu locuples, *vt habens non habeat*, quia opulentas gazas noo ſibi, ſed non habentis habet: habet, non vt auarè ſeruet; ſed vt copiosè eroget: habet, non vt lautè epuletur, ſed vt eſculentam & poculentam annonam eſurientibus & ſitientibus porrigat, factus egenorum lagena, panarium, domus, amictus, mendicitatibus alienis opulentè tributarios, & ingenuè vectigalis. ſcilicet ſibi egenus & pauper, vt egenis ac pauperibus diues ſit, & opulentè locuples. Quare in conſularibus *diuitiis dines eſſe deſiit, cùm non ſibi, ſed aliis dines ſit.* Sublimiſſimè quidem Paulinus! ſic in locuplete cenſu, opibus Ioakim & Suſanna eius vxor vtebantur, copiosè benefici ergà miſeros concaptiuos, quibus vel anima in confiſcato erat: adeò vt iuſtitium etiam præfectis ſuæ gentis in domo ſuâ largiùs præberet.

Euangelicè diuitem cenſum habet, qui illum non ſibi, ſed non habentibus habet.
S. Paulin. epiſt. 1.
Hic verſ. 4.

4 Iob 1. Satan ille, iratus bonorum hoſtis, perperàm callidus, & male acutus, ſuper argumento diuitiarum Iob, imperitè coràm Deo philoſophatur: Numquid Iob, inquit, fruſtrà timet Deum? Nòone tu vallaſti eum, ac domum eios, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixiſti, *& poſſeſſio eius creuit in terrâ. Sed extende paululùm manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Nimirùm ſuſpicabatur malus dæmon ſic Iobum diuitiis ac facultatibus ſuis ſtudiosè adhæreſcere, vt ſi in locupletes poſſeſſiones irrumperet, & eum opibus ſpoliaret, futurum vt illum ſimul ab eâ etiam conſtantiâ & cootinentiâ deiiceret; propter quam à Deo tantoperè commeodatum videbat. Verùm cæcutit hîc Satanæ perſpicacia, & eius aſtutia planè deſipit Iobus enim etſi opum felicitate madens, oon fecit io diuitiis naufragium: qoippè cum qoo creuit miſericordia: qui *pater erat pauperum, oculus caco, pes claudo.* Qui enim in tantis opulentè diuitiis, largiore ſic beoeficentiâ præcellit, opum iacturâ noo quatitur, nec facultatum amiſſione ad ruinam impellitur. Portò vt ſenteutiosè dixit Tertullianus: *Patientia in detrimentis exercitatio eſt largiendi, & communicandi: non pigebit dare, qui non timet perdere:* & vice versâ non grauabitur detrimentis perdere, egentibus ſic liberaliter largiri aſſuetus. Bona Iobi opulentia, quæ beneficeotiæ detrimentis diu frequens, ad patientem diuitiarum iacturam eruditur; & in funeſtis poſſeſſionum ſtragibus, munificam liberalitatem denuò reſtaurandam meditatur. In gymnaſio benigoitatis, iacturæ patientiam ediſcit; & in detrimentis opum, earum largiendarum magiſterio eruditur.

Iob 1. v. 10. & 11.
Patientia in opum detrimentis, pia beneficentia eruditio & exercitatio eſt.
Iob 29. v. 16. & 15.
Tertullian. lib. de pat. cap. 7.

5 I. ad Corinthios 3. ita ſcribit Apoſtolus: fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. *Siquis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, &c. vnuſcuiuſque opus manifeſtum erit.* Opinor, non bene ſuprà Chriſtum (qui cùm eſſet diues, pauper factus eſt) quaſi ſuprà idoneum fundamentum ædificat aurum, argentum, lapides pretioſos, quæ ſecularis opulentiæ moles eſt. Huc ethicè Ambroſius flectit Pauli locum: *Audiſti*, inquit, *aurum & argentum, putas hoc materiale, congregare deſideras, ſed indue operam. Hoc aurum & argentum, onus habet, fructum non habet. Onus quærentis eſt, ſumptus heredis...... Hic relinquite ligna veſtra diuites, vt onus veſtrum futuro incendio incrementum non addat. Si erogaueris, minuetur onus: & quod remanſerit, onus non erit. Noli auare recondere.* Malè imponitur Chriſto pauperi quaſi fuodamento locuples opulentia auri, argenti, gemmarum, & rerum pretioſiſſimarum, quæ malè oneri ſunt poſſidentibus, eóſque vſque ad gehennæ barathrum mole ſuâ deprimunt. Hæc ergò ſi pauperibus beneficè *erogaueris, minuetur onus? & quod remanſerit, onus non erit.* Alio ſtilo ait Ambroſius, quod ſi multum auri & argenti pauperibus erogaueris, & ſic diuitiarum onus non ſuſtuleris totum, ſed ex parte minueris; tamen quod reſiduum *remanſerit, onus non erit.* Licèt largè ergà pauperes benefico remaneat multùm ſubſtantiæ (quæ iſtiuſmodi largitionibus plus creſcere ſolitat,) quâ valdè degrauetur, iam *onus non erit*; quaſi de benignâ partis erogatione, graue alioqui reliquatum opum pondus, pondus eſſe deſiit. quod eſt piarum largitionum ſacramentum.

1 Corin. 3. v. 12.
S. Ambroſ. epiſt. 72.
Diuitiæ quæ remanent diuiti eleemoſynario, onus non ſunt.

6 Pſalmo 138. ſic regius Vates modulatè pangit: *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.* Alius Interpres apud Anonymom in catenâ Corderij, & apud Chryſoſtomum ad eum locum: *Pretioſi facti ſunt familiares tui.* Quinam ſunt iſti Dei familiares ſeu *amici? Ex fructibus amicos Dei noſſe*, in eâdem catenâ monet Cyril. Alexandrinus. Quaſi hi Dei amici & familiares *ex fructibus*, quos aliis largè impendunt, *nimis pretioſi* ſint. *Nimis* hoc eſt valdè vehementer, incredibiliter, ſuprà hominum fidem. In quo autem incredibiliter *pretioſi* ſint, exponit in altero hemiſtichio per exegeſim. ſcilicet, *Nimis confortatus eſt principatus eorum.* Quæ verba S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *Quia fortes pauperes eorum:*

Pſal. 138. v. 17.
Anonymus.
S. Chryſoſt.
S. Cyrillus

S. Hieron. Hebræus. Theodotion *rum* : quemadmodùm etiam apud Theodotionem legitur, *Principatum obtinuerunt pauperes eorum.* Ex quo loco docti quidam interpretes aiunt, ex mente ſensúque Prophetæ, Apoſtolos dici primarios duces paupertatis, quibus eâ cauſsâ & ſublimes honores, & principatus, & magnificæ gratiarum opes à Deo tribuantur. Cæterùm attentâ expenſione digniſſimum eſt, quòd illi ipſi, qui Principes ſeu *principatum* habere dicuntur, dicantur etiam *pretioſi*, & *pauperes* dicantur. Qui ſunt hi *pretioſi pauperes*? an nuper pretioſo cenſu diuites, & de largioribus eleemoſynis pauperes? Diu opulentus, ſuis *fructibus* non ſibi, ſed egenis diues, de pauperum mendicitatibus piè depauperatus, incredibiliter *pretioſus* eſt; quia *principatum obtinnerũt pauperes eorum.* Nempè inopiâ pauper, & adhuc diues cenſu, quem largè pauperibus erogat; diues eſſe deſit, & reipsâ pauper eſt; quia non ſibi, ſed aliis diues eſt. Exindè diuites in re miſericordis beneficentiæ, *principatum obtinentes*, & cenſu *pretioſi*, & *nimis*, ſeu incredibiliter *pauperes* perhibentur. O piè incredibilis in opulente pretioſo cenſu paupertas!

Pretioſus dicitur, qui in magno cenſu ob eleemoſynas pauper eſt.

§. LXII.

Eleemoſyna plus dando accipit: ſit ergò qui dat, ergà pauperem accipientem gratus.

1 *Ferè ex Seneca epiſtol. 2.*

OPinatiſſimum illud prouerbium: *Perdenda ſunt multa* beneficia, *vt ſemel ponas bene* (nam vnum beneficium bene poſitum, multorum amiſſorum damna ſolatur,) falſum potiùs opinor. Nullum enim beneficium perit, quia qui perdit, computauerat. Beneficiorum ſimplex ratio eſt, & minimè quæſtuoſa. Plenè beneficus tantummodò conſultè erogat: ſi accipiens reddet aliquid, lucrum eſt; ſi non reddet, damnum non eſt. Nemo beneficia in Chalendario ſcribit. Nec auarus exactor ad horam & diem creditorem appellat. Numquam erogata beneficia vir bonus cogitat, niſi admonitus à reddente. Alioqui formam crediti tranſeunt. Turpis feneratio eſt, beneficium expenſum ferre. Partes boni viri exequere: alium præceptis ſalutaribus, alium conſilio, alium fide, alium gratiâ, alium re adiuua. Ne ceſſaueris dare; opus tuum perages, ſi cùm dederis indigo beneficium, illud te dando accepiſſe computaueris. Indigenti debes, quòd habeas, cui poſſis benefacere, quòd liberalitatem tuam exerat; quòd ſtipem tuam perituram, velut vſurario fœnore augeat, & cæleſti immortalitate donet. Profectò ſi miſerorum deeſſet egeſtas, miſericordia, pietas, beneficentia, gratia, largitas, & omnis vis benefica vacauiſſet. Hæc, quæ dando accepiſti, computa. Itaque perfecta eſt largitas, quæ non tam accipientem, quàm largitorem, debitorẽ facit.

2 *Eleemoſyna non tam accipientem, quàm largitorem, debitorem facit.*

Siracides Eccleſiaſtici 17. liberalitatem ergà egenos his verbis commendat: *Eleemoſyna viri quaſi ſignaculum cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Quaſi dicat: Ipſa eleemoſyna eſt quaſi ſignaculum, id eſt, quaſi annulus ſignatorius, cui inſculpta eſt imago eleemoſynarij: & quaſi pupilla oculi, quæ gratiam hominis repræſentet, & illius imaginem repræſentatam conſeruet. Expenſione digniſſimum eſt, quòd eleemoſyna comparetur oculari pupillæ, & ſigillo, aut annulo ſignatorio: in his enim duabus rebus imago & clariſſimè & exactiſſimè repræſentatur. Et quidem in ſigillo inuerſa eſt imago imprimenda. Eſto, eleemoſynarij imago perfecta imprimatur, & adſpectu ad Deum, qui eleemoſynam largiùs remuneret; & reſpectu pauperis, qui acceptam gratiam (vt vt poteſt) reddat: at quare, & adſpectu ad quem, eleemoſynarij imago inuerſa, velut in ſigillo inſculpitur? Opinor, inuerſa exprimitur eleemoſynarij imago, quæ inuerſam etiam ingratitudinem repræſentet, & in illius memoriam adducat. Porrò & Deus ad remunerationem, & pauper ad eleemoſynæ gratitudinem, rectâ eleemoſynarij imagine ſatis admonentur: eleemoſynarius autem inuerſâ ſui imagine velut in ſigillo impreſſâ, admoneatur etiam ad inuerſam gratitudinem egeno debitam acceptionis titulo. Quod, etſi non ſub hâc metaphorâ, reipsâ tamen docet Chryſoſtomus homil. de Eleemoſynâ & collat. in ſanctos, ſic eleganter fatus: *Deus eleemoſynam non ob hoc ſolùm conſtituit, vt paſcantur indigi; ſed etiam vt dantibus accreſcerent beneficia: atque adeò magis propter dantes, quàm propter accipientes. Et propterea vera eleemoſyna eſt, ſic dare, vt gaudeas te dare, putéſque te accipere magis quàm dare.* Nempe directam gratiam eleemoſynario pauper debet, debet etiam Deus (tantum eleemoſynæ licet, vt Deum habeat debitorem!) at velut inuerſam gratitudinem, aut gratiam pauperi eleemoſynarius debet: debet enim ei, cui largè donauit, & ipſius donationis titulo debet: obæratus enim gratitudini eſt egeno, & miſero, quia habuit, qui acciperet, in quem opum ſuarum frugem, & beneficentiam exereret, in quo facultates ſuas ſibi ad cælum transferret lucroſo vſurarum fœnore, in quo ſibi omnipotentem Deum remunerationis debitorem faceret. Porrò ſine alienâ miſeriâ, noſtræ miſericordiæ fructus vacaret. *Et propterea vera eleemoſyna eſt, ſic dare vt gaudeas te dare, putéſque te accipere magis quàm dare.* Sic, opinor, hîc putabat Ioachimus Suſannæ maritus, largus contribulium miſerè captiuorum munerator.

Eccli. 17. v. 18.

Vera eleemoſyna, putat ſe magis accipere quàm dare.

S. Chryſoſt.

Hic verſ. 4.

3 Iſaiæ 58. ſic ad miſericordiam ergà egenos, ſuum populum Deus hortatur: *Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua,* &c. Effundere animam, id eſt, viſcera miſericordiæ, & cor liquare præ compaſſione. Hoc modo loquendi denotat intimos affectus compaſſionis, condolendo, miſerendo, & miſeriæ inopis copioſè & largiter

Iſaiæ 58. v. 10.

ſuccurrendo. Hoc enim notat τὸ *effuderis.* LXX.vertunt : *Si dederis eſurienti panem ex animâ tua,* id eſt, ex ſincero totoque affectu animæ tuæ. *Et animam afflictam* fame, nuditate, mœrore, *repleueris* cibo, veſte, conſolatione & lætitiâ ; tunc *orietur in tenebris lux tua.* Quæ eſt hæc noua lux, quâ largior miſericordia inoculatur ? an quâ beneficentia elaratur ? Audiendus eſt inibi Hieronymus, ſic ad rem fatus : *Cùm effuderis eſurienti animam tuam, &c. vt demus animam noſtram, vt pauperem in quibuſcumque poſſumus, adiuuemus : & non quaſi ex triſtitiâ & neceſſitate, ſed ex animo tribuamus, accipientes magis quàm dantes beneficium.* O bona largitio, & è diuerſo grata, in quâ non tam qui accipit, quam qui dat beneficium accepiſſe grarantet computat; ſibi ingratus, ne ergà accipientem gratus non ſit, hanc vnam ob cauſam, quia miſer accepit. Hæc arcana in accipientes gratitudo eſt ſtipendium perfectæ liberalitatis, quæ eò eſt magis ingenua, quò magis ſtipendiaria eſt. *Ex animo tribuamus, accipientes magis quàm dantes beneficium.*

LXX. Interp. — *Eleemoſynam tribuamus, accipientes magis quàm dantes beneficium.* — S. Hieron.

4 Iſaias cap. 1. ſceleroſiſſimos Iudæos, impietate & inhumanitate duros, ita ad pietatem & miſericordiam emollit, ſic Dei nomine fatus : *Diſcite benefacere : quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus.* Si hæc miſericordiæ opera ſeriò præſtiteritis, arguite me inconſtantiæ & infidelitatis, niſi vobis veniam largiar, niſi vos in gratiam recepero, niſi vobis largiùs benefecero. Quid eſt, *arguite* ? Deúſne is eſt, qui ab homine etiam miſericorde *argui*, poſſit ? vir miſericors audeat Deum *arguere* ? Eleganter S. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 20. explanans illud Iobi : *Non eſt qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus,* perſtringens illum Iſaiæ locum, ita ad rem ſcribit : *Durum ſonat, vt quæratur qui Deum arguat ; ſed durum non erit, ſi recurrat ad memoriam, quod ipſe per alium Prophetam dicit : Diſcite benefacere, ſubuenite oppreſſo. &c. Et venite arguite me, dicit Dominus. Ei namque, quem arguimus, rationis auctoritate contra imus.... Venite arguite me, ac ſi patenter dicat : Recta agite, & animaduerſionis meæ motibus non iam per deprecationis gemitum, ſed per fiduciam auctoritatis obuiate.* Pulchra quidem ſententiæ clauſula ! Nempe qui diſcit benefacere, & ſubuenit oppreſſo & pupillo, viduamque defendit, quæ ſunt electiora benignitatis opera ; piâ audacia armatus, Deum arguere poteſt, ſi eius iram non exarmarit *Quem arguimus, rationis auctoritate contrà imus.* Validum robuſtè argumentum eſt, & magna *rationis auctoritas*, quâ humana benignitas etiam aduersùs Dei iram argueret : nam benignior miſericordia irato Deo, non per ſupplicem deprecationis gemitum, *ſed per fiduciam auctoritatis obuiat.* O quàm multa quam paucis ! Tantámne *auctoritatem* beneficentia benefico fœnerat, vt eâ fretus, Deum *arguere* poſſet, & *rationis auctoritate contrà ire* fidenter valeret ? ô arcana miſericordiæ auctoritas ! ô magnum eleemoſynæ ſacramentum, quo vir miſericors vel Deum arguere eualet ! Sic eſt ſapienter arguta ratio, quam beneficentia expromptiùs ſuggerit ? Hanc *auctoritatem* & felicitatem miſericors miſero debet : hanc gratus iterato beneficio ſoluat, non prætereat ingratus.

Iſaiæ 1. v. 17. — Iob 9. v. 33. — S. Greg. — *Irato Deo eleemoſyna per fiduciam auctoritatis obuiat.*

Prouerbiorum 19. Salomon hanc gnomen proponit : *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis : & viciſſitudinem ſuam reddet ei.* Quaſi dicat : Qui pauperibus benefacit, fœneratur, id eſt, mutuum dat Deo, quod amplo cum fœnore & incremento ab ipſo eſt recepturus : quare non tam donum dat quàm mutuum, imò vſuram & fœnus. S. Baſilius in Pſalmum 38. ſcitè addubitat, *Cur non dixit : Qui miſeretur pauperi, dat Deo* ? Reſpondet : *Nouit Scriptura auaritiam noſtram, intellexit appetitum noſtrum inſatiabilem, qui ſibi maiora ad habendum proponit, redundantiam, ac plus ſemper quærere, ob eámque cauſſam non dixit omnino ; Qui miſeretur pauperi, dat Deo : vt ne ſimplicem largitionem & retributionem ſortis exiſtimes* (Nota attentiùs quæ Baſilius ſubiicit verba :) *Sed fœneratur Deo, vt auarus, & lucri cupidus, audito vſurarum nomine, ſeipſum miſericordiæ dederet.* Quæ dediſti pauperi, reputas perdidiſſe ? Imò ſi *auarus & lucri cupidus* es, pauperi largiùs dona, vt à Deo lucroſus vſuras accipias. Bona *auaritia* & lucri cupido, quæ dum beneficentiæ adulatur, vſuram à Deo opulentam negotiatur. Addit Salomon, quòd Deus *ſuam viciſſitudinem reddet ei*, beneficè eleemoſynario inquam. Profectò feliciter opulentus eſt ille, qui Deum habet debitorem. Da pauperi, vt Deus immeratè diues & beneficus, tuus ſit debitor. Quantum potes da, & quantùm capis, recipies. Eleganter Nazianzenus orat. 16. de Pauperum amore, quaſi exponat præſcripta verba, *Suam viciſſitudinem reddet ei,* inquit, : *Numquam Dei liberalitatem & munificentiam vinces, quamuis omnium tuarum facultatem iacturam feceris. Nam hoc quoque ipſum accipere eſt, Deo aliquid donare.* O bona contentio hominis cum Deo, & Dei cum homine, vter munificentior ſit ! an homo in donando pauperibus, an Deus redonando largitori pauperum ? Quis niſi eleemoſynarius audeat cum Deo de liberalitate contendere? Porrò tametſi nimis pauperibus erogando, ſuarum *facultatum iacturam fecerit*, Dei liberalitatem non *vincet* ; qui quâdam humanæ liberalitatis velut æmulatione, dum ab homine in pauperibus accipit, *ſuam viciſſitudinem reddit ei. Nam hoc quoque ipſum accipere eſt, Deo aliquid donare.* Hem ! ſi Deus dum accipit, donat; dum donat, quid non donauit ? *Quemadmodum* (pergit Nazianzenus) *fieri non poteſt, vt umbram noſtram prætergrediamur, quippè quæ eodem ſemper interuallo nos ſuperet : eodem modo nec Deus noſtris muneribus vinci poteſt.*

5 Prou. 19. v. 17. — S. Baſil. — *Prabitio eleemoſynæ, in prabitore auaritiam exigit.* — 6 *Diuina beneficentia cum eleemoſynario contenti, vt quis vincat.* — Nazianz. — *Dei liberalitas ergà eleemoſynarios, vmbra pariatur.* — Nazianz. ibid.

§. XLIII.

§. XLIII.

Dei ira arcano quodam diuinæ bonitatis ſacramento, eſt etiam miſerationum fœcunda.

1 NOn bonæ animi vires iracundia, imò virus animi eſt, quæ minorem facoltatem maiori fulcit ad malum audaciâ. Qui minùs poſſunt vlciſci, plus vltionem expetunt? qui malè patiuntur, non quia dura, ſed quia ipſi molles. Meritò infamatur iracundia, quòd imperfectiora & imbecilliora ſequatur, occupet, impleat. Infantes iracundi ſunt, infelices rabidi, ægri queruli, impotentes ſuccenſent, ſenes facile excandent; & quicquid imbecille ac impotens eſt, impatiens eſt. Facile in molli carne ex non magnâ plagâ tumor concreſcit: ſic in molli animo maior ex leui etiam iniuriâ eſſeruëſcit ira. Quæ vt arctè occludit beneficentiæ fontes, ſic & malorum atrociùs inferendorum fœcunda eſt. Eſt enim *ira, recruciationis appetitus*, vt ait Nyſſenus, vel potiùs Nemeſius. O quàm eſt magnanimum, beneficè iraſci! vt indè ſcaturiat largior pietas, vnde durior vindicta timeri poterat. Aliquis virtuoſus faſtus eſt, iram è peruerſo auxiliarem adſciſcere.

Ira eſt imbecillorum paſſio.

Nemeſ. l. 4. Philoſ. c. 13

2 Scribæ & Phariſæi inuidiâ aduersùs Chriſtum exciti, curioſiùs obſeruabant, an in ſabbatis curaret; vt qui vitam culpare non poterant, miracula ſaltem denigrarent. Erat autem ibi in Synagogâ homo habens manum aridam, qui ſtabat in medio omnium: *Et* Ieſus *circumſpiciens eos cum irâ contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.* Hinc liquidò conſtat, quod in Chriſto fuerit vera ira, triſtitia, ceteræque paſſiones & affectus, qui ſunt in aliis hominibus, ſed domitæ & rationi ſubiectæ, quare ira ei erat cos virtutis. *Ira*, ait inibi Franciſcus Lucas Bruxenſ. *nobis eſt paſſio, Chriſto tamquam actio erat: nobis ſponte oritur, à Chriſto in ſe excitatur: orta in nobis reliquas corporis animique vires turbat, nec pro arbitrio poteſt reprimi; à Chriſto excitata; mouet quod ipſe moueri velit, turbat nihil, denique quieſcit pro voluntate ipſius.* Cæterùm expenſione dignisſimum eſt, quòd quandò Chriſtus perhibetur iratus, tunc ſic largiter benefaciat, Quod pulchrè ſerm. 8. his verbis Ambroſ. edisſerit: *Et circumſpiciens eos cum irâ, &c. Dominus in irâ præcipiens refudit corpori ſanitatem. Vndè intelligimus qualis Dominicæ benignitatis ſit ſanitas, cuius indignationis ſalus eſt medicina: aut quemadmodum placatus prodeſt, qui ita miſeretur iratus.* O Chriſti iram miſerationum quoque matricem, & beneficentiæ conceptaculum! Quid non præbeat propitius, qui ſic miſeretur iratus? Quis deſperet de benignitate diuinâ, quandoquidem indignatio miſerationes parturit, & in beneficentiam ira recuditur? ô Dei iram bonitate grauidam, & ſanitatem largè fœcundam!

Marc. 3. v. 5

Ira in nobis eſt paſſio, in Chriſto verò actio.

Franciſc. Lucas. Bruxenſ.

S. Ambroſ.

Chriſti enim ira eſt beneficentia fæcunda.

3 Notum illud ex Oratione ſeu Cantico Habacuc: Domine opus tuum in medio annorum, *viuifica* illud (quaſi Dei opera ante incarnationem velut emortua forent, de quo aliàs) *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* τὸ *recordaberis*, non eſt mera recordatio, ſed benefica operatio, ab irâ velut prognata. Scitè inibi Theophylactus ſic locum exponit: *Humana natura turbationem paſſa eſt, dum ob prævaricationem mandati ei ſuccenſeret Deus, adeò vt mortalitati ſubiiceretur ...... atqui rursùs es miſertus eius, & incorruptibilem te & immortalem demonſtraſti.* Ecce tibi qualis quantæque miſericordiæ ira ſit recordatio: nempe mortalitas cui homo ob præuaricationem ſubeſt, in *immortalitatem* & *incorruptibilitatem* reformatur. Vide cùm iratus fuerat Deus, cuius miſericordiæ recordatus ſit, & cuius beneficij opere memor. Vel aliter: ô Deus, cùm in irâ miſericordiæ memor fuiſti, *incorruptibilem te & immortalem demonſtraſti.* Scilicet loquitur de Deo humano more. Porrò cùm humana ira, grandis commotio & mutatio ſit: cùmque Deus in irâ etiam miſericordiam oſtentet, iram benignitate diffitetur; & indè immutabilem ſe Deus, atque adeò *incorruptibilem & immortalem demonſtrat.* Sic verbis Theophylacti ethicè velitari liceat ſenſu aliorsùm flexo.

Habacuc. 3. v. 2.

Theoph.

Deus oſtendens in irâ miſericordiam, ſe demonſtrat immortalem.

4 Habacuc prophetæ propheta Regius egregiè concinit: Numquid ait, *obliniſcetur miſereri Deus? aut continebit in irâ ſuâ miſericordias ſuas?* pro τὸ *continebit*, alij paſſim excribunt, *concludet, prohibebit, reprimet, claudet, obturabit, contrahet, oppilabit in irâ miſericordias ſuas.* Notat hîc Corderius noſter è noſtro Chreſollio, ſpecioſiſſimam eſſe imaginem è bello petitam: ſolebant enim olim vrbes caſtra exercitus coronâ cingere, hoc eſt, militum copiis circumambire, vt vndique fieret impreſſio. Hoc ipſum eſt in hoc Dauidis loco *continere in irâ*; quod quidem ex Hebræo vertunt, *claudere*, hoc eſt cingere vndique militari coronâ & obſidere, *quaſi ira diuina legiones circumuallare vndique miſericordiam & premere videantur.* Hactenùs ille. Verum in verbo *continebit*, aliam metaphoram eleganter ſubinfert Theodorus Heracleoræ in Commentario Græcorum Patrum, indidèm ita ſcribens: *Aut continebit in irâ ſuâ miſericordias ſuas? Verumtamen*, inquit, *non obliniſcetur ſuarum creaturarum, neque permittet proprias miſerationes apud ſemetipſum quodammodò præfocari.* Quaſi diuina ira humanis exceſſibus armata, Dei miſericordias velut *præfocare* præſumat; nec tamen eualeat; ſed præualeat miſericordia. Loquitur antropopathôs. Denique S. Hieronymus rem luculentiùs edisſerit, ſic locum excribens: *Aut complebit in furore miſericordias ſuas?* Ac ſi Dei furor, dum iram & vindictam in benignitatem refingit, ſit diuinæ miſericordiæ *complementum*: quoniam diuinæ bonitatis exaggeratio ſeu oſten-

Pſal. 76. v. 10. Tranſlat.

Corder. Chryſol.

Ira Dei, eius miſericordiam obſidione circumuallat.

Ira non præfocat Dei miſericordiam.

Herach

Benefica Dei ira dicitur miſericordiæ complementum.

S. Hierony.

oſtentatio eſt, dum ira & furor noo continet aut *præfocat* benignitatem, ſed illam largiùs effuodit, & largitate oſtentat, & oſtentatione apud homines *complet*. quaſi benefica Dei ira ſit diuinæ miſericordiæ *complementum*. Bellè quidem Hieronymus,

5 Iacobus Apoſtolus in ſuâ epiſt. cap. 2. ſic de miſericordiâ Dei adſpectu ad diuinam iuſtitiam loquitur: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. *Superexaltat autem miſericordia iudicium.* τὸ miſericordia pro miſericordiâ diuinâ accipitur à S. Gregor. homil. 13. in Euangelia, quem plures è commentatoribus meritò ſequuntur. Quaſi dicat Apoſtolus: miſericordia Dei ſuperat & ſe exaltat ſuprà Dei iuſtitiam ſeu iudicium: licet enim in Deo omnia attributa ſint æqualia, tamen magis ipſe miſericordiam exercet, & pietate vritur, quantumuis eâ homines abutantur. Noſter Cornelius inibi è Græco textu excribit pro τὸ *ſuperexaltat*, collum aut *ceruicem attollit*, & velut *ſuperbit*. nempe miſericordia ſuper iuſtitiam ceruicem attollit, & iudicij victrix, quaſi iudex illud diſcernit & iudicat, ac ſi habeat altius & augustius tribunal, & iuſtitiæ ſententiam irritare aut mutare poſſit. Alij locum efferunt: *Gloriatur miſericordia aduersùs iudicium. Hoc eſt.* (ait ibi Oecumenius) *vincit, expugnat, obtundit, vel hebetat*: & inde miſericordia contra iuſtitiam *gloriatur*, & quodammodò *ſuperbit*. Denique noſter Lorinus in Pſalm. 76. verſ. 10. præſcriptum Iacobi locum obiter perſtringens, ita excribit, & exponit: *Superexaltat, miſericordia iudicium, κατακαυχᾶται, exultat, velutique inſultat aduersùs iudicium*: Quaſi dicat Iacobus: Sic eſt victrix diuina miſericordia aduersùs iuſtitiam, vt contrà illam *exultet*, ac *glorietur*; & ſi humano more loqui liceat, aduersus illam quodammodò *ſuperbiat*, & *inſultet*: quæ eſt bonitatis, ac beneficentiæ hyperbole. Sic iudæi (inter quos præcipue Ioakimus) in ditâ Babylonis captiuitate, quâ ſubiere iuſtum diuinioris iracundiæ furorem, opulentas diuitias, honores, & gloriam miſericorditer repererunt, quibus forſan in patrio ſolo minimè fruebantur, exilio feliciores.

Iacob. 2. v. 13.
S. Gregor.
Cornelius. Græcus
Miſericordia contrà iuſtitiam velut ſuperbit, & inſultat.
Oecumen.
Lorinus.
Hic verſ. 4.

6 Ieremiæ 3. hæc verba leguntur: *Numquid iraſceris in perpetuum, aut perſeuerabis in finem? Ecce locuta es, & feciſti mala & potuiſti.* Chaldæus, S. Thomas, Vatablus, Leo Caſtrius, & alij ſic explicãt, quaſi dicat: ô Domine ne mihi ſemper iraſcatis, neque perſeueres in recordatione & vltione peccatorum meorum. Verba ſunt Dei, quæ docet populum ſibi dicere, iiſque ſe inuocare, vt eius miſeratur. Ecce qualiter in Dei irâ diuina miſericordia tranſpareat; & in indulgenti iræ vltricis diſſimulatione, acerbior vindicta. Quare illa verba, *Numquid iraſceris in perpetuum?* Biblia Tigurina ſic vertunt: *Numquid iram in perpetuum retinebis?* quaſi iram diutiùs *retinere*: ſit acerbiùs *iraſci*! Ieremiæ accinit Dauid Pſal. 9: ſic pangens: *Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.* Quæ verba de Deo communiter Interpretes exponunt. quaſi dicat Propheta, tantam eſſe iram Dei aduersùs nonnullos peccatores, vt in hâc vitâ non exquirat eorum flagitia, id eſt, non puniat, ſed procedere eos in impietate proſperè ſinat, ita vt Dei metum & memoriam perdant. Quod dilucidè tradit Auguſtinus ſerm. 37. de verbis Domini, ſic ad rem fatus: *Dauidem interroga, qui ait: Irritauit Dominum peccator. Quare autem hoc dixit? Vide quid ſequitur: Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret. Ideò nempè non quæris, quia multum iraſcitur.* Hæc Auguſtinus. Quem imitatus S. Bernardus ſerm. 42. in Cantica, ait, Tunc magis iraſci Deum, cùm non iraſcitur, Redeat iterùm Auguſtinus in eum Pſalmi locum: *Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret*, vbi ita ſcribit: *Multum iraſcitur Dominus, dum non exquirit, dum quaſi obliuiſcitur, & non attendit peccata ..... Nemo gratuletur homini, cuius peccatis deeſt vltor, adeſt laudator. Maior hæc ira Domini eſt.* Nempè diuinæ vltionis tarda diſſimulatio, ſpeciem indulgentiæ & miſericordiæ obtendit; & tamen in eâ non dubiis characteribus legitur ſeuerior vindicta. Sic in irâ Dei, quæ minas intentat, vltionem infligit, & ſæpè ſtrages edit; indulgentior pietas tranſlucet, diuinæ bonitatis ſacramento. O bona ethicè antithera! Deus diutiùs oriſcetans, duriùs iraſcitur: Deus duriùs iraſcens veriùs miſeretur. Peccatorũ quaſi obliuio, perpetuæ vltionis memoria eſt! ô Deus ſcelerum vindex, hîc vre, hîc ſeca, vt in æternum parcas!

Ierem 3. v. 5.
Chaldæus.
S. Thomas.
Vatablus.
Leo Caſtr.
Deum retinere iram, acerbior ira eſt.
Tigurin.
Pſal. 9. v. 25. apud Hebræos.
Pſal. 10. v. 4.
S. Auguſt.
S. Bernard.
S. Auguſt.
Deum velut miſericorditer non punit Deus peccatorem, tunc acerbius iraſcitur.

§. XLIV.

Rapax auarè furacitas exactorum, multimodè vapulat.

1 QVis quæſo tam fidelis, tam putus, tam integer hodie Regum tractat æraria, adminiſtrat opes, cuſtodit pecuniam; vt nihil inde ſurripiat, nihil ſibi ſeruet; ſoliſque Regum ſtipendiis, doniſque contentus viuat? Ah quàm multi noſtrâ ætate patrimonio pauperes, anguſti familiâ, tenues ſubſtantiâ multos annos vixerunt: qui tamen vbi primum à Regibus ad reditus adminiſtrandos, procurandámque pecuniam electi ſubitò euaſerunt ditiſſimi; ſplendidas domos ædificarunt, regales planè villas conſtruxerunt, opulenta coëmerunt prædia, pingues admodùm præluſtréſque maioratus inſtituerunt. Vndè obſecro? vtique Regum ex corio. Exoſſantur Principes, emedullantur populi, vt miniſtri pingueſcant. Vtinam aliquandò ſomnum Reges excutiant, videantque exhauſtum ærarium, regni exuctum ſanguinem, deprehendãt tandem ſanguiſugas mole iam ſuâ laborantes: atque adeò de peculatu miniſtrorum diligenter agentes, ſubuerſâ illâ prædatricis pompæ machinâ rapaces furaciſſimè miniſtros

Ben. Ferd. in cap. 47. Geneſ.
Regalium miniſtrorum rapacitas.

Immodica exactio Reipublicæ ruinam ominatur.

Saluia. lib. 1. de guber. Dei.

ſtros iuſtius ipſi deprædentur: Heu plurimi hodie Verres, plurima verricula prouinciarum, nec vllus inclamat Tullius, nec vllus vindictam exerit iudex! Fruſtra olim inclamauit Saluianus: *Illud*, inquiens, *latrocinium ac ſcelus quis dignè loqui poſſit, quòd cùm Romana Reſpublica vel iam mortua vel certè extremum ſpiritum agens, in eà parte, qua adhuc viuere videtur, tributorum vinculis quaſi prædonum manibus ſtrangulata moriatur.* &c. Immodica exactio Reipublicæ ruinam infauſtè ominatur.

Geneſ. 47. v. 14.

2 Geneſeos 47. toto illo ſterilitatis ſeptennio dirâ Ægyptus fame laborat, quam Ægyptij pecuniâ redimunt, dum Ioſephus alimenta diuendit. In toto, inquit, orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maximè Ægypti & Chanaan. *E quibus omnem pecuniam congregauit* Ioſeph *pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis.* Potuiſſet ſanè ditiſſimus euadere Ioſeph communi fame opibus lenocinante: omnem autem pecuniam intulit in regium ærarium, ne drachmâ quidem ſubtractâ, ſolis contentus Regis muneribus, ſeu Præfecturæ ſtipendiis. Appoſitè Auguſtinus quæſt. 159. in Geneſim, hàc ſuper re ita ſcribit: *Et intulit Ioſeph omnem pecuniam in domum Pharaonis. Pertinuit ad Scripturam in hàc etiam re commendare fidem famuli Dei.* Imò forſan videbitur Hiſtoricum ſacrum ſuperuacuè id adnotaſſe. Recenſitâ porrò Patriarchæ hactenùs probitate, ecquis tantum audaciæ ſuſpicionum tribueret, vt Ioſephum crederet infidum Regiæ pecuniæ adminiſtratorem. Verùm enimverò ſic regius cenſus hæret Miniſtrorum manibus, vt licet ſatis nota eſſet Ioſephi virtus, probitas, integritas; tamen quia ſic eſt rara & inſolens in regiis Miniſtris fidelitas, *pertinuit ad Scripturam in hàc re commendare fidem famuli Dei.* Quaſi inſufficiens ſit fides famuli Dei etſi notiſſima, & probatiſſima ad iſtiuſmodi ſuſpiciones arcendas, niſi certa Scripturarum fides, à ſiniſtris illum coniecturis vindicet. Nempè non otioſè id commemorat Scripturâ, ſed velut tota Scripturarum auctoritas in id incumbit, & in eo obnoxiùs & prouidentiùs adlaborat, vt Ioſephum regiæ pecuniæ adminiſtrum à furacis auaritiæ ſuſpicione vendicet. O! ſic eſt infidelitatis ſuſpecta principalis ærarij commiſſa adminiſtratio?

S. Auguſt.

Pertinuit ad Scripturam commendare Ioſephi fidem in pecuniâ regiâ adminiſtrandâ.

Matth. 18. v. 24.

3 Matthæi 18. aſſimulatum, inquit, eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. *Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.* Iuſſus autem cum vxore & filiis venundari, vt tantam debiti molem teſtituat, ſupplicationis merito, debiti veniam à rege clementiſſimo exptomptam obtinuit. Talentum Atticum, teſte Budæo lib. de Aſſe, valebat ſexcentos aureos (longè maior ſumma eſt Hebraici talenti.) Quare decem millia talenta faciunt ſex milliones aureorum, ait Ianſenius & Maldonatus. *Quæ ſumma* (addit Cornelius) *eſt ingens & immanis, ac plebeio & pauperi inſolubilis.* Conſultiſſimè

Budæus.

Ianſen. Maldon. Cornel.

autem ac moraliſſimè tam ingens ac immanis ſumma apponitur, vt ex eâ Regibus innoteſcat, quam infide inſoleſcant Miniſtri, qui regiam pecuniam tractant. Sed notatione digniſſimum eſt, quòd dum petit ſeruus ſolius temporis dilationem, à penè effusâ Regis liberalitate, totius debiti dimiſſionem impetrat. Verùm ſciſcitari lubet, ſi Rex iſte adeò liberalis inducitur, vt tam immanis ſummæ dimiſſionem dederit, quare incipit rationem ponere, & ſollerter perueſtigat quantum quiſque Miniſtrorum defraudauerit? Reſpondet Chryſoſtomus homil. 62. in Matthæum: *Ideò autem antequam rationem poneret, debitum non dimiſit, quia docere voluit à quantis debitis eum liberarat.* Scilicet hic regiæ pecuniæ Miniſter, non modò immanem, & plebeio homini ſummam inſolubilem vſurpauerat, & apud ſe clam retinebat (ſiquidem meram dilationem ad ſoluendum expoſcit;) ſed tam ingentem furaciter ſummam vſurpaſſe continuo peculatu ipſe neſciebat. *Se hacen tan ricos los que defraudan las rentas reales, que no ſaben lo que ſe tienen.* Quæ eſt hîc defraudati moraliſſima hyperbole. *docere voluit à quantis debitis eum liberarat.* Et pariter reliquos edocere, quàm immani furaciter peculatu regium ærarium ſenſim euacuetur continuâ Miniſtrorum rapacitate.

Fraudata pecuniæ ſummam nec ipſi Regis miniſtri ſciunt, qui eam furati ſunt.

S. Chryſoſt.

Iſaiæ 3. v. 12. Cornelius.

Iſaiæ 3. Væ, inquit, impio in malum: *retributio* enim manuum eius fiet ei. Forſan hæc retributio eſt immodica vectigalium contributio: nam confeſtim ſubdit: *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis.* Dederat Propheta internam Iudaicæ ruinæ cauſam, ſcilicet peccata populi; nunc dat externam, quam meruerunt eadem peccata populi, nempè Principes, Pontifices, & Prælatos auaros, rapaces, imbelles, & incurios. Per *exactores* ergò intelligit Principes & Magiſtratus, qui non tam prætores erant, quam prædatores populi; item Prælatos & doctores, putà Scribas & Phariſæos: hi enim auariſſimi exigebant plurima à populo, adeò vt iuberent filiis negare alimoniam parentibus, dicereque *corban*, id eſt, munus hoc dedicatum eſt Deo, dandum eſt Scribis & Sacerdotibus. Oleaſter inibi exactorum furacitatem impiè auaram exponit, ſic locum excribens, & elucidans: *Poſſet etiam locus reddi: Populum meum exactores eius racemant. pro, Expoliant eum: quoniam verbum racemare ſignificat ea quæ poſt vindemiam relinquuntur. Et eſt ſenſus, quòd ob peccata populus opprimeretur ab inſipientibus, & dominaretur ab effeminatis.* Heu nimis verè! Nempè ob enormiora populi peccata, imbelles & effeminati Principes dominantur: hi autem cùm ſint aduersùs hoſtes in bello agni, ſubiectos populos ſicut lupi ac leones furaces exactionibus auariſſimis opprimunt, vt non tantùm eos vindemiare, ſed poſt vindemiam *racemare* dicantur. O! imbellis & effeminati Principis eſt, ſic auaris exactionibus populos *racemare*?

Effeminatus Princeps populos exactionibus racemat.

Oleaſter.

2.Reg.

5 2.Regum 8.Factum eſt, inquit, poſt hæc, *percuſſit Dauid Philiſtiim, & humiliauit eos.* Quæ eſt hæc Philiſthinorum humiliatio, contritio, direptio, proculcatio? *Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philiſthiim.* Multa multi ſuper hoc *freno tributi*, quod de manu Philiſthinorum tulit Dauid. Quod nos olim cum Aquilâ & Chaldæo ad *aquæductum* deriuauimus, ductâ vectigalis aquæ metaphorâ. Verùm aliqui apud Cornelium indidem, *Frenum tributi accipiunt vt nomen appellatiuum ſignificans Frenum cubiti, indéque Frenum tributi, quòd frenum tributi limitatum & definitum ſit inſtar cubiti: Amma ergò certam penſionem tributi ſignificat.* Ecce tibi potentes olim Philiſthæos humiliatos, contritos, & direptos à victore Dauid, cùm eis abſtulit *Frenum tributi*, id eſt, tributum hactenùs *limitatum & definitum*, nempè *certam penſionem tributi*, quò furax Principum auaritia *frenabatur* ad certam, limitatam, ac definitam tributorum penſionem. Vbi enim hoc imponendorum vectigalium frenum ablatum eſt, deuicti Philiſthæi *humiliati*, peſſundati, depauperati, & prorsùs contriti perhibentur. Nam cùm illimitata eſt tributorum penſio, ibi exactorum infinita propè feracitas impunè graſſatur, inſcij forſan Principis manu obarmata. Sic Geth Philiſthinorum metropolis depauperata & humiliata eſt ab Hebræis: ſic etiam nunc Hebræi à victore Nabuchodonoſor humiliati & depauperati ſunt, dum Ieroſolymitani ciues in Babylonico exilio immenſa penderint tributa; adeò vt admiratione excipiant interpretes, quòd vnus Ioakim Suſannæ maritus, *diues valdè* in Babylone dicatur.

2.Reg.8. verſ. Auctor in cap. 3. Iudith. Aquila Chaldæus Cornelius.

Vbi non eſt tributorum frenum, humiliatus ſeruit populus.

Hic verſ.4.

6 Threnorum 5. lachrymis irremediabilibus ſic flebilis Propheta opplorat: Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobrium noſtrum. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. *Aquam noſtram pecuniâ bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus.* Quæ verba interpretes communiter exponunt de immani vectigalium mole, quibus Hebræa gens à victoribus Chaldæis premebatur. Quaſi dicat: Adeò eramus pendendis tributis grauatè obnoxij, vt etiam res communes, obuias, ac viles, tributo redimere debuerimus. Vel, vt inibi exponit Cornel. *Aquam & ligna quæ priùs erant noſtra, iam à Chaldæis occupata, pecuniâ vel tributo redimere debuimus, & etiamnum debemus.* Aliter Sanctiùs indidem: *In Babylone, aquam Babylonis omnibus communem, nos Iudæi captiui, ab iis pecuniâ emere debemus. quod durum & inhumanum eſt.* Eſt enim durum, & ab omni humanitate prorsùs alienum, ab his priuari commodis, quæ communis hominum, imò & naturæ lex omnibus voluit eſſe communia, qualis eſt aqua ſiue in domeſticis collecta ciſternis, ſiue quæ ſpontè fluit, & vltrò ſe humanis vſibus largitur; & ligna quæ cædua ſilua abundè fert. Appellat autem Propheta Iudæorum nomine, *ſuam aquam*, & *ligna ſua*, non quia reipsâ ſua erant, ſed quia tunc ſua facta ſunt, & non aliter,, quando indicta pecunia pro lignis & aquâ, alioqui ſuâ, oblata exactoribus eſt. Heu tributorum immanitas! Nihil tam tuum eſt, quod tributorum auara rapacitas non fecerit alienum. *Aquam noſtram pecuniâ bibimus, ligna noſtra pretio comparauimus.* Quid tam flebiliter miſerum, quàm noſtra ab exactorum furacitate mercari? Ad hanc tributorum immanitatem, quibus Dei populus à Chaldæis opprimebatur, animo deficit populus, lacrymis liquefit Ieremias. Vndè ſuprà cap. 1. dixerat: *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* Hebræa habent: *liqueſit ſub tributo*; quaſi à tributis, qui ea pendit populus, *liqueſiat*. de quo aliàs.

Thren.5. verſ.4.

Populus, quæ ſua ſunt, vectigalium ſolutione mercatur.

Cornelius

Sanctius apud Corn.

Populus vectigalibus liqueſit.

Thren.1. v.1. Hebræus.

§. XLV.

Pauper egeſtate diues, innocentiæ ſtatum æmulatur; & Diabolo propè inexpugnabilis, futuri ſæculi diues eſt.

FAc itaque tibi, ſi non iucundam, ſaltem non moleſtam vitam, omnem pro illâ ſollicitudinem deponendo. Eſto tibi æquus tuæ felicitatis artifex. Velis, & poteris. Profectò *nullum bonum iuuat habentem, niſi ad cuius amiſſionem præparatus eſt animus.* Nullius autem rei facilior amiſſio eſt, quàm quæ non deſideratur amiſſa. Bonorum amittendorum metus, & te ipſum, & res omnes alias circa te inquietas facit. Præcide rerum fugitiuarum deſiderium, & aduersùs earum cognatam fugam te & adhortare, & indura, & cæli inquilinum, & beatitudinis hoſpitem effeciſti. Incipe cum paupertate habere commercium, & experieris quantis non indigeas, quàm abundè in paupertate affluas. Non re, ſed rerum opinione laboramus. Aufer à diuitiis laruam, & plurium in eis egeſtatem experieris. Magnę diuitię ſunt lege naturæ compoſita paupertas. Lex autem illa naturæ, ſcis quos nobis terminos ſtatuit. Non eſurire, non ſitire, non algere. vt famem ſitimque depellas, de facili vel pauperrimo ſuppetit. Parabile eſt, quod natura deſiderat, & expoſitum. Ad ſuperuacua ſudatur. Ad manum eſt, quod ſat eſt. Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Nemo alius tam Deo dignus eſt, quàm qui opes contemnere ſcit, & paupertate diues, egeſtate abundat. Qui in paupertate veras diuitias reperit, poteſt cum Ioue de felicitate certare, præcoquâ arcanè beatitate, æmula gloriæ cæleſtis, illamque oppignerante. 1

Senec. ep.4.

Paupertate contentus, diues eſt.

5. Iob cap. 1. tot lugubribus nunciis 2
æquo animo auditis, ait: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Valdè eſt obſcurum, quænam ſit illa mater, de cuius vtero Iobus nudus egreſſus eſt: neque enim videtur eſſe illa, quæ propriè dicitur mater: illa nempè in cuius viſceribus patris operâ conceptus eſt: nam

Iob 1.v.21.

illuc

illuc reuerſurus eſſe dicitur, vndè egreſſus eſt; at in matris vterum reuerti non potuit. quare hac de re variè ſentiunt, & loquuntur Interpretes. S. Thomas & Eugubinus (S. Thom. ibi. Eugubinus) cenſent, matris nomine terram eſſe intelligendam, quæ communis eſt mater. Quam ſententiam pulchrè ad rem tractat, & elucid e Chryſoſtomus ad Olymp. adductus in (S. Chryſoſt. Sanctius) Catena Græcorum Patrum, & quem inibi Sanctius adducit, numer. 117. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, &c. Cuius vteri meminit? nempè primi illius opificij, ſuaque è terrâ coagmentationis primi parentis opificium imitantis.* (*Nemo paupertate diues, felicem innocentiæ ſtatum æmulatur.*) *Nudus è terrâ diuino munere conformatus ſum, minimè fucatus: nullà re ſupernacaneà ornatus, ac propè dixerim à materia concretione ſecretus. ergò nudus quoque reuertar illuc. Quò? nempè ad locum plangore liberum. Si enim ad eum vterum, qui in promptu eſt, cogitationem traduxeris, credideriſque maternam aluum, vndè extitiſti, tibi rurſus ſubeundam eſſe, rationis decorum atq; verborũ apta conſecutio periret.* Scilicet Iob nudus facultatibus omnibus ærumnosè ſpoliatus, ſummèque depauperatus, primææ ſuæ in Adamo formationis conſultiſſimè meminit, quandò ex artifice Dei manu formatus eſt pauper ac nudus; ſed nuditate amictus, paupertate diues, ſine ornatu ornatiſſimus; & qualem eſſe oportebat in feliciſſimo primordialis innocentiæ ſtatu; ad quem nudæ paupertatis arbitrio, ſe propè reſtituere cenſet. *Nudus è terrâ diuino munere conformatus ſum, minimè fucatus, nullà re ſupernacuà ornatus, ac propè dixerim à materia concretione ſecretus. ergò nudus quoque reuertar illuc.* Profundè quidẽ Chryſoſtomus hominẽ cunctis facultatibus nudũ, ſummè depauperatum, & ſuâ inopiâ contentum, felicem innocentiæ ſtatum, ſuffragio inopiæ æquanimiter toleratæ, æmulari dicit. Non glorioſè diues, quò multis abundans, plurium voto indigus, paradiſtæ vitæ æmulus eſt; ſed qui facultatibus nudus, in ſummâ rerum egeſtate, abundat paupertate ſuâ. Hic, hic inquam, ſic in vitæ mortalis ac immortalis confinio eſt, & velut præcoquus cæli inquilinus, vt opulento paupertatis priuilegio, velut corporeis paſſionibus exemptus, *propè dixerim à materia concretione ſecretus*, ferè qualis homo in primordiali opificio Deo conſtitit. Luculenter hîc Chryſoſtomus exaggerat, quàm homo nudâ paupertate diues, felicem innocentiæ ſtatum glorioſè æmuletur.

Iob 1. cùm Deus coràm Satanâ, Iobi ſanctitatem prædicaret; ille non bonus diuitiarum arbiter, actutùm reſpondit: Numquid Iob fruſtrà timet Deum; Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum, & poſſeſſio eius creuit in terrâ? ſed extende paullulùm manum tuam, & *tange cuncta quæ poſſidet*, niſi in faciem benedixerit tibi. Egregiè hîc deſipit malignus Dæmon: nam ſi Iobi virtutem diuitijs adſcribit, quo pacto ipſas diuitias tamquam tentamenti occaſiones, ad victorias expugnare conatur; Profectò ſi inops foret Iob, non de facili ſuppeteret Diabolo, vnde illum tentare potuiſſet. Peritè autem ipſe tot facultatum ſuarum ſtragibus auditis, contrà duellatorem Diabolum animoſiùs ſurgens, *Scidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram, adorauit, & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* (Iob. 1 v. 20. & 21.) & Præclarè Origenes lib. 2. in Iob: *Ecce*, inquit, *ò maligni, peculiũ conſumpſiſtis, ſubſtantiam diripuiſtis, nec quicquam aliud niſi ſolũ corpus, atque hanc veſtem, mihi reliquiſtis; Tollite & hanc veſtem, proijcio etiam hanc vobis. Nihil apud me remaneat ex his, quæ in poteſtatẽ nequitiæ veſtræ data ſunt.* (Origenes) Bonis omnibus ſpoliatus, & veſtibus nudus, fortiùs ac feliciùs cũ Tartareo hoſte dimicare feſtinat. *Non tam expugnabilis eſt pauper* (ait Chryſoſtomus) *quàm diues, infinitas vndique & Diabolo & inſidiatoribus occaſiones præbens, omnium ſeruus propter multam rerum abundantiam, in multorum neceſſitate conſtitutus, & multis adulari cogitur, & cum multâ illiberalitate ſeruire.* (S. Chryſoſt. homil. 2. ad Popul. Ant.) Subnota quæ tempeſtiuè addit. *Pauper autem ſi philoſophari ſciat, neque ab ipſo Diabolo expugnari poteſt. Iob igitur & antè hoc, cùm fortis eſſet, poſtquam omnia amiſit, tunc factus eſt fortior, & egregiam contrà Diabolum victoriam reportauit.* (*Iobi virtus inopiâ inexpugnabilis, & paupertate victrix.*) *Prætereà verò nec iniuriam pati pauper poteſt, ſi philoſophari ſciat.* (*Pauper iniuriam pati non poteſt.*) Ecce tibi opibus vallatus diues, & diuitijs muratus, expugnabilior eſt, quam inermis ac inualidus pauper Egregiæ Iobi virtuti adſcribitur, quòd inter diuitias fortis eſſet: at *poſtquam omnia amiſit, tunc factus eſt fortior, & egregiam contrà Diabolum victoriam reportauit.* Quaſi velut impatibilis & inſuperabilis Iobi inopia, Diaboli phalangas atque machinas exarmarit, præluſtrémque de eo reportarit victoriam. Sibi Diabolus inuidet victoriam, quam Iobo concedit, cùm locupletem depauperat. *Pauper neque ab ipſo Diabolo expugnari poteſt.*

1. ad Thimotheum ſexto ſic diſcipulum Paullus erudit: *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum.* (1. ad Tim. 6. v. 17.) 4
Vocantur diuites & diuitiæ huius ſeculi, quia cum hoc ſeculo inſtar bullæ & momenti tranſeunt: & quia terrenæ ſunt, miſeræ inconſtantes, exiles, egenæ, quale eſt hoc ſeculum, & homines ſeculares. (*Non diues, ſed pauper eſt ſu uro ſeculi diues.*) Scitè Chryſoſtomus homil. ſexta ad Populum Antioch. præſcriptum locum ſic elucidat: (S. Chryſoſt.) *Qui dixit, Diuitibus huius ſeculi, demonſtrauit & alios futuri ſeculi diuites eſſe? qualis ille Lazarus, erat, in præſenti quidem vitâ pauperrimus, in futurâ verò diues: non auro & argento, nec vllâ tali corruptibili & marceſcibili materiâ affluens; ſed arcanis illis bonis, quæ nec oculus vidit, neque in cor hominis aſcenderunt: Hæ namque vera diuitiæ & opulentia.* Diues huius ſeculi æternorum egeſtate affluit: pauper verò huius ſeculi, præproperè futuri ſeculi diues, adhùc in hoc ſeculo veras cœli diuitias anticipat. Ioakimum *valdè diuitem* cum Suſannâ coniuge, cum

R. P. Didac. Celada in Suſannam

Hic verſ. 4. Iobo, Abrahamo, Dauide &c. inter præſentis ac futuri ſeculi diuites, recenſere licet, largioris beneficentiæ ſuffragio.

5. Prouerb. 13. v.8. Prouerbiorum 13. Salomon ſic nos erudit: *Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationem non ſuſtinet.* Scilicet aſſignat hîc Salomon commodum diuitiarum, & commodum paupertatis, hocque illi præfert. Quaſi dicat: Diuitiæ hoc commodi afferunt diuiti, quòd ſi fortè in periculum animæ, id eſt, capitis & vitæ incidat, facilè illud excutiat, ſeque redimat auro, iuxtà illud Ec-

Eccl.7.v.13. cleſiaſt. 7. *Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia.* Quin & pauper paupertatis dumtaxat titulo, increpationes, accuſationes, & lites perſæpè euadit, eò quòd pauper ſit, quia ſcilicet non habet opes, quibus accuſatores inhiant, vt eos ſuà criminatione emungant. Itaque diuites periculum auro redimunt; pauperes periculum

Eleemoſynarius Deum ſibi facit debitorem. ſuâ paupertate declinant. Ergò ſicut diues tutus eſt, ſic & pauper in paupertatis aſylo. Aliud paupertatis ſeu pauperum elogium, elucidans præſcripta Salomonis verba, tra-

B Petr. Dam. dit Petrus Damianus lib.8.epiſt.10. *Suſtenta,* inquit, *pauperem, vt tanquam ipſe creditor, Deum tibi facias debitorem. Neque enim*

Pauper facit quòd eleemoſynarius ſit Dei creditor *te omnipotens Deus ad eleemoſynam prouocat, tamquam deſit ſibi, vnde pauperibus ſuis alimenta prouideat; ſed idcircò potius illos inopes exhibet, vt tibi redimendi te materiam ſubminiſtret. Scriptum quippè eſt: Diuitiæ hominis redemptio eius.* Ecce tibi in hoc

Diues pauperi debet, quòd ſui redemptor eſſe poſſit per eleemoſynas. loco à Salomone traditur geminatum diuitiarum elogium. Alterum, quod ſicut diuitiæ, ſic & paupertas protegit, inculpatâ innocenter tutelâ, quam diuitiæ non exhibent. Alterum verò, quòd offert Deus materiam & occaſionem, quâ per eleemoſynas redimat diuites. Nimiùm aliàs redemptionis indigus eſt diues, quæ de pauperum mendicitatibus elaboratur. Diues ergò pauperibus gratuletur, & quia leuiculo oboli pretio *Deum ſibi facit debitorem*; & quia idcircò Deus *inopes exhibet, vt diuiti redimendi ſe materiam ſubminiſtret.* Ergò diues pauperi debet, quod ſui redemptor eſſe poſſit. ô inſenſata fatuè opulentia, quæ paupertatem & pauperes faſtidit, & faſtuosè refutat!

§. XLVI.

Euangelica paupertas intentabilis dicitur, indubitatæ ſalutis via, manuductrix ad cælum, concupiſcentiæ exors; & velut ira Dei impellens ad cælum.

5. S.Chryſ.Homil.ad populum. PVlchrè pariter ac verè Chryſoſtomus: Non tantùm, inquit, quæ per eleemoſynas damus, ſed & ea quibus ſpoliari fortiter ferimus, multum nobis fructum afferunt. Et vt diſcas hoc illo maius eſſe, ex iis, quæ Iob contigerunt, hoc faciam manifeſtum. Non erat tam illuſtris, quandò pauperibus domum aperuit, quàm cùm ipſam cecidiſſe audiens, non iniquè tulit. Non erat tam illuſtris, quando ex ouium tonſurâ nudos circumdedit, quàm fuit clarus, cùm audiens, quod ignis cecidiſſet, & greges omnes conſumpſiſſet, gratias egit. Tunc humanus fuerat, nunc fuit Philoſophus: tunc pauperum miſerebatur, nunc Deo gratias agebat. Et vt ſcias grauiùs poſteà vulnus intulit diabolo, cùm ſpoliatus gratias egit, quàm cùm poſſidens miſerebatur. *Aduerte, quando poſſidebat, ſuſpicionem quandam habuit diabolus, etſi falſam, habuit tamen, vnde diceret: Num gratis Deum colit Iob? Poſtquam verò omnia abſtulit, & ipſum omnibus ſpoliauit; hic autem eandem in Deum charitatem præſtitit, tunc demùm obſtructum eſt os impudens, & nihil amplius quod diceret, habebat.* Scilicet piiſſimè diues erat Iob, Iob.1.v.9.

Num paupertas diabolo auferr tentandi ſpē?

nec tàm ſibi, quàm pauperibus opulentus, atque aſpectabilis omnium ſanctitatum idea, & in rudi illo æuo virtutis meta; & tamen dum diues fuit, in *ſuſpicionem* venit diabolo, quod tentationum machinis poſſet euerti. At poſtquam æquanimiter paupertatem ſuſpexit, de illius euerſione deſperauit; quaſi diuitiis patienter amiſſis, neruos tentationum præciderit, & à vitiis aſylum conſtruxerit, & illius ruinam nec veroſimilem, nec ſuſpicabilem fecerit.

Matthæi 5. Christus Deus in montis faſtigio, Chriſtianæ diſciplinæ faſtigium demonſtrat, & expeditas ad beatam gloriam vias indigitat: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Nemo interpretum non notat, quod non ait, *erit*, ſed *eſt*; cùm aliarum Beatitudinum futuram mercedem ſenatim ſpondeat. Num pauper ſpiritu, qui vltro ſe ſuis facultatibus, re vel voto ſpoliauit pro Chriſto, iam beatus eſt? Adhuc viator; beatus iam *eſt*? Scilicet *eſt beatus* in ſpe, ſed nondùm in re: Beatus beatitudine viæ, non patriæ; quia in rectâ eſt viâ tendente ad beatitudinem. Hanc Euangelicę paupertatis viam, etſi infernales obſident prædones, tentationum machinis minaces, fruſtrà pauperi inſidias moliuntur: nil enim habent quod diripiant. Securus ſalutis viator incedit. Belliſſimè Gotfridus Abbas lib.5.c.10. paupertatē appellat *viam indubitatæ ſalutis.* Hem! pauper viator eſt, & per arduam egeſtatis viam incedit, & *indubitatâ ſalute* potitur? An non in hâc viâ ſæpè ex inſidiis occurrit Dæmon, qui tentationum ægritudines afflat, qui offendicula veſtigiis apponit, qui conſcientiam tetris cogitationibus toxicare præſumit? At quantumuis tartareas machinas vaferrimè arietet, beatam pauperum ſalutē non lædet. Nā pauper beatus eſt beatitudine vię, ſic rectâ ad patriam tendens, vt ipſe iam ſpe beatus dicatur: ambulat enim per *viam indubitatæ ſalutis*. Sic ſtrenuè excutit tētationum tela

2. Matth. 5. V. 3.

Gotfridus.

Paupertas eſt indubitatæ ſalutis via.

tela, vt propè dubium non ſit, quin nuſquam vulneretur, animæ ſalute ſemper valens, ad omnes ictus diaboli cataphractus, flecti-neſcius, ac propè impatibilis *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*: eſt enim paupertas, *indubitata ſalutis via*. Quare euerſionis *ſuſpicionem* diabolo adimit, vt nuper ex Chryſoſtomo adnotauimus. Rationem reddit B. Laurentius Iuſtin. de perfect. Monaſt. conuerſ. cap. 2. ô beata paupertas voluntaria, inquit, nihil in hoc ſeculo poſſidens, nihil formidans, quoniam omnem theſaurum ſuum recondit in cœlo! Non irruentes piratas, non inſidiantes latrones, non terræ ſterilitatem, non aeris tempeſtates paueſcens. *Qui quid inferiunt, quicquid noui eueniat, ſecura eſt, ſemper hilaris*, ſemper abundans eſt; & cùm nihil habeat, omnia ſibi cõmunia facit, omne incommodum ſuo facit profectui deſeruire. In facie lætâ, iucundóque in corde Deum vbique reperit prouiſorem: *omnium facultates renuens, in ſolo animo inuenitur ſuffragio.*

Paupertas incongiobata elog a.

B. Laurent. Iuſtinian.

3. Iſaïæ 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum (Chriſtum Deum, inquam, quem nuper *Doctorem* appellatur.) Et aures tuæ audient verbum poſt terga monentis: *Hæc eſt via, ambulate in eâ: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Hæc via eſt doctrina Chriſti Euangelica, in quâ viâ ambulamus, cùm illi inſiſtendo ad perfectionem, id eſt, ad cœlum pergimus. Sed ne ad dexteram, aut ſiniſtram viator declinet, & errabundus exorbitet, B. Laurentius Iuſtinianus peritè monet: *Paupertas ſpiritûs eſt quædam manuductrix in viâ, quæ ducit ad cœlum, vnctio athletica, & exercitatio mirabilis.* Non timeat exerrare ad dexteram, neque ad ſiniſtram, qui in viâ ad cœlum manuductrice paupertate ducitur. Pauper non tam it, quàm velut cæcus manuducitur in cœlum.

Iſaiæ 30. V. 21.

Paupertas eſt manuductrix in viâ ad cælum

B. Laur. Iuſt. in ligno vitæ cap 1. de Paul.

4. Prouerbiorum 1. Sic monet Salomon: *Fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum.* Hæc ſententia à variis variè exponitur: Caietanus & noſter Mariana, quaſi dicat: ſicut rete videntibus auibus fruſtrà expanditur, nam continuò auolant: ſic plerumque artes nocendi, & inſidiæ furandi prædandique deteguntur. Arabicus ſic locum exſcribit, & exceptione non parum elucidat: *Retia non extenduntur alatis tyrannice*, vel *cum tyrannide* Opinor τὸ *tyrannice*, non ad alatos ſeu volucres, ſed ad *retis extenſionem* referri, ſcilicet alatis auibus non *extenduntur retia tyrannice*: auolant enim, & aucupis deludunt tyrannidem, ita vt nec plumam vngulamve eorum prehendere valeat. Nuper laudatus Laurentius Iuſtin. in ligno vitæ cap. 2. de paupert. hunc locum ſic ad pauperes flectit: *In obſeſſâ via* inquit, *pauperi pax eſt, nihilque habere ſecularis concupiſcentia magna ſecuritas; quia nihil habet in mundo, quod diligat, nihil eſt, quod eum ab æternorum deſiderio impediat. Teſte namque ſacro eloquio: fruſtrà iacitur rete ante oculos pauperum pennatorum.* Itaque præſcripta Salomonis ſententia ethicè refer-

Prouerb. 1. V 17.

Caietanus Mariana.

Arabicus.

B. Laur. Iuſt.

Tempo a.b.l ſecularis cõcupiſcentia habere dicitur.

tur ad tentationum tyrannidem, dum inſidioſum tentationis rete expanditur; quâ fraude ac periculo quaſi alatus, pauper exemptus dicitur, quia *nihil habere ſecularis concupiſcentiæ, magna ſecuritas* eſt. Magnum ſanè voluntariæ & Euangelicæ paupertatis elogium, *nihil habere ſecularis concupiſcentiæ*, quaſi ab Adami cenſu pauperes quodammodo immunes reddantur. Heu! ſic vera paupertas, exilium concupiſcentiæ eſt: ô quàm diram concupiſcentiæ tyrannidem, & periculoſum tentationum iugum propè excuſſit pennata euangelicâ paupertas!

Lucæ 14. Magnus ille paterfamilias magnam apparauit cœnam, & dum inuitati venire renuunt, *iratus* dixit ſeruo ſuo: Exi citò in vicos & plateas ciuitatis; *& pauperes*, ac debiles, &c. introduc huc: ſed nondùm conuiuarum numero impleto, ait Dominus ſeruo: *Exi in vias, & ſepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Conuenit inter expoſitores hunc patrem-familias eſſe Deum, ad gratiæ & gloriæ epulum inuitantem. Sed quales inuitatos traxerit ſymbolicè notauit Auguſtinus ſerm. 34. de verb. Domini ſecundum Lucam: *Et qui venerunt, inquit, niſi mendici, debiles, claudi, & cæci? Illi autem non venerunt diuites ſani, quaſi benè ambulantes, & acutè cernentes, multum de ſe præſumentes; & ideò deſperatiores, quantò ſuperbiores. Veniant mendici, quia ille inuitat, qui propter nos pauper factus eſt.* Pergit in eandem ſententiam indidèm Ambroſius: *Mittit ad vias, & ire à ſepes, quod eo ſcilicet apti ſint regno cælorum, qui nullis præſentium cupiditatibus occupati ad futura feſtinant, in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti.* Cæterùm benè eſt, pauperes ad hoc beatum cœli epulum aduocentur; quarè autem non inuitari, vt conuiuæ ſolitant, ſed velut quâdam vi impelli ad cæleſtes, ſymbolicè epulas dicuntur? *Apti ſunt regno cælorum*, cùm ceteri tamquam inepti reiiciantur; & *compelli intrare* perhibentur? Et quis compulſus; & velut inuitus ad beatas cœli epulas trahitur? Imò & quomodo etiam tantam in eos munificè largitatem Paterfamilias (Deus inquam) *iratus* exercet? Scilicet egena paupertas omnium indiga, *ira* Dei videtur, & velut coactio arcana eſt, quæ ſic certò manuducit, & quaſi rapit, trahitve in cœlum, vt quodammodo cogat, & *compellat intrare.* Pulchrum ſanè elogium paupertatis; quæ cùm debeat eſſe voluntaria, velut coactiua cenſeatur. Hinc ergò detumeſcat mundana diuitiarum apud Hebræos vanagloria, beato Euangelicæ paupertatis damnata ſuffragio. Magni æſtimetur Ioakim Suſannæ maritus, non quia facultatibus diues, ſed quia virtutibus locuples.

5. Luc. 14. v. 23.

S. Auguſt.

Pauperes apti ad cælum.

S. Ambroſ.

Deus iratus pauperes in cælum compellere perhibetur. Quomodo?

Hic verſ. 4.

6. Iacobus in ſuâ epiſtolâ Canonicâ; capite primo. *Glorietur*, inquit, *frater humilis in exaltatione ſua: Diues autem in humilitate ſuâ* Peritè ibidem notat Cornelius, quòd τὸ *humilis*, Græcè & hebraicè pauperem etiam ſignificat. Vndè *humili* ſanctus Iacobus opponit *diuitem*, dicens: *Diues autem in humilitate*

Iacobi 1. v. 9. Cornelius Græcus Hebræus.

ſuâ. Sed cur *pauper*, non quicumque, ſed Chriſtianus, id eſt, ſponte pauper, & vltrò egenus, iubetur *in exaltatione ſuâ gloriari*? Quæ eſt hæc glorioſa pauperis exaltatio, in quâ pauper impunè gloriari, & velut piè ſuperbire poſſit? Appoſitè S. Hieronymus epiſt. 26. ad Pamachium, ſic de eo ſcribit: *Antequam Chriſtu totâ mente Pamachius ſeruiret, notus erat in Senatu; ſed multi alij habebant inſulas proconſulares. Totus orbis huiuſcemodi honoribus plenus eſt. Primus erat, ſed inter primos. Præcedebat alios dignitate, ſed & alios ſequebatur. &c. At nunc omnes Chriſti Eccleſia Pamachium loquuntur.* (Nota totius ſententiæ clauſulam: *Miratur orbis pauperem, quem hucuſque diuitem neſciebat.* O bellè! Pamachium diuitem, Senatorem, proconſularem neſciebat orbis, ſciebant pauculi; ſed Pamachium ex diuite *pauperem orbis miratur*. Ergò *glorietur frater pauper in exaltatione ſua*. Secura eſt gloriatio, quam paupertas affert.

S.Hieron.

Voluntaria paupertas, glorioſam famæ claritudinem affert.

§. XLVII.

Dira egeſtas neceſſitatis imperio, ad crimina impotenter inſtigat.

1 PVlchrè Nazianzenus: *Monachorum inquit opes in paupertate, poſſeſſio in peregrinatione, gloria in contemptu, potentia in infirmitate, fœcunditas in cœlibatu: qui deliciis minimè ſtudere pro deliciis habent, qui regni cæleſtis cauſâ humiles ſunt, qui in mundo nihil habent & ſuprà mundum exiſtunt, qui etiam in carne extrà carnem viuunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regnum inopiâ laborant, & propter inopiam regnant.* quæ eſt idea, imò & meta Euangelicæ paupertatis. Qui pauper eſt, & diuitiis inhiat, egenus potiùs eſt, re mendicus, voto diues. Opum propter Deum contemptus, ſtudium cæleſtium eſt, & pia virtutis ambitio. *Non menſurâ facultatum, ſed animi effectu, diues & pauper diiudicatur.* In vita ergò egeſtas, infelicitas eſt, virtus non eſt. Non infelix paupertas, mendicitatibus impatienter victitans, quæ dum ad diuitias hianter ſuſpirat, ſæpè ad crimina vrget; à Chriſto beatur: *Beati*, inquit, *pauperes ſpiritu*, non pauperes cenſu, cuius ſtipendium, multiplex crimen eſt: nil pudet egeno, dummodò viuat. Heu in tantâ pauperum omniè turbâ rarus Euangelicè pauper eſt! Paupertas inuitè tolerata, non eſt beatitudinis pignus; ſed perſæpè damnationis teſſera. Ergò egeſtatem affectu emenda; & in virtutis officinâ, in Euangelicam beatè paupertatem de facili refinges.

S.Nazianz. orat. 12.

Euangelica paupertatis idea.

S. Chryſoſt. homil. 25. in 1. Cor.

Math. 5. v. 3.

2 Matthæi 19. adoleſcens quiſpiam benemoratus æquè ac diues, de via ad perfectionem Chriſtum ſciſcitatur, & hæc audit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus. Quo audito, abiit triſtis. Ieſus autem dixit Diſcipulis ſuis: Facilius eſt camelum per foramen acûs tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. *Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe?* Hebeti forſan ingenio videntur eſſe Diſcipuli, priuſquam Spiritus-ſancti limâ exacuerentur. Non enim bene arguunt: Impoſſibile eſt diuites ſaluari: quis ergò poterit ſaluus eſſe. Imò ferè omnes ſaluari poterunt: quoniam ferè omnes pauperes ſunt, & comparatione pauperum rarus diues. S. Auguſtinus lib. 1. quæſt. Euangel. quæſt. 26. hoc dubium proponit, & ſic opportunè ſoluit: *Quod ait Dominus, diuitem non intrare in regnum Dei: & Diſcipuli dicunt: Quis poteſt ſaluus fieri? cùm pauci ſint diuites in comparatione multitudinis pauperum: intelligendum, quòd omnes qui talia cupiunt, in eorum numero haberi animaduerterint.* O bona & ſalubris Diſcipulorum animaduerſio, de ſcholâ mundi ac cæli acuminata! Nimirum perpauci, & vix vlli tunc erant, qui non cuperent eſſe diuites, omnes enim inhiabant lucro; vti nunc plurimi inhiant. Omnes qui diuitias concupiſcunt, quantumuis pauperes ſint, in catalogo diuitum deſcribuntur, & tanquam cælo inidonei repudiantur. O te pauperes, voto infeliciter diuites! Bis miſeri: egenâ pauperie, id eſt, inopiâ mundi laborant, & numero diuitum ad pœnam aggregantur: Miſeri diuitiarum felicitatem neſciunt, & paupertatis incommoda ſciunt: diuitiarum exortes, de commercio diuitum culpantur, damnanturque pariter ad cæli exilium. Miſeri qui abundantiæ commercium ignorant, & in diuitu cenſu ad pœnam adæq; deſcribuntur.

Math. 19. v. 25.

S.Auguſt.

Pauper inuoluntarius, in numero diuitum ad pœnam cenſetur.

Lucæ 14. mirum cua ille paterfamilias fecit cœnam magnam: ſed inuitati inurbane adeſſe recuſſant. Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo: Exi citò in vicos & plateas ciuitatis, & *pauperes*, ac debiles. &c. introduc huc. Sed cùm adhuc locus ſupereſſet pluribus conuiuis, ait: *Exi in vias & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Quid verò eſt, quòd cùm magnus hic Paterfamilias Deus pauperes & mendiculos è vicis, plateis, viis, ac ſepibus accerſiri iubeat ad ſymbolicè beatas cæli epulas; miſeros egenos, quos inuitat, *compelli* ad intrandum præcipit? Opinor empyrea cæli gloria rapi violenter poteſt; ſed ad illam obtinendam nemo cogi, ac violenter compelli poteſt: nam quod meritis ambitur, non niſi voluntariè acquiritur ac poſſidetur. Tempeſtiue Dionyſius Carthuſianus: *Compelle intrare, id eſt, quaſi importunè, & per comminationem damnationis æternæ inſtiga illos vt conuertantur.* Ah, ſic inuoluntarij pauperes alienati ſunt à regni cæleſtis ſtudio, vt ad cælum *impelli*, ſeu *inſtigari* dicantur? ô noua ad cælum velut coactio, ſeu *inſtigatio*!

3 Lucæ 14. v. 23.

Inuoluntarij pauperes ad cælum inſtigari dicuntur.

Dionyſius.

Prouerb. 30. ſic vouet Salomon: *Mendicitatem* & diuitias ne dederis mihi: ſed tantū tribue victui meo neceſſaria. Ne fortè ſatiat'

Prou. 30. v. 9.

illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? *aut neceſſitate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.* Quid eſt, *neceſſitate compulſus?* Sic inſtigat ad ſcelera dira mendica egeſtas, vt *cōpellere* dicatur? Audiendus eſt Ariſtotel. in Probl. Sect. 29. c. 4. vbi quærit: *Cur paupertas apud homines probos potius quàm apud prauos eſſe ſolet? An quia mala eſt nunquam ſe malis iungere velit: nam ſi ita malueris, omninò malum irremediabile ipſa videtur.* Proh! malum *irremediabile* eſt in improbo paupertas? Quare ſic potenter ad vitia *compellit*, vt ad cælum etiam *compellendi* ſint, qui dira inuoluntariè egeſtate premuntur. Sic, vti ſcribit Cornelius Tacitus de Romano quodam Senatore: *Paupertatem præcipuum malorum credebat vniuerſum hominum genus.* Sanè præcipuum malorum dicitur vniuerſi hominum generis ſuffragio, quod *irremediabile malum* ab Ariſtotele cenſetur.

Ariſtoteles.

Egeſtas, præcipuum malorum, & irremediabile malum cenſetur.

Cornel. Tacitus.

5 Regius Vates Pſalmo. 24. ita Deum alloquens, pangit: Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: *de neceſſitatibus meis erue me.* Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt. Per τὸ *neceſſitates*, aliqui intelligunt tentationes, peccandi conſuetudinem alij. Cæterùm infrequens non eſt in Biblijs, vt *neceſſitatis* nomine egeſtas durior intelligatur: quam expertus fuit Dauid, cùm Saulem & Abſolomum fugeret. Quare ait: Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt. quaſi dura hæc neceſſitas veniæ indiga, inimicorum cauſſâ obuenerit. Quocirca inibi Græci Patres in Paraphraſi, pro *neceſſitatibus, miſerias* habent, ſicque locum exponunt: *De neceſſitatibus meis erue me. &c. Multis,* inquit, *vndique difficultatibus circumdor. Cùm igitur meam depreſſionem & miſeriam pro meis peccatis irrogaueris; concede remiſſionem, ac veniam præbe.* Nimirùm cum de *neceſſitatibus* ſeu egeſtate remiſſionem expetit *miſer* tunc Dauid, peccatorum *veniam* ſibi præberi dicit; quaſi multiplices culpæ ſint *neceſſitatis*, *miſeriæ*, ſeu egeſtatis appendices. Pulchrè Lyricus de inuitâ dirè paupertate, ita canit: *Magnum pauperies opprobrium, iubet. Quiduis & facere, & pati: Virtutiſque viam deſerit ardua.* Sententiosè Dauid dum deprecatur *neceſſitatem, miſeriam*, atque egeſtatem, culpas illius ſequelas ſimul deprecatur: dura enim *pauperies iubet quiduis & facere, & pati: virtutiſque viam deſerit.* Nihil non audet, nil pudet, petulanter inſoleſcit egenus dummodò viuat. Bellè dixit: *Pauperies iubet quiduis*: ſic imperiali voce pauperies mandat, & velut latâ lege cogit ad vitia. Nimirùm auaritiâ, concupiſcentia, & reliquæ humanarum affectionum peſtes blandè alliciunt ad vetita, & delictis adulantur. At dira paupertas, etſi humanitùs abiectiſſima, ſic petulanter inſoleſcit ambitionis ſupercilio, vt lenocinijs non inuitet ad culpam, ſed quantumuis ſceleroſum *iubeat quiduis*, & ad impudens ob-

Pſal. 24. v. 17.

Græci Patr.

Dira paupertas imperiosè iubet quiduis quantumuis ſceleroſum.

Horatius lib. 3. Ode 24.

ſequium imperiosè trahat: & ſic infidè *virtutis viam deſerit.*

6 Redeat iterùm ſemel expenſa Salomonis ſententia, aliter enucleanda: Mendicitatem &, diuitias ne dederis mihi: *Sed tantùm tribue victui meo neceſſaria.* Sub dit rationem cur deprecetur mendicitatem: Ne *neceſſitate compulſus furer.* &c. quaſi furtum ſit neceſſitati cognatum. Pro τὸ *tribue*, Hebraicè eſt verbum ſic טרף *ta-aph*, id eſt, *prædari, rapere, cibare.* Vnde ad verbum ſic aliqui vertunt: *Prædari* aut *rapere me fac victui meo neceſſaria.* Iuxta illud quod orare nos docuit Chriſtus: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Græcè apud Cornelium ad eum Prouerbiorum locum: *Panem ſubſtantialem*, vel *ſubſtantiuum*, id eſt, *ad ſuſtantiam noſtram pertinentem*, ſcilicet quotidiè neceſſarium vt in vitâ ſubſiſtamus. Vndè Syrus, *Panem indigentiæ noſtræ*, hoc eſt, panem, quem neceſſitas & indigentia noſtra à Deo exigit creaturarum omnium prouiſore. Cæterùm expenſione digniſſimum eſt, quòd Salomon rogans Deum vt illi tribuat victui neceſſaria, ne *compellatur* ad *furtum*, dicat: *Prædari*, ſeu *rapere*, id eſt, furto capere me fac à te *victui meo neceſſaria, ne neceſſitate compulſus furer.* Vide hîc neceſſitatis ſeu indigentiæ cognationem cum furto. Nempè *panem ſubſtantiuum*, ſeu ad *ſubſtantiam* meam pertinentem, *prædari*, aut *rapere* me fac à te; ne ſi fortè mihi deſit, illum *neceſſitate compulſus furer* ab homine, quod eſt propriè ac noxiè furtum. Panem indigentiæ, ſeu victum ad ſubſtātiam noſtram neceſſarium, vel à Deo *prædari* dicimur? Quid exaggeratius? Gratulor Ioakimo, Suſannæ gratulor, quòd in ærumnosâ etiam captiuitate hoc indigentiæ malum excuſſerint. Nil pudet, dummodò viuat, qui egeſtate premitur.

Prou. 30. v. 8.

Hebræus.

Matth. 6. v. 11.

Græcus Cornelius.

Syrus.

Panem neceſſarium vel à Deo prædari dicimur.

Hic verſ. 4.

7 Iacobus Apoſtolus in Epiſt. Canon. c. 1. ita ſcribit: Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſuâ: *Diues autem in humilitate ſuâ. quoniam ſicut flos fœni tranſibit.* Plures è commentatoribus cenſent eſſe ironiam. Quaſi dicat: Diues, ſi lubeat, glorietur in ſuis diuitijs; ſed ſciat certò ſe illis priuandum, & inde depauperandum, & ſic humiliandum. Cæterum cùm adhuc difficile ſit, verbum *glorietur*, appellare ſuprà diuitem paupertate denuò humiliatum, Oecumenius inibi ſic locum exponit: Glorietur frater humilis in exaltatione ſuâ: *Contrà qui diues eſt, in humilitate ſuâ. Magis conſequens erat vt diceret: Diues autem pudefiat in humilitate ſuâ; ſed odioſum verbum fugiens, illud potius addidit.* Nimirùm nuper diues & opulentus, cùm ad egeſtatem deuenit, *pudefit* & confunditur, quia pudore & confuſione digna, dirâ egeſtate inſtigatus perpetrare ſolitat.

Iacob. 1. verſ. 10.

Nuper diues egeſtate oppreſſus, pudefit atque?

Oecumen.

§. XLVIII.

Humilitas ſic eſt dignitatum refuga, vt nec ſanctum Satanam audiat, ne dum homo aliis præfertur, præferendis virtutibus euacuetur.

1 S.Proſp ep. 84.inter Ambroſ. ep. Ad Philip. 2 v.12.&13.

Ipſa virtutis argumenta, in ſuperbia rapiuntur exceſſus.

VEre pariter ac bellè Proſper: *Vigilans,* inquit, *tentatoris inſidia, vt vbi proficit deuotio, ſubrepat elatio; & vt homo de bono opere in ſe potius quam in Domino glorietur: ſed ſollicitudo nos Apoſtoli contrà hoc periculum monet dicentis: Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini: Deus eſt enim qui operatur in nobis velle & perficere. Quantò ergò in mandatis Dei quique proficiunt, tantò maiores habent cauſas formidinis & tremoris; ne de ipſis probitatis argumentis mens ſibi bene conſcia, & laudis auida, in ſuperbia rapiatur exceſſus, & fiat immunda vanitate, dum ſibi videtur clara virtute.* O time ſubdolas ambitionis inſidias, quæ de virtute vitiorum officinam aduersùs virtutes excudit? Quid tam peruerſum, quàm vt probitatis *argumenta*, improbitatem perſuadeant, malè acuto vanægloriæ ingenio?

2 1.ad Tim. 3.v.1.

S.Hieron.

Paulus ſcribens ad Timotheum dotes & virtutes requiſitas in Epiſcopo, ita cap. 3. orditur: *Sermo fidelis: Siquis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Quam Apoſtoli ſententiam ſic exponit Hieronymus epiſt.83. ad Oceanum: *Siquis,* inquit, *epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat; opus, non dignitatem; laborem, non delicias; opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio.* Sed quotuſquiſque eſt, qui humilem actuoſi operis laborem, non opulentum dignitatis faſtigium exambiat? Quare dubius Chryſoſtomus homil. 33. in Matthæum, hoc *deſiderium* notat tamquam concupiſcentiæ affine: *Opus,* inquit, *deſiderare in ſe bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere, vanitas eſt; primatus fugientem ſe deſiderat, deſiderantem fugit & horret.* Explicatiùs & viuaciùs Tertullian. lib. de Animâ, cap.16. *Dat & Apoſtolus,* inquit, *nobis concupiſcentiam: Siquis epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit. Sed bonum opus dicens, rationalem concupiſcentiam oſtendit.* Hæc autem epiſcopatûs *concupiſcentia*, indè, opinor, pernicioſior eſt, quò *rationalis* videtur. Eſto, *rationalis* videatur, ſed *concupiſcentia* appellatur; vel de vocabulo timenda. Ecquis concupiſcentiæ, quàuis rationalis appareat, tutò ſe credat? Intuta res eſt, & de clandeſtino ſagaciter lenocinio ſuſpecta. Caue, ne ſub virtutis ſpecie ſubrepat tentatio, tantò diabolicè periculoſior, quantò fraudulenter honeſtior & rationalior videtur. B.Petrus Damianus ſeriò agebat de Cardinalitiâ purpurâ renunciandâ, vt ad ſuam eremum Camaldulenſem rediret. Multis illi refragabatur Hildebrandus Cardinalis, qui poſteà creatus fuit Pontifex Gregorius ſeptimus. Hâc ſuper re ſcribens ad Alexandrum ſecundum Pontificem, diſſuaſorem Hildebrandum appellat *ſuum ſanctum Satanam.* Vocat *ſanctum*, quià rationabiles obtendebat cauſas, virtutis penicillo coloratas, vt in dignitatis faſtigio perduraret; ſed quidem *Satanam*, quia ad prælationis *concupiſcentiam* inſtigabat. Perſpicuè caligant eius oculi, qui ſic ad diabolorum technas cæcutiunt, vt in dignitatum ambitu, quantumuis ſanctis apparenter rationibus diſſimulato, *ſanctum Satanam* non vident. Saltem luſcus eſt, qui *ſanctum* videns, non videt *Satanam.* De ingenio ambitionis eſt, oculatum eſſe ad *rationes* quæ dignitatis ambitum honeſtare poſſent; & ad *Satanam* ibi ſubdolè latentem, cæcum eſſe. Et vt compendio dicam, *Satanas ſanctus*, monſtrum eſt. Scito iam nunc *Satanam* eſſe; an verò Satanas *ſanctus* poſſit eſſe, viderit vanægloriæ ingenium,

Desiderium dignitatis, concupiſcentia appellatur.

Auctor operis imperfecti.

Tertullian.

Quibus honeſtat ambiendi rationes, ſanctus Satanas appellatur.

Petr.Dam. lib.1.ep.16.

Sopbonias cap. 3. ſic Dei nomine prophetat: *Auferam de medio tui magniloquos ſuperbia tua, & non adiicies exaltari ampliùs in monte ſancto meo.* Pro τὸ *magniloquos ſuperbia tua*, Tigurina habet, *qui in te inſolenter exultant*; Chaldæus Paraphraſtes, *fortes gloria tua*; Lxx. Interpretes ſignificantiùs, *contemptus, deriſiones, ſubſannationes contumelia tua.* Benè ſuperba ambitio, quæ ſors humanæ *gloria* dicitur, *inſolens exultatio*, ſeu *contumelia* nominatur: ipſa enim ratio gloriationis, contumeliæ probro, ac ruinæ vicinatur. Quare Dei populum ab hoc ſuperbiæ periculo tutum reddit Propheta, aiens: *Non adiicies exaltari ampliùs in monte ſancto meo.* Non dicit tollendas eſſe gloriæ occaſiones, ne virtutibus indotatos prædicat; ſed in copioſà gloriæ materià, inanem gloriationem præfocandam auſpicatò prophetat. Pulchrè Bernardus ſerm. 60. inter paruos: *Quoniam virtutibus,* inquit, *inſidiantur vitia, & ita iuxtà ſunt poſita, vt qui ab illis declinauerit, iſtorum laqueos incurrat; oportet vt ſit pœnitentia ſine pudore, ne ſcilicet erubeſcat confiteri peccata. Caueat iuſtitia ſimulationem, eliminet prælatio elationem: vbi enim magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt.* Nimirùm cùm virtus, præſertim aſpectabilior & eminentior, in vitiorum confinio ſita ſit; qui etiam digniſſimè electus & ſublimatus eſt ad prælationem, *eliminet elationem: vbi enim magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt.* Quid? à magitudine etiam gratiarum timendum eſt? vel plenus gratiarum cumulus, de vanægloriæ fomite virtutibus inſidiatur? Vitia & peccata gratia eliminat: at niſi elationem eliminaueris, ipſa *magnitudo gratiarum*, ſibi è peruerſo periculum creat, fitque *magnitudo diſcriminis.* Heu? gratia ipſa, dum elationem ſubornat, vitiis adnuit; indéque impendet *magnitudo diſcriminis*, vndè omne diſcrimen eliminatum credi poterat? Time à vitiis, à peccatis time? time etiam à virtutum & *gratiarum magnitudine*, ne inanis gloriæ lenocinio, vera magnitudo

3 Sophon. 3. v 11. Tigurina. Chaldæus. Lxx.interp.

S.Bernard.

Vbi magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt, de elationis fomite.

tudo in tumorem eu.neſcat, & in vitium virtus deg. e et. Inde exaltatio à Prophetâ dicitur or. inelia: & auſpicatò Deus populo ſuo pollicetur, *Non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo.*

4 Lucæ 18. duo, inquit, homines aſcenderunt in templum, vt orarent: vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: *Deus, gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabato: decimas do omnium quæ poſſideo.* &c. Eſto, Phariſæus verè id dixerit, reliquoſque ſuæ ætatis homines præſcriptis virtutibus ſuperauerit, tamen dum vanægloriæ reus inuenitur, laudatas in ſe virtutes damnat; & numeroſa hactenùs virtutum prærogatiua, defectu humilitatis abrogatur. Luculenter Fulgentius epiſt. 3. ad Probam, cap. 18. *Sis igitur*, inquit, *ſtudium tuum ſicut decet virginem ſacram, ſectari iuſtitiam, pietatem, manſuetudinem; non tamen vt conſideratione tui quamlibet etiam in inferiori poſitam profeſſione diſpicias, aut te in bonis operibus præſumptione propria virtutis extollas.* Nota verba quæ appoſitè ſubdit: *Quicquid enim ſpiritualium donorum plus habueris, quàm habent alia; non parua eſt iactura virtutis, ſi in ipſa principali virtute, quæ eſt humilitas, non alias antecellas.* O time etiam *plus donorum ſpiritualium habere, quàm habent alij*, niſi humilitate quoque alios excellas! niſi enim in hâc excellas, quod in aliis virtutibus, donis, gratiis ſingulariter præcellis, *non parua eſt iactura virtutis*, quam hactenùs piè auarus cumulaueras. Plus virtutum habere, niſi plus etiam humilitatis habeas, plus eſt habere diſcriminis. Qui ſpiritualium donorum gazas, humilitatis inops congregat, deſtruit, quod adſtruit, & de virtutum cumulo, earum iacturam negotiatur. Phariſæi virtutibus infutum fuit, ſe vel publicano præferre, & earum iactura fuit prælationis ſtipendiu. *Vbi enim magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt.* Altè ergò Probæ dixit Fulgentius: *Quicquid ſpiritualium donorum plus habueris, quàm habent alia; non parua eſt iactura virtutis, ſi in humilitate non alias antecellas.* Quomodò autem vanagloria reliquas virtutes debiliter ac corrumpat, egregiè tradit S. Nilus orat. 7. aduerſùs vitia: *Hedera*, inquit, *ſic arborem amplectitur, vt cùm altiùs ſeſe ſuſtulerit, radicem eius areſaciat. Inanis gloria ſic iuxtà virtutes naſcitur, vt non recedat priuſquam vim illarum exciderit.* Quò plus extollitur hedera, maritatæ arboris radices excedit, & exuccas reddit: ſic vanagloria, quanto plus erigitur, tantò virtutes, quibus nititur, deprauat.

Luc. 18. v. 11. & 12.

S. Fulgent.

Spiritualium donorum plus habere, ſine humilitate, eorum iactura eſt.

Vanagloria hederæ ſimilis quare?

S. Nilus.

5 Pſalmo 35. ſic occinit regius Vates: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Et quomodò ſi cui venerit pes ſuperbiæ, de facili erit mobilis, vt manu peccatoris deiiciatur? Quæ eſt hæc *manus* peccatoris, quæ ſic ſuperbos impellit ad lapſum? Sapienter inibi Auguſtinus: *Si venerit pes ſuperbiæ, mouet manus peccatoris. Quid eſt manus peccatoris? Malè ſuadentis operatio. Factus es ſuperbus? citò te corrumpit, qui malè ſuadet.* Heu nimis verè! Porrò ſuperbè ambitioſus ſic eſt ad malum quoduis procliuis & expromptus, vt lingua prauitatem ſuadens, dicatur ſuadentis *manus* impellens ad ruinam. Sic lingua maleſuada eſt in perſuaſionis confinio, tam citò ſuperbum corrumpit, & Satanæ munus implet, vt ſuaſiſſe, perſuaſiſſe dicatur. Quare *ſi venerit pes ſuperbiæ, mouet manus peccatoris.* Quis Ioakimo & vxori Suſannæ malum perſuadeat, qui tametſi erant *honorabiliores omnium*, nobiliſſimas tamen virtutes humilitate fundabant? Quid mirum ſi Suſanna malum Satanam renutu excuſſerit, quæ etiam *ſanctum Satanam* repudiaſſet? Superbia, probitatis titubatio eſt; humilitas verò firma virtutum ſubſiſtentia.

Pſal. 35. v. 12.

S. Auguſt.

Superbo qui malum ſuadet, citò perſuadet.

Hic verſ. 4.

Iacobus Apoſtolus in epiſt. Canon. c. 4. 6
ſic nos ſalubriter monet: *Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.* Tigurina clariùs, *Humiliate vos.* Syrus: *Humiles vos reddite coram Domino*, id eſt verè. Alludit Iacobus, imò tacitè allegat gnomen illam Chriſti apud Lucam: *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Nempè homo qui procul ab ambitione, dignitatum faſtigia humilitate refutat, qui illas aſſequatur, dignus redditur. Sententioſè Auguſtinus tractatu 104. in Ioannem, ita ad rem præſentem ſcribit: *Humilitas claritatis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium.* Scilicet humilitas, ſicut ambitionis eſt inops, ita eſt dignitatis ambiendæ refuga; & indè digniſſima, quæ faſtigij claritate præfulgeat. Ne credas Satanæ, quantumuis tibi ſanctus videatur.

Iacob. 4. v. 10.

Tigurina.

Syrus.

Luc. 14. v. 11.

Faſtigij claritas, humilitatis eſt præmium.

S. Auguſt.

§. XLIX.

Felix opulentia, ſcelerum periculosè ſuſpecta eſt; ſceleroſa non eſt.

PLerumque abſtrahunt à recto honores, potentiæ, opes, & cætera, quæ opinione hominum clara ſunt, pretio ſuo vilia. Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum famâ, ſed cum rerum naturâ deliberandum eſt. Nihil habent iſta magnificum, quod mentes noſtras ad ſe trahat, præter hoc quod mirari illa conſueuimus. Non enim quia concupiſcenda, illa laudantur; ſed quia laudata ſunt, concupiſcuntur. Hanc præcedentem cauſſam habent diuitiæ. Inflant animos, ſuperbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam contrahunt? eò vſque mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Ergò hæc, quæ appellamus fortunæ bona, bona non ſunt: nam quæ bona ſunt, fiduciam faciunt; diuitiæ audaciam creant. Quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant; diuitiæ inſolentiam pariunt. Bona omni culpâ carere decet: pura ſunt, non corrumpunt animos,

1 Ferè ex Seneca.

Diuitiæ periculoſa ſunt non ſceleroſa.

non ſollicitant vitia · extollunt quidem
animos, ſed ſine tumore: tumor autem di-
uitiarum appendix eſſe ſolitat. Quare &
diſtrictior olim Philoſophia, & recens Euan-
gelij diſciplina diuitias culpat; ſed tam-
Hîc verſ. 4. quam periculoſas, non tamen ſceleroſas.
Erat autem Ioacim diues valdè, erat & Su-
ſanna eius vxor. Erant autem ambo non
minùs animi virtute, quam opum cenſu
locupletes. Diues fuit Abraham, diues
Iſaac, diues Iacob, Dauid etiam diues fuit;
& tamen ratione ac virtute diuitias aurigante,
frugalitatis ac beneficentiæ laude,
opulentiæ pericula redemerunt. Cæli adi-
tum diuitiæ impediunt; non præcludunt.
4 Lucæ 16. Homo quidam erat diues, qui
Luc. 16. v. 45. induebatur purpurâ & byſſo, & epulaba-
tur quotidie ſplendidè. Et erat quidam
mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad
ianuam eius, cupiens ſaturari de micis, quę
cadebant de menſâ diuitis. Pauper Lazarus
vitâ functus, in Abrahæ ſinum ab Angelis
portatur: mortuus diues in inferno ſepeli-
tur. Et in gehennâ æſtuans, de manu Laza-
ri guttam aquæ expetit. *Et dixit illi Abra-
ham: Fili, recordare quia recepiſti bona in
vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala: nunc
autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* Ad
S. Bernard. in declam. hæc Abrahæ verba Bernardus exclamat: *Ex-
pergiſcimini ebrij, & flete: terribilis enim
Deus in iudiciis ſuper filios hominum. Hec-
cine cruciatuum cauſſa tota, quòd in hoc ſe-
culo bona recipis? ipſa planè.* Non opinor
indiſcretè hîc diuitias damnari, nec vni-
uerſatim beari paupertatem, Damnatur hîc
diues, non diuitiæ: nec paupertas, ſed pau-
per beatur, cùm in diuitis damnatione, al-
terius diuitis beatitudo inducitur. Quod
S. Auguſt. epiſt. 89. ad Hil. & ſer. 25. de verb. Dom. his verbis Auguſtinus ſubtiliter adnotauit:
Nobis, inquit, *oſtenditur, nec in iſto* (La-
zaro inquam) *paupertatem per ſe ipſam di-
uinitùs honoratam, nec in illo diuitias fuiſſe
damnatas: ſed in iſto pietatem, in illo im-
pietatem ſuos exitus habuiſſe: ſic ſuſcepit im-
pium diuitem cruciatus ignis, vt tamen pium
pauperem ſuſciperet ſinus diuitis.* Scilicet
Cur cùm diues damnatur, pauperem excipit ſinus diuitis Abrahæ. dum pauper cælo beatur, & diues gehen-
nâ cruciatur, vt nemo ſibi perſuadeat, me-
ras diuitias cælo excludi, & inferno pœ-
naliſſimè damnari; opulenti *Abrahæ ſinus*
conſultiſſimè inducitur, quò liquido con-
ſtat, non diuitias, ſed cognatum diuitia-
rum abuſum inferno puniri. Non temerè
pauper Lazarus in *ſinu Abrahæ* præmonſtra-
tur, cùm damnatur diues; ne putetur in-
fernus, diuitiarum reatus, & opulentiæ ſti-
pendium. Benè diuitum erigatur ſpes, ne
diues de mero diuitiarum reatu, in Tarta-
rum confinio, & deſtinato cæli exilio, deſ-
perationi proximus cenſeatur. Sic ſuſcepit
impium diuitem cruciatus ignis, vt tamen
pium pauperem ſuſciperet ſinus Diuitis.
3 Eccleſiaſtes cap. 7. ſic homines erudit:
Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis
Eccl. 7. v. 13. prodeſt videntibus ſolem. *Sicut enim pro-
Hebræus. tegit ſapientia, ſic protegit pecunia.* Hebrai-
Chaldæus. cè habetur: *Sicut in vmbrâ ſapientia, ſic in
Syrus. vmbrâ pecunia*, ſeu opulentiæ *vmbram* ha-
Arabicus. Hieronym. bet Chaldæus, Syrus, Arabicus, & S. Hie-
ronymus in Commentatio. Quaſi dicat:
Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis & pecu- *Diuitiarum cum vmbrâ multiplex analogia.*
niâ, quia vtraque inſtar *vmbræ* eum prote-
gunt, ſuntque ei velut vmbraculum. Mul-
ta multi ſuper hâc diuitiarum *vmbrâ*, Chal- Chaldæus.
dæus eam refert ad copiam beneficentiæ,
ſic locum exponens: *Sicut cuſtoditur homo
in vmbrâ ſcientiæ, ſic cuſtoditur in vm-
brâ argenti tempore quo facit ex eo elee-
moſynam.* Magnum ſcilicet diuitibus mo-
mentum: ſub *vmbrâ* enim eleemoſynæ ſce-
letoſum anteactæ vitæ æſtum refrigerunt,
& imminentem gehennæ pyram interſtin- S. Gregor. Thaum.
gunt. Aliter Thaumaturgus: *Sapientia opi-
bus tantò eſt clarior, quanto vmbra ſuâ ſplen-
didius apparet argentum.* Nempè tantò præ-
ſtat ſapientia argento, quantùm argentum
præſtat argenti vmbrâ. Scilicet ſicut vm-
bra argenti tantum eſt vmbra, ſic argentum
tantùm eſt vmbra ſapientiæ; ſed vmbra qui-
dem ſapientiæ ſequax, & quæ ſi non linea-
menta, figuram tamen repræſentat. Opi-
nor, non exiguum opulentiæ elogium eſt,
veram virtutis ſapientiam adumbrare. Dein
vmbra præbet cum amico fotu ac refrigerio
robur validum ad ardua quæque capeſſen-
da? ſic B. Virgini Deum concepturæ ait
Gabriel Angelus: *Spiritus-ſanctus ſuperue-
niet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit ti-
bi.* An τὸ *vmbra*, nuptiale verbum eſt? An Luc. v. 35.
denotat diuitias eſſe bonum vmbratile? De- Cornelius.
nique indidem Cornelius: *Sicut in vmbrâ
ſapientia, ſic in vmbrâ pecunia. Vmbra*, in-
quit, *plantis animalibus, & hominibus ar-
dore Solis tabeſcentibus dat reſpirationem &
vitam*: ſic eamdem dat quoque ſapientia,
& quodammodò dat & pecunia ſeu opu-
lentia, ſi eâ quis probe vtatur. Multa pau-
ciſſimis peritus hic Doctor amplexus eſt.
Alias diuitiarum cum *vmbrâ* analogias ethi-
cè excogitare, de facili quiuis poterit pote-
rit. Sicut pictor multa videat in vmbris. 4
Iob 1. Deo adeſt Angelorum chorus, cui Iob. 1. v. 12.
ſe infert Satan. Dixitque Dominus ad eum:
Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob,
quod non ſit ei ſimilis in terrâ? Cui reſpon-
dit Satan: Numquid Iob fruſtrà timet
Deum? Nónne tu vallaſti eum, ac domum
eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circui-
tum, operibus manuum eius benedixiſti,
& poſſeſſio eius creuit in terra? Sed ex-
tende paululum manum tuam, & tange
cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem bene-
dixerit tibi. Dixit ergò Dominus ad Sa-
tan: *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua
ſunt.* Vix permiſſum Satanæ fuit in Iobi
opes, vt vellet, graſſaretur hoſtiliter; cùm
inflammatus inuidiâ, & furore rabidus rem
aggreditur eâ feſtinatione atque ardore, vt
perbreui tempore eam in bonis omni-
bus ediderit ſtragem, quæ non vide-
batur diebus paucis fieri potuiſſe. Quid ſic
Diabolus feſtinat ad Iobum diuitiis ſpo-
liandum, vt eum innocentia, probitate, ac S. Chryſoſt.
ſanctitate deſpoliet? Pulchrè mihi Chry-
ſoſtomus in Catenâ: *Omnia pertentat Dia-
bolus*, inquit, *& quem bonorum poſſeſſione
ſpoliauerat, virtute ſpoliare nullo modo po-
tuit.* Vaferrimus ille ſerpens Satan, malè

periſus

Quem Satan bonorum poſſeſſione ſpoliauerat, virtute ſpoliare nullo modo potuit.

peritus tentandi arbiter, ſanctitatis in Iobo arcem, diuitiarum vallo, & nobilis opulentiæ muro propugnari cenſebat: ſed quem cunctis facultatibus nudauerat, virtutibus nequiuit exuere. Hem! ſic frugalis diuitiarum vſus, & opulentia obuiis aliorum mendicitatibus exprompta, Iobi virtutem munit, eiuſque innocentiam conſectat, vt vel Satan ad Iobum deprauandum paſſionum illecebris parcens, ad illum opibus ſpoliandum arietet tentationum machinas? Bonus opum ſequeſter Iob, qui dum Diaboli cenſu putabatur diues, & indè beneficentiæ multus, inuulnerabilis quoque exiſtimatur. *Quem* Satan *bonorum poſſeſſione ſpoliauerat, virtute ſpoliare nullo modo potuit.* Cùm diabolus ſic tentando deluditur, bonus diuitiarum vſus egregiè commendatur.

5 Prou. 22. v. 2. Hebræus Syrus.

Prouerbiorum 22. ita ſcribit Salomon: *Diues & pauper obuiauerunt ſibi; vtriuſque operator eſt Dominus.* Hebræus textus ſic habet: *Diues & pauper obuiauerunt ſibi; faciens omnes ipſos Dominus.* Vnus diues, & pauper vnus (quos benè Syrus *ambos* appellat, vulgatus *vtrumque*) Hebræus *omnes* eſſe dicit: Hunc Hebræorum idiotiſmum alibi forſan ethicè enucleabimus. Nonnulli interpretes apud Cornelium, τὸ *obuiauerunt ſibi*, contrariè accipiunt, metaphorâ ſumptâ à bellantibus, ſibi inimico animo pugnaciter occurrentibus, intelliguntque hîc ſignificari quandam contrarietatem, quæ eſt inter diuitem & pauperem: vndè vertunt, *Diues & pauper contrarij ſunt*, habitu, conditione, & frequenter animo. Hæc diuitis à paupere diuerſitas tanta eſt, vt Salomon cunſultiſſimè addiderit, *vtriuſque operator eſt Dominus.* Hebraicè עשה *oſe*, id eſt *formator, fictor, pictor*. Quaſi dicat: Pauperis ac diuitis conditio non eſt naturâ diſpar, ſed paris naturæ diſpar qualitas, ſiue pictura diuerſa: ſicut enim pictor vnam imaginem nudam pingit & fingit, aliam verò veſtit & ornat: ſimilem ad modum ſummus opifex Deus diuitem ac pauperem efformauit, finxit, pinxit. Adeò vt ſanctus Auguſtinus in quæſt. veteris & noui teſtamenti quæſt 42. operæ pretium duxerit ex hoc loco adnotare, diuitem à paupere minimè naturâ differre: *Scripturâ*, inquit, *ne pauperem contemnendum doceret, & diuitem honorificandum, oſtendit amborum opificem eſſe Deum, non vtique in paupertate & diuitiis, ſed in eo quòd ſunt. Si enim facultatibus ab inuicem diſcrepant, non tamen naturæ ſubſtantiâ.* O! ſic diuites putantur excellere vltrà pauperes, vt è re Chriſtianâ fore cenſuerit Auguſtin. admonere, vtrumque non eſſe diſparem *naturæ ſubſtantiâ*? Prolixum foret multa elucidando perſequi, quæ in hac Augoſtini adnotatione ethicè tranſlucent. Profectò ſic arroganter diues tumet, ſic vltrà humanum faſtigium elatus turget, vt abiectum pauperem, tamquam naturæ humanæ inopem vilipendat. quaſi ab egeſtate ſit communis naturę exors; & paupertas ſit humanitatis inopia, & rationalitatis exilium. O vecordiâ ſuperbiſſimam!

Cornel.

Vnus pauper & diues vnus dicuntur omnes.

Hebræus.

Diues non differt à paupere in natura ſubſtantiâ.

S. Auguſt.

§. L.

Malè parta per violentiam fraudem, aut rapinam malè dilabuntur.

1 NVlli, cui rapina feliciter ceſſit; gaudium rapti durauit in poſterum. Pauperis recula malè ablata, rem propriam benè exedit. Profectò pauperibus non dare, tuliſſe eſt, & merito: quando qui poteſt eſurientibus ſubuenire, ſi non paſcit, perimit. Pudeat ergò illis tollere, quibus iubemur offerre. Vltrà omnes crudelitates eſt, diuitem velle fieri de exiguitate mendici. Amentur licèt honeſta lucra, horreantur damnnoſa compendia. Nullus audeat indè tollere, quod debet collectum diſpergere. Addendo perdit propria, qui retinendo colligit aliena: & paupertatem potiùs ad ſe trahit, qui exigentium pecunias non repellit. Semper verum illud: Malè parta, malè dilabuntur. Luculentiùs Salomon Prouerbiorum 11. *Allj*, inquit, *diuidunt propria, & ditiores fiunt: aly rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.*

Addendo perdit propria, qui retinendo colligit aliena.

Prouerb. 12. v. 24.

2 Geneſeos 48. Iacob morti proximus, Ephraimo & Manaſſe largius benedicit, illis tribuens tribuum duarum patriarchalem principatum. Ioſephum etiam eorum patrem, opulento & nobili legato beneuolus & gratus auget: *Do tibi*, inquit, *partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhei in gladio & arcu meo.* Pro τὸ *partem vnam*, alij, *Sichimam præcipuam* excribunt. Cæterùm Iacob vir ſimplex & pacatus, numquam legitur bellum geſſiſſe, ſicut eius auus Abraham. Quomodo ergò dicit, iure belli ſe poſſediſſe Sichimam vrbem, quam potiùs Simeon & Leui inſido atrociùs impetu debellarunt inuito parente? S. Auguſtinus quæſt. 167. in Geneſim, hanc quæſtionem, ceu plurium quæſtionum matricem proponit, ſic fatus: *Quòd Sichimam dicit Iacob, præcipuam dare filio ſuo Ioſeph, & addit, quòd eam poſſederit in gladio & arcu; quæri poteſt, quemadmodum valeat ad litteram conuenire. Emit enim centum agnis poſſeſſionem illam, non cœpit iure victoria bellica.* Nota quæſtiones, quas ſubtiliter indè mouet Auguſtinus: *An quia Salem ciuitatem Sichimorum filij eius expugnarunt, & iure belli potuit eius fieri, vt iniuſtû bellum cum eis geſtum videatur, qui tantam priores iniuriam fecerunt in eius filia contaminandâ? Cur non ergò illis illam terram dedit, qui hoc perpetrauerunt, hoc eſt, maioribus filiis ſuis? Deindè, ſi modò ex illâ victoria glorians, dat eam terram filio ſuo Ioſeph, cur ei diſplicuerunt tunc filij, qui hoc commiſerunt? Cur denique etiam nunc, cùm eos benediceret, exprobrando id commemorauit in factis eorum?* Scilicet Simeon & Leui ſæuientes ob ſororis Dinæ ſtuprum, iuuenili atrociter impetu Sichimam euerterunt, deuaſtarunt, diripuerunt; quod grauaté admodùm, & peracerbè Iacob tulit;

Gen. c. 48. v. 22.

S. Auguſt.

Cur Simeon & Leui ſinunt exortes Sichima, quam bellando adquiſierũt

illis

illiſque ſemel & iterùm facinus exprobrauit. Paterno autē iure vel ſ Sichima Iacobo ceſſit, & in eius cenſu computatur; cuius nec portionem aliquam Simeoni & Leui venire permiſit; ſed totam eorum prædam, & ſi non iniuſtè, ſceleroſè tamen captam, & ſæuitiâ partam, Ioſepho donare voluit; vt flagitioſa, ob nimiam ſæuitiam poſſeſſio, poſſeſſionis exors foret. Quaſi moraliſſimè

Ioſepho legatur Sichima ad fratrum debellatorū iniuriam.

dicat Iacob: Ex violentâ inuaſione Simeonis & Leui Sichimam poſſideo, eos autem exheredes facio, ne vel minimam habeant portionem vrbis, quam ſæuiſſimè diripuerunt. Imò tota cedat Ioſepho, qui per immaturam ætatem inidoneus tunc bello videbatur. Fortè etiam caſtigare voluit Simeonis & Leui cruentum facinus, dum Ioſephū augeri vident poſſeſſione vrbis, quam ipſi ſtrenuè debellarunt, iuxtâ illud Prophetæ:

Abac. 2. v. 12. *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate*, id eſt, inſidiis cædibus, & violentis ciuium oppreſſionibus vrbem acquirit.

5. Abacuc 2. v. 6. Abacuc cap. 2. ſic contrà Nabuchodonozorem, regnorū deſpoliatione ac rapinis magnum, durè prophetat: *Numquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius* (quæ eſt hæc *ænigmatum* loquela?) *& dicetur: Væ ei, qui multiplicat non ſua; vſquequo & aggrauat contrà ſe denſum lutum?* Quæ verba exponens

Remigius. Occumenius. Remigius, ita ſcribit: *Opes ſunt denſum lutum, quia ſinceritatem mentis confundunt, & grauiſſimo pondere iniquitatis mentem premunt.* Oecumenius inibi: *Pulchrè nimias diuitias denſum appellat lutum, quia animi*

S. Chryſoſt. *ſinceritatem confundunt.* Chryſoſtomus homil. 40. in Matthæum: *Nullum inter auri ſollicitos collectores, & cœni atque laterum*

S. Gregor. *operarios diſcrimen eſt.* Gregorius 3. p. Paſtor. cap. 21. *Auaro contrà ſe denſum lutum congregare, eſt terrena lucra cum pondere*

Syrus Arabicus. *peccati cumulare.* Syrus prophetæ verba ad rem viuaciùs exprimit: *Aggrauat contrà ſe nubem luti.* Syro Arabicus adnuit: *Quouſque creſcet ſuprà te nubes luti?* Ecce opum

Opes iniquè adquiſita ſunt nubes luti, quod iniuſti lucri ænigma eſt.

iniquè partarum moraliſſimum *ænigma*. Alienas diuitias tuis opibus adaggerans, te ditiorem & opulentiorem æſtimas de iniquâ plurium collectione. Verùm *ænigmati* ſimile eſt, quòd dum plura auariùs acquiris, minùs diuitiarum poſſideas. Nam opes malè aquiſitæ, denſum lutum, & cœnoſæ *luti nubes* ſunt, quæ diuitias tuas lutant, cœnoſè ſordidant, ſqualidè inquinant. Lutata, imò etiam lutea eſt tota poſſeſſio tua, ex quo aliena auariùs acquirere ſatagis. quod eſt rapacis auaritiæ *ænigma*. & ſpectabilis morum gnome, quâ furacis lucri ambitio ſiſtatur. Bonus Ioakim Suſannæ maritus, in captiuitate etiam indiès opulentior; cuius aurum, deterſo auaritiæ luto, meliùs rutilat in manu concaptiuorū egentiū, quàm in ſplendidâ domo, ac familiâ, quâ illuſtriùs

Hic Verſ. 4. prænitebat. Idcirco dicitur *diues valdè*, & *honorabilior omnium*, id eſt, beneficientior, vt in litterali commentario exponebamus.

Hanc lutoſam iniuſti lucri immunditiā, pulchrè elucidat Chryſoſtomus ex illo loco

Malach. 2. v. 13. S. Chryſoſt. Malachiæ 2. *Operiebatis lacrymis altare Domini*, & hæc verba ſic tropologicè exponens hom. 18. in Matthæum: *Quicumque, inquit, animæ hominis pretium cupientes, beneficium pœnè ex cæde confertis, Iudaica huiuſmodi eleemoſyna eſt, imò vero Diabolica. Sunt enim, ſunt (inquam) etiam nunc, qui alienis direptis excuſatos ſe à toto crimine putant, ſi aliquam partem pauperibus dederint, de quibus ait Propheta: Altare meum lacrymis operiebatis.* Addit perbellè Chryſoſtomus: *Non vult certè Chriſtus rapinâ nutriri, ingratiſſima hæc ſibi ſunt alimenta. Quid ita tu Dominum contemnis, vt res immundas offerre audeas? Melius eſt committere vt inediâ tabeſcat, quàm huiuſmodi alimento ſuſtentare.* Benè pecuniam iniuſtè acquiſitam appellat *immundam*; ſiquidem *luti nubes* eam perpluit, & auaritiæ cœno ſordidat. Non vult Chriſtus *rapinâ nutriri. Meliùs eſt committere, vt* in pauperibus *inediâ tabeſcat quàm huiuſmodi alimento ſuſtentare.* Altè quidem Chryſoſtomus, Sed de hoc aliàs, ne à theſi aberremus.

Immunda eſt pecunia rapinis parta.

Non vult Chriſtus rapinâ nutriri: meliùs eſt vt in paupere tabeſcat.

5 Eccli. 21. v. 9 Siracides Eccleſiaſtici 21. Sic homimines erudit: *Qui ædificat domum ſuam impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hieme.* Quem locum ſic exponit

Sanctius Sanctius in cap. 2. Abacuc Verſ. 9. *Qui alienis, id eſt, furto ſublatis opibus domum ædificat, perindè facit, atque ſi in hiemali tempore, cùm maximè eſt domus neceſſaria, illam diſſolueret, & lapides antè in ædificando ex arte compoſitos diſſiparet, & in aceruos ſine vllo prorſus ordine colligeret.*

Græcus Huic forſan expoſitioni fauet, quòd Græcè habetur, *ad hiemem*, puta ad hiemem tranſigendam, in quâ potiſſimùm eſt neceſſaria domus, iſtam diſſipet. Aptius, opinor, ex communi ſententiâ noſter

Cornelius Cornelius inibi locum exponit: *Qui ædificat domum ſuam*, inquit, non ſuo ſumptu, ſed alieno, putâ iniuſtè per vim, fraudem, aliamve iniuſtitiam extorto; hic ſimilis eſt homini, qui ædificaturus colligit lapides ad fabricandum in hieme. In hieme enim ob frigus calx conglaciatur, aut ob humorem diſſoluitur; quo fit, vt lateres & lapides inter ſe non ſatis firmiter conglutinet: quâ de cauſſa hiemalia ædificia rimas agunt, & facilè corruunt, nec diu durant. *Simili enim modo facultates alienæ nunquam inter ſe cohærent, & in vnam rē coëunt, ſed ſoluta & diſſecta ruunt. Quare qui ex alieno vel rapto ædificat domum, illâ diù non fruetur; ſed vel ipſe citò morietur, vel domus corruet.*

Qui impendio alieno domū ædificat ſepulturam conſtruit.

Tigurina Tigurina, *Qui ære alieno domum ſuam ædificat, congreganti lapides in tumulum ſepulturæ ſuæ ſimilis eſt; vt facultates hæ quaſi lapides in tumulum coaceruati, mole ſuâ ipſum opprimant & ſepeliant; quia, ſcilicet domino ſuo interitûs ſunt cauſſa, & celeriorem mortem ipſi conciliant.*

Qui ex rapinis congregat, tumulum ſua confuſionem cogitat.

Abacuc. 2. v. 9 & 10. Accinit Abacuc. cap. 2. *Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ.* Et mox rapacem auarum alloquens, ait *Cogitaſti confuſionem domui tuæ.*

Non dimittā inelucidatā Tigurinę tranſlationem

Eccl. 11. v. 9. Tigurina. Sen. c. 2.

lationem: *Qui ære alieno domum ſuam ædificas, congreganti lapides in tumulum ſepulturæ ſuæ ſimilis eſt.* Luculenter dixit Seneca lib. 5. Natural. quæſt. cap. 15. *Nulli merito terra tam grauis eſt, quam iſtis ſuprà quos auaritia vrgens terrarum pondus iniecit, quibus abſtulit cælum, quos in imò, vbi illud malum virus latitat, infodit.* quaſi Chriſtiano calamo homo gentilis locum Siracidis explicaret. Et S. Auguſtinus exponens illud Pſalmi 62. *Introibunt in inferiora terræ*, ita ad rem ſcribit: *Omnis qui contra ſalutem ſuam cupit terrena, ſub terrà eſt, quia terram ſibi præpoſuit, & terram ſuper ſe poſuit, & ſe ſubter fecit.* Quare furaciter auarus, *congreganti lapides in tumulum ſepulturæ ſuæ ſimilis eſt.* Sic pecuniæ furaci vi extortæ, lapides ſunt ad ſepulturam congregati: ò non bonum augurium, quo præmaturam mortem auarus infauſtè ominatur!

Rapaces & auari tumulum ſepulturæ conſtruunt.

Pſal. 62. v. 10

S. Auguſt.

7 Lucæ 12. Diues ille de ſuis ſibi bonis gratulatur. *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem paraſti, cuius erunt?* Præſcripta Dei verba, ſic opportunè ad rem præſentē elucidat S. Auguſtinus ſerm. 21. de verbis Apoſtoli, ita fatus: *Si ſtultus eſt, qui recondit ſua; vos inuenite nomen eius, qui tollit aliena. Si ſordidus eſt reconditor ſuorum, vlceroſus eſt raptor alienorum.* Proh! diues, qui de laxandis horreis, in quibus ſua recondat, ſeriò cogitat, veſanæ arguitur ſtultitiæ; quo igitur vituperio, qua dignè pœnâ mulctabitur, qui fraudulenter violentâ furacitate aliena inuadit, rapit, clepit, arpagat? Vltrà fatuum eſt, qui ad rapacitatem ingenioſus eſt.

Lucæ 12. v. 20.

S. Auguſt.

Vltrà fatuum eſt, qui ad furacitatem ingenioſus eſt.

§. L I.

Quandò quis arroganter putat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe, quod humili ſui exinanitione recuperat.

1 MEntem Deo & tibi humilem ſerua, celſam & piè ſuperbam ad faſtidia mundi. Sub nullam artem vrgetur virtus, nullo vincitur ingenio, nullis ſurgit machinis, niſi quas depreſſior fundat humilitas: hæc illius corpus eſt, culmen, baſis, ſubſiſtentia. Arrogantior hominis faſtus, ſui nullificamen eſt, quo deſtruit, quod adſtruit. Bene ille quicumque: *Nil facies, niſi nihil te putes.* Non eſt magnus, qui ſe magnum putat, ſed qui minimum ſe reputat. Hæc eſt menſura ſtaturæ noſtræ, hic magnitudinis aut exiguitatis cenſus, quo verè nos è peruerſo taxamus. Qui æſtimatâ magnitudine decreſcit, decremento ſublimiùs adſurgere neceſſè eſt. Qui aliquid (quid ni magnus?) ſibi videtur, nemo Deo, ſibi, ac mundo redditur. Vt aliquid reapſe ſis, eſto tibi per humilitatem nullus. Superbia, ethicè ſubſtantiæ titubatio eſt; humilis demiſſio, ſecuritas. Ius ſecuritatis vindicat humilitas. Tantùm tu teipſo euacuatus, quantùm tuo ſenſu & cenſu teipſo plenus es. Ineſt Deus, & virtutis plenitudo ei, qui ſibi deeſt. O, deſis tibi, vt Deo magnus, & virtuti plurimus ſis! deſ humiliter modeſto ſui cenſu, Ioax in Suſannæ maritus, excelſior & *honorabilior omnium*, hic à ſacro Hiſtorico nominatur. Et infrà Daniel, cùm adhuc paruulus dicitur, *magnus* nominatur. quod eſt ſanctorum incrementum.

Euſeb. l. 2. de arte volunt.

Nunquam eris nihil quod facis, niſi nihil te putes.

Hic v. 4. infrà v. 64.

2 Paulus ad Galatas 6. hanc morum gnòmen proponit: *Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Nempe ſiquis exiſtimet ſe eſſe ſpiritualem, egregium, magnum, perfectum in virtute, ideòque præclaram de ſe mentem imbibat, & ſuperbiè ſapiat; hic nihil eſt, quia ſuâ arrogantiâ oſtendit ſe nullius eſſe virtutis: ideoque talis ſeipſum ſeducit, Græcè φρεναπατᾷ, id eſt, *mentem ſuam decipit*, vt habet Hieronymus; quæ deceptio maxima eſt, & peruerſa; cùm ſcilicet quis ſibi cæcè blandiens, ſibi ipſi imponit, perſuadens ſibi ſe eſſe, quod reuera non eſt. quare Iſtiuſmodi ſuperbâ exiſtimatione, teipſo ſe vacuat. Appoſitè Ioannes Abbas Raythu ad hunc Pauli locum tacitè adludens, ait: *Quãdo quis extollitur, & exiſtimat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe; quia cùm nihil ſit, hoc credere & cogitare, eſt ei a veritate recedere: humile ſapere eſt in veritate eſſe, altum ſapere eſt in veritate non eſſe.* Porrò vanitas mendacium eſt: quare verum eſſe habere non ſinit. Superbus velut bulla, quò plus turget, certiùs euaneſcit; & dum ſe amplificare ſuperbiendo præſumit, eò in ſuam inanitatem citiùs ac veriùs detumeſcit. Superbiæ fictio eſt, quod humilitatis ſubſiſtentia non fundat. *Quandò quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe.* Verum eſſe virtutis ſibi inuidet, qui immodico faſtu vltra ſuum faſtigium attollitur. Eſſe quod habet perdere ſatagit, qui quod non eſt, eſſe præſumit. Quantùm extollentiæ adiicis, tantùm exinanitioni tuæ vicinaris. *Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe mentem ſuam decipit.* Accipe hoc documentum de Pauli ore, id eſt, ab ipſo cæli gymnaſio.

Ad Galat. 6. verſ. 3.

Græcum. S. Hieron.

Ioan. Raythu in ſchol. ad Climac.

Quandò quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe.

3 Geneſeos 18. Abrahamus familiariter cum Deo agens, ſic illum reuerenter alloquitur: *Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.* Meritò coram Deo humiliatur etſi diues ac princeps homo; cuius conceptio culpa, naſci miſeria, viuere pœna, mori neceſſitas, & poſt mortem ſepulcralis puluis, fauilla, cinis. Præclarè S. Gregorius præſcriptum locum ſic exponit: *Omnes ſancti quantò magis interna diuinitatis conſpiciunt, tantò magis ſe nihil eſſe cognoſcunt. Numquam Abraham ſe cinerem & puluerem eſſe profeſſus eſt, niſi cùm Dei habere meruit collocutionem: ait enim: Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis: Eſſe enim ſe aliquid fortaſsè credidiſſet, ſi veracem eſſentiam, quæ ſuper ipſum erat, minimè ſenſiſſet.* Quare poſtmodum ſententioſè concludit: *Vt ergò in participatione illius eſſentiæ aliquid ſimus, cognoſca*

Geneſ. 18. v. 27.

S. Greg. l. 18 Moral. apud Lipom. in catenâ ibi.

Qui apud ſe propè nihil eſt, aliquid eſſe incipit.

cognoſcamus noſmetipſos, quia propè nihil ſumus. O nimis verè! Profectò ſicut quandò homo ſuperbè exiſtimat ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe; ſic quandò *cognoſcit ſemetipſum, quia propè nihil eſt, in participatione* diuinæ *eſſentiæ aliquid eſt.* Res Sanè mirifſima, quòd ex noſtrâ humili cognitione, quâ *propè nihil* nos eſſe cognoſcimus, dependeat, quòd aliquid nos eſſe incipiamus. O moraliſſimum humilitatis ſacramentum! Homo ſeipſo plenus, ſe ſemetipſo euacuat, & nihil eſſe incipit: cùm verò humili ſui cenſu exinanitus, ſeipſo vacuuus eſt, tunc, tunc quidem, quaſi ortu arcanè generoſo eſſe incipiat, aliquid iam eſſe perhibetur. Hem! ſic homo nihil eſt, niſi nihil ſe putet! ſic humilis de ſe cenſura hominem ethicè ſubſtantiat? Eſto tibi nemo, vt Deo & tibi ſis aliquis. Abraham dum ſeipſo vacuus, puluerem ſe ac cinerem dicit, multus Deo eſt. Bellè S. Ægidius: *Humilitas eſt inſtar fulminis, quod ferit quidem, ſed nulla poſt ſe relinquit veſtigia: ita ſanè humilitas omne peccatum diſſipat, & tamen vt homo in oculis ſuis ſit nihil, efficit.* At qui in oculis ſuis nihil eſt, apud Deum magnus eſt.

Sententiosè humilitas fulmini comparatur.

S. Ægidius apud Corn. inib

4 Purpuratus Vates Pſal. 103. Sic Deum alloquens, modulatè occinit: Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente te faciem turbabuntur: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuam reuertentur.* Quis eſt rerum ſpiritus, anima, vita, ſubſtantia, quæ ſi deſit, res pariter deficit, & in matricem puluerem redit? S. Gregorius lib. 24. Moral. cap. 27. Sic ad rem præſentem locum elucidat: *Quis autem*, inquit, *ſpiritus, niſi ſpiritus ſuperbia nominatur? Tollatur ergò ſpiritus eorum, vt deficiant: id eſt, ſubducto ſuperbia ſpiritu, nihil ſe eſſe cognoſcant. Et reuertantur in puluerem, id eſt, humilientur in infimâ conditione.* Nempè immodicus arrogantiæ tumor, ſuperbiæ inanitate plenus eſt ſuperborum *ſpiritus*, vita, anima, eſſentia; qui ſuperbiæ ſpiritus ſi auferatur, ſimul ipſi deficiunt: nam *ſubducto ſuperbia ſpiritu, nihil ſe eſſe cognoſcunt*: & dum *in infima conditione humiliantur*, quaſi ab inanitate ſuâ emergant, aliquid iam eſſe incipiunt. Sic eſt ſuperbia euanida, futilis, inanis, & inanitate ſuâ pomparicè plena, & præſumptione magna; vt verà humiliter ſui cognitione confeſtim detumeſcat, deficiat, vaneſcat, dum nihil ſe eſſe cognoſcit: quâ inanitatis ſuæ cognitione velut inopinatâ genitrice, rediuiuo iam funere ad ſpirituale eſſe reſurgit humilitatis arbitrio: & dum deficit quod per ſuperbiæ tumorem fictitiè & apparenter eſſe aliquid putabantr, adſurgere incipit verum eſſe ſuprà baſim humilitatis ſolidè architectatum.

Pſal. 103. v. 29.

S. Gregor.

Subducto ſpiritu ſuperbiæ, nihil ſe eſſe homo cognoſcit.

5 Exhodi 3. ſeriò recuſat Moyſes Hebræi populi ex Ægypto educendi principatum. Et cauſatus linguæ balbutiem, & alia impedimenta; addidit: ſi interrogauerint me filij Iſraël, Quod eſt nomen Dei patrum noſtrorum, qui miſit te, vt liberares nos, quid dicam eis? Dixit Deus ad Moyſen *Ego ſum qui ſum. Ait: Sic dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos.* Multa multi ſuper hoc Dei nomine, quo eſſe quod eſt, ſibi meritò arrogat: & quò inſinuat reliqua omnia præter ſe, à vero eſſe deſciſcere. Quod eleganter ediſſerit Philo Iudæus: *Dixit Moyſes: At ſi percunctati ex me fuerint, quod nomen ei ſit qui me miſit, eiſque dixero, ne me quidem poſſe hoc explicare, nónne eos circumuenire ac fallere videbor? Tum Deus: Reſponde, inquit, quòd ego ſum ille qui eſt; vt intelligant quantum inter eum qui eſt & qui non eſt interſit; doceantur inſuper nullum mihi propriè nomen conuenire, qui ſolus habeo ipſum eſſe.* Itaque Deus velut anonymus eſt, quia ſummam eius eſſentiam nullum propriè definit nomen. Quare Deus de nomine interrogatus reſpondet: *Ego ſum ille qui eſt, vt intelligant quantum inter eum qui eſt & qui non eſt interſit.* Scilicet, qui eſt ille qui eſt, nomine caret; & ab hoc eſſe, quod eſt diuinarum perfectionum ſumma, & ineffabilis opulentiæ ditior appellatio, cenſendus & nominandus eſt. Arcanam huius diuini eſſe participationem, in humilitate, & ab humilitate prælucentem, profundè tradit Ioannes Climacus gradu 25. ſic humilitatem definiens: *Humilitas eſt animi gratia ſine nomine, ſolis apud eos nomen habens, qui illius experimentum ceperunt. Humilitas eſt ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio.* Pulchrum ſanè ænigma! Nil humile in Deo; nil non diuinum, aut diuinitatis æmulum in humilitate. Deum vis magnitudinis velut anonymum fecit: humilitas ſic eſt huius eſſe & magnitudinis tibula, vt ſit *animi gratia ſine nomine.* Deus eſt, *ille qui eſt, qui ſolus habet ipſum eſſe*: reliqua quaſi non ſint reputantur. At humilitas ſic ex paupertino ſui eſſe nullificamine participat ineffabiles diuinitatis gazas, vt *humilitas ſit ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio.* Sine nomine proprio eſt humilitas, quæ ab opulentiæ diuinæ ineffabilitate appellationem fœnerat, & de ſummo illo eſſe ſumptuoſiùs participat. Alto ſanè ſtilo Climacus.

Exhod. 3. v. 14.

Philo apud Caten. Lip. ibi.

Humilitas eſt gratia ſine nomine, & ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio.

Ioan. Clim.

Propheta Daniel cap. 4. arcanum Regis ſomnium cælitùs interpretatur: *Eadem, inquit, hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit.* &c. Nimirùm magnus hic Imperator, ſolij faſtigio ſublimis, ſuperbiâ tumens, ſe plenus, humilitate vacuus; quaſi rationalitatis inops, ex hominibus eiectus eſt, & velut exauctoratus. Pulchrè S. Gregorius lib. 5. Moralium c. 8. *Quia, inquit, elatione cogitationis ſe ſuper homines extulit; ipſum, quem communem cum hominibus habebat, ſenſum hominis amiſit.* Scilicet quandò homo arroganter putat ſe aliquid magnum eſſe, eleuatque ſe ſuprà ſe, & vltrà humanum faſtigium extollitur, ſuperbiæ typho elatus; amittere dicitur verum eſſe, à ſeipſo deponi, & planè exinaniri, quouſque ſeipſum humili exinanitione recuperet. Moraliſſimè quidem Gregorius!

6 Daniel. 4. v. 30.

Homo per ſuperbiam inops rationalitatis dicitur

S. Gregor.

§. LII.

§. LII.

Pia eleemoſynæ fraus, gratulationis ſacrificium eſt, debitæ gloriæ exactio, & hominis pretium ac redemptio.

1 S. Ambroſ. l. 1. Offic. c. 11.

ELeganter Ambroſius: Nil, inquit, tam commendat Chriſtianã animam, quàm Miſericordia. Primum in pauperes, vt communes iudices. Partus naturæ, quæ omnibus ad vſum generat fructus terrarum: vt quod habes, largiaris pauperi, & conſortem & conformem tuum adiuues. *Tu nummum largiris, ille vitam accipit. Tu pecuniam das, ille ſubſtantiam ſuam æſtimat.* Tuus denarius, cenſus illius eſt. Adhæc plus ille tibi confert, cùm ſit debitor ſalutis. Si nudum veſtias, teipſum induis iuſtitiam. Si peregrinum ſub tectum inducas tuum, ſi ſuſcipias egentem, ille tibi acquiret ſanctorum amicitias, & æterna tabernacula. Nõ mediocris iſta gratia. Corporalia ſeminas, & recipis ſpiritualia...... Beatus planè Sanctus Iob, de cuius domo numquam vacuo ſinu pauper exiuit. Neque enim quiſquam magis beatus, quam qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. *In die iudicij habebit ſalutem a Domino, quem habet ſua debitorem miſericordiæ.* Hactenùs ille. Hoc debitum io Suſannã ſoluit Ioakimo Deus.

Qui accipit eleemoſynam, ſuam ſubſt. tuam accepiſſe putat.

Eleemoſynarius facit Deum debitorem.

Pſal. 40. v. 2.

Ibi verſ. 4.

2 Prouerb. 29 V. 13.

Salomon Prouerbiorum 29. hoc velut ænigma miſericordiæ proponit. *Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator eſt Dominus.* Pro τὸ *creditor*, quidam ex Hebraicarum vocum ſignificatione ſenſuum fœcundâ, legunt, *vir perplexus*; quaſi eleemoſynarius licèt ſit ambiguus & incertus de ſuâ æternâ ſalute, dum obuio pauperi ſuccurrit, fere ambiguitatem deponat. Alij vertunt, *vir medietatum*, id eſt, *medius*, ſeu *mediator* ad Deum. Alij *fœnerator*, ſeu *vir vſurarum*, quod eſt frequens eleemoſynæ elogium. Alij denique *vir fraudum*, quaſi eleemoſyna ſit pia fraus, quâ terram damus, & cælum acquirimus; vilia ac ſuperflua largimur, & pretioſa ac æterna lucramur arcanâ pietatis vſurâ. Verùm LXX. interpretes, & Vulgatus, *creditor* habent. Mirum ſanè videri poſſet, quod eleemoſynarius qui ſuas facultates indigentibus liberaliter tribuit, dicatur *creditor*: nam *creditoris* nomen ſupponit debitum, & exactionem futuram importat. Appoſitè Petrus Damianus Opuſc. 9. de Eleemoſynâ cap. 2. *depoſitum*, inquit, *diues, quod indigentibus tribuit: & nunc quaſi mutua pecunia depoſitum credit, quod in æternâ vitâ multiplicatis fœnoribus recipit. Et qui nunc fit per miſericordiam creditor in retributione, poſtmodùm felix erit exactor. Vnde ſcriptum eſt: Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator eſt Dominus.* Nimirùm liberalis eleemoſynæ largitor, liberaliter largiendo fit *creditor*; imò cæli debiti ſibi lucroſus *exactor*. ô quàm rigidè pecuniam ſibi debitam depoſcit *exactor*; Ecce eleemoſynæ ſacramentum: quod largiùs in liberalitate cœpit, in dati *exactione* conſummatur; quæ eſt pia eleemoſynæ *fraus*, dum liberalis dati fit *creditor*, imò & *exactor*. ô arcana miſericordiæ *fraus*, quæ ex liberali dono vſuras merito iure exigit! indè enim fit rigidus depoſiti *exactor*, vndè gratuitus donator exiſtit.

Hebræus.

Pia eleemoſyna fraus, liberalem largitorem cudit in exactorem.

B. Petr. Dam.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Siracides Eccleſiaſtici 35 piè nos admonet: *Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.* Biblia Tigurina cum aliis vertunt. *Qui rependit gratiam ſimilagine litat: & qui beneficentiam exercet, ſacrificium facit gratulationis.* Quaſi dicat: Qui pro accepto beneficio rependit gratiam hic quaſi ſimilam Deo litat: quo ſignificatur gratitudinem Deo gratam eſſe inſtar ſacrificij. Simili modo qui miſericordiam & beneficentiam in pauperes exercet ſacrificium offert; & (vt græcus habet) *Sacrificator eſt laudis.* Sed quid eleemoſynæ cum ſacrificio? Opportunè Phocion apud Maximum Serm. 7. ait: *Nec ex templo ara, nec ex naturâ humanâ tollenda eſt miſericordia*; quia eleemoſyna eſt ara, & ſimul victima Deo gratiſſima. Bellè Chryſoſtomus homil. 20 in 2. epiſt. ad Corinthios: *Cùm vides pauperem, corpus Chriſti, aram Chriſti te videre puta, & reuerere, ac eleemoſyna ſacrificium offer.* Itaque quot vides pauperes, tot Chriſti altaria vides: ergò in illis eleemoſynæ ſacrificium offer, largus piè *Sacrificator*. Sacerdotio fungitur qui opem egeno porrigit, & Sacrificiũ gratulationis offert; *gratulationis*, inquam. An hoc ſacrificio ſibi gratulatur de fratris ſubleuatâ miſeriâ? an gratulatur Deo, qui ſibi quo ſubueniret pauperi largitus eſt? an ſibi gratulatur, quaſi cæli, velut propriæ hereditatis anticipatus exactor? O bonum gratulantis eleemoſynæ ſacrificium! Ad hanc *gratulationem* eleemoſynis cognatam alludere videtur Nazianzenus Orat. de curâ Pauperum, ſic eloquenter fatus: *Gratitudinis aliquod ſpecimen Deo exhibeas, quod te fecerit vnum illorum qui beneficia præſtare poſſunt, non autem qui opus habent accipere: & quod non inſpicienda tibi ſint aliena manus, ſed aliis tua. Diues eſto, non ſolum opibus, ſed etiam pietate. Ne ſolum auri, ſed etiam virtutis poſſeſſione alios antecellas, exhibendo te probiorem & benigniorem. Deus eſto calamitoſis, Dei miſericordiam imitando: nihil enim beneficentia diuinius in hominem cadit.* Pulchrè quidem Nazianzenus.

3 Eccli. 35. v. 4.

Tigurina

Eleemoſyna dicitur gratulationis ſacrificium quare.

Græcus

Phocion Maximus

S. Chryſoſt.

Gratitudo in eleemoſynis elucet.

S. Nazianz.

Actorum 20. hæc audiuntur Pauli verba. Oportet meminiſſe verbi Domini Ieſu, *quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare quàm accipere.* Syrus habet: *Beatior*, vel *melior eſt ille qui dat, quam qui accipit.* Porrò beatius eſt dare, quia liberalis largitionis extremum, non eſt bonorum vacuitas, ſed adiectio potiorum, putà honeſtatis, honoris, & gloriæ. Acceptio verò eſt egeſtatis & illiberalitatis nota. Atque hac de cauſsâ cenſet Ariſtoteles plus amare eos qui beneficia conferunt, quàm in quos ſunt collata, vt potè maius inde bonum conſecuti: quare à parentibus magis amari filios, quàm ab eis redamentur. Aliter hanc ſententiam elucidat Philo apud Maximum Serm. 7. *Plus*, inquit, *diligendi ſunt, Imperator, qui ſuppliciter petentes beneficia abs*

4 Actor. 20. v. 35.

Syrus

Ariſtoteles

Eleemoſynarius Deum ſibi facit debitorem.

Philo.

te ſibi præſtari cupiunt, quàm qui munera tibi offerre ſtudent: his enim debes remunerationem; illi verò debitorem tibi efficiunt Deum, qui in propriis munerat quæ in ipſos contuleris, qui remuneraturus eſt optimis donis humanitatis tuæ & benignitatis inſtitutum. Quis eſt illo *melior*, ditior, *beatior*, quã qui ſuã in pauperes benignitate, Deum facit omnipotentem debitoré? Quid opulentius & augustius, quàm Deum cui omnes debemus, tuæ beneficentiæ debitorem, & tibi quodammodò vectigalem facere? Recipere, obæratæ indigentiæ character eſt, & perpetuus remunerationis exactor: donaſſe verò, nobiliter beneficæ abundantiæ nota. Ergò *beatior*, vel *melior eſt qui dat, quàm qui accipit.*

5 In Pſalmorum auſpicio beatus prædicatur, qui non abiit in conſilio impiorum; ſed in lege Domini voluntas eius, in cuius obſeruatione die ac nocte exſomnis meditatur Et erit, inquit, tamquam lignum, quod plãtatum eſt ſecùs decurſus aquarum, *quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Benè notant Interpretes, quòd non dixit, fructum *feret*, quod cunctis arboribus commune eſt; ſed fructum *dabit*, quo donandi largitas impreſſiùs denotatur, quaſi parùm ſit, quòd ferat fructum, niſi fructum ipſum, quo abundè vernat ſeu autumnat, vbertim donet. Audiẽdus eſt Euſebius Emiſſenus, qui in homil. de viduâ quæ duo æra miſit in gazophylacium, hunc locum perſtrictim elucidans, ait: *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Si benè reſpicimus, multum iam recipit in tempore non ſuo, quia apud operantis meritum Miſericordia ipſa iam præmium eſt.* ô bona eleemoſynarum largitio, quæ etſi viduaretur præmio, ſat ipſa locuples ſibi præmium eſt. Pergit Emiſſenus: *Videamus autem quid ſit quòd dixit de ſanctâ animâ, Fructum ſuum dabit, & non magis dixit, Accipiet: quod tempus commemoret, in quo fructum daturu ſit: quod vtique niſi in aduentu Christi, atque iudicij, quandò etſi ita egerimus, offerre merebimur bonorum operum fructus? In tempore itaque illo erit quoddã commercium dandi & accipiendi inter hominem & Deum. Homo afferet quod laborauit, Deus reſtituet quod promiſit.* Itaque hæc beneficè generoſa arbor, non tam fructum fert, quàm nunc dat fructum, miſericordias pauperibus largiùs erogando, & ſpontè donando: *dabitq;* in die Iudicij illum offerendo Christo iudici, tunc largiſſimo miſericordiæ remuneratori. Homo afferet, & offeret, *& Deus reſtituet*, quo verbo plus dicit, quàm ſignificat. Quod explicatiùs tradit, ſubdens: *Tu dabis eleemoſynas & miſericordias, quæ capere præmium poſſunt; ille reddet, quæ pretium habere non poſſunt. Fregiſti interim eſurienti panem tuum, in cælo vitæ pane qui Chriſtus eſt ſatiaberis. Hic peregrinis Domus tua patuit, in domo Angelorum ciuis efficieris. Tu hic trementia membra veſtiſti, illic liberaberis ab illo frigore, de quo dicit Propheta: Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Veſtiſti tu hic inquam, nudum, tu illic immortalitatis gloriâ veſtieris.* De hàc prælustri gloriæ veſte, alibi dicit: *Veſtitus tibi nullis ſeculis exuendus conuertetur in corpus, ibi indumentum tranſibit in præmium, ibi Angelica illa ſtola non iam erit amictus, non iam erit habitus, ſed natura.* De quo aliàs agebamus.

Pſal. 1. v. 3.

Eleemoſynarius eſt arbor, quæ non tam ferre quàm dare fructum dicitur. quare?

Euſeb. Emiſ.

In die iudicij præmium eleemoſynario Deus reſtituet.

Pro veſte pauperi datâ, quali veſte in cælo donemur.

Emiſ. homil. 10. ad Monach.

6 Prouerb. 13. ita ſcribit Salomon: *Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ.* Pro *redemptio*, Caietanus ex Hebræo vertit, *pretium*, quaſi diuitiæ hominis pauperibus erogatæ, ſint eius *pretium*. nempè tanti appretiemur hominem, quanti in pauperes munificus habetur; ac ſi hominis æſtimatio ac valor ex beneficâ miſericordiâ taxetur. Sed *redemptio* habet Vulgatus: & Petr. Damianus ſic locum elucidat: *Idcircò planè Deus omnipotens alios paupertate conſtringit, alios diuitiarum copiâ ditauit, vt & illi habeant vndè propria debeant peccata redimere, & iſti vndè ſuam valeant inopiam ſuſtentare. Sicut ſcriptum eſt: Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ.* En prælustre ac generoſum vocabulum Redemptoris, eleemoſynario competit benefico miſericordiæ titulo.

Prouerb. 13. v. 8

Caietanus

Eleemoſyna eſt pretium & redemptio hominis.

Petr Damiã. Opuſc. 9. c. 1.

§. LIII.

Diues immiſericors, reputans pauperem eſſe alterius ſubſtantiæ; ob immiſericordiam multis culpatur, & vapulat.

5 PAuperes egere voluit Chriſtus (ait S. Auguſtinus,) ſed propter nos. Omnes pauperes quos videtis, potuit illos Chriſtus paſcere, quomodò per coruum Eliam pauit; tamen cùm & ipſi Eliæ ſubtraxit coruum, vt à viduâ paſceretur, non Eliæ præſtitit, ſed viduæ. Quandò ergò Deus pauperes facit, quia ipſe non vult, vt ipſi opes habeant: quandò, inquam, facit pauperes, probat diuites: ſic enim ſcriptum eſt, Pauper & diues occurrerunt ſibi. Vbi ſibi occurrunt? in hàc vitâ natus eſt ille, natus eſt & iſte; inuenerunt ſe, occurrerunt ſibi. Et quis fecit illos ambos? *Dominus diuitem quidèm fecit, vndè pauperem adiuuaret; pauperem, vndè diuitem probaret.* Pro viribus ſuis vnuſquiſque faciat. Hæc Auguſtinus. ô ſciat diues, cauſsâ alendorũ pauperum diuitari: gazarum adminiſtratorem eſſe, non dominum. Ipſe viderit, an auarè diſpenſet: ſecùs iniqui villici pœnas dabit. Diues eleemoſynis probatur, aut reprobatur. Ne deſpiciat, ne malè tractet, ne non adiuuet eum, cuius cauſsâ diues eſt. Pergit Auguſtinus Serm. 25. de verb. Domini: *Diues*, inquit, *ac pauper duo ſibi ſunt contraria; ſed iterùm duo ſunt ſibi neceſſaria: nullus indigeret, ſi inuicem ſe ſupportarent; & nemo laboraret, ſi ſe ambo iuuarent: diues propter pauperem factus eſt, & pauper propter diuitem factus eſt. Pauperis eſt orare, & diuitis erogare.* Huius neceſſariæ contrarietatis abuſum hic emendare ambimus

5 Prouerbiorũ 22. id de ſchola Salomonis ediſcimus: *Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſq; operator eſt Dominus.* Syr. *ambos fecit*; Arab. *ambos creauit Dominus.* Materialiter, nõ formaliter (vt loquimur in ſcholis) hæc Salomonis ſententia eſt. Quaſi dicat: Deus naturã humanam

S. Aug. homil 13. inter 50.

Diues eſt à Deo factus, vt pauperem adiuuet.

Prouerb. 22 v. 2.

Pauper & diues duo ſunt ſibi contraria: ſed ſibi neceſſaria.

S. Auguſtin.

Prouerb. 22. v. 2.

Syrus

Arabicus

Cornelius

humanam tam dedit pauperi quàm diuiti. Deus vtrumque fecit hominem, rationis cõpotem, & felicitatis capacem, vt inibi exponit Cornelius. Audiendus eſt hâc ſuper re Auguſt. in Quæſt. veteris & noui teſtamẽti. q. 41. ſic fatus: *Cùm legamus apud Salomonẽ: Diues & pauper obuiauerunt ſibi: fecit autẽ ambos Dominus; quomodò ergò perſonarum acceptio non eſt apud Deum? longè abſit à fideliũ mentibus hæc impietatis aſſertio. Nam Scriptura ne pauperem contemnendum doceret, & diuitem honorificandum; oſtendit amborum opificem eſſe Deum, non vtique in paupertate & diuitijs, ſed in eo quòd ſunt. Si enim facultatibus ab inuicem diſcrepant, non tamen naturæ ſubſtantiâ.* Hem! ſic arroganter ſuperbit Diues de fugitiuâ diuitiarum ambitione, vt *ne pauperem contemnat*, ipſius Salomonis ore admonẽdus ſit, quòd homo pauper non eſt naturæ humanæ exors, non rationis impos, nec felicitatis incapax? *Si enim facultatibus ab inuicem diſcrepant, non tamen naturæ ſubſtantiâ.* Suffragio Auguſtini adſtipulatur Chryſoſtomus (ſimile autẽ par ſanctitate & doctrinâ, nulla ætas tulit) ad illa Pſalmi verba: *Simul in vnum diues & pauper. Eſt enim*, inquit, *communis noſtra natura, communiter omnes voco; communis noſtra mater, communiter voco; communiter noſtra ciuitas eſt orbis terrarum. Sed ſi ex paupertate ac diuitiis differentiam aliquam & inæqualitatem introduxiſtis, atque eam quoque rursùs eijcio; non diuites quidem vocans, pauperes autem expellens.... Licet ſis diues, ex eodem luto natus es, idem tibi fuit cum paupere ingreſſus, & idem ortus; & tu hominis filius es, & ille.* Pende attentiùs totius ſententiæ clauſulam: *Cùm ergò quæ ſunt præcipua, & magis opportuna, & honore æqualia, ex æquo habeatis; cur propter vmbras & ſomnia intumeſcis ex his quæ nihili ſunt, communia diſtinguens, communia naturæ, communia ortus & generationis? Non fero, non patior; & ideò voco te cum paupere ſimul; ſimul, inquam, in vnum diues & pauper.* Ecce tibi inaniſſimam ſuperbè diuitum inſolentiam; ſic enim inſoleſcunt ob diuitias, *quæ nihili ſunt*, vt quaſi eorum nõ eſſet cum pauperibus *communis natura*, deſpiciantur, & proculcentur, nulláque, aut malignâ ope eorum miſeria ſubleuetur. ô detumeſcat auara Diuitum inhumanitas! pauper & diues etſi *facultatibus ab inuicem diſcrepant, non tamen naturæ ſubſtantiâ.* Sic propter diuitias, *quæ nihili ſunt*, Diues pauperẽ, quaſi *nihil* eſſet, aut alterius *naturæ* contemnit, & perire ſinit? Heu malè peribit quiſquis ſic pauperem depretiat, & perire negligit!

Cornelius
S. Auguſtin.

Diues immiſericors putat pauperem eſſe alterius ſubſtantiæ.

Pſal 48. v. 3.
S. Chryſ. ibi & homil 4. de Lazaro.

3 Lucæ 16. auarè immiſericordes Phariſæos his verbis Chriſtus vellicat, & à regno cælorum excludit: *Si in alieno*, inquit, *infideles fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* Opes temporales vocat alienas, quia à Deo illarum non tam domini & proprietarij, quàm adminiſtratores, & rerum alienarum diſpenſatores conſtituti ſumus, vt eas egentibus iuxtà Dei voluntatem partiamur. *Quod veſtrum eſt*, vocat opes ſpirituales & bona cæleſtia, quia hæc propria ſunt homini, eúmq; perficiunt, beant, & in cælũ ducunt, ad quod

Lucæ 16. v. 12.

hominem creauit Deus, qui vult omnes homines ſaluos fieri. *Noſtra ſunt diuitiæ cæleſtes & diuinæ* (ait ibi Theophylactus,) *illic noſter municipatus eſt, eò quòd homo ad imaginem Dei ſit conditus. Pecuniæ autem & poſſeſſiones alienæ ſunt: nihil enim ſimile illi ex his. Diuinorum autem bonorum fruitio & participatio Dei noſtra ſunt.* Nempè cæleſtis beatitudo, quæ propria hominis hæreditas eſt, illi negatur, quia ſuas diuitias, quæ alienæ ſunt, propriis dominis, puta pauperibus furaciter erogare neglexit. Acutè Petrus Damianus Opuſc. 9. de Eleemoſynâ c. 1. ita ſcribit: *Qui nunc pauperibus ſubuenire contemnunt, in tremenda diſcuſſionis examine non tam accuſantur auaritia, quam rapina: nec ſuorum tenaces, ſed alienorum potiùs conuincuntur fuiſſe raptores. quibus vtique ſummus Arbiter dicturus eſt in iudicio: Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius: eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi bibere.* Nota verba quæ attexit: *Ac ſi dicat: Quia noluiſtis ea miniſtrare conſeruis, quæ pro illorum refrigerio percepiſtis, vorax gehennæ vos olla deglutiet, quos per cupiditatis ardorem alienorum bonorum rapina condemnat. Et cùm alienum à nobis ſit, quod in hâc vitâ diſpenſandum ſuſcepimus; noſtra verò ſit cæleſtis gloria, quam ſperamus, competenter his illa ſententia congruit, quam Dominus in Euangelio dicit: Qui in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* ô ſumptuoſine pœnaliſſimè compenſatio! quis eius taxabit detrimentum? Qui ſuâ ſtipe pauperem auarâ furacitate fraudauit, cæleſti gloriâ ſuâ viduatur. Hinc compeſcãtur tragœdiæ, quas multi querulè excitant, dum augurantur, aut vident, ſe diuinâ gratiâ, & cæleſti gloriá ſibi debitâ promiſſionis & ſpei iure, priuari. ô fatuos! *Qui in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?*

Theophyl.

Petr. Damiã.

Matth. 25. v. 41. & 42.

Ob non datã eleemoſynã rapinam, cæleſti gloriâ ſuâ homo priuatur.

4 Salomon Prouerb. 3. his verbis ſalubriter nos admonet: *Miſericordia & veritas non te deſerant.* Multa eſt interpretum induſtria, vt exploretur, quænam ſint hæ virtutes. Pro τὸ *miſericordia*, Chaldæus habet *benignitas*; alij *gratia*, & communiter eleemoſyna intelligitur. Quid autem ſit *Veritas*, non conuenit inter Expoſitores. Alij fidem, alij fidelitatem: quidam veritatem in verbis. nonnulli verũ Dei cultum intelligunt. At Petrus Damianus Opuſc 9 c. 1. ſecutus alios, & quem alij ſequuntur, ſic locum elegãter exponit: *Porrò autem dum indigentibus in neceſſitate ſuccurrimus, Veritatem ſimul & Miſericordiam adimplemus. Miſericordiam ſcilicet, dum inopibus piè compatimur; Veritatem verò, id eſt, Iuſtitiam, dum non illis noſtra, ſed quæ ſua ſunt, miniſtramus. Hinc eſt, quòd in Prouerbiorum libro Salomon ait: Miſericordia & veritas non te deſerant.* Itaque *Miſericordiæ* nomine, non officia pietatis, & ipſa exhibitæ eleemoſynæ gratia, intelligitur; ne eleemoſyna ex merâ gratiâ & miſericordiâ fieri putetur. Quare *Miſericordiæ* nomine, alienæ miſeriæ *compaſſio* innuitur; & *Veritatis* vocabulo *Iuſtitia* deſignatur, quam in erogandis eleemoſynis ergà pauperes exercemus; ne

Prouerb. 3. v 3.

Chaldæus.

Petr. Damian.

Eleemoſyna non tam ex miſericordiâ quàm ex iuſtitiâ pauperibus ſoluitur

quis ſe putet ex merâ liberalitate in pauperes liberalem. *Compaſſio* enim res eſt miſericordiæ liberalis; exhibita verò eleemoſyna, negotium *iuſtitiæ*, & ſoluēdi pauperibus debiti planè cenſetur: *Scilicet adimplemus miſericordiam, dum inopibus piè compatimur; veritatem verò, id eſt, Iuſtitiam, dum non illis noſtra, ſed quæ ſua ſunt, miniſtramus.* Sic pauper egeſtatis titulo, locupletum cenſum facit ſuum? Sic diuites ſunt pauperibus vectigales? Ergò, ô diues. pauperibus *redde quod debes.*

5 Salomon Prouerbiorum 14. hanc morum gnomē proponit, quâ benignitatem in pauperes diuitibus perſuadeat: *Qui credit*, inquit, *in Domino, miſericordiam diligit.* Nonnulli τὸ *credit*, accipiunt pro *confidit*, & referuot ad erogatæ eleemoſynæ ſpem, quam tot magnificæ Dei promiſſiones fundant. Alij τὸ credit, de fide intelligunt; quaſi qui calamitoſo pauperi piè non ſubuenit, Deo diſcredat, infidelitatis planè reus. Quâ ſuper re ſic idem inibi Petrus Damianus philoſopharur, præſcriptum locum exponens: *Noli ergò*, inquit, *deſpicere proximum, ſi non vis Deo deſpicabilis apparere. Vndè & Salomon ait: Qui credit in Domino miſericordiam diligit. Planè ſi is, qui credit in Domino, miſericordiam diligit; dicendus eſt ille non credere, qui conuincitur miſericordiam non amare. Cur autem iſte non credat, alia euſdem libri ſentētia declarat: ait enim: Fœneratur Deo, qui miſeretur pauperi, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. Non itaque credit in Domino, quia ſua ſibi timet bona committere, dū ea non vult indigentibus exhibere: Nam ſi in Domino veraciter crederet, fœnerari ſibi tamquā fideli ſcilicet debitori facultatis ſuæ depoſitum non timeret.* Itaq; diuitum ergà pauperes immiſericordia, & ſpei cenſetur titubatio, & fidei iactura, ſeu infidelitatis ſuſpicio: nutare enim putatur fides eius, qui Deo in pauperibus fœnerari ambigit, aduerſùs tot authentica Scripturarum oracula, quibus Deus acceptorum à pauperibus omnipotenter locuples fideiuſſor diſertè nominatur, & indubiè aſſeritur. *Si, is, qui credit in Domino, miſericordiam diligit; dicendus eſt ille non credere, qui conuincitur miſericordiam non amare.* ô timeat immiſericordia fidei iacturam!

Prouerb. 14 v. 31.

B. Petr. Dam Opuſc. 9. c. 2.

Immiſericors ergà pauperes, infidelitatis reus putatur, quare?

Prouerb. 19. v. 17.

---

§. LIV.

Diuitiæ ſunt teſtimonium mendacij, noſtræ ſeruitutis pretium, mendica egeſtas; & ſicut adſeruatum Mannâ, vermes putridi.

1 Res inquieta eſt diuitiarum opinata felicitas, ipſa ſe exagitat, mouet cerebrū, non vno modo grauis. Alios in alium irritat, quoſdam inflat, nonnullos obdurat, alios mollit, omnes plerumq; deprauat. Horū, qui feliciter diuites vocantur, hilaritas ficta eſt: hic enim grauis & ſub purpurâ lucet, non palàm triſtitia eſt, eò quidem grauior, quòd non licèt palàm eſſe miſeros, ſed inter ærūnas cor ipſum exedentes, neceſsè eſt agere felicem. Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum famâ, ſed cum rerum naturâ deliberandum eſt. Nihil habet opulentia magnificum, quod mentes noſtras in ſe trahat, præter hoc quod mirari illam cōſueuimus. *Non enim quia concupiſcenda ſunt laudātur, ſed quia concupiſcuntur, laudata ſunt. Hanc præcedentem cauſſam habent diuitiæ. Inflant animos, ſuperbiam pariunt, inuidiam contrahunt, eo vſq; mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet.* Bona, omni culpâ carere decet; pura ſunt, non corrumpunt animos, non ſollicitant; extollunt quidèm animos & delectant, ſed ſine tumore. *Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona ſunt magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiam.* Mali præbitoris malum datum.

Ferè ex Senecâ l. de Remed. fortuit.

Diuitiæ vituperatæ.

Actorum 8. oblatam à Simone mago pecuniam Simon Petrus faſtidioſè refutat, & acerbiùs exectatur, aiens: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Scilicet hâc voce Petrus pecuniam cum offerente damnauit, damnauit inquam, ad propriæ pecuniæ poſſeſſionē, ac ſi ipſa pecunia ſit peccati rea, aut peccatū dirâ execratione digniſſimum. Quaſi dicat, ait ibi Chryſoſtomus: *Peccatum tuum tecum ſit in perditionem*, ac ſi peccatum ſit pecuniæ ſynonymum, & quidèm moraliſſimum. Præſcripta verba, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* S. Valerianus homil. 20. ſic elucidat: *Ventura tecum eſt pecunia, non, vt putas, ad ornamentum, ſed ad teſtimonium falſitatis.* Putat diues ſe diuitiis ornari, egregiè autem fallitur: nam pecunia (quæ à Chryſoſtomo *peccatum* dicitur) non eſt hominis *ornamentum, ſed teſtimonium falſitatis.* ô! ſic in ore diuitum peregrinatur veritas, vt pecunia *teſtimonium falſitatis* adornet? Nimirùm in ore pauperis inornatum ſordet mendacium; opulētia autem auro ſplendens, mendacium luculenter adornat, & credibilitatem diuitiis negotiatur. Quod in his nequam Senibus, populi Dei iudicibus, hîc videre oculis licet, dum prodigioſū fraudulenter mendacium, opulentæ dignitatis ſuffragio credibile cunctis reddiderunt. *Ventura tecum eſt pecunia ad teſtimonium falſitatis.* Scilicet hoc elogium pecuniæ deerat, vt non tantummodò diceretur *peccatum*; ſed *ad teſtimonium falſitatis* etiam adduceretur quaſi opulentia ſit mendaciorum matrix, & locuples eorum ornatus.

2

Actor. 8. v. 20

S. Chryſoſt.

Pecunia ſynonymum dicitur peccatum.

S. Valerian.

Opulentia eſt luculentum falſitatis teſtimonium.

Hic. Verſ. 41

Ioannis 8 de Chriſti ore hæc morum eruditio auditur, vt ingenuus homo peccata declinet, tamquam ſeruituti obnoxia. *Amen, amen dico vobis: Quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Verecundè & modeſtè loquitur cùm Iudæis Chriſtus in genere, & in tertiâ perſonâ, cùm propriè velit dicere. Vos facitis peccata multa, ideóque ſerui eſtis peccati, à quâ ſeruitute nemo præter me liberare vos poteſt. ô *miſerabilis ſeruitus* (exclamat Auguſtinus) *Seruus hominis aliquandò ſui Domini duris imperijs fatigatus, fugiendo quieſcit: ſeruus peccati, quò fugit? Secum ſe trahit quocumq; fugerit. Non fugit ſeipſam mala conſcientia, non eſt quò eat, ſequitur ſe; imò non recedit à ſe: peccatum enim quod facit, intùs eſt.* Hanc peccato ſeruitutem vniuerſatim tradit Auguſtinus; Ambroſius autem in Pſalmum 118. Serm. 12 ad illa verba, *Tuus ſum ego, ſaluum me fac*, ſic eam ſigillatim exponit:

3

Ioann. 8. v. 34.

Peccator eſt refuga, numquam à ſeipſo poteſt fugere.

S. Auguſtin. Tract. 41. in Ioan.

Pſal. 118. v. 94.

S. Ambroſ.

Non

Non poteſt dicere ſecularis: Tuus ſum: plures enim Dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es; quia ea quæ ſunt corporis concupiſcis. Venit auaritia, & dicit: Meus es; quia argentum & aurum quod habes, ſeruitutis tuæ pretium eſt. Putat homo, non æquus rerum æſtimator, quòd ingenuus ac nobilis eſt diuitiarum iure, & ſplendidu argēti & auri priuilegio: ſed egregiè fallitur; nam indè ſeruum ſe probat, vndè ſatagit ingenuitatem aſſerere: *quia argentum & aurum quod habet, ſeruitutis ſuæ pretium eſt.* Fatuè vecors eſt quiſquis ſeruitutis notâ, tamquam liberæ ingenuitatis titulum allegat. ô cæca, ac penè nulla hominum iudicia! *pretio ſeruitutis* gloriantur, ſe nobiles venditant, ambitiosè ſuperbiunt, ſuperbè extolluntur, inflantur, inſoleſcunt. Ergò quiſquis de Chriſtianâ Philoſophiâ ſapis, aut ſapere ſtudes, paupertatem puta, veram virtutis opulentiam, & ingenuum Euangelij cenſū: *quia argentum & aurum, pretium ſeruitutis tuæ eſt,* igoominiæ nota, nequitiæ character, ſtēma vitiorum, alter peccati fomes, audacia ſcelerum, peccati ſyuunymum, licentia delinquendi, delictorum impunitas, flagitiorum inſolentia. Adeò enim eſt frequeos auri abuſus, vt aurum penè ſit hæc omnia. Gratulor Ioakimo, Suſaonæ gratulor, in tantà diuitiarum copiâ, earum vſum pijſſimum. Babyloniæ captiuitate ſeruiunt; ſed ibi *auro & argento*, quod aliis eſt vltroneæ *ſeruitutis pretium*, ingenuam illi redimunt animi libertatem; & quod aliis inurit ſeruitutis ſtigma, illis ingenuæ libertatis ſtemma fuit in Babylonis ſeruitute.

Argentum & auri ingens copia, eſt noſtra ſeruitutis pretium.

Hic Verſ. 4.

4 Pſalmographus ſic concinnè pangit: Timete Dominum omnes ſancti eius: quoniā oihil deeſt timentibus eum, *Diuites eguerunt, & eſurierunt; inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.* Sententia paraduxu ſimilis: nam ſi *diuites* ſunt, & indè copiis lautis plene abundant, quomodò *egent*, & *eſuriunt?* Eſuries arida, & dira egeſtas, paopertatis ſequela eſt, non diuitis opulentiæ, quæ gazis exundat. Sed nota & veriſſima eſt gnome illa ſudatiſſima ex Hieronymo in Epiſtolâ ad Paullinum: *Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet*: parcitas enim vtendi, inopiam & egeſtatem æmulatur; imò & ſæpe viocit. Semper eſt verum illud Senecæ: *Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.* Diues itaque auarè opolentus eſurit, & eget, quia licèt ei multa abunde ſuppetant, *Deſunt omnia:* illi enim tam deeſt quod habet, quàm qnod nō habet. Polchrè Auguſtinus ad eum Pſalmi locum: *Diuites eguerunt. & c Non ſunt illa diuitia, ſed mendicitas; quia quantò magis abundant, tantò magis creſcit inopia.* ô adipatæ opulentiæ macies exilis! ô diuitias ieiunè exnecas! ô qnàm eſt opulentia opolentiæ inops! Pulchrum ſanè Euangelicæ Philoſophiæ ænigma: Si de opulentiâ creſcit inopia, de paupere inopiâ diues opulentia creſcit, adipatur, exundat: ergò *Beati pauperes: Væ vobis diuitibus.* Locupletem cēſum, vberes fundos, ſcrinia auro & argento grauia diuitias appellas? *Non ſunt illa diuitiæ, ſed mendicitas.* Sibi idem Auguſtinus aliter conſonat, l. 1 3. Con-

Pſal. 33. v. 11.

S. Hierony.

Seneca epiſt. 108.

Egena & mendica ſunt opes, auarum poſſeſſio, egeſtas, & mendicitas eſt.

S. Auguſtin.

P. Didac. Celada in Suſannam.

feſſionum c. 2. *Hoc tantum*, inquit, *ſcio, quia malè mihi eſt præter te, non ſolùm extrà me, ſed & in meipſo; & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.* ô egenas & mendicas opes, quarum locuples poſſeſſio, *egeſtas* eſt, *mendicitas* eſt! Neſcimus æquo cenſu æſtimare res, de quibus non cum vulgi fama; ſed cum rerum naturâ, & Sanctorum Eccleſiæ Patrum auctoritate deliberandum eſt.

Omnis abundantia, quæ Deus non eſt, egeſtas eſt.

5 Exhodi 16. Manna de cælo datum io eſcas, Dei pupulus admiratione hunurat, & illius copiam admiratur. In menſurâ colligi iubetur, & nihil ex eo in diem craſtinum adſeruari. Qui nō audierunt Moyſem ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, *Et ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.* Pulchrū ſanè locupletis inaniter auaritiæ ſymbolum, quæ non pretiuſum Manna, ſed ſqualidos vermes ambitiosè acquirit. Audiendus eſt Chryſoſtomus homil. 4. io 1. ad Corinthios: *Qui plus, inquit, quàm permiſſum erat, Manna colligebant, ſi non Manna, ſed vermium plus & putredinis tunc retulerunt. Idem auaris accidit & voluptuarijs, vt plus detrimenti reportent, quàm lucri: ſed hi tātò deteriores quàm illi, quòd Hebræi quidèm ad errorem ſemel commiſſum agnitum reſipuerunt. Auari autem vermem tantò moleſtiorē in ſuos ventres & domos inſerunt, nec ſatiātur, nec ſentiunt quidèm. In vano conatu perſimiles, ſed pœna longè maior. Quid enim locuples à paupere differt? Nam vnum vterque corpus veſtit, ventrem nutrit. Curis puto, quibus miſer conſumitur, Dei neglectu, corporis inquinatione, animi perturbatione. diues auarus pauperem præcedit.* Itaque Diues, dum plus auri & argenti congregat, *Manna* ſibi videtur colligere, & lutum, putredioem, ac *vermes* colligit. Opinor, vermiū, quibos cadaueraſcens ſcatebit, oblitus eſt, qui tantâ ambitione hos vermes colligere ſatagit. Panem hodieroom iobemur expetere: nam *Manna* in diem craſtinom adſeruatum, ſordidè computreſcit, & *vermibus* putridè ſqualet. Quare *Diues auarus pauperem præcedit. Quantò magis abundat, tantò magis creſcit inopia.*

Exhod. 15. v. 20.

S Chryſoſt.

Diuitiæ comparantur Mannæ, quod adſeruatum putreſcit, & vermibus ſcatet.

6 Iob. 15. ita ſcribitur: *Contrà Omnipotentem roboratus eſt: cucurrit aduerſùs eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Quis niſi potenter diues, diuitiarom robure imputenter armatus, præſumat erecto collo, & pingui ceruice Omnipotentem laceſſere? Scitè S. Gregorius l. 12. Moralium, c 22. ita ſcribit: *Potens iniquus pingui ceruica contrà Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens, contrà præcepta veritatis, quaſi de magnitudine carnis erigitur.* Profectò rerum temporalium abuudantia, *tumor* eſt, nou magnitudo. Quid de *tumore* magnus & *potens* eſſe præſumis? De diuitiarum inani adipe, quaſi *pingui ceruice* robuſtus, arrogāter elatus, Omoipotentem exarmare audes? ô veſanā temeritatē! Ab opibus veoiens magoitudo, oon eſt magoitudo animi, quæ magnanimus facit; ſed *quaſi carnis magnitudo*, & merus *tumor*, quo ioaniter fretus, bellū Omnipotenti indicere fruſtrà audes. *Rebus temporalibus tumens, quaſi de magnitudine carnis, contrà Omnipotentem erigitur.* Sic diuitiæ diuites impoteuter inſanire faciunt?

Iob 15. v. 25. & 26.

S. Gregor.

Potentia diuitum, non eſt magnitudo, ſed tumor cōtra Deum audax.

§. LV.

Cupidus diuitiarum, diuitiarum picturis atque phantaſmatis animum ludificat.

1 Emiſſen. Homil. 4. de Epiph.

ELoquenter Emiſſenus: Eis ipſis creaturis, inquit, quæ extrà nos ſunt, quæ à foris adiacent, quæ bonæ factæ ſunt, malus malè vtitur. *Argento & auro appetitur veritas, expugnatur integritas, iuſtitia vincitur, innocentia proditur, pietas fidéſque violatur:* ac de rebus ad præſentia ſubſidia conceſſis, detrimenta vitæ æternæ nequitia mortalis operatur. Ad quæ toto pectore hianter ſuſpiras, inimicorum potius vota fouent. Quid expetis diuitias, quibus iuſtitiam exarmes, vitam inuities, veritatem adulteres, expugnes integritatem, fidem prodas, pietatem depraues, innocentiam corrumpas? Falſata hominum opinio æſtimat aurum, viliſſimum ſanè terræ excrementum; cuius totus cenſus de phantaſiæ mendacio eſt. Define æſtimare, & valere deſinet; eſt enim, *Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula, fænum; Vmbra, cinis, punctum, vox, ſonus, aura, nihil.*

Auro conſtupratur veritas, expugnatur integritas iuſtitia vincitur.

Diuitiarum non bona elogia.

2 Pſal. 72. v. 7

Purpuratus Vates, æquus opum æſtimator, Pſalmo 72. ita pangit: *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.* Ex *adipe*, id eſt, ex abundantiâ, & opulentiâ. Adipata enim iniquitas, ex aridâ, emaciatâ, & ſterili virtutis glebâ lentè ſe ſuſtollit, bonorum operum infœcunda; opera autem mala, tanquam è terrâ ſucculentâ & pingui, ſine raſtris, ſine ligonibus vltrò proſiliunt prauæ opulentiæ fœcunditate. In hunc locum S. Auguſtinus docet quoſdam ex macie, id eſt, propter diram egeſtatem, peccare; alios verò ex pinguedine, id eſt, diuitiarum affluentiâ, atque hos quidem prioribus longè grauius. Huc ſpectat illud Moyſis in Cantico: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit*; Chaldæus habet: *Diues factus eſt Iſrael, & recalcitrauit* Sic in diuitiarum officinâ peccata abundè producuntur! Addit luculenter Pſalmographus: *Tranſierunt in affectum cordis.* Alij ad rem viuacius legunt ex Hebræo: *Tranſierunt in picturas cordis*; nempè diuites opibus adipati, tranſierunt in depicta bona, quales ſunt diuitiæ, & deliciç opum appendices. O quam longè diſtat veritas à picturâ! Quid eſt *pictura*, niſi oculorum mendacium, & pulchrum deceptæ imaginationis ludibrium, penicilli arbitrio coloratum ad placendi gratiam ô quàm eſt diuitiarum inops, cuius cenſus depicti auri & argenti aceruis totus conſtat! Sic diuitum opulentia, in veræ æſtimationis cenſurâ, *tranſit in cordis picturas.* Hieronymus autem pro Tò *tranſierunt in affectum*, ſeu *picturam cordis*, exeribit: *Proceſſerunt à pinguedine* diuitiarum *oculi eorum*; quaſi humanus aſpectus ſit opulentiæ partus, & *oculi* diuitiarum ſoboles. Hem! exoculatus eſt, quiſquis pauper eſt? Imò è contrariò diues. Sic enim habet Forſterij tranſlatio *Egreſſus eſt præ pinguedine oculus eorum:* vt ſenſus ſit, rerum temporalium copiâ & pingui vbertate mentem atque rationem adeo perſtringi, & obſcurari, vt meras *picturas* pro rebus æſtiment, & humanam de eis felicitatem taxent. *Egreſſus eſt præ pinguedine*, ſeu opum affluentiâ *oculus eorum.* Diues itaque exoculatus eſt, cæcus eſt, & oculorum lumine vacuus; cùm mundialium bonorum *picturas*, quas colorat *affectus* opum, ſtudio auarè infartus, pro bonis ſolidè veris, & verè æſtimandis, falſato ac cæco rerum cenſu, de affectu reputet. *Egreſſus eſt præ pinguedine oculus eorum.* Procliue iam cuique eſto, ſententiam moralium ſenſuum fœcundè grauidam, ethicè emedullare. Cuius rei nos paucula inibi nuper dedimus in Pſalmorum expoſitione.

S. Auguſtinus ibi.

Deuter. 32. v 15.

Chaldæus

Hebræus.

Diuitiæ picturæ ſunt, & diuites exoculant, non pauperes.

S. Hieronym.

Forſterius

Danielis 3. Nabuchodonoſor rex *fecit ſtatuã auream* altitudinis cubitorum ſexaginta, haud dubium affabrè elaboratam. Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis: In horâ qua audieritis ſonitum tubæ, & fiſtulæ, & citharæ. & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum, *cadentes adorate ſtatuam auream. Si quis autem non proſtratus adorauerit, eâdem horâ mittetur in fornacem ignis ardentis.* Fallor, ſiquid aliud præter aurum numine vacuum, hic adorandum proſtat. Barbaricum autem videtur, ſub pœnâ adeò peracerbâ acetuum auri ſic æſtimare, vt vniuerſus populus ad eius adorationem cogatur. Quin & pauculi admodum inuenientur, qui aurum, etſi re alia vacuum, non adoret. Audiendus eſt S Iſidorus Peluſiota lib. 5. Epiſt. 36. ſic ad rem fatus: *Omnium illos ditiſſimos cenſemus, & Regibus facultate præferendos, qui pedibus diuitiarum cupiditatem conculcarunt: quibus adnumerari omni ope adnitemur: tametſi enim plerique tyrannidem eius, velut ſtatuam Babylonicam adorauerint. Nos tamen trium puerorum continentiam imitati, etiam ſi tubarum, & tibiarum ſonitus, totúſque muſicæ artis concentus ad cælum vſque elatus aures noſtras circumſonet, & fornax paupertatis, ne tympanis attendamus, neque tibijs, neque reliquis diuitiarum phantaſmatis: Sed licet in caminum proijciendi ſimus, paupertatem eligamus, nec illas adoremus, eritque hæc nobis Philoſophia, hic quidam veluti ros in medium ſtillans.* Nimirùm ſi adeò calamitoſa tibi videtur paupertas, vt ſit velut *fornax* Babylonica, incendio voraci minax; aduerte, quòd vel pueri, qui aurum ſtatuæ non adorarunt, in medio fornacis, placidè *Stillantem rorem*, & auram mitiſſimè recreantem experti ſunt. In officinâ incendij, torida mitiſſimè ſtillat refocillatio. Hanc experitur, quiſquis auri *tyrannidem* in aureâ ſtatuâ non adorat, ſed voluntariâ paupertate contemptim depreriat. ô fugiamus aureæ ſtatuæ *tyrannidem, nec attendamus reliquis diuitiarum phantaſmatis!* Diuitiæ porrò mera ſunt *Phantaſmata*, & operoſæ imaginationis otium inaniſſimum, & *picturarum* futile ludibrium, quas deluſa auri libido cæcè colorat. Quod iam iam explicatùs tradimus.

3

Daniel. 3. v. 5. & 6.

S. Iſid. Peluſ.

Diuitiarum tyrannus, merus phantaſmatis nobis illudit.

In fornace paupertatis, ros ſtillat è cælo.

4 Eccli. 34. v. 6.

Siracides Eccleſiaſtici 34. ſic nos inſtruit de cæli gymnaſio, ne decipiamur obuiis rerum mundialium erroribus: Diuinatio erroris, inquit, vanitas eſt: *Et ſicut parturientis, cor*

tuum

erum phantaſias paſcitur. Intermitto nunc Interpretibus *parturientium* imaginationes inaniter vagas, quas pugnax humorum abundantia pingere ſolitat. Tigurina Biblia ſic locum vertunt: *Somnia vana ſunt, quaſi cùm deſipit animus parturientis,* aliter Syrus interpres, *Inſomnia, ſeductio* (ſupple eſt:) *qui credit eis, ibi cor eius.* Tropologicè per iſtiuſmodi ſomnia & *phantaſias*, nonnulli Hæreſes intelligunt, quas mendax affectus pro libidine fabricat: alij inaniſſimas cogitationes & deſideria, ex quibus quaſi ex ſeminibus ſoleat fructus omnium iniquitatum prodire. Iſidorus Peluſiota nuper allegatus, *diuitiarum phantaſmata* agnoſcit. Græco Iſidoro Græca etiam Tigurina adſtipulent; ſic enim habet, *Qui credit eis, ibi & cor eius*, quod opum auaritiam indigitat, iuxtà illud: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum.* Opportunè Drogo Hoſtienſis de Dominicæ Paſſionis ſacram. Vbi ſic Deum alloquens, mundialium bonorum contemptum ſuadet: *quam citò,* inquit, *clauditur oculus, ne te videas, collabitur pes noſter in hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus; vbi ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, quæ ſomniorum ſuorum Phantaſijs ludificant animam, & trahunt in cor maris; indè non facilis ad ſuperiora reditus* Ecce tibi diuitiæ, quæ tanto in pretio apud homines ſunt, quarum deſiderium, omnium pectora implent, quaſi *ſomniorum Phantaſijs ludificant animam.* Profectò Phantaſia leui ſomnio flabellata, quoquouerſùm agitur, ventilatur, errat. Quid eſt phantaſia? ſomnij pila, mentis ludibrium ficta rerum hypoſtaſis, pictura vanitatis, inconſtantiæ ludus, mendacium momento coloratum, vanitatis ſpolium, ſuperſtitio vigilantium, falſitatis idea, rationis illuſio, leuis vmbra, & iuge inanitatum conceptaculum. ô malum! *Somniorum Phantaſijs ludificatur anima*, & ludicras *Phantaſias paſcitur*, qui *diuitiarum Phantaſmata* auarè exambit.

Tigurina Syrus.
S. Iſidor. Peluſ.
Diuitiarum cupidus, diuitiarum phantaſijs animā ludificat.
Drogo.

§. LVI.

Euangelica paupertas, vera opulentia eſt, pulchra virgo, rerum iudicio ſapienter viduata.

1 ILle quicunque à theatro, lupanari, & popinâ ad mores calamum traducens effutire audet: Nil tam infeſtum in ſe habet *infelix paupertas, quam quòd homines ridiculos facit.* Nempè homo ridicularius, de luxu & ambitione totus, paupertati irridet; & indè euangelicam diſciplinam mimicè ſubſannat vndè ridiculè pauperiem vellicat. Cæcum eſt humanæ rationis ingenium ad penitiorem rem Dei; & ad rem virtutis luſcum hallucinatur, cæcutit, errat; & ſi aliquandò proſpero errore, & cæcâ felicitate ad aliquem ethicæ veritatis portum appulit, ratione operoſiùs remige. Chriſtiana *paupertas infelix* non eſt, quippe quæ pauperes feliciter beat, *Beati pauperes.* Neque *homines ridiculos facit*, quæ beatè glorioſos facit; ambitioſior autem mondi opulentia inaniter diſtendit & inflat, atque ridendos proſtituit. *Quid ergo?* (ait Emiſſenus) *Nónne iam magna pars præmij eſt nihil habere commune cum mundo, vanarum rerum cupiditatibus non excruciari, glorioſæ Paupertatis ſufficientiam poſſidere?* Ergò neque *infelix* eſt, neque *homines ridiculos facit Paupertas*, quæ *glorioſa* eſt, hominéſque glorioſè beat: *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

Iuuenalis.
Paupertas nō facit homines ridiculos, ſed beatè glorioſos.
Matth. 5. v. 3.
Emiſ. homil. 5. ad Monach.
Mat. 5. v. 3.

Matthæi 4. in eremi palæſtram ad duellum cum Chriſto, Diabolorum fruſtrà aſtutiſſimus, mendaciis armatus deſcendit. Et aſſumpſit eum in montem excelſum valdè: *Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Addit S. Lucas: *quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa.* Multis olim inibi diſputabam, quomodò Diabolus Chriſto omnia mundi regna ad momentum oſtenderit. Quomodolibet ſe res habeat, tota hæc à Diabolo fabula mendaciis contexta eſt, eò ſtudioſè tendens, non vt Chriſto daret pretio cernuæ adorationis, omnia regna mondi, illius opes, theſaurus, pompam, gloriam; ſed vt ea Chriſto è peruerſo auferret, ſi ea, vt potè promiſſa, de facili obtinenda concupiſceret. Itaque fraudulentus vafrè Dæmon, rerum mundialium Chriſto *cōcupiſcentiā oculorum* ingerere intentiùs ſatagit, vt de bonorum concupiſcentiâ, illum poſſeſſione vtcumque defraudaret. Dabo Minutium, qui in Octauio inter multa quæ de paupertate adденſat, hanc mentem perſtrictim attingere videtur: *Nemo* (inquit) *tam pauper poteſt eſſe, quàm natus eſt: hæc nobis tamen nota ſunt: Quæ omnia ſi non concupiſcimus, poſſidemus. Igitur vt qui viam terit, eò felicior, quò leuior incedit; ita beatior in hoc itinere viuendi, qui paupertate ſe ſubleuat, non ſub diuitiarum onere ſuſpirat.* Itaque Chriſtus duplici titulo omnia mundi regna, & eorum opulentam gloriam poſſidet, altero Deitatis, nam homo Deus, Deitatis iure Rex eſt, & regnorum omnium dominus. Dein illorum Dominus eſt, quà homo eſt, repudij etiam quaſi titulo, & paupertatis nomine: ea enim quæ ſua erant iure Deitatis, minimè concupiuit, quæ indè hoc etiam titulo quodammodò poſſidebat: *Quæ omnia ſi non concupiſcimus, poſſidemus.* Vide hìc furacem mali Dæmonis auaritiam fraudulenter inuidam: *Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa*, quò blandimenta concupiſcentiæ ſuggerat, vt quæ non concupiſcens poſſidet ſi fortè concupiſcat, de mundialium bonorum ſordidâ concupiſcentiâ, ſuâ illum poſſeſſione defraudet. Ecce tibi euangelicæ paupertatis miriſſimam excellentiam, quæ cùm omnia à ſe abdicet, eáque nec deſiderio aut concupiſcentiâ tangit, illa arcanè è diuerſo meliùs poſſidet: *Si non concupiſcimus, poſſidemus.* Quod tranſparet in gnome euangelicâ: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum,* Pauperes *ſpiritu*, inquam, nempè quorum ſpiritus pauper eſt, id eſt, amans paupertatis, hoc eſt, contemnés

2
Matth. 4. v. 8. & 9.
Lucæ 4. v. 6.
Cur Diabolus glorioſam regnorum concupiſcentiam Chriſto ſuggerit?
Minut. Felix in Octauio
Pauper onus excutit, quò expeditius ambulet.
Pauper poſſidet bona, quæ nec habet, nec concupiſcit.
Matth. 5. v. 3

1. Ioan. 2. v. 16. terrena bona, quæ *concupiſcentiam oculorum*
ſollicitant,& illorum appetitum ſubornant,
grato diuitiarum illicio ſubdolè rapaci.

3
Siracides Eccleſiaſtici 11. Eſt, inquit, ho-
Eccli. 11. v. 12. mo laborans, & feſtinans, & tantò magis
non abundabit. *Eſt homo marcidus, egens re-*
cuperatione (id eſt, reparatione familiæ &
annonæ) *plus deficiens virtute* (id eſt, multùm
deficiens viribus & robore) *& abundans pau-*
Ille abundat paupertate, cuius opes in paupertate ſunt. *pertate.* Chriſtianum ſanè paradoxon eſt, vt
qui *paupertate abundat*, ſic de paupertate
abundet, vt mundi locupletes diuitiis ſupe-
ret, & locuplete gazarum cenſu longè ex-
cellat, dum è peruerſo *abundat paupertate.*
De pauperibus Euangelicis ait S. Gregorius
S. Nazianz. Nazianzenus Orat. 12 *Quorum opes in pau-*
pertate.... qui in mundo nihil habent & ſuprà
mundum exiſtunt, qui etiam in carne extrà car-
nem viuunt, qui pro portione Dominum habent,
qui propter regnum inopiâ laborant, & propter
inopiam regnant. Nimirum *quorum opes in*
paupertate ſunt, bene dicuntur *paupertate*
Rabanus. *abundare.* Appoſitè Rabanus Maurus ad præ-
ſcripta Siracidis verba, *Abundans pauperta-*
te, ita ſcribit: *Iſte locus Chriſtiana magis ex-*
primit tempora, in quibus illi qui paupertatem
voluntariam ſectantur, magis abundant omni-
bus bonis, quàm illi qui certant in acquirendis
quotidie terrenis diuitiis.... Cùm diligimus
Dominum, in ipſo omnia reperimus. Vnus eſt qui
quæritur, ſed in quo omnia continentur. ô lucrum
mirabile! ô compendium ſingulare! Cur nos per
diuerſa fatigamus? Ad ipſum ergò vnanimiter
feſtinemus, poſt quem cuncta bona non quæri-
mus, ſed tenemus. Idcircò *pauper ſpiritu*, qui
vel mundialium bonorum *concupiſcentiam*
abdicauit, opulentè *abundat paupertate*; quia
compendioſo paupertatis arbitrio Deum
quærit, *poſt quem cuncta bona non quærimus,*
ſed tenemus. Quid ergò nos per diuerſa fati-
gamus? Chriſtum pauperem, matris paupe-
ris filium æmulemur; rerum inopiâ ſic Deũ
quæramus, *poſt quem cuncta bona non quæri-*
mus, ſed tenemus. Quod ſuper diximus ex
S. Auguſtin. Auguſtino, qui l. 13. Confeſſ. ſic Deum allo-
quitur: *Hoc tantùm ſcio, quia malè mihi eſt*
præter te, non ſolum extrà me, ſed & in meipſo
& omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, ege-
Hic verſ. 4 *ſtas eſt.* ô nimis verè! Hoc etiam titulo Su-
ſanna nimis locuples fuit, quæ honori, diui-
tiis, & vitæ Deum prætulit.

4
2. ad Corinthios 6. ſic Apoſtolus ſcribit:
2. Cor. 6. v. 10. Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei mini-
ſtros, &c. Sicut egentes multos autem locu-
pletantes: *tanquam nihil habentes, & omnia*
poſſidentes. Scilicet viuenti ad legem naturæ,
imò ad gratiæ legem, quæ paruo, & propè
nihilo contenta eſt, paucula ſufficiunt; exin-
dè reliqua omnia tanquam ſuperuacua fa-
ſtidio & reiicio, atque faſtidioſis ac reiecta-
neis operosè diuitibus ſpontè permitto. Re-
S. Chryſoſt. ſcribam longulum è Chryſoſtomo locum,
homil. vlt in Matthæum, vbi diuitis ac pau-
peria ideam ita deſcribit: *Diues*, ait, *vt multis*
aduletur neceſſe eſt, tum principibus, tum ſub-
ditis, & quamplurimis indigeat, turpiter ſer-
uias, nec non metuas, & tremas, & inuidorum
oculos ſuſpectos habeas, & ſycophantarum ora
timeas, aliorumque auarorum cupiditates. At
talis non eſt paupertas, ſed planè diuerſa; locus
Paupertas eſt gymnaſium, & Angelica vita imitatio. *tutus eſt & ſecurus, portus tranquillus, palæ-*
ſtra & gymnaſium philoſophiæ, Angelica vita
imitatio. ô ex erudito paupertatis *gymnaſio*
ediſcamus in terris imitari cæleſtem Ange-
lorum vitam: Angeli enim mundialium bo-
norum *nihil habent*, quia nullius indigent &
omnia poſſident, quia cuncta adminiſtrant.
Pergit Chryſoſtomus exponens quàm ſit te-
nera Euangelicæ paupertatis valetudo, &
quàm debeat eſſe minimia attenta: *Mihi*
paupertas ſimilis eſſe videtur modeſtæ cuipiam
virgini honeſtæ, ac formâ eleganti. Auaritia ve-
rò monſtroſæ mulieri, Scyllæ cuidam & Hydræ.
Sed & ipſam virginis pulchritudinem conſide-
Paupertas virgini, & oculo comparatur. quare *remus. Siquidèm ipſius oculus eſt clarus & pu-*
rus, nihil habens turbulentum, vt habet auaritia
oculus, nunc quidem furore plenus, nunc verò
voluptate oppletus, nunc autem intemperantiâ
perturbatus. At talis non eſt paupertatis ocu-
lus, ſed manſuetus, tranquillus, ſuaue ad omnes
aſpiciens, placidus, clemens, nullum odio proſe-
quens, nullum auerſans. Sciant, ſciant Religio-
ſi, qui ex voto ad paupertatem Euangelicam
obligantur, quòd Paupertas *virgini* pulchræ,
& oculo comparatur; virginitatis autem &
oculorum nimis eſt tenera valetudo. Ergò
nihil omninò tanquam ſuum habeant, vt
omnia poſſideant.

Eccleſiaſtici 25. ita ſcribit Siracides: *Ma-* 5
nus debiles, & genua diſſoluta mulier, quæ non Eccli. 25. v. 32.
beatificat virum ſuum. Pro τὸ *beatificat*, alij
excribunt, *honorat*; alij, *beat.* Quaſi dicat: Mu-
lier improba, quæ ſuâ modeſtiâ & probitate
non honorat virum ſuum, ſed ſuâ inſolenti
nequitiâ infelicẽ efficit; hæc vires viri ener-
uat, & per otium à labore, ad egeſtatem re-
digit. Hinc Sapienter S. Chryſoſtomus ho-
mil. 27. ex variis in Matthæum locis, & Au- Vxor virum ſuum cæteris anteferat, etſi falſo iudicio. S. Chryſoſt.
ctor operis imperf. homil. 22 *Vxor*, inquiũt,
neminem debet ſapientiorem, fortiorem, formo-
ſiorem reputare, quàm virum ſuum: etſi ſit alter
ſapientior, fortior, formoſior; tamen coràm ocu-
lis eius talis apparere non debet. Perfectum
enim odium, & perfectus amor iudicium rerum
non agnoſcit. Ex hâc belliſſimâ ſententiâ ſic
ad rem arguit: *Sic & omnis anima Chriſtiana,*
quæ ſponſa eſt Chriſti, ita diligere debet Deum,
vt nihil ſit in mundo, quod amplius amet, quàm
eum, aut in tantum. Pro quantâ autem parte
plus aliquid amaueris, pro tantâ parte minùs
Perfectum odium, & perfectus amor iudicium rerum non agnoſcit. *amas Deum.* Scilicet ſi aliquandò ſic affectus
es ergà mundi bona, vt opes, & earum glo-
ria tibi blandiantur, & magno apud te in
pretio ſint; meminiſſe viuaciùs debes, quòd
ſponſa Chriſti es, & perfecto amore eũ pro-
ſequi debes, & odio habere mundialia bona,
quę ad delicta pelliciunt. *Perfectum odium, &*
perfectus amor iudicium rerum non agnoſcit.
Oculatè cæcos, & benè errantes virtus, præ-
ſertim paupertas, ſectatores ſuos requirit.
Nil mundialium bonorum apud te in pre-
tio ſit, quantumuis excellere videatur: *Sicut*
ſponſa neminem debet ſapientiorem, fortiorem,
formoſiorem reputare, quàm virum ſuum; etſi ſit
alter ſapientior, fortior, formoſior. Perfectum
enim odium, & perfectus amor iudicium rerum
non

non agnoſcit. Sic Deum in paupertate quis honorare,& beare debet velut cæco æſtimationis indicio, quantumuis delectabilior opum pellacia blandiatur.

LVII.

Hypocritarum malitia, vna plures, bonitatis titulo accuſatur, & vltrà infernum puniri dicitur.

1 Seneca Epiſt. 116.

1 Miramur parietes tenui marmore inductos, cùm ſciamus quale ſit quod abſconditur,oculis noſtris imponimus:& cùm auro tecta perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? ſcimus enim ſub illo auro fœda ligna latere. Nec tantùm parietibus,aut lacunaribus ornamentum tenue prætenditur. plurimum iſtorum quos incedere pallidos ac macilentos vides, bracteata & ſpeciè tenùs ſanctitas eſt;cadentibus oculis oculos ſpectatorum captant ad modeſtiæ admirationem, & virtutum theatrum inſolens. Inſpice, & diſce ſub iſtâ tenui membranâ ſanctimoniæ exterioris,quantum mali lateat.Et, vt nihil aliud mali lateret,quàm ſancti nominis ambitio; hæc vna,virtutum omnium cadauera, aut inueniret, aut faceret. Hypocriſis ſuptile malum eſt, ſecretum virus, peſtis medullitùs ſerpens animitùs exitialis, virtutum fucus, tinea ſanctitatis, titubatio fidei, paſſionum fomes, ſuperbiæ lenocinium,arx vitiorum, Diabolorum machina. iniquitatum theſaurus, fraudum ſatellitium, metropolis ſuperbiæ, impietatum ſagina. religionis macies. libidinum popina, gehennæ hiatus, & fertile illius ſeminarium. Ergò attentiùs inſpice, & perſpicaciùs vide ſub hoc pulchrè dealbato monumento tot fœtida virtutum cadauera.Hypocriſim fuge, quiſquis vitam amas, æternitatis candidatus:ne vitæ tincturâ mortem colores. ô quot. quantóſque viros hæc mentita virtutis vmbra, velut ſolare ſanctitatum iubar, malè perſtrinxit; proprio lumine vacuos, & operoſos alieno,ſed mentito, fucato, vmbratili! Duæ ſunt cæcitatis ſpecies, & non videre quod eſt,& videre quod non eſt:vtramque hypocriſis afflat. dum ſimulat virtutes,& vitia diſſimulat.ô theatrum cæcis dumtaxat aſpectabile!Oculatos fugit hypocriſis,lippientes aut luſcos amat,& cæcos facit,illudentis apparentiæ faſcino. ô hæ vmbratiles laruæ malè pereant!

...ſis cũ gloria non bona elogia.

2 Ionæ 1. præluſtris Dei familiaritate Propheta, ne non veridicus inueniatur, Dei ergà Niniuitas veniam malè veritus, quòuis gentium Deo inobediens fugit.Sed vix ſoluit è portu, cùm ſæuientibus vndis comprehenditur.Ingruit procella,venti remugiunt, certum hiat naufragium. Sorte deprehenditur ſceleroſus periculi reus. Miſerunt ſortes,& cecidit ſors ſuper Ionam.Vectores autem rati Ionam eſſe hominem vagum, profugum, & enormiter ſceleroſum, & quem diuina Iuſtitia puniendum quæreret, dixerunt ad eum:Indica nobis cuius cauſsâ malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis? vel ex quo populo es tu? *Et dixit ad eos:Hebræus ſum ego, & Dominum Deum cæli ego timeo* (id eſt, colo, eius cultui & obſequio ſtudiosè addictus) *Et timuerunt viri timore magno.* Cur vectores ſic pauidè timent,cùm audiunt Ionam eſſe Hebræum, & veri Dei cultui religiosè mancipatum? quod ſcitè Hieronymus adnotauit: *Hiſtoria ordo præpoſterus eſt,* inquit. *Quia enim poterat dici: Nulla cauſſa timoris fuit ex eo quòd ei confeſſus eſt, dicens, Hebræus ego ſum; & Dominum Deum cæli timeo; Statim ſubnectitur, quod idcircò timuerunt,quia eis indicauerat ſe Domini fugere conſpectum, & eius non feciſſe præcepta.* Nimirùm Gentiles nautæ. & vectores profani dum audiunt, Ionam eſſe Hebræum, religioſum veri Dei cultorem,& Prophetam vulgò opinatiſſimum, iure merito magis timent grauioris culpæ reum eſſe, & indè atrociùs promereri ſupplicium,quo vnà inuolui pauidè verentur:nam exterior virtutis profeſſio, ſi animitùs non reſpondet conſcientia ſanctitatis, de virtutis fuco ſceleroſior eſſe ſolitat,& ob reatum hypocriſis damnabilior. *Magis enim* (ait Saluianus Maſſilienſis) *damnabilis eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat: reatus impij eſt pium nomen.* Idcircò dum audiunt Gentiles nautæ, Ionam, quem Dei ira quærit ad inobedientiæ ſupplicium,non eſſe hominem profanum, & ſceleribus famoſum; ſed religioſam virtutis ſpeciem obtendere, de illius enormiori prauitate,ſibi magis timent, ne eodem ſorbeantur naufragio *Magis enim damnabilis eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat: reatus impij eſt pium nomen.* Sceleroſior eſt prauitas, quam hypocriſis probitatis penicillo colorat. Hypocriſis laruâ hi medullitùs nequam Senes bonitatem ſimulant,vitia diſſimulant:& indè iudiciariæ dignitati inſidiari præſumunt; in Dei populi Iudices eligũtur,credibilitatis auctoritatẽ obtinent,& innocentiam in Suſannâ condemnant. Sed Daniel de cælo inſtinctus, hypocriſim palàm reuelat,& latentem eorum malitiam titulo bonitatis accuſat, damnat, & condignè punit, Damnabilior impiorum Iudicum reatus fuit pium nomen. Qui ſub impietate pium nomen ambit, vt tanti criminis, ſic & tantæ pœnæ participium clanculùm negotiatur.

Ionæ 1. v. 9

S. Hieronym

Hypocritarũ damnabilior eſt malitia, quia eam titulus bonitatis accuſat.

Saluian. l. 4. de Prouid.

Hic verſ. 5.

3 Ieremiæ 16. hæc minax Dei vox palàm auditur, quâ occulta Iudæorum flagitia caſtigare ſeueriùs intentat:Quia oculi mei,inquit, ſuper omnes vias eorum:non ſunt abſconditæ à facie meâ, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. *Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum.* Nuper ſagaciùs perquirebamus, quænam eſſet hæc vna duplex *iniquitas,* ſeu malitia vna plures, & vnum ambo *peccatum?* Sanè etiam præ enormitate, malitiæ monſtrum videtur, hæc in id ipſum multiplicatio fœcundior. Profunde Richardus Victorinus in Geneſis cap. 37. ita ad rem ethicè ſcribit: *Accuſauit Ioſeph fratres ſuos crimine peſſimo.*

Ierem. 16. v. 18.

Hypocriſis eſt crimen peſſimum, quod Ioſephus detegit.

Geneſ 37. v. 2 Richar. Vict

Vitium

Auguſt.a.

Hypocriſis eſt iniquitas vna duplex, aut multiplex. quare?

Vitium quod Deus ſingulariter deteſtatur, nullum aliud quàm Hypocriſis rectius intelligitur. Auguſtino itaque teſtante, ſimulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas. Hoc vitium per Ioſeph detegitur, quandò inſidians malum per detectionem deprehenditur. Mirum quidèm non eſt, quod Deus ſingulariter *deteſtetur* Hypocriſim, quod *peſſimum crimen* eſt, & *duplex iniquitas*: nam & ambitioſè virtutem ſimulat, & tectiùs vitia diſſimulat. Porrò nefario abuſu virtutem ſeruire vitiis cogit; & virtutes euacuat, vt pleniùs vitia ſectetur. Quæ tam iniqua fraus, quàm probitatis amictu improbitatem palliare, & poculo mentitæ virtutis mera vitia cunctis propinare? Hypocriſis doloſo mendacio, & pietatis adulterio, aures & oculos fallens, aëra malè toxicat; & de vitiorum latibulo, periculosè virtutibus inſidiatur. Hypocriſis dum virtutem foris venditat, furax virtutum eſt, & ſanctitatum auarè rapax, & malum totius boni nullificamen. Huic vnæ duplici ſeu multiplici iniquitati minas acerbiores Deus vibrat, aiens: *Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum. Auguſtino itaque atteſtante, ſimulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas.* ô ſi vbiuis adeſſet Ioſephus alter, qui *accuſaret fratres crimine peſſimo*! Plura ſignificat Richardus, quàm dicit.

4 Deuter.22.v.11.

Deuteronomij 22. ſuum populum ſic Deus inſtituit: *Non indueris veſtimento, quod ex lanâ linóque contextum ſit*, Rem planè minutulam tantus legiſlator curare ac præcipere videtur. Quid refert, quod lini fila lanæ ad texturam miſceantur? Linúmne an lana veſtimentum inceſtat? Merà lanà, linóve mero indui poſſunt, qui ſunt de populo Dei; & vtriuſque textilis mixtura vetatur? Præceptio ſanè minutula apparet. Ita quidèm; ſed quæ indè ad altiorem rei intelligentiam animos ſubuehit, & extimulat. Beda venerabilis indidèm ſic ad rem locum exponit: *Veſtis, quæ ex lanâ & lino contexitur, linum interiùs celat, in ſuperficie lanam oſtendit. Veſtem ergò ex lanâ, linóque contextam induit, qui ſub locutione innocentiæ, intùs ſublimitatem celat malitiæ.* Scilicet non vetatur veſtis ex mero lino aut lanâ, quæ lanam vel linum ſpectatorum oculis ſincerè obijciat; ſed in altiori ſenſu, eorum hypocriſis ſeriò iam tunc vetatur, qui ſpecie pœnitentiæ ſeuerioris rudiori lanâ, imo & ſolôce foris veſtiuntur, & lino interulis abſconſo blandè molleſcunt. Horridum ſolôcis indumentum, intactâ carne propriâ, ſpectatorum oculos impunè exaſperant, dum linum delicatum interiora demulcet.

Beda

Dum veſtis ex lanâ & lino texta prohibetur, hypocriſis vetatur. quomodo?

7 Opinor, hypocriſis ingenio alienos oculos cilicino horrore ambitioſè macerant, dum proprias carnes lino blandiori titillant. Hanc lanæ & lini mixturam Deus altiùs vetat: qui *linum intùs celant, in ſuperficie lanam oſtendunt.* Horum cognoſcendorum indicium Beda ſuggerit: *Qui ſub locutione innocentiæ, intus ſublimitatem celant malitiæ.* Vnde caueant oportet, ne intrinſecùs ſanileentem è lino amictum, ore maledico prodant. Quid ore publicas, quod tam ambitioſè celas? Neſciunt linum tectiùs occultare, dum malunt licentiùs obmurmurare.

5 Amos.5.v.2?

Amos 5. ita ſuo populo Deus comminatur: *Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.* Trans Damaſcum, id eſt, in Aſſyriam, quò traductæ ſunt decem tribus. S. Stephanus Actorum 7. Verſ. 43. habet, *trans Babylonem*; quia reipsâ *trans Babylonem* etiam abductæ ſunt in Mediam & Perſiam. Intermittamus nunc *Babylonis* ſignificantiam, & Prophetæ adhæreamus, qui ait, *trans Damaſcum*. Damaſcus enim perindè eſt, ac *ſanguinis ſuccus*, vel *bibens ſanguinem*, ſeu *ſanguis cilicij*. Quâ ſuper re ita ad rem præſenté ethice philoſophatur Stephanus Cantuarienſis inibi: *Migrare vos faciam trans Damaſcum. Malos facit Dominus tranſire in Damaſcum, id eſt, in potum ſanguinis, vt ſcilicet bibant pœnam æternam. Sed Hypocritas facit migrare trans Damaſcum; id eſt, grauiùs alijs puniet eos. Et benè pœna æterna ſanguis cilicij dicitur. Sicut enim cilicium fit de pilis caprarum fœtidarum: Sic pœna æterna de circumſtantiis peccatorum.* Videlicet reliquos peccatores quantumuis enormitate flagitiorum ſceleroſiſſimos, Deus ſcelerum vindex acerrimus tranſire facit in Damaſcum, id eſt, in infernum, vbi infernalis pyra *ſuccum ſanguinis* eorum perpetuò ebibat, & aridâ ſiti ſemper hauriat. At *Hypocritas facit migrare trans Damaſcum.* Eſt ne vltrà infernum, ſupplicium pœnalius? Quid atrocius voraci ſemper gehennâ? Profectò tantum eſt Hypocritarum ſcelus, vt vix ordinaria gehenna illud expiet. Imò ſi multiplex eſſet gehenna, illas multiplices Hypocrita meritò ſuſtinuiſſet: nam *Deus exercituum Hypocritas facit migrare trans Damaſcum; id eſt, grauiùs aliis puniet Deus.* quaſi totum infernalis gehennæ incendium puniendis Hypocritis vix ſufficiat, illis inferni flamma viuaciùs inaccreſcit. Et meritò: alij enim peccatores cum vitiis, Hypocritæ cum virtutibus ſcortantur, virtutéſque faciunt vitiis deſeruire. Quid tam deteſtabile, quàm cæleſtis virtutis *circumſtantiis* infernum mercari? quid tam inhumanum quàm *cilicij* exaſperantis, & horrentis ſacci ſpinoſitate moleſtâ, in æternum damnari? Vel Hypocrita *migrat trans Damaſcum*, quia in hâc vitâ velut pœnas inferni ſuſtinet, & in futurâ plenè ſuſtinebit.

Actor.7.

Daſmaſci etymon.

Stephanus Cantuarienſ.

Vltrà Damaſcum, id eſt, vltrà infernum Hypocritæ traduci dicuntur.

Hypocritæ ob cilicij ſpinoſitatem infernum negotiantur.

---

§. LVIII.

Hypocriſis, animæ fomes eſt ad vitia, gehennam parturit, ſibi mentitur, & Dei furorem ordinat.

HYpocriſis, bonitatis fucatâ malitiâ illudit, & arte crudeli virtutis cuſpidâ virtutes lancinat, pietates perimit, & truncat ſanctitates. Ieiunium ieiunio euacuat, humilitatem humilitate impugnat, continentiam caſtitate inceſtat, orationem oratione auertit, miſericordiâ miſericordiam

proſternit,

proſternit, & omnem virtutis rem ſibi maleſidam conſtituit. Hypocriſis cognata ſitia frigido poculo propinat ardorem. Hypocriſis dum ambit captiuare oculos, oculis fit ipſa captiua, alieni arbitrij vile mancipium. Si faciem homiois ipſa exterminat, ornamentum corporis quod manebit? Si lumen quod in hypocritâ eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quaniæ erunt? ô qualis, quantúſque morbus erit in eo, qui vel ipſâ virtutum ſanitate laborat? Proiodè cauenda eſt peſtilentia, quæ de remediis creat morbos, conficit de medicinâ languorem. Sit ergò bonum opus noſtrum (quanrùm in nobis eſt) ignotum hominibus, vni Deo notum: hominum enim non boni oculi, malitiæ artifices ſunt, rapaces virtutis, boneſtatis prædones, & ſanctitatum omnium ſubdolè furaces, Theſaurum namque, qui non abſconderit, perdit: virtutes proditæ noo manebunt: virtutes ſicut proditores ſuos deſerunt, ſic ſuos inſtant cuſtodire cuſtodes. Hypocriſis, ſanctitatum cadauer eſt, & funeſtus virtutum omnium tumulus.

a Matthæi 5. Chriſtus Deus, factus Diſcipulorum encomiaſtes, quales ſint, vel potiùs quales erunt, aut quales eſſe debeant, coram oſtendit, aiens: *Vos eſtis ſal terra..... Vos eſtis lux mundi.* &c. Aliàs addubitabamus, quare ſicut dicti ſunt ſal terræ, oon dicti ſint etiam lux terræ, ſed *lux mundi*? Magna dignitatis claritudo! ſed magnum ſanè periculum eſt, mundo lucere. Lux enim funeſtè denigrabitur mundi fuligine, & vanægloriæ ſumo Sidereæ lucis dumtaxat eſt ſine periculo lucere mundo. Sic cæleſtes ignes ad terras ſplendorem ſuum prodigioſè demittunt: & licèt ignea natura ad altiora intenſiùs auolet; aſpectabili tamen naturæ miraculo deorſùm procliuiſſimè deuergit, & mundum illuminat. Opinor, ſimili prodigio, Apoſtolica *mundi lux* dum depulſis errorum tenebris, cælo ac Deo lucet, mundo non lucet, ne de obſcurâ hypocriſi clàm vapulet vanagloria. Audiendus eſt Petrus Damianus Serm. 27. vbi exponens illud Apocalypſis 11. *Hi ſunt duo candelabra in conſpectu Domini.* &c. ita ſcribit: *Et attendendum: quòd dicit, Ante Dominum. Hypocritæ enim lucent non ante Dominum; ſed ante mundum, vt videantur ab hominibus. Apoſtoli verò luxerunt ante Dominum, ſed non ante mundum.* Grande quidèm lucendi miraculum, quòd Apoſtoli, & viri Apoſtolici, ſint *lux mundi*, & non luceant mundo, ſed *ante Deum*, & ſoli Deo; iuxtà illud Propheticum, *Luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illos.* Ænigma ſanè lucendi, qood lux mundi, non mundo, ſed Deo luceat: ſicut Hypocriſis eſt malitiæ ænigma; nam ante mundum, & ſoli mundo lucens, ſcintillantis nitore virtutis, cælo, ſibi, & mundo tenebras citiùs offuodit, & cæleſtem virtutem mundanis ac terreſtribus vitiis vilitate degenere facit deſeruire. Heu, dum Hypocrita mundo lucere ambit, ambulat in tenebris, proprio lumine vacuus, & operoſus alieno!

Matthæi 5. v. 13. & 14.

Apoſtoli, cùm ſint lux mundi, non mundo, ſed deo lucent.

Apocal. 11. v. 4. B. Petr. Damia. Ser. de S. S. Petro & Paulo.

Baruch. 3. v. 35.

3 Siracides Eccleſiaſtici 18. Sic nos ſalubriter monet. *Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis.* Vanaglotia turbas amat, frequentiam quærit, vt de virtutum ſpectaculo opinionem ſublimem captet. Hæ ſunt non carnis, ſed *animæ concupiſcentia*, quibus ad inanem gloriolam, pietatis nomen, & virtutis famam Hypocrita ſtimulatur. ô caue ab hac *animæ concupiſcentiâ*! Pulchrè Bernardus in Pſalmum, *Qui habitat*, Serm 6. vbi de vanægloriæ concupiſcentiâ, quâ animitus vritur Hypocrita, ita ſcribit: *Subtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, criminum fomes, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicinâ languorem.* Ecce tibi *animæ concupiſcentiam*, quæ de inaniſſimæ gloriæ pruritu ad famam contentiùs hiante, *criminum fomes* nominatur. Nimirùm ſuus eſt carni peccati fomes, ad delicias corporis appetentiùs inſtigans: nec animæ ſuus etiam fomes deeſt; adeſt enim maleſuada Hypocriſis, quæ de honoris ac famæ impotenti concupiſcentiâ, *criminum fomes* appellatur. Itaque Hypocrita duplici *fomite* ad malum vrgetur, & concupiſcentiâ, quæ *criminum fomes* dicitur, dum virtutis larnam ſpectatorum oculis obiiciens, inde ſanctitatis famam, & famæ honores aucupari ſatagit. Quare Hypocriſis dici forſan poſſet, *concupiſcentia oculorum*, non actiua; ſed quæ alienos oculos exambiat, è quorum aſpectu magnam ſui æſtimationem fruſtrà negorietur. Quid tam criminoſum, quàm fomitis carnis, animæ concupiſcentiam ſeu fomitem addere, Hypocriſis arbitrio? Vno concupiſcentiæ fomite ægrè innocentia ſeruatur, aut amiſſa diu recoperatur: qui alterum ſuperaddit, ad omnia vitia impotenter vrgetur. Ergò ne *præſtes animæ tuæ concupiſcentias.* Caue tibi ab Hypocriſi *criminũ fomite, animæ concupiſcentiâ.*

4 Salomon Prouerbiorum 30. Sic nos erudit: Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ (id eſt, ora) dicentes: Affer, affer. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod numquam dicit, ſufficit: *Infernus, & os vulua, & terra quæ non ſatiatur aquâ: ignis verò numquam dicit, Sufficit.* Ferè conuenit inter Expoſitores, per haoc Sanguiſugam, libidinem intelligi, quæ non tantùm ſit obſcœnæ voluptatis libido, ſed etiam libido gloriationis, id eſt, ambitioſa Hypocritæ coocupiſcenria, quâ hiat ad glorioſam ſui famam inexplebili appetitu. Itaqoe Hypocriſis inſatiabili honoris concupiſcentiâ hians, *inferno*, & *igni*, qui *numquam dicit, Sufficit*, merito pariatur: tum qoia inexplebilis eſt, ſicut *infernus* & *ignis*; tũ quia infernum parturit. Vndè Hypocriſis, quę vanægloriæ inſtinctu, tota famæ iohiat, à Chryſoſtomo homil. 17. in Ep. ad Romanos, *Mater gehennæ* nominatur. Hem! Hypocriſis, gehennarũ fœcunda, gehẽnas parturit? Opinor filia matrizat, & non bonæ matri ſimilis euadit. Imago inferni eſt Hypocriſis, quæ inceſſabili gloriæ appetitu vritur; adeò vt ſicut *ignis nunquam dicat, ſufficit*: in Hypocritâ porrò inexplebilis eſt inanis gloriæ appeten-

macilen

Eccli. 18. v. 31.

S. Bernard.

Hypocriſis eſt animæ fomes ad vitia inſtigans.

1. Ioan 2. v. 16.

Prouerb. 30 v 16.

S. Chryſoſt.

Hypocrita vt cæli inquilinus videatur, gehennam parturit, inferno ſimilis.

tia. Hypocrita corpus macerat ciliciis, inediâ macilentus paller, nudipes incedit, ſacco amicitur, & ambitioſo pœnitentiæ ſqualore ſordet humanis oculis, vt ab eis gloriolam famoſam extorqueat. Diaboli nundinæ ſunt, in quibus tot moleſtiarum pretio, Hypocrita infernum mercatur, & æmulatione gehennæ gehennam parturit. Infernum totus in hâc vitâ portat Hypoctita, & præproperè de inferno vſtulatus, oppignerat gehennam, Hypocriſis ſobolem, fœcundo clàm vitiorum partu, & infelici virtutum aborſu. Hypocrita, vt cæli inquilinus videatur, gehennam parturit.

5 Pſal. 26. v. 12 & 13.

Pſalmo 26. ſic pangit regius vates: *Et mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona Domini in terrà viuentium.* Quaſi dicat: In cælo apparebunt bona Domini, id eſt, virtutes & ſanctitates hominum, ſincerè, ſine fuco, vt in ſe ſunt: nam in terris nunc virtus parum ſincera apparet; tanſparet in eâ vitium: nam ipſa iniquitas fidelis ſibi non eſt, nec vel ipſi iniquo ſatis tuta: porrò ſibiipſi etiam infidè iniquitas mentitur. *Verè autem ſibiipſi iniquitas mentitur, quandò rebus ipſis non aduerſatur* (exponunt mihi Græci Patres in Commentario) Sanè Hippocritæ iniquitas *rebus ipſis* virtutum non videtur aduerſari: nam Hypocriſis pœnitentiam fouet, inediâ maceratur, exaſperatur ſacco, modeſtiam componit, humilitatem repræſentat, largè erogat elemoſynas, & tota ſanctitatibus erogatur. Quare Hypocritæ iniquitas, dum virtuti fauet, *ſibi mentiri* perhibetur. Imò indè Hypocritæ iniquitas magis ſibi mentitur, quò minùs mentiti videtur: nam cùm fictam ſanctitatem oculis alienis oppandit, potiùs illudit ſibi benè conſcio fraudulenti mendacij. Quò adludere videtur Laurentius Iuſtinianus lib. de Humil. cap. 15. ſic ad rem de Hypocritis fatus: *Fingunt quod non ſunt, atque à ſemetipſis deluſi, ceteros fallere arbitrantur.* Hypocritæ enim iniquitas, dum alios fallere ambit mentitâ ſanctitatis larua, compoſitâ virtutum fraude, oculorum tenùs honeſtâ, *ſibimetipſi deludit*, & ſibi priùs mentitur, quò mendacem aliorum fallaciam ambitiosè ſollicitet. Reliqua vitia, non ſe, ſed vitioſum fallunt; & indè non ſibi, ſed ſuis ſectatoribus mentiuntur. At Hypocritæ iniquitas, vt alios fallat, habitum inimicæ virtutis aſſumit, eóque ſibi deluſa mentitur, mentito ſui ludibrio. Altè igitur inquit Propheta de Hypocriſi: *Et mentita eſt iniquitas ſibi.* Itaque Hypoctiſis iniquitas nec vitio tuta eſt, nec virtuti ſecura.

Græci Patres.

Hypocritæ iniquitas ſibi mentitur & illudit, vt alios fallat.

B. Laur. Iuſt.

6 Iob 36. v. 23.

Iob 36. ita ſcribitur: *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint.* Qui ſunt iſti ſimulatores callidi, qui iuſto Dei iudicio peracerbè puniti, tam atroces pœnas ſuo ſceleri condignas, muto ſilentio tandem confitentur? Porrò lugubris garrulè querimonia, euaporandi doloris arbitrium eſt. Præſcriptam Iobi ſententiam ſic ex Hebræo aliqui efferunt: *Hypocrita falſi cordis iram concerunabunt.* Viuaciùs LXX. Interpretes verborum ſenſum ad rem exponunt: *Ordinabunt furorem.* Scilicet Hypocritæ dum duplici corde, imò & *corde falſo* meta, vitia virtutis penicillo colorant, iram Dei vindicis *prouocant*, quin & *concernant*; & tam acerbo (ne dicam atroci) mulctantur ſupplicio, vt, ne videri poſſit ſæuitia, quæ condignè merita pœna eſt, dicatur non tam à Deo ſtatuta, & illis vibrata, quàm ab ipſis *ordinata*, ad iniquiſſimæ Hypocriſis vltionem. Hypocritæ *ordinabunt furorem.* Nec mirum, quòd Hypocrita, qui *trans Damaſcum*, id eſt, trans infernum migrat, qui *gehennam* parturit, fœcunda *gehenna mater*, tam acerbum pœnaliſſimè ſupplicium ſubeat. Etquidem muto ſilentio mutire non audent, cùm non tam Deus iratus, quàm ipſimet Hypocritæ tantum Diuinæ iuſtitiæ *furorem ordinaſſe* dicantur. Tam atrox pœna taciturnitate adoretur, quam ſibi Hypoctiræ fulminarunt. Vnde hi ſenes Hypocritæ lapidatione appetendi, & torrendi frixione, mitiſſimè tacent, nec vel mutire perhibentur. Qui ſibi pœnam ordinar, illam ſilenter ferat.

Hebræus LXX. Interp.

Hypocrita ordinans Domini furorem, quo acriùs puniuntur: & tacent quare?

---

§. LIX.

Ambitio eſt fabula ſcenica intellectu viduata, ambitioſi domina; & pretium ſeruitutis eſt Dignitas, quæ ambitioſum vſque ad infernum comitate ducitur.

NEmo ex iſtis, quos vides ſenatoriè togatos, aut faſcibus præeuntibus impetiosè auctoratos, imò & ſplendidè purpuratos, felix eſt: non magis quàm quiſpiam ex illis, quibus ſceptrum, & chlamydem fabulæ aſſignât, cùm præſente populo elati inceſſerunt, & cothurnati, ſimul ac exierunt, excalceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt. Non theatrum, ſed fabula magnos facit: theatrum ſcenicè ad momentum adornat, fabula concinnè fingit, ſed fingit. Sic mundus, quas poëtatur dignitates, honores, ſublimitates, in vitæ ſcenâ repræſentat. Nec cubitum vnum ad cuiuſque ſtaturam addit: quod ſublime apparet, de arguto fabulæ mendacio eſt, & de ambitionis arbitrio faſtigiatur. Heu quot in dignitatibus ad dignitates aſcenditur! quot viliſſimis obſequiis, vnius ciuitatis aut prouinciæ obſequia mercaris! Fictum adeptæ Dignitatis mendacium, quot ſycophantarum mendacia ſuſtinere cogitur! quot rapinas furaciſſimè parrare, vt ambitæ Dignitatis ſqualidè opulentos ſumptus vtcumque redimas! Si quos iuſtiſſimè condemnas, tot cum ſuis familiis inimicos hoſtiliter armas. Siquem ſcelerosè ſontem indulgenter abſoluis, ſententiam pecunijs emptam, maledicum vulgus oblatrat. Miſerrimus eſt, qui in publico ſemper poſitus, omniū ſemper oculos patitur, & de affectu cenſuram. Id ambit, qui breuem ac futilem Dignitatem ſumptuoſiùs exambit.

1 Seneca.

Ambitio dignitatem ſcenicam negotiatur.

Pſalmo 118. digna Dauide rege vox ad Deum auditur: *Tuus ſum ego, ſaluum me fac.* Pauculi ſunt, qui hanc vocem vſurpare poſſunt. Ecquis Regum aut Principum, imò & inferiorum Magiſtratuum poteſt Deo verè dicere, *Tuus ſum ego?* S. Ambroſius indidem ſuper hâc ſententiâ, ita ſententiosè philoſophatur:

2 Pſal. 118. v. 94.

tur [illegible] quis, *qui poſſit dicere,* *T*[illegible] *c* [illegible] *ar. Tam* [illegible] *tes. Vere libido &* *dic* [illegible] *qui ſunt corporis concu-* *pi*[illegible] *atem e; quia ar-*
3 [illegible] *ſeruitutis tua* *pretium eſt.* Videris dimidiatum ambitio quid concupiſcat, nempè ſeruitutis pretium. Addit ad rem Ambroſius: *V*[illegible] *ambitio,& dicit: Planè* [illegible] *; neſcis quod ideò imperare aliis te ſit, vt* [illegible] *quid ideò po-* *tes* [illegible] *a te ſubiicerent po-* *te*[illegible] qui bonum dum imperare aliis negotio [illegible] Ambitionis [illegible] graui quidèm dominio, ſed animum obſequi clanculùm negotiatur. Sic [illegible] Ambitio Dignitatis pretio [illegible] atque potentiæ commercio ipſum ambitioſum mercatur, & in ſuam miſerè redigit ſeruitutem. Heu, quàm vile lucellum, ingenuæ libertatis iacturam facis, & eiſque teipſum vanægloriæ vile mancipium! Introſpice quod ambitæ dignitati ſubeſt, ne videas quod in ſuperficie ſcintillat, & glorioſum extenditur & apparet. Nemo ſapiens, prudens nemo ex facie externa cenſuram vibrat, ſed rem ipſam penitiùs ſcrutatur, & medullam introſpicit, ne rem emat exuccam; fucos mundus vendit, & plures inuenit mercatores, virtus nucleum propinat, & nec gratis accipitur. ô ambitionis fractam felicitas! ô graue vanæ gloriæ ludibrium, ſibi fatuè illudit, qui glorioſæ commercio ſeipſum, ſuamque libertatem mundanatur. *Venit ambitio, & dicit: Planè meus es; neſcis quod ideò imperare aliis te ſecit, vt mihi ipſe ſeruires? neſcis quod ideò poteſtatem in te contulit, vt mea te ſubiiceret poteſtati?* Verè pariter ac bellè Ambroſius.

3 Pergit regius Pſaltes, de impiis glorioſè potentibus ſic pangens: *A gloria eorum detur-* *bati ſunt.* Verumtamèn Deus redimet animã meam de manu *inferi.* Ne timueris cùm diues factus fuerit homo; & cùm multiplicata fuerit *gloria* domûs eius: *Quoniam cùm interierit non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria eius.* Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus, ait Paullus. A quo furſan edoctus Seneca: *Quicquid circa te iacet rerum,* ait, *tamquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta: tranſeundum eſt. Excutit redeuntem natura, ſicut intrantem. Non licet plus efferre, quam intuleris.* Ita ſanè, quod nimis eſt perſpicuum ex vtràque eruditione & experientiâ. Quare ſuperuacuum videtur, vt rei notiſſimæ nos Propheta tam ſeriò admoneat. Nempè diuites potentes, & Dignitatum gloria ſul limes in hoc noſtro ſeculo, cùm tandem interierint, Dignitatibus exuti, cum eorum *gloriâ* non deſcendent in infernum. An deſcendent in infernum cum ipſis Dignitatibus, quæ [illegible] hominum cenſu putantur glorioſæ, [illegible] gloria non deſcendant? Subdit Petrus Bleſenſis epiſt. 31. ad hunc [illegible] locum forſan adludens, ita ſcribit: [illegible] *non commutatio, eſt eorum damnatio;* [illegible] *pauperias ad cælum promouet,* *tot cum Dignitatibus ſuis infernus abſorbet.* Nimiùm Principum ac Magiſtratuum mundana gloria, cum illis in infernum, non deſcendit, nequid vel ſpecie tenùs glorioſum illis ſubſit: at iſtiuſmodi Principes, Magiſtratus, & Potentes *cum Dignitatibus ſuis infernus abſorbet*, ne Dignitatum angor, ſollicitudo, ſeruitus, & conglobatæ honorum moleſtiæ, illis ad pœnam deeſſe videantur. Scilicet non ſatis pœnalis foret Potentibus gehenna infernalis, niſi etiam mundanis olim Dignitatibus exacerbaretur. Sceptra, purpura, toga glorioſiùs Senatoria, & adminiſtrata Reſpoblica ſecolaris & Eccleſiaſtica illos atrociter anget, vret, morſicabit, ne etiam tunc à Dignitatum moleſtiis immunes ſint. Et obiter nota, quàm frequens Potentium turba gehennalibus damnetur flammis; quandoquidèm comparatur Pauperum numero, quos cælum excipit, & continuò ambit: *Quot*, inquit, *pauperias ad cælum promouet, tot cum Dignitatibus ſuis infernus abſorbet.* ô videat infelix Potentia quid negotioſiùs exambit! Sollers Ambitio, obtentu ambitæ Dignitatis, miſerrimum cæli exilium, & tragicam ſui damnationem, cum his nequam Senibus, male Iudicibus, ſumptuoſiùs negotiatur. Non deſcendit in infernum *gloria* eorum; ſed ipſos *cum Dignitatibus ſuis infernus abſorbet.* o time, Dignitates, Honores fuge quiſquis cælum exambis!

4 Iudith. Arphaxad nuper Mediæ Prorex, ambitione infidâ regnum inuaſit; & iam Medorum rex, vrbem condit eleganter munitiſſimam, totius regni arcem, ac Metropolim. *Et gloriabatur quaſi potens in potentiâ exercitus ſui, & in gloriâ quadrigarum ſuarum.* Quaſi potens, non verè potens gloriatur, qui in humanâ potentia gloriatur: qui inexpugnabilem extruebat arcem, in quâ ſecurus ipſe, finitimos poſſet expugnare. Inquieta res eſt ambitio, nec ipſa quieſcit, nec alios quieſcere ſinit. Gloriatur in potentiâ, beatur in victoriis, & ex aliis alias exambit. Beatior autem humanæ potentiæ gloria, ficti honoris titubatio fuit, & excidij confinium. Eloquenter Sidonius Apollinaris lib. 2. Epiſt. 13. ſic ad rem fatur: *Sententia tali numquam aſſentior, vt fortunatos putem, qui Reſpublica præcipitibus ac lubricis culminibus inſiſtunt. Nam dici nequit quantum per horas ferit, in hâc vitâ miſeriarum, vitâ felicium illorum (ſi tamen ſic ſunt pronunciandi, qui ſibi hoc nomen vt Sylla præſumunt,) nimirùm qui ſupergreſſi ius, fáſque commune, ſummam beatitudinem exiſtimant, ſummam poteſtatem; hoc ipſo ſatis miſeriores, quòd parum intelligunt, iniquiſſimo ſe ſubiicere famulatui: nam ſicut hominibus Reges, ita Regibus dominandi deſideria dominantur.* Nempe qui ſupergreſſus ius fáſque commune, *ſummam beatitudinem exiſtimat, ſummam poteſtatem*; arrogantèr cum Syllâ *præſumit*, ſed egregiè fallitur: nam etiam tunc quidèm *quaſi potens* dicitur: nam opinatâ

Marginal notes:
Ambitio Dignitatis pretio [illegible] mercatur.
Pſal. 48. v. 18.
1. ad Tim. 6. v. 7.
Senec. epiſt. 102.
[illegible] d vo. [illegible] du. hon.
Petr. Bleſ.
Non cum gloriâ, ſed cum Dignitatibus ſuis Potentes infernus abſorbet, quarot
Tot damnantur per Potestatem, quot per pauperum humilitatem ſaluantur.
Hic verſ. 5.
Iudith. 1. v. 4.
Sidon. Apol.
Summa Poteſtas, ſumma Beatitudo putatur.

P.Didac. Celada in Suſannam.

P insta

inſtabilitet potentiâ, malè *beatos*; & indè falſò gloriatur, ingloriæ ruinæ proximos. Quin & per potentiæ faſtigium iniquiſſimo ſubijcitur famulatui: *nam ſicut hominibus Reges, ita Regibus dominandi deſideria dominantur*, quæ eſt principalis Potentum ſeruitus, quâ ſiunt ſtigmatica deſideriorum mancipia, ac duram proindè ſeruiunt ſeruitutem. Porrò imperialis Ambitionis vox eſt: *Neſcis quòd ideò imperare alijs te feci, vt mihi ipſe ſeruires? Neſcis quòd ideò poteſtatem in te contuli, vt mea te ſubijcerem poteſtati* Ergò quiſquis poteſtatem ambit, Ambitioni ſubiectionem viliſſimam exambit.

Reges hominum, Reges desideriorum ambitio regnat.

S Ambr. ſup.

5 Danielis 4. Nabuchodonoſoris, vel potiùs ſuperbiſſimæ Ambitionis vox auditur: *Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cùmque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua.* Vbi magnus hic Heros, & Regnum potentiſſimus, egregia ſua facinora aſpexit, & gloriam quâ mortales cæteros ſuperabat, conſiderauit, dum ſuprà humanum faſtigium arroganter ambiuit hominem exuere, & cum brutis habitare iubetur. Appoſitè Bernardus epiſt. 137. *Homo*, inquit, *cùm in honore eſſet, non intellexit: quod quidèm ad cauſſam magis, quam ad tempus arbitror referendum, vt ſic intelligatur dictum: Cùm in honore eſſet, non intellexit, ac ſi diceretur: Honor abſorbuit intellectum*. Bernardo adnuit Richardus Victorinus l. 2. de Erudit. homin. inter. cap. 51. vbi de Nabuchodonoſore ſic ſtatuit. *Quantùm te ſuprà homines extuliſti per arrogantiam, tantùm infrà homines deijcieris per culpam; & cum beſtijs & feris erit habitatio tua. Ab hominibus eiectus, ad feras & beſtias deſcendes.* ô præalta ruinæ menſura! Quantùm Ambitio ſe ſublimare præſumit, tantum dignè deprimitur lapſu infimiſſimo. Qui faſtigia ambis, ruinam indè profundiſſimam negotiaris. Meritur deſcenſum, qui aſceſum fabricat. Nabuchodonoſor vltrà hominem eſſe præſumit, & infrà hominem cum beſtialibus brutis deturbatur, Ambitionis turbine dementatus. Hem! ſic ambitos. *Honor abſorbet intellectum*? Sic obbruteſcit Ambitio, vt hominē intellectu viduatum, hominum exgregem, & congregem belluarum efficiat? Sibi inuidet rationem Ambitio.

Daniel. 4. v. 27. & 28, & 29.

S Bernard.

Sic obbruteſcit ambitio, vt ſibi rationem inuideat.

Rich. Victor.

---

§. LX.

Damnabilior eſt malitia horum Senum, quam titulus bonitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen.

1 CVm Eccleſiam nunc primitiuæ pariat, ſic querulus opplorat Chryſoſtomus: Cælum, inquit, tunc Eccleſia, nunc veſtigia tantùm illarum rerum tenemus. Videtur Eccleſia hodie ſimilis mulieri, quæ conſuetudine veteri exciderit, quæ tantùm ſymbola felicitatis illius referat quædam, arcas, ſcrinia rerum pretioſiſſimarum adhuc ſeruans, theſauro deſtituta: ita Eccleſia caret virtute, & bonis moribus Virgines habet Eccleſia, viduas habet, ſed illis virtutibus vacuas, quæ ad huios ſtatûs ornamenta requiruntur Iam quæ nuptæ ſunt hodie magnam venuſtatem oſtendunt quidèm; atqui non eſt hoc, quod quæritur ſolùm; ſtudio in miſeros diligenti eſt opus, quo præſertim matronæ veteres ſplendebant. non eo modo quo noſtræ. Illæ auri loco miſericordiæ officiis, velut mundo quodam veſtiebantur; noſtræ, relictis his, è vitiorum catenâ funiculis aureis, implexis vndique cinguntur. Scrinium aliud paterni theſauri exinanitum hodie dicam. Quondam pſallebant in vnum omnes; facimus & nos; & tunc vna omnium mens, cor omnium vnum fuit; hodie ne vnâ quidèm in mente concordiam vnam reperies, ſed bellis vndique omnia feruent. *Tunc etiam domus Eccleſia erant; nunc verò Eccleſia domus; imò domo quâlibet profana magis, quando in Eccleſiâ ea facitis, quæ in domibus veſtris nequaquam permitteretis.* Hactenùs ille. Vndè quò ſceleroſior eſt Chriſtianorum culpa, adſpectu ad paganos, eò acrior diuini cenſura iudicij illos manet.

S. Chryſoſt. hom. 3. in Acta.

Quàm nunc à primitiuâ Eccleſiâ Chriſtiani deſciuerint.

Templa, ſicut domus priuatæ profanantur.

2 Dei quondam populus, ob enormiora ſcelera, patriæ exul, vitiorum potiùs captiuus, quàm Babylonij regis, diu ſeruit. Habitat in Babylone, vt regni, ita & ſcelerum metropoli, & nequioris malitiæ promptuario, ac ſymbolo. Cùm permitteretur Iſraëlitis aliqua iuſtitiæ forma, conſtituti ſunt de populo duo ſenes iudices in illo anno: *de quibus locutus eſt Dominus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* Sic atrociter horum malitia inſoleſcit, vt in Babylone. Babylone inquam, ſcelerum matrice, impietatis emporio, barbararum libidinum nundinis, auaritiæ rapinæ licentiâ, ambitionis priuilegio, imponi crudelitatum officinâ, eminere, & ſumptuoſiùs exorbitare dicatur? In tantâ flagitiorum colluuie, ſic populi Dei abundat nequitia, vt è Babylone egredi, & exundare dicatur? Opinor, Iſraëlitas eſſe Babylonijs ſceleroſiores, non re, ſed nomine. Nam Dei populum, Idololatræ ac barbaræ gentis vitia adæquare, de ſanctæ appellationis abuſo, & ſacri nominis reatu, atrocior iniquitas eſt, & malitiæ hyperbole. Quod Saluianus lib. 4. de Gubernat. Dei, acerbiùs de Chriſtianis ediſſerit: *Igitur qui meliores nos multò cunctis quæ ſunt in mundo gentibus iudicamus!* (idem cenſe de Iſraëlitis, Dei quondam populo) *Nec ipſe qui Romanos, Babylonios etiam, dico in plurimis deteriores abnego, in quibuſdam eſſe meliores. Vitâ enim & peccatis ſumus deteriores; lege autem Catholicâ ſine comparatione meliores. Iniuſti ſunt barbari, & nos hoc ſumus: infideles ſunt barbari, & nos hoc ſumus: cupidi ſunt barbari, & nos hoc ſumus: impudici ſunt barbari, & nos hoc ſumus. Omnium demque improbitatum atque* impuri

Hic verſ. 5.

Quare Dei populus dicitur gentili populo flagitioſior?

Saluianus

Huius ſeculi corrupti mores.

impuritatum pleni ſunt, & nos hoc ſumus. Nota attentiùs quæ adiicit verba: *Imò hoc magis culpabiles ſumus, ſi legem bonam colimus, & mali cultores ſumus. Ac per hoc accuſatrix noſtri eſt lex ipſa, quã colimus.* Ergò viderint, *ſi aliud eſt vita iſtorum omnium, quàm meditatio, & trutina mendacij.* Quid hiſce Senioribus, populi Dei Iudicibus, & Suſannæ damnatoribus accommodatius? De eis enim meritò dicitur: *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus*, &c. Quid tam enormiter peruerſum, quàm de pietatis titulo impietatem excudere?

3 Hic verſ. 56.

3 Hic Verſ. 56. Daniel nouus Iudex, canâ prudentiâ alterutri Iudicum (vtrique adæquè potuiſſet,) peritè dixit: *Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* &c. Cùm Iudicem populi Dei, & regiâ Iudæorum nobilitate inclytum, ſic acerbè Propheta tractat, putare procliue eſt, id feciſſe, vt illi nefaria ſcelera duriùs exprobraret. Verùm cùm eum à Iudæ generoſâ ſtirpe excludit, & à populo Dei procul arcet, appellans *ſemen Chanaam* ſceleroſi, impij, maledicti idololatræ, & à populo Dei hoſtiliter extranei eum non tam maledictis incuſat quàm Deum vindicat à contumeliâ, quã ei impingit qui recenſitus in Dei populo, tam ſceleroſè delinquit. Itaque Daniël dum illum non Iudæum, ſed Chananæum nominat, & illius ſanctũ nomen abrogat; & non tã eumdem culpat, quàm de diſſimulatâ Dei blaſphemiâ vindicias agit. Audiendus eſt idẽ Saluianus, qui adhunc locum tacitè videtur adludere, pro Iudæis Chriſtianos ſubſtituẽs:

Saluian. l. 3 de Prouid. Malitia Chriſtianorum, nomen Chriſtianum abrogat?

Quo fit, inquit, *vt etiam nos, qui nos Chriſtianos eſſe dicimus perdamus vim tanti nominis vitio prauitatis. Omninò enim nihil prodeſt nomen ſãctum habere ſine moribus; quia vita à profeſſione diſcordans, abrogat illuſtris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem.* Dein ſubdit: *Quid eſt, quod nobis de Chriſtiano nomine blandimur? cum vtique hoc ipſo magis per nomen ſacratiſſimum rei ſumus, qui à ſancto nomine diſcrepamus. Nam & ideò plus ſub religionis titulo Deum lædimus, quia poſiti in religione peccamus.*

Cur hi ſenes dicuntur ſemen Chanaã, & non Iudæ?

Ideò Daniel hoſce Senes, *Semen Chanaan, non ſemen Iuda* nũcupat; & Iudææ ſtirpis nomen abrogat, ne rei nominis, tot ſceleribus *Deum lædant* in populo Dei indignè recenſiti.

4 Pergit idem Saluianus pari elegantiâ, nec impari acerbitate:

Saluian. l. 4. de Prouid. ad Rom. 2. v. 24.

Nomen Dei per nos blaſphematur inter gentes. Cuius ergò criminis rei ſunt Chriſtiani, ex hoc vno intelligi poteſt, quòd Dei nomen infamant. Cùm ipſe Saluator noſter ad nos quotidie clamet: Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant filii hominum opera veſtra bona, & magnificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Nos ita viuimus econtrariò, vt filii hominum videant opera noſtra mala, & blaſphement Patrẽ noſtrum, qui in cælis eſt. Ita agimus ac viuimus, vt hoc ipſum quòd Chriſtianus populus eſſe dicimur, opprobrium Chriſti eſſe videatur... In nobis Chriſtus patitur opprobrium, in nobis patitur lex Chriſtiana maledictum. Talis profectò ſecta eſt, quales & ſectatores. ô caue has humanæ prudentiæ voces: *Sancta à Chriſtianis fierent* (& olim à Iudæis) *ſi Chriſtus ſancta docuiſſet. Æſtimari itaque de cultoribus ſuis poteſt ille, qui colitur.* Idcircò Daniel hos nequam ſenes, à populo Dei quantocyùs excludit, & Chananæo populo attribuit, ne de eorum impietate, legiſlatori Deo, & eius religioni Babylonia cenſuram vibret. Viderint Chriſtiani, viderint Religioſi. Taceo.

De ſceleroſà Chriſtianorũ vita, Chriſti nomen infamatur, & blaſphematur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Ieremiæ 16. iratus Dominus truces populo ſuo minas iactat: *Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum.* Quid eſt, *duplices*? Quidam exponunt *duplices*, id eſt, multiplices pœnas, Dei populum pro ſuis flagitiis daturum. Adhæc *duplices*, id eſt, patrum & filiorum, inquit Iſidorus. Denique *duplices*, ait Hieronymus, quia duplo grauiores fuerunt iniquitates Iudæorum Dei legem cognoſcentium, quàm Gentium ignorantium. Adſẽtit Origenes homil. 11. *Gentium*, inquit, *peccata, qui voluntatem Domini neſciunt, dicuntur ſimplices iniquitates; duplices autem illorum peccata, qui ſciẽtes eam, executioni non mandant.* Scilicet quia Babylonij & reliquæ Gentes Deum ignorant, *ſimplices* iniquitates committunt, & ſimplices earum pœnas luunt. At hi ſceleroſi ſenes, populi Dei Proceres, & in eius lege periti, ob diuinæ legis ac voluntatis peritiam, *duplices* iniquitates in ſingulis committunt; quare *duplicium* iniquitatum nunc pœnas dant: nam duro lapidum crepitantium turbine ad necem verberantur, ſecundùm Moyſis legem ſcelera talione expiãtem. Deindè iuxtà Babyloniæ barbaricas ſãctiones in candenti ſartagine torrentur dirâ frixione, iuxtà oraculum Ieremiæ. Neque ita dignas flagitij pœnas exoluunt: ait enim Propheta: *Reddam primùm duplices iniquitates.* Nempe quaſi parùm foret, pœnas *duplices*, Ipſaſque atrociſſimas dare, ait eas *primùm* daturos, quaſi poſt has *duplices* pœnas *primùm* luendas, adhuc alia ſuperſit æternùm in inferno ſuſtinenda, quò vna *duplex*, aut plures iniquitas Dei populi, diuinarum legum notitiam habentis, condignè expietur. ô Hebræus quondam populus pauidè timuerit, timeat & nunc populus Chriſtianus Deum, quem benè noſcunt, malè offendere! Dei enim minax illis vox eſt: *Reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum.*

5 Ierem. 16. v. 18.

S. Iſidorus

S. Hieron.

Origenes

Deus Hebræo & Chriſtiano populo, non pagano, duplices iniquitates minatur.

Apocalypſis 3. hæc eſt ſeptima, & vltima Chriſti epiſtola ad Epiſcopum Laodicenſẽ: 6
Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq; calidus: *vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Peritè hic peruestigant Interpretes, quinam vocentur calidi, frigidi, & tepidi? & cur tepidi frigidis deteriores eſſe dicuntur? Richardus Victorinus, Beda, Aretas, Ambroſius ſerm. 2. in Pſal. 118. Frigidi, inquit, ſunt infideles, qui peccant per ignorantiam; his peiores ſunt tepidi, id eſt, fideles peccatores: quia peccatum, verbi gratiâ, libido, fraus, iniuſtitia, grauior eſt in his Senibus Moſaice fidelibus, quàm in Babyloniis idololatricè infidelibus. Grauiſſimè Saluianus libro 4. de Gubernat. Dei: *Magis*, inquit, *damnabilis eſt malitia, quam titulus bonitatis accu-*

Apocal. 3. v. 15. & 16.

Richardus

Beda

Aretas

S. Ambroſius

Cur dicuntur tepidi frigidis deteriores?

Damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatem accuſat.

Siluianus

ſat:reatus impij eſt pium nomen.Vtinàm aut calorem & fidem haberes bonorum Chriſtianorũ, aut certè frigus & ignorantiam paganorum. Minor eſt Gentilium Babyloniorum malitia,exulum Iudæorum nequitiâ : illi populũ ignorantes barbarũ,hi Dei populum de cælo eruditum conſtant : exindè damnabilior eſt malitia,*quam titulus bonitatis accuſat : reatus impij eſt piũ nomen.* Nõ enim opinor hi nequã Seniores in famâ & vitâ Suſannæ tot ſtrages edere atrociter præſumerent, niſi bonitatis. zeli,ac iuſtitiæ nomine illam accuſarent:vndè iudiciarij muneris , canæ auctoritatis , & ſeruandæ legis colorato ſuffragio, fidem ſibi fecerunt , & immeritam Suſannæ caſtiſſimæ damnationem negotiantur. Quare *magis dãnabilis eſt malitia,quam titulus bonitatis accuſat:reatus impij eſt pium nomẽ.* Presbyteri erãt, Iudices,Primores populi Dei:& indè religionis,pietatis,ac iuſtitiæ vindices ex munere. *Vtinàm aut calorem & fidem haberent bonorum.* Iudæorum(quæ tunc erat vera religio,) *aut certè frigus & ignorantiam paganorum.* ô Senes religionis felicitate miſerrimos,quos nõ tam malitiæ nomen , quam *titulus bonitatis accuſat!reatus impij eſt pium nomen*:quem reatum nec lapidatio, nec frixio ſatis expiauit.

Reatus impij eſt pium nomen.

---

§. LXI.

Mores regali curiâ expoliti, & ipsâ vrbanitate decepti , inidonei ad virtutem reputantur.

1 Ter.Apolog.cap.21.

ACurè pariter ac eruditè Tertullianus probat ſolenne fuiſſe in omni æuo,Numinis cultum per hominem aliquem initiari:Deum colimus per Chriſtum,inquit, Illũ hominem putate, per eum & in eo ſe cognoſci vult Deus & coli.Vt autem Iudæis reſpondeamus , & ipſi Deum per hominem Moyſen colere didicerunt : Vt Græcis occurram,Orpheus Pieriæ , Muſæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiæ initiationibus homines obligauerũt: Vt ad vos quoque dominatores Gentium aſpiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operoſiſſimis ſuperſtitionibus onerauit. *Licuerit & Chriſto commentari Diuinitatem rem propriam;non qui rupices & adhuc feros homines multitudine tot Numinum demerendorum attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa;ſed quia iam expolitos , & ipſâ vrbanitate deceptos,in agnitionem veritatis oculatet. Quærite ergò ſi vera eſt iſta Diuinitas Chriſti:ſi ita eſt , quâ cognitâ quis reformetur.* &c. Grande quidèm ac præualidum argumentũ, quo euincitur *licuiſſe Chriſto commentari diuinitatem rem propriam.*:Numa enim petrones, rupices,atque ineruditos homines, præ mẽtis ruditate , & agreſti animorum barbarie, contrà ratiocinari non eualentes, ad vrbium politiam,&Idolorum ſuperſtitionem pertraxit;Chriſtus autem non ſimplices rupicones, ſed homines *iam expolitos, & ipſâ vrbanitate deceptos,in agnitionem veritatis oculauit*; quod eſt facinus vſque eò arduum,vt Chriſti diuinitatem tamquam illuſtri *commentario* manifeſtè clarauerit. ô ſic *expolita vrbanitas decipit* homines,ne ad pietatem reformentur?ſic eſt cæca , & ad veritatem *inoculari* difficilis? Agreſtis ruſticanè ſimplicitas,quàm *expolita vrbanitas* , benè Chriſtiana eſt.

Expolita vrbanitas ſic decipit, vt morum reformationi parum idoneos reddat?

Exilij Babylonici dira calamitas,Iudæorũ corda dolenter pupugit , & meliora ſapere docuit pœnitẽtiæ arbitrio,& naufragio peccatorum , propter quæ tot mala extorres patiebantur.Putauerim meliùs conſultum his, quibus extrà Babylonem habitatio contigit. Nam Babylon ſicut & imperij. ſic & vitiorũ Metropolis erat.Quare hîc Verſ.5.dicitur:Et conſtituti ſunt de populo duo Senes iudices in illo anno:De quibus locutus eſt Dominus *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à Senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* Quid eſt quòd iniquitas dicitur de Babylone *egreſſa*? an quia ibi plenè ſtagnat , atque vberrim exundat? Non valdè prauos Babylon exules Iudæos excepit,ſed fecit ; *Egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus.* Opportunè Bernardus in libris de Conſiderat.ad Eugenium:*Curia*,inquit,*bonos recipere faciliùs quàm facere conſueuit.* ô nimis vere! Curia enim ſæpè ambitionis ſtadium eſt,ſtudium auaritiæ, luxuriæ licentia, litigatorum rixa,mẽdaciorum officina,adulationis gymnaſium,& politica vitiorum omnium palæſtra.Idcircò *de Babylone egreſſa iniquitas* dicitur:quia magni Regis *curia bonos recipere faciliùs quàm facere conſueuit.* Inde olim faculã accendebamus non vulgari Matthæi loco ethicè clarando:cùm ſcilicet magnus ille *Rex* in filij ſui nuptiis fecit grande conuiuium, & negligens inuitatos venire renuentes,dixit ſeruis ſuis : *Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis,vocate ad nuptias.* &c. Ad *exitus*,non ad introitus Curiæ ſuæ,& regni metropolis iubet ire ad quærendũ idoneos regijs epulis,id eſt,empyreo beatè conuiuio Nempè cùm è metropoli exeunt , non cùm illam adeunt , aut in eâ negotiosè verſantur,cenſentur apti, qui ad nuptiale cælorum epulum inuitentur. Exindè non ad Curiæ vias,non ad eius introitus; ſed ad eiuſdẽ *exitus* mittit inuitatores Angelos;aut prædicatores Euangelij:nam *Curia bonos recipere faciliùs quàm facere conſueuit* ; ac ſi propè deſperet *iam expolitos,& ipſâ vrbanitate deceptos* ad ſe trahere.

2

Hic verſ. 5.

Curia bonos recipit faciliùs quàm facit.

S. Bernard.

Matth. 22.v. 9.

Quære in exitu , potiùs quàm in introitu Curiæ ad calum inueniuntur.

3

Geneſeos 18.amicè denunciat Deus Abrahamo excidium Sodomæ quæ erat Pentapolis totius ſceleroſa metropolis.Inſtat iterùm atq; iterùm Patriarcha,pius veniæ interpellator.Obſecro,inquit, ne iraſcaris Domine , ſi loquar adhuc ſemel. Quid *ſi inuẽti fuerint ibi decem* iuſti? *Et dicit:Non delebo propter decem.* Non conuenit inter Expoſitores, an hi decẽ iuſti propter quos veniam pollicetur Deus, inueniẽdi ſint in totâ illâ regione, an in vnâ principe totius regionis metropoli,nẽpè Sodomâ.Hoc dubiũ ſcitè proponit Aug.l. 1.q. veter.teſtam.q 40.*Quæri ſolet,ait,vtrum quod de Sodomis dixit Deus , non ſe perdere locum ſi inuenirentur vel decem iuſti , ſpeciali quadam ſententia , de illa ciuitate , an de omnibus* intelli

Geneſ.18. v. 32. & 33.

S. Auguſt.

intelligendum ſit generaliter, parcere Deum loco in quocumque vel decem iuſti fuerint? Reſpôdet ſapienter Auguſtinus id non eſſe intelligendum de torâ Pentapoleos regione, vrbeculas, oppida, ac vicos complectente; ſed de vnâ vrbe Sodomâ totius prouinciæ metropoli: *In quâ quæſtione,* inquit, *non eſt quidèm neceſsè, vt hoc de omni loco accipere compellamur. Verumtamen de Sodomis potuit, & ſic dici, quia ſciebat Deus ibi non eſſe vel decem: & ideò ſic reſpondebatur Abrahæ, vt ſignificaretur, nec tot ibi poſſe inueniri.... Tale aliquid eſt apud Ieremiam vbi ait: Circuite vias Ieruſalem, & videte, & quærite in plateis eius, & cognoſcite ſi inuenietis hominem facientem iuſtitiam, & quærentem fidem, & propitius ero peccatis eorum: id eſt, inuenite vel vnum, & parco ceteris: ad exaggerandum & demonſtrandum quòd nec vnus ibi poſſet inueniri.* Hîc nimirùm proſcribitur Curialium vita, & magnarum vrbium habitatores prorundnntur dum ad inuenieudos decem, pluréſſve iuſtos, excipiuntur regionis ciuitatulæ, vici, oppida, & caſæ rurales; quibus ruſticana ſimplicitas, cultioris politiæ caors, innocentiæ pars, ſeu occaſio eſt. In vnâ autem vrbe prouinciæ metropoli, nec *decem* iuſti *poſſunt inueniri.* Quid eſt, Non *poſſunt?* ô vocem audacter peramplisſimam! ſic Curiæ negotia iuſtitiæ obſtrepunt, & innocentiam corrumpunt? Ne auté cauſeris Sodomam quaſi vitiorum etiam metropolim, adducit etiam Auguſtinus Ieroſolymam populi Dei regiam Curiam, non abſimili, imò & peſtilentiori contagio laborantem; ne putetur gentis, ſed magnæ ciuitatis morbus, qui plerumque Curialium morea toxicat. Sic eſt arduũ ſectari iuſtitiam homines *tam expolitos, & ipſa vrbanitate deceptos?*

In Sodomâ, & Ieroſolymâ, regiminis metropoli, vix vnus aut alter iuſtus inuenitur.

Ierem. 5. v. 1.

Ionæ 4 necdùm benè compoſitis Prophetæ querelis ſuper hederâ derepentè exiccatâ, veniam dare Niniuitis piiſſimus decernit Deus: Tu doles ſuper hederam, inquit, quæ ſub vnâ nocte nata eſt, & ſub vnâ nocte periit. *Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in quâ ſunt pluſquàm centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam; & iumenta multa?* Magna ſanè vrbs Niniue Aſſyriorum metropolis, & totius imperij curia opinatiſſima. Sed præ amplitudine, & penè infinitâ hominum frequentiâ, longè nequior & criminoſior. Hic tu couſidera, quanta ſit in diuino pectore clementia, quanta ad ignoſcẽdum pronitas, quâm de facili eius leniatur animus, iuſtiſſimâ priùs indignatione commotus. Infantiũ adhuc intaminati mores, & ſimplex ingeniũ; & ipſa etiam muta animantia furorem excuſſerunt à diuino pectore: quorum illi præ lactis deſiderio adhæſit palato lingua, & ex aridis faucibus vagitus auditur exanimatus: his verò & negata pabula, & addita aſpera ſpinoſaque cilicia, aſſiduos rugitûs expreſſerunt. Quâ ſuper re ita Strabus Fuldenſis ſcribit in Gloſsâ: *Pluſquam centum viginti millia.* Hoc, inquit, *poteſt intelligi de ætate lactentiũ, quæ innocens & ſimplex; & cùm tantus ſit numerus paruulorum, patet quàm magna eſſet multitudo prouectioris ætatis.* Ceterùm cùm tam immetatè multus ſit hominum numerus prouectioris ætatis in hâc imperij metropoli, mirisſimum videri poterit, quòd ne vnius quidèm iuſtitiam aut innocentiam alleget ad veniam. Infantium innocentiam virtutis merito vacuam, & ieiunos irrationalium iumentorum rugitûs proponit ad veniam, nec vllius iuſti merito allici dicitur, vt tantæ multitudini parcat. Sic ad vnum omnes Aſſyriæ metropolis habitatores ſceleroſi erant, vt infantium vagitu, & rugitu iumentorum, veniæ velut meritum Deus coloret, cùm tam *magna eſſet multitudo prouectioris ætatis?* Sic eſt rarum, homines curiali conuerſatione *expolitos, & ipsâ vrbanitate deceptos* iuſtitiam ſectari?

Ionæ 4. v. 11.

Sanctius ibi.

Cur in Niniuitarum venià infantiũ vagitus, & rugitus iumentorum allegantur.

Strab. Fuld.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Lucæ 13. hæc Chriſti ad Iudæos verba referuntur: Verumtamên oportet me hodie & cràs, & ſequenti die ambulare: *quia non capit Prophetam perire extrà Ieruſalem.* Nempè oſtendit ſe in ſententiâ perſtare; nec timere Herodem aut Phariſæos, ſed illis inuitis ſecurè poſſe in Galilæâ prædicare; quia extrà Ieroſolymam gentis metropolim, *Prophetam perire non capit;* vel, vt Syrus vertit, *fieri non poteſt.* Cùm enim Ieroſolymis ſedem figerent Reges, ſummi Sacerdotes, Principes, potentes ſeculi, Scribæ, & Phariſæi, facta eſt macellum Prophetarum, quæ iuſtorum quaſi carnificinam profiteretur. *Quaſi dicat: Tanta eſt Ieroſolymæ impietas & feritas, vt illi propria videatur, nec patiatur ab aliis quàm à ſe Prophetas occidi, atque ægrè ferat ſi ab aliis id fiat.* Hæc Cornel. Pergit Theophyl. inibi de Ieruſolymitis: *Aſſueti enim fundere ſeruorum ſanguinem, etiam Dominum ipſum occident.* Scilicet enormius Deicidij piaculum, quod humanæ malitiæ metas videtur excellere, *extrà Ieruſalem fieri non poteſt.* Gentis metropolis, & regni Curia, tantâ prauitate inuitiata eſt, vt alibi tantum ſcelus patrari vix poſſet. Ieroſolymitis valdè iniurius Herodes cenſeretur, ſi in aliquo ſuæ ditionis oppido Chriſtum Deum trucidaret, & ſic illis nequitiæ primatum eriperet. Metropolis Ieroſolyma Galilææ adulanter inuideret, quod tanti flagitij peruerſam gloriam ſibi debitam præripuiſſet, ô male piam regalis Curiæ æmulationem, quam diuturnæ Iudæorum tragœdiæ nondùm expiarunt! Hæc dicta ſunt cum hyperbole, & non ſine ſarcaſmo, ô caue mores curiali conuerſatione *expolitos, & ipsâ vrbanitate deceptos!* Regalis portò *Curia bonos recipere faciliùs quàm facere conſueuit.* Quibus verbis plura ſignificat, quàm dicit Bernardus. Quare etſi Babylon iniquitate plena ſit, tamen ſic exuberat, vt *de Babylone egreſſa iniquitas* dicatur.

Lucæ 13. v. 32.

Syrus

Cornel.

Theophylact.

Non niſi in Regiâ vrbe poterat Deicidium patrari

§. LXII.

Pœnitentia peccatum factum reddit infectum, velut reſecat peccati fomitem, ſpeculis mulierum eſt ſimilis, & gehennæ commutatio.

S. Chryſ. in Geneſ. hom. 64.

1 ELoquentet Chryſoſtomus.: *Huiuſmodi enim, inquit, res eſt peccatum poſtquam factum atque omninò abſolutum eſt, tunc dolores excitat animæ, quæ ipſum peperit, modo legibus noſtræ natiuitatis contrario: etenim nos ſimul ac nati ſumus, dolores ſoluimus; illud verò quamprimùm eſt natum, mentem, quæ ipſum peperit, doloribus diſrumpit.* ô! cognatus peccato dolor, natiuitatis eius appendix, & naturalis ſequela, in pœnitentiæ officinâ recudatur in verum dolorem, quem peccati enormitas, & Dei offenſa parturit. Naturalis ille dolor ad hunc pœnitentiæ dolorem manuducat, & illius inchoatio, & auſpicium ſit. Enormitas diuinæ offenſæ, in nobilem pœnitentiæ dolorem, dolorem ſpurium refingat, & de ignominioſo parente, id eſt peccato, generoſa oriatur ſoboles; quod eſt arcanum Pœnitentiæ myſterium. Quod ſi vel hi ſcelerosè nequam Senes adire voluiſſent, tragœdiæ ſuæ enormem calamitatem expiaſſent, illius felici cataſtrophe.

Naturalis peccati ſequela, dolor eſt: ſed reformandus in pœnitentiæ officinâ.

Hic. v. 5.

2 Prouerbiorum 30. hanc gnomen Salomon proponit: *Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum, dicit: Non ſum operata malum.* Quaſi dicat: Hic eſt genius, hæc indoles, hic mos & vſus mulieris adulteræ, nimirùm inſtar guloſæ alicuius, quæ furtim comedit rem vetitam, tergit os ſuum, vt nullum comeſtionis ſuæ veſtigium appareat, ac præ ſe fert continentiam, dicitque: Non comedi rem furtiuam, *non ſum operata malum*, id eſt, non commiſi adulterium. Id ne verè dicit? an falsò, alio ſcilicet adulterio veritatis? Difficilè quidèm eſt, id verè dicere potuiſſe, quantumuis ſe abluerit: niſi fortè tanta ſubſit vis lacrymis, quas pœnitentia fundit, & peccatorum ſqualorem abluit, vt factum reddere infectum præſumat. Bellè S. Ambroſius Serm. 30 ex hoc Salomonis loco ſic myſticè philoſophatur: De hâc (Samaritanâ inquam) *dixiſſe Prophetam puto: huiuſmodi eſt inqua via mulieris meretricis, quæ cùm ſe abluerit, nihil ſe dicit feciſſe prauum. De hâc planè dictum eſt, quæ poſteà quàm eſt fonte abluta Saluatoris, delictorum viſſa non meminit, & viuâ aquâ abſtergens maculas ſuas ad euangelizandum non conſcientiâ peccati retrahitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe prauitatis: & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat caſtitatem.* Attende ſollertiùs ad verba quæ ſubdit, quibus ſententiæ cauſſam reddit: *Hæc enim virtus Chriſti eſt domini, vt quamuis peccator qui eius vndâ ſe lauerit, denuò in virginem reparatus non meminerit antè quod fecerit, & rediuiuâ natiuitate infantiæ innocentiam præferat, iuuentutis ſcelera non agnoſcat ſitque virgo fide Chriſti, qui fuerat adulter corruptione peccati. Ecce* tibi flebilis pœnitentiæ miraculum, quòd vbi Samaritana, aut quiuis alius peccator, ſe abluerit vndâ lacrymabilis pœnitentiæ, poſſit palàm dicere, *Non ſum operata malum*, quaſi per pœnitentiam ſcelus factum reddiderit infectum, quod ambitioſus pœnitentiæ ſqualor vix præſumeret. Quid enim tam inſolens, quàm quòd Samaritana *in virginem reparetur?* quid tam nouum, quàm quòd homo peccatis diu inueteratus, *rediuiua natiuitate infantiæ innocentiam præferat?* Quid tam mirum, quàm quòd rurſùs *ſit virgo, qui fuerat adulter corruptione peccati?* & quòd dum pœnitens peccatorum memoriam ad deteſtationem refricat, eadem peccata *obliuione abneget*, nec ea exinceps *meminerit*, nec *agnoſcat?* Pulchra ſanè Ambroſij exaggeratio.

Prouerb. 30. v. 20.

S. Ambroſ.

Pœnitentia factum peccatum reddit infectum quomodo?

3 Numerorum 25. ecce vir vnus de filiis Iſraël intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turbâ filiorum Iſraël, qui flebant antè fores tabernaculi. *Quod cùm vidiſſet Phinees, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul in locis genitalibus.* Nec à Phinee pinguior mactari victima Deo potuit, quàm homo impudenter ſceleratus. Alij zelum Phinees extollant; ſed præclariùs in hoc facto ſymbolum pœnitentiæ tranſlucet. Quod ſubtiliter inibi Origenes adnotauit: *Tibi*, ait, *de manibus gladius corporalis ablatus eſt, & datus eſt gladius ſpiritûs. Accipe hunc gladiũ, & ſi vides Iſraëliticum ſenſũ id eſt voluntatem cum Madianitis ſcortantem, parcas, ne diſſimules, ſtatim peccatũ percute; imò ipſum fomitem peccati reſeca, ne vlterà concipias & generes.* Profundè dicitur pœnitentia, *gladius ſpiritûs*, ſimilis pugioni Phinees, qui non ſolùm peccata ſtrenuè percutit, ſed *ipſum fomitem peccati reſecat*. ô grande animoſioris pœnitentiæ elogium, quæ non ſolum peccatum interimit, ſed mitè profluâ lacrymarum vi, concupiſcentiam rigat, ad vitiorum vltrà ſterilitatem, & *peccati fomitem* interſtinguit. Hîc fomitis inteſtinus igniculus, qui virtutes vſtulat, & vitia ſuflammat, medullitùs in hominibus ardet; at flebilis pœnitentiæ ope, eiuſmodi fomes ſopitur, mitigatur, imò & *reſecari* dicitur. Qui pœnitentiam diſſimulat, peccati fomitem nutrit Qui fomiti veniam præbet, peccatorum veniam ſibi hoſtiliter inuidet

Num. c. 25. v. 7. & 8.

Origenes

Pœnitentia ipſum peccati fomitem reſecare dicitur.

4 Exhodi 38. Moyſes iuxtà præceptum Domini, *fecit & labrum æneum cum baſi ſuâ de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.* Pro *labrum*: Hebraicè eſt *concha*, Græcè, *lauatorium*: erat enim hoc vas factum ad aquam continendam, quâ lauarentur ſacerdotes, & victimæ. Concham hanc, ſeu labrum fabricauit Moyſes de ſpeculis æneis mulierum, quæ excubabant ad oſtium tabernaculi. Per hoc *labrum* ſeu *lauacrum* Beda lib. 3. de Tabernaculo cap. vlt. intelligit pœnitentiam. Sed cur lauacrum pœnitentiæ ſymbolum, ex mulierum ſpeculis materiatum eſt? quid ablutioni per pœnitentiam cum ſpeculis mulierum? Eleganter S. Gregorius homil. 17. in euangelia, hâc ſuper re ita philoſophatur: *Labrum æneum Moyſes*

Exhod. 38. v. 8.

Hebræus

Græcus

Beda.

S. Gregor.

potuis

Labrum pœnitentiæ ſymbolum cur de ſpeculis mulierum materiatum eſt?

ponit in quo ſacerdotes lauari debeant, & ſancta ſanctorum ingredi, quia lex Dei priùs nos lauari per compunctionem præcipit, vt noſtra immunditia ad penetrandum ſecretorum Dei munditiam non ſit indigna. Addit ad rem: *Quod benè labrum de ſpeculis mulierum perhibet factũ, quæ ad tabernaculi oſtium indeſinenter excubabant. Specula quippè mulierum ſunt præcepta Dei, in quibus ſe Sancta anima ſemper aſpiciunt & ſiqua in eis ſunt fœditatis macula, deprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, & quaſi retinentes vultus velut ex reddita imagine componunt.* Scilicet lauacrum, pœnitentiæ ſymbolum, conſultiſſime materiatum eſt de ſpeculis mulierum: porrò ſpeculum à mulieribus conſulitur, vt aduersè in illu *retentu vultus* earum quaſi in propriâ imagine videantur, & inde componantur. Scilicet de ſpeculi conſilio defectus corriguntur, næui diſſimulantur, deformitas emendatur, ornatus expolitur, genæ colorantur, & ſuggeſtus pulchritudinis totus, indè exageratur; quod eſt argutum ſpeculi arbitrium. Itaque pœnitentiæ lauacrum ex mulierum ſpeculis fabricetur, quo iſtiuſmodi officia ſpeculi præſtare pœnitentia denotetur.

5

Matth. 3. v. 7 — Matthæi 3. Ioannes Baptiſta ſic prædicat in deſerto: Pœnitentiam agite. Et multi Iudæorũ baptizabantur ab eo in Iordane, con- (*Græcus Cornelius*) fitentes peccata ſua. Quibus ait: Progenies viperarum, *quis demonſtrauit vobis fugere à* (*Pœnitentia dicitur ira quare?*) *venturâ irâ?* Ira ventura, vel (vt habetur Græcè) *futura* eſt, ira iudicis Chriſti, quam oſtendet impiis reprobandis in die iudicij, (*S. Bernard.*) ac vltio & ſententia damnationis, quam in eos proferet, ipſáque æterna damnatio & gehenna. Cùm ergò Ioannes ad agendam pœnitentiam adhortetur, S. Bernardus in Declam. docet hanc venturam ſeu futuram iudicis Chriſti iram fugiendam eſſe per præſentem ir, id eſt, per pœnitentiam, quam quis ſibi irrogat: *Quis enim*, inquit, *miſeri, demonſtrauit fugere à venturâ irâ? Quid præſentem tantopere fugitis iram, flagellum timetis, declinatis virgam: & quidèm in hâc die veſtrâ, quæ ad pacem vobis, ſed ſi cognouiſſetis & vos Mutatis, ſed non effugitis pœnitentiam. Nam malum impunitum eſſe non poteſt. Non punitur* (*Qui hic non agit pœnitentiam, æternâ in inferno pœnitentiam negotiatur.*) *hic propriâ voluntate, punietur alibi ſine fine. Miſera ſanè & extrema plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & paratum Diaboli ſtridorem eligere ſempiternum.* Vbi nota, quòd pœnitentia dicitur *ira*: ita autem velut amens quidam furor eſt, quò quis vltrà rationis ac prudentiæ terminos audet. Nollem nimis cautam in pœnitentibus prudentiam, qui pœnitentiæ languor eſt. Ad rem autem attentiùs aduerte, quòd temporalis nunc pœnitentia ſententiosè dicitur gehennæ *commutatio*; & gehenna, ſera pœnitentia: nam quod hîc non punit pœnitentis dolor, dolor gehennalis æternùm puniet. Qui nunc expromptam non adit pœnitentiã, pœnitentiam aget ſine fine in inferno. Proh *mutatis, non effugitis pœnitentiam!* Sibi crudelis eſt, qui blandus ſibi pœnitentiam protelando fallit. Quid æternam tibi pœnitentiam durè luendam, pro temporariâ, & facilè agendâ inertèr ſubſtituis? Quid niſi pœnitentia ſeu præſens ira, fugere demonſtrat à futurâ pœnitentiâ ſeu irâ? ô caue à tardâ in inferis pœnitentiâ, quam nunc impœnitentia cxambit!

6

Matthæi 16. hæc Chriſti Dei verba leguntur: *Si quis vult venire poſt me, abneget* Matth. 16. v. 24. *ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quid eſt, *abneget ſemetipſum?* abdicet à ſe humanum affectum: hoc enim in homine viuit, quod homini chariſſimum eſt, in quo homo oblectatur & paſcitur, vt illud cenſeatur eſſe ipſe homo: homo eſt enim id quod in homine viget & viuit. Iubet ergò vt quiſque ſuos affectus diuinæ legi repugnantes mortificet & reſecet. Quod ad pœnitentiam S. Ambr. l. 2. de Pœnit. c. 10. Ambroſius refert: *Seipſum*, inquit, *ſibi homo abneget, & totus mutetur*: ſicut quendam, inquit, adoleſcentem fabulæ ferunt poſt amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſteà veteri occurriſſe dilectæ, quæ vbi non interpellatam mirata (*Homo per pœnitentiam ſic totus mutatur, vt ipſe alius ſit.*) putauerit non recognitam, rurſus occurrens dixerit: *Ego ſum*: *reſponderit ille*: *Sed ego non ſum ego. Vnde benè Dominus ait: Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum ſibi.* Nimirùm per pœnitentiam ſic *ſeipſum ſibi homo abnegat*, vt *totus mutetur* in alium: adeò vt poſſit verè dicere, Iam *ego non ſum ego*, & ego alius, & alter ipſe, & ipſe alius, *quod eſt abnegare ſeipſum ſibi*. Hæc mutatio, qu *homo totus mutatur*, pœnitentiæ cenſus eſt, & illius benè peractæ ſtipendium ô bona mutatio, quâ homo ſeipſum ſibi deſueſcit, & rediuiuâ natiuitate in alium hominem mirè refingitur!

---

§. LXIII.

Senectus ab annoſitate diuerſa, non deaurata, ſed aurea veſtis eſt, vino emphaticè ſimilis, & abundantiæ ſynonymon.

1

CAſſiodori calamo ita Rex ſcribit Cypriano: *Dignè laudum cùm voluerit nouitates emittit, qui ſe actionis probitate complet.* Caſſiod. l. 8. epiſt. 21. *Natura perennis fons est gloria vena laudabilis: nam ſicut ille fluendo non expenditur, ſic nec iſta celebri ſermone ſiccatur. Quod etſi tranſacta taceantur, noua probaris ſuggerere quæ dicantur, qui cum ætate creſcis ſemper & meritis.* (*Qui ſeneſcit corpore, laude iuueniſcat.*) *Curſus annorum laudis tibi procurat augmentum. Seneſcis quidèm corpore, ſed laude iuueneſcis. Meritò tibi prolixior ætas optatur, in quâ fama ſemper robuſtior inuenitur.* Et poſtquam recenſuit plura olim iuuenis Cypriani merita, ſubdit: *Per hæc te florida iuuentus exercuit, ſed noſtris temporibus ætas matura ſeruauit. Conſilio quidèm plurimum vales, nec fractus tamen ætate cognoſceris. Sic enim adeptus es ſenectutis bona, vt eius non ſubires incommoda.* Vernat ac floret pulchra iuuentus, ſenectus autem fructibus vbertim autumnat.

2

Pſalmo 40. ſub nomine Reginæ orbatiſſimæ, anima ſancta cæleſtis Regis ſponſa, magnâ verborum etiam pompa inducitur:

ſubeunda mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior. Ex hâc Procopij doctrinâ lux accenditur illis verbis Geneſeos 25. *Deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bonâ.* Quam ſententiam ſic vertit S. Hieronymus in cap. 8. Zachariæ: *Nutritus in ſenectute bonâ.* Cùm deficit Abraham, velut infans, nutricis operâ nutriri dicitur? Quid exhauſtæ & effœtæ ſenectuti cum nutricis officio? Nempè cùm Deo vir naſcitur Abraham, cùm Deo viuit, cùm ſibi moritur, *in ſenectute bonâ* eſſe dicitur: nec modo cùm plenus dierum, & vitæ ſatur deficit; ſed cùm adhuc nutritur, *in ſenectute bonâ* eſſe perhibetur.

Senectutis o-rigina. — Geneſ. 25. v. 8. — S. Hierony. — *Abraham in ſenectute bonâ nutriri dicitur.*

5

Iob. 5. hæc probis felicitas promittitur: *Ingredieris in abundantiâ ſepulchrum.* Per τὸ *in abundantia*, Duo Sanctius intelligit, tum plenum annorum numerum, vitæ inquam diuturnitatem, quaſi non ſit venturus in ſepulcrum niſi iam longæuus, & dierum plenus. Deindè in omnium rerum vbere copiâ. Quod opportunè ex Hebræo expreſſit Vatablus, ſic vertens: *Ingredieris in ſenectute ſepulchrum.* quaſi *ſenectus* ſit *abundantia* ſynonymum, & Senectus abundantiæ nomine cum emphaſi denotetur. Nempe abundantia annorum, opum, felicitatis, honorum, auctoritatis, ſapientiæ, virtutis, ac meritorum, ſenectute exprimitur: ſeu potiùs ſenectus omnimodæ abundantiæ elogio deſignatur.

Iob 5. v. 26. — Sanctius ibi — *Senectutis ſynonymon, abundantia eſt.* — Vatablus

2. Machabæorum 6. ſiſtitur ſacerdos Eleazarus coram Tyranno, vt diuinæ legis infidâ præuaricatione, tormenta & mortem redimat. *At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem.. ...Quam ob rem,* inquit, *vitâ excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo.* S. Ambroſius lib. 2 de Iacob & vita beatâ cap. 10. huius illuſtriſſimi ſenis, & ſenectutis encomiũ ſubtexit. Cuius verba, aut vera aut cogitata fictaque prodêret mihi adducit, quæ cum ſacro textu apprimè conueniunt: *Nõ ſum ita ſenex,* inquit, *vt mihi non iuueneſcat animi fortitudo. Suſpenſus itaque cũ indè grauiter verberaretur, nec iam ferrent ſenilia membra verberum pœnas, laſſatis carnificibus, in terram deflexus inflexibilẽ mentem gerebat,..... Et ille clamans Nequaquam,* ait, *contingat mihi vt ſiam ſenex incentiuum iuuenilis erroris, qui huc uſque etiam forma ſalutatis inſtitui. His ergò ludibriis, vt paululum viuam, luſitabor, & totius vitæ labores addicam breuis viatico ſenectutis? Senectus portus debet eſſe, non naufragium vitæ ſuperiori. Non te negabo lex patria, non decolorabo vos inſulæ ſacerdotales, non te perfidia puluere turbabo canities.* Eloquenter de more Ambroſius multa his verbis addeoſat canæ ſenectutis elogia.

2. Mach. 6. v. 23 & 27. — *Multimoda ſenectutis laus.* — S. Ambroſ. — *Eleazar, Sacerdotis, in effœta ſenectute immobilis conſtantia.*

§. LXIV.

Bona ſenectus velut peccandi impos, ſenſuum ingeniis pollet, Deo perplacet: nec tandem moritur, ſed it de patria in patriam.

Nihil turpius eſt, quàm grandis natu ſenex, qui nullum aliud habet argumentum, quo ſe probet diu vixiſſe, præter ætatem. Sunt cani, morum flores, fructus maturitatis, prudentiæ obſides; de viciniâ mortis, calcar ad virtutem, & de cognato ſenibus languore propè impoſſibilitas ad vitium. Cum mortis recordatione Senibus plurimos ſermo eſt, cum inſtantis iuſtitij examine, & cum æternitate propinquâ. Nemo autem mortis declinabit ſententiam, cui ſine appellatione vllâ ſenectus omnis vicinatur. Alia genera mortis ſpebus mixta ſunt Deſinet forſan morbus, incendium extinguerit, ruina. quos videbatur oppreſſura, depoſuit: mare quos hauſerat, eadem vi quâ ſorbebat, eiecit incolumes: gladium miles ab ipsâ perituri ceruice reuocauit. Nil habet quod ſperet, quem ſenectus deducit ad mortem Nihil prorsùs in hâc vitâ; vt totus ſpectet æternum; quæ venerabilior Senum prærogatiua eſt.

1 *Senectutis vtilitas ad virtutem.*

Lucæ 12. ſeruos illos exſomni expectatione vigiles proponit Christus, vt cùm venerit Dominus hora noctis qua neſciunt, ei confeſtim aperiant, *Et ſi venerit,* inquit, *in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, & ita inuenerit* (vigilantes, expectantes, paratos) *beati ſunt ſerui illi.* Prima vigilia incipit initio noctis, duràtque tres horas. quibus exactis incipit ſecunda vigilia. quæ finitur in media nocte: à qua incipit tertia vigilia, duràtque per tres horas: poſt quas incipit quarta vigilia, duràtque vſque ad auroram. Significat hiſce vigiliis Chriſtus, qualibet ætate & quolibet tempore nos vigilare & paratos eſſe debere ad Domini aduentum, quia dies mortis incerta eſt, nec vel vnum habemus certum vitæ diem vel horam. Prima ergò vigilia, eſt pueritia; ſecunda, eſt iuuentus, tertia, eſt virilis ætas; quarta, eſt ſenectus. Ita communiter Interpretes. Qui meritò inibi addubitant. cur quartæ vigiliæ, vti nec primæ Euangeliſta meminerit? An non ſæpè in pueritia. & plerumque in ſenectute mors adeſt? Num ſenes in quarta vigilia velut imparatos negligit? Imò ſupponere videtur admonitione Senes non egere, vt ad mortem præparentur, ipſo ſenectutis magiſterio benè edoctos ad præparationem inſtanter ſollicitam. Ipſa enim ſenectus vicinam mortem circumferens, eruditio vitæ eſt morum componendorum ſchola, virtutum incentiuum, & virium de impoſſibilitate quadam declinatio. Opportunè moralium Philoſophorum diſertiſſimus: *Gratias ago ſenectuti quòd me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam! Quicquid debebam nolle, non poſſum.* Scilicet intermittitur prima vigilia,

2 Lucæ 12. v. 38. — Cornelius — *Quarta vigilia tacetur, quia ferè peccandi impos eſt.* — Seneca epiſt. 68.

lia, *pueritia* inquam, peccati per ætatem neſcia: omittitur etiam quarta vigilia, id eſt, *ſenectus*, quaſi de ſollicita præparatione propter inſtantis mortis viciniam, mores compoſuerit, retroacta peccata aſſiduâ pœnitudine expunxerit, & cognato grandæuæ ætatis languore, vitiis inidoneus inuenatur. *Quicquid debebam nolle, non poſſum*, ſenectutis priuilegio. Quid tam homini expetendum (homini inquam, peccati fomite ad vitia æſtuanti) quam ad innumera vitia impotentem reddi languore ſenectutis? & indè *quicquid debebat nolle, non poſſe*. Pueritiæ innocentia peccandi impos, propè in ſenectute recuratur, & in multis recuperatur, dum ad multa vitia, quæ *nolle* iubetur, *non poſſe* dignoſcitur, Exindè quarta ſenectutis vigilia, primæ vigiliæ, hoc eſt, pueritiæ pariatur, & vtraque adæquè intermittitur, quaſi adſimili innocentia dotata. Quo magis apparet horum Senum inueterata nequitia.

Hic Verſ. 5.

3 Sapientiæ 4. ita ſcribitur: Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata: *Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Benè eſt, & appoſitè iuxtà nuper dicta, quòd *ætas ſenectutis ſit vita immaculata*: quia cana ſenectus *quicquid debebat nolle, non poſſe* præ languore inuenitur. Exindè ſenectus vitam emaculat, vitia mitigat, peccandi libidinem coërcet, quo homo alter ipſe euadit, ac erat in iuuentute, vitiis ad omnia ſcelera ſufflamatus. Quid autem eſt, quòd Seniorum *cani, ſenſus hominis* nominantur? Num Senes canis ſentiunt, & annorū longæuitate intelligunt, deliberant, ſapiunt? Eleganter Ambroſius lib. 2. de Abraham Patriarcha, cap. 9. *Benè*, inquit, *viuere ſpeciale ſapientis eſt, cuius ſenectus venerabilis, & ætas ſenectutis vita immaculata, neque computata capillis canis in capite, ſed ſenſibus. Ille ergò benè ſeneſcit, qui benè ſentit.* quaſi benè *ſentire*, character ſit canorum, & canæ ſenectutis cognatum elogium. *Cani enim ſunt ſenſus hominis.* ac ſi homo ſtupidus ſit, & ſine ſenſu virtutis ſectandæ, & vitij fugiendi, velut truncus, quouſque canis ſentiat, intelligat, ſapiat ſenſuum ingeniis, memoriæ promptuario, mentis acumine, & ſapientiæ decoro quodammodò orbatus eſt, qui *canis* viduatus, canis ſentire & ſapere non poteſt. Sic ſunt capilli, non tam cani alboris, quàm maturæ ſapientiæ bibuli; ita ſibi ſenſuum ac potentiarum ingenia conciſcerant, vt quaſi ſenſus ſorent ſentiendi exortes, ſenſuum ac potentiarum munia canis tribuantur. *Cani* enim *ſunt ſenſus hominis*: & indè *ætas ſenectutis vita immaculata.*

Sapient. 4. v. 8. & 9.

Cani ſenſuū, ac potentiarū elogius pollent

S. Ambroſ.

4 Iob 38. Reſpondens autem Dominus Iobo de turbine ſuam ſapientiam & omnipotentiam prædicans, dixit: Vbi eras quandò ponebam fundamenta terræ? *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Locus hic non parum Interpretibus negotij faceſſit, & quia obſcurus eſt ſenſus, & quia cum antecedentibus non eſt facilis nexus. Aliqui apud Sanctium inibi, *aſtra matutina idem eſſe volunt, quod ſonant, nempè aſtra quæ ideò matutina dicuntur, quia manè apparent, antè videlicet, quàm oriatur Sol, ipſo enim primùm oriente; ſtatim à maiori fulgore oppreſſa latent.* Opinor, ſidera voce clariùs diuinas Opificis laudes buccinant in mediâ & obſcurâ nocte, quæ eſt aſtrorum meridies: tunc enim plenâ lampade noctem illuſtrant; non ſic quandò ſolis iam iam radiantis fulgore oppreſſa albicant, & totius noctis curſu defeſſa, quodam languentis lucis ſenio propè deficiunt occaſui proxima. An non tunc dum micantiùs lucent, linguâ fulgorum, Opificis ſui præconia ſumptuoſiùs decantant? Pulchrâ ſplendorum iuuenta ſiletur, & languens lucis ſenectus commendatur? Scilicet dulcius eſt aſtrorum lumen iam iam cadentium. Lucis ſenectus præclariùs commendatur, Solis iubare tumulanda. Langueat tunc licet occaſui proxima, pugnax cum Solis luce, morte ſuâ, tunc eius gloria micantiùs ſcintillat, quia vel locis ſenectus gratiùs perplacet, & dum vltimum lucendi ſpiritum præ ſenio exhalat, Factoris ſui laudes adulantiùs occinit: Vbi eras, inquit, *cùm me laudarent ſimul aſtra matutina?* Niſi forſan malis, lucere adſuetum, & à præclarè lucendi faſtigio depoſitum, magnæ laudi adſcribi vel tantillum lucere, neque obſcurâ depoſitione prorsùs extingui. Sic depoſitio à præclaro munere diu ſplendidè adminiſtrato, præclaros viros obſcurare & extinguere ſolitat! Quod alius thematis argumentum eſto.

Iob. 38. v. 7.

Sanctius

Aſtra matutina in lucendi ſenectute gratius fulgens.

Lucere adſuetū, depoſitione non extingui, perrarum eſt.

Geneſeos 15. poſt nocturnam illam viſionem Abrahæ cælitùs oſtenſam, qua tota eius poſteritas & diu apud Ægyptios captiua, & tandem poſtliminio feliciter redux, prædicitur; ſubdit Deus: *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bonâ.* Philo Iudæus in lib. *Quis rerum diuinarum heres ſit*, ſub libri finem, ſapienter notat, de Abrahamo *ſenectute bonâ* aſpectabili, non dici, quòd tandem morietur, ſed quòd in *ſenectute bonâ* ibit ad patres ſuos: *Ineſt autem dogma his verbis, bonum virum non mori, ſed abire, vt oſtendat inextinguibile & immortale genus perpurgata anima, quæ hinc in cælum proficiſcatur, abſque diſſolutione ac corruptione, quam mors videtur inducere.* Philoni adnuit Chryſoſtomus ſic inibi fatus: *Tu autem ibis ad patres tuos, ſepultus in ſenectute bonâ. Non dixit, Morieris, ſed, ibis, quaſi peregrinaturus de patriâ in patriam.* Ecce tibi, quod Philo appellat *dogma*, nempe, qui in *ſenectute bonâ* tandem plenus dierum deficit, non dicitur *mori*, ſed *abire, quaſi peregrinaturus de patriâ in patriam.* ô quàm multa pauciſſimis Chryſoſtomus compendiauit! quæ aliàs vberrim ad alia alìorsùm themata enucleauimus. Eſt enim conceptuum fœcunda illa ſententia, quam *dogma* Philo appellauit, ſcilicet, qui in *ſenectute bonâ* deficit, non tam *mori*, quàm *abire, & de patriâ in patriam peregrinari.* 5

Geneſ. 15. v. 15.

Philo

Qui in ſenectute bonâ deficit, non dicitur mori, ſed abire de patria in patriam.

S. Chryſoſt.

Salomon Prouerbiorum 20. hanc gnomen proponit: Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: *& dignitas ſenum, canities.* Pro τὸ *dignitas*, Hebraicè eſt, decor, pulchritudo, decus, 6

Prouerb 20. v. 29

Hebræus

S. Iſidorus. decus, ſplendor, excellentia. S. Iſidorus lib. 11. Originum, cap. 2. *Canities*, inquit, *vocata à candore, quaſi candicies. Vnde eſt illud: Florida iuuentus, lactea canities, quaſi dicat, candida. Senectus autem multa ſecum bona affert: quia nos à potentiſſimis dominis liberat, voluptatibus imponit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam, dat matura conſilia.* Quid tam homini expetendum, quàm in voluptatibus modus, in libidinibus frenum, in dubiis maturum conſilium? quæ ſunt ſenectutis ſtipendia. Addit Ambroſius lib. 1. Hexaën. cap. 8. *Senectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſiliis vtilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior. Infirmitas quoque corporis, ſobrietas mentis eſt. Vnde ait Apoſtolus, Cum infirmor, tunc potens ſum.* A tot ergò canæ ſenectutis elogiis, *Dignitas ſenum* eſt. quò de ſenectutis abuſu, horum malè Senum illa tumpantur.

Cana ſenectus multiſaga laus.

S. Ambroſ. *Infirmitas corporis, ſobrietas mentis eſt.* 2. Cor. 12. v. 10.

§. LXV.

Peccatum vltrà vires audet, primum intellectum amittit, inferni vmbram circumfert, & peccatorem ad nihilum neſcienter redigit.

1 DVo ſunt nomina, homo & peccator. Quia peccator eſt, corripe, culpa, caſtiga; imò & odio habe: quia homo, miſerere. Homini enim compaſſio debetur. peccatori odium: ne te fallat inconſulta miſericordia, & muliebris inordinatè pietas: *Compaſſionem animi* (ait S. Gregorius) *plerumque latenter ſubſidet pietas falſa, vt hanc nonnumquam vſque ad condeſcendendum vitiis pertrahat, cùm ad culpas quiſque non debeat compaſſionem exercere, ſed zelum. Compaſſio quippè homini, & rectitudo vitiis debetur, vt in vno eodemque homine, & diligamus bonum, quod factum eſt, & perſequamur mala, quæ fecit: ne dum culpas incautè remittimus, non iam per charitatem compati, ſed per negligentiam concidiſſe videamur.* ò quale eſt malum, peccatum, quod vel piam compaſſionem arcere, ſi minùs deprauare ſolitat! Nonnulla eius mala è multis hic perſtringimus.

S. Gregorius homil. 32. in Euangel.

Tam grande malum eſt peccatum, vt compaſſionem vetet.

2 Pſalmo 37. ſic occinit regius Propheta: *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* S. Auguſtinus in epiſtolâ ad Algaſiam, pro τὸ *ſupergreſſæ ſunt*, legit, *eleuatæ ſunt.* Eſt metaphora à pelago ducta, & miſerando hominum naufragio, qui ſæuis decumanis inuoluuntur fluctibus, atque videndi atque audiendi ſenſu & mente carent. Ac ſi dicat: Supergrediuntur caput vndæ, & me totum operiunt, reſpirare non licet aut impedire, quin aquæ vis pectus oppleat. Quod cùm ſit per ſe miſerrimum, & vicinum morti, tum fit etiam longè periculoſius ſiquis impoſito graui onere detineatur, vt enatare non eualeat. Vndè ſubdit: *Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.*

Pſal. 37. v. 5.

S. Auguſtin. Corder. ibi.

Peccatum eſt hominis naufragium.

Obruit enim ſcelus animum, & ſuo ipſum pondere deprimit. Verùm τὸ *ſuper me*, aliter exponit ibidem Caſſiodorus, *ſuper vires tuas.* Caſſiodoro annuunt Græci Patres in Commentario apud Corderium, vbi ſic locum exponunt; *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum &c. Ac ſi dicat: Plura peccaui, quàm vt miſericordiâ dignus ſim: tanta deliqui, vt delinquentis vires ſuperent..... Neque onus eorum ferre valeo, quandoquidem haud viribus meis commenſa peccaui.* Altè quidem enormitas humanæ malitiæ exponitur. Quia nimirùm tanta eſt, támque immenſa magna vt vltrà humanas vires deliquiſſe videar. *Tanta deliqui, vt delinquentis vires ſuperent.* Heu naturale peccantis miraculum! Vltrà quam poteſt, peccat? ſuprà vires delinquit? Deſiderare, aut adniti quis poteſt ſuprà id quod poteſt; at illud opere exequi non poteſt, quamuis audax deſideret, aut temerarius toto nixu conetur. Ea tamen eſt praua veluti omnipotentia hominis ad delinquendum, vt *ſuper vires* peccet, & *tanta delinquat, vt delinquentis vires ſuperent*, quæ eſt delinquendi mera, & immetata peccandi hyperbole. Exinde peccator *neque onus peccatorum ferre valet; quandoquidem haud viribus ſuis commenſa peccauit.* Quid exaggeratius? quid accommodatius? Vide hîc hoſce malitioſos Senes ſalaciter & atrociter ſuprà ætatem & vires ſceleroſos, vltrà vires etiam pœnaliſſimâ lapidatione liuidos, & inhumanâ frixione tortidos. infelici gehennalis incendij augurio, Tartareas inferni flammas male ominante.

Caſſiodorus Græci Patr.

S. eleuo inſ peccator tanta delinquit, vt delinquentis vires ſuperent.

Hic verſ. 5.

3 Redeat iterùm ſemel expenſus Pſalmographi locus, ad rem aliter expendendus: *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Quid eſt, quòd iniquitas grauare dicitur hominis *caput*, caput, inquam, quæ eſt princeps hominis pars, ſenſuum, prudentiæ, ac ſapientiæ ſedes? Audiendi ſunt indidem Græci Patres nuper laudati: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ita vt obruant rationem, quæ ſæpicè caput nuncupatur.* Adſentit Origenes in Catenâ: *Caput autem*, inquit, *vocat vim rationalem.* ò grande malum homini, potiore ſui parte rationali, vi malignâ peccati vim rationalem obrui! Origeni adnuit Emiſſenus de Paſchâ homil. 11. ita de peccato ſcribit: *Quis grauiſſimam neget captiuitatem, tantum mentis errorem? & quod peius eſt, iſta captiuitas magis animas occupauerat, conſilium tulerat, ſenſúmque laqueauerat: & ideò quia, deſeruerant rationis auctorem, meritò primi intellectûs perdiderant libertatem.* Itaque dum ratio peccando obruitur, *primus intellectus* amitti dicitur, quaſi peccatori alius ſuccedat intellectus, qui ſecundus nominatur, brutorū naturæ confinis, cui irrationalis peccata vix, aut ne vix quidem diſſonant, qui voluptabilibus ſemper impenditur; qui totus ad terram, in rebus cæleſtibus peregrinatur, cæcutit, errat. Hic ſuper te, opinor, mitiùs loquitur Epiphanius Phyſiologiæ cap. 6. vbi peccata vocat mentis lippitudinem. *Tu igitur*, inquit, *ò homo cum multitudine peccatorum fueris oppreſſus, in altum aſcende.*

Pſal. 37. v. 5.

Græci. Patr.

Origenes apud Corder.

Emiſſenus

Peccando primus intellectus amitti dicitur. quare?

S. Epiphan.

Peccatum eſt mentis lippitudo.

aſcende, hoc eſt, in tuam ipſius conſcientiam, atque te ad petram, ſcilicet ad fidem orthodoxam proiice, defle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aquis, id eſt, lacrymis abſterge, Solis radiis incale ce, hoc eſt, in cœtu fidelium, & in ſancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ propera. Lippitudines, id eſt, peccata abiice, ſtatim enim renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Qui dum peccat, ratione obtutâ *primum intellectum* abiecisse dicitur, dum ſe incipit ad Deum conuertere, *Lippus* nominatur; demùm auerſione delicti conuerſus ad Deum, primum intellectum reſumens, *aquilinâ* acie mentis vigere perhibetur.

4 1. ad Timoth. 5. v. 6. 1 ad Timotheum 5. ſic à malitiâ deliciis inolitâ, Paullus homines auertit mortis horrore: *Nam quæ in deliciis eſt*, inquit, *viuens mortua eſt.* Quaſi dicat: Viuens non viuit, ſed vitam corporis obruit animæ morte.

S. Bernard. *Quantùm umbra corpori, tantum vita peccatoris inferno appropinquat.* Idoneè S. Bernardus Serm. 48. in Cantica: *Vita*, inquit, *in peccatorum deliciis agens, & mors eſt, & umbra mortis: quantùm enim umbra propè eſt corpori, cuius eſt umbra, tantùm profecto vita illa inferno appropinquat.* Heu! infernalis gehenna velut vmbra peccatoris eſt, illius vbicumque ſequax? Quocumque ſe verterit peccator infernum velut vmbram circumfert. Sic inferno appropinquat? Euſebius Emiſſenus homil. 1. de initio Quadrageſimæ, ſic eleganter hunc Paulli locum

Emiſſenus perſtringit: *Anima quæ eſt in deliciis, viuens mortua eſt: tunc planè vera mors eſt, quandò*

Præmortua peccatoris anima, in corpore tumulatur. *homo animâ præmoriente, deteriore ſibi parte hominis fit ſuperſtes.* Nempe potiore ſui parte peccator mortuus eſt, deteriore viuens: quare præcipua hominis mors à peccato eſt, mortis corporeæ matrix, mortis etiam æter-

Theodoret. næ principium, & obſes. Addit Theodoretus ad præſcriptum Paulli locum: *Immodicæ deliciæ rationem obruunt, & efficiunt vt in corpore tamquam in aliquo ſepulchro iaceat.* Itaque homo per peccatum, deteriore ſui parte ſuperſtes eſt; & anima præmortua, in corpore ſuperſtite, velut in quodam ſepulchro tumulatur. ô funeſtè viuas peccantis exequias, quas Tartareus Dæmonum populus pompâ infernali concelebrat!

5 Pſalmo 72. ſic occinit regius Vates: Defecerunt, perierunt propter iniquitatem

Pſal. 72. v. 12. ſuam. In ciuitate tuâ imaginem ipſorum ad

Qui ad nihilum peccando redactus eſt ad Deum reuertatur, vt aliquid ſit. nihilum rediges. *Et ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* Et quanam ratione ad nihilum redactus eſt? ſic profectò, vt omne humanum (*omne ſcilicet* quod veteris eſt hominis peccatis inolitum) in me pereat; &

Heſychius omne diuinum, quod Chriſto cognatum eſt eius ſpiritu flante conſurgat & viueſcat. Quod ſic eleganter ediſſerit inibi Heſychius in Catena Græc. Patrum: *Ad nihilum redactus ſum. &c. Quandò enim aliquis*, inquit, *peccatorum felicitate deceptus, ad eorum imitationem fuerit inuitatus, illicò ad nihilum redigetur. & deprauatur. à propriâ dignitate decidens.* Quod luculenter etiam tradit Augusti-

S. Auguſt. nus in Pſalmum 70. ſic fatus: *Vt ſit*, inquit, *homo aliquid, conuertat ſe ad illum, à quo creatus eſt: recedendo enim frigeſcit, accedendo ferueſcit, à quo enim habet vt ſit, apud illum habet vt bene ſit: ergò qui vult ſimul eſſe cum Deo, non ab illo recedat, ſed ad illum accedat.* Nunc ſufficiat hunc locum perſtrinxiſſe ad malitiam peccati dignoſcendam. quem ad commendandam mirabilem pœnitentiæ vim ampliùs expendemus.

6 Salomon Prouerbiorum 19 *Stultitia*, inquit, *hominis ſupplantat greſſus eius: & contrà* Prouerb. 19. v. 3.

Dominum feruet animo ſuo. LXX. Interpretes LXX interp.

ſic locum excribunt: *Imprudentia viri vaſtat vias eius: Deum autem accuſat corde ſuo.* Commentatorum proceres pro *ſtultitiâ* intelligunt improbitatem, inſignem malitiam, ſeu impietatem: improbus autem inſigniter ſceleroſus, dum *vaſtat vias* ſuas, ſuos *greſſus ſupplantat*: quare per inuia, & indè per errores incedit. *Sceleroſa hominis malitia, contra Deum æſtuat.*

Hebræus. Cùm autem dicitur, *Contrà Dominum feruet animo ſuo*, pro τὸ *feruet*, Hebraicè eſt verbum *zaaph*, quod ſignificat perturbari. iactari, æſtuare: ſicut feruet olla aquæ, dum vi ignis bullit; & ſicut mare æſtuat, dum ventis fluctibúſque paſſionum alternantium, & ſubſultuum atrociter confligentium, nunc iræ, nunc triſtitiæ, nunc libidinis, nunc indignationis iactatur anima improbi. Hoc igitur æſtu inſanè *feruens, Deum accuſat.* Adeò vt dixerit Nazianzenus

S. Nazianz. in Iambico de hâ: *Vidi ipſe ſaxa. puluerem, & verba aſpera qui iaceret in Deum.* (Subdit

Cornelius inibi Cornelius) *Hæc eſt ſumma improbitatis, hic impietatis apex & culmen, vt mirum ſit terram talibus non dehiſcere, viuóſque abſorbere, ſicut viuos abſorbuit Core, Dathan, & Abiron contrà Deum murmurantes.* Proh! Sic inueterata malitia in corde peccatoris exæſtuans, vel contrà ipſum Deum impudenter audet? ô Dei patientia, ſibi ferè contumelioſa! Homunculus audet ſaxa, puluerem, & probra in Deum auſu temerario iactare? Hæc delinquendi meta eſt, infernale ſcelus, & malitiæ hyperbole. Quid non audet improbitas?

---

§. LXVI.

Adeóne horrendè Deus punit, vt cauendum ſit, ne putetur aut neceſſariò, aut ignoranter, aut temerè aut inclementer caſtigare?

1 S. Cyrillus CONſultiſſimè Cyrillus Alexandrinus in cap. 2. Amos prophetæ: *Horrendum eſt*, inquit, *Deum irritare, & eo vſque in improbitatem abire præcipitem, vt peccata noſtra tolerare ampliùs non poſſit; tametſi naturâ ſuâ bonus, & multò manſuetiſſimus ſit.* Itaque hominum horrenda atrociùs peccata, ſic Deum laceſſere, exacerbare. & ad horrendum ſupplicium irritare perhibentur; vt, tametſi

Noſtra peccata Deus ampliùs tolerare non poteſt? Deus & naturâ ſuâ bonus, & multò manſuetiſſimus ſit, *noſtra peccata tolerare ampliùs non poſſit.* Non poteſt; an potiùs non vult? Enormiora delicta veniæ potentiam, & indulgentiæ arbitrium, à Deo licèt benigniſſimo auferunt? ô hyperbolem, quâ velut impos ad non puniendum Deus inducitur!

Et

Et vbi eſt in Deo libertas? vbi prudens Dei conſilium? vbi conſulta cogitatio de pœna æquius infligenda? Qui non poteſt non punire, cæco impetu, non oculato conſilio agi ad caſtigandum videtur. Hic ergò de conſultiſſimo Dei ad acerbiùs puniendum iudicio, vindicias agimus, ne horrenda ſcelerum pœna, aut immeditata, aut parum libera eſſe videatur. Qualis forſan videri poſſet, quam hi ſceleſtiſſimi Senes hîc ſubeunt, prædura lapidatione luridi præ vibicibus; æſtuanti frixione torridi præ flammea pyra ardenter ſuppoſitâ, iuxtà Ieremiæ vaticiniû.

Hic verſ. 5.

2 Geneſeos 6. ita ſcribitur: Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omnî tempore, *pœnituit eum quod hominem feciſſet in terrâ. Et tactus dolore cordis intrinſecùs: Delebo, inquit, hominem.* &c. Iam indè ſæua è cælo tempeſtas ingruit; & terra aquis ſuperfuſa, peccatorum naufragiis hiat. Cùm autem dicitur, *Pœnituit eum,* notandum eſt, quòd Deus non eſt ſicut homo, vt eum pœniteat: ſed ſenſus eſt: Ad modum pœnitentis ſe habuit, qui deſtruit, quod feciſſe pœnitet. Hebræum autem verbum, vt inibi notat Oleaſter, & *conſolari,* & indè *pœnitere* ſignificat. Ceterùm LXX. Interpretes pro eo quod habet Vulgatus: *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terrâ,* emphaticè vertunt: *Et cogitauit Deus quia fecit hominem ſuper terram, & recogitauit.* Aliè quidem nimirùm Dei decretû de homine pœnaliſſimè perdendo, quod forſan inconſulto ipſius furori tribui à ſontibus poſſet, cogitatui adtribuit, quo Deus, durior ſcelerum vindex, non niſi prudenti (vt par eſt) conſilio, vniuerſalem mundi eluuionem, & ineluctabiles tot hominum ſtrages edere putaretur. Adeò vt Dei pœnitentia de formato homine & illius funditùs perdendi edictum duriſſimum, dicatur, Dei *cogitatio, & recogitatio*: quò innuatur tantæ cladis edictû, quod fuiſſe ferale, atrox, & inconſultum ab imperitis putari poterat, adeò fuiſſe conſultum, & attentâ deliberatione decretum, vt illud tandem decreuiſſe. Dei *cogitare, & recogitare* dicatur, Quaſi ſemel, iterùm, & ſæpiùs Deus id *cogitando, & recogitando* conſuluerit, deliberarit, decreuerit, & decretam tandem ſententiam fulminarit, & tot funeſta hominum naufragia pœnaliſſimè executus ſit. Quare Deum pœnitere de creato homine, & eius decernere excidium, Dei *cogitare, & recogitare* aliè perhibetur.

Geneſ. 6. v. 6.

Pœnitud eſt, pœnitere, ac conſolari.

Oleaſter Hebræus

LXX. Interp.

Diuinum de perdendo homine edictum. Dei cogitatio, & recogitatio perhibetur.

3 Geneſeos 18. puniturus acerbiſſimè Sodomam Deus pergit: dixitque ad Abrahamum; Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. *Deſcendam, & videbo vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.* Quis, qualiſve eſt Sodomorum clamor, & grandis clamor, qui ad Dei aures perueniſſe dicitur? Opinor, Sodomorum nemo erat iuſtus, qui iuſtitiæ zelo Deum ſcelerum vindicem inclamaret. Vnde multiplicata peccatorû malitia, clamor eſt & grandis clamor, qui ſeueriorem Dei vltionem, enormitatis voce tacitâ potenter extorquet. Sed quare Deus è cælo deſcendiſſe dicitur, vt reatum exploret, & an ita ſit, vt clamor euulgat, ritè *ſciat*? Profectò non ex inconſultâ neceſſitate aut ignoratione Deus punit. Nam vt peritè hunc locum exponit Gregorius: *Clamor,* inquit, *Sodomorum venit ad me.* &c. *Vides quomodò omnis iniquitas apud ſecreta Dei iudicia habet voces ſuas? Peccatum namque cum voce, eſt culpa in actione; peccatum cum clamore eſt culpa cum iactantia.* Non ergò temerè aut ignorãter ad ſeueriorem vindictam Deus proſilit: priùs enim iniquitatis clamor *apud ſecreta Dei iudicia* peruenit: nec ignorantem reperit, ſed cunctantem, quaſi diſcutientem. & de ſupplicio deliberantem. Quâ ſuper re ſic eloquenter philoſophatur Hilarius: *In omnibus quæ ignoraſſe Deus loquitur, ignorantiam quidem profitetur, ſed ignorationi tamen non detinetur, dum ad id quod neſcit, non neſciendi infirmitas eſt, ſed aut tempus eſt non loquendi, aut diſpenſatio eſt non agendi. Loquitur ad Abraham Deus dicens: Clamor Sodomorum impletus eſt, &c. deſcendam ergò & videbo, ſi ſecundùm clamorem eorum conſummantur: quod ſi non, vt ſciam. Habemus ergò neſcientem Deû, quod tamen non neſciat: nam cùm peccata magna valdè ſciat eſſe, & rursùm deſcendit vt videat an conſummati ſint, & ſi nondùm conſummati ſunt vt ſciat, intelligimus eum non ea tunc ſcire, quia priùs neſciat; ſed tunc ſcire, quia tempus ad agendum ſit. Neſcire ergò Deum, non eſt ignorantiæ diminutio, ſed temporis plenitudo. Expectatur enim ad hoc vt ſciat: & cùm non poſſimus id de eo intelligere quòd neſciat, cùm tamen adhuc expectet vt ſciat, neceſſè eſt, vt id quod ſciens neſcit, & neſciens ſcit, nihil aliud quàm vel loquendi diſpenſatio eſt, vel agendi.* Argutè pariter ac facundè Hilarius, in grauioribus ſuppliciis à Deo pœnaliſſimè inflictis, eum ab impetu, & ignoratione vendicat; & de neſcientiâ conſultiſſimam in pœnaliùs agendo Dei ſapientiam comprobat; quaſi edictum acerbiùs puniendi, perindè ſit, ac ſi Deus reatum neſciret; altius, conſultiùs & ſapiẽtius de infligẽdo durius ſupplicio *cogitare, & recogitare*: ne quiſquis enormioris culpæ reatû probè nõ ſciat, incogitatã & inconſultam pœnam reputet, quaſi cæcus vindictæ furor eam temerè fulminarit. Imò quia oculatiſſimè ſcelerum enormitatem noſcit, de cõſultiſſima eorû notitia venit, vt *peccata noſtra tolerare amplius nõ poſſit.*

Geneſ. 18. v. 21.

Peccata apud ſecreta Dei iudicia habet voces ſuas.

S. Greg. lib. 5 Moral. c. 7.

S. Hilar. lib. 9 de Trinit.

Quomodò Deus cùm punit, pere ita habentius ignorare dicatur.

4 Geneſis 11. nec mundi naufragio emendata hominum gens, turrim Babylonicam ædificare inauſpicatò molitur, quod alterius forſan diluuij aſylum foret. Mirum ſanè, quòd ſic operoſe præcaueãt diluuium, cum *pollicitus ſit Deus, ſe non vltrà facturum diluuium,* quod appoſitè inibi notauit Chryſoſtomus. *Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam.* Nullo loco mouetur Deus, qui ſemper vbique eſt totus; ſed deſcendere hîc dicitur, quia humanis ſceleribus aut puniendis, aut diſſipãdis præſtò adeſt. Addit ad rem Tuitienſis Rupertus præſcripta verba elucidãs: *Deſcẽdit ergò vt videret, de illo ait Scriptura, qui omnia ſcit antequã fiant, & nuſquã abeſt;*

Securus de diluuio, diluuij aſylum conſtruit.

S. Chryſoſt.

Geneſ. 11. v. 5.

Rupertus.

quia videlicet & cauſſa talis erat, quam indiſcuſſam cæleſte iudicium nullatenus omittere debe-

Præcauet Deus, ne inconſultâ temeritate punire videatur.

ret: & ſic loqui debuit Scriptura, vt nil temerè eſſe credendum inſinuaret. Itaque Deus iuſtitiæ aſſertor, & acerrimus flagitiorum vindex, deſcendere dicitur, vt diſcutiat, exploret, & videat inſolentem hominum reatum, quem *indiſcuſſum nullatenus omittere debebat cæleſte iudicium.* Sic autem diſcutitur, & ritè exploratur, ne Deus *temerè* tantam illis pœnam inflixiſſe crederetur. Ah! tantam, támque horrendam Deus ſceleroſis pœnam irrogat, vt ſollerter caueat Scriptura, ne eam *temerè*, & cæco furoris impetu, omnipotentiæ viribus armato, fulminaſſe putetur? Hæc conſultiſſima ſcripturæ cautio, & diuini rigoris eſt emphaſis, & peracerbæ horrendè ſeueritatis moraliſſima hyperbole. ô, eam præcaue quiſquis Deum times!

5 Pſal. 100. v. 1.

Pſalmum 100. ſic modulatè propheta Regius auſpicatur: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Plerique de miſericordiâ & iuſtitiâ Dei iſtud intelligunt, vt ſignificet Propheta, ſe ſemper celebraturum Dei miſericordiam, & æquè eius iuſtitiam. *Ceterùm* (ait Heſychius) *cùm iudicio præponat miſericordiam, miſericors eſt iudex noſter, non vtique, quandò iudicat, ſed modò quandò nondum exercet iudicium; ita vt miſericordia ſit temporis præſentis, iudicium verò ſit temporis futuri.* Itaque diuina miſericordia non tam comitari, quàm præcedere diuinam iuſtitiam perhibetur. quaſi Deus, qui in ſe non poteſt non eſſe ſemper miſericors; vt iuſtus eſt, ſeueriùs puniat, & iuſtè horrendas peccatoribus plagas infligat; qui cùm miſericors ſit, iniuſtus & immiſericors eſſe non poteſt: ac ſi miſericordia inclementiam arceat in ſupplicio irrogando; non verò temperet, aut inhibeat iuſtitiæ acerbitatem. Quod egregiè ediſſerit Baſilius Magnus præfat. in Regul. fuſ. diſput. ſic ad rem de Deo fatus: *Neque citrà iudicij diſquiſitionem clemens eſt; neque inclementer iudicat miſericors & iuſtus Dominus.* Nimirùm temerè foret clemens, ſi citrà iudicij diſquiſitionem miſereretur; inclementer autem videri poſſet iudicare, ſi iuſtus cùm ſit, miſericors etiam ſimul non foret. Itaque ſi attendamus dumtaxat ad æternas gehennæ pœnas reprobis infligendas, inclementer iudicare forſan poſſet videri: at cùm ſummè iuſtum ſumma clementia comitetur, de inclementiâ vindiciæ aguntur; ne Deus ſic horrendum infligens ſupplicium, inclementer caſtigare putetur: *Neque inclementer iudicat miſericors & iuſtus Dominus.* Sic ſunt acerba à Deo inflicta ſupplicia, vt ab inclemētiâ, temeritate, ignorantiâ, & neceſſitate vindicanda ſint, ne ſūma Dei æquitas, vltrix incōſultè iracundia eſſe videatur.

Heſych in Cate. Græc. Patr.

Deus nunc dicitur miſericors poſteà iuſtus. quare?

S. Baſilius

Deus comitanter clemens, inclementer non iudicat.

6 4 Reg. 21. v. 13.

Cur Deus extendere dicitur funiculū, vt puniat?

4. Regum 21. hæ Dei minæ audiuntur: *Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ* &c. Funiculus menſorius metaphoricè ſignificat eandem pœnæ menſurā. Imò etiam cùm ſignificet extremam Ieroſolymorum vaſtitatem; ne velut cæco impetu vrbs diruta atrociter videatur, menſorij *funiculi* mentionem inducit: quod enim ad menſuram fit, non temerè, ſed arte factum videtur. ô! hanc præmittens cautionem Deus punit?

---

§. LXVII.

Peccator apud homines nominatiſſimus, Deo anonymus eſt: quippe qui nomen ſuum felicitati inſcripſit.

MVltos inueni æquos aduersùs homines, paucos aduersùs Deum. Obiurgamus quotidie fatum: Quare ille in medio curſu raptus eſt? Quare ille non rapitur? Quare ſenectutem & ſibi & aliis grauem extendit? Quid autem intereſt, quàm citò exeas, dum vtique exeundum eſt? Non vt diu viuamus quærendum eſt, ſed vt ſatis. Nam vt diu viuas, fato opus eſt, vt ſatis, animo. Longa eſt vita, ſi plena eſt. Verùm obſecro te, æquiùs iudicas, te Deo, an tibi parere Deum? Tui non ſatis ſcius, diuinæ prouidentiæ arcanum tibi impat, ne curioſiùs ſcruteris. Bonum malúmque hominum meritum, humanarum rerum vices alternat. Te latet meritum animitùs abſconſum, lateat & illius cenſus neceſſè eſt. Iuſtus, etſi obliuione neglectus videatur, in beneficâ Dei memoriâ præſentiſſimus adeſt, qui per aduerſa etiam auxiliatur. Iniuſtus autem quaſi è diuinâ memoriâ exciderit, proſperis pariter ac aduerſis negligi videtur. Hominem ſceleroſè malum Deus ſcit, malitiam autem neſcire dicitur Biblicâ phraſi: non quòd prorsùs neſciat (abſit ab omniſcientiâ Dei,) ſed quòd non approbet; quòd ſcire diſſimulet euphemiſmo Diuinitati idoneo. Sic Virginibus oſcitanter fatuis, diſſertè reſpondit: *Neſcio vos,* quaſi eas noſcens, ſceleroſam earum deſidiam velut neglectu quodam ignoret. Sapienter inibi Hieronymus: *Nouit enim Dominus eos, qui ſunt eius; & qui ignorat, ignorabitur.*

1 Propè ex Senecâ epiſt. 94.

Sæ homo æquus diuinæ prouidentiæ obſtat.

Matth. 25. v. 12.

S. Hieronym.

Lucæ 16. Chriſti Dei ore, non tantùm in rebus ipſis, ſed & in nominibus, & in nominum ſilentio pulchra eruditio morum auditur. *Homo quidam,* inquit, *erat diues, qui induebatur purpurâ & byſſo: & epulabatur quotidiè ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.* &c. Conſulto de Diuite epulone dicitur, quòd *erat,* non eſt; quia vmbratilis mundi pompa, feſtinato fugit, & ſic velociter præterit dum eſt, vt prope non aliquandò eſſe, ſed fuiſſe dumtaxat denoteturs, vt inſinuat Chryſoſtomus. Bene autem inibi notat Ambroſius, quòd *narratio magis quàm parabola videtur, quandò etiam nomen exprimitur.* Sed cur vnum dumtaxat exprimitur nomen, alterum tacitè negligitur? An nomen Pauperis, non Diuitis notum erat? Opinor, purpuratum Diuitem, vocabuli etiam vanagloria apud homines fuiſſe notiſſimum; Pauperem verò apud Deum, cui paupertatis lingua virtus præclarè loquebatur. Qua ſuper re ſic philoſophatur Anonymus citatus in Catena, Lucæ 16. v. 19. & 20. *Homo quidā erat diues.* &c. *Conſidera,* inquit, *& aduerte diligēter Saluatoris verba, in quibus ſumma relucet*

2 Lucæ 16. v. 19. & 20.

S Chryſoſt. apud Catenā.

S Ambroſ.

Anonymus.

nemorem

Non Lazarus, ſed nomen di- uitis, anonymus ſilentur. qua- re?

nominatem enim nominatim recenſet dicendo, verbi cauſſa, Homo quidam diues vti Iob; ſed in genere tantùm hominem diuitem nominat; pauperis vero econtra nominatim meminit. quid hic itaque obſeruandum? Quòd videlicet hunc tamquam durum, & in pauperes inhumanum, Dominus anonymum inducit, vti per Prophetam de Deum non timentibus pronunciarat, dicens: Non memor ero nominum illorum per labia mea: at pauperem verò (iuſtum inquam) *nomine deſignat: ſiquidem tales in Dei lingua*

Pſal. 15. v. 4.

& ore obuerſantur. Mitto nunc quòd Iuſtus, præſertim pauper, crebrò in Dei memoriâ, ore, & linguâ verſetur, ſic illius virtus illi perplacet, vt eius nominatione delicietur Deus. Diues autem iniuſtus apud homines nominatiſſimus, *anonymus* apud Deum eſt, indignúſque qui Dei ore, & Biblico charactere deſcribatur. Quare tantùm dicitur, *Homo quidam*, ſuppreſſo, etſi bono non boni hominis vocabulo: quò denotetur, quòd licèt quà homo in Dei cenſu & memoriâ ſit: at peccator, quà talis, nominis cenſu, & vocabuli elogio caret; quippe indignus, qui vel ſul nominis titulo denotetur: vnde *anonymus* effertur. Sic etiam valdè auarus,

Ruth. 4. v. 1.

& parùm pius ille Boozi cognatus, qui Ruthæ hereditatem ambiuit, & Rutham probiſſimam abiecit. Sic etiam & hi Senes luxu

Hic verſ. 5

& improbitate infames, ſine vocabulo *anonymi* inducuntur à ſacro Hiſtorico, vt nomine ignominiosè careant, tamquam indigni, qui vel vocabuli titulò nominentur. Heu, ſic vel nomina expungit malitia?

3

Geneſeos 6. ſic de primæuâ ſcelerosè gente, diluuij fluctibus expiandâ, Moyſes loquitur: Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecùs, *Delebo, inquit, hominem,*

Geneſ. 6. v. 7.

quem creaui, a facie terræ. Quid eſt, quòd ait Deus, *Delebo hominem* inceſſanter peccatorem? An homo, ſcriptura Dei eſt, & velut ſcriptor ſtylum vertet Deus, quò hominem deleat? Hominum naufragium, ſæuiente atrociùs eluuione, velut litura eſt, qua Deus hominem delet? Et quænam eſt charta ſeu membrana, in qua homo delendus erat, Dei manu deſcriptus? Appoſitè Philippus de obedientia clericorum cap. 6.

Philippus

Delebo hominem. Pulchrè, inquit, *Delebo, ſic enim prudens ſcriptor ſcripturam veterem vult delere, non vt membranam vel tabulam velit pariter abolere...... Rectè ergò Deus ſe delere hominem aſſeuerat, quia & ſpiritu ſcribuntur non delebili atramento quicumque indelebiliter ſcribuntur fixo fidei fundamento.* Profectò ſcriptor chartam non delet ſed dictionem, aut ſcripturæ particulam in charta conſcriptam, vt totam ſcripturam emendet, quam dictio inidonea deturpat. Quare quod culpæ atramento in homine deſcriptum eſt eluuionis vdore delet, vt culpam expungat, & malitiam exinceps emendet: homines autem Noëticæ proſapiæ patriarchalis ſanctimoniæ hæredes, ſpiritu deſcriptos,

Sic Deus hominem delet non chartam ſed ſcripturam deleuit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

ptos, fidei & operum ſacramento velut characteribus inſculptos, minimè delet; nec ipſam terram, in quâ tamquam in chartâ, viuæ litteræ, aut mundialis ſcripturæ dictiones, homines ſcripti erant: ſed peccatores delet, quos vetus deprauatae malitia, nec pœnitentia emendauit. *Sic prudens ſcriptor ſcripturam veterem vult delere, vt non membranam velit pariter abolere.* ô deleat in nobis Deus quicquid ſtylo culpæ deſcriptum eſt; & in cordis noſtri tabulâ, Spiritus-ſancti digito indelebiles reſcribat ſanctitates, quas ſemper recordatione relegat, cæcis olim culpæ characteribus emendatis, atque reformatis in ſcripturam Deo dignam!

Ieremias cap. 17. ſic Deum alloquitur: 4
Expectatio Iſraël Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur: *Recedentes à te, in terrâ ſcribentur.* Varablus & Hugo, Scribi inquiunt, impios in terrâ, eſt perire eorum nomen, memoriam, & famam; nam quæ in puluere ſcribuntur, facile vento aut pede delentur. Seria enim quæ magni facimus, quæque memoriæ & poſteritati mandare volumus, ſcripturis, aut lapidi, aut æri conſignamus; quæ verò nihili ducimus, quaſi per iocum in puluere, aut aqua ſcriptitamus, quaſi mox abolenda. Sic Ioannis 8. v. 6 Chriſtus peccata adulteræ in terra ſcribebat. Opportunius S. Hieronymus, Origenes, & Rabanus putant, in *terra ſcribi*, eſſe adſcribi & adnumerari iis, qui terrena ſapiunt, ac proindè terrenis noti erunt. Hinc dicitur Pſal. 48. v. 12. *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.* Sicut è contrario Sancti ſcribuntur in cælo, Lucæ 10. v. 20. & cælitibus, quaſi ciues Sanctorum, ſcripti in libro vitæ, id eſt, *in æternâ Dei memoriâ*, & prædeſtinatione, vt ſint hæredes Dei, ait Cornelius noſter; & addit ex Hugone Cardin. *Mundani inſcribuntur terrenæ felicitati, diuitiis, deliciis, honoribus quaſi litteris, quæ indicant quales ſint ſcilicet auari, ſuperbi, luxurioſi.* ô dubios & de facili delebiles characteres, quibus humanæ felicitati homo ſe inſcribere exambit! ô litteras incertas, fluxas, caducas, & facili lituræ exprompriùs obnoxias! Cùm fugitiua felicitate fugiunt, diſſipantur, euaneſcunt. Fugax hæc ſcriptura, culpæ ſtilo, & atramento malitiæ bonis mundialibus deſcripta, mortalibus legenda tantiſper apparent; Deo autem ac Cælitibus inuiſa ſunt, & mox delēda, propè iam deleta, expuncta, nulla. Sanè humana felicitas, dignitas, honos, voluptas, imbona charta eſt, in qua characteres exares, & exaratos cælo legendos obiicias. Hæ litteræ in *terrâ ſcribuntur*, vel potiùs eiuſmodi ſcriptione delentur, dum pedi aut vento de facili delēda obiiciūtur, & obuię liturę exponūtur.

Ierem. 17. v. 13. Cornelius ibi. Vatablus, Hugo Card.

Ioann 8. S. Hierony. Origenes Rabanus

Pſal. 48.

Hugo
Male mundani homines inſcribuntur humanæ felicitati. quare?

4. Regum 21. Hæc dicit Dominus Deus 5
Iſraël: Ecce ego inducam mala ſuper Ieruſalem & Iudam: vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius, *Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ; & delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebrius ſtilum ſuper*

4 Reg. 21. v. 13.

& his quæ malè facta sunt ad infectum redactis, amiſſam (quàm poteſt) renouat innocentiam. Ecce magnum pœnitentiæ myſterium, de *miſericordia diuina artificio* mirifficum, quo diu inueteratam, & medullitùs conuiſceratam malitiam, ad recentem ac vernantem purioris *innocentiæ* florem renouat; dum *malè facta ad infectum redigit*, quæ eſt arcana diuinæ bonitatis & omnipotentiæ emphaſis, de *miſericordia artificio* ſuſpicienda. Prodigioſũ ſanè diuinæ gratiæ ingenium eſt, *factum ad infectum redigere*, & peccatorem omnium ſcelerum teum æquiualenter ad *innocentiam* reuocare. Sic Magdalena de ſcorto dicitur virgo per virginem continentiam; ſic Paullus & Auguſtinus innocens, Matthæus è telonario æquus, latro in patibulo iuſtus: namſi pœnitentiæ vis *factum ad infectum redigit*, quid mirum ſi ſceleroſa malitia quodammodò recuperet innocentiam? dicente Prophetà: *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* quâ hyperbole puritatis poſt pœnitentiam nitor apprimè exponitur.

4 3. Regum 17. intranti Eliæ in Sarephtam Sidoniorum, pauper illa vidua pietate locuples occurit: à quâ in dirâ illa fame fruſtrum panis, & aquæ potionem ſupplex expetit. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria: *En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Ideò, inquit Auguſtinus, hæc vidua duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis myſterium deſiderabat agnoſcere. Crux enim Domini Saluatoris duobus lignis aptata eſt: ideò duo ligna colligebat vidua illa, quia in illum qui in duobus lignis pependit creditura erat Eccleſia. Manuductu Auguſtini hac ſuper re ſic ad rem philoſophatur Anonymus lib. 3. homil. 8. cap. 4. *Vidua*, inquit, *Sarephtana ſic duo ligna collegit gemina dilectionis, quibus figuram fecit ſanctæ crucis, lignis in tranſuerſum ſibi ſuperpoſitis. Non fit crux recta, niſi tranſuerſa ſint ligna diſpoſita. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia, & peruerſitas peruertit ligna, & fit non peruerſa, ſed recta crucis figura. Neſcientibus hominibus, quicquid vult, facit Deus in hominibus. Vndè etiam ſæpè fit, vt faciant homines aliquid eâ intentione vt fiat illud, quod intendit Deus, aliud penitùs quam voluerunt, euenit.* Quod confirmat exemplo vndecim fratrum Ioſephum ſceleroſè vendentium in ſeruum: quo factum eſt, non vt declinarent, ſed vt ſubirent eius principatum. Bona quidem ex occaſione *peruerſitas*, quam ſublimior Dei prouidentia ad celſiorem rectitudinem corrigit. ô quoties ſceleroſior profundè malitia diu enormiter nequiſſima, faſtigium perfectionis fundat prouidentioris Dei miſericordiæ & humanæ pœnitentiæ *artificio*! Quid tam artificioſè argutum, quàm curuitatibus rectitudinem conflare? quàm de ſceleribus ſanctitates haurire? quàm de veneno antidotum propinare? Mira hæc eſt è peruerſo pœnitentiæ vis, quæ dum eliminat vitia, ex illis virtutes ſplendidè cudit, peccata in virtutes reformat, malitias in ſanctitates refingit, peruerſitatem in rectitudinem corrigit; indéque vitam dirigit, vnde peruersè credi poterat obliquari? *Peruerſitas peruertit ligna, & fit non peruerſa, ſed recta crucis figura.* ô quàm fuiſſet procliue his peruerſiſſimis Senibus, ſi arguto pœnitentiæ artificio vti vellent, inueteratam totius vitæ peruerſitatem corrigere, & ad debitam rectitudinem reformare! Ab illis quippe eſt tortuoſa fraudulenter peruerſitas, qui omnem populum ad rectitudinem iuſtitiæ debebant conformare, iudiciariæ virgæ rectitudine flecti-neſciâ.

1. Reg. 17. v. 12.

S. Auguſtin. Serm. 101. de Tempore.

Anonymus

ad Rom. 8.

Pœnitentia ingenio à perverſitatibus rectitudo conſurgit.

Hic verſ. 5.

5 Pſalmo 113. ſic occinit regius Vates: In exitu Iſraël de Ægypto, domûs Iacob de populo barbaro: *Mare* (rubrum) *vidit, & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorsùm*, dum Arca Dei per illum tranſibat ad Terram promiſſionis. Notiſſimus eſt litteralis ſenſus: in myſtico autem per hanc Iordanis conuerſionem *retrorsùm*, pœnitentia intelligitur. *Iordanis autem* (ait Heſychius in Catenâ Corderij) *non fingit, ſed confitentibus retrorsùm vertitur, dum ad pœnitentia lacrymas conuertuntur.* Quod indidem explicatiùs tradit Theodoretus: *Fluuius quoque inhibitus fuit, & fluxuum ſuorum curſum contraxit, tamquam ſi ratione præditus eſſet.* Nimirum pœnitentiæ vi vis paſſionum, vitiorum fluxus, & ſubſultuum impetus inhibetur & ſiſtitur, ac ſi eiuſmodi paſſionum fluctus ratione præditus foret. quod eſt arcanum pœnitentiæ myſterium. Id alto ſtilo ediſſerit Richardus Victorinus lib. de Exterminatione mali cap. 4. *Iordanis conuerſus eſt retrorsùm*, inquit. *Qualis, quæſo, iſta eſt conuerſio Iordanis, quàm mirabilis, quàm amabilis? Totum impetũ amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis magnâ cum feſtinatione recurrere non deorsùm, ſed ſurſum quærere quæ ſursùm ſunt, & non quæ ſuper terram; ita vt veraciter profiteri poſſis, quia Iordanis conuerſus eſt retrorsùm.* Grande quidem pœnitentiæ miraculum, totus affectuum impetus, tota concupiſcentiæ inundatio, tota voluptatis affluentia, & totus paſſionum fluxus, qui olim ad voluptabilia deorsùm prono curſu currebat; nunc arcanâ pœnitentiæ vi magnâ cum feſtinatione recurrit ſursùm, & grata vltrò violentia, ſuæ naturæ oblitus, quaſi alteram arcanè nactus, refluit, repedat, & retrorsùm mirifficè labitur; ad ea quæ ſursùm ſunt, non quæ ſuper terram deorsùm pleno alueo decurrens. Grande pœnitentiæ prodigium, *Iordanis conuerſus eſt retrorsùm!* Hoc argumentum argutè perſequitur indidem Auguſtinus. Et Cornelius in cap. 4. verſ. 23. Ioſue.

Pſal. 113. v. 3.

Heſychius

Theodoretus

Richard. vict.

Pœnitentia miraculum eſt, quòd Iordanis conuerſus ſit retrorſum-quare?

S. Auguſtin. Cornelius

.

§. LXIX.

Præſtantia peccantis, enormioris malitia excellentiam peccato fœnerat.

1 MAgiſtratum non decet agere, quod alter accuſare poſſit. Quid timeat reus cùm videat crimen in faſcibus conſtitutum? Quâ fronte arguet aliena facta, quem palàm ſua condemnant? Præfectorum nequitia, iniquitatis licentia eſt, & impunè delinquendi priuilegium. Pœnaliſſima ſceleroſis illa tormenta ſunt, ſi publica vota moribus ſuis ſentiant eſſe contraria. In tuto ſunt ſcelera, quibus Principum ac Magiſtratuum vita fauentiùs adulatur. Nullum eſt ſine patrono flagitium. Viderit Superior, an non tam de ſuis criminibus, quàm de alieni criminis patrocinio acerbiùs iudicetur. Hinc ſeueriſſima atrociùs ſupplicia Iudicibus digniſſimè inflicta: & Procerum peccata, de perſonæ nobilitate quamdam peccati excellentiam, ſeu excellentiorem enormitatem meritò fœnerantur: quaſi peccantis generoſitas, non modicus peccati cenſus ſit, & meritiſſimus acerbioris pœnæ reatus.

Procerum peccata excellentiam enormitatis de perſona nobilitate fœnerantur.

Quare hi Senes dignitate prælustres, regiâ nobilitate aſpectabiles, dum à tanto culmine ignobiliùs degenerant, & ſceleroſiùs delinquunt; & atrociùs caſtigantur, patriâ lapidatione, & peregrinâ frixione torrentur. *Potentes potenter tormenta patientur.*

Hic verſ. 5. & 55 & 59. & 62.

Sapient. 6. v. 7.

2 Ezech. 28. v. 12. &c.

Ezechielis 28. ſub perſonâ regis Tyri, hæc apoſtatarum Angelorum coriphæo dicuntur: Hæc dicit Dominus Deus: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientiâ, & perfectus decore*, in delicijs paradiſi Dei fuiſti.... Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei..... Repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: & eieci te de monte Sancto Dei, & *perdidi* te ô Cherub. &c. ô funeſtè tragica in ſummo cælo nequam Angelorum *perditio*! Heu tot ſtrages in cælo editas iacturâ irremediabili! Homo luteus reparatur, & præuaricator Angelus cum ſuis ſic *perditur*, vt locus reparationi præcludatur? Peiorne erit ſpiritualium in cælo Angelorum, quàm luteorum in terrâ hominum conditio? Opinor, generoſa Angelorum nobilitas, in culpæ excellentiam oppidò enormiorem degenerat. Sapienter Auguſtinus Tract. 110. in Ioannem, hâc de re philoſophatur: *Cùm nouerimus*, ait, *bonorum omnium creatorem, reparandis Angelis malis nihil gratiæ contuliſſe; cur non potiùs intelligimus, quòd tantò damnabilior eorum iudicata ſit culpa, quantò erat natura ſublimior? Tantò enim minùs quàm nos peccare debuerunt quantò meliores nobis fuerunt.* Itaque de peccantis bonitate nequior peccati cenſus deſumitur: & prælustris bonitas, operis malitiam taxat. ô æquam è peruerſo menſuram! Irreparabili cadu ruinâ, qui è loco ſublimiori ruit. Excellentia bonitatis, malitiæ auctarium eſt: dum Angelica præſtantia arcet reparationem, cui cognatus hominum limus, & lutoſa fragilitas adulatur. Ergo *tantò damnabilior Angelorum iudicata eſt culpa, quantò erat natura ſublimior. Tanto enim minùs quam nos peccare debuerunt, quantò meliores nobis fuerunt.* quare extremâ & contumelioſè peracerbâ clade *perdi* dicuntur. Ezechieli annuit Iſaias cap. 14. *Detracta eſt*, inquit, *ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea & operimentum tuum erũt vermes. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* &c. Cadauérne tribuitur Lucifero? ô ſignificantior hyperbole! Sic Angelica natura corporis expers, propter malitiæ excellentiam viliſſimè degenerat, & ignobiliter à ſpirituali generoſitate deſciſcit, vt humano aut pecuino ſqualore cadaueraſcere dicatur? Hæc viuaciſſima exaggeratio, velut naturæ Angelicæ titubatio eſt, & Angelicæ culpæ emphaſis.

Præſtantia angelica naturæ, irreparabilitatem peccati eorum negotiatur.

S. Auguſt.

A ... à pec... ... ſonâ ... ... vtraſcere perhibetur.

Iſaiæ 14. v. 11. & 12.

3 Geneſ. 6. v. 2.

Geneſeos 6. ita ſcribit ſacer Hiſtoricus: Cúmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* &c. Mox recenſentur tanta eorum flagitia, quæ diluuium mundo accerſere meruerunt. Attentâ autem expenſione digniſſimum eſt, quamobrem cùm ſceleroſa hominum nequitia recenſetur, quæ clementiſſimi Dei iras ſic prouocauit, vt ineluctabile mundi naufragium à cælo ruere decreuerit, *filij Dei* nominatim dicantur. An non tantum támque prælustre nomen tot ſcelera expunxerant? Opinor, potiùs debuiſſent nominari, *Filij Diaboli*, cuius malitiam impreſſiùs imitabantur. Quare generoſo Filiorum Dei vocabulo nobilitantur, cùm iram Dei potentiùs laceſſere, & atrociorem enormiùs pœnam promereri inducuntur? Appoſitè S. Chryſoſtomus: *Dei*, inquit, *filios hic vocauit eos, qui anteà ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant, deindè mutati erant, & euaſerant deteriores, & ſuum honorem perdiderant. Vt autem magis amplificaret eorum reprehenſionem, eorum honorem reuocauit in memoriam, maximum eſſe crimen oſtendens, quòd cum tales eſſent, & orti ex talibus, ad tantam ſe præcipitaſſent improbitatem. Et rursùs Deus: Ego dixi, Dij eſtis, & filij Altiſſimi omnes. Vos autem vt homines moriemini.* Itaque generoſum *Filiorum Dei* vocabulum, ex ſummâ nominis ſanctitate excellentiam atrocioris malitiæ è diuerſo fœnerat; indè enormitatem mutuans vndè fugere bonitatem debuiſſet. Nimirùm profundè Moyſes nobili *Filiorum Dei* nomenclaturâ giganteam hominum malitiam miriſſimè *amplificat*, *maximum eſſe crimen oſtendens, quòd cum tales eſſent, & orti ex talibus, ad tantam ſe præcipitaſſent improbitatem.*

Chryſoſt. in Pſalm. 4.

Filiorum Dei nunc appellatio, malitia enormioris amplificatio eſt.

Pſal. 81. v. 7.

Purpuratus Propheta Pſalmo 4. ſic modulatè occanit: *Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Pro το *Fily hominum*, Hebraicè ſcribitur בְּנֵי אִישׁ *bene iſch*, id eſt, viri præſtantes & clari (nam בְּנֵי אָדָם *bene adam*, plebeij & obſcuri vocantur. LXX. Interpretes, & Hieron. vertunt. *Vſquequò inclyti mei ignominiosè*

4 Pſal. 4. Hebræo LXX Interp.

nioſè

S. Hieron. Chaldæus Aquila Symmachus Vatablus

morte diligatis vanitatem? Chaldæus Paraphraſtes: *Vſquequo vituperium?* Aquila & Symmachus: *Vſquequo glorioſi mei, ſeu gloria mea?* Vatablus: *Vſquequo potentes ac Principes?* Sed cur, inquies. Deus eos, quibus tam multa peccata exprobrat, priùs *inclytos ſuos*, & *honorem & gloriam ſuam*, & *potentes ac principes* appellat? Planè, vt quò magis eorum extolli tur dignitas, eò magis eorum quoque iniquitas exaggeretur. Glorioſos enim (inquit Euſebius) *ad deteriora prolabentes ſugillat ſermo.* Itaque glorioſa *Inclyti* appellatio, acerbior eſt criminis ſugillatio, & deterioris malitiæ hyperbole, quâ de inclyto honore, & faſtigio gloriæ, enormius flagitium excudit ad nequioris ignominiæ probrum pœnaliſſimum.

Inclytos ap pellat, vt eos acerbius ſugillet.

Euſebius apud Corder ibi in Notis.

5 Apocalypſis 2. Angelo, inquit, Epheſi Eccleſiæ ſcribe. Scio opera tua, &c. Sed habeo aduersùm te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. *Memor eſto itaque vnde excideris; & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi: & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.* Nempè ſummam dignitatem priſtini nuper ſtatûs multis oſtendit, vt Epheſini Angeli malitiam amplificet, & ſumptuoſiùs exaggeret. Eleganter S. Paſchaſius in Threnos Ieremiæ, ita locum elucidat: Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe: *Memento vndè cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Quod eſt apertè dicere: Scito, & intellige, cuius dignitatis fueris per gratiam, & adoptionem Dei, quàm inclytus & nobilis, veſtitus auro primo & puriſſimo; indutus ſiquidèm ſtolâ immortalitatis: ac deindè quàm vilis ac lutens propter corruptionem & pœnam peccati, vaſis fictilibus comparatis. Sic ne in deſperationem venias, Prophetam imitare lugentem*, Ieremiam inquam, ſuos Inclytos. Nota attentiùs hæc vltima verba, quibus inclyto Epheſiorum Angelo ſpem ſuggerit pœnitentiæ, ne poſtquam è tantâ dignitate, & meritorum faſtigio cecidit, *in deſperationem veniat.* Ah! ſceleroſa ruina ex inclytâ meritorum ſublimitate, deſperationi confinis perhibetur? ô quàm multa perpaucis!

Apocalyp. 2. v.

S. Paſchaſ.

Inclytorum malitia, deſperationi confinis dicitur.

6 2. Regum 12. ſub cuiuſdam parabolæ nubilo, petitæ ab ouiculâ, à Nathan Prophetâ Dauid rex ſalacis & cruenti flagitij arguitur: *Quam ob rem* inquit, *non recedes gladius de domo tuâ vſque in ſempiternum.* Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tuâ, & tollam vxores tuas in oculis tuis & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius, &c. Grande quidèm ſupplicium; ſed ob crimen, quod inclyta Regis dignitas ad malitiam exaggerat: & quod tam feſtinata & acerba pœnitentia, Potentatibus inſolens, pœnas tandiu non expiauit. *Lauabo*, inquit, *per ſingulas noctes lectum meum.* Hebraicè eſt, *natare faciam.* Nempè tot fundam lacrymas non tantùm nunc, ſed per omnem exinceps vitam vt iis lectus ſceleris mei conſcius obruatur, imò & innatet. Eloquenter Ambroſius Apolog. 1. Dauid, cap. 2. *Ille*, inquit, *Rex tantus & potens, ne exiguo quidèm momento manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam: ſed præmaturâ*

2. Reg. 12. v. 10.

Quare Dauid adeo fleuit ſe mobis putatur

Pſal. 6. v. 7. Hebræa 3 Ambroſ.

confeſſione, atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino. Quem mihi nunc facilè reperias honoratum ac diuitem, qui ſi arguatur alicuius culpæ reus, non moleſtè ferat? At ille regio clarus imperio, cùm à priuato homine corriperetur, quod grauiter deliquiſſet, non indignatus infremuit, ſed confeſſus ingemuit. Imò quia tantus tam potens, ac inclytus, ideò atrociùs deliquit; piè ambitioſior's pœnitentiæ temedio prorsùs indigebat. Addit Saluianus lib. 2 de Gubernatione Dei: *Agnoſcit Dauid reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas regias abdicat, crepitantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exoneratur, corde & cultu mutatur, totum Regem cum ornatibus ſuis abjicit, te ſiunio exugitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur.* Sententiosè ait Saluianus de Dauid pœnitente, *Totum Regem cum ornatibus ſuis abiicit*, quaſi exinceps ambiat ſe regno exauctorare, & ex rege hieri, ne ſiſorte deinceps peccare contingat, peccatum dignitate exaggeret ad malitiam, & malitiæ pœnam. Quaſi dicat Rex inclytus deliqui: vt priuatus pœnitentiam agam.

Saluianus.

Cur Dauid pœnitens, totum Regem cum ornatibus ſuis abiceiſſe dicatur.

§. LXX.

Hi ſceleroſiſſimi Senes ſine nomine inducuntur; neque enim vllum nomen eſt, quod immetatam eorum nequitiam taxare valeat.

O Lim & nunc apud omnes gentes ſanctum fuit, ſtatâ quâdam die infantibus nomen imponere; quam diem Tertullianus lib. de Idololatriâ vocat *nominalia*. Eâ die cōuocabantur propinqui & amici, & nomē infanti dabatur, electo aliquo qui nominis impoſitioni præeſſet, eſsètque veluti illius ſuſceptor, teſte Polyæno lib. 6 Strateg. Simul cū nomine fata ſcribebantur apud Gentiles, hoc eſt, ventura, inuocatis Diis, & aduocatis amicis, & vetulis, qui proſpera accinerent puero, hoc eſt, quod Tertullianus l. de Anima cap. 39. dicit: *Fata ſcribenda* (vel *ſcribendo*) *aduocantur*. Quaſi tenellæ infantium carunculæ *fata* ſimul cum nomine inſculperentur, ac ex nomine fatum & proſperior felicitas: & nomine ipſo, vt eſſet vir ſui nominis, ſemper admoneretur. Porrò *fides nominum ſalus eſt proprietatum*: quare infauſtum vel nullum nomen, languorum, vitiorum, & inſolens vitiorum robur infauſtè putari poſſet; ac ſi immetata malitia anonymum mereatur; nullo enim nomine definitur. Sic forſan hi ſceleroſiſſimi Senes ſine nomine inducuntur, quaſi nequeat vnum vocabulum tâtam tamque prodigioſam nequitiam exprimere. 8

Tertullian. *Quid ſit Nominalia.* Polyænus

Fides nominum ſalus eſt proprietatum. Tertull. l. de carne Chriſti c. 13.

Hic verſ. 5.

Danielis 7. propheticum illius ſomnium recenſetur, quo poſtquam tres immanes beſtias futurorum præſagas vidit: *Poſt hæc*, inquit, *aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis con-* 2

Daniel. 7. v. 7.

culcans: diſſimilis autem erat ceteris beſtiis quas videram ante eam. Non hic litigabo eum Interpretibus, an per hanc beſtiam intelligatur Imperium Romanum, an Turcicum, an quoduis aliud. Expenſione autem digniſſimum eſt, quare tres beſtias priores propriis nominibus Propheta induxerit: primam leænæ ſimilem, ſecundam pardo, tertiam vrſo; quartæ verò nomen tacuerit. An deerat nomen, quod eius immanitatem, & ſtrages ab ea atrociter edendas denotaret? S. Hieronymus ſic locum elucidat, & difficultatem opportunè extricat:

S. Hirony. *Beſtia inducitur ſine nomine, vt quidam ferociſſimum de eâ cogitemus.*

Et ecce beſtia quarta, &c. Quartum eſt imperium Romanorum: ſatiſque miror quòd cùm ſuprà leænam, & vrſum, & pardum in tribus regnis poſuerit, Romanum regnum nulli beſtia compararit; niſi fortè vt formidoloſam faceret beſtiam, vocabulum tacuit; vt quicquid ferocius cogitauerimus in beſtiis, hoc Romanos intelligamus. Scilicet in reliquis tribus beſtiis, quæ præceſſere; earum ferociam nomen taxat. Siue leæna ſit, vrſus aut pardus, vnius ſingulariſque beſtiæ truculentiam & immanitatem præfert: huius autem quartæ conſultò *vocabulum tacuit, vt formidoloſam faceret beſtiam; vt quicquid ferocius cogitaremus in beſtiis, hoc* eam eſſe *intelligamus.* Aude cogitando quicquid in beſtiis omnibus magis eſt beſtiale, ferinum, immane, atrox, truculentum, id totum capit anonyma beſtia, quæ ideò ſine nomine inducitur, ne eius immanior ferocia vllius vocabuli definitione taxetur. Immetata eſt atrocitas eius, cuius immanitatem nullum nomen definit, metitur, metatur. Sæuit vt pardus, laniat vt vrſus, ferocit vt leæna, venenat vt ſerpens, & quicquid immaniter noxium ac truculentum eſt, immeratè exhibet, & compendio repræſentat. Ideircò huius beſtiæ nomen ſiletur: & hi ſceleroſiſſimi Senes tamquam omnium ſcelerum rei, inducuntur ſine nomine, quod multiiugam eorum nequitiam metiatur. Quiduis cogita de eorum malitiâ, & eius mitis cenſor eris. Sic multimodè exorbitat!

3 Regius Vates ſub vineæ metaphorâ Synagogam ſeu Eccleſiam intelligens, Pſalmo

Pſal. 79. v. 14 79. ſic pägit: Exterminauit eam aper de ſiluâ, *& ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Huoc *ſingularem ferum*, quem Propheta anonymum voluit, nonnulli Interpretes de ſuo nominant, & proprio vocabulo exponunt: & indè eius ferociam mitigant, dum vnius

S. Hierony. immanitatem dumtaxat illi attribuunt. S. Hieronymus pro *ſingulari fero* habet, *Omnes beſtia agri depaſta ſunt eam*, quaſi hic *ſingularis ferus*, ſit beſtia vna plures, imò & omnes; quod ex nominis ſilentio coniectare licet. In

Chaldæus Chaldæo textu habetur, *Animalia deſerti*; alij

Caietanus excribunt, *Quoduis genus animalis ſylueſtris*; Caietanus, *Reptile Omnipotentis*, mirâ venenatæ etiam ferociæ emphaſi, ad omnes ſtrages peridoneâ Hebræi putant, quartam illam beſtiam anonymam, quam vidit Daniel (& nuper num. præcedenti expoſuimus) intelli-

S Hierony. Lorinus in Pſal. 79. gi per hunc *ſingularem ferum*; ideóque, ait ex Hieronymo Lorinus, eius beſtiæ *tacitum nomen, vt intelligatur ſignificanda potentiæ, ferociæque tantæ, nullam ſpeciem beſtia ſatis idoneã inueniri.* Hieronymi, in Danielis cap. 7. ſententiam, non verba Lorinus dedit, ad thema præſens opportunam. Itaque hic *ſingularis ferus*, ſeu anonyma beſtia, ideò ſine nomine inducitur, vt ad exaggerandam eius ferociam ac truculentiam, per eam deſignentur *omnes beſtia agri, animalia deſerti*, & *quoduis genus animalis ſylueſtris*: & ne venenata excipi videantur, *Reptile Omnipotentis*. Nec vacat epitaſi quod loco Dei, *Omnipotens* ſcribatur: quaſi innominata hæc beſtia velut omnipotenter venenata ſit, & truculenta quare eius multimoda ferocia nullis vocabuli cancellis contineri, aut taxari potuit. Indè non tantùm, *omnes beſtia agri*, ſed & *reptile Omnipotentis* anonymè nominatur, quò nocendi omnipotentiam intentiùs æmulari videatur.

Singularis ferus ſine nomine, omnes beſtias. & reptile omnipotentis deſignat.

4 Geneſeos 6. antiquioris æui mores, diluuio abluendos deſcribens ſacer Hiſtoricus, ait: *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis: poſtquam enim ingreſſi ſunt ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi.* Hæc poſtrema verba vertunt LXX. Interpretes, *viri nominati*; Chaldæus Paraphraſtes, *viri nominis*. Nonnulli habent, *illi erant cadentes, vel violenti*. Hi gigantes libidine notiſſimi, corporis proceritate ac robore inſolentes, omnia proſternebant, proculcabant omnia, omnia vi diripiebant; adeò vt propter enormiſſima eorum flagitia diluuiũ mundo ingruerit, tametſi *viri nominati*, vel *viri nominis* dicuntur, nullum præferunt vocabulum; nullo inſigniuntur nomine. *Viri nominis* appellantur, qui ſine nomine inducuntur, & *gigantes*, vel *violenti*, vel *cadentes* vniuerſatim nominantur? Notat inibi Caietanus, quòd *dictio interpretata Gigantes, iuxtà Hebræum ſonat lapſi*; & confeſtim diligenter examinat, an ſic *à lapſu in ſcelera denominentur*? Moraliſſima ſanè nomenclatura, quæ proprium expungens nomen, vniuerſaliſſimum gigantum vocabulum à ſceleribus excudit: *A lapſu in ſcelera denominantur.* Nimirùm hi Gigantes, qui in omnium ſcelerum genere inſoleſcebant roboris priuilegio, proprium refutant nomen, & ab inſolentiâ flagitiorum vocabulum adſciſcunt: quare eorum nomina ſilentur, & *à lapſu in ſcelera denominantur.*

Geneſ 6. v. 4.

LXX interp.

Chaldæus

Gigantes ſilentur, nominantur, & à lapſu in ſcelera nominantur.

Caietanus

Lucæ 8. Ieſus iter faciebat per ciuitates & caſtella prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus; *Maria quæ vocatur Magdalene, de quâ ſeptem dæmonia exierant.* Quæ nuper cap. præcedenti, *mulier peccatrix* dicitur, nunc *Maria Magdalene* nominatur. Quam abſque nomine dudùm induxerat, geminato iam vocabulo inſignit; vt ſic priorem nominis iacturam repenſet? Pulchrè Beda: *Maria Magdalene, inquit, ipſa eſt, cuius tacito nomine proxima lectio pœnitentiam narrat. Nam pulchrè Euangeliſta, vbi eam cum Domino iter facere commemorat, noto hanc vocabulo manifeſtat: vbi verò Peccatricem deſcribit mulierem generaliter dicit: ne nomen tantæ famæ priſci erroris nota fuſcaret, de quâ dæmonia ſeptem exiſſe referuntur.* Nimirùm cùm ſeptem ſiue

Lucæ 8. v. 2.

Lucæ 7. v. 37.

Beda ibi.

Quare quæ nuper à cobatur, Mulier peccatrix, iam Magdalena nominatur?

ſiue Tartareis dæmonibus, ſiue capiralibus vitiis obſeſſa inducitor, proprium eius nomen ſilet, & à vitiis *Mulier peccatrix* nominatur. Poſt pœnitentiam verò, dæmoniis iam excantatis, & ablegatis iam vitiis, ad Chriſti ſeqnelam nobiliter adlecta, & nomine proprio, & proprio cognomine indigitatur; vt nomen proprium, quod Peccatrici negauit, Chriſti diſcipulæ geminâ nominatione reſtituat; ne anonyma exinceps efferatur, nominiſve ſui elogio viduetur. Inducitur iam Magdalenæ vocabolum, qui ſit nactæ probitatis commentariua; quæ priùs probroſo nominis ſilentio plurifariam culpabatur.

6 Prouerbiorum 10. hanc motum gnomen proponit Salomon: *Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet.* Alij vertunt, *Memoria iuſti celebris eſt & plauſibilis*, vel *cū encomio*, vel *in benedictionem.* Alterum autem hemiſtichion, nempe *Nomen impiorum putreſcet*, Biblia Tigurina excribunt, *Impiorum nomen ſordet*; Vatablus, *exoleſcet*, Lxx. interpretes, *extinguetur.* Quaſi dicat Salomon: : Sicut iuſti memoria grata, ſuauis, honorata, dulciſque eſt, vt tam Deos, quàm homines cùm eius mentionem faciunt, eum benedicant, laudent, celebrent: ita contrà impiorum fama, exiſtimatio, laus, gloria, & *nomen ſordet, putreſcit, exoleſcit, extinguitur.* Clarum alioqui *nomen*, & retrò maiorum gloriâ prælnſtre, propriæ malitiæ ſqualore *ſordet*, ſordidè *putreſcit* & fœtet, putidè *exoleſcit*, & obſcurè *extinguitur*; adeò vt nec antiquæ claritudinis ſcintilla ſuperſit. Heu tot nominum nigras fauillas, ſeu nominum cadauera graueolentet *putrida*! Fama itaque, gloria, & *nomen* improborum ſenſim atteritur, corrumpitur, & *putreſcit*, juxtà illud Mathathiæ de Antiocho, 1. Machabæorum cap. 2. *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt.* Nimitùm glorioſum olim eius nomen fœtidè *ſordet*, vt *ſtercus putreſcit.* cadaueteſcit, vermeſcit. Alendum ergò eſt glorioſum nomen ne *putreſcat*: *Deliacum nauigium* (ait Plutarchus in Moralibus) *dum ſubindè ſarcitur & reconcinnatur: perpetuum in multa ſecula redditur: ſic famæ* (id eſt, glorioſo nomini) *ſemper aliquid addendum eſt, ne putreſcat.* Nam *nomen impiorum putreſcit.* ô, eſtò quiſque, ſicut Probus apud Vopiſcum, *vir ſui nominis*, ne improbis actibus probum nomen adulteret, deturpet, & fœdè corrumpat.

Prouerb. 10. v. 7.

Tigurina vatablus Lxx. interp.

improborum nomen ſordet, putreſcit, exoleſcit, extinguitur.

1. Machab. 2. v. 62.

Plutarchus

Aliquid ſemper famæ addendum eſt, ne putreſcat.

Vopiſcus

---

§. LXXI.

Homo ad bonum, vnus eſt; ad malum verò ter vnus, aut vnus plures.

1 BEllè pariter ac verè Seneca: Hoc maiores noſtri, inquit, queſti ſunt. hoc nos querimur, hoc poſteri noſtri querentur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & omne nefas labi. At iſta ſtant in eodem locu ſtabuntque. paullulum dumtaxat vltrò aut citrò mota: vt fluctus quos æſtus accedens longiùs extulit, recedens interiore littorum veſtigio tecuit. Nunc in adulteria magis, quàm in alia peccabitur, abrumpétque frenos pudicitia: nunc conuiuiorum vigebit furor, & fœdiſſimum patrimoniorum exitium culina: nunc cultus corporum nimius & formæ cura, corpore præ ſe ferens animi deformitatem: nunc in petulantiam & audaciam erumpet malè diſpenſata libertas: nunc in crudelitatem priuatam ac publicam ibitur, bellorumque ciuilium inſaniam, quâ omne ſanctum ac ſacrum profanatur. Habebitúrque aliquandò ebrietati honor, & plurimum meri cepiſſe virtus erit. Non ſtant vnò loco vitia: ſed mobilia & inter ſe diſſentientia tumultuantur, pellúntque inuicem, fugantúrque. Ceterùm idem ſemper de nobis pronunciare debebimus, malos eſſe nos, malos fuiſſe, inuitus adiiciā, & futuros eſſe. Hactenùs ille, inauſpicato humanæ prauitatis omine. Sic mulriformis vnius hominis malitia, quaſi homo foret ad malum vnus plures.

Seneca l. 1. de Benef. c. 10.

Multiformis malitia hominis longiùs eſt ſeuior.

2 Marci 1. erat Ieſus in Synagogâ Capharnaum, ſpargens Euangelicam doctrinam: homo autem ibi erat ſpiritu immundo obſeſſus: & exclamauit, dicens: *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene: veniſti* (alij addunt, *ante tēpus*) *perdere nos! ſcio qui ſis, Sanctus Dei.* Perdere, id eſt, torquere, vt habet Matthæus cap. 8 v. 29. ex hominibus eiicere, in infernum mittere. Vnde Theophylactus: *Exire ab homine*, inquit, *ſummam perditionem dicit.* Summa enim Dæmonum voluptas eſt, homines poſſidere, vexare, tentare, perdere. Hoc eſt quod ait Lucas cap. 8. v. 31. *Et rogabant illum ne imperaret, vt in abyſſum* (infernum) *irent.* Dum autem ait, *Scio qui* (quis) *ſis*, nimirùm *Sanctus Dei*, Meſſias, inquam, Deus, ac Dei Filios. Non hìc morabor Interpretes, an *ſcio* perindè ſit ac ſuſpicor, coniecto, opinor: an verè mentitus ſit Dæmon. Illud autem ethicâ expenſione digniſſimum videtur, quòd cum homo inſtigatus à Dæmone, ait: *Veniſti ante tempus perdere nos*, pluratiuo vocabulo *nos*, ſe nominat: cùm autem dicit, *ſcio qui ſis, Sanctus Dei*, Meſſias, ſeu Chriſtus, in ſingulari ſe nominat, aiens, *Scio.* Qui *perdere nos* nuper dixit, quaſi ſui oblitus, confeſtim ait, *Scio.* Odoratus eſt forſan Caietanus hoc dubium. & tacitè reſpondet: *Querula vox eſt: Veniſti ante tempus perdere nos.* Scilicet cùm hic homo à Dæmone nequiùs inſtigatus, impias in Chriſtum ciet querelas, cùm illum intempeſtiuæ torſionis accuſat, quaſi delicietur in infligendis ſuppliciis, quæ acerbiùs anticipat: cum arrogantí ambitionis inſtinctu ſe illi præfert aiens, *Quid nobis, & tibi*; tunc, tunc quidèm pluratiuo ſe vocabulo effert, quaſi vnus in ſeipſo, ſit ad malitiam plurimus. Cùm verò Ieſum eſſe Sanctum Dei, Meſſiam, & Chriſtum fatetur, tunc in ſingulari numero loquitur, quaſi vnus, & vix integer homo, aiens, *Scio qui ſis, Sanctus Dei.* ô hìc vide qualiter homo à Dæmone inſtigatus, ſit vnus ad rem virtutis: ad vitia verò quaſi ſe multiplicauerit, ſit vnus plurimus. ô quantulus eſt homo ſibi, Deo, virtuti: quàm

Marci 1. v. 24.

Matth.

Theophyl.

Lucas

Caietanus

Homo ad virtutem vnus, ad vitia plurimus.

quàm autem multiplex, ac plurimos eſt ad vitiorum otia, & negotia! Heu quàm monſtroſè homo, ſui malè fœcundus, ſe ad vitia propagat, amplificat, multiplicat?

3 Iob. 1. Vir erat in terrâ Hus, nomine Iob: *Et erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Multa multi ſuper hâc Iobi ſimplicitate, quâ ſumma perfectionis definitur, vt ex Hebræâ origine noſter adnotauit Pineda. Qui eruditè etiam obſeruat, pro *vir ſimplex*, poſſe etiam verti, *Vir plenus*, ſeu *vir integer*. Quaſi prælustris fuerit Iobi laus, & fœcunda laudum matrix, quòd fuerit homo *plenus*, ac *integer*, id eſt, ipſe totus, nec à ſe alius, & ſemper plenè ipſemet. Eleganter S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. Apolog hominem eſſe dixit, *Animal omnium maximè varium, & multiplex.* ô malum! Nimirùm tanquam grande perfectionis ac gratiæ miraculum ſcribitur de Iobo, quòd ſibi, virtuti, ac Deo erat homo *ſimplex* ac *integer*: nam homo perſæpè de cognatâ malitiæ fœcunditate, eſt animal omnium maximè *multiplex*, & velut vnos plures. Heu! ſic malitia ad malum homines multiplicat? Rarus eſt homo ſic ſtudioſè virtuti deditus, qui Iobi adinſtar, dici poſſit *ſimplex, integer, plenus*: nã vulgus hominum de fertili malitiæ fœcunditate, ſic ſe in malum propagat, ſic eſt ad malitiam multiformis, vt cùm vnus reapſe ſit, à Nazianzeno *multiplex* appelletur. Ad bonitatem vix integer, ſemiplenus, nec ſatis ſimplex de prauitatis miſtione; ad vitia verò *multiplex*, & vnus plurimus.

Iob. 1. v. 1.
Pineda Hebræus
S. Nazianz.
Homo vix integer virtuti; ad prauitatem multiplex eſt.

4 Iſaiæ 27. verò Iſraëli læta Euangelicus Vates prophetat: Et erit: In die illâ percutiet Dominus ab alueo fluminis vſque ad torrentem Ægypti: *Et vos congregabimini vnus & vnus filij Iſraël.* Aptè inibi Adamus cenſet Iſaiam loqui de congregatione ad Chriſtũ, & legem ac perfectionem Euangelicam, de quâ dicitur Ioannis 11. *Vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Sed quid eſt, quòd cùm loquitur de populo Dei, & veris Iſraëlitis Euangelicâ perfectione conſpicuis, ait: *Vnus, & vnus*, id eſt, pauci. Præterea *vnus & vnus*, hoc eſt, quilibet ex his Chriſtianiſmo fideliter adſcribendus perfectionis ſtudio, erit *vnus & vnus*, id eſt, erit *vnus*, integer, plenus, totus ſibi, virtuti, Deo. Nam qui mundo ac vitiis, mancipatur, non vnus ſed multiplex vitiis, vnus plurimus, ſeu pluries vnus, multiplicato vnitatis numero. Poëtatur ambitioſa Regum adulatio, tres fuiſſe Geryones Hiſpaniæ quondam reges, cùm vnus duntaxat fuerit, quem tricorporem monſtri adinſtar, licentia poëſeos effinxit; quo innueretur eius robur ad deuaſtandas, diripiendas, & ſubiugandas ſibi Prouincias, eius petulantem audaciam temerariè magnanimam, & ſuperbam eiuſdem gloriã, quâ vnum ſe eſſe dedignatus, vltrà humanũ faſtum ſe multiplicauit in multos, & quaſi plures vnus foret, ambitioni, luxuriæ, violentiæ, & arrogantiæ multipliciter impendit ſeſe. Appoſitè Tertullianus lib. de Pallio c. 4. *Geryon*, inquit, *ter vnus*. Quaſi dicat: Vnus quidem erat Geryon; ſic autem ad arrogantiam rapinas, & violentas ſtrages impotenter hiabat, ſic ſe illis totum ſumptuoſiùs ſuperimpendebat, vt quaſi ſe multiplicaret ad vitia, *ter vnus*, id eſt, vnus plures, & ipſe multiplex diceretur. Scilicet filij Iſraël *vnus & vnus* ad Euangelicam perfectionem congregantur, & quilibet eorum *vnus* eſt. At Geryon, (id eſt, vitiis potentes) ſic ſe ad iniquitatem multiplicat, vt *ter vnus* nominetur. Sic eſt ſceleroſus homo ſui ad nequitiam fœcundus, & prauitate multiplex. Hinc homo, *animal omnium maximè multiplex*, nuper à Nazianzeno perhibetur.

Iſaiæ 27. v. 12.
Adamus
Ioannis 11.
Iſraëlitæ, vnus & vnus dicuntur: homo verò ſceleſtus, ter vnus nominatur, quare?
Tertullian.

5 Ad Romanos 6. ſic de ſcholâ cæli fideles Paullus erudit: Hoc ſcientes, inquit, *quia vetus homo noſter ſimul* (cum Chriſto) *crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati; & vltrà non ſeruiamus peccato.* Quid eſt, *Vetus homo noſter?* An noſtrûm quilibet, duplex, aut multiplex homo eſt? Audiendus eſt Balduinus inibi apud Talmani allegorias: *Vetus homo noſter, &c. Ego ſum vetus homo morti vicinus, homo terrenus portans imaginem terreni, homo carnalis venundatus ſub peccato, homo animalis non percipiens ea, quæ ſunt ſpiritûs Dei: homo reus mortis, & cruce dignus; nec vnâ tantùm cruce; alia enim crux debetur terreno, alia carnali, alia animali.* Subdit ad rem tempeſtiuè: *Et ego vnus homo omnes iſti, & omnes iſti in me vno, & omnes cogitationes eorum aduerſùm me in malum.* Ecce tibi homo peccator, in ſe vnus cùm ſit, peccatis ac vitiis plurimus eſt. Et quod venerabilis hic Doctor in perſonâ peccatoris dixit, verum deprehenditur in quolibet horum Senum, quos inueterata diu prauitas ſic multiplicauit ad inſolentem luxuriam, ad iniuſtitiam, ad mendacia, ad fraudes, & ſtrages enormiter cruentas, & ætati ac dignitati inidoneas, vt eorum quilibet, vnus cũ eſſet, eſſet *vetus homo carnalis, homo animalis*, ad malitiam *ter vnus*: eorum quilibet *vnus homo omnes iſti, & omnes iſti in vno, & omnes cogitationes eorum aduerſùm* ſe *in malum.*

ad Rom. 6. v. 6.
Balduinus
Quilibet peccator eſt homo vetus, homo carnalis, homo animalis.
Hic verſ. 5.

6 Iſaias cap. 55. ſic peccatricem Hebræorum gentem ſalubriter adhortatur: *Quærite* Dominum dum inueniri poteſt; *inuocate* eũ, dum propè eſt. Derelinquat *impius* viam ſuã, & *vir iniquus* cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, *& ad Deũ noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum.* Iſaiæ 55. v. 7.
Forſan aliquis ſciſcitabitur, cur Prophetarum diſertiſſimus, qui quaſi multos alloqueretur, dixerat, *Quærite, inuocate*, ſtatim plurariuum vocabulum conuerterit in ſingulare, aiens, *Derelinquat impius, & vir iniquus &c.* Qui nuper plures peccatores erãt, quos ad Deum conuerti ſatagit; iam vnus vir iniquus & impius eſt? An ab inſigni improbitate vnos iam plures eſt? Imò aduertendum occurrit, quòd cùm de benignitate Dei ad veniam exprompta agitur, cùm Deus vnus ſit, nec aliter Deus eſſet, niſi vnus foret; tamen ad ignoſcendum *multus* eſſe dicitur. Et quidem (vt peritè inibi Sanctius aduertit) *dum Deus multus eſſe dicitur ad ignoſcendum, ſignificatur quàm diuinus animus pronus ſit ad veniam, quaſi totus abundet miſericordiâ, beneficiiſque largiendis vſquequaque perfluat.* Sed neſcio

Sanctius

Quomodo unus Deus dicatur multus ad ignoſcendum.

neſcio quâ arcanâ emphaſi Deus noſter etſi vniſſimus ſit; quod attinet ad ignoſcendum, *multus* dicitur, quaſi è diuerſo quaſi pateretur peccatori qui ſicut à malitiâ vnus plures aut multus eſt; ita Deus in eſſentiâ vnus, ad ignoſcendum peccatoribus *multus* dicitur; ne aliquid ei deeſſe videatur ad ignoſcendum peccatori, qui vnus, cùm ſit à malitia plures videtur. Præclarè S. Fulgentius epiſt. 7. cap. 4. *Quoniam multus eſt ad ignoſcendum*, inquit. *In hoc Multo nihil deeſt, in quo eſt omnipotens miſericordia, & omnipotentia miſericors. Tanta eſt autem & benignitas omnipotentiæ, & omnipotentia benignitatis in Deo, vt nihil ſit quod nolit aut non poſſit relaxare conuerſo.* Et cap. 8. *Non eſt perfecta bonitas, à quâ non omnis malitia vincitur.* Quid luculentius?

S. Fulgent.

Diuina miſericordia ...

---

§. LXXII.

Se aliis præferre, reprobrorum character eſt, ruina teſſera, amittendæ fidei periculum, & periculoſa rixarum occaſio.

1 S. Gregorius homil. 20. in Ezechiel.

MOraliſſimè Gregorius: Sciendum eſt, inquit, quia ſicut electi quique hoc ſemper in aliis attendunt, quod à Deo meliùs acceperunt quàm ipſi, vt eos ſibi in cogitatione præferant, ſéque illis in humilitate ſubſternant: Ita reproborum mens numquam conſiderat quid alter boni ampliùs quàm ipſe, ſed quid boni ipſe ampliùs quàm alter habeat. Neque enim penſant quæ bona ſpiritûs alter acceperit, & ipſis deſint; ſed quæ bona ipſi, & quæ mala adſint alteri. Et cùm omnipotens Deus ad hoc virtutes ſingulas diuidat, vt alterum alteri in cogitatione humiliet: ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt, vt ex eo in elatione perdantur, dum ſemper conſiderant bona, quæ ipſi habent, & quæ alij non habent, & numquam perpendere ſtudent quanta bona alij habeant, & ipſi non habeant. Quod ergò diuina pietas in augmentum diſponit humilitatis, hoc mentes reprobæ in augmentum vertunt elationis. Et ex diuerſitate munerum à bono deficiunt, vndè creſcere in humilitatis bono debuerunt. Hactenùs Gregorius, quo ſalubriter erudimur, quòd proprij meriti inconſulta prælatio, aut reprobum inuenit, aut facit reprobum.

Se aliis præferre, character reproborum eſt.

2 Ioannis 21. Petrus vniuerſæ præponendus Eccleſiæ, à Chriſto Deo interrogatur, an in diuino amore reliquos antecellat: Dicit Simoni Petro Ieſus: *Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te.* Opinor, Petri reſponſum, Chriſti interrogationem non adæquat: nam interrogatus an præ reliquis Chriſtum diligat, Chriſtum ſe amare reſpondet, omittens, an eum præ ceteris diligat. Scilicet non audet dicere Petrus: Amo te plus ceteris, ſed, Amo te; tum quia corda ceterorum non nouerat; tum quia caſus eum fecerat modeſtiorem & cautiorem. Nam alius ſe ólim prætulerat dicendo: *Domine etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor*; & tamen paullò pòſt turpiùs quàm alij cecidit, negauitque Chriſtum, quod ceteri non fecerunt. Subtiliter Auguſtinus ſerm. 14. de Sanctis, hàc ſuper re ita ad rem philoſophatur: *Diligis me plus his? Dicit ei: Tu ſcis quia amo te. Reuocabat*, inquit, *oculos ſuos ad cor ſuum Petrus, quãdo interrogabatur à Domino, & fidens reſpondebat quid ſibi videbatur: Tu ſcis quia amo te. Non auſus eſt tamen dicere, quod Dominus interrogabat. Non enim ſimpliciter Dominus dixerat, Diligis me, ſed addiderat, Plus his diligis me? Id eſt, Plus me diligis quàm iſti? Non eſt auſus dicere, plus his, noluit iterùm eſſe mendax.* Nota hæc poſtrema verba, quæ eſt totius ſententiæ energia. Nempè tametſi dudùm Petrus animitùs dixerat quod corde ſentiebat, dum ſe in ſequelæ conſtantiâ aliis præpoſuit, tamen effectus fruſtrauit propoſitum & mendacis præſumptionis conuictus eſt. Idcircò nunc ſui ergà Chriſtum amoris benè conſcius cautè timet ſe aliis in amore anteferre, ne eiuſmodi prælatio mendax inueniatur, & de exiſtimatâ antelatione, quod cœpit in veritate, in mendacio forſan conſummetur. *Non eſt auſus dicere, Plus his. Noluit iterùm eſſe mendax.* Verè plus reliquis Chriſtum amat; ſed cautè timet, ne ſi id aut corde tacitus ſentiat, aut ore palàm eloquatur, de prælationis faſtu, veritas in mendacium degeneret: & permittatur ab amore feruentiore deſciſcere, qui ſe aliis anteferre non ambigit.

Ioan. 21. v. 15.

Cornel. ibi.

Matth. 26. v. 33.

S. Auguſtin.

Non audet Petrus dicere, ſe amare plus ceteris, ne iterum mendax inueniatur.

3 Geneſeos 37. ſic narrat ſacer Hiſtoricus: Ioſeph cùm ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris ſui: *Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Enorme proculdubiò flagitium fuit, quod Moyſes mutum eſſe voluit, & *crimine peſſimo* vniuerſatim denotauit. Sodomitica libido putatur à Ruperto; beſtialis cum ouibus, quas paſcebant, à S. Thomâ, & Abulenſi Hebraicè *infamia mala* habetur. Seuerint quidem cenſura aduersùs ignotum crimen, Mitior ſceleris interpres Lyranus, quem noſter Pererius ſequitur, ſic indidèm ſcribit: *Hebraica littera non habet, Crimine peſſimo, ſed ſic habet; Et retulit patri rixam eorum peſſimam, & iſtud concordat cum eo, quod dictum eſt ſuprà, quod filii Liæ deſpiciebant ancillarum filios, & ex hoc erat odium & contentio inter eos, & iſtud in tranſlatione noſtrâ vocatur, Crimen peſſimum: quia ſicut fraterna charitas quid optimum dicitur, ita econtrariò odium fraternum, crimen peſſimum nominatur.* Nimirùm Liæ filij, & iure natiuitatis, & principis vxoris, è quâ nati erãt, iure, ancillarum filiis ſe magnâ *contentione* anteponebant; illóſque, etſi legitimos fratres contemptim deſpiciebant: hinc inplacabiles *rixæ*, hinc *infamia mala*, hinc *crimen peſſimum*. Vel merita antelatio ſic grauate fertur ab ancillarum filiis, niſi eam modeſtia moderetur? Profectò omnis antelatio reiectaneos inuenit, aut facit. Sat eſt contumelioſa, etiam tacita reiectio: nam propria antelatio non fit ſine aliorum reprobatione. Faſtus propriæ antelationis

Geneſ. 37. v. 2.

Rupertus S. Thomas Abulenſis

Hebræus Lyranus Pererius

Vel merita antelationis immoderatus faſtus, crimen peſſimum appellatur.

Odium fraternum dicitur crimen peſſimum.

Hic verſ. 5. & 6.

relationis eſt *mala infamia*, & *criminis peſſimè reatus*. Quem incurrerunt hi Senes, qui cenſu ſuo magni, totius populi primas ambierunt tragico exitu.

4 Matthæi 26. in Paſſionis veſtibulo propè montem Oliueti, dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: Omnes vòs ſcandalum patiemini in me, in iſtâ nocte. Petrus autem audacter reſpondit: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor.* Nimis de ſe Petrus præſumit, cùm reliquis ſe Apoſtolis præferre confidenter audet, Chriſtum forſan non negaturus, ſi non ſe ceteris prætuliſſet. Quin & ſciebat Petrus, Chriſtum, quem Dei Filium palàm confeſſus fuerat, ſaltem eſſe Prophetam; quomodò igitur apertæ ipſius prophetiæ refragari audet, propriæ antelationis ſuffragio? Adeò certus erat de ſuâ præ ceteris antelatione, vt ſuæ imbecillitatis immemor, non credat Chriſto, ne non credat ſe reliquis præponendum, quam præſumptionem priùs de ſe altè imbiberat; Fateor his verbis ſuam fidem, affectum, & amorem ergà Chriſtum ſtrenuè ipſe teſtatur; ſed nimis ſuæ antelationis tenax perdurat in præſumptione. Egregiè inibi Hilarius: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor. In tantum*, ait, *& affectu & charitate Chriſti efferebatur* (Petrus,) *vt & imbecillitatem carnis ſuæ, & fidem verborum Domini non contueretur.* Nempe affectu & charitate Chriſti *efferebatur*, efferebatur tamen vltrà reliquos, quibus ſe ſpiritualiter præferebat, ſic pertinax in hoc ſuæ antelationis cenſu, vt ne ab illo caderet, & ſe tamquam vnum è reliquis æſtimaret; & humanæ imbecillitatis incautè obliuiſcitur, nec *fidem verborum Domini contuetur*. Sic tenaciter humana pectora occupat antelationis votum? Sic perniciosè in illo perduratur? Si vel pia antelatio ſic eſt facinoroſa, quid erit ambitioſa? ô caue à prælatione, tamquam ab impietatis periculo, ac certioris ruinæ teſſerâ!

Matth. 26. v. 33.

Dum Petrus ſe vltrà reliquos effert, fidem Chriſti non contuetur.

S. Hilarius.

5 Matthæi 20. Iacobus & Ioannes matris ore expetunt primas in Chriſti regno, quod etſi ſpirituale, in terris fore putabant. Rudes adhuc in Chriſti gymnaſio, reliquis præferri ſollerter exambiunt. Prælationis ambitio, Chriſti renutu excipitur, & totius collegij odio: *Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.* Arabicus habet: *Murmurauerunt contrà duos fratres.* Nec mirum *indignatione*, & indè *murmure* exceptam à reliquis fuiſſe antelationis ambitionem, quæ reliquorum tenebat vota: omnes enim dudùm ſciſcitati ſunt: *Quis putas, maior eſt in regno cælorum?* Quilibet ſuo iudicio ſe ceteris *maiorem* cenſebat, auet autem noſſe, ecquis eorum *maior putaretur*. Ceterùm cùm veroſimilius ſit Iacobum & Ioannè primas, id eſt, ſe aliis omnibus præferri, clàm poſtulaſſe; non leue oritur inter Expoſitores litigium, ex quo, & vndè duorum fratrum petitionem audierint, ſenſerintque reliqui Apoſtoli? Cornelius ibidem plures ſolutiones refert, nonnullas approbat; & ſic tandem concludit: *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus. Adde ipſos* (Apoſtolos,) *cum eâdem cupiditate laborarent, odoratos fuiſſe cupiditatem duorum. Quod enim quiſque cupit & ambit, hoc alios cupere & ambire æſtimat: ex ſe enim ſuóque affectu ceteros metitur. Et eſt, quædam occulta in his ſympathia, quâ ambitioſus ambitioſum, ex habitu, vultu & geſtu cognoſcit. Indignati ſunt non tā vitio & ambitioni Iacobi & Ioānis, quam quòd per eam metuerent eis poſtponi: ambiunt enim & ipſi primas in regno Chriſti.* Sic indignātur, rixantur, & ringunt canes. Appoſitum huius rei exemplum eſt in Pompeio & Iulio Cæſare, de quibus Poëta: *Nec quemquam iam ferre poteſt, Cæſarve priorem, Pompeiuſve parem.* Scilicet tam eſt homini cognata antelationis ambitio, vt eā occulta *ſympathia* in aliis præmonſtret tam perniciosa, vt vel Apoſtolorum collegium inquietet; vt quæ Iacobææ familiam turbauit. Apoſtolorum ſocietatem diſpeſcat inuidioſo voluntatum diuortio, quæ eſt ambitæ antelationis ordinaria ſequela. ô caue?

Matth. 20. v. 24.

Arabicus.

Matth. 18. v. 1.

Ambita antelationis cupiditas, per ſympathiam agnoſcitur.

Cornelius

Lucan. l. 1. Pharſal.

6 Pſalmo 106. de Hebræâ gente ſic occinit Vates: *Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo. &c.* Profectò deſertum ſeu ſolitudo, locus eſt deuius, & erroribus obnoxius. Appoſitè Auguſtinus in Pſalmum 62. *Vtinam*, inquit, *vel viā haberet ipſum deſertum: vtinam illuc homo occurrens vel noſſet quà indè exiret. Non vides hominem ad ſolatium: non vides viam, quâ caret deſertum. Ergò vbi diuertit? Vtinam vel eſſet aqua, vndè reficeretur, qui indè non poteſt exire.* Sic, ſic miſerè errat, qui in mundi inuiis itineribus ambulat, ſitiens mundialium bonorum ſitim; opes ſuſpirans, voluptates eſuriens, honorum vanamgloriam exambiens. Appoſitè etiam quidam Interpretes ſic locū ethicè elucidant: Dicuntur in ſolitudine errare, quia præ ſuperbiâ ſoli eſſe volunt, parē non admittunt. Sic olim exponebamus illud Iobi, *Qui ædificant ſibi ſolitudines.* Sed planè in hâc *ſolitudine errauerunt*, cùm præ ſuperbiæ faſtu nullum patiuntur priorem, parem nullum. Quid arrogantius?

Pſal. 106. v. 4.

S. Auguſt.

Mundus eſt ſolitudo, in quâ erratur.

Qui neminē patitur parē, in ſolitudine errat.

Iob. 3. v. 4.

---

§. LXXIII.

Ingratus homo Deum ſpernit, ac blaſphemat; peruersè cum Deo contendit: & ſeipſo vacuus, acceſſum gratiæ præcludit.

1 Vincit etiam malos pertinax bonitas: nec quiſquam tam duri infeſtique animi eſt aduersùs diligenda, vt etiam vitiatus bonos non amet, quibus hoc quoque cœpit debere, quod impunè non ſoluit. Ad illud itaque cogitationes tuas flecte, quòd Deus omnium rerum optimus auctor, qui beneficia ignorantibus dare incipit, ingratis perſeuerat; more optimorum parentum, qui maledictis ſuorum infantium adrident. Ingratus eſt, non mihi fecit iniuriam, ſed ſibi: Ego beneficio meo cùm darem vſus ſum: nec ideò pigriùs dābo, ſed diligentiùs. Quod in hoc perdidi, ab aliis recipiam: Sed huic ipſi beneficium dabo iterùm, & tamquam bonus agricola, curâ cultuque ſterilitatem ſoli vincam. Periit mihi beneficium, iſte omnibus.

Seneca l. 7. de Benef. c. 31. & 32.

Magni animi eſt, beneficiā perdere, & adhuc dare.

Non

Non eſt magni animi, beneficium dare, & perdere; hoc eſt magni animi, perdere, & dare.

2 Doctor gentium in epiſt. ad Galatas cap. 2 ita ſcribit: Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. *Non abiicio gratiam Dei.* Pro quibus Vulgati verbis ſubſtituit Auguſtinus, *Non irritam facio gratiam Dei.* Viuaciùs ſententiam Græcus expreſſit, *Non reiicio*, aut *non repello*, aut *non aſpernor gratiam Dei.* Opportuniùs adæque ac luculentius hunc locum Ambroſius vertit. & verſione elucidat: *Non ſum*, inquit, *ingratus gratia Dei.* Itaque qui diuinam gratiam, & Dei beneficia, irritam facit, & deſes effectu fruſtrat, illam neglectu repellens, & tenutu abiiciēs; gratiam illudere, & *aſpernari* dicitur, quod maiori emphaſi Ambroſius ingratitudini adſcripſit; quaſi perindè ſit, *Non aſpernor gratiā Dei*, ac *Non ſum ingratus gratia Dei.* Proh execrandam ingratitudinis impietatem! Sic eſt impie criminoſa ingratitudo, vt gratiæ Dei *ingratus*, Dei gratiam contemnere, ſpernere, eiq; contemptim illudere dicatur. Scilicet hoc ſceleroſæ ingratitudini deerat, vt ingratiā ſua Dei gratiam, vel potiùs in ſuā gratiā Deum *aſpernaretur*. ô! quid ingratitudinis impietatem expiabit?

ad Galat. 2. v. 21.
S. Auguſtin. Græcus.
S. Ambroſ.
Aſpernari gratiam Dei, perinde eſt, ac eſſe ingratū gratiæ Dei.

3 Iſaiæ cap. 1. de impiè obliuioſā ſui populi ingratitudine hiſce querelis Deus expoſtulat: Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem *ſpreuerūt me.* Cognouit bos poſſeſſorem ſuū, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem non cognouit me. *Dereliquerunt Dominum blaſphemauerunt Sanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum.* Summus Dei contemptus eſt blaſphemis: quare cum emphaſi addit, *Sanctum* Iſrael, quaſi dicat: Blaſphemauerunt Deum, qui eſt Sanctus ſanctorum, ipsáque ſanctitas adoranda, ſumméque reuerenda ac glorificanda, præſertim ab Iſraele, vtporè quē ſibi in populum peculiarem & ſanctum elegit, cuique ſuam ſanctam legem, ſanctam fidem, ſanctas victimas & ceremonias tradidit; quemq; olim & nunc tot beneficiis vbertim cumulauit. S. Baſilius Magnus in c. 1. Iſaiæ præſcripta verba ſic peregregiè exponit: *Dereliquerunt Deum, blaſphemauerunt ſanctū Iſrael. Quod dari*, inquit, *poteſt maius argumētum malitiæ, quàm ab eo deficere, qui bonus eſt? qua vſquam grauior exuperantia malignitatis, quàm eum exaſperare, quo nihil melius, ac placidius? ... Planè intolerabili eſt odio dignus, qui ad id honoris faſtigium euectus eſt, vt conſors fieres cæleſtium bonorum, & ne ſic quidèm perſeueras in charitate erga tanti beneficij auctorē.* Ecce barbaricus cenſus blaſphemiæ, quam Dei retrò populus nunquam expiauit, nempè ingratum fuiſſe *ergà tanti beneficij auctorem.* Huius reatûs nomine pecuinam bouis & aſini fatuitatem exuperat; infidam impiè defectionem ſeu rebellionem, & ſummam blaſphemiæ enormitatem exæquat, aut ſaltem æmulatur. Hem! ſic ingratitudo dum beneficam Dei bonitatē ſpernit, impiè aduersùs eā *blaſphemare* perhibetur? Quid exaggeratius?

Iſaiæ I. v. 4.
Ingratitudo erga Deum, reatu blaſphemiæ notatur.
S. Baſilius.

4 Geneſeos 32. è Meſopotamiā redux Iacob cum totā familia, offenſi fratris Eſaü agreſtem iram pauidè metuens: *Manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet. &c.* Famoſa lucta; & totius ore Eccleſiæ celebrata, quā homo cum Deo luctatur, vt è Commentatoribus plures opinantur. Miriſſimum arcanè ſacramentum quo aduersùs hominem Deus ipſe præualere non poſſe perhibetur. Multa hîc myſtici ſensûs Interpretes comminiſcuntur, quibus probam, improbámve hominum cum Deo luctam ſeu contentionem putant adumbrari. Tempeſtiuè Gregorius Nazianzenus orat. de S. Baſilio, ſic myſticè locum perſtrictim exponit: *Hæc Iacobi*, inquit, *cum Deo colluctatio, quæcumque illa erat, vt ego ipſe opinor, humani moduli cum diuinā ſublimitate contentio eſt.* Nimirùm miſer præſumit homunculus cum omnipotente beneficentiùs Deo audacter colluctari; cùm audet ingratus gratiarum obliuione, mala pro bonis regerendo, cum beneficā Dei bonitate intentiùs contendere, & contentiosè certare. Vter alterutrum ſuperat? Deus munificā bonorum velut effusā largitione? an homo eorum veternosā obliuione, & repenſione malorum pro bonis ingratiſsimā? Beneficæ omnipotentiæ cum barbaricè agreſti mortalium ingratitudine, hæc contentio eſt, & myſticum Iacobææ luctæ ſacramentum. *Hæc Iacobi cū Deo colluctatio, humani moduli cum diuinā ſublimitate contentio eſt.* quā opportunè alludi videtur ad illud Ieremiæ 8. *Quare ergò auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentiosā?* Proh ingratitudinis contentio impiè temeraria, & impia temeritate audacter & impudenter ſceleroſa, ſacrilega, blaſphema! Quod impiat ingratitudo, quid poterit expiare?

Geneſ. 32. v. 24. & 45.
S. Nazianz.
Humana ingratitudo cū omnipotente Dei beneficētiā contendere audet.
Ierem. 8. v. 4.

5 Lucæ 17 cùm ingrederetur Ieſus quoddā caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, munditiem corporis anxiè depoſcentes. Qui dum ad ſacerdotes, Domini iuſſu irent, in itinere mundati ſunt; quo alacris exprōmptioris obſequij inchoatio mirè commendatur, præcoquo conſummati operis prouentu. Vnus cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: & hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus, dixit: *Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena?* Hinc poterit quiſque coniicere, quòd *nihil impedit quemquam placere Deo & ſi de genere profano proceſſeris, dummodò bonum gerat propoſitum. Nullus etiam natus ex ſanctis ſuperbiat; nouem enim qui Iſraelita erant, ingrati fuerunt*, vt notat iuibi Theophylactus. Sed velut ignorans, interroget, *vbi ſint nouem* qui pariter mundati ſunt? Ignorabát ne Chriſtus Deus quos à lepra mundabat? Opinor, ignorantia benefici præbitoris; beneficij gratiam extenuat, abrodit, euacuat. Perbelle Anſelmus Laudunenſis iuibi in Gloſſa Interl. ſic locum exponit: *Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt?* inquit: *Sic habet ingratos, quaſi ignotos: vbi ſunt, inquirit Dominus.* Meritò omniſcius Deus velut inſcius interrogat, vbi nam ſint illi

Lucæ 17. v. 17. & 18.
Theophyl. in Catenā.
Virtus non dedignatur genus profanum.
Anſel. Laud.

Ingratitudo eſt hominis nullificamen, quo redditur Deo ignotus.

nouem,qui pro tanto beneficio gratias agere neglexerunt: porrò Chriſtus Deus *ſic habet ingratos,quaſi ignotos*: Deus autem quod eſt,ignorare non poteſt:vnde ingratitudo ſe ipſis ingratos euacuare, & prorsùs exinanire videtur:quare ingrati Dei ſcientiam quodàmodò effugere perhibentur:ac ſi ingratitudo ſit ingrati hominis nullificamen,quo homo ſeipſo vacuus, in non hominem monſtroſè degenerat. Sic à naturà humanà,agreſtis, inhumana, & barbara ingratitudo peregrinatur! Huius vitij enormior excellentia, hinc etiam vel maximè apparet, quòd in his nequam ſenibus ſceleroſiùs eminuit;dum Ioakimo & Suſannæ probroſiſſimam eruentè iniuſtitiam pro honorario iuſtitio ingratiſſimè rependerunt.

Hic verſ.6.

6 Sapientiæ 16.poſtquam debita gratitudo ob cæleſte Manna præbitori Deo exhibenda præcipitur: *Ingrati enim ſpes*,inquit, *tamquam hybernalis glacies tabeſcet,& diſperiet tamquam aqua ſupernacua* Quem locum inibi ſic Lyranus exponit: *Ingrati enim,& c.id eſt, eius qui Dei beneficium non agnoſcit, ſpes tamquam hybernalis glacies tabeſcet,id eſt, totaliter peribit.* Proh! ſic totaliter perit Ingratorum ſpes? Sic ingratorum ingratia, Dei gratiam refutat? Pulchrè Bernardus ſerm. de ſeptem Miſericord. *Peremptoria,ait,res eſt ingratitudo, hoſtis anima,inimica ſalutis? Nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filiis gratiæ;& vbi fuerit illa, iam gratia acceſſum non inuenit,locum non habet.* Ad ingratum gratia *acceſſum non inuenit?* ſic ingratitudo vel timulas ad Dei gratiam excipiendam obturat? ſic meatus ad influxum cæleſtem oppilat: Opinor,in inferorum confinio eſt, & deſperationi vicinatur ingratus apud quem Dei gratia *acceſſum non inuenit*, in quo diuina gratia *locum non habet*. Heu! ſic ſolus ingratorum funeſtè deplorata, & à gratià irremediabilis cenſetur?

Sapient. 16. v.19.

Lyranus

Ad ingratum non habet acceſſum gratia nec in eo locū habet.

S.Bernard.

7 Exhodi 14. Iſraëlitas ex Ægypto egreſſos Pharao valido exercitu armatus, feraliter perſequitur. *Tollénſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael,abiit poſt eos,& cum eo pariter columna nubis,priora dimittens, poſt tergum.* Grande quidem beneficium è Dei beneficentià planè ortum: Sed quod Dei furorem armat aduersùs ingratos. Pulchrè S. Zeno Veronenſ.ſerm. 2 de Exhodo: *Angelus præmus*,inquit,*ſua caſtra promouit, vt etiam præſenti Deo probareris ingratus.* Ecce tibi in effuſioris beneficentiæ officinâ acerbior ira ingratis excuditur, & beneficentioris gratiæ officioſitas furorem obarmat. Nulla ei relinquitur excuſatio,qui de indulgentiá culpam exaggerat,quam indulgentior Dei præſentia non auertit. ô Iſraël,Deus tibi beneficè præſentiſſimus adeſt, *vt etiam præſenti Deo probareris ingratus?*

Exhod. 14. v.19.

Ingratitudo beneficentiā hoſtiliter armat contrà ſe.

S. Zeno.

---

§ LXXIV.

Qui firmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando currit, & proficit.

1 EA ſanè velocitas placet, quæ vbi iuſſa eſt, veſtigium ſiſtit, nec vltrà deſtinata percutrit;& quæ flecti,& à curſu ad gradum reduci poteſt. *Ægros ſcimus neruos eſſe,vbi inuitis nobis mouentur. Senex, aut infirmi corporis eſt qui cùm ambulare vult currit.* Animi motus eos putemus ſaniſſimos validiſsimóſque qui noſtro arbitrio ibunt, non ſuo ferentur. Qui plus æquo feſtinare præſumit, paſsim impingit lapſui proximus. Semper verum illud in re virtutis: Non progredi,regredi eſt; ſed falſatus ſæpè eſt progreſſus inconſultè feſtinatus. Strenuus viator, vt ſuum feliciter curſum peragere poſsit, ſtatis manſionibus ſe reficit, & ad vlteriorem viam reſumit vires,ne laſſus diu reſidere cogatur,& plus dare otio inerti,quàm priùs dederat itineri vltrà modum feſtinato Audeat vltrà vires propoſitum,& votis ſumma tranſcendamus,ſed deſideria ſpei noſtræ alludentia conſultè ſequamur. Semper ambulare, aliquandò currere, imò & volare oportet: non ſemel etiam gradum figere firmiùs, & veſtigium altiùs firmare. Hæc quies non eſt, ſed ſpecie quietis progreſſus diſsimulatus; qui dum firmiùs figit pedem, relapſum vetat, & progreſſui fauentiùs adulatur.

Seneca l. 1. de irâ c.15.

Infirmi corporis eſt, currere,cùm ambulare vult.

2 Geneſ 28.in itu, vel potiùs fugâ ad Meſopotamiam,cubat peregrinus & exul Iacob ſuper nuda humo, lapidem capiti ſupponens. Arcanam illam myſticè ſcalam in ſomnis videt; vidétque Deum ſibi promittentē tutelam ſemper beneficam. Euigilans autem Iacob votum inibi vouit, dicens: Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo,& dederit mihi panem ad veſcendum,& veſtimentum ad induendum, reuerſúſque fuero proſperè ad domum patris mei, *Erit mihi Dominus in Deum.* Intermitto nunc an fuerit propriè votum;& an in re frugaliſsimè expetitâ *characterem Apoſtolicum* dedicauerit, vt inibi Chryſoſtomus aduertit. Profectò iam erat & fuerat ipſi Iacobo ab ortu Dominus in Deum. Aliumne Deum Iacobus hactenùs coluerat in domo patris Iſaaci? Quid ergò vouet exinceps habiturum in Deum, quem ab incunabulis in Deum ſpecialiſsime eò vſque coluerat? Caietanus ibi hanc difficultatem curſim perſtringens, ſic indidem ſcribit. *Erit mihi Dominus in Deum. Iuxtà Hebræum habetur: Et erit Iehouah mihi in Heloim. Deum creatorem omnium vouet culturum ſe in iudicem, in diſtributorem,in curam prouidentiámque exercentem.* Nempe ſi Deus illi dederit quæ ad victum veſtitúmque ſufficiunt, vouet ſe Deum habiturum *in iudicem*, quaſi negotium iudicis, præfecti ac ſuperioris ſit, ſubditis ſic prouidere. Vel diuinam prouidentiam ad Deum velut *iudicem* pertinere (de quo aliàs) Ceterùm Vulgato preſsiùs inhæreamus. Iacobus hâc Dei promiſsione & ſpe erectus, ſi hæc Deus illi dederit,animitùs vouet,Dominum habiturum in Deum;id eſt, quem à pueritiâ Deum habuit, ſemper in Deum ac Dominū habiturum. Nempè religionem eamdem quam hactenùs colui, exinceps colam,religiosè obſeruabo,impreſſiùs ac firmiùs denuò amplectar: in eodem eiuſdem Dei cultu altiùs

Geneſ.28. v. 21.

S Chryſoſt. homil.54. in Geneſ.

Paupertas eſt character Apoſtolicus.

Caietanus

Prouidentia ad Deum tā quam iudicē pertinet

Vouet Iacob firmiùs eſſe ille ipſe qui fuerat.

tiùs veſtigia premam, ſtudioſiùs ero ille ipſe qui fui. Quare etſi erat & fuerat Iacobo ab ortu Dominus in Deum, nouo profectu in re virtutis vouet, aiens: *Erit mihi Dominus in Deum:* Scilicet in re eâdem firmiùs Iacob veſtigium premit.

Iſaiæ 6. v. 2.

3 Iſaias cap. 6. refert ſe vidiſse Dominum Deum auguſtiùs ſedentem ſuper ſolium excelſum. *Seraphim ſtabant ſuper illud:* ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, *& duabus volabant.* Agitata alibi quæſtio, quomodo hi Seraphini ſtabant iuxtà Dei ſolium, & ſimul volaſſe perhibentur? Proculdubiò volatus ſtitionem vetat, cùm agillimum importet motum, quem ſtitio negat. Non opinor, circumuolaſſe Dei ſolium: hoc enim leuiculum & indecens fuiſſet; ſed extentis alis, quaſi volaturi, aut volaturientes in eodem loco ſtare: vndè *ſteriſſe* dicuntur. Porrò hic habitus primò deſignat eos eſſe paratos, & agiles ad omne Dei imperium. Deinde volaturiunt, vt ſignificent ingens deſiderium quo rapiuntur ad videndum Deum, vtque in eum ſe totos inferant & immergant. Denique librant alas, vt incendium amoris quo vicini Deo quaſi vruntur; alis tamquam flabello refrigerent. Appoſitè inibi Oleaſter: *Duabus volabant, id eſt, ſuſtinebant ſe in aere.* Scilicet hi Seraphini ſub humanâ formâ inducuntur, vt notant communiter Interpretes, quare dum iuxtà Deum *ſtare* dicuntur, in via ſpirituali alacres ac feruentes, ad firmam ſtitionem, volatu *ſe ſuſtinere in aere* opus eſt, ne labantur, aut relabantur: hæc autem *ſtitio volatus* moraliſſimè nuncupatur: quaſi perſæpè ad ſtandum firmiter in viâ ſpirituali neceſſarius ſit volatus; & qui firmo impreſſiùs veſtigio *ſtat*, ſimul volat: neque enim ſuprà terram, reſque terrenas firmiter *ſtare* poteſt, quin ſimul volaturiat ac *volet.* *Duabus volabant, id eſt, ſuſtinebant ſe in aere.* Dum Soſanna adhuc in pomario ſtat animi causâ, *ambulare* etiam dicitur.

Cornel. ibi.

Seraphini ſtantes volãt, vt ſuſtineãt ſe in aere.

Oleaſter.

Hic verſ. 7.

4 Forſan non inidoneè huc aduocari poteſt illud eiuſdem Prophetæ cap. 40. *Qui ſperant,* inquit, *in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Mirum fortè alicui videri poſſet, quòd hi præſtantes ſanctitate viri, ſtrenuâ erecti ſpe, dum aſſumunt agillimas ac robuſtiſsimas aquilarum pennas, non tamen dicantur volare (quod eſt proprium alarum munus) ſed currere, imò & *ambulare.* Ecquis ad ambulandum remigio alarum vtatur? Pennarum ſanè abuſus eſt, illis *ambulare*, quod eſt cognatum pedum miniſterium. Verum Anſelmus Laudunenſis pro τὸ *ambulabunt*, habet, *proficient.* Profectò qui alis indiget ad ambulandum, pedibus vix explicabit greſſus, & ambulabit. Sat eſt in *profectu* ſtare, qui ambulat; ſiquidèm qui alatus eſt, non volare, ſed ambulare perhibetur. Hem! ſic humani curſus in ſpirituali profectu repigrantur?

Iſaiæ 40. v. 31.

Cur ad ambulandũ alæ dantur?

Anſel. Laud.

5 Marci 9. dum Chriſtus in Taboris vertice transfiguratus apparuit, ad radicem montis, vbi frequens aderat hominum turba, Diſcipuli non eualuerunt Dæmoniacum curare. Cuius pater ad Chriſtum ſupplex accedens, precibus filij ſalutem procurat, aiens: *Sed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi: Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.* Pulchrè inibi Beda notauit, quòd ſaluator credẽtis potentiâ potentiam defendit ſuam. *Aptum, ait, reſponſum Dominus dedit petenti. Ipſe enim ait: Si quid potes, adiuua nos. Et Dominus: Si potes, inquit, credere, &c.* De quo aliàs. Pergit Euangeliſta: *Et continuò exclamans pater pueri: Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.* Benè aduertit Chryſoſtomos, hæc verba minimè ſibi cohærere, imò ſecum pugnare: *Sed ſi crediderat, dicens: Credo; quomodò ſubdit: Adiuua incredulitatem meã?* Fidem habet, qui dicit, Credo; qui verò ſe incredulum fatetur, fidem quam adſtruebat, planè deſtruit. Niſi fortè incredulus credit; aut fideliter credens, adhuc incredulus eſt. Scilicet ſtans in fidei gradu, ſic tepidè credit, ita lãgnidam habet fidem, vt incredulus nomine incurrat. ergò oportet, ſtando in fidei ſtatione, ad vlteriorem & vlteriorem in fide profectum, & inchoatam fidem vltrà amplificet. Stet in gradu fidei, & ſimul ambulet, currat, volet; & firmiùs & altiùs credere procuret, quò faciendæ ſanitatis potentiam nanciſcatur. Quare incredulus dicitur, qui adhuc credendo, in inferiori fidei gradu eſt; ſi verò idem firmiùs credat, ſtando in fide, greſſum explicat, & planè currit. Profectò ſæpè in ſtatione, curſus, & agilis motus eſt.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Chriſtus credentis potẽtiâ potentiam defendit ſuã.

Beda.

Marc. 9. v. 23.

S. Chryſoſt. homil. 58 in Matthæ.

Quomodò incredulus credere dicatur?

Iudas Apoſtolus his verbis ſuam epiſtolã canonicã auſpicatur: Iudas Ieſu-Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, his qui ſunt à Deo Patre dilectis, *& Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis, miſericordia vobis, & pax,* &c. Magnum hinc apud Expoſitores litigium oboritur, quomodò Apoſtolus Iudas *vocatos* poſtponit *conſeruatis*, cùm priùs ſit *vocari* ad fidem & dilectionem, poſteriùs in eâ *conſeruari?* Annon qui in Chriſto-Ieſu *conſeruatur*, iam antè *vocatus* eſt? quo enim pacto perſeueranter *conſeruari* poterat in Chriſto, qui nondum per *vocationem* ad Chriſtum venerat? Vtrumque ex alterutro redarguitur, aut priùs eſſe *vocatũ*, qui perſeuerat & *conſeruatur*; aut poſt perſeuerantiam conſummatam, & *conſeruationem, vocationis* effectum vacare. Quorsùm enim vocatur, niſi vt in *vocatione* maneat, *conſeruetur*, & perſeueret? Lyranus ibidèm dubiũ proponit, ita ſcribens: *Conſeruatis & vocatis. Et licèt Vocatio ponatur hic poſterior Conſeruatione, tamen prior eſt tempore, nec eſt vis in hoc facienda, quia tranſpoſitio nominum non variat ſignificationem eorum.* Ita quidèm. Sed nõ aptè ordinatum reddit ſenſum, quẽ tranſpoſitione nominum & indè rerum, non parùm confundit. Quare poſt refutatum Hugonem, multa hic mouet Cornelius, vt locum extricet: & notat, quòd pro *conſeruatis* Græcè non eſt verbum φυλάττω, ſed ſignificantiùs φρουρέω, id eſt, vrbem vel arcem vndique propugnaculis, præſidiis, & vigiliis vallatam munitamque teneo, vt nullus hoſtium inſidiis, vel irruptionibus ſit aditus. Sic enim fideles ſuos contrà omnea Diaboli, mundi, &

6

Iudæ epiſt. v. 1.

Quare priùs dicantur conſeruari in Chriſto quàm vocari?

Lyranus

Hugo Card. Cornelius Græcus.

carnis impetus obuallat, tuetur, & *conſeruat* Deus. Profectò qui in præmunità hâc arce firmiter ſtat, & *conſeruatur*, crebrâ *vocatione* ſtimulatur, vt magis ac magis in virture proficiat: imò ſe conſtanter *conſeruando*, licet firmiter dumtaxat videatur ſtare, procedit, currit, & ſæpè volat ad perfectionis metam. Itaque conſultiſſimè ait Apoſtolus, *conſeruatis & vocatis*, etſi prior videatur *vocatio*, quàm *conſeruatio*. Non abſimilis forſan eſt locutio Ioannis cap. 14 vbi Diſcipulis accepturis Spiritum ſanctum, de eo ait: *Apud vos manebit, & in vobis erit*. Et quidèm, inidoneè decreſcere videtur ſenſus, quandoquidèm priùs eſt *eſſe*; & poſteà ſi conſtanter ac perſeuerantet ſit, dicatur *manere*. Quo igitur pacto priùs dicitur *manere*, & poſtmodùm *eſſe*? Sanè qui poſtquam diu *manſit*, adhuc *eſt*, nec quod erat amittit, præſentiam tenaciter hærentem, & firmiter perſeuerantem ethicè deuotat. Sed de hoc aliàs multis.

Quomodò Spiritus ſanctus priùs dicatur manere, & poſteà eſſet

Ioan 14 v. 17.

---

§. LXXV.

Parúmne refert, an ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas?

1 *QVicquid facies, citò redi à corpore ad animum, illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non æſtus impediet, nec ſenectus quidèm. Id bonum cura, quod vetuſtate fit melius. Neque ego te iubeo ſemper imminere libro, aut pugillaribus. Dandum eſt aliquod interuallum animo, ita tamen vt non reſoluatur, ſed remittatur*, ait Seneca. Itaque qui ſicut Suſanna in topiario remittit animum aliquo temporis interuallo, vires ad virtutis ſtudium redintegrat, ne laborando feſſus laſſetur: ſi tamen diuriùs huiuſmodi ſtudium intermittat, *animus reſoluitur*, parúmque idoneus redditur, qui ſæpè inceptet, quod ſic interrupit. In corporis etiam modeſtâ recreatione, ſic animus corpori vicinetur, vt *quicquid facies, citò redeas à corpore ad animum*. Nam ſi diu, vel ſæpè abſit, fugitiuus exertat, irreuocabili reditu abalienatus. Saltem perarduum moleſtiſſimè eſt, ſemper vitam inchoare. Aut ſi hoc modo magis ſenſus poteſt exprimi; *Malè viuunt, qui ſemper viuere incipiunt*. Serò aut numquã perueniet ad metam, qui in viâ ſæpè ſubſtitit. Malignè proficit, qui per pauſas prouehitur. Ne vmquam ceſſes, & valdè profeciſti. Velociter feſtinat, qui numquam ambulare ceſſat.

Seneca epiſt. 15.

Hic verſ. 7.

Quicquid facis, citò redi à corpore ad animum.

Seneca epiſt. 23.

2 Iſaias c. 40 de viris ſpe vegetis, & ſanctitate conſpicuis, ſic altè prophetat: *Qui autem ſperant in Domino mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient*. Sic planè fiet his, qui à Domino toti atque omninò pendent, qui *mutabunt fortitudinem*, Hebraicè *integrabunt*, integram nempe ſemper ſeruabũt in viâ ſpirituali: adeò vt vbi ab ætate, atque ſollertiâ nullum occurrit laſsitudinis leuamentum, à Domino paratæ ſint aquilinæ pẽnæ, ac velocitas, quibus immenſa ſpatia volatu ſemper integro ac vegeto percurrant. Ceterùm Prophetarum diſertiſsimus, in eloquentiæ arte hîc valde peccare videtur. Benè eſt, iuſtum in viâ terræ ad cælum, id eſt, in viâ virtutis, alatum faciat, vt aquilinis pennis inſtructus, celerrimè volet: mox enariatâ metaphorâ *curſum* illi tribuit; & ſtatim decreſcente ſermone, *ambulare* dicit. Qui nuper aquilinis præditus alis velociſsime volabat, iam *currit*, & tandem *ambulat*? Forſan volando, aut currendo laſsus, iam pedetentim *ambulando* incedit, ſtitioni vicinus. Sic ſanctiſſimi ſãctitas in viæ fine, metæ iam proximus languet? Eius *fortitudo* ad hoc *integratur*, vt ſenſim deficiat, à *volatu* in *curſum*, à *curſu* in inceſsum, ſeu *ambulationem*? Verùm enimverò ſic in virtutis viâ properat, qui inceſſanter *ambulat*, vel (vt exponit Anſelmus Laudunenſis in Gloſſâ interl.) *proficit*, vt *ambulare & non deficere* in ambulando, id eſt, ab ambulando non deficere, ſeu inceſſum vel profectum non interrumpere, ſumma velocitas putetur, *curſu*, quin & *volatu* celerior. Volatus & curſus præ feſtinatâ velocitate hominem volantem ac currentem debilitat, & à curſu & volatu tepigrat, & laſsum ſubſidere cogit: qui autem inceſſanter *ambulat*, ſemper ſic pergit, vt non *deficiat*: quare velocitatem volandi ſeu currendi, continuo ambulationis profectu abundè compenſat: imò longè ſuperat. Exindè Propheta arcanè moraliſſimo ſermonis & ſententiæ cremento, poſt celerem *volatum*, & feſtinatum *curſum*, inceſſãter incedere ſubdit, aiens: *Ambulabunt & non deficient*, hoc eſt, etſi non volent, nec currant; quod velocius eſt, ambulabunt ſemper ſine interruptione.

Iſaiæ 40. v. 31.

Hebræus

Sine ceſſatione ambulare, plus eſt, quam currere ac volare.

Anſel. Laud.

4. Regum 4. puero Sunamitidis defuncto, eius mater ad Eliſeum filij præbitorem properat. Cumq; veniſset ad virum Dei in mõtem, apprehendit pedes eius, obnixe poſtulans vitam pueri. Tunc Eliſeus ait ad Giezi: *Tolle baculum meum in manu tuâ, & vade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiã, non reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciem pueri*. Inurbanitatem ſeruo ſuo Propheta non mandat: neq; enim virtus politiæ renunciauit. Vetat autẽ Propheta in viâ ſalutationem, ne Giezi *vadens* ad puerum reſuſcitandũ, ſalutando obuios, cum eiſq; colloquẽdo, moras in viâ necteret, & ab ambulando tãtiſper ceſſaret. Quaſi dicat, ait Auguſt. ſ. 106. de Tempore: *Ita velociter ambula, vt nullis fabulis occupari aut retardari præſumas*. Auguſtino adſentit Ambroſius in Lucæ c. 10. l. 7, ad illa verba, *Neminẽ per viam ſalutaueritis: Feſtinatò enim iubebat contendere: vt celebrandæ reſurrectionis exequeretur officium, ne cõfabulatione alicuius obuij, mandato deflecteretur à munere. Ergo & hic non ſalutationis officium auferetur, ſed obſtaculum impediendæ deuotionis aboletur: vt quandò diuina mandantur, paullisper ſequeſtrentur humana*. Itaque cùm reſurrectionis negotium agitur, id eſt, res vitæ ſpiritualis, & vitandæ mortis, quæ per peccatum incurritur, iubens quammaximis itineribus viam confici; non volatum, non curſum mandat, ne volando aut currendo 3

4. Reg. 4. v. 29.

S. Auguſt.

Lucæ 10. v. 4.
S. Ambroſ.

Ne vrbanitas retardet inceſſum in viâ virtutis.

laſſus

laſſus in viâ reſidere cogatur; aut quâuis ex cauſsâ moras, etſi perbreues nectere. Ergò dum ſalutationis ciuilitatem in te peragenda ſequeſtrat, non vult eſſe inurbanos, ſed continuos viatores, abſque breuiculâ interruptionis morâ, quæ inceſſum vel paulliſper intermittat. Quare dum ſalutationes viatoribus politicè obuias prohibet, non ſine emphaſi intimat, quàm ſit vitæ ſpirituali nociuum, quâcumque ex cauſsâ abeundo ceſſare. Sic Giezi, non volare, non currere iubetur ad ſpiritusle negotium, ſed ambulare inceſſanter, etſi inurbanitatis notâ incurrat, quod eſt, *velociter ambulare*, vt ait Auguſtinus Non qui currit imò neque qui volat, celeriùs iter conficit; ſed quiſine morâ inceſſanter incedit, hic, hic inquam, *velociter ambulat*, & faciliùs ac feliciùs ad metam peruenit. Sententiosè Philoſophorũ diſertiſſimus: *Non multũ refert*, inquit, *vtrum omittas philoſophiam* (id eſt, ſtudium virtutis, ſeu in illius viâ profectum,) *an intermittas*. Hem intermiſiſſe, omiſiſſe eſt? Sic omiſſio in intermiſsionis viciniâ eſt, & illi confinis? Curras licèt, imò & voles; ſi eiuſmodi iter velociſsimum *intermittis*, iam *omiſiſti*, aut omiſsioni proximus hæres, aut ſubſidis. Infidum eſt ſemper vitam inchoare. Malè currit, qui ſemper currere incipit. Feſtina lentè; & ſic iter facilè & citò peregiſti.

Parum refert, ſtudium virtutis omittere aut intermittere.

Seneca epiſt. 73.

4 Liceat & nobis aliquãdò ſuper quatuor illis Propheticis animalibus gloriam Dei in curru portantibus, ethicè philoſophari. Ezechielis 1. Similitudo, inquit, vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: *facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquila deſuper ipſorum quatuor*. Facies eorum & pennæ eorum extentæ deſuper: *dua penna ſingulorum iungebantur: & vnumquodque eorum coràm facie ſuâ ambulabat: vbi erat impetus ſpiritûs, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularẽt*. Vide hic ſymbolum viæ ſpiritualis percurrendæ: Aquila volucrum velociſsima, cum boue tardo & laſſo pariatur, quò aquilæ velocitas retarderur. Quin licèt alata ſint iſtiuſmodi myſtica animalia, *dua penna ſingulorum* (id eſt, aquilæ & bouis) *iungebantur*, ne aquilina celeritas tardo bouis volatui præcurreret. Et ſanè hæc animalia tot alis fruſtrà eſſent inſtructa, niſi ad volatum: quate veroſimilius apparet, volaſſe, & tamẽ *gradi* & *ambulare* dicuntur, etſi volabant Profectò volat, & quidèm in viâ ad cælum velociſsimè volat, qui *vbi erat impetus ſpiritûs, illuc graditur, nec reuertitur cùm ambularet*. S. Gregorius homil. 5. tropologicè docet, homines volatum Cherubinorum imitari, dum per viam virtutis in cælum, vi ſpiritûs diuini nos impellentis, tendimus: *Quia*, inquit, *antè nos aterna ſunt, poſt nos temporalia, nos verò & illa pergentes inuenimus, & iſta recedentes quaſi poſt dorſum relinquimus, nec ad mala perpetranda redimus*. Quaſi Cherubicis alis volet, quiſquis in viâ virtutis tendens in cælum, *vbi erat impetus ſpiritûs, illuc graditur, nec reuertitur cum ambulat*. Scilicet in viâ virtutis celerrimè volat, qui ſic *graditur*, vt ad

Ezech. 1. v. 10 & 11. & 12.

Volat in viâ virtutis, qui non reuertitur, cum ambulat.

S. Gregorius.

P. Didacus Suſannam Danielis.

mala perpetranda non redeat, vt ait Gregorius; ſeu, vt ait Propheta, qui *non reuertitur cum ambulat*, dum deſes repigrat inceſſum, aut laſsus in viâ reſidit. ô nimis verè!

Iacobus Apoſtolus in ſuâ Epiſtolâ Canoni. cap. 1 ad gaudendum in tentationibus fideles adhortatur; Scientes, inquit, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur: *Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes*. Quæ eſt iſta patientia quæ integros, perfectos, & in nullo deficientes reddit patientes? Cornelius inibi eruditè explorans Græcum verbum, nõ intelligit nudam patientiam ſic fatus: *Patiẽtia autem opus perfectũm habet*, id eſt, perſeuerans patientia, & patiens perſeuerantia, coronat & perficit ſtadium agonis & vitæ humanæ; durat enim vſque ad finem vitæ, ideóque quaſi omnium victrix patienter perſeuerantem deducit vſque ad mortem, & indè ad meritum in cælis perſeuerantis patientiæ, id eſt conſummatæ victoriæ brauium Quare conſultiſsime dicitur perfectum opus habere. Pulchre S. Bernardus epiſt. 129. *Perſeuerantia*, inquit, *eſt vigor virium, virtutum conſummatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror eſt patientia, conſtantia filia, amica pacis, amicitiarũ nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit*. Plures hic Bernardus cõglobat ſententias, quas ad rem præſentem emedullare obuium eſt, & de facili licet. Idẽ Bernardus, ſi ipſe eſt auctor Sermonis de Obedientiâ eiúſq; gradibus: *Incipere*, inquit, *multorum eſt, perſeuerare paucorum. Perſeuerantia ſingularis eſt filia ſummi Regis, virtutum fructus, earũmq; conſummatio, totius boni repoſitorium, virtus ſine quâ nemo videbit Deum, neque à Deo videbitur: finis eſt ad iuſtitiam omni credenti, in quâ virtutum conuentus reuerendum ſibi thalamum conſecrauit. Quid enim currere prodeſt, & antè metam curſus deficere? ò quàm perſeueranti pede curſum ſuum perfecerat, qui dicebat: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui*. &c. Serò Paullus curſum cœpit, ſed quem numquam intermiſit.

5

Iacobi 1. v. 4.

Græcus Cornelius

Multimoda perſeuerantia elogia congeruntur.

S Bernard.

Matth. 10. v. 22.

Bernardus dubius.

2. ad Timot. 4. v. 7.

§. LXXVI.

Vita ſolitaria, velut neceſſitas perfectionis eſt, mundi exilium, & virtutum fomes: Monachóſque extrà mundum, & mundo maiores facit.

1 Solitudinem quærit, qui vult innocenter viuere. Fuge multitudinẽ, fuge paucitatẽ, fuge etiã vnũ. Non inuenio cum quo te malim eſse quàm tecum. Animalia quædam ne inueniri poſsint, veſtigia ſua circà cubile ipſum confundunt: Idẽ tibi faciendum eſt: alioqui non deerũt qui perſequãtur. Multi aperta tranſeunt, abſcondita & abſtruſa rimantur. Furem ſignata ſollicitant; inuiſa videre, oculorum ambitio eſt. Vile videtur quicquid patet; quicquid latet pretioſum: abſconſio

Ferè ex Senecâ ſparſim.

Fugienda eſt hominum frequentia, & quærenda ſolitudo.

rei pretium inuenit, aut facit. Turbam rerum hominúmque deſiderent, qui aliud quàm ſe quærunt. qui ſe pati neſciunt, quibus tædio eſt otium virtutis, qui vitijs ſe exuere, & virtutibus ornari, quàm ſit operoſum neſciunt; neſciúntque quantam morum rubiginem turba afflat. Vel vnum exemplum luxuriæ, ambitionis, auaritiæ, multum mali facit. Conuictor delicatus paullatim emollit, & ſenſim eneruat: detractor aſſiduus aëra toxicat. & peſtem ſuam auribus affricat, quo ſerpit contagium. Nemo ſoli ſibi malus eſt. Fuge. Solitudo. vitiorum eſt fuga, & virtutum aſylum Metaphraſtes in Commendat. Ioannis Baptiſtæ, ait eum, *cùm vix ſolutus eſſet à faſcijs ſolitudinem habitaſſe, & vitam Angelicam exercuiſſe, qua ab omni ſupellectili eſſet immunis. Non in ſudore vultûs panẽ comedit. Triginta annos habitarat in ſolitudine, & ſe velut perpetuo damnauerat exilio; & cum nullo omninò homine verſari ſtatuerat.* Num ſolus Ioannes ſolutus erat ab illâ pœnaliſſimâ Adami lege, *In ſudore vultûs tui veſceris pane?* Hæc ſententia encomiorum Ioennis grauida, alibi forſan expendetur.

Metaphraſt.

Num Ioannes ſolutus eſt ab illâ lege, In ſudore vultus tui veſceris pane?

2 Threnorum 3. ita ſcribit Propheta: Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Rabanus, Lyra, Rupertus, Hugo. & alij legunt. *quia leuauit ſe ſuper ſe*, ſcilicet à terrenis ad cæleſtia. Quaſi dicat: Cùm eſſet ſolitarius, ſeipſum ſupergreſſus librauit ſe à terrâ in cælum, ab infirmitate ad robur, à puſillanimitate ad animi celſitudinem. S. Bernardus Serm. 1. de S. Petro & Paullo: *Leuauit ſe ſuper ſe, id eſt,* inquit, *cùm adoleſcens eſſet, & lubrica ætatis ſentiret ardores, ſenem induit, relinquens quod erat, aſſumens quod non erat: leuauit ſe ſuper ſe, quia non reſpicit ad ſe, ſed ad illum qui eſt ſuper ſe: ſedebit enim & tacebit etiam modò à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionem, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi.* Benè eſt, in eremo ſe homo deſueſcit. & à mundi tumultu ſurdus ac mutus ſilet: ſed quid eſt, *quòd leuat ſe ſuper ſe?* nam etſi à terrâ in cælum ſe libret, ſe ſuper ſe ſublimare non videtur, nec ſcipſo maior fieri. Profectò eremi incola erat Ioannes, cùm audit, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſtâ:* nam in ſolitudine *leuans ſe ſuper ſe*, in tantam maioritatem ſublimis excreuit. S. Hieronymus ſecedens in ſolitudinem Syriæ, & ad illam inuitans Heliodorum. epiſtolam hoc epilogo concludit: *ô deſertum Chriſti floribus vernans! ô ſolitudo in quâ illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi ciuitas Regis magni extruitur! ô eremus familiarius Deo gaudens? Quid agis frater in ſeculo, qui maior es mundo? Quandiu te tectorum vmbra premunt? quandiu fumoſarum vrbium carcer includit?* Mitto, quòd vrbis habitatio, *carcer* dicitur; quaſi eremus ſit ciuitas & quidem cæleſtis. cuius eremita eſt nobilis inquilinus. Intermitto etiam, quòd deſertum inuium & inaquoſum, vaſto horrore ſteriliter ſqualidum, in quo ſemper glabro, vix rurales herbæ ſpontiuè naſcuntur; dicitur *Chriſti floribus vernans.* Indè enim floruit Ioannes, Prophetarum electiſſimi, & Monachorum ſanctiſſimi, qui cælum fragrant; futurus eremita Heliodorus, iam iam cum Hieronymo ſolitarius, ſic *ſe ſuper ſe eleuante*, vt tanti Doctoris teſtimonio, *Mundo maior* appelletur. Nullus inter natos mulierum Baptiſtâ *maior* ſurrexit; nam ſolitudinis beneficio, *mundo maior* renunciatur. Ad quódnam faſtigium potuit eum negotioſior mundi ambitio ſublimare, quod hanc ſublimitatem adæquſt? Benè Solitarius *eleuat ſe ſuper ſe*, qui ſeipſo ſublimior, & *mundo maior* efficitur ſolitudinis ſebitrio. Altè Chryſoſtomus homil. de Ioanne Baptiſtâ: *Conſiderate*, inquit, *Monachi dignitatem veſtram: Ioannes particeps veſtri eſt dogmatis.* quaſi ſtatuta monaſtica velut fidei dogmata ſint, quorum Ioannes eſt ſectator, & particeps.

Thren. 3. v. 25.
Rabanus
Lyra
Rupertus
Hugo.
S Bernard.
Matth 11. v. 11.
S Hierony.

Homo ſeipſo, ac mũdo maior, ſolitudinis arbitrio efficitur.

Ioannes particeps eſt monachalis dogmatis.
S. Chryſoſt.

3 Oſee 2. ſic populum ſuum Deus proſperate exinceps pollicetur: *Ecce ege lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius.* τὸ *lactabo* hic nõ ſignificat lac dare; ſed eſt verbum frequentatiuum deriuatum à primitiuo *lacio*; cuius ſignificatio patet ex compoſitis allicio, illicio, pellicio, & ex frequentatiuis lacto, illecto, delecto: *lactare* ergò idem eſt quod allicere, ſuadere, pellicere, & velut lacte dato ineſcare, decipere, & capere: vnde LXX interpretes, *ſeducere*, Syrus *decipere* excribunt Nempè arcana gratiæ meæ efficacia, ſic illam alliciam & pelliciam; etſi renuat, ſic velut pia fraude quodammodo *decipiam*, vt eam ex vrbibus ad *ſolitudinem* euocem: *ſeduci* enim & *decipi* à ſecularibus videtur, qui renunciato opulentiori cenſu, & mundi honoribus proculcatis, ſe vltro ſolitudini addicit, & conſecrat. Ait ergò Deus: Animam à me dilectam, ſic *lactabo*, & gratiæ meæ lenocinio ſic pelliciam, vt ducam eam in *Solitudinem*, vbi ego, ego ipſe *loquar ad cor eius*: id eſt, Cor eius verbis meis mulcebo, flectam, & ad me, meique amorem & cultum vltrò conuertam; vt iam ſeculo nulla, ſibi ac mihi tota ſit, totáque ad me conuerſio eius. Pulchrè Emiſſenus homil. 4. ad Monachos, quaſi ad hunc locum tacitè adludat, ita ſcribit: *Si enim benè perſpicimus, iſta Solitudo nos ad perfectionis neceſſitatem conſtringit.* Hæc Emiſſeni hyperbole, laudatæ Solitudinis emphaſis eſt, quaſi liberam quandam arcanè *neceſſitatem* ſectandæ ac adipiſcendæ perfectionis Solitudo inducat, ad illámque ſponte conſtringat: quod *lactare*, & *loqui ad cor* viuaciùs expreſſit. Sic *leuat ſe ſuper ſe*, qui Solitudinis beneficio, libera quadam velut neceſſitate ad perfectionem conſtringitur! Chriſti flores in eremo vernantes, hunc perfectionis fructum omni æuo abundè tulerunt, & vbertim hodie ferunt, feréntque.

Oſee 2. v. 14.
LXX. interp.
Syrus

Solitudo Monachos ad perfectionis neceſſitatẽ quodammodò conſtringit!

Emiſſenus.

4 Ad Philippenſes 3. ita ſcribit Apoſtolus: Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis, inimicos crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt: *Noſtra*

autem

ad Philipp 3. v.20.
Tertullian.
Monachus extrà mundū eſſe creditur. cæli inquilinus.
Euſebius Emiſſenus.

autem conuerſatio in cælis eſt. Tertullianus l. de Corona militis legit: *Noſter municipatus in cælis eſt,* nempè peregrini ſumus mundi, ſed cæli mancipes & ciues cæli. Profectò conuerſationem in cælis opponit conuerſationi in terrâ, rebúſque mundanis, ſiue ijs qui terrena ſapiunt. quaſi dicat: Terreni & mundani ſapiunt, amant, curant res mundiales, tamquam mundi incolæ: nos verò, quaſi extrà mundum poſiti, dumtaxat ſapimus, amamus, & curamus cæleſtia. Eleganter Euſebius Emiſſenus homil. 4 de Epiphaniâ, Monachos ſuos ſic alloquitur: *Caueamus ne fortè hic* (in eremo) *ſolo corpore conſiſtamus.... nos illi laudabiles eremitæ, qui extrà mundum nos credimus.* Parùm foret, quòd à Hieronymo ſolitarius dicatur, *Mundo maior*; maior illius prærogatiua eſt, quòd *extrà mundum* eſſe credant, & illius conuerſationem, ſeu *municipatum in cælis eſſe.* Sic Monachus mundi officiis exemptus eſt, ac ſi è mundo exceſſiſſet, & *extrà mundum* iam eſſet, conuerſatione cæli prænaturè inquilinus, ô quàm multa pauciſſimis Euſebius compendiauit! Addit minas, niſi vita profeſſioni concordet; locum integrum reſtituam:

Emiſſenus
Vita ſolitaria mutis ſumma damnatio eſt.
Venire ad eremum, ſumma perfectio dicitur.

Caueamus ne fortè hic (in eremo) *ſolo corpore conſiſtamus, & corda noſtra probentur errare per ſeculum. Quandò enim preualent in nobis terrena ſuperfluaque cupiditates: quandò ira ſuperequitat, nos illi laudabiles eremitæ, qui extrà mundum nos credimus, mundum intrà nos incluſum tenemus. Ac ſic anima illa quæ poſſeſſio efficiuntur ſeculi, non poſſint eſſe regnum Dei. Ideóque fratres videte vocationem veſtram. Venire quidem ſic ad eremum, ſumma perfectio eſt: non perfectè in eremo viuere, ſumma damnatio eſt. Quid prodeſt, ſi in loco quies teneatur, & inquietudo in corde verſetur? ſi in habitatione ſilentium ſit, & in habitatoribus vitiorum tumultus, & colluctatio paſſionum? ſi exteriora noſtra ſerenitas poſſideat, & interiora tempeſtas?* Longulè, ſed pulchrè, vt aſſolet Emiſſenus.

Geneſ. 3. v. 23.
Monachus eſt exul mundi, & paradiſi heres ſeu incola.
S. Baſilius

5 Geneſeos 3. Adam maleſuadi ſerpentis aſtu, præcepti diuini infidus præuaricator, Deum vindicem confeſtim patitur: & poſt grauem maledictionis mulctam, exilio etiam paradiſi damnatur: & mundo Adamus velut metallo datur: *Et emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de quâ ſumptus eſt.* Eiecto homine, Cherubini præficiuntur, qui regreſſum ad paradiſum vetent. Exulat in mundo Adamus, reditum in paradiſum præuaricatione amiſſum, intentiùs exambiens. Sed fruſtrà votum: nam via ad regreſſum imperuia ſemper illi fuit. Via ad paradiſum Adamo clauſa, poſteriſne etiam clauſa fuit, & cæcè confuſa? Ignorauítne tota Adami poſteritas reditum? Audiendus eſt Baſilius ſapientiâ æquè ac ſanctitate Magnus, qui in Tractatu de laudibus eremi, ita ſcribit: *ô eremus mundi perſequentis felix effugium, laborantium quies, mœrentium conſolatio, ab æſtu ſeculi refrigerium, peccandi repudium, recluſio corporum, libertas animarum, curia cæleſtium Senatorum, vbi victor Dæmonum, ſocius efficitur Angelorum.* Addit opportunè: *Exul mundi, heres eſt paradiſi.* Nota antitheſim. Nempe Adamus per delictum primæuum, factus eſt exul paradiſi, mundi incola: è contrario autem eremita ſolitarius ſolitudinis priuilegio, factus eſt *exul mundi*, & *paradiſi heres* ſeu incola: illúmque tamquam propriam poſſeſſionem adit, & inhabitat. Itaque via ad ſolitudinem, ſicut ducit ad exilium mundi, ita & ad paradiſum inhabitandum ducit. Nec ab Angelis prohibetur, nam ſolitudo init *ſocietatem Angelorum* Sic copioſæ familiæ tumultum fugiens Suſanna, in *pomarium viri ſui*, Græcè in *paradiſum* ſecedebat; vt vt poterat, ſingulis diebus ſolitaria; & indè ſtatis horis, mundi *exul*, & *paradiſi* incola. Hic Verſ. 7.

ad Roman. 6. v. 19.
Vita ſolitaria, fomes virtutis dicitur.
Nil tam curādū, quàm non curare negotia.
S. Baſilius.
Tertul. de Pallio c. 5.

6 Ad Romanos 6. ſic fideles monet Apoſtolus: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Scilicet ſicut olim ad peccandum, ipſius libido voluptáſque pelliciebat, & inteſtinus peccandi fomes vrgebat: ſic ad iuſte viuendum, & virtutem ſtudioſe ſectandam, vos ducere, imò & vrgere debet delectatio charitáſque iuſtitiæ, tamquam aliquis virtutum fomes, qui vos ad omnes ſanctitates medulliꝰùs pelliciat, & quodam illicio pertrahat. Voculæ *ſicut* & *ita*, ſimilitudinem, ſiue paritatem indigitant: ergò *ſicut* in membris fomes peccati ad peccandum inſtigat; *ita* alter virtutis fomes ad virtutes ſollicitet, & vrgeat. Datúrne virtutum fomes? Audiendus eſt Baſilius nuper laudatus Tractatu de laudibus eremi: *ô eremus,* inquit, *mors vitiorum, fomes & vita virtutum!* Parum foret eremo, quòd mors vitiorum, & vita virtutum dicitur; ni etiam *virtutum fomes* à Magno Baſilio diceretur. At virtutum fomitem quis intentiùs non quærat? *Seceſſi de populo* (ait Tertullianus) *vnò vnicum mihi negotium eſt; nec aliud nunc curo, quàm ne curem. Vitâ meliore ſeceſſu fruare, quàm in promptu. Nemo alii naſcitur, moriturus ſibi.*

---

§. LXXVII.

Vita Solitaria, cæli ſchola eſt, diuinæ ſimilitudinis reparatio, prædeſtinatorum character; qui autem inter homines verſatur, minor homo euadit.

Seneca epiſt. 7.
Quam nocēs turba, virtutis ſtudioſo.

1 QVid tibi vitandum præcipuè exiſtimem, quæris? Turbam. Nondum illi tutò te commiſeris. Ego certè confiteor imbecillitatem meam, numquam mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod compoſui turbatur, aliquid ex his quæ fugaui, rediit. Virtutis inimica eſt multorum conuerſatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commodat, aut imprimit, aut neſcientibus illinit. Nihil verò eſt tam damnoſum, quàm in aliquo ſpectaculo deſidere: tunc enim per voluptatē faciliùs vitia ſubrepunt.

repent. Quid me exiſtimas dicere? Auatior redeo, ambitioſior, luxurioſior, imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Antonio, Machario, Hilarioni excutere mentem ſuam diſſimilis multitudo potuiſſet; adeò nemo noſtrum qui maximè concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium poteſt. Ergò à turbis hominum remotus, recede etiam in teipſum quantùm potes. Pernicioſum tibi puta quicquid virtuti nocet. Cogita in te præter animum nihil eſſe mirabile, cui magno nihil magnũ eſt; ergò procul à cõtagio, quod afflat mundus, hunc intentiùs excole, hunc tibi concinna, & ſumptuoſiùs adorna. Huius bona valetudo æternitatis candidata eſt. ô eremus, exclamat Magnus Baſilius, *caſtrum Dei, turris Dauid, Angelorum ſpectaculum, palaſtrà fortiter dimicantium, mors vitiorum, vita virtutum. Tibi Moyſes debet bis accepta legis decalogum. Per te Elias nouit Domini pertranſeuntis aduentum. Per te Eliſeus duplicem Magiſtri ſortitus eſt ſpiritum. Tu ſcala illa Iacob, qua homines vehis ad cælum, & Angelos ad humanum deponis auxilium. ô vita eremitica, balneum animarum, purgatorium ſordidorum, conciliabulum Dei & hominum.*

Eremi complexata elogia.

S. Baſil Tract. de laud. eremi.

a Oſee 2. v. 14.

Oſee 2. Deus populum ſuum, ſeu animam ſanctam dulciter his verbis mulcet, *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius.* Abducam, inquit, eam, *in ſolitudinem*, & ibi loquar ei interiùs, loquar in mente, in voluntate loquar, & felici ſuadelâ eius *cor*, & omnem affectum ad me alliciam & rapiam: adeò vt ad res omnes mundiales nulla iam ſit; ſic enim rapitur & poſſidetur eius *cor*, vt nihil aliud cogitet, ſapiat, diligat; cùm ſe totam Deo plenè deſponderit. Pulchrè Baſilius Tractatu illo de laudibus eremi, ita ad ſuum Nazianzenum ſcribit: *Solitaria vita caleſtis doctrina eſt ſchola, ac diuinarum artium diſciplina. Illic Deus eſt totum, quod dicitur; via, quâ tenditur; totum, per quod ad ſumma veritatis notitiam peruenitur.* Blaterones, & nihili homines putant, Monachos eſſe rupicones barbaricos & agreſtes, & ignoratione famoſos; cùm *ſolitaria vita caleſtis doctrina ſit ſchola*, vbi de cæli gymnaſio, Deus eſt *totum quod dicitur.* Sileat ſubtilioria Philoſophiæ, amœnioris litteraturæ, & exuccæ curioſiùs ſubtilitatis operoſa garrulitas: *porrò non ampliùs inuenire licet, quam quod à Deo diſcitur. Quod autem à Deo diſcitur, totum eſt*, ait Tertullianus. Profectò ſi quod à Deo diſcitur. *Totum* eſt, licèt Hæreticorum rumpantur ilia, Magni Baſilij ſuffragio, *Solitaria vita caleſtis doctrina eſt ſchola; illic Deus eſt Totum, quod diſcitur; Totum, per quod ad ſumma veritatis noticiam peruenitur.* Grande quidem ſolitariæ vitæ elogium, quod in eâ *Deus ſit totum, quod diſcitur; quod autem à Deo diſcitur, totum eſt.* Exindè è vitæ ſolitariæ ſeceſſu, peritioris Theologiæ, & Biblicæ eruditionis Proceres ad vnum prodierunt. Vnde Baſilius, Nazianzenus, Hieronymus, Auguſtinus, Bernardus, & reliqua

S. Baſilius

Vita ſolitaria cali ſchola eſt, vbi Totum à Deo diſcitur.

Tertul. l. de Animâ, c. 2.

Eccleſiæ lumina, quæ ſanctitate & doctrinâ micanter ſcintillant? Nam *Solitaria vita caleſtis doctrina eſt ſchola; illic Deus eſt Totum, quod diſcitur*, abſque terrenæ fæcis mixturâ. Sigillatim autem exponit Richardus Victorinus, in illud Canticorum 3. *Paullulum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea*, quid ſit hoc *Totum*, quod in cæleſti vitæ ſolitariæ gymnaſio diſcitur: *Quo præſente innouatur anima, & quaſi ei adhærens ſemper internì guſtùs dulcedinem, intelligentiã ſpiritualem, fidei illuminationem, ſpei augmentũ, charitatis incentiuum, compaſſionis affectum iuſtitiæ zelum, delectationem virtutum. Habet in oratione cum Deo familiare colloquium, audiri ſe ſentiens, & plerumque exaudiri, facie ad faciem cum Deo loquens, & audiens quid loquatur in eâ Dominus Deus, in oratione Deum cogens, & interdum conuincens.* Scire *totum* ſufficit, vt Deum Solitarius precibus *conuincere* poſſit? Planè alto ſtylo Richardus!

Cant. 3. 4.

Richard. Vict.

Num Solitarius, et ſi ita ſciat, Deum precibus conuincere poteſt?

4 Thren. 3. v. 28.

Threnorum 3. Bonum, inquit, eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Præſcriptum locum ſic plures excribunt, *Quia leuauit ſe ſuper ſe.* id eſt, Solitarius leuabit ſe ſuper ſe, ſeipſum ſupergreſſus, vltrà ſe ſublimis, & ſeipſo maior effectus, de vitæ ſolitariæ incremento nobili. Sic Solitarius ſolitudinis artificio grandeſcit, & miro ſui auctario incrementatur? Ita quidem. Sicut qui inter frequentes hominum turbas degit, planè decreſcit, & ſeipſo minor euadit. Audiendus eſt Thomas Theodidactus lib. 1. de Imitatione Chriſti, cap. 20. ſic ad rem fatus: *Quoties inter homines fui, minor homo redij. Nemo ſecurè apparet, niſi qui libenter latet. Nemo ſecurè loquitur, niſi qui libenter tacet. Nemo ſecurè præeſt, niſi qui libenter ſubeſt. Qui ſe ſubtrahet à notis & amicis, appropinquabit illi Deus cum Angelis ſanctis. Maximi Sanctorum humana conſortia, vbi poterant, vitabant, & Deo in ſecreto viuere eligebant.* Profectò *Maximi* Sanctorum in ſeceſſu viuere exambierunt, & indè maioritatem elaborarunt: nam homo *quoties inter homines fuit, Minor homo redit.* quaſi humana conuerſatio vel ipſam humanitatem imminuat, & eſſe humanum ſenſim corrodat, extenuet, & ſenſim minoret. Quare homo qui ſolitudine *eleuat ſe ſuper ſe mundo maior* efficitur, quoties autem inter homines verſatur, magnâ ex parte ſeipſo fraudatus, *maior homo redit.*

Thomas Theodidact.

Homo inter homines decreſcit, et minor homo redit.

4 Ezech. 28. v. 12.

Ezechielis 28. ſiue regi Tyri, ſiue Lucifero, ſiue Adamo, hæc dicit Dominus Deus: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientiâ, & perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti.* &c. Peritè ibi notat Cornelius quòd hic alludit Propheta ad creationem Angeli æquè ac primi hominis in paradiſo: vndè hæc omnia rectè adaptari poſſunt. Verùm Tertullianus lib. 2. contrà Marcionem, cap. 10. legit, *Tu reſignaculum ſimilitudinis*; quia videlicet Adamus cor ſuum à Deo ſuo, ipſius ſigillo obſignatum auertens, fraudulenter ſibi per appetitionem omniſcientiæ reſignauit.

Cornelius

Tertullian.

Eremus, Dei imaginem in homine quodammodò reſculpit.

gnauit. Itaque cùm Adamus in ſtatu innocentiæ eſſet ſignaculum ſimilitudinis, id eſt, imago ſimillima Dei: in paradiſo infidè delinquens, imaginem Deo ſimillimam reſignauit, & magnâ ex parte deleuit. Hócne ſigillum reſculpi potuit, & ad Deum ſimilitudo reſtaurari? Appoſitè Baſilius Tract. de laudibus eremi: *ô cella* inquit, *ſpiritualis exercitij mirabilis officina, in quâ humana anima Creatoris ſui imaginem in ſe reſtaurat, & ad ſuæ redit originis puritatem.* Scilicet ſi quà viâ diuinæ ſimilitudinis ſignaculum reſignatum reſculpi poſſet, & priſtina illa imago recuperari, per vitam ſolitariam quodammodò potuiſſet. Saltem aliqua ſtatûs innocentiæ, & paradiſeæ vitæ æmulatio in eremo tranſparet. In eremo enim *humana anima Creatoris ſui imaginem in ſe reſtaurat, & ad ſuæ redit originis puritatem.* Vnde reſignaculum ſimilitudinis, iterùm quodammodò in ſignaculum reſculpit.

S. Baſilius

Eremi & paradiſi ſimilitudo.

Profectò ſi alicubi, maximè in eremo, ſimilitudo paradiſi inuenitur. Nam (pergit idem ibi Baſilius) *eremus eſt paradiſus deliciarum, vbi ſpirant aromata virtutum; vbi roſa charitatis igneo rubore flammeſcunt; vbi lilia caſtitatis niueo candore candeſcunt; cum quibus etiam humilitatis viola: vbi myrrha mortificationis, non ſolùm carnis, ſed, quod glorioſius eſt, propriæ voluntatis exundat; & ibus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat.* &c.

5 Canticorum 4. ſic Sponſus ſacræ Sponſæ pulchritudinem demiratur: Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecùs latet. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.* Per capillos capitis, internas animi cogitationes, & affectus innui, notant indidem Commentatores. Sed quare tanta animæ ſanctæ pulchritudo, & quæ oculis apparet, & quæ *intrinſecus latet*, *capris* comparatur? Opinor, næ pecudes, alioqui oculis inuenuſtæ, ſilvicolæ ſunt, in deſertis locis habitant, & eremo gaudent. Elegantèr ad eum locum Ambroſius: *Vides,* inquit, *quòd in altis grex iſte paſcitur: vbi aliis præcipitia, ibi capris nullũ periculum: vbi aliis periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à paſtoribus ſuis dumoſâ de rupe pẽdentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt, vbi fœcundæ arbores fructum integrũ ſubminiſtrant. Ideò elegit eas Spiritus-ſanctus, quibus cœtum venerabilis Eccleſiæ compararet.* Vide in capris graphicè deſcriptam Eremitarum ideam. Illud nota, quòd capræ *ſpectantur à paſtoribus ſuis dumoſâ de rupe pendentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt.* Sic vel in periculis ſecurè habitant! Audi S. Bernardum in epiſt. ad fratres de monte Dei: *A cellâ in cælum ſæpè aſcenditur: vix autem vnquam à cella in infernum deſcenditur: quia vix vnquam niſi prædeſtinatus, in ea vſque ad mortem perſiſtit.* quaſi eremus ſit prædeſtinatorum character.

Cant. 4. v. 1.

Monachi capris parantur, quare?

S. Ambroſ.

Vita ſolitaria vſque ad mortẽ, velut character prædeſtinatorũ eſt.

S. Bernard.

6 Canticorum 2. hæc Sponſæ vox auditur: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Dilectus & ſponſus meus, totus eſt mihi; ergò æquum eſt, vt amor vices reciprocet, & meipſam totam illi ſoli impendam & ſuperimpendam. Ego illi ſufficio, & ſe totum mihi præbet; adæquè ille mihi ſufficiat, vt illi ipſi me totam exhibeam. Pulchrè S. Bernardus Serm. 40. in Cantica: *Omninò,* inquit, *ſuprà te eſt Angelorum Domino deſponſari. Annon ſuprà te adhærere Deo, atque vnum ſpiritum eſſe cum eo? Sedes itaque Solitarius, nihil tibi & turbis, etiam ipſum obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Attentiùs expende quæ ad rem ſubiicit verba: *ô ſancta anima ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſum, quem ex omnibus tibi elegiſti.* Sententioſè dictum: *Solus eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſum.* Niſi Solitarius fueris, procùl à rebus, & procùl ab hominibus; & indè meraciſſimè *ſolus*; non poteris *ſoli* omnium (Deo inquam, ſoli) ſeruare teipſum. Quare nec dicere cum ſanctâ animâ: *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Cant. 2. v. 16.

S. Bernard.

Solus eſto, vt Soli deo ſerues teipſum.

---

§. LXXVIII.

De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt.

O Quandò ille veniet dies, in quo nemo in honorem tuum, in dignitatem, in opulentiam, aut felicitatem tuam mentiatur! Hùc ergò cogitationes tuæ tendant, hoc opta, hoc cura, *omnia vota remiſſurus, vt contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis. Quæ poteſt eſſe felicitas propior?* Diſce te ad tua redigere, & ſic minùs ex alieno pendebis, ſpebus minùs torquéberis. Qui felicitatem ſuam in alieno cenſu aut arbitrio poſuit, ſollicitus eſt, & incertus ſui ac ſuorum. Quem ſpes aliqua proritat, licèt ad manum ſit, licèt non ex difficili petatur, licèt nunquam illum ſperata decipiant; ſaltem de alieno habet, mendicitate victitat: at de non ſuo ſqualidè quis inornatur, ieiunè adipatur, marcidè floret, mendicè ditatur, & inſipienter ſapit. Exiſtimas me detrahere tibi, multas voluptates, opes, honores, commoda, qui fortuita, vel potius furtiua ſubmoueo, qui ſpes, dulciſſima oblectamenta, deuitandas exiſtimo. Imò contra, nolo tibi vnquam deeſſe: volo hæc tibi domi naſci: naſcuntur, ſi modò intrà te ipſum ſint, ſi ex tuâ induſtriâ, ingenio, labore aut ſudore proueniat; reliqua aſſuta ſunt, peregrina, exotica, & planè non tua, ſed aliena. Qui de aliorum mendicitatibus viuit, ſemper pauper eſt. Nemo de alieno diues eſt, pulcher, ſapiens, honeſtus. Aliena dum malè tuis cohærent, rapinam propudioſam eructant. De ſuo eſt quicquid hominem beat, aut improſperat. Satis cuique ſit, quod natura, hoc eſt Deus ſingulis dedit. his ſollerter vtere, & ſatis tibi eſt. 1

Seneca epiſt. 10.

De ſuo, non de alieno, quiſque verè inornatur.

Iudicum 9. primus ac pulcherrimus apologus proponitur: Ierunt, inquit, Ioatham, ligna vt vngerent ſuper ſe regem: dixerúntque 2

que oliuæ : Impera nobis. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, quâ Dij vtuntur & homines? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & ſu-
Iudicum 9. v. 11. per nos regnum accipe *Qua reſpondit: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuauiſſimos, & ire vt inter cetera ligna promouear?* Adſimiliter reſpondit viris. Itaq; oliua. ficus, & vitis vno ore reſpondent, non conuenire ſibi vt deſerant pinguedinem, dulcedinem, & vinum ſuum, quibus tribus & homines in epulis, & Dij in ſacrificiis delectantur, vt alienum ab ipſis regnum accipiant. Miriſſimum autem eſt ficum præſertim ſcepteri delicias, honores, & opes refuraſſe. Nam vt appoſitè Arias Montanus ait: *Nulla ex omni plantarum genere auaritia ſtu-*
Arias Mont. ibi. *dium aptiùs refert, quàm ficus: cuius ad exugendum vndique humorem & frequentiſſima radices, & nonnulla adeo longa deprehenduntur, vt ad puteos, & fontes, ac paludes longo interuallo diſtantes pertingant, adeò etiam ſagaces, vt intrà domos loca quærere, ſubire, atque obtinere didicerint, in quibus logena, hydria, cetoráque aquaria vaſa ſtatuuntur, ibique ſoleant diutiùs hærere.* Mirum ergò eſt, quòd ita ſagaciter
Ficus mauult ſuam dulcedinem, quàm alterius ſcepteri honorem. auara ficus, quæ humorem ſic hianter quærit, oblatum ſibi regnum generosè refutet. An non ſi Rex foret, hæc, & his longè potiora poſſet de facili acquirere, & abũdè poſſidere? Poſſet quidem; ſed tamquam aliena, non propria, & ex ſeipsâ enata. Belle Proco-
Procopius. pius indidem: *Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam? Quaſi dicat: Non opus habeo iſto honore aſcititio, quem proprium, & vernaculum ex meis fructibus habeo.* Quaſi dicat: longè præſtantius opulentius, ac nobilius eſt ſceptrum, quod mihi vltrò offertis, fructibus meis, etſi ſuauiſſimis, quantùm ficuum dulcedo diſtat à regno. At iſtiuſmodi dulcedo mea eſt, & ex me ipſa enata; regius autem honos mihi à vobis oblatus, non *proprius* eſt & *vernaculus*, ſed *aſcititius*, & ex alieno aſſutus. Malo igitur propriam dulcedinem ex meipſa natam, quàm ſumptuoſum regnum *aſcititium*, & à me alienum. Fateor, nulla ex omni plantarum genere, auaritiæ ſtudium aptiùs refert; ſed tota ſagacitas eò tendit, vt aquarum venas perueſtigem, quibus dulciter edules meos fructus adipiſcar atque condierim. Hoc quod totum meum eſt, etſi ficulneæ fructus eſt, pluris facio, quàm regni opes, & ſcepteri *aſcititium honorem*.

3 Purpuratus Vates Pſalmo 38. ſic de ſeipſo occinit: Obmutui & humiliatus ſum, &
Pſal. 38. v. 5. ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. Concaluit cor meum intrà me. Sed tandem ex hoc cordis feruore ſic fatur: *Locutus ſum in linguâ meâ*, &c. Non ampliùs meditans & muſſitans, ſed efformans verba; at adhuc tacitè, & ſubmiſsè, & ſenſim, quietè, quaſi in ſuſurro inquit, Athanaſius. Sed adhuc curio-
S. Athanaſ. ſe perquirunt Interpretes, quid ſit Dauidem *linguâ ſuâ* loqui, cum in illo tribulationum æſtu auxiliarem à Deo opem poſtulat? No-
Bellarmin. ſter Cardinalis Bellarminus inibi: Dauid, inquit, *in illo æſtu interiore locutus ſum*, inquit, *in linguâ meâ, id eſt, non ſum locutus in linguâ quam omnes intelligunt, ſed in linguâ mihi notâ. Quaſi dicat: Ego ſcio quid voluerim dicere.* Itaque lingua ſibi nota, & qua exponit quod animitùs ſentit, lingua ſua appellatur; ac ſi qua nõ ita ſincere loquitur, nõ ſua lingua, ſed lingua aliena, aſcititia, & aliunde ori inſerta dicatur, qua potiùs balbutit abſurde, quàm verè ac propriè loquitur. Ceterùm Origenes ibi apud Catenam Græcorum Patrum, non abſimiliter locum exponit; aiens: *Erga peccatorem quidèm obmutuit* Dauid, *ad Deum verò locutus eſt linguâ affectus. Et qui ſincerè ſenſa animi ſui profert, is linguâ loquitur ſuâ. At qui dolos nectit, linguâ loquitur alienâ.* Scilicet etſi lingua ſua quiſque loquitur, ſiue bene, ſiue male loquatur; ſiue vere ac ſincere, & ex animo, ſiue falsò. ſubdole aut fraudulenter: hinc tamen taxare licet quantum diſtet propriũ ab alieno, ſuum à non ſuo; ſiquidem is qui dolos ore nectit, qui falſa atque abſurda profert, qui mendacia pernicioſe effutit? non ſua. ſed aliena lingua loqui perhibetur, etſi lingua ſua quod male ſentit, praue loquatur. Cùm verò quis vere ac ſincere ad Deum fatur, & lingua affectûs candide loquitur, atq; animi ſenſa ſine dolo aut fuco profert, ad loquelæ commendationem egregiam, lingua ſua loqui perhibetur: *Locutus ſum in lingua mea.* Sic quæ propria cuiuſque ſunt, alienis & aſcititiis longe antiſtant, & excellenter præcellunt!

Quam ſit præſtantius loqui linguâ propriâ, quam aſcititiâ, & alienâ.

5 Origenes.

4 Geneſeos 2. mundi opificio ſex illis diebus plene iam peracto, in quibus ſummus rerum Opifex omnium generum creaturas primò in lucem protulit, ea ornatas perfectione, qualem decebat ex Dei manu prodire: & de quibus non caſu dixit ſacer Hiſtoricus, quòd de ſingulis vidit Deus quod eſſent bona; & de cunctis, quòd valde bona eſſent; continuò ſubdit: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque* Geneſ. 2. v. 1. & 2.
Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat. Profectò cùm hactenùs ſingula ſeorſim opera poſt Dei examen oculatè exactiſsimum, dicantur *bona*, & iunctim *valdè bona*; nec ſine ornatu cuique rei idoneo, & congrua perfectione creata ſint, grande ſuboritur inter Expoſitores litigium, quænam ſit hæc noua *perfectio*, & perfectionis *complementum*, quo in hac ſeptima mundi die creaturæ exornantur, quaſi hùc vſque inornata, incompleta, & imperfecta fuerint. Multa multi hac ſuper re. Carthuſianus verò (alibi aliunde expenſus) ſic locum inibi commentatur: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum, &c. Dicitur*, inquit, *Deus die ſeptimo opus ſuum compleſſe, quoniam ſeptimo die cœperunt opera ſex dierum exercere actus congruos ſibi, atque ſimilia propagare.* Nempe ſex dierum opera congruam vniuſcuiuſque naturam, ornatum, & perfectionem, habebant; adeò vt nihil ipſis ad intrinſecum complementum deeſſet: at vſque ad hanc ſeptimam diem omnia quæ habebant, adſcititia & aduenticia erant. Vbi autem *cœperunt exercere actus congruos ſibi, atque ſimilia propagare*, nempe ſua opera exercere, aliquid ſuum operari, & ex ſeipſis naſcentia gignere, quaſi hactenùs im-

Carthuſian. *Propria operatio opera ſex dierum perfec. & complet.*

perfecta

perfecta & incompleta forent, tunc, tunc quidèm *perfici,& compleri* dicuntur. Sic non aliundè adſcititia, ſed quod proprium cuiuſque eſt, quod quiſque operatur, quod de ſe producit, & habet (etſi Deo generaliter aut ſpecialiter cooperante) illum ſumptuoſiùs *perficit*, & plenè *complet*.

5 Matth. 21. v. 5.
Matthæi 21. Cùm Ieſus appropinquaſſet Ieroſolymis, miſit duos diſcipulos ſuos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum eâ: ſoluite, & adducite mihi: & ſiquis vobis aliquid dixerit, *dicite quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos.* Ecce phaleratum ſumptuoſiùs equum, cui inſidens Chriſtus triumphalem pompam Ieroſolymis glorioſè egit, ex Prophetæ vaticinio. Mitiſſima ſanè Chriſti humilitas in glorioſâ triumphi pompâ, in humili tunc iumento equitare plebeio ritu. Sagaciùs autem vidit Ianſenius in Concord. cap. 110. in quo Chriſti humilitas hic præniteat. *Ite in caſtellum, &c. ſumma*, inquit, *humilitatis*, *& pluſquam plebeia fuit, quòd alieno, & accommodatitio iumento vſus ſit.* Nempe mitiſſima Chriſti humilitas non tam hic præfulget, quia ad triumphi gloriam vili iumento vſus eſt Chriſtus; ſed quia *alieno & accommodatitio iumento:* quaſi humilem & pluſquam plebeiam vilitatem non tam de iumenti ſeſſione, quàm de alieni accommodatione mutuarit.

Alieno iumento vtitur Chriſtus vtitur in ſuo triumpho.

Ianſen.

6 Gen. 1. v. 1.
Tertull. adu. Herm. c. 9.
Tertullianus ex illo Geneſeos 1. *In principio creauit Deus cælum & terram*, acerrimè expugnat Hermogenem, qui cum Philoſophis effutiebat, Deum ex materiâ primâ æternâ, & quæ eſſet à ſe, non à Deo, mundum creaſſe. *Si materia*, inquit, *non & ipſius Dei quà malum, Dei non erit: de alieno ergò vſus, aut precario vſus eſt quà egens eius; aut & iniuria, quà prævalens eius. His enim tribus modis aliena ſumuntur: iure, beneficio, impetu, id eſt dominio, precario, vi, dominio non ſuppetente. Eligat Hermogenes, quid Deo congruat, precario an vi de materiâ cuncta feciſſe. Non ergò meliùs cenſuiſſet Deus nihil omninò faciendum, quàm precario aut vi faciendum?* Profundè quidèm Tertullianus! ſic & Suſanna non in alieno viridario, ſed *in pomario viri ſui*, id eſt, indè iam ſuo deliciatur.

Dubium Deus ex alieno mater a mundum condidiſſe, quaſi?

Hic verſ. 7.

---

§. LXXIX.

Simplicitas ad malum rudis eſt, Dei veſtigeis impreſſa, lætitiæ ſynonymon; & habitus animæ varietate carens.

1 Iob. 1. v. 1. S. Greg. l. 1. Moral. c. 1.
S. Gregorius ſapienter ſocians vtrumque Iobi elogium: *Et erat vir ille ſimplex & rectus*, ita ſcribit: Nonnulli namque, ita ſunt ſimplices, vt rectum quid ſit, ignorent: ſed eò veræ ſimplicitatis innocentiam deſerunt, quò ad virtutis rectitudinem non aſſurgunt: quia dum cauti eſſe per rectitudinem neſciunt, nequaquam innocentes perſiſtere per ſimplicitatem poſſunt. Hinc per ſemetipſam Veritas Diſcipulis præcipit, dicens: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Vtramque enim neceſſariò in admonitione coniunxit; vt & ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtrueret, & rurſùm ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret. Hæc ille, nam aſtutia ſine ſimplicitate, fraus eſt; ſimplicitas ſine aſtutia, merè agreſtis fatuitas. Nec inſincera eſt ſimplicitas de aſtutiæ mixturâ, aut prudentiæ participio, quam ad magnæ virtutis elogium integrat, perficitque.

Matth. 10. v. 16.

Sincera eſt ſimplicitas, de prudentia participio.

a ad Rom. 16. v. 19.
Gentium doctor ſub epiſtolæ finem, hâc gratulatione Romanos erudit: *Gaudeo igitur in vobis; ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.* Sapientes, id eſt, acutè prudentes, ſubtiliter cautos, & in re virtutis ſapienter eruditos, & Spiritus-ſancti limâ acuminatos, vt profundè virtutis bonum penetrantes, illud ſtudioſiùs amplexemini, & tenaciùs illi adhæreatis. Hanc ſapientiæ perſpicaciam expet[i]t, ne impoſtorum argutiis perſtringantur. Sed quos vult in bono ſapiẽtes, ſimplices in malo eſſe auidiùs ſatagit. *Simplex* Græcè dicitur ἀκέραιος, quod deducitur ἀπὸ τῦ κερᾶν, id eſt, miſcere, & α, priuatiuo, quaſi dicat: *Immixtus, ſincerus, ſimplex*, qui non nouit adulterare, miſcere, corrumpere, vitiare. Vnde *ſimplices in malo, id eſt, rudes, quaſi neſcientes malè agere*, vt inibi exponit Cornelius. Quod explicatiùs tradit indidèm Anſelmus: *Simplicitas enim*, inquit, *ignorantiam quandam ſignificat. Vt ſitis in malo ſimplices, id eſt, neſcii, videlicet malum neſcientes per actionem.* Vide qualis quantáque ſit Euangelicæ ſimplicitatis excellentia, quæ cùm de ſubtilioris prudentiæ conſortio, ſit in bono oculatiſsimè perſpicax; ſic eſt in malo *rudis*, & ad malum *neſcia*, vt de ſimplicitatis bono, mali *ignorantiam* oſtentet. Bona ſimplicitas, quæ de lynceâ perſpicaciâ in bono, in malo *rudem ignorantiam* oppignerat. Quid tam ſincerè ſanctum, quàm quod de arcanâ virtutum ſapientiâ, malum ſapienter neſcit, atque eruditè malitiam *ignorat*? Hæc rudis mali ignorantia, *Sanctorum ſcientia* ſumptuoſiùs nominatur. Hâc ſimplex in malo Suſanna ſapienter erudita fuit, adeò vt inſuſpicabilis ei fuerit tanta Senum malitia, quam ſimplici veritate atque innocentiâ fortiter exarmauit.

Græcus.

Cornelius.

S. Anſelmus.

Simplicitas ad malum rudis eſt, & de illius ignorantiâ ſapit.

Sapient. 10. v. 10.

Hic verſ. 7. & 8.

3 Pſ. 85. v. 11. Græcus
Pſalmo 85. ſic Deo pangit regius Vates: Magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. *Deduc me Domine in viâ tuâ, & ingrediar* (Græce *ambulabo*) *in veritate tuâ.* Exponit quid maxime velit, orandóque obnixiùs flagitet, ac ſibi neceſſarium in primis ducat; nimirum vt ipſum deducat Deus in viam, quæ ad ſe & ad cælum ducit; in eaque ſedulò ambulet, ſincere ac integre incedat, liberè etiam, inoffensè, ſine impedimento, confidenter, Deo duce, comite gratiâ, luce, veritate, ſimplicitate. Quare qui vias Dei demonſtrari ſibi petiit, & per ſemitas edoceri, dirigi quoque poſtulat, nempe deductionem per viam, aut prætentâ Dei manu ad iuuamen, aut oſtenſo eiuſdem veſtigio, ne à viâ per quam bene incedit, male exerret. Sapientiſsime

tiſſimè Augoſtinus lib. de Verâ religione: *Rerum ſimplicitas veſtigium eſt Dei*. Itaque Dauid dudùm malè errans à ſemitis quæ ducunt ad Deum, reduci ad viam expetit, per eámque deduci, vt ſincerè, integrè, in veritate, ac ſimplicitate incedat, quò rectà ad Deum tendat, arcano veſtigiorum Dei ductu: nam homiois *ſimplicitas veſtigium eſt Dei*. ô bona ſimplicitas veſtigiis Dei notater impreſſa! Cordis duplicitas, & fraudulenta ſubdolè aſtutia, expreſſa Diaboli ſeductoris veſtigia præfert. ô caue, & gradum confeſtim reuoca, & redue te in viam veritatis, ſinceritatis, ac ſimplicitatis. Dei veſtigiis impreſſam. Per hanc fidenter incede: nam *qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter*. Simpliciter. id eſt, innocenter, candidè, ſincerè, ſine fictione dolo fraude, integrè, perfectè; hic *ambulat confidenter*, hoc eſt, intrepidè, tutò, ſecurè, animosè fidenter. Vndè Hebraicè eſt: *Ambulans in integritate* (Chald. *qui ambulat in perfectione*; Pagnin. *perfectè*) *ambulat in ſpe*. Nec mirùm quod ſimplex ſic perfectè ambulet: nam *ſimplicitas veſtigium eſt Dei*.

S. Auguſt.

Qui ambulat ſimpliciter, ambulat con fidenter, quia ſimplicitas veſtigium eſt Dei.

Simplicitas perinde eſt, ac integritas, vel perfectio.

Prouerb. 10. v. 9.

Hebræus. Chaldæus. Pagninus.

4 Pergit inibi regius Pſaltes: *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum*. Vide, quæſo, ait Euthymius nouum genus lætitiæ: vt timor tuus ſit mihi lætitia, dum timor Dei abiectâ pœnâ, tranſit in lætitiam, arcanâ virtutum metamorphoſi: aut cum lætitiâ coniunctionem habet mirabili nexu. Verùm pro τὸ *lætetur cor meum*, Aquila vertit, *vnicè ac ſolitariè ſit cor meum*; Symmachus, *aduna cor meum*; Hieronymos, *vnicum fac cor meum*. Explanat Hieronymi verſionem Treuetus, *ne cor ſit multiplex & diuiſum*. Nam, vt ait Iacobus in ſuâ epiſtolâ Canon. *Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis*, Nempè bianimis, aut bicors, dum cor animúmque moltiplicat, indiuiduam perfectæ virtutis ſimplicitatem ſcindit, & malè diuidit: & *in corde & corde*, id eſt, duplici corde, dolosè, inconſtanter, ac fraudulenter loquitur. *Diuiſum eſt cor eorum*, ait Oſeas, *nunc interibunt* Ecce tibi homo callidirate varius ac multiplex, ab inconſtantiâ futilis eſt, leuis, euanidus, ac interitui proximus: candidus autem, ſincerus, ac ſimplex, dum *vnitum*, vel *vnicum cor* habet, quaſi iam in cæli veſtibolo ſit, & præproperè cæleſtis patriæ nobilis inquilinus, lætitiam beatam exultim prælibat. Imò perindè putatur à Hieronymo, *vnicum cor* habere, & ſic gloriosè lætari: *Lætetur cor meum*, id eſt, *vnicum fac cor meum*. vt lætâ ſimplicitatis fruatur prærogatiuâ, repudiato aſtutæ duplicitatis mœſtiſſimo elogio. Hoc gaudium ſimplicitatis ſynonymoo, ad ſimpliciom cæleſtem cum Deo conuerſationem, videtur referre Gregorius p. 3. Paſtor. Admonit. 11. ſic fatus: *Deus cum ſimplicibus ſermocinari dicitur, quia de ſupernis myſteriis illorum mentes radio ſua viſitationis illuminat, quos nulla vmbra duplicitatis obſcurat*.

Pſal. 85. v. 11. Euthymius.

Aquila. Symmachus. S. Hierony. Treuetus.

Iacob. 1. v. 8.

Pſal. 11. v. 2.

Oſee 10. v. 2.

Cæleſtis lætitia, & ſimplex ac vnicum cor, ſynonymo reputantur.

S. Gregorius. Prouerb. 3. v. 32.

5 Sed hic Prouerbiorum locus adhuc ad rem emedollandus eſt: *Abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius*. τὸ *eius* cum Gregorio ad Deum retulimus; Lyranus autem & Dionyſius ad aſtutum illuſorem referunt. Quaſi dicat: Illuſor ſolet ſermocinari cum ſimplice & candido, vt eum decipiat; non cum aſtuto, qui eius nouit dolos. S. Ambroſius lib. 3. Offic. cap. 10. loquens de Gabaoniris, qui fefellerunt Ioſue: inquit, *cui credidit, adeò ſanct a erat illis temporibus fides, vt fallere aliquos poſſe non crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui ceteros de ſuo affectu æſtimant? & quia ipſis amica eſt veritas, mentiri neminem putant; fallere quid ſit ignorant; libenter credunt, quod ipſi ſunt; nec poſſunt ſuſpectum habere, quod non ſunt*. Ambroſio adnuit Nazianzenus: *Parum cauta*, ait, *eſt ſimplicitas. Minimè enim is ſuſpicatur improbitatem, cuius animus ab improbitate liber eſt ac purus*. Id ſimplicem fefellit Suſannam, quam animi puritas candor, quantùm à culpâ, taotùm à colpæ ſuſpicione longiùs alienauit.

Prouerb. 3. v. 12. S. Gregorius. Lyranus.

Dion. Carth.

S. Ambroſ.

Simplicitas de ſe alios æſtimat.

S. Nazianz. apud Coca. ibi.

Iacobos Apoſtolus io ſuâ epiſt. Canonicâ cap. 1. *Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis*. Nimirùm homo bianimis & bicors eſt leuis & mutabilis inſtar polypi, vel chamæleontis, qui omnium rerum qoibus ſe applicat, colores in ſe ſuſcipit. Hæc eſt enim leuitas, & mater incoonſtantiæ, de quâ ſubdit, *Inconſtans eſt in omnibus viis ſuis*. Quare morum candor, & ſincera ſimplicitas, conſtantiæ mater eſt; & magnanima humanitus immutabilitas, ſimplicitatis ſtipendium. Luculenter Ioannes Climacus Gradu 24. ſimplicitatem his verbis definit: *Simplicitas, habitus eſt animæ varietate carens, totiúſque perverſa intentionis ignarus, & qui nullâ malâ cogitatione moueatur*. Bona ſimplicitas, quæ varietate carens, diuinæ immutabilitatis æmula, illam moribus impreſſiùs repræſentat Homo varietatibos temperatus, & vicibos corporatus eſt. de fluxâ luti ſui materia ad quidvis de facili flexilis: at ſimplicitatis beneficio dum Dei æmulatur immutabilitatem, leuiter alternantes affectuum viciſſitudioes ignorat. *Simplicitas, habitus eſt anima varietate carens*, Quod autem addit Climacus: *Totius peruerſæ intentionis ignarus, & qui nullâ malâ cogitatione mouetur*, elucidatum eſt ſuprà oum. 4. & 5. ex verbis Gregorij Magoi, Ambroſij & Nazianzeni inibi expenſis.

6 Iacob. 1. v. 8.

Simplicitas, habitus eſt anima varietate carens. Ioan. Clim.

Lucæ 23. Iudæorum fraudulenta malitia, infida Apoſtoli proditione abutens, Chriſtom Deum tandem crucifigit. *Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei*, &c. Quæ verba ſic inibi Ambroſius elucidat: *Et acetum offerebant ei*, inquit: *Benè ad conſummanda omnia & corruptio ſinceritatis hauritur, vt omnia cruci qua vitiata fuerant figerentur*. Et addit ſimplicitatem ac ſinceritatem perditam ab Adamo, teſtitutam eſſe per Chriſtum; ideóque Chriſtum in cruce bibiſſe acetum, id eſt vinum inſincerum & corruptum, vt vitium corruptæ oaturæ de corpore aboleretur humaoo: *Nos ergò*, inqoit, *vitia noſtra per incuriam mentis corporiſque concreta transfundimus in Chriſtum per pœnitentiam, vt ab illo nobis vini, ſanguiniſque cæleſtis incorrupta ſinceritas refundatur*. Multa in his verbis de ſincera candidè ſimplicitate,

7 Lucæ 23. v. 36. S. Ambroſ.

Chriſtus inſincerum bibit acetum, vt ſinceritatem in Adamo perditam nobis reſtitueret.

tate, & de pœnitentiæ arcanâ vi, expendenda occurrunt, alibi ethicè coucleanda ſat eſto locum hîc excripſiſſe.

8 S. Gregor. Addam, & finio Gregorium lib. 10. Moralium cap. 17. aliàs 29. *Simplex*, ait, *mentem ſemper ad patientiam præparat, & erectus pro iuſtitia de perceptis contumeliis exultat, afflictus ex corde compatitur, de bonorum proſperitatibus quaſi de propriis lætatur, ſacri verbi pabula in mente ſollicitus ruminat, & inquiſitus quidlibet loqui dupliciter ignorat.* Grande quidèm de ſimplicitate elogium, quòd tam longè abeſt à dolo & fraude, vt *dupliciter loqui ignoret.* Neſcit fraudem ſimplicitas.

Addenſata ſimplicitatis elogia.

---

§. LXXX.

Anni vitæ noſtræ excolendi ſunt: nam otium effuſio vitæ, viui hominis ſepultura, & mentis alienatio eſt: & populo etſi piè otianti Cœlum non pluit Manna.

1 Philo apud Anton. in Meliſſ. ſerm. 46. Demetrius. *Otium quàm ſit inſidioſū.*

PVlchra Philonis vox eſt: *Conſuetudine & quiete confirmatum otium, inſidioſum eſt.* Porrò ingenium hominum ceu cariem & ſenium in otio contrahit propter obſcuritatem; & mutâ quiete, vitáque ſedentaria, non corporibus modo, verùm etiam animis marcorem conciliat. Demetrius vitam otioſam, quæ nec animum excolit, nec corpus exercet, mare mortuum reputat: in otio inconcuſſo & inactuoſo iacere, non eſt tranquillitas, malitia eſt. Quare iners otium vitæ inſidiatur, & mortis minæ ſunt; vel potiùs mors ſpirans, ſeu viui hominis ſepultura. Itaque otio gloriari, iners ambitio eſt: vitam in odium adducere inertia ſolet: & ſunt quorum corpus innoxium deſidiâ compeditum, & in mille facinorum furias mens otioſa diſcurrit.

2 Gen. 47. v. 9. Geneſeos 47. Iacob recèns in Ægyptum ingreſſus, vt videret principem Ioſephum, à quo eum totâ familiâ aleretur in dirâ illâ fame; regi Pharaoni ſiſtitur. Cernens autem illum rex perhumaniter interrogat: Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? *Reſpondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt.* Quæ Iacobi verba ſic ex Græcis codicibus eruditè excribit Auguſtinus quæſtione 156. in Geneſim. *Quid eſt, quod dixit Iacob Pharaoni: dies annorum vitæ meæ, quos incolo? Sic enim habent Græci, quod Latini habent, age, vel habeo, vel ſi quid aliud.* Bonus Iacob, qui innerti otio vitam non tranſigit, nec dies otiando perdit; ſed

1 Auguſt. Græcus. *Dies vitæ noſtræ aſſiduè excolendi ſūt.*

P. Didac. Celada in Suſannam.

vitæ ſuæ annos laborioſè *incolit*, ſedulò excolit, & actuoſè exercet labore perpeti, ſollicito, exſomni Non erunt ſteriles Iacobi anni, quos ſic incolit, ſollerter excolit. O vitæ noſtræ dies & annos quos viuimus, laborioſè excolamus, quò vitæ æternæ beatum prouentum vberem referant! Heu iners otium ſibi inuidet vberem dierum ſuorum fructum! Conſultiſſimè ergò ac moraliſſimè dixit Iacobus: *Dies annorum vitæ meæ, quos incolo*, benè præeuntem ſequere, & operoſâ virtutum habitatione, & cultione dies vitæ tuæ incole, excole,

3 Prouerbiorum 10. hanc morum gnomen proponit Salomon: *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium diuitias parat.* Quaſi dicat: labor parit opes, otium inopiam: diligentia ditat, negligentia depauperat, feruor eſt parens opulentiæ, torpor egeſtatis. Verùm pro *egeſtatem*, Hebraicè eſt ריש *ras*, quod, ſi alio puncto legas ראש *ros*, ſignificat *toxicum, venenum.* Quaſi dicat: Otium ſeu pigritia eſt quaſi lentum venenum, quod ſenſim proſerpens totum hominem inficit, cúmque corpore æquè ac fame conficit & enecat. Imò & iam tunc, cùm temporis, atque adeò vitæ iacturam faciat Cyrillus libro primo Apologia morali capite decimoquarto hæc otij damna, & non bona epitheta conglobat: *Quid enim eſt otium, niſi perditio irreuocabilis horæ? effuſio vitæ? retrogradatio proficienti? Hinc gignit carnis deſidiam, parit ſuperbiam, accendit luxuriam, ſoluit linguam, nutrit indigentiam, & introducit rapinam. Egeſtatem namque operatur remiſſa manus.* Egeſtatem, ſeu *venenum*, cuius potatio, *effuſio vitæ* eſt. Heu, dum otij venenum hauris, *vitam effundis*: vacat enim ac deficit vita, vbi feriantur vitæ functiones, & inerti torpent otio. Dum tempus otio perdis, temporis prodigus vitam effundis. *Perſuade tibi hoc ſic eſſe vt ſcribo: quædam ſubducuntur, quædam effluunt. Turpiſſima autem eſt iactura, quæ per negligentiam fit: & ſi volueris attendere, magna vitæ pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat? qui diem æſtimet? qui intelligat ſe quotidie mori?* Quotidiana inceſſanter mors, otij negotium eſt; nam iners temporis iactura, lenta *effuſio vitæ* nominatur. Malè negligentiæ ac deſidiæ *venenum* ſumis, quo *tempus effluit*, & *vitam effundis*. Non longè abfuit, vt dum Suſanna Domeſticis curis feriata, honeſtè etiam otiatur in pomario, vitam effunderet.

Prou. 10. v. 4. Cornel. ibi. Hebræus. Cyrillus. *Otij tanquā veneni potatio effuſio vitæ eſt.* Seneca Ep. 1 Hic verſ. 7. & 8.

Exhodi 16. populi fames in deſerto murmur excitat; cœlum pluit largiùs Manna, cunctis cibi inſoleo-

tiam admirantibus. Et ait Moyſes: Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit illo die. Nullus relinquat ex eo in mane. Feriâ autem ſextâ colligat menſuram duplicem pro die Sabbati, in quo, ait Moyſes: Comedite illud hodie, quia Sabbatum eſt Domini: *non inuenietur hodie in agro:* quia diei Sabbati requies ſanctificata eſt Domino. Videte quòd Dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc die ſextâ tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum: nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. *Et ſabbatizauit populus die ſeptimo.* Hunc Exodi locum perſtringens nuper laudatus Cyrillus libro primo capite decimoquarto vbi otium multimodè vellicat, ita ſcribit: *Qui ſectatur otium, eſt ſtultiſſimus. Etenim ſabbatizante Iſraele cælum non pluebat Manna. Quin & aqua putreſcit immobilis, & immotus enſis rubigine mox ſordeſcit, pes quietus obſtupeſcit, & veſtem depoſitam dirus tineæ dens corrodit, cor dum viuit nunquam quieſcit, naturalis virtus non dormit, & regina mundi prudentia ſemper agit.* Profundè quidèm dixit Cyrillus, *Sabbatizante Iſraele cælum non pluebat Manna*: nam die Sabbati, in quâ quieſcit populus, Manna non inueniebatur. Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd dum Hebræus populus ex Dei iuſſu religionem Sabbati quieſcendo obſeruat, tunc illi cælum Manna non pluat: ne ſcilicet quietis deſidia in reliquis diebus præſcribat. Quieſcat religiosè die Sabbati, & ſacram quietem Deo conſecret; tunc autem vlterioris otiosè quietis damna ediſcat è cæli ſcholâ; nam otiante & *Sabbatizante Iſraele cælum non pluebat Manna*: quaſi quies eſcatilem cæli rorem prohiberet. Hem! dum religioſam quietem conſecrat, diuturniorem inerter quietem, ſic Cælum vellicat & culpat, vt cæleſtem inhibeat Mannæ rorem?

Exod. 16. v. 30.

Cyrillus.

Quando populus quieto otio ſabbatizat, cælum nō pluit Manna.

5 2. Regum 11. factum eſt vertente anno, eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab, & ſeruos ſuos cum eo, & vniuerſum Iſraël, & vaſtauerunt filios Ammon: *Dauid autem remanſit in Ieruſalem.* Scilicèt exactâ hieme, in vere ſequentis anni, quo Mars dominari ſolet, & Reges ad bella ſtrennè procedere, Dauid domi otioſus remanſit; ideóque à ſe, & à mente, & à Deo alienatus, turpiſſimum incurrit adulterium, & homicidium infidè cruentum, vt inibi quæſtio. 25. notauit Theodoretus. Vide hic quàm bellum aut negotium præſtet otio: negotium Dauidem fecit virum iuxtà cor Dei; otium verò ſic eum à corde alienauit, vt antiquum cor dediſcens, homicidam, adulterum, & Dei fecerit inimicum. Quod luculenter Cyrillus adnotauit: *Labores enim*, inquit, *quamdiu ſuſtinebit membrorum ſocietas, nunquam me rapiet vagationis captiua libertas, aut otioſitas cordis fluctuans tempeſtatibus. Nam vagatio quædam mentis eſt alienatio, & otium tempeſtas eſt cordis. Siquidem alienatus à virtute ſenſus, mox ſicut Cain profugus vaguſque diffunditur; & velut Dauid ſtatim procellâ vitioſitatis inuoluitur animus otioſus.* Malo ſuo expertus eſt Dauid captiuam otioſæ vagationis libertatem; & inertium amorum procellâ extrà ſe iactatus, otij pœnam ſumptuoſiùs luit. Monitore Propheta tardè flagitium agnouit: nam otium, *quædam mentis eſt alienatio.* Deſidia mentem ab homine alienat, dum ſedulò actuoſa vitiorum matrix, ſic ſtulteſcit ſopita ratione, vt mentis munia intermittere videatur. Heu inertis deſidiæ *captiuam libertatem*, ſub vitiorum iugo malè operoſam! Dum rex Dauid eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, domi inerter otiatur, regiam libertatem ac nobilitatem deſueſcens, miſeram ſeruit ſeruitutem; & reliquis imperans, vitiorum mancipium otio efficitur.

2. Reg. 11. v. 1.

Theodoret.

Cyrill. l. 1. Apolog. moral. c 14.

Otium, quædam mentis alienatio eſt.

Gen. 4. v. 12.

6 Siracides Eccleſiaſtici 33. loquens de ſeruo, ſic herum alloquitur: *Mitte illum in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otioſitas.* Pro eò *ne otietur*, Syrus interpres habet, *ne rebellet.* Profectò Otioſitas, deſes, imbellis, & iners eſt; ſed rebellionis Synonymon. Addit Siracides, *Multam malitiam docuit otium*, vel *multa mala facit otium*, vt excribit Syrus. Ecquod malum non *docet*, imò & facit otioſitas? Sententiosè Petrus Bleſenſis in Canon. de inſtitut. Epiſcopi: *Otium eſt viui hominis ſepultura.* Viuus alioqui homo, in otij ſepulcro tumulatur. Quare otioſus, cadauer viuum eſt; vel potiùs cadauer non mortuum: nemo enim operationibus eſt; ſed necdùm expirauit. Viuus eſt, quia tantùm mortuus non eſt: cadauer eſt, quia operationibus vacuus, in ſepulchrali otio iacet ſepultus. Et appoſitè mox addit: *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua.* Seruum fidelem opponit otioſo: ſed quo pacto actuoſus ſeruus animæ aſſimilatur? ſeruus ne operi ſedulus, & otij fugitiuus, animæ noſtræ pariatur?

Eccli. 33. 29.

Syrus.

Otium eſt rebellionis produm.

Petr. Bleſ.

Otium eſt viui hominis ſepultura.

Eccli. 33. 31.

7 In quonam hæc ſimilitudo apparet? Pulchrè Ariſtoteles in Problemmat. Sectio 14. quæſtio. 10. *Anima*, inquit, *tamdiu corpus informat, quamdiu in eâ vita munia obire poteſt.* Scilicet anima ſic eſt actuoſa, ſic eſt operationi dedita, & inertis otij refuga, vt otiari, nec ſciat nec poſſit anima: adeò vt nec ipſa mors aliud ſit, quàm ceſſatio ab operatione, ipſúmque omnium facultatum otium. Ariſtoteli adnuit Tertullianus libro 1. contrà Marcionem capite 22. ſic ad rem fatus: *Otium ſibi natura non nouit: hinc cenſetur, ſi agatur. Ita ſe dirigit, vt ſi ceſſauerit, non ſit.* Itaque tota rerum natura nihil æquè atque otium refugit, vt, quæ

Ariſtotel.

Anima tamdiu corpus informat, quamdiu operari eo poteſt.

Tertullian.

in

in continuâ iugiter operatione verſetur, à quâ ſi ceſſauerit, ſtatim interit, & eſſe deſinit. Quod in re virtutis multò verius apparet; quippè quæ tota in actione conſiſtit: ergò ſi inerter ceſſat, incunctanter perit. Quare deſes ab operatione ceſſatio, eſt animæ diſceſſio, & hominis mors:& *Otium eſt viui hominis ſepultura.* ô quot viuos homiues tumulat otioſitas!

---

§. LXXXI.

Sedulus operosè labor, arbiter felicitatis eſt, paradiſi reſtitutor, & gloriæ pignus.

1 Caſſiodor. l. 5 Epiſt. 25. THeodoricus tea ſeni Duci Tribunatum perpetuum petenti, Caſſiodori calamo ſic reſpondet: *Feſſos annos munificentia noſtra roborat; dum ætatem occiduam peruria non facit detrimenta ſentire. Iuuenum ſiquidèm virtus præſumptione laboris anima u* Feſſos tandèm ſenectutis annos aſſiduis laboribus exactos, quies decet; dedecet actuoſam iuuentutem, quæ opersâ laborum præſumptione, de fatigatione irrequieta

Sedulus labor, arbiter felicitatis eſt. vires & animos reſumit. Raro diligentiam cum infortunio ſociabis. Luit fortuna plerumque otij noſtri culpas. Vt excuſemus inertiam, damnamus fortunam. Diligens labor, fortunæ arbiter pluribus fuit, ſiue quædam altera, & factitia fortuna. Negligimus hanc operosè quærere, quis nobis negligentibus malumus vt ipſa occurrat. Modeſta felicitatis repulſa, deſidia noſtra eſt. A fortunâ ambimus præueniri, eam operando quærere deſides cunctamur.

Antiphanes. Verè dixit Antiphanes: *Omnia fiunt mancipia diligentiæ*, cui ipſa etiam fortuna ſeruit. Hæc manualis proſperitas tantò nobilior eſt præcoce & anticipata forte, quantò dignius felicitatem meretur. Felicior qui fecit felicitatem, quàm qui otioſus reperit: hic ſortis inconſultæ temeritas, vbi operoſa benemerendi dignitas. Homo inertet otioſus, ſibi nemo, & aliis nullus eſt. Fruſtrà laboris præmia, querula deſidis præſumit.

2 Geneſ. 2. v. 5. Geneſeôs 2. diuini opificij clauſula Adam creatur. *Tulit ergò Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum.* Recens creatus homo tranſlatus eſt in paradiſum, vt illum *operaretur*, non ad comparandum victum, qui inibi abundè ſuppetebat, ſed ad honeſtum exercitium, voluptatem, & experientiam; ita vt nec laboriosâ cultione fatigaretur, nec inerter otio torperet. In felici etiam innocentiæ ſtatu otium præcauetur, cùm agriculturæ negotio homo

Adam illaborioſus paradiſum perdit, quem Paulus labore acquirit. deſtinatur. Verùm operoſæ agricolationi hominem addictum legimus, agriculturæ dediſſe operam non legimus. Laborauitne Adam in paradiſi cultura? an otio in para-

P. Didac. Celada in Suſannam.

diſo vacauit? Otiúmne anteuertit præuaricationis delictum! Expulſionem à paradiſo otioſitas negotiata eſt? Audiendus eſt. S. Chryſoſtomus homil. 2. ad Populum S. Chryſoſt. Antioch. *Quandò*, inquit, *illaborioſam vitam agebat Adam, paradiſo excidit: quandò laborioſam & ærumnoſam Paulus agebat vitam, in labore & ærumna noctem diémque operans, tunc in paradiſum raptus eſt, & tertium in cælum aſcendit.* Illaborioſa vitæ poſſeſſio viduat paradiſo, in felici etiam innocentiæ ſtatu: è diuerſo autem ſedulus ærumnosè labor ſic eſt paradiſeæ vitæ conſilio, vt hoc etiam calamitoſæ vitæ exilium, in paradiſum reformet. Ærumnoſi laboris præcoqua merces, paradiſus eſt; & poſſeſſi paradiſi exilium, illaborioſæ deſidiæ ſtipendium. Suſanna etiam in mariti paradiſo illaborioſa, grande incurrit periculum, quo in domeſtico Matronæ negotio hactenùs immunis fuit. Hic verſ. 8.

3 Ieremiæ 17. de homine virtutis ſtudioſo, ita ſcribitur: Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittet radices ſuas: & non timebit cùm venerit æſtus. Et erit folium eius viride, *Nec aliquandò deſinet facere fructum.* Ierem. 17. v. 8. Quæ eſt hæc arbor vſque adeò fœcundè fertilis, vt fructificare numquam ceſſet? Dionyſius Carthuſianus ſic indidem locum Dionyſius exponit: *Nec aliquandò deſinet facere fructum. Non quod aliquis viator nunc inceſſabiliter ſemper in actu poſſit benè agere, ac mereri; Sed quod omni tempore debito faciat opus Dei.* Quaſi Ieremias adludat ad illud Pſalmographi: Et erit tamquam lignum, quod Pſal. 1. v. 3. plantatum eſt ſecùs decurſus aquarum, *quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Ceterùm Catena Græc. Patrum apud vltrà Dauidem, nunc Ieremias audere vi- Chiſletium detur, cùm de inceſſante virtutum fructi- Olympiodor. ficatione loquatur, vt in Catenâ ex veteribus Patribus Græcis apud Chiſletium, Olympiodus obſeruauit. Opinor, breui ſchemate rem tetigit Philo (aliàs aliorſùm non ſemel eapenſus) quare præſcriptum Ieremiæ locum elucidaret: *Nec ali-* Philo lib. de Sacrif. Abel. *quandò deſinet facere fructum*, aiens, *Virtus caret tempore.* Quaſi dicat anguſta virtus eſt, nec valdè actuoſa, quæ *tempore debito facit opus*, ſeu *fructum ſuum dabit in tempore* Virtus, quia caret tempore, numquam fructificare deſinit. *ſuo.* Plus operoſos eſſe nos decet, & vbere inceſſanter virtutum prouentu actuoſiùs fructificare: nam *virtus caret tempore*: indè *nec aliquandò deſinet facere fructum.* Strenua virtus numquam otiatur, nec cunctanter ſpectat opportunitatem laboris: *opportunè importunè* ſeſe labori ingerit, nuſquam illum ſuffugit, expedita ſemper ad opus eſt, loci exlex, temporum anguſtijs exempta, quippè quæ *caret tempore.* Sic eſt otij refuga, & ad virtutum facinora inuadenda incunctanter & inceſſanter intrepida, piâ feliciter temeritate dum tempori non ſeruit, æternitati operoſiùs militat. Nimia prudentia in re virtutis, dum plus æquo ſapit, ſegniter deſipit.

Prouerb. 30. v. 28.

4 Pronerbiorum 30. inter quatuor illa minima terræ, quæ ſunt ſapientiora ſapientibus, Salomon ſtellionem recenſet: *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.* Sic dicitur ſtellio, quia ſcilicet circulis quibuſdam aureis, velut ſtellis, diſtinctus ac varius eſt. Vel vt alij malunt, quoniam in orbem incedit, & circulatim progreditur. Animalculum eſt lacertæ ſimile, de quo Plinius lib. 3 cap. 10. & Ariſtoteles de Hiſt. animal. Pro τὸ *manibus nititur*, Aquila habet, *manibus capiens*, vel *tractans*; alij *manibus apprehendens*. quo operoſa manuum actuoſitas denotatur, quâ Regum palatiis inhabitare meruit. Quâ ſuper re ita philoſophatur S. Gregorius lib. 6. Moral. cap. 5. *Benè*, inquit, *per Salomonem dicitur: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis. Plerumque enim aues, quas ad volatum penna ſubleuat, in vepribus reſident: & ſtellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, Regis ædificium tenet: quia nimirùm ſæpè ingenioſi quique dum negligentiâ torpent, in prauis actionibus remanent; & ſimplices quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat. Stellio ergò dum manibus nititur, in Regis ædibus moratur: quia illò ſimplex per intentionem recti operis peruenit, quò ingenioſus minimè aſcendit.* Ecce tibi cæli volucris altipeta, leuiter grato pennarum otio, nubes tranſuolat. & cælum habitare fruſtrà præſumens, tandèm *in vepribus reſidet*, & leuicula eius ignauia ſpinoſitate mulctatur, & condignas inertiæ pœnas ſoluit, dum *negligentiâ torpet*. Stellio autem rude, tardigradum, ac terreſtre animalculum, dum operi totus, manibus intentius nititur, regalis palatij habitationem, tamquam ſeduli operis ſtipendium meretur. Vepres otium inhabitat, auguſta palatia labor. Sibi felicitatem inertia inuidet, quam diligentia labore mercatur.

Plinius
Ariſtotel.
Aquila.

S. Gregorius

Otioſa auis in vepribus, operoſus ſtellio in palatiis habitat laboris merito.

Iob. 7. v. 1.

5 Iob 7. Militia, inquit, eſt vita hominis ſuper terram: *& ſicut dies mercenarij, dies eius.* Dixerat Eliphaz hominem eſſe natum ad laborem; cui adnuit Iob, & addit, hominum vitam militari inſtituto videri quâſimillimam, aut illius labori, qui ſuam alteri locat operam, cui non permittitur à conductore partem habere vllam à labore vacuam: quia omnes horas partéſque diei ipſe mercede compenſat. Dies itaque hominis vera & æterna ſapientis, rectè *mercenarij* diebus comparantur, quia præſentem vitam, viam non patriam, locum laboris non quietis deputat. Ceterùm vt ſapienter inibi S. Gregorius adnotauit lib. 8. cap. 3. *Conſiderandum*, inquit, *eſt, quòd mercenarius in alienis laboribus exudat: ſed tamen ſibi præmium proprium præparat..... Sancti igitur viri quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis ſuæ pignora, intrà ſpei cubiculum clauſa tenent.* Nimirùm laborare debemus ſicut mercenarius, qui omnem ſuam operam conductori locauit, qui omnium horarum partiúmque diei laborem exigit: ſicque vacare mercenario numquam licet. Quin & mercenarius ſic laborare tenetur, & ſi non ſibi, ſed alteri laboret: nam *in alienis laboribus exudat*. Quamuis autem alteri laboret, *tamen ſibi præmium proprium præparat*, nec caſſo labore deſudat, qui gloriæ gazas laborando oppignerat. Vide quàm ſit proficuus labor aſſiduus, qui etſi alteri mercenariè impenſus, gloriæ cæleſtis pignora ſic recondit.

S. Gregor.

Vel labor alteri mercenariè impenſus gloriam opulentè oppignerat.

Salomon Prouerbiorum 26. de pigrâ otioſitate ſic loquitur: Dicit piger: Leo eſt in viâ, & leæna in itineribus: ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. *Abſcondit piger manum ſub aſcellâ ſuâ, & laborat ſi ad os ſuum illam conuerterit.* Hâc gnome ſignificatur & culpatur pigra otioſorum hominum ignauia, quâ torpere malunt, quàm manducare. Eſt hyperbole. Vix enim inuenitur adeò piger, qui eſuriens manum oti, vt cibum ingerat, non applicat, vt famem depellat, & ſtomachum latrantem ſaturet. Sunt tamen nonnulli, inquit Baynus & Ianſenius, qui malunt otioſè torpere, quàm comedere. Vatablus ſic locum ex Hebræo ſcribit, & de ſuo exponit: *Abſcondit piger manum in ſinu ſuo, etiam ad os ſuum non adducet illam. Quaſi dicat: Nihil habebit, quod in os ingerat.* Itaque pigra otioſitas laboris refuga, adeò eſt deſes, vt laborare recuſans, in diram egeſtatem incidat, nec habeat quid manducet. Quòd ſi vel ex maiorum cenſu, vel ex proximorum pietate victus ſuppeditat, præ deſidiâ, illum ad os ſuum minimè applicet, quamuis diram patiatur famem. Quod eſt otioſæ pigritiæ ſupplicium pœnaliſſimum. Hùc forſan alludit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, ſic altè fatus: *Otia ac ſocordiæ viaticum ſuppeditare minimè eſt honeſtum.* Quaſi non tantùm otio alimenta præbere, quibus foueatur, & enutriatur; ſed etiam inerter otioſo *viaticum ſuppeditare* fere honeſtum non ſit: ſupernacaneum enim opus facit, oleúmque & operam perdit: nam otioſus inerter *piger abſcondit manum in ſinu ſuo, & laborat ſi ad os ſuum illam conuerterit*, id eſt, *etiam ad os ſuum non adducet illam*: fruſtrà ergò *otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur*. De obſcuritate otij, laboris nitor micantiùs ſcintillat.

6

Prouerb. 26. v. 15.

Baynus
Ianſenius.
Vatablus
Hebræus

Fruſtrà otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur. quare?

Clem. Alex.

***

§. LXXXII.

§. LXXXII.

[...]caſio peccandi, peccati fomitem de fa[...]ls redaccendet. Fuge periculum, ruinæ ſemper vicinum.

1 Geneſ. 18. v. 27.

MAgni Patriarchæ vox eſt: *Loquar ad Dominum meum cùm ſim puluis & cinis.* Quibus verbis tenuitatis ac fragilitatis humanæ cenſum propoſuit. Ad quem locum Richardus Victorinus ſic eleganter ſcribit:

Richard. Victor.

Puluis, inquit, *ad omnem flatum de loco ſuo ex[...] & quocumque ey[...]tur, numquam niſi alieno impulſu leuatur. Subtractâ namque protectione diuina, homo ad inimici ſuggeſtionem in quod umque malum deijcitur; & ſemel reiectus ad ſtatûs rectitudinem numquam rectitudine propria roboratur. Cinis ex ſe nullum germen producit, & aliunde ſuſceptum, non dicam ad [...], ſed ad ſuſtentamentum nutrire illa ſua pinguedine omninò non ſufficit. Nullum ſiquidem boni operis germen poteſt homo ex ſeipſo ſine operante gratiâ producere: [...] cùm gratiâ operante habere [...], per ſemetipſum ſine eius cooperante [...] non poteris cuſtodire.* Facile mobilis eſt naturæ pulueris, & cinerea fauilla. Vel lenis aura illam húc illúcque mouet, agitat, deijcit: nec ſemel deiecta ſe leuare vllo modo eualet, ſed ad ventorum arbitrium quoquouersùs ventilatur. Patriarchalis etiam Abrahami conſtantia, de humanæ naturæ tenuitate ac fragilitate, talem ſe eſſe fatetur: quaſi eius ſtatus, caſúſue, à ventorum, id eſt, tentationum nutu dependeat, niſi adſit cælitùs reſiſtendi vis. Vndè impius dicitur *tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.* Sic Patriarchalis *puluis pulueri* impiorum confinis eſt de cognatæ mobilitatis periculo? *Puluis* ſui diſſipationem aut quietem vento debet: homo etiam, qui *puluis* eſt, timeat vel ab aurâ periculum, ne aliò atque aliò facilè proiectus penitùs diſſipetur.

[...] qui [...] eſt [...] à cauſ[...] periculi [...].

Pſal. 1. v. 4.

2] Geneſeos 39 pulcher Ioſeph, parentum deliciolum, tandem hero Ægyptio venditur, cui ingenuè ſeruit. De politâ iuuenis venuſtate, inſanum amoris venenum domina bibit: & dum maleſuada ſtuprum ſollicitat, de caſti Ioſephi ore inuita audit: *Quomodò poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Cúmque tenuiter ſufflammaretur amoris igniculus, & pulchellum iuuenem perditè adhuc deperiret; aliquandò nacta occaſionem ſecreti ſtuprum lenocinantis, apprehensâ laciniâ veſtimenti eius, impudenter dixit: Dormi mecum. *Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.* Fugit Ioſeph, ne vel mulierem tangeret, vel ab eâ tangeretur: quia vel ipſe mulieris tactus, quaſi veneno illitus, viro fugiendus eſt. Contaminatam femineo tactu veſtem Iuuenis fugit, vt libidinis occaſionem quantocyùs effugiat. Luculenter Seleucienſis Baſilius Oratione 8. ita ſcribit: *Illa manus in eum iniecit armatas libidine.* Ioſeph autem *tenacibus manibus retentam permittens veſtem, libidinis effugit anſas.* Vel ora veſtis à muliere contacta, *libidinis anſa* putatur, & indè quammaturè fugienda? Ceterùm ſuperuacanea videtur tam ſollicita Ioſephi cautela in occaſione libidinis declinandâ. An non ille ipſe nuper dixerat: *Quomodò poſſum hoc malum facere?* Impotentiam luxuriandi dudùm allegat; & nunc ſic cautè luxuriæ occaſionem fugit, vt veſtem eiuſdem feminæ manibus attactam fugiat, ne ſentiat illius contagium? Aut non debuit Ioſephus ſic cautè fugere, qui luxuriandi impotentiam excuſauit: aut impos ad laſciuiendum, non debuit libidinis occaſionem ſollicitiùs cauere. Bona planè ac ſalubris eruditio, de Patriarchalis continentiæ gymnaſio. Qui ſe impotem dicit ad rem libidinis, disertè aiens, *Non poſſum*; ſic ſollicitè debet auertere occaſiones, tamquam libidinis *anſas*, vt veſtem ipſam femineis manibus contactam velut ſcrupuloſè repudiet, & celeri fuga abſentiam negotietur, vt periculis omnibus exemptus, viuere continenter poſſit. Hem, vel impotentia ſatis tuta non eſt, niſi abſit occaſio. Sic eſt potens occaſio vt potentiam, quam non inuenit, faciat? ô fuge pericula, qui rem virtutis ſtudioſiùs exambis! Nullum periculum leue eſt; nulla quantumuis leuis occaſio contemnenda. Id ex Ioſepho diſce, diſce ex Suſannâ, quos hac in re pariare, ethicus Patrum Eccleſiæ labor fuit.

Geneſ. 39. v. 12.

Baſil. Seleu.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Ioſeph, etſi dixit, *Non poſſum*, adhuc occaſionis anſam fugit.

Hie verſ. 25.

3 Ad Epheſios 5. ſic nos ſalubriter Apoſtolus admonet: *Videte itaque fratres*, inquit, *quomodò cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.* Græcè eſt: videte quomodò *diligenter, accuratè, circumſpectè, cautè* ambuletis, ſcientes, & attentiùs cogitantes, quàm circumſpectè oporteat vos ambulare per viam arduam, quæ à terrâ arctè ſublimis, ad cælum vos ducit; & à quâ ſi incautè excideritis, gehennæ baratrum infernè hiat, quò præcipites ruatis neceſſe eſt. Valde autem *ſapientes* ſunt, qui in tanto viæ periculo, ne offendant, aut impingant, ſollicitè præcauent. Maxime verò *inſipientes*, qui hæc præcipitandi pericula incautè negligunt. Sapienter S. Chryſoſtomus homil. 3. de Oziâ, ſic ad rem fatur: *Sicut Schœnobitæ, qui in funibus surſùm deorſúmque extentis aſcendere & deſcendere ſolent, ſi parùm reſpexerint præcipites in Orcheſtram decidunt, & pereunt: ita & in hac vita ambulantes, ſi parumper fuerint deſides, in præceps feruntur. Vita enim hæc & anguſtior, & directior, nec nō & periculoſior, quàm funis ille, imò & ſublimior eſt.* Adſimiliter videas funambulum quàm incedat cautè per anguſtum funem, quàm ſe æquabiliter perticæ ponderibus libret, ne imperito lapſu corruens, præcipitio cunctis audaciam ridentibus pereat. *Videte itaque fratres, quomodò cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.* Timet cautè,

ad Epheſ. 5. v. 15. Græcus.

S. Chryſoſt.

Schœnobita & funambulus eſt, qui ruina pericula & occaſiones non declinat.

Schœnobita, rimet circúſpectè funambulus, per lubricam arctè prætenti funis ſemitam ambulare, ne præceps ruina ſit audaciæ ſtipendium: quid tu intrepidus tot ruinæ occaſiones, tot lapſuum lubrica, tot præcipitandi minas, tot baratri infernalis pericula negligis? Neglectus periculi, ruinæ lenocinium, & obſes eſt. Audax in periculo temeritas, periculoſa conſtantiæ titubatio eſt, & certa cadendi ambitio. Qui tamquam Schœnobita & funambulus incedis, ſaltem periculum cauens te funambulum puta; vt circumſpecta cautela periculum anteuertens, ruinam ſub-
4 moueat.

Marci 6. cogit Chriſtus Diſcipulos ſuos aſcendere in nauim, vt præcederent eum trans fretum; & ſic ab eis abſens, eos ſibi dimittit, vt ſuam fragilitatem ediſcere, & pericula cautè timere ſciant. Erat nauis in æſtuante mari, & Ieſus ſolus in terrâ. *Et videns eos laborantes in remigando; erat enim ventus contrarius eis*, &c. Ecce tibi Diſcipulos abſente Chriſto, ſibi relictos, magnum periculum ſubeunt, & velut ſudati remiges in tranſtris operosè ſedent, vt periculum, quod non præcauerunt, ſerò licèt, aduertant. Audiendus eſt Hieronymus lib. 3. aduersùs Pelagianos: *dicimus*, inquit, *poſſe hominem non peccare, ſi velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporeâ, quandiu intentus eſt animus, Quòd ſi paullulum ſe remiſerit, quandò qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manu, ſtatim retrò labitur, & fluentibus aquis, quò non vult ducitur. Sic humana conditio ſi paullatim ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.* Scilicet ipſa conditionis humanæ tenuitas intento ſemper animo roboranda eſt, ne cognata hominibus deſidia (etſi alia externa vis deſit) naufragij periculum creet, ſi paullatim ſe remiſerit. Moraliſſimè ergò Diſcipuli *in remigando laborant, quandò qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manu ſtatim retrò labitur*, & ad ſcopulos ſeu vada alliſus impingit naufragus. Itaque ipſa tenuitas & fragilitas humana, etſi externa tentatio abſit, periculis obnoxia eſt, & pereundi occaſiones ſpontè offert inteſtino medullitùs
5 diſcrimine. ô, vel à te caue tibi!

Marci 6. v. 45.

S. Hieronym.

Qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit, ſtatim retrò labitur.

Vel ipſa humana fragilitas, ai vel re-tur, periculi occaſio eſt.

Redeat iterùm ſemel expenſus Geneſeos locus de Ioſepho, aliter expendendus. Perditè pulcher iuuenis à dominâ deperitur. Duro renutu excepit blanda mulieris lenocinia. Illa autem adhuc in obſcœno amore obſtinatè perſiſtit: & per ſingulos dies mulier *moleſta* erat adoleſcenti. Tandèm ſecreti nacta occaſionem, quam niſi cum heri obſequio Ioſephus refutare non potuit: *Illa apprehensa lacinia veſtimenti eius, dixit: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.* Bona ſanè vitandarum occaſionum eruditio. Eloquenter Ambroſius lib. de Ioſeph, cap. 5. *Diſcant*, inquit, *viri cauere etiam oculos feminarum: adamantur enim & qui nolunt adamari. Denique adamatus eſt Ioſeph, qui amantem contempſerat.* Nil tam mulieri cognatum quàm ambitioſa ſuperbia: at nunc vel ex *contemptu* amorem ſufflammat, & de vilipendio libidinis arma procudit. Non miratur, quòd tandem deſperata libido amorem in iram ac odium refinxerit: dulcior enim charitas exaſperata, in ſæuitiam degenerate ſolitat; at *contemptum* ipſum accendere amorem, inſolens eſt. Sic eſt periculosè incauta libido, vt vel *contemptus* amoris ſcintillas flabellet? *Adamatus eſt Ioſeph, qui amantem contempſerat.* Quin & circumſpectè agat Ioſephus, nec ſatis renutui fidat: *adamatur enim & qui non vult adamari.* Non eſt arbitrij tui quòd ameris: nec ſatis eſt quòd non redames, nec quod amari, & redamare nolis. Adhuc in renutu periculum eſt; Sicut etiam *contemptus*, amoris occaſionem ingeſſit. ô inſana è peruerſo amoris incentiua! Renutus, & *contemptus* malè tutus eſt, & effugij aſylum quærendum eſt ad libidinis tutamentum? Occaſiones fuge, quiſquis continentiam amas. Hìc, ſicubi in re ethicâ, miſcentur contraria, dum nolle ac velle miſcentur. *Adamatur enim qui non vult adamari, & qui amantem contempſerat.* ô nimis vere! Quod hîc in Suſannâ videre licet. 6

Geneſ. 39. v. 12.

S. Ambroſ.

Renutus & contemptus a[illegible] mentis ſcintillas ſu[illegible]beſcunt.

Hic Verſ. 8.

Iſaias, fauſtus alioqui Vates, has minas Hebrææ genti fulminat: *Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtupa, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat.* Ex his verbis peccatoris imbecillitatem inibi expendit Oleaſter, ſic fatus: *Infirmos ſolet reddere peccatores peccatum, & fortes viros ſtupam facere, vt facillimè comburantur.* Si hominis peccatoris *fortitudo* ac robur eſt velut *ſtupa*, & eius opus *ſcintilla* comparatur; heu quale incendium timetur, propriæ imbecillitatis fomite ſufflammatum! Si peccatoris fortitudo, ſtupa eſt ſcintillæ operis vicina, qualis erit caduca imbecillitas, quæ deſidiosè igniti operis occaſiones non præcauet? ô quàm auidè ſtupa ignem arripit! Et nota, quòd *fortitudo* peccatoris, non dicitur ſtupa; ſed *ſtupa fauilla*, & opus eius ardens *ſcintilla*: & tamen additur: & *ſuccendetur vtrumque ſimul.* Eſtò *ſcintilla* rursùs redaccendatur: at *fauilla* quomodò accendi poteſt? Porrò *fauilla*, cadauer ignis eſt, nec igniri rursùs poteſt. Vbi impoſſibilis eſt ignis, flammæ minas fulminat? Periculum, ſeu occaſio peccandi, *fauillas* redaccendet? ô vel impoſſibilia caue!

Iſaiæ [illegible]

Oleaſter.

Peccandi occaſio [illegible] redaccendit.

§. LXXXIII.

§. LXXXIII.

*In ſenibus etiam intutus eſt mulierum aſpe-
ctus, quem caſtitatis cenſura
non cohibet.*

1 [...] 11. NAturalis philoſophiæ princeps, de ocu-
lis ſic eloquenter ſcribit: *Neque vlla,*
ait, *ex parte maiora animi indicia cunctis ani-
malibus, ſed homini maximè, id eſt, moderationis,*
[...] *clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, læ-*
[...] habtes. *titiæ: contuitu quoque multiformes, truces, torui,
flagrantes, limi, ſubmiſſi, blandi. Profectò in ocu-
lis animus inhabitat: ardent, intenduntur, hu-
mectant, conniuent: hinc illa miſericordiæ lacry-
ma. Hos cum oſculamur, animum ipſum videmur
attingere.* Cùm itaque in oculis animus in-
habitet, contuitu ſollertiſſimè cauto opus,
eſt, ne animus per oculos elapſus licenter
vagus, ad libidinis ſcopulos paſsim impin-
gat. Ergò virtutis teſſeram ferant oculi, ne
vitiis hoſtiliter militent *Vt vidi, vt perij, vt
me meus abſtulit error*, dixit ille quicumque.
[...] dici- Idcircò Seneca oculorum iacturam inter-
[...] innocen- dùm quaſi commodam prædicat, ne incauto
tia ars. oculorum iactu, virtutis iactura fiat: *Oculos
perdidi? habet & nox ſuas voluptates. Oculos*
[...] ade *perdidi? quàm multis cupiditatibus via inciſa
eſt! quàm multis carebis rebus, quas ne videres
vel eruendi erant. Non intelligis partem inno-
centiæ eſſe cæcitatem. Huic oculi adulterium
monſtrant, huic receſſum, huic domum quam con-
cupiſcat, huic vrbem, & mala omnia, vere irrita-
menta ſunt vitiorum, ducéſque ſcelerum.* Depre-
tiat virtutem, cui vitiorum duces magno in
pretio ſunt:

2 Hi malè ſenes, & peiùs iudices, cùm de
ſuo munere frequentarent iuridicinam, do-
mum inquam, Ioakim mariti Suſannæ; &
hæc, vt Babylonicum æſtum temperaret, ad
captandam ſuauiorem auram in proximo
[...] vers. 8. topiario deambularet: *Videbant eam Senes
quotidie ingredientem, & deambulantem: &
exarſerunt in concupiſcentiam eius.* Omnem
ætatem ſuſpectam facit ſpectata forma Læ-
dit etiam ſenium liber obtutus Viſu feruet
cupiditas. Oculi adhuc è niue ignes ſuſci-
tant; è genere ſiliceo viſus eſt, atque femineæ
formæ illiſus ignem parturit. Pulchra femi-
na eſt incendiaria. Quia videbant eam, licet
Senes, exarſerunt in concupiſcentiam iuue-
nilem. Nec ſatis niuea canities libidinis aſy-
lum eſt, dum infert in pericula conſpectus
decor, & viſa ſpecies muliebris periculum
ſemper eſt. Effœta & exhauſta etiam ſene-
ctus oculorum igniculis ſuflammata repue-
raſcit, & iuueneſcit ad luxum. Belliſsimè
Gregorius lib. 21. Moralium cap. 2. ita ſcri-
bit: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam;
concupiſcendo enim viſibilia inuiſibiles virtu-
tes amiſit, quæ ergò interiorem fructum per ex-
teriorem viſum prodidit, per oculum corporis
pertulit prædam cordis. Vndè nobis ad cordis
munditiem ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt.*
Nota verba quæ his attexit, attento lectore
digniſsima: *Nam quantalibet virtute mens
polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales
tamen ſenſus puerile quiddam exterius perſtre-
punt, & niſi interioris grauitatis pondere &
quaſi iuuenili quodam vigore reſtringentur, ad flu-
xa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.* Senes in re libidinum, oculos habent iuuenes, iuuenili virtute frenandos.
Scilicet homo etſi annorum longæuitate ſit
pergrauis, ætatis langore marcidus, & ſene-
ctutis niuibus frigeat, veteraſcat, & propè
cadaueteſcat: at ſenſus omnes, & præcipuè
oculi de quibus eſt ſermo, *puerili* ac iuueni-
li vigore pollent; & ſic ad luxum iuueneſ-
cunt, vt *iuuenili* quodam virtutis vigore
compeſcendi ſint. Itaque in longæuá etiam
ſenectâ, oculorum ætas prodigiosè recura-
tur, & ad libidinem iuueneſcit maligno li-
bidinis ardore, quo frigidæ ætatis niues ſu-
flammantur. Qui male longæuitati credit ad
incautam oculorum licentiam, benè credat
iuuentuti oculorum qui in re luxuriæ non
patiuntur ætates: oculi enim in ſenectute
iuuenes ſunt imò & puerile quiddam per-
ſtrepunt. Caueant iuuenes ab aſpectu fœmi-
neæ formæ; caueant & Senes, quibus oculi
in ſenectute iuuenes ſunt, & luxuriæ duces.
Languent ad viſionem ſenectute caligantes,
& iuuenili ardore vigent ad luxum; adeò vt
in ſenectute opus ſit *iuuenili* virtute, quæ
Senis oculos compeſcat, ne luxuriæ flammis
homo totus decineteſcat. *Carnales ſenſus pue-
rile quiddam exterius perſtrepunt, & niſi inte-
rioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quo-
dam vigore refrenentur, ad fluxa quæque tra-
hunt.* Itaque Senes, cùm oculos habeant iu-
uenes, ad eos refrenandos iuuenili etiam
virtute indigent. ô, ſenectutis malè tutam
ſecuritatem caue!

Ezechielis 6 Recordabuntur mei, dicit 3
Dominus, liberati veſtri in Gentibus, ad quas Ezech. 6. v. 9.
captiui ducti ſunt: *Quia contriui cor eorum
fornicans, & recedentes a me: & oculos eorum
fornicantes.* Oculi dicuntur *fornicantes*, quia
laſciuientes & vagi vagos nouoſque amores
aut ſuadent aut concitant: qui lenones ſunt,
prurireque faciunt languentes animos, &
venereæ voluptatis immemores. Sunt itaque
oculi prima fax, quæ in frigentibus etiam ſe-
nectute animis incendium excitat Babylo-
nico maius. Quare Propheta appellat *oculos
fornicantes*, quaſi totum libidinis negotium S. Hieronym.
oculis peragatur. Appoſitè S. Hieronymus Iob. 31. v. 1.
in Threnorum cap. 1. ita ſcribit: *Hinc eſt*, in-
quit, *quod beatus Iob ait: Pepigi fœdus cum ocu-* Oculi cogitare, amare, & fornicari dicuntur, quare.
*lis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Vt
enim cogitationes cordis caſtè ſeruare poſſet, fœ-
dus cum oculis pepigit, ne priùs incautè aſpice-
rent, quod poſtmodum inuitus amaret, &c.*
Oculi ne *cogitant* de ſpectatâ muliere? ſpecta-
tam mulierem *intimius amat*? Vide an idcircò
dicantur *oculi fornicantes*? Appoſitè Nazian- S. Nazianz.
zenus orat. 28. *Auidi oculi*, inquit, *ea etiam,
quæ attingere nefas eſt, attingunt, organum nem-
pe omnium promptiſſimum, atque auidiſſimum.*
Hem! ſic aſpectus pulchræ feminæ in frigi-
dâ etiam ſenum ætate, ſtupri bibulus eſt, &
fornicationi vicinatur, præ auidâ oculorum
ad luxum promptitudine, quâ quæ attin-
gere nefas eſt, attingunt, *fornicantes oculi* no-
minentur?

4

2. Pe. 2. v. 14. Græce ℞.

S. Petrus epiſt. 2. cap. 2. ita de Gnoſticis ſcribit: Voluptatem exiſtimantes diei delicias: coinquinationes & maculæ delicijs affluentes. *Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.* Græcè habetur. *Plenos adulteræ.* hoc eſt, plenos libidinoſis & adulterinis aſpectibus adulterarum. Quaſi dicat: Mulieres quas (velut hi Senes) ambiunt & ſatagunt facere adulteras, iugiter aſpiciunt, eas in oculis, animo, vultu geſtãt, nil niſi illas aſpiciunt & cogitant. Addit: *Et inceſſabilis delicti*, id eſt perpetui delicti, quaſi dicat: Perpetuo libidinoſis oculis procaciter aſpiciunt mulieres, vt eas faciant adulteras, hinc perpetuò ijs peccant & delinquunt, vt ne ad momentum ab adulterio ceſſent, quia iugiter eas animo verſant & concupiſcunt: numquam ceſſant à ſtupro, quia numquam ceſſant à turpi aſpectu, cogitatione, & concupiſcentiâ adulterij. Legit Interpres, *inceſſabilis*, iam legunt, *inceſſabiles*, nempè oculos.

Inſania inceſſanſque luxuria deſcribitur.

qui ſcilicet numquam ceſſant ab adulteris animo obſeruandis, & ab adulterijs aſpectu perpetrandis. Audiendus eſt S. Cyprianus,

S. Cyprian.

vel quiſquis eſt auctor de ſingul. cleric. qui præſcriptum locum viuaciùs elucidat: *Inſaniunt prorſus*, inquit, *ardent deſiderio fornicarum, & obſeruantibus hæ[illegible] mulieri mori, quam conteuti ſint a lateribus mulierum aliquâ diſiunctione diuelli: [illegible] ad [illegible] plendam ſua auiditatis ingluuiem puncto temporis non ſint ſine femina voluptate; & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis ſemper deſixâ intentione deſideria ſatient oculorum. Sic inter eos integritas emoritur, vbi omnis commoratio ſiue conuiuendo, ſiue commanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apoſtolus deſignauit, dicens: In conuiuijs ſuis luxuriantes, oculos habentes plenos mœchationibus & inceſſabilibus delictis.* Ecce tibi deſcriptam horum

Senes deſideria oculorum exaſiant.

ſenum ſalaciſſimam inſaniam: *Et videbant eam Senes quotidie, & exarſerunt in concupiſcentiam eius.* Et poſtmodum iuſſerunt vt diſ-

Hie verſ. 32.

cooperiretur in iudicio (erat enim cooperta) *vt vel ſic ſatiarentur de ore eius*, quod Cyprianus dixit: *Deſideria ſatient oculorum.* Itaque vagi procaciter oculi, obſcœno mulierum intuitu perulantes, *coniectare, amare*, & *deſiderare* dicuntur; quippe qui *fornicantes oculi* nominantur. ô caue ab oculorum aſſiduo deſiderio quiſquis caſtitatem amas! Verum illud Gregorij lib. 21. Moral. cap. 2.

S. Gregor.

Quiſquis per has corporis feneſtras incautè exteriùs reſpicis, plerumque in delectationem peccati etiam nolens cadit, atque obligatus deſiderijs incipit velle, quod noluit: praceps quippè anima dum antè non prouidet ne incautè videat quod concupiſcat, cæca poſt incipit deſiderare, quod vidit.

Mulierum aſpectus vel inuitos trahit ad venerem.

Sic deſideria oculorum vel inuitos ad venerem trahunt? Sic furax luxuriantium oculus corda deprædatur? *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.*

Thren. 3. v. 51.

5

Matth. 5. v. 28.

Matthæi 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis Non mœchaberis. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Quæ Chriſti Dei verba ſic elucidat Saluianus Maſſilienſ. lib. 3. de Prouid. *Idcircò itaque*, ait, *Dominus petulcos impudicorũ hominum intuitus noxâ adulterij non carere, ſcilicet vt qui bonâ fide fugeret adulterium, cuſtodiret aſpectum.* Non putatur à Saluiano bonâ fide caſtitatem colere, qui lubricos alterius ſexûs non declinat aſpectus. Ficta putatur caſtitas, quam non commendat oculorum ſuffragium.

Sal[illegible] Qu[illegible] oculos [illegible] fra[illegible] bonâ [illegible] ſtus e[illegible]

6

Ecel. 31. 14. & [illegible]

Siracides Eccleſiaſtici 31. ſic viſum erudit: *Memento quoniam malus eſt oculus nequam. Nequius oculo quid creatum eſt? ideo ab omni facie ſuâ lacrymabitur, cùm viderit.* Biblia Tigurina ſic locum excribunt: *Quid nequius oculo creatum eſt? quippè quacumque de cauſſa lacrymatur.* Vatablus, *ſuper re quauis oblata* (alij, *omnibus modis*) *lacrymatur.* Quare malo oculo nihil peius? An quia barbaris etiam libidinibus aëra toxicat? An quia laſciuiæ venena longè ſugunt, & hiantes combibunt? An quia oculus eminùs conficit, quod manus perpetrare non eualet? Sententiose S. Gregorius Nazianzenus orat. de laudibus Cypriani: *Nam res quoque*, inquit, *non attrectandas laſciui oculi, atque procaces pertingunt.* quod his ſalaciſsimis Senibus contigit, dum cupitum adulterium oculis perpetrarunt: ſed tandem *ab omni facie ſua lacrymantur.*

Tigurina Vatablus

Laſciui[illegible] res non attrectandas pertingunt.

S. Naz[illegible]

§ LXXXIV.

Spiritualis via, qua ad cælum itur, quare via æterna nominatur?

1

Ferè ex[illegible] necâ[illegible]

LEuium metallorum fructus in ſummo eſt: illa opulentiſsima ſunt quorum in alto latet vena, aſsiduè plenius reſponſura fodienti Numquam deficiet, cùm ſemel vndè petatur inueneris. Veri boni auiditas, irrequieta res eſt. ſemper ambit vlteriora, in quæ ſeſe inferre ſtudet. Placidus vitæ & continuus tenor vnam premat viam. Nam perindè ferè eſt intermiſiſſe, aut omiſiſſe. Optimum ad cælum itinerarium eſt, numquam non ambulare, Conſtituendum firmiter eſt, quò ire velimus, & in itinere pertinaciter inſiſtere, ne ſi ceſſemus, inde exerremus. Nihil agit. qui vitam ſemper inchoat: aut potiùs malè viuunt, qui ſemper viuere incipiunt: quia ſemper illis imperfecta vita eſt. Quidam viuere tunc incipiunt, cùm deſinendum eſt: ſi hoc iudicas mirum, adijciam quod admirere magis, Quidam antè viuere deſierunt, quàm inciperent: nam regreſſus ad curſûs noſtri carcerem, error viæ, & indè vitæ eſt Qui non proficit, deficit qui in viâ deficit, numquam ad metam perueniet. Dum ſumus in hoc mundo peregrinamur à Domino: malè peregrinus longioris viæ tædio, in diuerſorio patriam inueniſſe præſumit. Chriſtus vita, & via noſtra eſt; ſemper in eâ, dum viuimus, ambulemus. Ad cælum imus, longa ſemper nobis reſtat via.

In [illegible] itinere numquam ceſſandum eſt.

2

Pſal. 138. 24.

Purpuratus Propheta Pſal. 138. Proba me Deus, inquit, & ſcito cor meum; interroga me,

me,& cognoſce ſemitas meas. Et vidè,ſi via iniquitatis in me eſt: *Et deduc me in viâ æternâ.* Quæ eſt hæc via æterna,per quam deduci Propheta exoptat? Opinor, via æterna numquam eundo conficietur; immenſa enim eſt: fruſtrà ergò mortalis homo incederet per viam,quæ termino caret. S. Auguſtinus indidem ſic locum exponit: *Siquid inueneris Domine in viâ meâ, quod diſpliceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis eſt, tu deduc me in viâ æterna,ſcilicet in Filio tuo.* Nempè Dei Filius, quia æternus eſt, & ſimul eſt via, *via æterna* ab Auguſtino putatur. Verùm Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum inibi apud noſtrum Corderium, ſic locum explanat: *Quænam eſt autem via æterna, niſi ſpiritualis, & quæ ducit ad cælum, & cuius non eſt finis?* Quo tamen pacto via hæc ſpiritualis,quæ ad cælum ducit, ſit *via æterna* explicatiùs elucidat Guerricus Abbas Igniacenſis Serm 5 Aduentu Dom. vbi perſtringens illud Pſalmographi: *Legem pone mihi Domine viam mandatorum tuorum, & exquiram eam ſemper,* ſic eloquenter ſcribit: *Ideò forſan via æterna dicta eſt: quia licet prouidentia ſemitam cuiuſque inueſtigaueris, terminúmque conſtitueris quouſque proficiat, terminum tamen non habet,illius in quam proficieis bonitatis natura. Itaque ſapiens impigérque viator, cùm conſummatus fuerit, tunc incipiet:iſta ſcilicet obliuiſcens quæ retrò ſunt, vt quotidiè dicat ſibi: Nunc cœpi. Exultat vt gigas, quem nihil terreat ad currendam viam mandatorum Dei. Initiúmque factus, pigros qui in viâ reſident, facile tranſilit impetu curſûs ſui.* Hæc via *ſemper* inquirenda, *via æterna* eſt:quia *via ſpiritualis*, per quam itur ad cælum terminum non habet, in quem Iuſtus proficiat. Quia impiger viator, *cùm conſummatus fuerit, tunc incipiet.* Non dicitur incipere, aut quia in viâ reſedit,aut quia repedauit,aut deflexit à viâ;ſed quia cùm in *via æterna*, longa ſemper reſtat via ad proficiendum, *ſemper* impiger ambulat eâ alacritate, ac ſi tunc inciperet,numquámque progredi intermittit:quoniam in mortali vitâ nuſquam viæ ſpiritualis metam inuenit;ſemper enim eſt peregrinus, & ideò ſemper ad patriam tendens, quotidie ambulat. Sic tropologicè Suſannam *quotidie deambulantem videbant.*

Chriſtus dicitur via æterna.

S. Auguſt.

S. Chryſoſt.

Pſal. 118 v. 33.

Guerricus.

Spiritualis via, cur via æterna nominatur?

Hic verſ. 8.

3 Matthæi 3. Euangeliſtâ interprete, iuxtà Iſaiæ oraculum Ioannes dicitur, Vox clamantis in deſerto: *Parate viam Domini: rectas facite ſemitas eius.* Quaſi Chriſti Præcurſor dicat: Agite ô Iudæi, ô mundi incolæ quotquot eſtis,Chriſto iam iam venturo, & quaſi Meſſiæ & Regi veſtro inaugurando, vias(vti Regibus fieri ſolet)complanate,hoc eſt,omnia amouete,quæ eum offendere, vel deducere poſſent: atque efficite vt Chriſtus Deus ab omnibus & ſingulis expeditè & cupidè recipiatur, vt ſcilicet ſinguli corda menteſque ſuas ad cæleſtem gratiam, omnemque in ſanctitate profectum ſtudioſè ſe præparent. Hunc Matthæi & Iſaiæ locum ſic Guerricus nuper laudatus exponit; *Parate viam Domini &c. Via Domini, quam parare iubemur,ambulando paratur, parando ambulatur. Et licèt multùm profeceritis in ea, ſemper tamen vobis reſtat paranda: vt de his in quæ perueniſtis,tendatis, & extendatis vos in vlteriora: quatenùs per ſingulos profectus, Dominus,cuius aduentui via paratur, quaſi nouus, ac ſeipſo ſemper maior occurrat.* Ecce tibi *via æterna*, in quâ etſi multum ambulando profeceris, tendere & extendere te ad vlteriora neceſsè eſt. Hæc autem viæ præparatio, quam Ioannes experit, vices cum ambulatione arcanè reciprocat:nam quæ dicitur ad ambulandum præparanda,ambulando præparatur, ſternitur,complanatur. *Via Domini,quam parare iubemur,ambulando paratur, parando ambulatur.* Sed vide huius itinerarij ſacramentum:ſi ioceſſanter ambulando viam paras, & parando ſemper ambulas nouo ſemper profectu; Chriſtus Deus, cui viam ambulando paras, *quaſi nouus, ac ſeipſo maior occurret,* Hem!velut nouo incremento quaſi grandeſcit Chriſtus, dum ei qui inceſſanter ambulat propiùs occurrit?Solet res de longinquitate aſpectui decreſcere; propinquitas verò iuſtam rebus magnitudinem tribuit.Ei, qui in hâc viâ reſedit,aut pigrè ambulat, minor videtur Chriſtus; ei autem, qui inceſſanter, ſtrenuè, ac impigrè incedit, quaſi de continuâ ſemper ambulatione, & humano progreſſu, Chriſtus Deus *quaſi nouus, ac ſeipſo maior occurrit.* ô caue,ne de tuâ ſtatione, aut deſidiâ in ambulando per viam virtutis, Chriſtus Deus minor appareat,& ſpatij longinquitas eum impiè minoret.Impiger continuò viator iuſtam Chriſto ſtaturam tribuit, quaſi de eius inceſſu aut progreſſu magnitudinem fœneretur:adeò vt dicere poſſit: *Magnificat anima mea Dominum.*

Matth. 3. v. 3.
Iſaiæ 40. v. 6.
Cornelius.

Spiritualis via ambulando paratur, & parando ambulatur.

Guerricus ſuprà.

Ei, qui in ſpirituali viâ ſemper ambulat, maior Chriſtus occurrit. quare?

Lucæ 1. v. 46.

Iſaiæ 35. de Gentium itu ad Eccleſiam, vel fidelium ad cælum, ita ſcribitur: *Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus,* Super hâc Euangelici Prophetæ ſententiâ, idem ibi Guerricus Abbas ſic pulchrè philoſophatur: *non tranſibit, inquit, pollutus per eam. ô, ibunt igitur qui polluti ſunt per aliam viam? Imò potiùs hùc omnes,hùc veniant,hàc incedant:immundis enim præcipuè Chriſtus hanc viam ſtrauit, qui venit quærere, & ſaluum facere, quod perierat in viis ſeculi. Quid igitur tranſibit pollutus per viam ſanctam? Abſit. veniat quantumlibet pollutus ad eam,non tamen tranſibit pollutus per eam* (Nota quæ ſubdit verba, & attende ad progreſſûs in viâ ſacramenta (*Quia cùm tranſierit, iam pollutus non erit. Admittit quidèm via ſancta pollutum, ſed ſtatim abluit admiſſum, quia diluit omne commiſſum*, ô, ſic tranſitus per hanc viam prodeſt? Tantùm ſanctæ viæ licet?Sed hunc locum,opinor,aliàs aliorſùm expendebamus. 4

Iſaiæ 35. v. 8.

Guerricus ſup.

Qui pollutus venit ad viã, impollutus per eam incedit, quare?

Canticorum 2. Sponſæ diu quærentis ſponſum,hæc vox auditur:En dilectus meus loquitur mihi:Surge,propera amica mea,columba mea, formoſa mea, & *veni.* Et poſt modicum interuallum, eundem ſermonem ſponſus repetit. *Surge amica, ſpecioſa mea,& veni.* Profectò attentâ expenſione digniſſimum eſt,quòd cùm ſponſa cæleſtem ſponſum ſollicita quæreret,& quaſi eum iam inueniſſet, 5

Cant. 2. v. 13.

veniſſet, audiret vocem illius dicentis, *Surge, propera, veni*, ac ſi illa pigra foret ad id quod hianter quærebat, imò & iam quærendo inuenerat, de eiuſdem ſponſi ore iterùm audiat, *Surge amica mea, & veni*. Nimirùm hâc iteratione ſuſcitatur anima ad progrediendum ſemper in viâ virtutis, & inceſſanter proficiendum in ſpiritu, vt inibi obſeruauit Cornelius, qui etiam hæc pulchra Nyſſeni verba adducit: *Surge, propera amica mea, & veni. Neque enim ei*, inquit, *qui verè ſurgit, vnquam deerit ſemper ſurgere; neque ei qui currit ad Dominum, vnquam conſumetur amplum & latum campi ſpatium, ad diuinum curſum conficiendum. Oportet enim ſemper ſurgere, & excitari, & per curſum appropinquando nunquam ceſſare. Quamobrem quoties dicit, ſurge, & veni, toties ad id quod eſt melius aſcenſionis, ea quæ deinceps ſequuntur, à Verbo dicuntur.* Ecce tibi quandò ſponſa longè aberat à ſponſo, quandò adhuc propiùs accedit, quaſi cæleſtis ſponſus velut illius refuga, propinquitate longiùs abſcedat, ſemper audit, *Surge, veni*; non quia alacris non ſurrexit, & feſtina venit; ſed quia inceſſanter ſurgendum, feſtinandum, & veniendum eſt ei, qui in *viâ æternâ* deducitur.

Sponſa ſponſo cæleſti appropinquans, adhuc audit, vt veniat quæret

Cornelius. S. Nyſſenus homil. 5. in Cant.

6 Hinc forſan Paullus de hâc *viâ æternâ* ait ad Hebræos 10. *Quam initiauit nobis* Chriſtus *viam nouam, & viuentem*. Chriſtus enim viam cœli *initiauit*, hoc eſt, ipſe impreſſis ad ſequelam veſtigiis primos calcauit: quod poſſis etiam dicere, *dedicauit*, quaſi ſuo greſſu viam dedicauerit. Viam *nouam* dicit id eſt, recentem, nuper factam, & nullius anteà veſtigiis tritam. Addit *viuentem* (quod inſolens viæ Epitheton eſt) ad viuaciùs ſignificandum, quòd in hâc cæli æternâ viâ, nemo impunè reſidet, nemo pigrè ſtat; exindè ipſa via, per quam inceſſanter ambulatur, & in quâ ſemper viatores mouentur, quaſi vitali motu prædita, de ſemper ambulantium vitali progreſſu, *via viuens*, non ſine epitaſi nominatur. Chriſtus dicitur, *Via, veritas, & vita*, per Hendiadyn, id eſt, via vera, & vitalis, aut viuens. Locus adhuc perſtrictim enucleandus.

Ad Hebr. 10. v. 20.

Cur viâ cæli Apoſtolus vocat viam viuentem?

Ioan. 14. v. 6.

7 Ioannis 14. hæc pulchra Chriſti ſententia proponitur: *Ego ſum via, veritas, & vita.* S. Auguſtinus cenſet quod Chriſtus eſt via ſecundùm humanitatem, quâ rediit ad Patrem; & idem eſt veritas & vita ſecundùm diuinitatem. Audiendus ergò eſt Auguſtinus Serm. 55. de verbis Domini ſecundùm Ioannem: *Quà vis ire? ego ſum via: quò vis ire? ego ſum veritas: vbi vis permanere? ego ſum vita.... Verbum ergò Dei, quod apud Patrem eſt veritas & vita, aſſumendo hominem factum eſt via: ambula per hominem, & peruenies ad Deum: meliùs eſt enim in viâ claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare.* Luculenta quidèm ſententiæ clauſula. Ne animo cadas, quia in Chriſti viâ *claudicas*; imò etſi ſæpè offendas, & impingâs: Bonum eſt tibi claudum in vitam intrare, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam.

Ioan. 14. v. 6. S. Auguſt.

Meliùs eſt in viâ claudicare, quàm extra viam ambulare.

§. LXXXV.

Inuidia omne bonum odit, ſine fine peccat: calamitas ſine remedio, & immenſitatis æmula dicitur.

SEmper verum illud: *Alta petit liuor, perflant altiſſima venti. Optima, cibus inuidia.* Sidonius Apollinaris Epiſt. 4. lib. 1. ad Gaudentium ait: *O térque quatérque beatum te, de cuius culmine datur amicis lætitia, liuidis pœna, poſteris gloria, vegetis & alacribus exemplum, deſidibus & pigris incitamentum.* Et Apuleius lib. 1. Florid. *Quoniam in magnâ ciuitate*, ait, *hoc quoque genus inuenitur; qui meliores obtrectare velint, quàm imitari; & quorum ſimilitudinem deſperant, eorum affectant ſimultatem.* Quid tam infeliciter miſerabile, quàm alienâ felicitate eſſe miſerum, qui poſſet de beneuolentiâ eiuſdem felicitatis habere participium? Inuidia debitas ſibi pœnas anticipat, dum præproperè aſſiduus ſui carnifex eſt. Quid tam præpoſterum, quàm homines non ſuas flere miſerias, ſed felicitates alienas? Vellem oculos inuidorum eſſe vbique, vt omnium felicitatibus torquerentur. Socrates interrogatus, *Quid viris bonis moleſtum eſſet?* dixit, *Malorum felicitas. Quid malis? bonorum proſperitas.* Sapienter.

1 Sidon. Apol.

Apuleius.

Non bona inuidia elogia conglobata.

Anton. in Meliſſ. p. 1 Serm. 71

Matthæi 20. denarius diurnus æquè da- 2
tur his, qui portarunt pondus diei & æſtus, & qui vnâ horâ dumtaxat laborarunt. Qui diutius in agricolatione ſudarunt, pactam mercedem cum inuido murmure queruli excipiunt, dicentes: Hi nouiſſimi vnâ horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtûs: At Paterfamilias reſpondens vni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam; nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade. Aut non licet mihi (de meo) quod volo facere? *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Oculus nequam, eſt oculus liuidus vel inuidus, qui de bonitate alterius vritur, inuidiâ deprauatur, tabeſcit, & nequam fit. Miriſſima ſanè eſt liuoris nequitia, quæ bonitatis hoſtis, alienâ bonitate ſuam malitiam creat, fouet ac nutrit. Appoſitè Cyrillus lib. 2. Apologet. moral. cap. 29. ſic de inuidiâ ſcribit: *Cùm odis inuidentiâ quempiam propter bonum, iam principaliter ipſius hoſtis es boni; quoniam cuius Gratia eſt vnumquodque; at illud magis. Sed cum ipſum bonum ſit Deus, à quo tanquam à ſuo fonte bonitatis vena manans in omnia deriuatur, hinc ſanè conuincitur, quod tu hoſtis Dei & boni ſis, & tui ipſius ac omnium inimicus. Ceterùm cum malitia bonitati ſit contraria, vide quanta te deprauauit malignitas, cui tota bonitas eſt aduerſa.* Vide ergò hic quanta ſit inuidiæ peruerſitas, quæ malitiæ nutrix, omne bonum anatematizat, & Deum bonitatis fontem auerſatur. Quâ ſuper re audiendus eſt Cyprianus ſic eleganter de inuidiâ fatus: *Qualis verò eſt anima tinea, quæ cogitatio*

Matth. 20. 15.

Cyrillus

Inuidus omne bonum, at Dei ipſum anatematizat.

S. Cyprian. de Zelo & Liu.

cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo, zelare in altero vel virtutem eius, vel felicitatem, id eſt, odiſſe in eo vel merita propria, vel beneficia diuina; in malum proprium bona aliena conuertere, illuſtrium proſperitate torqueri, aliorum gloriam facere ſuam pœnam; velut quoſdam pectori ſuo admouere carnifices, cogitationibus & ſenſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent, &c.

3
Iacob. 3. v. 16.
Iacobi 3. Quod ſi zelum amarum habetis (inuidia enim eſt amarulenta) non eſt iſta ſapientia deſursùm deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica. *Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum.* Quid eſt, quòd inuidia malorum omnium matrix perhibetur? Scilicet ex inuidiâ & contentione oriuntur rixæ, contumeliæ, blaſphemiæ, odia, pugnæ, cædes, rapinæ, ſchiſmata, hæreſes, ſacrilegia, omniaque ſcelera, quæ excitat, fouet, atque incrementat inuidia. Opportunè Cyprianus Tract. de Zelo & liuore: *Mala cetera*, inquit, *habent terminum, & quodcumque delinquitur, delicti conſummatione finitur: inuidia terminum non habet, permanens iugiter malum, & ſine fine peccatum.* Cyprianò accinit Chryſologus. Vtet elegantiùs? *Inuidia ſuorum carnifex ſemper exiſtit: extendit ſenſus, torquet animos, diſcruciat mentes, corda corrumpit. Quid plura? hanc qui receperit, ſua ſuſtinet ſine fine ſupplicia; quia in ſe domeſticum ſemper diligit habere tortorem. Quis ibi malorum finis, vbi alterius bonum pœna eſt? vbi cruciatus eſt aliena felicitas?* Quid tam calamitosè infelix, quàm ſibi vltrò perpetuum adhibere tortorem, ſicque malum multiplicare ac dilatare, vt abſque termino ſupplicium, *& ſine fine peccatum* exiſtat? Heu inuidiæ peccatum nimis peccans, cùm ſine fine delinquat!

Inuidia & ſine fine peccat, & ſine fine punitur. S. Cyprian.

S. Chryſol. Serm. 172.

4
Ierem. 8. v. 17. Cornel. ibi.
Ieremiæ 8. Dominus peccatrici Iudæorum genti ſic acerbè minatur: *Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & mordebunt vos.* Regulus latinè idem eſt, qui Græcè Baſiliſcus nimirum ſerpens eſt palmi magnitudine; albâ quaſi coronâ lineatum habens caput; mediâ parte corporis ſerpit, mediâ erectus incedit; ita noxius vt auras inficiat, adeò vt in aëra nulla alitum impunè tranſuolet infectum ſpiritu peſtilenti herbas exurat, afflatu imò & ſpiritu homines interimat, ſibilo fuget omnes ſerpentes. Vnde regulus, id eſt, rex ſerpentum appellatur. Tales fuere Chaldæi Iudæis. Tropologicè tales reguli impiis ſunt dæmones. Ita S. Gregorius lib. 34. Moral cap. 5. Rurſum tales reguli ſunt detractores, ait inibi Hugo. Denique tales reguli ſunt inuidi, vt appoſitè tradit Caſſianus Collat. 18. cap. 1. quaſi inuidia ſit morbus immedicabilis; dicitur enim, *quibus nulla eſt incantatio. Sciendum*, ait, *ſanè eſt, inuidiæ morbum difficilius ad medelam quàm cetera vitia peruenire. Nam eum quem ſemel veneni ſui peſte corruperit, penè dixerim carere remedio. Iſta namque eſt lues de quâ figuraliter dicitur per Prophetam: Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio; & mordebunt vos.* Caſſiano Cyprianus adnuit, ſic de

Inuidia dicitur, calamitas ſine remedio.

Gregor. Hugo.

Caſſianus.

S. Cyprian. de Zelo & Liu.

Inuidiâ ſententiosè fatus: *Calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem.* Ecce tibi quomodo immedicabili morſu inuidia mordet, ſicut *reguli, quibus non eſt incantatio.* Heu quàm de facili, & irremediabili plagâ ſerpit inuidiæ lues, quæ etiam de longinquo aëra toxicat cognato veneno. Hâc contagione duo Senes infecti, Suſannam videntes: Ioakimo marito inuident venuſtæ coniugis pulchritudinem: quo inſano liuore cruentas maledicè moliuntur ſtrages, & totam de Suſannâ tragœdiam. Hic Verſ. 8. &c.

5
Prouerbiorum 14. hanc motum gnomen proponit Salomon: *Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia.* Diſce hîc quàm noxia & peſtifera ſit inuidia, non tantùm aliis, quibus inuidetur, ſed & ipſi inuido. Porrò inimicus tuus, quiſquis ille ſit, quantumuis pernicioſus & infeſtus, alius à te eſt, & ſæpè abſens: inuidus autem cùm ipſe ſibi hoſtiliter inimicus ſit, numquam abeſt ad inimicitiæ inducias, ſemper ad nocendum præſens, malignâ quâdam æmulatione immenſitatis inceſſanter infensâ. Quod his verbis pulchrè Cyprianus ediſſerit, ſic fatus. *Quicumque es inuidus, videris quàm ſis eis quos odiſti inſidioſus, pernicioſus, infeſtus: nullius magis quàm tuæ ſalutis inimicus es. Quiſquis ille eſt quem zelo perſequeris, ſubterfugere & vitare te poterit* (Nota attentiùs quæ ſubdit verba:) *tu te non potes fugere: vbicumque fueris, aduerſarius tuus tecum eſt, hoſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies intùs incluſa eſt, ineluctabili catenarum nexu ligatus & vinctus es, zelo dominante captiuus es.* Intimus ſemper hoſtis inuidia, quæ cùm ſæpè abſens ſit ad nocendum ei, cui inuidet, noxiâ quâdam immenſitatis æmulatione, ſemper ad perniciem præſens eſt, & intima medullitùs *oſſium putrede*.

Prouerb. 14. v. 30.

Inuidia eſt immenſitatis æmula ad nocendum immodo.

S. Cyprian. de Zelo ac Liu.

6
Lucæ 11. muti Dæmonis excantati miraculum, de poteſtate acceptâ à Beelzebub, palàm culpat Phariſæorum inuidiâ; quam ſic Chriſtus redarguit: *Si Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodò ſtabit regnum eius?* Quaſi dicat: Stare nequiret regnum Satanæ, ſi Satanas, id eſt, Dæmon vnus inuidiæ œſtro ſtimulatus contrà alterum hoſtiliter inſurgeret, vt ſuperior inferiorem, vel inferior ſuperiorem ex hominibus expelleret. Hanc Chriſti rationem, ad oſtendendam inuidiæ malitiam, infernalis malitiæ æmulam, ſic elucidat Chryſoſtomus homil. 40. ad Populum: *Inuidi*, inquit, *peiores ſunt feris, Dæmonibus autem pares, & fortè deteriores: nam feræ eſcæ indigentes, vel à nobis irritatæ aduerſùs nos armantur: inuidi verè etiam beneficiis allecti, benemeritos maleficiis proſecuti ſunt. Dæmones quoque licèt contrà nos bellum exerceant implacatum, conſortibus tamen generis ſui non inſidiantur. Vndè Iudæis Chriſtus os occluſit, cùm eum in Belzebub eiicere Dæmonia calumniarentur. Inuidi verè neque naturæ communionem reueriti ſunt, neque ſibi pepercerunt.* Ecce tibi hominum inuidia ſuprà Diabolorum malitiam graſſatur, furit, ac ferocit. Quare concludit: *Omni veniâ caret hoc peccatum. Nam fornicator quidèm concupiſcentiam*

Luc. 11. v. 18. Matth. 12. v. 26.

S. Chryſoſt.

Inuidia hominum ſuperat Diabolorum inuidiâ.

Inuidia eſt malum ſine excuſatione.

prætendere

prætendere poteſt, fur paupertatem, homicida furorem. Tu verò quem dices cauſſam? rogo: nullam penitùs, niſi tantum intenſam nequitiam, hàc in re nequitiâ Dæmonum vberiorem, nullâque excuſatione extenuandam.

7 Act.6. v. 15. Actorum 6. In conſilium Iudæorum trahitur Stephanus, & dum falſata in eum teſtimonia iactantur: *Intuentes in eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli*. Erat Stephanus natiuali ſpecie vultúque ſpecioſiſſimus; ſed ſuprà naturam ei addita fuit pulchritudo, & cæleſtis quidam nitor in vultu. Cauſſam perquirunt Interpretes. Hilar. Arel. Hilarius Arelatenſis homil. de S.Stephano: *Facies*, ait, *Stephani aſſumpſit ſpeciem reſurgentis, aduerſariis ad pœnam peccati, & tormentum inuidiæ*. Hilario adnuit Petrus Damianus Serm. 62. B. Pet. Dam. *Videbant*, inquit, *faciem Stephani tamquam vultum Angeli ſtantis inter illos. Quid eſt Iudæi? lumine vultûs Dei inſignitur glorioſus leuita; vt vibrantis ſplendore Stephanus ſerenatur, reuerberantur oculi veſtri, & tamen inuidia magnitudo viſionis maieſtatem occludit*. *Stephani Angelica facies, Iudaica inuidia tormentũ eſt, & argutâ punitio.* Toto Angelici vultûs ſplendore punitur æmuli Senatûs inuidia, & Stephani gloria, pœnaliſſimum illorum cruciamentum eſt: Angelicus ſplendor qui in Stephani faciem reuerberat maieſtatem, æſtuantem Iudæorum inuidiam vrit.

---

§. LXXXVI.

Vaga hominum inconſtantia, & leuis in propoſito mutabilitas multis vapulat.

1 Caſſiod. lib. 5. Variar. Epiſt. 54. IN quopiam Frontoſo multis modis contumace debitore, humanæ mutabilitatis imaginem Caſſiodorus depingit: Nec in vna, inquit, dicti ſui qualitate contentus, diuerſis imaginibus immutatur. Meritò Chamæleonti beſtiæ conferendus, quæ paruorum ſerpentum formæ conſimilis, aureo tantùm capite, & reliquis membris ſubalbentis praſini colore diſtinguitur. Hæc quoties humanos aſpectus incurrerit, cùm ei fugiendi velocitas denegatur, nimiâ timiditate confuſa, colores ſuos multifariâ qualitate commutat: vt modo veneta, modo blattea, modo poſſit cyanea reperiri. *Hominis multimoda incõſtantia, & mutabilitas denotatur.* Vnde mirum eſt, non in vnâ ſuperficie tot diuerſa conſpicere. Quare, immeritò Pandiæ gemmæ dicimus eſſe conſimilem, in quâ vnus ſe fulgor non poteſt continere: fluctuat aſpectibus tremulis, dum lapis teneatur immobilis. Nam quod modo videris, mox aliud ibi, ſi ampliùs intuearis, aduertis: ſic mutatum credis, quod neminem eripuiſſe cognoſcis. His permutationibus æſtimatis mens Frontoſi (hominis vniuerſatim) ſimillima reperitur. Quæ dicti ſui non habet fidem: quæ tot varietates continet, quot verba protulerit. Protei fabulis iure ſociandus, qui ſubitò comprehenſus, ſubſtantiæ ſuæ formam omnimodis non habebat. Nam vt celaret hominem, aut Leo frendebat, aut ſibilabat anguis, aut in vndas liquidas ſoluebatur. Hactenùs ille inconſtantiam depingit hominis, qui dum viuit, in hoc ſolo conſtans eſt, vt mutuas viciſſitudines inceſſanter alternando, numquam ſit ipſe, ſemper alius, etſi numquam magis ipſe, quàm cum ipſe alius.

Iacobus Apoſtolus in ſuâ Epiſt. Canon. 2
cap.1. his verbis vendicat immutabilitatem, Iacobi c.1. 17.
& indè immortalitatem Dei: *Apud quem*, inquit, *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Græcus. In Græcis codicibus eſt *alternatio*, id eſt, per vices commutatio, variatio, viciſſitudo, differentia, diuerſitas, aberratio, Cornelius. præteritio, commutatio: vti ſerratores lignorum alternant, mutántque vices, dum nunc ſerram eleuant, nunc deprimunt. Vnde Hilarius lib. 4. de Trinit. vertit: S Hilarius. S.Hieron. *Apud quem non eſt demutatio*. lib. 1. contrà Iouin. *Apud quem non eſt differentia*. Grande Dei elogium immutabilitas eſt, quâ à morte, imò & à frequentibus mutationum mortibus vindicatur: his enim obnoxia eſt humana tenuitas, mutationum mortibus mortalior. S.Gregorius lib. 12. Moral. cap. 17. hunc Iacobi locũ ſic elucidat: S.Gregor. *Quid*, inquit, *mutabilitas, niſi mors quædam eſt? quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quaſi occidit, quod fuerat, vt incipiat eſſe, quod non erat. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: ipſa enim mutabilitas vmbra eſt, quæ quaſi obſcuraret lucem, ſi hanc per aliquas viciſſitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen vmbra viciſſitudinis intercidit*. *Mutabilitas peremptrix eſt, dum occidit quod erat, vt quod non erat, eſſe incipiat.* Quare gemit ſponſa *donec aſpiret dies* æternitatis; *vt inclinentur vmbræ* mutabilitatis & mortalitatis. Heu tot ab humanâ mutabilitate mortes, tot conſiliorum ſtrages, tot votorum cadauera! Nouum propoſitum occidit antiquum, & recens opus perimit vetuſtum, & ſuccedaneâ crebrò operatione frequenter tumulat; nec homo plangit multimodas ſuæ prolis exequias, quas frequens mutatio funeſtè celebrat. O funeſtam pompam tragicè frequentem! ô mortalis mutatio, quæ dum *rem quamlibet in aliud mutat, quaſi occidit, quod fuerat, vt incipiat eſſe, quod non erat*. Magno Gregorio eleganter adnuit Bernardus Serm. 81. in Cantica, Cant.4.v.6 vbi ſic perſtrictim elucidat illud Malachiæ 3. *Ego Dominus, & non mutor. Vera námque & integra immortalitas tam non recipit mutationem, quàm nec finem, quòd omnis mutatio, quædam mortis imitatio ſit: omne enim quod mutatur, dum de vno tranſit ad aliud eſſe, quodammodò neceſſe eſt moriatur quod eſt, vbi eſſe incipiat quod non eſt*. Malach. 3.v 6. S. Bernard. *Mutatio, quædam mortis imitatio eſt curt* O mutabilitas, tot interituum tragica officina! Proh tot vota, conſilia, opera in ipſis infantiæ cunabulis ènecta obuiis mutabilitatis ſtragibus! *Omnis mutatio, quædam mortis imitatio eſt*. Saltem agnoſcat conſtantia, humanæ inconſtantiæ inhumanam atrociter ſæuitiam de lenitatis ingenio.

Siracides Eccleſiaſtici 11. Sic nos ſalubriter 3 Eccli.11 v. 31.

ter admonet : *Sta in teſtamento tuo , & in illo (cum illo) colloquere , & in opere man-*
Arabicus.
datorum tuorum veteraſce. Arabicus interpres : *Fili mi ſta ſupra viam tuam , & perſeuera in eâ , & inhære illi dum viues.* Quaſi
Bonum propoſitum ac exercitium, ſit velut teſtamentum.
dicat: Perſiſte in ſtato & propoſito , quod amplexus es , ne inconſtantiæ vitio hominibus agnato , votis fluctues , & à bonâ viâ malè exerres. Ritè dum exigit conſtantiam propoſiti , illud *teſtamentum* appellat , tamquam legitimum & irreuocabile pactum morte ſanctum. Nempè , *perſeuera in bono propoſito* , ne cognata malitiæ inconſtantia illud eneruet ac diſſipet. Pulchrè Seneca Epiſt 47. *Boni mores placent ſibi & permanent : leuis eſt malitia , ſæpè mutatur , non in melius , ſed in aliud.* Imò
Seneca.
& conſtantiæ tædio , & inconſtantiæ ſtudio , melius putat , quod aliud eſt , etſi
S. Ambroſ de Noe & arca cap 12. *Humana leuitas eſt verſicolor, & confuſa, atque velut dimidia paris.*
deterius ſit : *Iuſtitia* , ait Ambroſius , *ſingulare eſt bonum , per ſeipſam ſuo tantum ſpectatur pretio. Iniquitas verò velut dimidua paris : nunc odio inflexa , nunc quæſtu ea quæ ſunt diuidenda confundit. Stultus enim verſicolor , aut humorum varietate deformis , animam ſuam in leproſi corporis ſpeciem turpi contagione commaculat , ſalubres cogitationes noxiis ſæpè permiſcens.* Hanc animi confuſionem , ſeu votorum mixturam , humanæ
Iacobi 1. v. 8.
nequitet inconſtantiæ Iacobus tribuit : *Vir duplex animo* , inquit , *inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.* Pro τὸ *inconſtans* , Græcè eſt
Græcus.
ἀκατάστατος , id eſt, *confuſus, incompoſitus, inſtabilis, turbatus, infirmus.* Vnde ἀκαταστασία eſt *ſeditio, inconſtantia, tumultus, confuſio, turbatus rerum ordo.* Vide non bona leuis propoſiti elogia Ergò *Sta in teſtamento tuo* : & ſic in bono firma propoſitum , quaſi ritè *teſtamentum* condideris.

4 Apocalyſis 11. ait Ioannes : Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ , & dictum eſt mihi : Surge , & metire templum Dei , &
Apoc. 11. v. 2.
altare , & adorantes in eo. *Atrium autem, quod eſt foris templum , eiice foràs , & ne metiaris illud : quoniam datum eſt gentibus.* Non leue Commentatoribus faceſſit negotium, quomodò atrium , *quod eſt foris templum, eiici foràs* præcipiatur. Opinor, *atrium* non cenſetur in earum rerum numero , quæ foràs eiici poſſint. Imò , cùm atrium hoc *foris templum* eſſe dicatur , quo pacto foràs eiici poterit ? Idcircò Vatablus pro τὸ
Vatablus. Vrecus. Cornelius.
foris , è Græcis codicibus legit *intùs*, quam ſcriptionem ibibi Cornelius non reprobat , ſed ad rem præſentem opportunè componit. *Vtrumque* , ait , *eſt verum. Erat enim hoc atrium Iudæorum foris reſpectu atrij*
Laicorum atrium, & eiici foràs , & interdum metiri iubetur, quorum ſymbol.
ſacerdotum : idem erat intùs , reſpectu atrij Gentium. Erat enim in templo populi fidelis, adeóq; ipſum erat templum laicorum fidelium. Profectò laicorum atrium , quod modo communicat atrio ſacerdotali , & modo atrio Gentilium communicat , modò in neutrum ſeſe infert ; atrium, inquam, quod *intùs* ſancto ſacerdotum atrio appropinquat , & viciſſim *foris* Gentilium atrio idololatrè vicinatur, atque aliquandò neutri , in laico ſuo ſtatu duntaxat ad modicum perſeuerat , ad interiorem atque exteriorem partem de facili peruium , mobile, flexile , non atrij ſacerdotalis , nec etiam laici , ſed atrij Gentilium cenſu æſtimari iubetur. *Atrium quod eſt foris templum* (quia ſæpè eſt foris) *eiice foràs, & ne metiaris illud : quia datum eſt Gentibus.* Indignum quippè eſt , quod inter fideles tanquam fidelis menſuretur , quo nunc in laicorum ſtatu eſt , modò ſacerdotali ſanctitati moribus appropinquat , & viciſſim Gentibus , id eſt , ſe infidelibus ac peccatoribus immiſcet. Vide hos egregios Se-
Hie verſ. 8. &c.
nes , iam libidine iuuenes , iam ſimulatâ ſanctitate presbyteros , iam iudicio ſenetos, iam aſpectu molles , iam damnantes, iam damnatos , iam vibrantes cenſuram , iam acriori ſententiâ fulminatos. Heu toties alios, numquam ipſos!

P. Didac. Celada in Suſannam.

5 Pſalmo 38. ſic regius Propheta pangit:
Pſal. 38. v. 7.
Verumtamen in imagine pertranſit homo. Quid eſt hominem ambulare aut pertranſire in imagine ? Interpretum proceres putant , hanc imaginem eſſe ſanctitatis vel peccati cæleſtis hominis vel terreſtris, veritatis vel falſitatis , Dei vel beſtiæ , atque etiam Diaboli. Citat hîc S. Thomas
S Thomas. S. Hieron.
verſionem Hieronymi , quæ nunc non extat , nempè , *Quantùm ad imaginem pertranſit homo.* Scilicet licèt homo vſque ad vitæ finem perduret ac perſeueret ; nam morte tantùm finitur , & iam pertranſiit: tamen homo dum viuit etiam in imagine pertranſit , tranſit enim identidèm ab imagine iuſti aut peccatoris , cæleſtis hominis aut terreni , veridici aut falſari , ab
Homo ſic eſt varius , vt in theatralibus ſcenis hiſtrio.
imagine Dei , aut beſtiæ, quin & Diaboli. Sic eſt verſipellis , varius , ac multiplex! Quare etſi homo è vitâ non tranſierit hæ variæ rerum *imagines* , in illo inceſſanter ſpectantur , & continuò tranſeunt , leuitatis & inconſtantiæ ingenio. Quâ ſuper
S. Hieron.
te audiendus eſt Hieronymus Epiſt. 18. ad Marcellam , ſic fatus : *Cùm ad imaginem & ſimilitudinem Dei conditi ſimus , ex vitio noſtro perſonas nobis plurimas ſuperinducimus. Et quomodo in theatralibus ſcenis vnus atque idem hiſtrio nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur , nunc tremulus in Cybelem : ita & nos tot habemus perſonarum ſimilitudines , quot peccata.* Eloquenter quidèm Hieronymus Neque ab hoc ſenſu aliena eſt ſcriptio Paraphraſti
Chaldæus.
Chaldæi , quam plures ſequuntur : *Tantùm in imagine Dei pertranſit homo.* Homo enim ſic eſt crebris mutationibus varius, vt è peruerſo indè incomprehenſibilis dicatur. Quocircà homo in hoc incomprehenſibilitatis elogio , ad Dei etiam imaginem formatus dicitur à S. Zenone , Serm.
S. Zeno.
2. de Geneſi , quem alias expendebamus.

6
Eccli. 27. v. 12.
Non hic omittã verba S. Cæſarij Dialogo 1. ſub finem, vbi eleganter oſtendit Lunam eſſe imaginem hominis , qui nunc creſcit, nunc decreſcit, nũc viuit, nũc moritur, nũc reſurgit ; *Luna, ait, eſt euidens imago noſtræ*
S. Cæſar.
naturæ naſcens , creſcens , plena , decreſcens,

imminuta, occidens, non tamen prorſus intercidens. Conſimiliter & nos naſcimur, creſcimus ad plenitudinem, euadimus in ſenectutem: ita deindè deficimus vigore faciei, decreſcimus elegantiâ coloris in vultu, ruborì pallorem inducentes. Imminuimur corporis robore, incipientes incedere curui, & inniti baculo, ad terram inclinati, & ipſo habitu ipſam obteſtantes: Ecce adſum. Morimur, & in ipſam deſinimus corpore, non tamen intercidentes ſpiritu, ſed paullò pòſt depoſito carnis pallio, rurſus animâ veſtimur. Multa inibi in hanc ſententiam Cæſarius eleganter ſubtexit.

Homo Lunæ imago eſt, ob mutationum varietates.

---

§. LXXXVII.

Mortificatio eſt ſui ipſius abiuratio, vitiorum obliuio, ex funere vita, negotium corona, & animæ redemptio, & crucifixio.

5 S. Hieron. ep. 1. Ad Heliod.

PAthetìcè, ſed verè S. Hieronymus ad perfectam mortificationem Heliodorum his verbis adhortatur, *Paupertatem*, inquit, *times? ſed beatos Chriſtus pauperes appellat. Labore terreris? at nemo athleta ſine ſudore coronatur. De cibo cogitas? ſed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiuniis membra collidere? ſed Dominus tecum iacet. Squalidi corporis horres incultа cæſaries? ſed caput tuum Chriſtus eſt. Infinita eremi vaſtitas te terret? ſed tu paradiſum mente deambula.* Sanè gula, libido, ambitio, & omnemundialium voluptatum lenocinium, porrigit pomum, & ſurripit paradiſum. Breue eſt quod delectat, æternum quod cruciat. Quid horres modicam honoris, lucri, aut voluptatis iacturam, vt æternam gehennam paruo redimas? vt æternùm beatis cæli deliciis perfruaris? Homo nimis apud Deum pretioſus, tantùm ſibi vilis eſt. Mundialis pompæ ac voluptatis ſtipendium, mors eſt æternùm victura.

Adhortatio ad mundi contemptum, & virtutis ſtudium.

a Matth. 16. v. 24.

Matthæi 16. Euangelicæ perfectionis & mortificationis diſciplinam paucis tradis Chriſtus Deus: *Si quis*, inquit, *vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quid eſt, *Abneget ſemetipſum*? Nempè abdicet à ſe ſuum iudicium, affectum humanum, atque cognatum voluptatis & gloriæ ſtudium: hoc enim in homine viuit, quod homini chariſſimum eſt, vt illud cenſeatur eſſe ipſe homo. Homo eſt enim id quod in homine viget ac viuit. Scitè Victor Antiochenus: *Non dixit ille, ne nimiùm ſibi indulgeat; aut ne nimiùm carni ſuæ parcat: ſed vehementiùs inſurgens, abneget, vel abiuret ſemetipſum, hoc eſt, nihil cum ſeipſo vel ſuâ carne commercij habeat; verùm ita ſe gerat, ac ſi non ipſe, ſed alius quiſpiam crucem tolleret.* Benè obſeruat Cornelius vim nominis *abiurare*, quo exponitur *abnegandi* energia: ſicut enim in Baptiſmo abrenunciamus Satanæ, & quaſi eum abiuramus; ſic *abnegare* planè, & quaſi *abiurare* debemus nos metipſos, id eſt, noſtras cupiditates: hæ enim magis nobis noſtræque ſaluti ſunt hoſtes, quàm ſint ipſi Dæmones: Dæmonem enim per ſe horremus, ſed cupiditates blanditie ſuâ nos decipiunt, nóſque iis quaſi noſtris amicis gratulamus & adulamur. Maius enim periculum eſt ab inſidiatore ſubdolè occulto, quàm aperto. Viuaciùs, opinor, rem expreſſit Baſilius: *Abnegatio ſui nihil eſt aliud, niſi ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris* (nempè in vitiis exactæ) *obliuio, atque à ſuis ipſius voluptatibus receſſio.* Scilicet quaſi parum foret, proprias voluntates & cupiditates abnegare & *abiurare*, addit Baſilius illarum *obliuionem* eſſe mortificationis pretium, & Euangelicæ perfectionis ſummam. Quaſi enim iam diu mortuæ ac tumulatæ forent, nec ſui memoriam ciere debent, ſed mutâ ac ſurdâ *obliuione* altiùs ſepeliri. Felix hæc vitiorum ac cupiditatum *obliuio*, mortificationis eſt merces, paradiſi æmulatio, & beatæ gloriæ præludium.

Perfecta mortificatio eſt ſui abiuratio.

Victor Antioch. in Marc. c. 8.

Cornel. ibi.

Vitiorũ obliuio eſt mortificationis ſtipendium.

S. Baſilius in Regul. fuſiùs expl. ad interr. 6.

Pergit Chriſtus Deus apud eumdem inibi Matthæum, & his verbis rationem reddit: *Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* Nempe qui in hâc vitâ fugiens abnegationem ſui, vult ſaluare animam ſuam, id eſt, animæ ſuæ cognata deſideria, & ſuis concupiſcentiis abundè ſatisfacere; hic in futurâ vitâ perdet animam ſuam in gehennâ. Qui autem perdiderit animam ſuam in hâc vitâ propter Chriſtum, eius amore abnegando ſuas concupiſcentias, hic in futurâ vitâ animam, quam perdidit mortificando, ſaluam inueniet in æternâ cæli gloriâ. Ac ſi agricolæ dicatur, ait S. Gregorius: *Frumentum ſi ſeruas, perdis: ſi ſeminas, renouas. Quis enim neſciat, quòd frumentum dum in ſemine mittitur, perit ab oculis, in terrâ deficit? ſed vndè putreſcit in puluere, indè vireſcit in renouatione.* Putre granum dum emoritur, & in pulueris ſepulcro tumulatur, tunc, tunc quidèm è peruerſo rediuiuum vireſcit, vernat, floret, fructificat, & nouo naturæ miraculo fit vnum plura: & vnde putredinem & mortem aſciſcit, inde vitam multipliciter fœneratur. De putredine ſapit, de interitu renouatur, multiplicatur de interitu; & vitam, quam putre perdidit, in putredine tumuli feliciter multiplicatam inuenit. Granum *vndè putreſcit in puluere, indè vireſcit in renouatione: qui enim perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam*, ait Chriſtus Deus, quaſi vita hominis voluptatibus perdita, mortificationis morte feliciter inueniatur.

3 Matth. 16. v. 25.

Vnde granum putreſcit in puluere, indè ad multiplicē vitã vireſcit.

S. Gregorius homil. 32.

Prætereà addit: *Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ* (id eſt, ſuipſius, vt explicat Lucas) *detrimentum patiatur?* Græcè pro τὸ *detrimentum*

4 Matth. 16. v. 26. Luc. 9. v. 25.

Græcus.

detrimentum patiatur, habetur, *iacturam faciat*. Quaſi dicat: Quid te iuuabit acquiſiſſe omnes opes, honores, voluptates, ac delicias totius mundi, ſi propter hoc te ipſum perdas; & animâ tuâ, quam vnicam & intimam habes, mulcteris ad æterna gehennæ tormenta. Si te ipſum perdis, & animæ tuæ iacturam facis, quorſùm tibi opes, honores, voluptates, & quicquid largiùs ſpondet tota mundi vanagloria? Profundo ſtilo dixit Tertullianus: *Non emo capiti coronam*. Alij correctiùs & viuaciùs: *Non emo capite coronam*. Inidoneum enim coronæ pretium eſt caput: nam ſi capite, quod pro coronâ dediſti, careas, vacat in te vſus coronæ, quæ capitis dumtaxat ornamentum eſt. *Ergò quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſua (ſuipſius) iacturam faciat*. Porrò, ſi perit homo, quis erit mundialis pompæ ac voluptatis vſus? ſed de hoc Tertulliani loco aliorsùm expenſo, aliàs agebamus. Sat nunc perſtrinxiſſe

Quatur voluptas ſ. homine, ſicut corona ſine capite.

Tertull. aliis enucleatus.

5 Tandem inibi concludit: *Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ?* id eſt, compenſationem, pretium, *permutationem*, ſic habet Syrus. Quaſi dicat: Anima tua omne pretium, omnem compenſationem ſuperat; empta enim & redempta eſt pretioſo ſanguine Chriſti Dei: quare pro vnius hominis animâ vniuerſus mundus ſufficiens pretium non eſt, ait Euthymius. Verùm Theophylactus ſic locum extribit, & extriptione elucidat: *Quid prodeſt homini*, inquit, *ſi totum mundum lucratus fuerit, anima verò ſua iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam ſuam?* Nempè poſt mortem, factâ iam animæ iacturâ, illam *redimere* non eualet; eualuiſſet autem ante corporalem mortem, animam peccato mortuam *redimere* per mortificationem perfectam, ad quam tunc Chriſtus intentiùs adhortabatur: quaſi mortificatio ſit altera animæ *redemptio*: qui eſt ſumptuoſior illius titulus. Nimirùm anima pretioſo Chriſti Dei ſanguine ſemel redempta eſt, vndè opulentum æſtimationis cenſum fœnerauit: mors enim Chriſti, animarum redemptio eſt. At eget etiam continuâ ſtrenuè mortificatione, quæ ſit velut altera animæ ſuæ redemptio, & anteactæ vitæ pretium. Chriſti redemptio copioſa fuit, ſed peccatori extrinſeca, & quæ debet in hanc mortificationis redemptionem exundare. Tollat ergò homo crucem ſuam per mortificationem, *cuius permutatione redimat animam ſuam*.

Matth. 16. v. 26.
Syrus.
Euthym. in Mat. 48.
Theophylact. hic.
Christiana perfecta mortificatio, anima redemptio dicitur.

6 Gentium Doctor ad Romanos 6. ita ſcribit: *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul* (cum Chriſto) *crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*. Ecquis eſt in nobis hic homo vetus, & quomodò, & quam ob cauſſam ſimul cum Chriſto crucifigendus eſt? Audiendus eſt ſubtilis in re myſtica doctor Balduinus inibi apud Tilmani allegorias: *Homo*, inquit, *terrenus vetus homo eſt: capit enim à diebus antiquis, à diebus præuaricationis Adæ. Huius imaginem portant, qui terrena ſapiunt, qui ſolum cogitant quæ ſunt mundi, qui nimis amant terrenam ſubſtantiam, & terrenam gloriam, quorum conuerſatio in terrâ eſt, non in cælis* (de quibus erant hi Senes, de eis enim hîc ſcribitur: *Et declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum*) Pergit præfatus Doctor exponens veteris hominis reatum, ob quem mortificationis clauis ſimul cum Chriſto crucifigendus ſit, vt deſtruatur corpus peccati, & fiat altera de mortificatione redemptio. Siquia ergò, inquit, *Chriſti eſt, armet ſe zelo vindictæ contra perſecutorem Chriſti. Clamemus ad alterutrum pro Chriſto contrà inimicum Chriſti ſed quam accuſationem afferemus aduersùs hominem hunc: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperat in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſuâ. Tolle, tolle, crucifige eum: ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Sic fecit, ſic fiat ei. Crucifixit, crucifigatur. Dignus eſt cruce, & reus eſt mortis*. Hanc crucis, ſeu perpetuæ mortificationis ſententiam ſubit vetus homo noſter, vt hâc cruce peccatum expiet, & veteris hominis perfecta inceſſanter mortificatio, fiat altera eiuſdem *redemptio*, & ſic deſtruatur corpus peccati, qui eſt mortificationis ſcopus, quem hic Paullus ferire intendit.

Ad Rom. 6 v. 6.
Balduinus.
Hic. vers. 9.
Vetus homo noſter quem ob reatū crucifigendus ſit cum Chriſto?

7 2. Ad Corinthios 4. ita Apoſtolus ſcribit: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris*. Mortificatio, inquam, & externa, & ab alio acerbius illata; & interna, quâ paſſiones cohibemus, concupiſcentiæ ſubſultus refrenamus, voluptatibus vale dicimus, & noſtris appetitionibus ſtrenuè renunciamus. Itaque mortificatio Ieſu eſt paſſio mortis, ſimilis paſſioni Ieſu-Chriſti, quæ via eſt, & inchoatio mortis, adeóque longa & viua mors, ſiue mori in fieri, non in facto eſſe. Hanc ergò mortem ſeu paſſionem Chriſti Domini, nos eius ſerui per continuam mortificationem in corpore noſtro quaſi repræſentatione quâdam geſtemus & circumferamus, vti ſerui geſtant inſigne ſeu ſtigma Domini ſui. Sic etiam *vita* Ieſu, ad quam glorioſè reſurrexit, & quam in cælo nobis futuram ſperamus, in corporibus noſtris manifeſtabitur. Itaque homo per mortificationem, & mortis adinſtar geſtat, & geſtat glorioſæ vitæ uotamentum. Hùc proculdubiò adludit Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, cùm de homine per mortificationem continente, ait, quòd *eſt in confinio naturæ mortalis & immortalis*. Mortalis quidèm, quia viuit adhuc, etſi per mortificationem acerbè maceratus. Immortalis verò, quia futuram reſurrectionem, & beatam in cœlo immortalitatem, vitæ incorruptione perfectiùs æmulatur,

2. Cor. 4. v. 10.
Cornelius.
Mortificatus eſt in confinio naturæ mortalis & immortalis quare?
Clem. Alex.

§. LXXXVIII.

Homo per mortificationem ſeipſum deſueſcens, ipſe alius fit.

S. Ambroſ. Serm. 27.

1 HOmo in mortificationis officinâ ſeipſum dediſcit, & velut alium aſſumit: ipſe quidem eſt, ſed alins ipſe. Cadaueraſcit ſceleroſa vitiorum vetuſtas, & virtutum nouitas denuò viueſcit: homo vetus in nouum hominem propagatur; alter à ſe eſt, & diſſimiliter idem ambo. *Occidimur quodammodò*, ait Ambroſiùs, *cùm deſinimus eſſe, quod fuimus: nouo enim pietatis genere in vno eodémque homine impius & adulter occiditur, vt miſericors renaſcatur & caſtus. Interimitur idololatra, vt religio propagetur. Fornicator & ebrioſus extinguitur, vt continens & ſobrius procreetur. Sic ergò mortificat Dominus, vt viuificare faciat: Sic occidit, vt proſit; ſic verberat, vt emendet. Hæc eſt igitur circà homines ſuos tota eius ſeueritas, vt in his peccata puniantur, anima conſeruetur: auferantur deteſtanda vitia, virtutes optima nutriantur.* Ecce tibi homo mortificationis artificio, ipſe alius; ſed num quam magis ipſe, quàm qnandò à ſe peccatore alius. Cùm enim homo rationabilis ſit, numquam magis homo eſt, quàm cùm vitis irrationalia per mortificationem deſueſcens, rationi, ſibi, ac Deo totus viuit; & vitiis tumulatus, virtuti reſurgit. Erántne plenè homines (quod attinet ad rem ethicam,) qui ſicut mutæ animantes ventri ac libidini nati, ad terram toti, *euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum?*

Homo per mortificationem deſerit ſeipſum, & ipſe alius fit.

Hic verſ. 9.

Luc. 12. v. 35.

2 Lucæ 12. ſic diſcipulos ſuos Chriſtus monet & erudit: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Lumbi cùm ſint enerues, exoſſes, & toti carnei & infirmi, atque ad vitia facilè fluxi, cingulo mortificationis ſtringuntur, vt ſtricti ſint firmi ac robuſti ad virtutis palæſtram. *Lumbos noſtros* (ait Chryſologus) *aſtringi iubet baltheo caſtitatis, & totum carnis noſtræ pendulum, fluidum, reſolutum conſtringi mandat continuâ zonâ virtutis.* Ceterùm expenſione digniſſimum eſt, quòd cùm Chriſtus Deus his verbis homines alloquatur, quibus *lumbos* mortificatione præcingere, & bonorum operum luce *manus* ornare iubet; poſt arctam lumborum præcinctionem, quâ perfecta mortificatio deſcribitur, non tam homines, quàm *ſimiles hominibus* nominat. An homo lumborum mortificatione prælùſtris, ac ſi homo eſſe deſierit, non iam homo, ſed hnmini ſimilis euadit? Opinor, deſiit eſſe homo terreſtris, & in ſpiritualem ac cæleſtem, in mortificationis officina recuditur. Appoſitè inibi Cornelius: *Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Et vos ſimiles hominibus, ſignificat vitam præſentem, & omnia quæ in mundo ſunt debere ſpernere & calcare, ac vitam agere cæleſtem & diuinam, vt mente & corde in cælo ſint fixi, iuxtà illud: Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* O bellè! ſcilicet qui mortificatione lumbos præcingendi, homines pleno ore nominantur, poſt perfectam lumborum præcinctionem, iam non tam homines, quàm *hominibus ſimiles* nuncupantur: quaſi homo mortificatus antiqnum hominem deſueſcens, arcanâ per mortificationem metamorphoſi, *vitam cæleſtem & diuinam* mirifimè auſpicetur, & eſſe alter ipſe homo feliciter incipiat. Adeò vt iam poſſit cum Apoſtolo dicere: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Quaſi iam nouus homo præcoquus cæli inquilinus, coloniam in cælum duxerit.

S. Chryſol. Serm. 24.

Homo mortificationis beneficio, homini potiùs ſimilis perhibetur.

Cornelius.

Ad Philipp. 3. v. 20.

3 Paullus cap. 6 Epheſios ſic monet: Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. *State ergò ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* Profectò cùm cingulum vel baltheus roboret fluxam renum molliriem, & lubricam lumborum appetentiam; hinc ſymbolum eſt militaris conſtantiæ: eâque de cauſsâ zona eſt veſtis militis gladiati: & milites baltheo laminis conſerto lumbos quaſi mediam, molliſſimam, & fundamentalem corporis partem tuentur, continent, muniunt, & roborant. Cùm ergò mortificatio concupiſcentiis pugnacitèr reluctetur, militari baltheo obarmanda eſt. Verùm argutè ſic addubitat Nazianzenus Orat. 42. *Quæro*, inquit, *quid lumbis cum veritate commune ſit, & quæ Paulli mens fuerit cùm diceret: State igitur ſuccincti lumbos veſtros in veritate? Num fortè quod ſpeculatio concupiſcentiam coerceat, nec alorsùm ferri ſinat?* Et Gregorius Magnus lib. 34. Moral. cap. 35. Lumbos, inquit, ſuccingit, *qui cunctos mutabilium cogitationum motus, per ſolius amoris vincula reſtringit.* Ecce tibi veritatem lumbos per mortificatioorm conſtringentinm, nempe ſic *concupiſcentiam coercere*, imò & *cunctos mutabilium cogitationum motus* in officio virtutis continere, vt hominem terrennm ac carnalem deſueſcens, in hominem ſpiritualem ac cæleſtem ita refingat, vt lumbornm præcinctione in veritare illum repræſentet. Adeò vt ſic euadat ſpiritualis ac cæleſtis homo, vt *mutabilitatem cogitationum motu*, & *concupiſcentia* ſubſoltibus quodammodò immunis, non tam homo, quàm homini ſimilis, in veritate dici poſſit, mortificationis beneficio.

Ad Epheſ. 6. v. 14.

S. Nazianz.

Homo mortificatus, concupiſcentiæ velut exemptus eſt.

S. Gregor.

4 Pſalmo 118. in perfectæ mortificationis officinâ, ſic in alium Propheta refingitur, vt hominem quodammodò diffiteatur, aiens: *Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tuâ viuifica me.* Vocula *ecce* vim eximiam habet hoc loco, quaſi rem valdè nouam, & ipſi Deo probè notam denotet: atque ergà legem Dei, affectûs ſui vehementiam demonſtret. Non enim deſiderij, ſed *concupiſcentiæ* nomine, ſuum aduersùs

Pſal. 118. v. 40.

uerſùs diuina ac cæleſtia affectum exponit: quaſi ipſa concupiſcentia terrenis affectibus defæcata, ad ſpiritualia appetentiùs hiet. Bellè Naxianzenus Orat. 40.
S. Nazianz. Lucæ 12. v. 35. ita ad rem ſcribit: *Quid lumbi*, inquit, *quid renes? Sint lumbi veſtri præcincti, ac per continentiam reſtricti ..... Renes autem laudabilem immutationem ſentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transferentes, vt dicere queamus: Domine ante te omne deſiderium meum, &c. Diem hominis non concupiui. Viros enim ſpiritualium deſideriorum nos eſſe conuenit. Nam ita demum draconem illum, cuius vires maxima in vmbilico & lumbis ſita ſunt, oppreſſerimus, extinctâ videlicet eneruâtâque ea potentiâ, quam in his partibus obtinet.* Mortificatio totam cupiditatem in Deum transfert. Nempè aſſiduæ mortificationis ſedulâ operâ ſic lumborum concupiſcentia *opprimitur*, *eneruitur*, & propè *extinguitur*, vt *laudabilem mutationem ſentiens*, *vis tota cupiditatis in Deum transferatur*. Quâ de re aliàs aliorsùm.

5 Exhodi 3. apparuit Moyſi Dominus in flammâ ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur; ſed potiùs quòd arbuſculam placidè allambens, virorem flammis nutriret. Quò viſionem propius videat, audacter & irreuerenter feſtinat Propheta, cùm Dei vocem audit dicentem ſibi de medio rubi:
Exod. 3. v. 5. *Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Sagaciùs peruestigat ibi Theodoretus quæſt 7. *Quare iuſſus eſt Moyſes calceamenta ſoluere?* Et primò reſpondet, myſticè opinor: *Dicunt nonnulli, vt ſollicitudines ſeculares abiiceret, huic mortali vitæ adhærentes: nam pelles vndè conficiuntur calceamenta, mortua ſunt.*
Theodoret. S. Ambroſ. Mortificatio mortalitatem deiicit, candidata immortalitatis. Theodoreto accinit Ambroſius lib 7. Commentar. in Lucæ cap. 10. vaſtæ eremi terra illa, & lapide multo impedita, & extantibus ſpinis horrida iacebat. Nudipes ergò Moyſes, abiectis calceis per illam incedere iubetur, cruento certè veſtigio: Totus ergò locus ſpinoſitatem offert. Deus in medio ſpinoſi rubi eſt, terræ ſenticoſæ inſiſtere Propheta iubetur, quò mortificationis aſſiduæ pungentes iugiter ſpinæ denotantur. Ergò Moyſes abiicit quicquid *mortalis vitæ adhæret: nam pelles vnde conficiuntur calceamenta, mortua ſunt.* Scilicet Moyſes per mortificationem cruentè ſpinoſam, cæleſtis ac immortalis vitæ candidatus, & cæli quodammodò præmaturè inquilinus, quicquid mortalitatem ſubolet, quantocyùs exuat; & vbi mortificationis ſpinoſitatem ſubit, immortalitatis æmulus inuenitur, ſymbolo mortalitatis cælitùs repudiato. Igitur abiecto in pellitis calceis mortalitatis hyerogliphico, immortalitatis auſpicium feliciter aſſumit.

6
1. Cor. 9. v. 27. 1. Corinthiorum 9. ſic de ſe ad eos Paullus ſcribit: Ego igitur ſic pugno, non quaſi aërem verberans. *Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, &c.* τὸ *caſtigo*, idem eſt ac ſubigo, coërceo, contundo. Porrò caſtigatio hæc corporis fit per ieiunia, cilicinas ſpinoſitates, humiliationes, plagas, aliaſque carnis macerationes; vt caro non concupiſcentiæ, ſed rationi ac virtuti obtemperet. Ergò carnem caſtigat Paullus, & hoc ipſo ſimul Dæmonem antagoniſtam ſuum, cum carnali concupiſcentiâ confœderatum, & in luſtro carnis delitescentem, per eamque nos oppugnantem, flagellat, verberat, macerat, atque ſubigit, quò de ſubiectâ carnis ſuæ concupiſcentiâ, & pertinaci Dæmonum hoſtilitate, homo mortificatus virtutum principatum obtineat, & carnis ſuæ, paſſionalium appetitionum, & brutæ concupiſcentiæ dominium. Quod eſt præluſtre mortificationis elogium, quod Paullus celebrat, aiens: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Quod S Auguſtinus in illud Pſalmi 2. *Et nunc Reges intelligite*, ſic dilucidè exponit: *Nunc intelligite iam Reges, id eſt, iam valentes regere quicquid in vobis ſeruile atque beſtiale eſt: & iam valentes pugnare, non quaſi aerem cædentes, ſed caſtigantes corpora veſtra, & ſeruituti ſubigentes.* Scilicet, qui corpus ſuum per mortificationem caſtigat, illùdque in ſeruitutem redigit, dum quicquid *in ſe ſeruile ac beſtiale eſt* ſubigere, & regere eualet, è ſeruo ſuæ carnis & concupiſcentiæ, Diabolorum hoſtilitatibus imburæ, Rex ſui eſt, & ſui auguſtum principatum obtinet, quæ eſt præclara mortificationis laus. *Qui ſeruilem ac beſtialem concupiſcentiam per mortificationem ſubigit, Rex dicitur.* Pſal. 2. v. 10. S. Auguſt.

---

§. LXXXIX.

Beata cæli gloria, carnem defæcat, circuitu beat vltrà intelligentiam & vota; eius concupiſcentia terram reformat in cælum.

Eloquenter Petr. Dam. Erigatur, inquit, ſpiritus ad ea quæ promittuntur in Patriâ, vt exiliens paruipendat quicquid aſperitatis horret in viâ. Perpende igitur quantæ dignitatis ſit adeſſe ſemper obtutibus conditoris, contemplari præſentiſſimæ ſpeciem veritatis: facie ad faciem Deum cernere, choris Angelicis intereſſe: vbi ſic præſentibus quique gaudiis ſunt repleti, vt de futurâ numquam ſint aduerſitate ſolliciti. vbi dum quieta mens incircumſcripti luminis amœnitate perfruitur, de ſuorum quoque conciuium præmiis inenarrabiliter gratuletur. Illic vitæ fontem & ſitientes hauriunt, & haurientes ſitiunt; quia ibi non poteſt, vel auiditas paſſionem gignere, vel ſatietas faſtidire. Ex eo planè, quòd Auctori vitæ ſemper aſſiſtunt, omnem vim beatitudinis trahunt. Hinc floridæ iuuentutis æterna viriditas, hinc venuſtas eſt pulchritudinis, & indeficiens vigor incolumitatis. Ex illo itaque æternitatis fonte percipiunt, vt æternaliter viuant, ineffabiliter gaudeant. Hactenùs ille.
1 B. Pet. Dam. Opuſc. 50. cap. 15. — *Cæleſtis gloria deſcriptio.*

2
Paullus in tertium cælum raptus, 1. Corinthiorum 15. de beatâ cæli gloria ſic nos erudit: *Primus homo* (Adam) *de terrâ terrenus: ſecundus homo* (Chriſtus) *de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Sibi explicatiùs accinit Apoſtolus ad Philippenſes 3. ſic fatus: *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Hinc dixit Ioannes: *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Indè etiam oritur ardua ſanè difficultas, quo pacto in beatâ cæli gloriâ, vile *corpus humilitatis noſtræ*, quod ex *terreno* Adamo ſqualidè traximus, è cœnoſo materiatum limo, dein tot peccatorum ſordibus ſpurciſſimum, ſic defæcari & emaculari poſſit in gloriâ, vt abiecto terreni hominis ſqualore, ad ſplendentem hominis cæleſtis imaginem *reformetur*, vt perfectam cum animâ Dei ſimilitudinem integret? Caróne è luteo concreta limo, ad tantæ puritatis nitorem refingetur? Videtur hæc prærogatiua ſpurcæ carnis cenſum longiùs excellere. Audiendus eſt hâc ſuper re Petrus Damianus nuper laudatus, Opuſculo illo 50. cap. 15. *Ex illo*, inquit, *æternitatis fonte Beati percipiunt, vt æternaliter viuant, ineffabiliter gaudeant: & quod eſt longè præſtantius, ad eiuſdem Conditoris ſimilitudinem conualeſcant. Sicut enim Ioannes Euangeliſta teſtatur: Cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.....Ibi natura humana, quæ vitiata fuerat, cunctis paſſionum ſqualoribus defæcata tripudiat; & azyma facta, in ſua puritatis atque ſinceritatis munditiâ perſeuerat. Cum ſpiritu ſiquidèm, & caro ſpiritualis facta concordat; ac totus homo ſui Conditoris arbitrio in nullo penitùs diſſonat. Tunc implebitur quod ſponſa ſponſus eloquitur: Veni ſponſa mea, tempus putationis aduenit. Surculus enim cùm putatur, remanente quod vtile eſt, abſciditur quod ſuperfluum eſt. Sic ex humanâ naturâ, manet quidèm omne, quod Conditor fecit; tollitur autem quod Diabolus addidit.* Itaque hominis caro nuper lutea, carioſa, ſqualida, concupiſcentiæ fomite infamis, & de peccatorum lenocinio ſceleroſa; ſic ſe in cælis diffitetur, ſuum limum deſueſcens, humanis paſſionibus exempta, & ſordibus defæcata; vt *cum ſpiritu caro ſpiritualis facta concordare* dicatur. Caro equidèm perſeuerat; at tot tantiſque gloriæ dotibus illuſtratur, vt quaſi ſeipſam deſueſcat, & deſierit eſſe quod eſt; *ſpiritualis facta* putari poſſit. Sic ſpiritum ſubolet, fragrat, ſapit, & ad beatitudinis participium acceptatur! ô qualis eſt gloria, quæ vel ſpurcam de ſe carnem ſic reformat! *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Quis æquè cenſeat gloriam Spiritûs, in tanto gloriæ corporalis cenſu?

1. Cor. 15. v. 45.
Ad Philipp. 3. v. 21.
1. Ioan. 3. v. 2.
B. Pet. Dam.
In beata gloriâ, nuper ſqualida Caro, velut ſpiritualis facta prauicet.
Cant. 2. v. 12.

3
Apocalypſis 4. Ioannes ſe vidiſſe teſtatur, *& in medio ſedis* (ſolij, in quo Deus apparebat,) *& in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis antè & retrò.* Nempè hæc animalia, putà hi Angeli, hi Cherubini perſpicaciſſimo ſunt intellectu, & circumquaque oculatiſſimi, vt quilibet inſtar Argi ſit velut centoculus. Quorsùm hi beati Spiritus vndequaque oculati, in throni *medio*, & *circuitu* adſtant? Eleganter Gilbertus ſic fatur: *De beatis illis oculatis animalibus legitur in medio & in circuitu ſedis Dei. O, qualis ibi circuitus eris pergere ab ipſo in ipſum? ire, & redire? ire deſiderio, delectatione redire? dum ſemper eius quod experientia deſideras, præſentia ſatias, vt mens poſſidentis ſimul & contuentis, & illi ſit per appetentiam intenta, & illo ſit ſufficienter contenta. In medio, inquit: quia vota ſua perducuntur ad intima. Et in circuitu, quia ſemper voto redíuiuo feruntur in eadem ipſa. In medio, quia eorum iam completum eſt votum. In circuitu, quia non ſufficiunt comprehendere totum. In medio ſunt admiſſa per gratiam. In circuitu ſunt excluſa per differentem naturam. Denique quantumlibet oculata ſint beata illa animalia, tamen illuminat ea, vt quantum poſſint, capiant; & excedit, ne ad totum ſufficiant.* Piget ac pudet locum ſolitâ elucidatione expendere, ne non adæquem rudiori ſtilo ſententiatum acumen, & atteram verborum elegantiam.

Apoc. 4. v. 6.
Gilbert. apud Euſeb. homil. 31.
Cur beati ſpiritus oculati adſtent in medio & in circuitu Dei?
Mirſſimus beatorum in videndo Deo circuitus.

1. Corinthiorum 2. ita ſcribit Paullus: 4
Oculus non vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. Quaſi dicat: ſuperant omnem ſenſum, experientiam, cogitationem, mentis audaciam, & deſideriorum vota, quæ Deus in cælo prædeſtinatis præparauit. Sublimiter Auguſtinus in Exordio lib. de Doctr. Chriſtinâ, ad præſcripta Paulli verba tacitè adludens, ita ſcribit: *Nulli deſideranti conceditur, plus de illâ* (Beatâ gloriâ) *exiſtimare, quàm de illâ res ſe habeat; ne ea vileſcat, cùm minus inuenerit: ſed quantumcumque veniens exiſtimare potuerit, plus perueniens inuenturus eſt.* Maior eſt enim omni humanæ opinionis audaciâ; omne hominum deſiderium, quantumuis cæleſtis gloriæ piè ambitioſum immeratè ſuperat. Poëtarum licentia audaciùs poëtetur, & beatiorem mente pingat felicitatem, totis animi votis ad illam ſic fictam anhelet; adhuc auarè finxit, inerter deſiderauit: quanta enim ſit beata Cælitum gloria, nec *oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quantumcumque veniens exiſtimare potuerit, plus perueniens inuenturus eſt.* Vltra mentis faſtum, & votorum audaciam longè excellit. O Senes gratis infeliciſſimos, qui leuiculæ voluptatis pretio cæleſtem gloriam vendiderunt! libidinum enim præſtigiis excæcati, *euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum.* Cui cælum inuiſum eſt, meritò hiat inferni barathrum, & contemptæ gloriæ pœnas æternùm luet: etſi eâ carere (licèt alia deeſſent) pœnaliſſimum ſupplicium ſit. Hunc

1. Cor. 2. v. 9.
Beata gloria mente, faſtu & votorum audaciâ longè excelſior.
S. Auguſt.
Hic verſ. 9.

felicem

felicem beatæ gloriæ ſtatum, quem faſtidiunt Senes, ad quem Suſanna appetentiùs hiat, graphicè deſcribit Petr. Damianus Opuſc. 50. cap. 15. ad præſcriptum Paulli locum adludens: *Illic*, ait, *omnium mentes*

B. Pet. Dam.

in mutuæ amoris vnione conflata, nullâ inuicem varietate diſſentiunt; ſed in commune voluntatis ſtudio omnes vnanimiter fœderantur. Deeſt illic ignorantia, deeſt impoſſibilitas; quia in Sapientiâ, cui vniti ſunt, cuncta ſciunt: in omnipotente omnia poſſunt..... Et certè de illâ cæleſtis Ieruſalem beatitudine ſempiternâ incomparabiliter plus eſt in re, quàm mens poſſit humana concipere; plus mente concipitur, quàm vllis ſermonibus explicetur. Quid ergò plura de illis Beatorum ciuium gaudiis eloquar? Quandoquidem eorum feliciſſimæ voluntati cuncta prorſùs elementa deſeruiunt, & cuncta ad eorum nutum, omnia ad eorum vertuntur arbitrium. Vera quippè eſt ſententia illa, quâ dicitur: Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo, & in terrâ; in mari, & in omnibus abyſſis. Et quod de capite dicitur, de membris quoque illius dignum eſt, vt credatur. Longiuſculè, ſed planè eleganter! Procliue eſt, quam malis ſententiam enucleatiùs expendere.

Beatis nihil eſt impoſſibile quæ ..

Elementa ſubiecta ſunt Beatorum arbitrio quomodo?

Pſal. 134. v. 6.

5 Matthæi 6. in Oratione Dominicâ poſtulare iubemur à Deo: *Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ.* Quódnam eſt hoc Dei regnum, quod quotidie à Deo petimus ſolenni oratione? S. Cyprianus Tract. de Orat. Domin. à Tertulliano edoctus, intelligit de cæleſti Beatorum regno. Et ſanè mirifſimum eſt quòd quis audeat deſiderare, imò & expetere, vt Dei voluntas fiat ab hominibus in terrâ, ſicut à Beatis in cælis fit. Homo in terris, paſſionum ſurorib*u*s obnoxius, Beatas illas mentes de diuino obſequio æmulari conabitur? Vel præſumptio æmulationis, videtur audaciæ ſuſpecta. Forſan ita eſſet, niſi tantam obſequij experiri perfectionem præceſſiſſet cæleſtis regni, & beatæ gloriæ deſiderium; quod conſultiſſimè ingeſſit priùs, vt congruè poſſet tantam diuini obſequij perfectionem in terris expetere. Quod eloquenter ediſſerit Chryſoſtomus homil. 20. in Matthæum *Vide autem*, inquit, *conſequentiam optimam. Quia enim concupiſcere docuit cæleſtia, per hoc quod dictum eſt, Adueniat regnum tuum; antequam ad cælum perueniatur, ipſam terram iuſſit fieri cælum, per hoc quod dixit: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ.* Nempè tam auguſta eſt cæleſtis regni felicitas, tantáque cæleſtis gloriæ pellacia, ſic potenter mortalium animos ad ſe rapere putatur, vt vel eius mētio, & deſiderij adhortatio, illius *concupiſcentia*

Matth. 6. v. 10.

Tertullian.

S. Cyprian.

Memoria beatæ gloriæ, illius concupiſcentiam ſuggerit.

S. Chryſoſt.

6 nominetur. Quid auidius, quid hiantius quàm *concupiſcentia*? Quid autem eſt tam extrà *concupiſcentia* metas, quàm cæleſtis gloriæ beata felicitas? Hæc votis animi deſiderari poteſt, *concupiſci* non poteſt: neque enim ſunt bona cæleſtia *concupiſcentia* otium, ſed ſpei ac deſiderij negotium. At tantum, tam cæleſte, ac diuinum bonum non adæquè exponeretur, niſi abuſu vocabuli, viuacioris *concupiſcentia* nomine exponeretur: Beatæ enim gloriæ bonum diminutè proponitur, niſi exaggeratiori *concupiſcentia* vocabulo appetendum dicatur: hæc porrò appellatio eſt eiuſmodi deſiderij digna emphaſis, ſine quâ tanti boni magnitudo & pellacia non æquè exponeretur. Quin & ſi eiuſmodi cæleſtis gloriæ *concupiſcentia* adeſt in terris, quaſi iam terra eſſe terra deſinat, & eſſe ineffabiliter cælum incipiat, quod proprium Cælitum eſt, à Terrigenis iam exigitur, cùm æmulatio cæleſtis obſequij in terris expetatur. Quare profundâ mente, & alto ſtilo dixit Chryſoſtomus: *Vide conſequentiam optimam. Quia enim concupiſcere docuit cæleſtia, per hoc quod dictum eſt, Adueniat regnum tuum; antequam ad cælum perueniatur, ipſam terram iuſſit fieri cælum, per hoc quod dixit: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ.* O terram reformemus in cælum, per cæleſtis gloriæ deſiderium!

Deſiderium cæleſtis gloriæ terram conuertit in cælum.

---

§. XC.

Adhuc beata Cælitum gloria ſumptuoſiùs prædicatur.

8 Sapienter Auguſtinus: Futura vita, inquit, creditur eſſe ſempiterna, & ſempiternè beata, vbi eſt certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iucunditas, felix æternitas, æterna felicitas: vbi amor eſt perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium ſpiritus de contemplatione Dei ſui, ac de ſuâ cum illo permanſione ſecurus: vbi æterna ſalus exuberat, veritas regnat, vbi nec fallit quiſpiam, nec fallitur: vndè beatus nullus eiicitur, vbi nullus miſer admittitur..... Intellectus erit ſine errore, memoria ſine obliuione, cogitatio ſine peruagatione, charitas ſine ſimulatione, ſenſus ſine offenſione, incolumitas ſine debilitatione, ſalus ſine dolore, vita ſine morte, facilitas ſine impedimento, ſecuritas ſine faſtidio, & tota ſanitas ſine morbo. Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus. incertus lib. de diligendo Deo cap. 18. tom. 9.

Beata gloria conglobata epulata.

9 Apocalypſis 21. Euangeliſta Ioannes loquens de Ieruſalem cæleſti, beatâ mortalium patriâ, & empyreâ gloriæ ſede, ita ſcribit: Et ambulabunt gentes in lumine eius, & *Reges terræ afferent gloriam ſuam & honorem in illam.* Quorsùm *Reges terræ* tandem in cælum beandi, honorem ſuum & gloriam terrenam ad cæleſtem gloriam afferunt? Sanè de homine impio vita functo verè ſcribitur, quòd non *deſcendet cum eo gloria eius*, quarè ergò cum Regibus qui piè vixerunt, terrenus honor, & imperialis *gloria*, quâ fulſerunt in terris, ad cælos aſcender? An, vt olympiæ gloriæ comparatione coràm cæleſti curiâ, in Cælitum theatro deprecietur, & quàm ſit vilis appareat? Si hîc tanti vitrum, quanti ibi margaritum?

Apoc. 21. v. 24.

Pſal. 48. v. 18.

Nimis arduũ eſt, honorẽ & gloriam regalem non impedire cæli aſcenſum.

margaritum ? An *Reges terræ* honorem ſuum & *gloriam*, in cæleſtem Empyrei gloriam *afferent*, tamquam heroïci meriti inſigne ? ſic Christus glorioſus ſacros cicatricum characteres habet, ſuos Stephanus lapides, ſuam Laurentius cratem, & ceteri ſuarum ſacra ſtemmata paſſionum, per quæ in cælis triumphales exultant.

Inſigne Regū in cælis, eſt regalis gloria quare?

Regius honor, & imperialis gloria magnanimiter calcata, quæ Reges non ſubuertit in baratrum inferni, ſed ſuppetias virtuti è peruerſo tulit, beatorum Principum glorioſum ſtemma eſt, & dignum ſanè, quo in cælis nobilitentur. Putauerim Reges terræ allaturos in cælum honorem ſuum & *gloriam*, ad dignum cæleſtis gloriæ cenſum. Ibi enim Cælites æqui rerum æſtimatores, oculis videre inducuntur, quàm ſit fucata, euanida, & mentita potentiorum Regum auguſtior *gloria*, ſi cum gloriâ cæleſti conferatur. Quò alludere videtur Petrus Bertrandus Cardinalis in libello pro Eccleſiaſtica libertate: ſic fatus: *Quicumque honorificabit me, glorificabo in gloriâ, in quâ eſt verus honor; qui nulli conceditur indigno; imò ad quem nullus admittitur, niſi dignus.* Itaque ſanctitate prælustres *Reges terræ, afferent gloriam ſuam & honorem in illam* ciuitatem ſanctam Ieruſalem cæleſtem, vt auguſtior terreni ſceptri gloria, & ſublimior regni honor, fucatus, falſatus, & mentitus appareat adſpectu cæleſtis gloriæ, *in quâ eſt verus honor*, & gloria ſine vllo fuco tota ſincerè meraciſſima. Inſolens & ſuperuacaneum videtur, vt *Reges terræ afferant gloriam ſuam & honorem in illam* cæleſtem ac empyream ciuitatem, gloriâ feliciter beata plenè exundantem. Hoc autem ad beatæ gloriæ auctarium fit, vt dum regalis honor, & imperialis gloria, tamquam falſa & mentita apparet, beatæ gloriæ pretium de illius vilitate exaggeretur. Terreni honoris & gloriæ paupertina vilitas, cæleſtis gloriæ cenſus eſt, & illius dignè æſtimandæ emphaſis. Quare *Reges terræ afferent gloriam ſuam & honorem* in cælum.

Petr.Bertr.

Quare Reges terræ honorem ſuum & gloriam afferent in cælum.

3 Iſaiæ 6. in auguſto illo ſolio Deus ſublimiter reſidens, de Seraphinorum ore glorioſo audit illud gloriæ triſagium, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ eius.* Ecce empyreæ gloriæ ſymbolum, quo Deus Beatos glorificat, & reciprocatâ gloriâ Deum Beati glorificant. Quærunt autem Interpretes, cur in tanto diuinioris gloriæ ſuggeſtu, non tam cælum, quàm *terra* dicatur *plena* Dei *gloriâ*? An non potiùs empyreum cælum, Dei ac Beatorum gloriâ plenè exuberat? cælum enim beatæ gloriæ ſedes eſt, & beatum domicilium. Quæ eſt hæc *terra*, quæ præ cælis beatâ Dei gloriâ, *plena* dicitur? Origenes ibi homil. 4. *Anima ſancta plena eſt gloriâ Dei.* Opinor autem *terræ* nomine corpus Beatorum, potiùs quàm *anima* denotatur: anima enim cæli, corpus verò terræ cognatum eſt. Sanè in terrenâ hominis naturâ micâtiùs prænitet beatæ gloriæ vis, & Glorificatoris Dei ſapientia & potentia, laudibus Seraphicis digniſſima. Pulchrè Petr. Damianus Opuſc. 50. cap. 15. de Beatorum gloriâ ſcribit: *Ibi natura humana, quæ vitiata fueras, cunctis paſſionum ſqualoribus defæcata tripudias; & azyma facta, in ſuæ puritatis atque ſinceritatis mundıtiâ perſeuerat. Cum ſpiritu ſiquidèm, & caro ſpiritualis facta concordat; ac totus homo ſui Conditoris arbitrio in nullo penitùs diſſonat.* Quod altè dixit Paullus: *Primus homo* (Adam) *de terrâ terrenus: ſecundus homo* (Chriſtus) *de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* Cùm autem terrenus homo, factus in cælo ſpiritualis; & terrena caro ſuum limum ſapiens, iam *cunctis paſſionum ſqualoribus defæcata, azyma facta* ſit; *cum ſpiritu ſiquidèm, & caro ſpiritualis facta concordat*, ac ſi terram deſueuerit, terrena cùm ſit; exindè in diuinioris gloriæ Propheticâ oſtentatione, non tam cælum, quàm *terra plena gloriâ* Dei eſſe perhibetur. Auguſtius enim Deo eſt, quòd *terra*, terra inquam (cuius totus è ſuo limo cenſus eſt) quàm cælum, ſeu anima ſpiritualis & cæleſtis, glorioſè beetur, & beatè Dei glorias eructet. Vndè Seraphini hoc Deo triſagium buccinant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, plena eſt omnis terra gloriâ eius.*

Iſaiæ 6. v.3.

Origenes.

Cur in cælo humana carnis terra potiùs gloriâ plena dicitur?

B.Pet.Dam.

1.Cor.15.v.45.

4 Matthæi 24. de prudente fideli ſeruo, meritorum negotiis vſque ad mortem ſedulo, & poſt mortem beatè munerando gazis gloriæ cæleſtis, ait Chriſtus Dominus: *Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* Syrus, *ſuper omnia quæ ipſius ſunt.* Bona Dei ſunt duplicia, ſcilicet, Primo externa & creata, vt cælum, terra, omnéſque creaturæ iis contentæ: ita Origenes. Dein interna & increata, vt ſunt immenſa eius maieſtas, bonitas, ſuauitas, ſapientia, honor, gloria, omnipotentia, ceteráque eius attributa; ſuper vtraque conſtituet Deus fidelem ſeruum in cælis beandum: quia faciet eum quaſi dominari non tantùm creaturis omnibus, ſed omnibus bonis immenſis & infinitis, quæ Deus in ſe continet, vt cum Deo ipſis fruatur, beetur, & glorificetur in æternum, iuxtà illud Pſalmi: *Dominus pars hereditatis meæ.* Audiendus eſt incertus Auguſtinus qui lib. de Animâ & ſpiritu, cap. 64. ita ſcribit: *In cælo, inquit, eſt quicquid amatis, quicquid deſideratis. Si delectet pulchritudo, fulgebunt iuſti ſicut Sol: ſi velocitas & fortitudo, erunt ſimiles Angelis Dei: ſi longa & ſalubris vita, ibi eſt ſana æternitas, & æterna ſanitas: ſi ſatietas, ſatiabuntur cùm apparuerit gloria Domini: ſi ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domûs Dei: ſi melodia, ibi Angeli ſine fine concinunt Deo: ſi qualibet mundi voluptas: torrente Deitatis ſuæ potabit eos Dominus: ſi ſapientia, omnes erunt docibiles Dei: ſi concordia, cibus erit illis voluntas Dei.* Nota attentiùs quæ propiùs ad rem ſubiicit verba: *Si poteſtas, introibunt in potentias*

Matth. 24. v. 47.

Syrus.

Cornelius.

Origenes.

Quomodo Beati ſuper omnia Dei bona externa & interna conſtitui dicuntur?

Pſal. 15. v. 5.

S.Aug. ſiue Hugo Vict.

potentias Domini, & Omnipotentes erunt ſua voluntate, vti Deus ſua. Nam ſicut poterit Deus quod volet per ſeipſum: ita poterunt illi quod volent per illum: Si honor & diuitia, Deus ſeruos ſuos bonos & fideles ſuper multa (omnia) conſtituet: ſi vera ſecuritas, certè ita certi erunt nuſquam illud bonum ſibi defuturum, ſicut certi erunt nec ſe ſuâ ſponte illud amiſſuros. In his Auguſtini verbis ſententiæ plures ſcintillant, quas ſi vellem ſingulatim enucleare, nimis longum fecissem.

Beatorũ qualis Omnipotentia?

5 Ad Romanos 11. ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula. Amen.* Scilicet *ex ipſo*, vt primo effectore omnia eſſe cœperunt: *Per ipſum*, quaſi directorem omnia diſponuntur, & perficiuntur: *In ipſo*, hoc eſt, in eius omnipotente virtute omnia perſiſtunt, durant, operantur, beantur. Vndè ſapienter S. Franciſcus dictitabat: *Deus meus, & omnia.* Præſertim *omnia* Deus beatis eſt, vnus cùm ſit: in hoc vno omnia. Beati inueniunt, *quoniam in ipſo ſunt omnia*

Ad Rom. 11. v. 36.

S. Auguſt. Pulchrè Auguſtinus lib. de diligendo Deo, cap. 18. *Si multa*, inquit, *ac magna ſunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis & quanta eſt delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? ô! qui hoc bono fruetur, quid illi erit? & quid illi non erit? Cur ergò per multa vagamur, quærendo bona corporis & animæ noſtræ? Amemus vnum bonum, in quo ſunt omnia bona, & ſufficit.* Nimirùm in Beato fruſtrà vagamur curioſiùs peruestigantes, quid boni habet? habet enim omne & ſummum bonum: nam *in ipſo* (in Deo) *ſunt omnia.* Et rurſùs, Quid mali non habet? nullum prorsùs habet, nec habere poteſt is, qui Deum beatè habet, & in eo omnia bona; & indè malorum omnium beatam glorioſè abſentiam. Noli ergò in Beato quærere, *Quid illi erit?* neque etiam, *Quid illi non erit?* Habet enim Deum poſſeſſum, qui eſt *vnum bonum, in quo ſunt omnia bona, & ſufficit.* Grandius Dei elogium eſt, quòd ſibi ſufficit? hoc Beatus æmulatur.

Noli quærere de Beato, quid illi erit? & quid illi non erit? quare?

6 2. Corinthiorum 4. itá ſcribit Apoſtolus: *Quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſuprà modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur.* Super hoc Paulli loco multa multi de Beatitudinis magnitudine, & nos aliqua ſparſim. Operæpretium autem eſt nunc perſtrictim adnotare, cur vocabulo *æterni ponderis* beata *gloria* denotetur? Opinor, ad portandum *æternum pondus* valido adniſo egebunt Beati, egebunt & humeris ad onus ferendum, & patientiâ egebunt, vt *pondus æternum* ſuſtineant. Luculenter Auguſtinus nuper allegatus: *Regnum Dei plenum eſt lucis ac pacis, charitatis & patientiæ, honeſtatis & gloriæ*, &c. Num *patientiâ* ſuſtinebunt Beati *æternum gloriæ pondus?* Scilicet abuſu vocaboli, gloriæ magnitudo viuaciùs exaggeratur: maior enim nobis videtur magnitudo malorum, quæ nos vrunt, quàm bonorum, quæ nos delectant. Vndè ad beatam gloriam exaggerandam, velut intolerabile *pondus* dicitur; & ad illud ſuſtinendum, *patientia* neceſſaria perhibetur: & ſic eius magnitudo humano more luculentiùs, viuaciùs, & exaggerariùs exprimitur.

2. Cor. 4. v. 17.

Num ad æternum gloriæ pondus ſuſtinendum, patientia neceſſaria ſit?

S. Aug ſuprà.

---

§. XCI.

Mundus obuiis animæ periculis infamis, de inferni confinio rurſùs diffamatur.

S. Hieronymus in experientiæ gymnaſio edoctus, de Mundi periculis ſic nos erudit: *Hæc ego, non integra rate & mercibus, nec quaſi ignarus fluctuum, præmoneo; ſed quaſi nuper naufragio eiectus in littus, doctus nauta timidâ nauigaturis voce denuncio: in illo* (mundi) *æſtu Charibdis luxuria ſalutem vorat. Ibi ore virgineo ad impudicitia perpetranda naufragia. Scylla ceu renidens libido blanditur. Hîc Diabolus pirata cum ſociis portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri, licèt in modum ſtagni fuſum æquor arrideat, licèt vix ſumma iacentis elementi terga criſpentur, magnos hic campus montes habet, intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis.* Igitur time, caue: nihil non tutum eſt in Mundi pelago, crebris vorticibus infami: vel fluctuum naufragio vicinatur; vndique incauto periculum hiat. Timeat ignauia imò & cautela timeat.

1 S. Hieronymus epiſt. ad Heliodorũ.

Mundus, ceu pelagus obuiis hiat naufragiis. fuge.

Iſaiæ 24. hæc Dei vox aduersùs mundum minax auditur: *Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ.* Alludit ad venationes, in quibus auibus & feris proponitur *formido*, id eſt, terriculamentum, vt illud fugientes in *foueam*, & ex foueâ emergere cupientes, in *laqueum* ſibi tenſum incidant, ibique capiantur. Hæc omnia in mundo mundi habitatoribus imminent. Hùc videtur alludere Ambroſius lib de Bono mortis, cap. 5. de mundi periculis ſic fatus: *Eſt enim laqueus in auro, viſcum in argento, nexus in prædio, clauus in amore; claui ſunt omnes paſſiones, quæ veru quodam animam noſtram penetrant, & infigunt corpori, viſceribúſque eius annectunt.* Nimirùm amor mundialium rerum, dum circà res mundi afficitur, *clauus* eſt, quo quicquid amas, quaſi *veru quodam* corpus & animum terebrat, & rem amatam cordi affigit, *& viſceribus annectit.* Ambita dignitas, cupita voluptas, deſideratum prædium, opes, argentum & aurum, quod auidè expetis, ſunt laqueus, viſcum, nexus, & clauos, qui animam penetrat, réſque mudiales, futiles, euanidas, noxias tuis *viſceribus annectit*, tantò acerbiùs, quantò eas minùs aſſequeris. Itaque rerum mundialium poſſeſſio, de cognatâ ſpinoſitate, quaſi clauis infixis

a Iſaiæ 24. v. 17.

S. Ambroſ.

Amor rerum mundialium, eas cordi infigit, & viſceribus annectit.

cor lacerat & cruentat: nec de abſentiâ tutus es, nam earum amor, & fruſtrati deſiderij paſſio, velut laqueo & viſco, dum eas viſceribus annectit, viſcera continuò lancinat, culpat, deprauat. *Eſt enim laqueus in auro, viſcum in argento, nexus in prædio; clauus in amore.* O cordi infixus Dei timor, amoris mundi clauum refigat! Refigit Suſanna, quæ Dei timore, Mundi minas & illecebras conſtanter deluſit.

Hic verſ. 23.

3 1. Ioannis 5. *Scimus*, inquit, *quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt.* Græci codices, *in maligno iacet*, quaſi mundus ſub maligno proſtratus ſit, & illi ſubiectus. Licèt nec pauci, nec ignobiles Commentatores per τὸ *malignum* intelligant Diabolum; alij communiter accipiunt malitiam, prauitatem, improbitatem, ſeu malignitatem: nec diſpari ſenſu; nam ſi ſub Diabolo *iacet*, in malitiâ poſitus eſt. Ceterùm vox illa vniuerſalis *totus*, nimis complecti videtur. *Totus* omninò *mundus*, & omnes quotquot mundi ſunt, *in maligno iacent?* Audiendus eſt Saluianus lib. 4. de Prouidentiâ: *Meritò*, inquit, *totum ſeculum eſſe in malo dicitur, vbi boni locum habere non poſſunt; ſiquidèm ita totum iniquitatibus plenum eſt, vt aut mali ſint, qui ſunt in illo, aut qui boni ſunt, multorum perſecutione crucientur*, aut malo exemplo mali eſſe cogantur, quodam affricatæ malitiæ participio. Ecce quomodò *totus mundus in maligno poſitus eſſe dicatur.* Hæc vniuerſatim Saluianus. Sigillatim autem id tradit Cyprianus Epiſt. 2. ad Donatum: *Cerne tu itinera*, inquit, *latronibus clauſa, maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella vbique diuiſa. In forum aciem tuam flecte, inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, vbi defenditur, reſeruatur. Patronus præuaricatur & decipit, iudex ſententiam vendit, qui ſedet crimina vindicaturus, admittit; vt reus innocens pereat, fit nocens iudex, &c. O ſi & poſſis in illâ ſublimi ſpeculâ conſtitutus, oculos tuos inſerere ſecretis, & recludere cubiculorum obductas fores, & ad conſcientiam hominum penetralia occulta reſerare; aſpicias ab impudicitiâ geri, quod nec poſſit aſpicere frons pudica; videas quod crimen ſit & videre, &c. Quæ fomenta probrorum? quæ alimenta vitiorum?* Si hæc in Mundo vbilibet repeviuntur, quid non malitiæ putas eſſe in Babylone, quam Metropolim vitiorum poſſis appellare? Quare gratulor Suſannæ, quòd in Mundo extrà mundum ſit; & in Babylonico exilio, Babylonis exul; ne comprehendatur in illâ ſententiâ: *Scimus quoniam totus mundus in maligno poſitus eſt*, vel potiùs *in maligno iacet.*

1. Ioan. 5. v. 19. Græcus.

Saluian.

Totus mundus ſub Diabolo ac malitiâ iacet. Fuge.

S. Cyprian.

Hic verſ. 1.

4 Ieremiæ 2. ſic querulus Propheta interrogat: *Et nunc quid tibi vis in viâ Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* Nili, inquam, qui quia limoſus eſt, & totam ſordidè oblimans Ægyptum, Græcè μέλας, id eſt, *niger* dicitur: hic vocatur *turbidus.* L X X. interpretes vertunt, *Geon*, à radice גוח *goach*, id eſt, *pectus*, quòd ſuo quaſi *ventre* incubet Ægypto, è quo immundam eluuiem abundè egerens, omnem terram oblimet ac ſtercoret. Itaque multus eſt Propheta, vt Dei populo perſuadeat, ne relictâ Ieroſolymâ, Ieroſolymæ cæleſtis vmbrâ, feſtinent vt habitent in Ægypto turbidâ, limoſâ, nigrâ, ſqualidâ, Mundi ſymbolo. Tantóne ſtudio populus Dei exambiat, deſertâ Ieroſolymâ, in mundi ſordibus habitare, vt Propheta eos ſiſtere nequeat? ô malum! S. Anſelmus (vt habet eius vita) *raptus in eſtaſim vidit fluuium immanem atque præcipitem, in quem ſordes omnes, quæ vbique terrarum eſſent, confluebant; ita vt nihil aquis illis turpius ac fœdius fieri poſſet; quæ etiam quicquid attingerent, raperent, ac deuoluerent, viros, fœminas, diuites, inopes. Quod ille ſpectaculum miratus, ac miſeratus, cùm quæſiſſet quibus ij rebus alerentur, & quomodò viuerent? reſponſum eſt ei, infelices illos eodem ipſo cœno, quo trahebantur, potari & delectari. Quin etiam addita eſt myſterij huius interpretatio; torrentem illum eſſe hunc Mundum, in quo cæci mortales ſuis delicijs, honoribus, & reliquis cupiditatibus inuoluuntur; cùmque adeò miſeri ſint vt ne conſiſtere quidèm poſſint, ipſos tamen ſe beatos & fortunatos putare.* Quæ eſt infelicitatis meta, & miſeriarum hyperbole. Hem! ſic vel Dei populus, relictâ Ieroſolymâ iuſtorum metropoli, illius nauſeâ eſurit ac ſitit turbidas, nigras, cœnoſas, ſqualidas Mundi aquas, quarum ſordido potu ſe *beari* putat? Dum hac ſordidâ illuuie Mundus fœtidè ſeſe ingurgitat, ſe *fortunatum* cenſet? ad hos ſqualores appetentiùs hiat? Benè, opinor, qui ad Ieroſolymam cæleſtem nauſeat, ad cœnoſam Ægyptum, id eſt, ad Mundum hiat. O ſqualida Mundi *beatitudo*, gehennali infelicitate numquam expianda! ô popule Dei, *quid tibi vis in viâ Ægypti, vt bibas aquam turbidam, nigram*, ſqualidam, fœtidam, & velut egeſtam de *ventre* illuuiem, quâ *fortunatè beari* putas.

Ierem. 2. v. 18. Græcus. Hebræus.

S. Anſelmus.

Mundus bibens ſæculentam illuuiem, ſe fortunatè beari putat.

5 Danielis 8. in celebri illâ viſione futurorum præſagâ, videt Propheta: *Ecce*, inquit, *hircus caprarum veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Innuitur Alexander Macedo, Mundi principatu arroganter elatus. Sed quid eſt, quod cùm *faciem totius terræ* occupare dicitur, *non tangere terram* perhibetur? An celeritas eius denotatur, dum prophetatur *non tangere terram*, ſicut dicitur de Atalantâ, *ſummam celeri pede libat arenam?* An cùm ſe videt ſuper *faciem totius terræ*, id eſt, vniuerſo mundo principari, ſuperbiſſimâ elatione, & vltrà humanum faſtum arrogante, diuinitatem ſibi arrogans, vt ſe ſuprà hominem probet, *terram non tangere* præſumit, & de terrâ vix à ſe tactâ arroganter ſe iactat, & diuinitatem indè venditat ſuam? ſcilicet non

Dan. 8. v. 5.

Ouid. l. 10. Metam.

Alexãder ut ſe probet Cæliti ſũmo ſtãtim pede terram tangit.

potuit

potuit Rex mortalium ſupetbiſſimus, veroſimiliori argumento, ſe terrenum diffiteri, & probare Cælitem, quàm poblicando, quòd Mondi Dominus, cùm io terrâ viueret, *non tangebat terram.* Belliſſi-

S. Nyſſenus.

mè S. Gregorius Nyſſenus lib. de Oratione, ait: *Mundus itaque periculis abundat, vt neceſſarium ſit homini eam viuere vitam, quæ ſummo tantùm pede terram ſtringat.* Nempè exemptus terræ periculis, quibus obooxij ſunt terrigenæ mortales; & non mundi iocola, ſed cæli oobilis inquilinus, cùm ſe iactat, quòd *terram non tangit, ſed ſummo tantùm pede terram ſtringit,* cenſeri ambit liber pericolis, quibus terra & Mondus mundanis terrigenis ioſidiatur.

Iacob, & Ignatius terrā ſummo pede tangebant.

Iſaias 5.

Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. Quod præſumpſit arroganter Alexander, oempe etſi *habitator eſſet terræ terram non tangere,* aut *tangere ſummo pede;* obtinuit Patriarcha Iacob, obtinoit & Ignatius Patriarcha. De quo aliàs.

6
Pſ. 29. v. 4. Corderius ibi.

Pſalmo 29. ſic occinit Propheta regius: *Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.* Magnum eſt inter expoſitores litigiom, quod ſit hoc *infernum*, quiſuam ſit hic *lacus*, à quo ſe ereptus Propheta, & exultim gaodeat, & Deo lætanter gratuletur. Alij putant eſſe limbum ſanctorum Patrum, alij infernalem damnatorum geheonam. S. Auguſtinus Mundum eſſe ceoſet, ſic ſapieoter inibi fatus:

S. Auguſt.

Qui ſunt qui deſcendunt in lacum? omnes peccatores mergentes in profundum: lacus eſt enim profunditas ſeculi. Quæ eſt iſta profunditas ſeculi? abundantia luxuriæ & nequitiæ. Qui ergò libidinibus ſe immergunt, & terreais deſideriis deſcendunt in lacum. Itaque qui totus in mundo degit, totus terræ ac rebus terrenis, ac mundialibus voluptatibos (velut hi oequiſſimi Senes;) qui totus *profunditate ſeculi* merſos viuit; in terrâ inferorum *lacum* ſtagnare facit, terram refinxit in *infernum*, & viciorum æſtum, æterni ignis æmulum ſuſtioet, felici (vt putat) patientiâ, & beata fallaciter tolerantiâ. Quid tam miſerum, quàm merſos *profunditate ſeculi*, & indè præmaturè damnatos, *ſe beatos ac fortunatos putare?* O, Muudum præſtigiatorem fuge!

Infernum dicitur profunditas ſeculi, id eſt, Mũdi. His verſ. 9.

XCII.

Qui retrò cadit, cadit in infernum, vbi quod quis patitur timet, vbi pœnarum finis incipit, & defectus defectum ignorat.

1
Minut. Felix in Octau.

GEntiles etiam auitis erroribos iooutriti, *admonentur hominum doctiſſimorum libris, & carminibus poetarum, illius ignei fluminis, & de Stygiâ palude ſæpiùs ambientis ardoris, quæ cruciatibus æternis præparata, & Dæmonum indiciis, & de oraculis Prophetarum cognita tradiderunt. Et ideò apud eos etiam ipſe rex Iupiter per torrentes ripas, & atram voraginem iuras religiosè: deſtinatam ſibi cum ſuis cultoribus pœnam perhorreſcit: nec tormentis aut modus vllus, aut terminus. Illic ſapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, & nutrit; ſicut ignes fulminum corpora tangunt, nec abſumunt: ſicut ignes Ætnæ montis, & Veſuuij montis, & ardentium vbique terrarum flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexesâ corporum laceratione nutritur.* O cautè time! ô timore caue!

Gehenna Gẽtilibus nota, de, cribitur.

2
Gen. 49. v. 17.

Geneſeos 49. de Daoiris hæc Iacobus morti proximus antedicit: *Fiat* (*fiet* ſcilicet, loquitur more prophetico) *Dan coluber in viâ, ceraſtes in ſemitâ, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Difficilior locus, quàm vt in hoc tranſcurſo extricetur. S. Ambroſius apud Catenam Lipomani, de pœnaliſſimo iudicio Daoiris inflicto, præſcripta verba expooit: *Dan,* ioquit, *iudicium interpretatur. Et ideò graue iudicij periculum tribus iſta ſubiit.* Hoc aotem graue iudicium, illis verbis intimatur. *Cadat aſcenſor eius retrò.* Quæ verba S. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 13. ſic exponit: *In faciem cadere* (ſicut Saulus) *eſt in hâc vitâ ſuas vnumquemque culpas agnoſcere, eaſque pœnitendo deflere. Retrò verò, quò non videtur, cadere, eſt ex hac vita repentè decedere, & ad quæ ſupplicia ducatur ignorare.* Heu iofeliciſſimè *retrò cadit*, quiſquis non prævidet, & attentâ mentis acie conſiderat cæco peccandi errore, ad *quæ ſupplicia ducat* peccatum! Homo igitur ne *cadas retrò* in Tartarorum barathrum, ſemel, iterùm, & ſæpiùs ſecùm io animo voluat atrociſſima inferni tormenta, quæ peccatores manent, cùm cœperit inexplebilis caro, & infectæ peccatis medullæ ſæuis geheonæ æſtibus penetrari, & more fetueotium ac decoquentium metallorum inextioguibili ardore tota hominis ſubſtantia intùs infundi, & depaſcentibus flammis corpora atque animas ex parte coosomi ex parte nutriti, vt inter medios ignium globos damnata natura det pabulum, & accipiat incrementum. Si fortè inſperſum illod dodum conſcieotiis vitium, & æris & plumbi adulterina permixtio quandoquè ioter ſtagna feruentia anhelantis gurgitis exuretur, tranſiturus per vada ignea mora erit ſupplicij magnitudo. peccati eſcas ardoribos crimina miniſtrabuot, manebit præceptum & auctoris & iudicis, vt viſcera doloribus obooxia, & ſolis cruciatibus conſecrata, ignis arbiter depaſta oon deuoret, ſed ad hoc pereat vt ſemper interimat. O infeliciſſimus ille, & pœnaliſſimè miſerrimus, qui in hóc inferni profundum *retrò cadit!* Neque, opioor, cadet, qui retrò noo cadit: nam qui haſce atrociſſimas pœnas fide ſanctas, crebiâ animitùs medi-

S. Ambroſ.

S. Gregor.

Emiſſen. ad Monach. hom. 1.

Qui retrò cadit, in infernũ cadit; quia illud attentè non præconſiderauit.

tarione ruminat , ad faciem illatum tanto hotrote concutitur, vt culpam tantæ pœnæ fœcundam, pœnitendo expiet, & emendatione declinet. *In faciem cadere, eſt in hâc vitâ ſuas vnumquemque culpas agnoſcere, eáſque pœnitendo deflere. Retro verò, quò non videtur, cadere, eſt ex hâc vitâ repentè decedere, & ad qua ſupplicia ducatur ignorare.* Vti ignorarunt hi nequiſſimi Senes

Hic verſ.9.

dum *euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.*

3 Iob cap 3. de ſepulcro, quod inferni nomine non ſemel in Scripturis exponitur, ita ſcribit: Ibi impij ceſſauerunt à tumultu. Paruus & magnus ibi ſunt. Quare miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt? *Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum.* Longè maiori ſtudio quàm auarus ad opes inhiat; is qui amaro eſt animo apud inferos, ad mortem fugientem hianti deſiderio ſuſpirat. Malorum ſumma, & meta putatur mors: hæc autem damnatorum vota inaniſſimè implebit. Fruſtrà tamen, nam immortali morti damnati ſunt. Elegantet Vrbanus Pontifex in Pſalmum 30. inquit: *Hæc eſt mors ſine morte, finis ſine, defectus ſine defectu: quia mors illa ſemper viuit, finis ſemper incipit, defectus deficere neſcit.* Quis *expectet*, vt occidat *mors ſine morte?* quis *expectet*, vt finiatur *finis ſine fine?* quis *expectet*, vt deſit *defectus ſine defectu?* Heu viua mors, finis ſemper incipiens, defectus qui neſcit deficere! Scilicet figmentum damnati corporis, ait Emiſſenus, *in antiquis ſceleribus mortuum, ad ſola tormenta rediuiuum, finem in ipſo interitus confinio non inueniet; ſed exinanita tolerantia virtus ſic perit, vt reſurgat. Illa enim rationabilis ac pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere. Flamma illa non tam rem perſequitur, quàm reatum. Quia non recipit cauſſa remedium, carebit fine ſupplicium.*

Iob 3.v.21.

Vrbanus ex S. Gregorio. *Inferno eſt mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu.*

Emiſſ. ſuprà.

4 Iob cap. 10. in perſonâ peccatorum ait: Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrarum, & opertam mortis caligine: terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, *& nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Fusè pertractant Commentatores quonam pacto fieri poteſt, vt in inferno nullus ſit *ordo*, cùm pœna damnatorum cuilibet ſecundùm cuiuſque meritum ordinatiſſimè diſpenſetur: omnia enim ſtatuit Deus in numero, pondere, & menſurâ, vti diuinam gubernationem decet. Ceterùm per τὸ *horrorem*, S. Gregorius metum & pauorem intelligit, quò miſer damnatus pœnaliſſimè angitur. Sic fatur lib.9. Moralium, cap.48. *Sempiternus horror inhabitat: quia eius ignibus traditi, & in ſuppliciis dolorem ſentiunt, & in doloris anguſtiâ, pulſante ſe ſemper pauore feriuntur: vt quod timent, tolerent; & rurſum quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcant ...... Hic metus amittitur, cùm tolerari iam cœperit quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pauor anguſtat. Horrendo igitur modo erit tunc reprobis dolor cum formidine.* Quid pœnalius? quid inordinatius? Porrò timor abſentiam paſſionis exigit, veritus ne ei accidat, quod paueſcit: at adhuc timere quod patitur, prodigioſa pœnarum acerbitas eſt, quæ paſſionum ordinem inuertere videtur: cùm tormentorum paſſio metum excutiat, quem vltro in damnatis admittit: erit enim *tunc reprobis dolor cum formidine: vt quod timent, tolerent; & rurſum quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcant.* Quare in inferno *ſempiternus horror inhabitat*, ingens metus, inquam, & metuendus pauor. Addit Emiſſenus homil. illâ 1. ad Monachos: *Dum* damnatus *ſibi nullam ſpem promittere poterit vel poſt immenſa tempora, iam etiam in præſenti ſentientur conſequentia tormenta ſeculorum: ac ſic dolorem mortis conſcientia impoſita immortalitas augebit. Væ qui hæc lugenda in poſterum, ridenda nunc deputant! Væ quibus hæc priùs experienda ſunt, quàm credenda!*

Iob.10.v.22.

S.Gregor.

Damnati quod timent, tolerant, & quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcunt.

Emiſſenus.

5 Iſaiæ 54. ſic acerbè Deus minatur: *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas ..... Et ego creaui interfectorem ad diſperdendum.* Per hunc *fabrum*, communiter Interpretes *Diabolum* accipiunt, qui velut follibus ignem gehennalem ſufflat, & miſeros dãnatos ſic perpetuò exurit. De hoc infernali fabro, gehennæ prunas ſufflante, intelligit Lyranus illud Iobi 41. *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Itaque dum Diabolus dicitur in gehennæ incendio *prunas ſufflare*, eaſdémque *prunas* ſemper *ardere facere*, Deus ipſe eiuſmodi infernalem *fabrum* feciſſe perhibetur, quia latam à Deo contrà damnatos ſententiam, atrociſſimè exequitur. Deo ergò pœnarum auctore, ſcelerum vindice, & iudice ſententiam proferente, neque vnquam extinguetur ignis, quem eius miniſter perpetuò ſufflat; neque deficient damnatorum corpora ſempiternâ morte rediuiua. *Occidente itaque pœnâ & viuificante ſententiâ, ſtabit ſeculis materia reparabilis, & vnnquam ad metam malorum termino fugiente perueniet.* Heu? pœnaliſſima æterni Iudicis ſentẽtia, ad æternam mortem ſic perpetuò *viuificas*? O! *horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Temporalis horum nequam Senum in Babylone frixio, æternaturum in gehennâ incendium dedicauit. Deus, miſericordiæ plurimus dicitur, cùm benefacit: cùm verò in inferno punit, *viuens* nominatur: an quia viua damnatorum cadauera, *viuificante ſententiâ* reparat ad pœnarum æternitatem?

Iſai.54.v.17.

Lyranus in locũ Iſaiæ. Iob 41.v.12.

Dei ſententia per fabros Dæmones ſufflat gehennã, & ad mortẽ damnatos viuificat.

Emiſſ. ſuprà

Ad Hebræos 10.v.31.

6 Eccleſiaſtes, bonus hominum in tot vitæ periculis aurigator, cap. 9. ſic ſerio nos admonet: Quodcumque inquit, poteſt facere manus tua, inſtanter operare; *quia nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos, quò tu properas.* O malum! ſic properantet ad inferum homo feſtinat? Opinor, carnis ſuæ calcare ſtimulatus. Eleganter Petrus Bleſenſis Epiſt. 11. *Circumferimus*, inquit, *hoſtem noſtrum, caro noſtra*

Eccleſ.9.v.10.

Petr.Bleſen.

licèt ſit vexata doloribus, repleta illuſionibus, infecta ſordibus, afflicta infirmitatibus, obnexia paſſionibus, flagellis trita, plagis caſa, morti denique deputata; tamen adhuc aculeis contradictionum hiſpida, rebellis, ſuperba, murmuroſa, queruloſa, contumax, inquieta, in ſuum & anima conturat exitium: nec poſſe ſatisfieri ſibi putat, donec ſe & animam præcipitet in æterna damnationis abyſſum. Quæ veſanior dementia, quæ tam cæcè fatua ſecum crudelitas, quàm vltrò ad *inferos properare, & ſe & animam præcipitare in æterna damnationis abyſſum?* Hùc; hùc cadit, quiſquis *retrò cadit*: nam qui antè faciem habet hoc miſeriarum barathrum, curſum ſiſtit, & aliò viam corrigit, vt hanc malorum Iliadem declinare valeat: licet potenter reluctetur caro, quæ *ſibi ſatisfieri poſſe non putat*, niſi totum hominem ad gehennæ barathrum *præcipitet*. Summâ omnium calamitate, huic carnis appetentiæ ſatisfacitur? Vide, & conſidera quid caro humana à ſuis amaroribus exigat.

Homines vltrò feſtinant in æterna damnationis abyſſum.

Caro ſibi ſatisfieri poſſe non putat, niſi homo ad inferorum feſtinet.

---

§ XCIII.

In diſtrictioris etiam diuina iuſtitia rigoribus, indulgentis clementia non dubia nota micanter tranſlucent.

1 CLementia in quamcumque domum peruenerit, eam felicem tranquillámque præſtabit. Sed in Regiâ, quò rarior, eò mirabilior. Quid enim eſt mirabilius, quàm eum cuius iræ nihil obſtat, cuius grauiori ſententiæ ipſi qui pereunt aſſentiuntur, quem nemo interrogaturus eſt; imò ſi vehementiùs excanduit ne deprecaturus quidèm; ipſum ſibi manum iniicere, & poteſtate ſuâ in melius placidiúſque vti? Muliebre eſt furere in irâ. Non decet Regem ſæua, nec inexorabilis ira. *Non multum enim ſuprà eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat.* At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit qood nulli niſi rerum potienti licet. *Vita enim etiam ſuperiori eripitur, numquam niſi inferiori datur.* Seruare proprium eſt excellentis fortunæ, quæ numquam magis ſuſpici debet, quàm cùm illi contingit idem poſſe quod Deus, cuius beneficio in lucem edimur tam boni quàm mali. *Dei itaque ſibi animum aſſerens Princeps, alios ex ciuibus ſuis, quia vtiles beniquè ſunt, libens videat, alios in numerum relinquat: quoſdam eſſe gaudeat, quoſdam patiatur.* Verùm, quia flagitiorum inſolentia punitionem extorquet, quæ publicum damnum expiet (qnia bonis nocet, quiſquis pepercit malis) inuitus id agat, victus ſcelerum mole; ſemper autem Dei exemplo, clementia rigoribus miſcenda eſt: iuſtitia portò Dei, miſericordiæ ex lex non eſt.

Senec. lib 1. de Clement. cap. 5.

Clementia Leon.

Princeps mitius, ſi cui iraſcitur, ſe ignobilior exæquat.

Vita ſuperiori eripitur, numquam niſi inferiori datur.

Geneſeos 6. giganteam multimodè malitiam Deus diu ſuſtinendo pertæſus, eluuionem ſeriò meditatur, comminetarque mondi naufragium: Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia: pœnitet enim me feciſſe eos. *Noe verò inuenit gratiam coràm Domino*, qui ſtatim, *vir iuſtus atque perfectus* nominatur. Multas Interpretes rationes adglomerant, cur narratione tantiſper interruptâ, inter tot ſceleroſiſſimè impios, ſanctiſſimi Noë memoria inducatur. Forſan inter tot flagitiorum tædia, Noëticæ probitatis recordatione recreatur Deus. S. Ambroſius lib. de Noë & arcâ geminatam rationem his verbis expreſſit: *Noe inuenit gratiam coràm Domino*, inquit, *Ad condemnationem cæterorum, & ad expreſſionem pietatis diuina dicitur Noe apud Deum gratiam inueniſſe.* Scilicet omnium virtutum gazis eximiè ornatum tunc Noëmum oſtẽtar, vt inter ſeuerioris iuſtitiæ rigores, ſuam beneficentiam ſumptuoſiùs manifeſtet; & quàm ſit de ſe liberaliter munificus palam notificat, ne in flagitioſiſſimo & damnatiſſimo ſeculo, ipſe Deus, aut gratiæ auarus, aut liberalitatis inops eſſe videatur. Quin & ſpectabili plurifariam ſanctitate illum adornat, vt tanta virtutis excellentia, reliquorum malitiam prædamnet: vt cùm tandem Deus tanquam ſcelerum vindex, illos ad naufragium damnet, dudùm à Noëmo prædamnatos fuiſſe innoteſcat, *Ad condemnationem cæterorum, & ad expreſſionem pietatis diuina dicitur Noe apud Deum gratiam inueniſſe.* Nimirùm Deus ſemper ad rem Clementiæ ac pietatis feſtinat, ne illum homo anteuertere videatur. Cùm autem ſeuerioris iuſtitiæ negotium agitur, ſic lentè agit, & ſerus flagitiorum vltor tardat, vt hominis præiudicium iudicio diuino præcurrat: ne priùs ipſe, quàm ipſe homo homines condemnare videatur. 2

Gen. 6. v. 8.

S. Ambroſ.

Priùs damnatur homines Noemi prædicto quàm iudicio diuino quare?

Adhuc in hâc ſeueriori Noëtici diluuij pœnâ, quàm in Deo peregrinetur acerbioris iuſtitiæ voluntas, in ipsâ perſpicuè narratione tranſlucet: *Videns*, inquit, *Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore*, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terrâ. Et tactus dolore cordis intrinſecùs, *Delebo, inquit, hominem quem creaui, &c.* Statum humanæ cauſſæ præmittit, vt eluuionis rigorem excuſet. Multa malitia hominum iam diu inſoleſcere dicitur, & cogitatio cordis propenſior ad malum ſemper intenta, vt diuinæ damnationis fulmen vibretur. Poſt præuiſa tot enormiter patrata ſcelera, ait Deus, *Delebo hominem, &c.* Sed ipſa ſcelera hominem prædamnãt, & pœnam acerbiùs parturiunt, præuento Dei vindicis officio. Audiendus eſt Seleucienſis Baſilius Orat. 5. ſic eleganter fatus: *Ac mihi videtur, ait, ad venturi iudicij, ad extremi atque horribilis diei fidem & memoriam volens Deus homines perducere, commune illud populis periculum creare voluiſſe, quò adſpectus tanto infortunio fidem* 3

Gen. 6. v. 5.

Non id Deus, quàm culpa dicitur pœna Parens.

Baſil. Seleuc.

 adſtruens,

*adſtruens , timorem retineat ſalutis viam ; vt
cùm homines cognoſcerent tam ſeuera ani-
maduerſionis Parentem fuiſſe impietatem,
timore pœnarum impietatem fugerent.* Ec-
ce tibi Deus dum communis naufragij
Pœnalis Dei ſententia, cogitatio & recogitatio Dei nominatur. ſententiam ſtatuit, aiens, *Delebo hominem,*
tunc tunc,quidèm ſceleroſa hominum,*im-
pietas* opportunè inducitur , tamquam ſe-
uerioris ſupplicij *parens* , quæ ſtrages par-
turit.& excidia partat,dum naufragia euo-
mit. Deus dictat pœnam , quam culpa pa-
rit , vt in culpam impiè sudacem , potiùs
4 Gen 6.v.6. qnàm in Deum culpæ vindicem, acerbio-
ris pœnæ inuidia reiiciatur. Quare cùm
tot ſcelerum à Deo pœns ſtatuitur , præ-
mittit Moyſes : *Pænituit eum*(Deum,)*quod
hominem feciſſet in terrâ,& tactus dolore cor-
dis intrinſecùs, delebo, inquit,hominem* , &c.
LXX Interp. Quæ verba ſic excribunt LXX. Interpre-
Humana ſcelera vel à nolente Deo, punitionem impetrant. tes: *Cogitauit Deus quia fecit hominem ſuper
terram*, & *recogitauit.* Nempè Deo tribui-
tur, quòd de culpæ pœnâ *cogitet* & *recogi-
tet*;culpæ verò adſcribitur, quòd pœnæ ſit
parens, illámque peracerbè parturiat. Non
quòd Deus culpæ pœnam non infligat,ſed
quia illius infligendæ primas culpa præri-
piat,cuius præiudicium pœnalior Dei ſen-
tentia ſubſequatur. Eleganter Salnianus
Saluian. Maſſilienſis lib.1.de gubernationeDei:*Cùm
videmus ſcelerum immanitatem*, inqnit , *cri-
minum turpitudinem,libidinum obſcœnitatem,
probat nobis Deus quòd ipſe eos perdere no-
luerit,ſed ipſi extorſerint vt perirent.* Idcircò
etiam cùm Deus ſeuerè punit , cùm de ſe
etiam tunc punire nolit, *cogitare* & *recogi-
tare* de pœna dicitur ; cnlpa autem & ſup-
plicij *Parens*,& punitionem *extorquere* per-
hibetur.Heu flagitioſiſſimi hi Senes, adeò
ſcelerum inſaniunt feruore , vt *neque re-
Hic verſ. 9. cordarentur iuſtorum iudiciorum* & culpæ, &
Dei.Eſto, iudiciũ Dei nõ viderint excæcati;
at præiudicium tam malitioſi ſceleris,quod
inſanâ perſpicaciâ exſomnes moliuntur,
attendere debuiſſent ; ne citiùs ſuæ mali-
tiæ , quàm Danielicæ ſententiæ. cenſurâ
damnarentur.

5 Geneſis 7.comminata diluuij tempeſtas
atrociter ingruit;peregrinis aquis peregri-
na ſcelera Deus obruit. Supernè cælum
torrentes iaculatur , infernè terra abyſſos
relaxat. Nulla iam aridæ mariſque diſcre-
tio,vnius fluenti alueo continebantur om-
nia. Inſtabat acertimè diluuinm ad alta
quæque ductum , à tergo ferebat omnia,
donec ſimul omnibus implicatis idẽ mors
eſſet & tumnlus.Rationis exors, conſórſq;
natura vno funeſtantur naufragio.Noëmus
verò cnm familiâ ſolus per omnium gen-
tium ſtragem vitâ fruebatur inopinatâ.Fa-
ctum itaque eſt diluuium quadraginta die-
Gen.7.v.17. & 18. bus ſuper terram: *& multiplicatæ ſunt aquæ,
& eleuauerunt arcam in ſublime à terrâ.Ve-
hementer enim inundauerunt, & omnia reple-
uerunt in ſuperficie terræ : porrò Arca fereba-
tur ſuper aquas*,velut curriculo vndis inne-
cta , non proſcindens flnctuum profunda,
ſed equitans in ſalo velut in ſolo, vice ba-
ſeos erat pelegus , & Arcæ ſnbſternebatur
inundatio quaſi via publica : adeò vt quod
ceteris ineluctabile creabat periculum ad
ſcelerũ pœnam,Noëmũ periculo eximeret,
& in mediis rigoribus, ergà Noëmũ Deus
largiorem oſtentaret beneficentiam,ad tu-
telam diuinæ bonitatis ; ne in diſtrictioris
iuſtitiæ rigoribus abeſſe putaretur:*O Noë-
me*(exclamat Seleucienſis Baſilius)*hominum* Baſil.Seleuc. Orat.5.
*progenitor Adamo anteferende ! ô imaginis
Dei firmior adſeruator ! ô qui finis , vnáque
principium naturæ fuiſti ! ô ſanctum humani-
tatis confine !* Pende attentiùs quæ ſubiicit
verba ad rem opportuna : *O , qui tutior di-
uinæ bonitatis fideiuſſor illuxiſti ! ô,qui graſ-* *Quare Noëmus dicitur, tutior diuinæ Bonitatis fideiuſſor*
*ſantem per genus humanum execrationem ſti-
tiſti ! ô , qui naturæ cauſſas in te complexus es !*
Profundo ſtilo Noëmns naturæ cauſſas in
ſe complexus , & ſollerter agens , dicitur,
Tutior diuinæ bonitatis fideiuſſor. Nimirùm
dum atrociter ſæuit dilnuium , & tot ſtra-
ges immaniter edit, periclitari tnnc forſan
apnd homines poſſet diuinæ clementiæ ac
bonitatis opinio , cuius tutiſſimns extitit
fideiuſſor Noëmus , in vniuerſali reliquo-
rum clade ſoſpes miriſſimus ; qui ſuæ ac
ſnorum incolumitatis ſuffragio , de diuinâ
bonitate vindicias egit. Tum etiam , quia
poſtmodùm de Iride in nubibus floridè
depictâ,& gratiſſimè coloratâ , repreſſit al-
terius diluuij terrorem , recepitqne à Deo
ſecuritatis futuræ pignus à perniciabi-
lium rerum expectatione , quam hnmana
malitia,& indoles ad malitiam prona con-
cipere poſſet.Vide nunc mihi , etiam in di-
luuio,vbi ſtrages ſpirant vniuerſa,non dn-
bias diuinæ clementiæ notas ; quas ſi for-
tè humanæ temeritatis inſolentia non vi-
deat , ſuæ bonitatis locupletem *fideiuſſo-
rem* Deus peccatoribus ſiſtit ; neqnis exin-
ceps vel in diſtrictioris iuſtitiæ rigoribns,
Dei bonitatem non videat. *O Noëme , qui
naturæ cauſſas in te complexus es ! ô , qui tu-
tior diuinæ Bonitatis fideiuſſor illuxiſti !* ait
eleganter quidèm Baſilius.

Geneſeos 6.iam iam è cælo ingruit mun- 6
do naufragium. Dixitque Deus ad Noë: Gen.6.v.3.
Non permanebit ſpiritus meus in homine
in æternum,qnia caro eſt: *Erúntque dies il-
lius centum viginti annorum.* Magnnm au-
tem inter Commentatores litigium eſt,cur *In diluuij ſupplicio, miſericordiæ notamenta tranſparent.*
Deus accelerauerit diluuium viginti an-
nis antè decretum tempus. Reſpondet
Chryſoſtomus : *Quoniam vidit Deus quo-
tidie incurabiliter homines peccare : & non ſo-
lùm nihil ex ſuâ indicibili longanimitate pro-
ficere ,ſed incrudeſcere vlcera : propterea ſuc-
cidit tempus , ne maiori pœna ſe obnoxios fa-* S.Chryſoſt. hom.25.in Geneſ.
cerent. Ecce in prænaliori ſupplicio , be-
nignitatis non dubiæ notæ micantes tranſ-
parent.

---

§. XCIV.

Deus prout à nobis tractatus eſt,ita nos ip-ſe tractat.

SAlnbriter vnumquemque mortalium 1
Philoſophus monet : Facis,inquit, rem. Sen.Ep.42.
optimam

optimam, & tibi ſalutarem, ſi perſeueras ire ad bonam mentem; & quamſtultum eſt optare, cùm poſſis, à te impetrare? Non ſunt ad cælum eleuandæ manus, nec exorandus edituus, vt nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat (Hactenùs ethnicè, & Arianè. Pergit Chriſtiano cothurno) Propè eſt à te Deus, tecum eſt, intùs eſt. Ita dico, ſacer intrà nos ſpiritus ſedet, malorum bonorúmque noſtrorum obſeruator & cuſtos: *hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat Bonus vir ſine Deo nemo eſt.* Itaque ſæpè Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Malitia noſtra illius piè effuſam bonitatem non ſemel inhibet: ſicut etiam adſpectu ad homines, oportet *vt intelligas tua vitia eſſe, quæ putas aliena.*

Deus prout à nobis tractatur, ita nos ipſe tractat.

Idem ep. 51. *Vitia noſtra ſunt, quæ putamus aliena.*

Futilis de Deo querela eſt, dum illum ergà te minùs liberalem, minùs fidelem, beneficum minùs expoſtulas. Eſto æquus rerum arbiter, & diuinæ prouidentiæ cenſor: & reuoca ad examen, qualem te aduersùs Deum exhibeas. Annon ex Prophetico ore, de Deo audis? *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Nimirùm in hoc loco (vt benè obſeruat Agellius) id indicat Dauid, Deum & homines quandam contractûs ſpeciem inter ſe inire: vt ſi hi bonâ fide cum Deo agant, atque ei integro animo obſequantur, ipſe integrum ac munificum datorem ergà illos ſe viciſſim exhibeat; quòd ſi ſecùs fecerint, & debitæ gratitudinis ſpecimen & officia Deo non perſoluerint (id enim eſt peruerſum eſſe) ipſe etiã alium ſe iis, quàm anteà, oſtendat; & benignæ gubernationis rationem immutans, gratiæ ſuæ dona imminuat, ſubtrahátque. Ecce quomodò *Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat.*

Pſ. 17. v. 26. & 27.

Agellius ibi.

Quomodò Deus cũ peruerſo peruerti dicatur.

2 Geneſeos 6. in primâ illâ mundi ætate, videns Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ; omnis quippe caro corruperat viam ſuam: nam Gigantum violentia pugnaciter ſalaciſſima, omne ius fáſque impudentiſſimè violauerat. Deus ergò tantam pertæſus malitiam, durus tot ſcelerum vindex, ſic acerbè minatur: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: erúntque dies illius centum viginti annorum.* Putant Ioſephus, Philo, Abulenſis, & alij hîc à Deo ſtatui terminum vitæ ſingulis hominibus, quaſi ſinguli homines deinceps tantùm eſſent victuri centum viginti annis. Nimirùm intrà hoc ſpatium vita hominum contrahitur, ne longior vitæ humanæ diuturnitas, peccandi licentiam exinceps propagaret. Ceterùm hinc non leuis exoritur difficultas ſuper huius oraculi veritate. Porrò vti ex hâc Geneſeos hiſtoriâ indubiè conſtat, Noëmus tunc cùm arcæ fabricam inchoauit, quingenteſimum agebat annum; anno autem ſexcenteſimo diluuium exundauit, quo tota gens hominum communi naufragio periit: quare non centum viginti, ſed centum dumtaxat annos homines vixerunt, nempe à quingenteſimo vſque ad ſexcenteſimum annum vitæ Noemi. Quomodò igitur ſtat Dei fidelitas, dum viginti annis diuina promiſſio imminuta ſit? Cur hoc vitæ humanæ ſpatium abbreuiatum eſt? & quomodò abbreuiatio cum præſcripto oraculo conſtat? B. Petr. Damianus Opuſc. 4. Diſcept. Synod hoc dubium ſic tractat, & extricat; *Erúntque dies illius centum viginti annorum. Vitæ ſpatium*, inquit, *quod humano generi Deus promiſit, imminuit; quia peruerſitatis eorum reatus excreuit. Quia conſtat, quòd ſæpè Deus omnipotens quod homini promiſit, imminuit; quoniam homo quod Deo debuerat, non impleuit.* Proh, ſic humana malitia certat cum bonitate diuinâ, vt hæc, quod liberaliter promiſit, imminuat; quia homo quod Deo debet, minùs impleuit? Numquam deeſſe poteſt diuina in promiſſis fidelitas, ne veritas Dei ſumma vllatenùs imminuatur; hanc autem imminutionis ſpeciem ſubit, cùm hominum malitia ſic vbertim exundat, vt *quod Deo debet, non adimpleat.* Num qui quod debet, non adimplet; fruſtrà expectat, quod Deus adimpleat, quod illi ex liberali promiſſione debere videtur? Loquitur B. Petr. Damianus de promiſſione diuinâ, etſi abſolutis verbis conceptâ, tectiùs tamen conditionatâ, quam humana malitia, dum quod debet, non implet, effectu viduat; & *quod humano generi Deus promiſit, imminuit.*

Gen. 6. v. 3. Ioſephus. Philo. Abul.

B. Pet. Dam.

Deus quod homini promiſit, imminuit, quia homo quod Deo debet, non implet.

3 Leuiti 26. Deus plures, ipſáſque peracerbas maledictiones Hebræis minatur, ſi diuinarum legum obſequia malitiosè negligant: *Quòd ſi*, inquit, *nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoque contrà vos aduerſus incedam.* Nempe ſi legem meam contemnendo & violando, velut hoſtes aduersùs me egeritis; ego quoque quaſi hoſtis vos inuadam, puniam, traducam, conſumam. Verùm cùm Deus dicitur genti aduerſæ ac peccatrici hoſtiliter *aduerſus*, illi ſe quodammodò conformare perhibetur ad pœnæ malum. Quâ ſuper re audiendus eſt Græcus Anonymus adductus à noſtro Corderio in Annot. ad Pſal. 17. Verſ. 27. qui ſic locum excribit, & exponit: *In ſanctis*, inquit, *Sanctus eſt Deus, & in innocentibus innocens, in electis etiam electus: ſed in peruerſis non item peruerſus; ſed ſimul cum ipſis peruertetur omnis gratia. Sic autem ſimul peruertitur Deus, vt in* Leuitico *idem dicit: Si ingrediemini aduersùm me obliqui, ingrediar & ego aduersùm vos in furore obliquo.* Duo hic ad rem nota. alterum quòd dum de Deo dicitur in Pſalmo 17. *Cum peruerſo peruerteris*, non Deus dicitur aduersùs peruerſos *peruerſus*, ſed *omnis gratia* eius velut peruerti dicitur. O moraliſſimè ac pœnaliſſimè arcana *gratiæ* peruerſio. aduersùs peruerſos ſic quodammodo inuitiatæ, & velut adulteratæ, vt peruerſionis ſuæ pœnas vel in ipſâ *gratiâ* luant!

Leuit. 26. v. 23. & 24.

Græcus Anonymus Corderius.

Pſ. 17. v. 27. *Num omnis Dei gratia, in peruerſo peruertitur?*

(de

(de quo alibi forſan) Dein nota, quomodò Leuitici locum Anonymus excribat, & exponat; dum pro homine *aduerſo* contrà Deum; & vice verſâ pro Deo *aduerſo* contrà hominem, *obliquum* ſententiosè ſubſtituat: *Si ingredimini aduersùm me obliqui, ingrediar & ego aduersùm vos in furore obliquo.*

Aduerſus Deū obliquos, obliquo furore Deus punit.

O acerbiſſimas Dei minas, velut ex inſidiis timendas! Hem! peccatores, qui præ impudenti aſturâ vafritie incedunt *obliquè* aduersùs Deum, ſic eum acerbè protitant, & velut ipſis conformem efficiunt, vt *in furore obliquo* eos puniat? Proh, quis ſummam Dei rectitudinem, vel nomine tenùs *obliquet*? O nimis verum! *Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat.*

4 Leuit. 26. v. 23. & 24.

Redeat iterùm præſcriptus Leuitici locus, ad rem aliter expendendus: *Quod ſi,* inquit, *nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoque contrà vos aduerſus incedam.* Quæ verba ſic inibi Oleaſter exponit: Pro, *ſed ambulaueritis ex aduerſo*, quidam vertunt: *Si ambulaueritis mecum à caſu, vel cum caſu, id eſt, ſi caſui attribueritis ea qua mihi attribuenda ſunt; ambulabo (vt infrà dicit) etiam ego vobiſcum cum caſu, id eſt, oſtendam me veſtra quodammodò non curare, ac ſi nihil mea interſit gubernare vos.* Hæc in Annotatione iuxtà litteram, poſtmodùm pergit in Annot. ad morum compoſitionem: *Admonui*, inquit, *quoſdam legere: Si ambulaueritis mihi à caſu; ambulabo etiam ego vobiſcum à caſu. Hoc eſt peſſimum Dei flagellum; cùm ſcilicet ipſe tecum egerit, ac ſi tua non curaret. Qui enim ita delinquunt, ac ſi nulla eſſet Dei ergà humana prouidentia; ſolet eos Deus negligere, ac ſi ſua non curaret, vt ſine vllo timore & freno labantur. Quare maximè cauendum eſt, ne ita peccare contingas vt credas Deum tua non curare.*

Oleaſter.

Dei prouidentia eos videtur negligere, qui Deum opere negligere videntur.

Eheu id contigiſſe videtur his ſenibus impudenter ſceleroſis, qui tamquam athei delinquentes, ſic flagitiosè exorbitarunt, ac ſi Deus ſua ſuóſque negligeret: quare Deus meritam illis vicem rependit; eóſque non tantùm Moſaicâ pœnâ, ſed & Gentili etiam acerbiùs mulctauit; dum & legali lapidatione ſauciantur, & Chaldæâ frixione torrentur, iuxtâ oraculum Ieremiæ ſuperiùs enucleatum. O caue, ne Deus ita *tecum egerit, ac ſi tua non curaret!* Tu ergò diuinæ benignitatis aut acerbitatis arbiter eſto; qui cum ſancto Sanctus eſt, & cum peruerſo peruerti & obliquari dicitur; quaſi Deus ſit innocentibus in beneficentiâ plurimus; & ſcelerosè delinquendo impudentibus nemo eſſe videatur. Æquum enim eſt, vt qui enormiter peccando, *euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum*, puniantur quaſi cælo inuiſi, & à Deo neglecti. Nam *Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat.* Sic etiam è contrario Suſannam beneficentiùs tractauit

Hic verſ. 9.

5 Matth. 7. v. 2.

Matthæi 7. hæc iuſtitiæ gnome à Chriſto Deo proponitur: *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & quâ menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis.* Ex his Chriſti verbis ſic addubitat Auguſtinus apud Catenam ibidèm: *Poteſt autem mouere quòd ait: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Numquid ſi nos temerario iudicio iudicauerimus, temerariè etiam de nobis Deus iudicabit? aut numquid ſi menſurâ iniquâ menſi fuerimus, & apud Deum eſt iniqua menſura, vndè nobis remetietur? Nam menſuræ nomine ipſum iudicium ſignificatum arbitror.* Huic ſubtili dubio argutè ibidèm Auguſtinus reſpondet: *Sed hoc dictum eſt, quoniam temeritas quâ punis alium, ipſa te puniat neceſſe eſt. Iniquitas enim ſæpè nil nocet ei, qui patitur iniuriam: ei verò qui facit, neceſſe eſt vt noceat.* Quare hi veteratores ſalaciter & atrociter Senes, non temerariam, aut temerè à Deo per Danielem inflictam pœnam ſubeunt, ſed ſuæ temeritati condignam. Sua ipſorum temeritas atrociter immanis contrà innocentem caſtiſſimè Suſannam, in proprium recidit ipſorum caput; & quo iudicio iudicauerunt, iudicati ſunt. Quarè iuſtè *fecerunt eis ſicut malè egerant aduersùs proximum.*

S. Auguſt.

Temeritas, quâ alios nocemus, nos damnat, & punit. Procul à Deo temeritas.

Hic verſ. 61.

---

§. XCV.

Pœnitentia os inferni claudit, porta eſt cæli; cor portat in humeris, & aurora comparatur.

SEntentiosè Ambroſius: *Plena*, inquit, *eſt definitio Pœnitentia: Commemoratio delictorum, vt vnuſquiſque peccata ſua velut quotidiani ſermonis caſtiget flagello, & commiſſa ſibi flagitia condemnet. Sic enim docemur dicente Domino: Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et Apoſtolus ait: Ore confeſſio fit ad ſalutem.* Sed quid eſt, quòd Pœnitentia definitur: *Commemoratio delictorum*? An ſatis eſt, ſiquis illa mente aut ore *commemoret*, vt illorum pœnitentiam agat? An tanta támque horrenda eſt delictorum malitia, vt vel *commemoratione* obuerſata menti, terrorem incutiat, ingerat horrorem, quô pœnitentia mente inchoatur, & ore peragitur! O quàm multa paucis Ambroſius! 1

S. Ambroſ. in Præfat. ad Pſal. 37.

Iſaiæ 43. v. 26.

Ad Rom. 10. v. 10.

Pœnitentia definitur: Commemoratio delictorum.

Prouerbiorum 18. de Salomonis ſcholâ ita ad pœnitentiam erudimur de impœnitentiæ metu: *Impius*, inquit, *cùm in profundum venerit peccatorum; contemnit.* Quaſi dicat: Impius quotidie creſcens in impietate, vnámque alteri, ac maiorem minori aſſiduè accumulans, tandem in profundum impietatis barathrum dilabitur, quò cùm dilapſus eſt, iam *contemnit* omnia monita & monitores, omnia flagitia, & eorum probroſas conſequentias, omnia iura diuina & humana, omnia damna & pericula: quare negligit pœnitentiæ remedium. Vndè Hugo explicat, *Contemnit* 2

Prou. 18. v. 3.

Hugo.

conſcien

Lyranus. Hic verſ. 9. Gratianus. S. Gregor. & Auguſt.

conſcientiam; Lyranus, *Contemnit veniam, omnémque medicinam*; velut hi Senes. Qua de re audiendus eſt Gratianus de Pœnit. diſt. 1. Can. 60. ſic ex Gregorio & Auguſtino fatus: *Voluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare dum viuunt..... Hinc Chriſtus ex perſonâ malorum,*

Pſ. 68. v. 16.

ait: Non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Puteus eſt humanæ iniquitatis profunditas, in quem ſi cecideris, non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris os tuum. Confitere ergò & dic: de profundis clamaui ad te Domine, & euades. Claudet ſuper illum Dominus, qui in pro-

Pſ. 129. v. 3. *Infernus non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris in cõfeſſione os tuũ.*

fundo contemnit, à quo mortuo, velut ab eo qui non ſit, perit confeſſio. Vide hîc, & deteſtare immenſam peccandi eſuriem, quâ immeratè fameſcit. qui latranti conſcientiæ ſurdus eſt. qui de profundis non clamat pœnitentiæ ore: ſuper illum enim infernalis gehennæ puteus claudit os ſuũ, ad æternam hominum perditionem hians, ſi ad confeſſionem os ſuum homo clauſerit. Itaque profundus gehennalis incendij puteus, ſuper illum infernale os ſuum æternùm claudit, à quo viuâ morte, dum adhuc viuit, in peccatis ſepulto, *velut ab eo qui non ſit, perit confeſſio.* Proh à quo perit Confeſſio. iam ipſe male periit. Obuium expromptè remedium ore ſuppetit. Quæ confiteris peccata, de præcordiorum profundo medullitùs conuiſcerata, extrahis, & exhauris ſalutari pœnitentiæ artificio. Qui gehennale inferni incendium perpetuò arſurum non deſpicit, breuem ſcelerum confitendorum pudorem facilè contemnit. exiguo oris pretio æternatura mala redimis, è profundo inferorum tumulo rediuiuus reſurgis, & beatam Empyrei gloriam acquiris.

3 Pſ. 99. v. 4.

Pſalmo 9. ſic Dauid peccatores adhortatur ad pœnitentiam: *Introite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis: confitemini illi.* Quænã ſunt hæ *porta* per quæ introitur ad Dominum? hæc Domini atria, quænam ſunt? Ad hæc nobis per confeſſionem intrandum eſt. Anonymus indidèm in Catenâ Græcorum Patr. *Introite portas eius*, in-

Anonym.

quit: *Portas Domini vocat Eccleſiam quæ in terrâ eſt, in quâ confiteri oportet; nempè primum peccata eiciendo, & beneficia in nos collata recenſendo.* Quaſi per confeſſionem, quæ *eiicit peccata*, in Eccleſiam quæ in terris eſt, ingrediamur An qui non confitetur peccata, in Eccleſiam quæ eſt in terris, ingreſſus non eſt? Opportuniùs Eu-

Euſebius. Cæſarienſ.

ſebius Cæſarienſis inibi: *Introite portas eius in confeſſione commemorate, inquit, mala, in quibus priùs verſabamini, quando procul à Domino aberatis. Quapropter tamquam aſpergillo priorum delictorum confeſſione vtentes, introite in portas eius, confiſi vos pòſt primordia, primóſque aditùs ſeruitutis Dei, in interiora ingreſſos, non ampliùs confeſſione vſuros, ſed hymnis in poſterum ipſi vacaturos.*

Per Confeſſionem portas introitur in penetrale, vbi habitat diuinitatis plenitudo.

Gratianus

Aliter Gratianus de Pœnit. diſt. . Can. 60.

P. Didac. Celada in Suſannam.

de confeſſione fatus, ita ſcribit: *Hinc idem Propheta ait: Introite portas eius in confeſſione; oſtendens ad portas miſericordiæ, non niſi per confeſſionem peccati aliquem poſſe pertingere.* Nempe excluſus eſt à diuinâ *Miſericordiâ*, qui per obuium Confeſſionis aditum ad illam non ingreditur. Miſericordiæ exors eſt, illique diuina Miſericordia vacat, & omnis vis Dei benefica otiatur, qui pœnitentiam non aſſumit, & per confeſſionis portas in atria Domini non ingreditur. Luculentiùs adhuc Chryſologus: *Introite portas eius in confeſſione. Sola enim confeſſio eſt*, inquit, *quæ nos fides facit introire per ianuam. Nobis autem iam poſitis intrà domum Patris, aſſumenda cæleſtium canticorum ſpiritualis ſymphonia, vt ſit nobis in ingreſſu Confeſſio, ſint in atriis hymni, ſit laus in penetralibus, vbi tota Deitatis inhabitat plenitudo.* Quid elegantius?

Per confeſſionem intratur ad miſericordiam Dei.

S. Chryſol. apud Cordeñium ibi in Notis.

Ieremias Propheta cap. 31. pœnitentiæ ideam his verbis proponit: *Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam.* Per ſtatuendam pœnitenti *ſpeculam*, præmittendum conſcientiæ examen innuitur, quo commiſſa ſcelera clarentur, & pateant. LXX. Interpretes, *Statue teipſam Sion* Sion autem *aceruum* ſignificat ſtatuenda antè multitudo & aceruatio peccatorum omnium. Mox *pone tibi amaritudines*, inquit, nimirùm contritionem, & amarorem cordis, Symmachus legit, *Pone tibi tranſmutationes*, nempè multiplex olim peccandi dulcedo in varia voluptabilia effuſior, *tranſmutetur* in amariſſima contritionis fella, quibus peccatorum recordatio quondam mellea; pœnaliùs amareſcat. Quidam legunt, *fac tibi pœnam*; alij, *ſume de te ſupplicium.* LXX. Interpretes ſcribunt: *Da cor tuum in humeros, vt opere & labore impleantur, quæ in corde decernuntur.* Anonymus Græcus ac vetus commentator, ſic præſcripta verba elucidat: *Ne ſis inconſtans in dogmatibus, teipſum in peccando caſtiga, ſubige, & in ſeruitutem redige corpus tuum, totam mentis aciem ad opera confer.* Itaque *amaritudines* contritionis pœnitenti ad confeſſionem ponendæ, ſic debent eſſe pœnaliſſimè intolerabiles, vt ad illas ſuſtinendas, ponendum ſit *cor in humeros*, & toto virium adniſu ſupportandæ. O quàm multa in hoc verborum compendio expendenda tranſparent! Quin & emendationis, atque caſtigationis propoſitum, quod noſtrum *cor humeris* ſubnixum intendit, adeò debet eſſe conſtanter magnanimum ac flectineſcium, vt exhibitam *dogmatibus* fidem de inconcuſsâ certitudine æmuletur. *Ne ſis*, inquit, *inconſtans in dogmatibus, teipſum in peccando caſtiga, & totam mentis aciem ad opera confer.* O bona peccatorum contritio, bonum emendationis, ac ſatisfactionis propoſitum, *dogmatum* de fide æmulum! quò puerilitèr ridicularia, & inconſtantiſſimè nugatoria noſtrarum Confeſſionum vota taxantur. Heu noſtram tunc rectitudinem facilè ad curuitates flexilem!

4 Ier. 31. v. 21.

LXX. Interp.

Symmach.

Qui agit pœnitentiam, ponat cor ſuum ſuper humeros.

LXX. Interp.

Anonym.

Propoſitũ pœnitentiã agentis, ſit velut dogma.

5 Prouerbiorum 4. *Iuſtorum*, inquit, *ſemita, velut lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*. Per hanc lucem, quæ creſcit vſque ad perfectam diem, meritò *auroram* Cornelius noſter intelligit, & per *auroram* adumbrari virtutem pœnitentiæ. Aurora porrò nihil eſt alud niſi aër ſuboſcurus, qui per noctem illuceſcentis ſolis lumine colluſtratus, & tenebras abiicit, & luce ſenſim effulget, licet exiguâ, ſimúlque cum modicâ luce in Solem reſoluitur: ita anima iuſti dum è tenebris vitiorum per pœnitentiam ſe conuertit ad Deum *Mens iuſti* (ait S. Gregorius) *aurora dicitur, quæ peccati ſui tenebras deſerens, ad lucem iam erumpit æternitatis*. Rursùs aurora vapores reſoluens ex iis rorem omnibus optatum & gratum, quo herbæ & plantæ fœcundantur, producit. Vndè dicitur aurora, quaſi *aura rorans*; aut quaſi *aurea hora*, quòd lux cùm ſit alba, in aurorâ miſta vaporibus & nubibus atris, per eáſque tranſparens & velut commiſta, videatur aurea. Sic pariter pœnitentia & contritio, quâ peccator fit iuſtus, adducit rorem doloris & lacrymarum; item rorem, id eſt, fœcunditatem bonorum operum. Quare idem Gregorius: *Eccleſia*, inquit, *in incipientibus eſt aurora, quia è tenebris peccatorum luce ſanctæ operationis ſplendere incipiunt*: ſicque paullatim *creſcunt vſque ad perfectam diem*. LXX. Interpretes ſic locum excribunt: *Via iuſtorum ſimiliter vt lux fulgent, procedunt, & illuminant, donec dirigat* (Lucifer, *corrigat*) *ſe dies*. Hem! aurora, pœnitentiæ vmbra, ſic eſt aſſueta ſe corrigere ab exiguâ ad præclariorem lucem, vt etiam dum dies eſt; ſe *corrigere* ambiat? ô diſcant viri etiam perfecti de Auroræ magiſterio, quo pœnitentia eruditur, etiam *diem corrigere*, & operum meridiem, ne culparum tenebræ ſubſint, lucernare. Nulla huius vitæ *dies*, etiam in perfectis, adeò tenebris exempta eſt, vt in eâ aliqua obſcuritas non traſpateat. Ergò *corrigat ſe dies*.

Prou.4.v.18. — Cornelius. — *Sic pœnitĕtia, auroræ ſimilis quomodo?* — S. Gregorius l.16 Moral. c.25. — S. Gregorius in Cant.6. v.9. — LXX interp. Lucifer. — *Aurora in diĕ conuerſa, adhuc ſe corrigit.*

6 Matthæi 1. Ieſſe autem, inquit, genuit Dauid regem. *Dauid autem rex genuit Salomonem ex eâ, quæ fuit Vriæ*. Eccur relictis aliis, ſolus adulteræ filius in Regem auguratur? Quare etiam matris tanti Regis adulterium tacitè perſtringit Euangeliſta, quo regem Salomonem cum Patre Dauid deuenuſtare videtur? Audiendus eſt Bacchiarius Tract. de recipiendis lapſis: *Talis filius naſcitur ex pœnitentiâ; talem parturiunt gemitus, & lamenta plangentium, Propheta, pacificus, & qui vniuerſi orbis, id eſt, totius hominis tenuit principatum*. Scilicet plus Salomon nobilitatur, cùm inter pœnitentiæ lacrymas natus dicitur, quàm materni adulterij mentione deturpatur. Hoc itaque deerat gloriæ Salomonis, quòd Pœnitentiæ ſoboles diceretur.

Math.1.v.6. — *Salomon dicitur pœnitĕtia filius.* — Bacchiarius.

§. XCVI.

Cælum humana contemptum libidine, illam acerbiùs punit.

1 EXhodi 23. cauſſa diſertè ſcribitur, cur ad introitum Hebrææ gentis in Palæſtinam, Hauæi, Hethæi, & Chananæi aut detruſi, aut deleti non fuerint, quò Dei populus tranquillè Terrâ promiſſionis Abrahæ promiſsâ, longè lateque potiretur: *Non eiiciam eos*, inquit, *à facie tuâ anno vno: ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contrà te beſtiæ*. Quaſi beſtias terræ, cum terræ illius habitatoribus non poſſet Deus aut procùl exterminare, aut ad vnam perimere. Quare Auguſtinus quæſt. 17. ſic locum elucidat: *Mirum*, ait, *ſi non beſtiales cupiditates & libidines intelligi voluit, quæ ſolent de repentino ſucceſſu terrenæ felicitatis exiſtere: neque enim Deus homines exterminare poterat, & beſtias non poterat*. Itaque obſcœnæ cupiditates, petulantes ſenſitiui appetitûs ſubſultus, & effrenes concupiſcentiæ libidines, terræ *beſtiæ* nominantur: terræ enim beſtiæ è matrice terrâ extant; è terrâ pabulum, in terram ſemper procliues expetunt; quas terræ pronas natura finxit; neque vultum norunt ad cœlum tollere, & ſidera aſpicere; quaſi cælo prorsùs cæcæ, ad terram oculatiſſimæ: quò indicant ſe cælo exortes, quod aſpicere neſciunt; & totas eſſe terræ, cui perpetuò pronæ incumbunt, & quam ſemper procliues aſpiciunt. Sic & *libidines* appellantur beſtiæ terræ, quia ſunt *cupiditates beſtiales*, ad cælum luſcoſæ ac cæcæ, ad terram pronè perſpicaces, ac ſi *beſtialis libido* ad terram tota, cœlo præpoperè renunciarit.

Exhod.23.v 29. — S.Auguſt. — *Per beſtias terræ, beſtialis libido, ad terram prona, & ad cælũ cæca intelligitur.*

2 De his ſenibus iuuenili ardore ſalaciſſimis, qui pulchram caſtiſſimè Suſannam perditiſſimè adamabant, ita ſcribit ſacer Hiſtoricus: Et euerterunt ſenſum ſuum (id eſt, omnem illis mentem libido expectorauit:) *Et declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum*. Fecit olim pactum Iob cum oculis ſuis, ne in feminarum vultus incurrerent; nequa indè terrena obſcœnè cogitatio suboriretur. Satiùs, opinor, exiſtimabat illos in cælum eleuare, vt cæleſtium memor terrena omnia, & quæ animali lenocinantur naturæ, contemneret. Hi verò Senes fœdus videntur pepigiſſe cum oculis, ne viderent cælum; ne videlicet illi aſpectus, & eius, qui in cælis habitat timor, à terrenarum rerum ſtudio, ac libidine voluptuosâ forſan abducerent. Sed planè ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terram; & defixis in Suſannâ oculis, cogitara iterùm ac ſæpiùs de eâ, cuius ipſorum libidinem, vſque ad inſaniam amor ſufflammabat. Et vt voluptuariis affectibus indulgerent, inde orbari cælorum aſpectu, & pronè ſpectare terram, nihil

Hic.verſ.9. — Iob 31. — *Carĕtias à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt.*

penſi

penſi habnerunt. *Declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum.* Porrò vt ſuprà excripſimus. *Conſpectus pulchra femina uxor, hos libidinoſos Senes ad conſpiciendum cælum ac celeſtia cecauit. Cæli etiam aſpectu viduatur libido, qua oculos ſuos ſtatuit declinare in terram. Vale dicit cælo, ac celeſti gloria laſciuia. Cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt.* Vide hos nequam Senes, ſuo in Suſannam viſu operoſos, & inde cæli aſpectu vacuos. Sic libido pecudes cæli exortes, aut inuenit, aut facit?

Author ſupra §. 6. n. 15.

3 Geneſeos 7. primæua illa hominnm gens, volnptuoſæ petnlanter ſalacitati tota, qnaſi ſpiritoalis animus in carnem degeneraſſet; & matricem corporis terram, potiùs qnàm generoſam animæ proſapiam moribus exprimeret; Dei iras luxu laceſſit, è cælóque accerſit diluuinm. Igitur *rupti ſunt fontes abyſſi magna, & cataracta cæli aperta ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Num in ipſo cælo feneſtræ hiant, per quas aquarum gurgites profluant, quæ eluuione immensùm exundante ſpurcam luxu terram elnant & emaculent? ſcitè Rupertus ibi: *Et cataracta cæli aperta ſunt, per hyperbolen accipiendum eſt, & ſic eſſe dictum, ob inſinuandam inundationis magnitudinem, qua tanta fuit, vt firmamentum quod fecit Deus in medio aquarum, diſſipatum eſſe videretur.* Iraque cùm de effuſiori intemperantiùs libidine ſupplicium ſnmendum eſt, cæli firmamentnm, per idoneam moraliſſimè hyperbolen inducitur, quod ſciſſuris feneſtrarnm hians, moles aquarum largiùs depluat; qnaſi cæleſtis orbis humano lnxo offenſus, ſit luxuriæ vindex peridoneus. Appoſitè Ruperto adſentit Philippus Abbas Bonæ-ſpei de Obed. Cleric. cap. 6. *Rectè*, inquit, *carni, qua nullo in cæleſtia deſiderio ferebatur, aquas diluuij Deus ſuperinducere comminatur, & interficere omnem carnem, qua ſpiritui noluit obedire, ſed propriis voluptatibus inſeruire; qua noluit paſſiones corporis execrari, ſed in illis ſenſu perdito volutari; & qua luxuria rheumatibus, & locis humentibus delectabiliter eſt immerſa, tribulationum profluuio, velut aquarum diluuio pœnaliter ſit ſubmerſa.* Benè & optimè libidinoſos homines inſolenter ſalaciſſimos firmamentum pnnit, & de effuſiori luxu ſeueriores vindicias cælum agit; cælom inquam, in luxuriam hiat, ſcandeſcit, ſæuit, ſerocit. luxurie enim enormiùs offenditur, dum contemptim deſpicitur, & terrenæ voluptatis ſtudio ſuſpici negligitur. Nam de luſcoſo libidinis malo eſt, quòd petulantes hi Senes *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum*, terrenam carnis voluptatem illi præferentes: cui enim obſcœno intemperantiæ ludibrio floret terra, ſqualidè cælum ſordet; exindè *nullo in cæleſtia deſiderio fertur.* Heu qui ad terrenam hiat luxnriem, ad cælum faſtidioſè nauſeat! Idcircò offenſum firmamentum cæli, libidinum nauſragia eructat diluuio atrociter Ineluctabili: neque ita laſciuiæ petulantia offenſam cælo illatam ſatis expiat.

Gen. 7. v. 11. & 12.

Rupertus.

Contemptum luxuriæ cælũ, in illam durius ſæuit, iracũdiâ vltrico.

Philippus Abbas.

4 Geneſis 19. grandis Sodomiticæ luxoriæ clamor ad Dei vindicis aures peruenit, & effuſior libidinis inſolentia ad ſeueriorem vindictam laceſſit. Iuſtus Lot cum familiâ ab vltore Angelo properanter educitur. *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo: & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, & vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terra virentia.* Iure merito luxuriæ flamma flammeo imbre vſtulatur, & gehennale incendium anticipat. *Diu profectò* (ait Saluianns) *flagitioſiſſimus ille populus ignem illum accenderat, quo peribat; & ideò completis iniquitatibus ſuis arſit flammis criminum ſuorum. Tam malè enim de Deo meruit, vt gehennam qua in futuro iudicio datur, etiam in hoc ſeculo ſuſtineret.* Benè eſt, libidinis flamma flammæ gehennalis cognata ſit; & quæ cepit in luxuriæ ardere, ardore gehennæ conſummetur: libido enim ſcintilla gehennæ eſt, quæ nunc fumat terrâ inferni ſauillâ. Sed quid eſt, quòd non infimiſſimæ terrarum cauernæ, gehennale hoc incendinm eructant, ſed ſupernè è cælo ruere perhibetur? Opinor, infernum potiùs quàm cælum gehenoales flammas ructaret cognatæ laſciuiæ vindices. Quid cælo cum gehenoalis flammæ flammeâ ardenter pluuiâ? Opportunè indidèm Rupertus: *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo*, inquit: *Quare non qualemcumque ignem, ſed ignem pluit ſulphureum? Quia ergò talem carnis fœtorem miſerant ad Cælum, rectè de Cælo fœtorem igneum, vel ignem fœtidum receperunt.* Nimitùm ſicut caſtitatis flos Angelos ſubolet, cælum fragrat; ita ſqualidè fœtidus luxuriæ ardor cælos ſœtidè attaminat. Vltrices ergò vices Cælum ſeueriùs reciprocat, & æſtuantia luxuriæ fœtore conſpurcatum, ignem fœtidum ad vltionem reuerberat, & flammam ſulphuream depluit. Quare ad luxuriæ vindictam, non emergit ex inferno inoffenſo gehennale incendium; ſed ex offenſo Cælo ſœtida ardenter flamma acerbius enibratur: ſicque dignas de luxurie vindicias agit.

Gen. 19. v. 24. & 25.

Saluian. l. 4. de Proud.

Rupertus.

Fœtore luxuriæ offenſum calũ, ſulphureum ignem depluit.

5 Locæ 15. Prodigus ille adoleſcens peregrè profectus in regionem longinquam, acceprum patrimonium citò liguriit, tótamque ſubſtantiam ſuam *cum meretricibus deuorauit.* Benè iam redux ad Patrem, pœnitudinis inſtinctu, ſui ſceleris grauitatem ſic palàm fatetur: *Pater, peccaui in cælum, & coràm te; iam non ſum dignus vocari filius tuus.* Hæc eadem verba dudùm cùm reditum apud ſe meditabatur, patri dicenda, poſt maturam deliberationem decreuit; ne qnis putaret de inconſultâ confuſione veniſſe, qoòd *in cælum*, & coràm patre ſuo deliquiſſe fatetur: & non potiùs coràm cælo, quod ambitu ſuo omnem terram amplectitur; & peccaſſe dicatur in

Luc. 15. v. 21.

Prodigus adoleſcens cur in Calũ peccaſſe dicit?

patrem, quem prodigo miniſterio, & pannoſâ nuditate dehoneſtauit. An non aptiùs Patri dixiſſet: *Peccaui coràm cœlo, & in te?* Imò conſcius effuſioris luxuriæ, quâ prodigâ ſalacitate deliquit, peridoneè præmeditato conſultiùs ſermone ait: Pater, *peccaui in cœlum*; quod libidine contempſit, dum nec aſpectu dignum reputauit; cùm terræ, terrenæque voluptati totus, *declinauit oculos ſuos vt non videret cœlum.* Sic etiam primæuæ gentis luxu offenſum Cœlum, hominum naufragia in diluuio eructauit; & laſciuæ Pentapoli ſulphureum ignem depluit ad offenſæ vindictam. Quare dum de laſciuiâ pœnitet, *in Cœlum peccaſſe* conſultiſſimè fatetur.

Hic. verſ. 9.

6 Pſalmo 29. ſic regius Propheta Deo gratulatur: *Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.* Inferni & laci nomine multi intelligunt carnis voluptates. Et ſanè S. Auguſtinus alibi expenſus, concupiſcentiæ atque libidinis ignem, *æterni ignis æmulum* nuncupauit. Hic autem ſic præſcriptum Pſalmi locum elucidat: *Lacus eſt profunditas ſeculi. Quæ eſt iſta profunditas ſeculi? abundantia luxuriæ. Qui ergò libidinibus ſeſe immergunt, & terrenis deſideriis, deſcendunt in lacum.* Qui flammâ æterni ignis æmulâ vritur, quaſi iam coloniam duxerit in infernum, bellum indicit cœlo, Deo, cœlitibus, ac cœlo iniurius. Cœlo præproperè vale dicit, qui ſe libidinibus, hoc eſt, inferno immergit.

Pſal. 29. v. 4.

Qui ſe libidinibus, & inferno immergit, cœlo vale dicit.

S. Auguſt.

XCVII.

Fallax, futilis, & fugitiua mundi voluptas, fallenda, decipienda, & irridenda eſt quomodo?

1 THeodorus Epiſcopus Carumenſis, admirationi eorum qui ambigunt, quomodò Adam tot naturæ & gratiæ dotibus inſtructus, fuerit à Diabolo victus, ita ſcribit: *Blanditia*, inquit, *ipſius voluptatis primùm deliniuit eum cupiditate: deinde deb-bitauit. Niſi pulchrum ei viſum eſſet quod interdictum erat, nunquam mentem ſuam decepiſſet. Et aduerte quod dico, ſi diabolus oſtendiſſet ei lignum, vnde ſumpſit vetitum cibum, tetro odore, & ſpinoſum, & amarum, dixiſſétque: ſi ex hoc comederis, eris Deus, nunquam ſine probatione, & indignatione locum fallacia eius dediſſet; quin potiùs curioſè de eâ re inquiſiuiſſet, vnde hoc ſcis? aut vnde mihi hoc probas? & me certum reddis? Et denique nunquam ſine vnâ demonſtratione fidem verbis eius adhibuiſſet. Poſtquam verò cupiditas eum emolliuit, fefellit ipſe ſuam cogitationem ..... Et vt vno verbo dicam, cùm ægrotat ea pars, quâ cupimus, tunc mentem trahit, & ad aſſenſionem allicit.* Tanta eſt deliciarum fraus, & voluptatis lenocinium, quo mens blandè ſubornata, cæco impetu in voluptabile fertur. O præcaue has voluptatis præſtigias quiſquis virtutem amas!

Theodor. Tract. *De luctatione Chriſti cum Diabolo.*

Quomodò Adamus vinci potuit in paradiſo voluptatu?

Eccleſiaſtes propriâ experientiâ abundè edoctus, ſic ſalubriter fatur: Dixi ego in corde meo: Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas. *Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Explicat riſus errorem, ſcilicet, quòd riſus & gaudium huius mundi non ſit aliud, niſi mera fraus, & fraudulenta deceptio: promittit enim animo quietem, lætitiam, felicitatem, & non præſtat, ſed potiùs contraria affert, ſcilicet inquietudinem, mœrorem, miſeriam. An non hic eſt experriſſimus error, & ſubdola inſigniter deceptio? Ita quidèm. hoc autem potiùs ſignificat, quòd *gaudium* (nempè *voluptas*, vt vertit Taumaturgus, aut *iucunditas*, vt alij vertunt) homines frequenter decipiat; non verò quòd ipſum *gaudium* ſeu *voluptas decipiatur*, quod tradit Eccleſiaſtes. Quomodò autem gaudium ſeu voluptas, quæ ſæpè decipit, ipſa etiam ſæpè decipiatur, ſic exponit inibi Cornelius: Gaudium ergò decipit perditque hominem, & ſimul ipſum cum homine decipitur: quia veram ſolidàmque & permanentem lætitiam, quâ promittit, non affert; ſed illicò deſinit, & in mœrorem conuertitur. Luculenter Anſelmus lib. 1. Epiſt. 8. ad hunc locum tacitè adludens ſic Herluino ſcribit: *Si mundus, vel aliquid eorum quæ ſunt mundi ridet tibi, noli arridere illi. Certè non ridet tibi, vt in fine riſûs tu rideas; ſed ſimulat riſum vt te irrideat. Eſto igitur ſemper cautus vt anticipes eum, & retorqueas fraudem eius in eum: & cùm ille tibi fallaciter ridet, tu veraciter irride eum. Et certè nunquam veraciùs irridebis illum, quàm ſi, cùm ipſe riſerit contrà te, tu fleueris contrà illum. Ad has quidèm lacrymas tantò ſtudioſiùs te debes exercere, quantò meliùs eſt contrà falſum riſum ad modicum ex voluntate flere, quàm ſub verâ irriſione in æternum ex neceſſitate lugere.* Ecce tibi quomodò riſus ſeu iucunditas ſit error, & eiuſmodi riſus irridendus ſit; & quo pacto voluptas decipienda ſit, ſcilicet, cùm homo cautè illam anticipat, & peſtiferas eius technas prænoſcens, *fraudem eius in eam retorquet.* Quod ſapienter & ſalubriter præſtabis, ſi *cùm illa tibi fallaciter ridet, tu veraciter irrideas eam*, & fletu lætitiam exceperis: lacrymarum enim cum riſu miſtura, dum riſum fallacem irridet, illum veraciter decipit, fruſtratur, fallit. Inſigniter decipitur, cùm ſubdolè intentata deceptio in ſuum ipſius caput tempeſtiuâ irriſione retorquetur. Quare ſapienter ait Eccleſiaſtes: *Et dixi gaudio: Quid fruſtrà deciperis?* Alias huius ſententiæ expoſitiones alibi dedimus ad rem litteralem & ethicàm non inidoneas.

2

Eccle. 2. v. 2.

S Gregor. Taumaturg.

Cornelius.

S. Anſelm.

Quomodo voluptas adridens irridēda & decipienda ſit.

Sapientiæ 2. athea voluptuosè impietas ita ſe ad deliciandum excitat: Venite, & fruamur bonis quæ ſunt: *Non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant*: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat 3

Sap. 2. v. 7. & 8.

Guarin. Græcus.

pertranſeat luxuria noſtra. Guarin. vertit, *neque florem vitæ prætereamus*. Græcè ſcribitur: *Non prætereat nos flos aëris*. Flos aëris eſt flos temporis & vitæ, quo aëre & aurâ hâc fruimur. Vnde Vatablus vertit, *Nec florem auræ prætereamus*. Hinc noſter Caſtro per florem temporis ac vitæ, accipit quicquid in tempore delicioſum flotidúmque reperitur, ne ſcilicet vlla occaſio labi ſinatur, nulla opportunitas prætereatur, in quâ voluptate frui conceditur. Quo & voluptuandi anhela cupiditas, & velociter fugitiua voluptatis inconſtantia declaratur. Eleganter naturalis hiſtoriæ Princeps ſic de Hyacintho gemmâ ſcribit: *Primo quoque aſpectu gratus, euaneſcit antequam ſatiet, adeóque non implet oculos, vt penè non attingat, marcens celeriùs nominis ſui flore*. Ecce tibi *florem temporis*, vel *aëris*, vel *auræ* quamocyſſimè *prætereuntis*. Mundialis boni hiantes cupita voluptas, ſpebus nimis placet; ſed fide falſatâ poſſeſſionem mentitur, dum poſſeſſorem fugit; & cum gratiùs oculis niter, iam marcida deflorefcit: *Primo aſpectu grata, euaneſcit antequam ſatiet, adeóque non implet oculos, vt penè non attingat, marcens celeriùs nominis ſui flore*. Vndè voluptuoſi impij dicunt: *Non prætereat nos flos temporis, flos aëris, flos auræ. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant*. Sic voluptas non implet oculos, vt penè non attingat! O, hæc notiſſima deliciarum fallacia, vota hominum, non pectora implet! Quare meritò occlamat Propheta: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*: vanitas enim eſt voluptatis gratia, quæ *primo aſpectu grata, adeò non implet oculos, vt penè non attingat*.

Vatabl. Caſtro.

Plin. l. 37. c. 9.

Voluptas adeò non implet oculos, vt penè non attingat.

Pſ. 118. v. 37.

4 Propheta Amos cap. 6. Hebræam gentem acerbè incuſat, ſic eos alloquens: *Qui lætamini in nihilo*. Hebraicè, *qui lætamini in non verbo*, id eſt, in non re, in nihilo inquam. Pagninus, *qui lætamini in eo quod non eſt aliquid*; Symmachus, *fruſtrà, ſine cauſâ*. Sic durè inſectatur eos, qui exultant in vanis fluxiſque opibus, potentiâ, luxu, voluptate, quæ adeò ſunt res nihili, vt nec nomen deliciarum mereantur, *qui lætamini in non verbo*, rei & nominis exucco: eſt enim merum ſomnium, dicente Propheta: *Dormierunt ſomnum ſuum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis*. Sententioſè Hebræus Philo lib. de Ioſeph: *Profana gaudia ſomniis ſunt ſimillima, veniũt, abeunt, occurrunt, refugiunt, priúſquam comprehendantur, auolant*. Venire dicuntur, abire, occurrere, refugere; numquam autem teneri, imò neque attingi dicuntur; quia *priúſquam comprehendantur, auolant*. Fruſtrà ergò quis delectabitur in nec verbo tenùs delectabili, in re inquam, quæ ſic venit, vt antequam apprehendatur, abeat, refugiat, auolet, & fugitiuè ſpebus illudat: *Væ qui lætamini in nihilo*, imò & *in non verbo*.

Amos 6. v. 14. Hebræum. Pagninus. Symmach.

Pſ. 75. v. 6. Philo.

Qui lætatur in voluptate, lætatur in nihilo, & in nō verbo.

5 Redeat iterùm ſemel expenſus Eccleſiaſtæ locus, aliter enucleandus: Vadam, inquit, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas. *Riſum reputaui errorem*, Error enim eſt, cùm lugubris mundialium bonorum materia, fallacem gaudiorum formam induit, & delicias ſubdolè mentitur. Chaldæus, *riſum dixi deriſionem*; Coſtus verò, *de lætitiâ ipſo calamitatis tempore dixi; Ridicula eſt*. Profectò in hâc vitâ mortali ærumnarum plena, lætitia *ridicula* eſt. Sic eſt riſus, mera *deriſio*, quâ ſæpè ſpecie voluptatis illudimur, dum præſtigiatricis voluptatis ſpebus, inopes mentis è rationis faſtigio deturbamur. Appoſitè indidèm Olympiodorus: *Riſum reputaui errorem. Quòd ad omnem ventum circumferuntur bona iſta terrena, quæ materiam ſuggerunt lætitiæ ac voluptati. Vel non περιφορὰν legimus, sed παραφορὰν, hoc eſt: inſanam extaſim, mentiſque exceſſum: inſanire enim videntur, ac eſſe ſui obliti, qui in loco miſeriæ & lacrymarum, lætandum ſibi eſſe falsò exiſtimant*. Hanc inſanam à voluptate *extaſim*, & extaticum mentis exceſſum patiuntur hic hi voluptuoſi intempeſtiuè Senes, dum in Suſannæ concupiſcentiam fruſtrà exarſerunt, & *euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum neque recordarentur iudiciorum iuſtorum*.

Eccl. 2. v. 2.

Chaldæus. Coſtus.

Riſus in hâc vitâ, irriſio eſt.

Olympiod.

Voluptas eſt inſana extaſis.

Hic verſ. 9.

6 Pſalmo 84. ſic Propheta Deo occinit: *Deus tu conuerſus viuificabis nos: Et plebs tua lætabitur in te*. Conuerſio illa in Deo ad nos, de quâ priori membro, veram parit lætitiam; reliqua gaudia, quæ mundus in humanis voluptabilibus ſpondet, inania & falſata ſunt. Bellè Auguſtinus inibi expendit illud *in te*; quaſi lætitia quæ non eſt de Deo, adeò futilis ſit, & à vocabuli præſtantiâ degeneret: *Plebs tua lætabitur in te. Malo ſuo lætabitur in ſe, bono ſuo lætabitur in te. Quandò enim volumus habere gaudia de ſe, inuenit planctum in ſe. Nunc ergò quia totum gaudium noſtrum Deus eſt, qui vult ſecurus gaudere, in illo gaudeat qui non poteſt perire.....Noli ergò velle gaudere in iſtis, ſed gaude in illâ luce, quæ non habet occaſum; gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus*. Scilicet quoniam totum gaudium noſtrum Deus eſt, qui in Deo non gaudet, minimè gaudet: nam quiſquis in mundialibus bonis gaudium quærit, citiùs triſtitiam inuenit. Sic humana voluptas eſt voluptatis inops, & gaudio vacua: quia ſi Deus eſt *totum gaudium* hominum, quod Deus non eſt, præſtandi gaudij expers eſt: nihil enim extrà *totum* eſt. Sententioſa autem clauſula: *Gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus*, alibi forſan enucleabitur: expenſione enim digniſſimum eſt, cur vt verè gaudeam hodie, expediat ne hunc gaudij diem aut heſternus præceſſerit, aut ſequatur craſtinus. Quomodò hodiernum diem, aut qui præceſſit dies deuenuſtat, aut qui eum ſubſequitur, culpat? ſic eſt propudioſum, quòd te aliquis præcedat, etſi te alius ſubſequatur? Hominum arrogantia ſolitudinem ambit. Sic locum liceat flectere.

Pſ. 84. v. 7.

S. Aug. apud Lorinum.

Deus totum gaudium noſtrum eſt.

Diem gaudij nec præcedit heſternus, nec ſequitur craſtinus.

§. XCVIII.

Pœnitentia ex nihilo facit aliquid, martyres excudit, prauitates in virtutes transformat, cæleſtium donorum præſtantiſſimum, eſt, & Diabolorum timor.

1 SCitè Chryſoſtomus in homil.de Dauid & Saüle, proculdubiò adludens ad illud Iacobi 1. *Peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem*, id eſt, generat dolorem, qui mortis inſtar ſit, ita ſcribit: *Huiuſmodi enim res eſt peccatum, poſtquam factum & omninò abſolutum eſt, tunc dolores excitat animæ, quæ ipſum peperit, modo legibus noſtræ natiuitatis contrario: etenim nos ſimul ac nati ſumus dolores ſoluimus; illud verò quamprimùm eſt natum, mentem quæ ipſum peperit, doloribus diſrumpit.* O! dolor ille, qui ex peccati natiuitate malè dulci, confeſtim oritur; dolorem piè acerbiorem ex pœnitentiâ naſcendum, fauſtè ominetur. Vel ipſe dolor peccatorum appendix, pœnitentiæ dolorem, quo expungitur peccati malitia, auguratur. Euariato doloris motiuo, dolor dolorem excipiat, & dolorem dolor parturiat, qui in veræ pœnitentiæ officinâ reformatus, ex reliquiis auerſionis à Deo, ad Deum recudat conuerſionem.

Iacobi 1.v.15.

S.Chryſoſt.

Peccatum ipſa in dulce, mentem quæ ipſum peperit, diſcruciat.

2 Vates purpuratus Pſalmo 72. ſic concinnè pangit: Peribunt propter iniquitatem ſuam. In ciuitate tuâ imaginem ipſorum ad nihilum rediges. (O quàm exulat à ciuitate Dei, cuius nec imago ſupereſt!) Pergit Propheta: *Et ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* Et quo pacto ad nihilum redactus eſt? Num quia peccauit, in nihilum abiit? Sic profectò vt omne humanum (omne ſcilicet, quod veteris eſt hominis peccatis inolitum,) in me pereat; & omne diuinum, quod Chriſto cognatum eſt, ſpiritu pœnitentiæ flante conſurgat & viueſcat. quaſi qui à culpâ in nihilum redigitur, per dolorem pœnitentiæ refingatur. Audiendus eſt Auguſtinus in Pſalmum 70. ſic eleganter fatus: *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Vt ſit*, inquit, *homo aliquid, conuertat ſe ad illum, à quo creatus eſt: recedendo enim frigeſcit, accedendo ferueſcit; à quo enim habet vt ſit, apud illum habebit vt benè ſit: ergò qui vult ſimul eſſe cum Deo, non ab illo recedat, ſed ad illum accedat.* Ecce tibi, qui dum à Deo *receſſit* peccando, ſic periit, vt ad *nihilum* neſcienter redactus ſit; pœnitentiæ vi miriſſimâ, dum ad Deum animitùs *conuertitur*, quaſi è nihilo rediuiuus, denuò ſeipſum quodammodò creat, & ſe alterum velut omnipotenter refingit. *Vt ſit homo aliquid, conuertat ſe ad illum, à quo creatus eſt.* O humanam pœnitentiam diuinæ omnipotentiæ æmulam, quæ hominem per peccata *redactum ad nihilum*, ſic per *conuerſionem ad Deum* viuificat, vt iam indè homo eſſe *aliquid* incipiat! Hactenùs erat peccator, per peccatum irrationale ab humanâ dignitate depoſitus, iumentis inſipientibus quamſimilis; per rationabilem autem *conuerſionem* ad Deum, quæ pœnitentiâ peragitur, è ſuo à peccatis nullificamine, noua rationalis creatura exurgit, & eſſe *aliquid* feliciter incipit; quod eſt arcanum pœnitentiæ myſterium, diuinioris omnipotentiæ per creationem æmulum: vt qui peccando *ſe redegit ad nihilum*, nouâ per pœnitentiam creatione, *aliquid* denuò eſſe incipiat. Vnde pœnitentiæ inſtinctu dicebat Propheta: *Cor mundum crea in me Deus.* Heu peccatricem horum Senum à Deo auerſionem, quæ ſic illos ad nihilum redegit, vt ad *videndum cælum* cæcos redderet; & ſic amentes, vt *iuſtorum iudiciorum* Dei immemores, ad Deum tandem conuerti negligerent! ô quàm de facili ſic poſſent, Dei populo iterùm aggregari!

Pſ.72.v.22.

S.Auguſt.

Per pœnitentiam homo, ex nihilo incipit eſſe aliquid.

Pſ.50.v.12.

Hic verſ.9.

3 Canticorum 7. cæleſtis Sponſus ſponſam ſuam his verbis commendat: *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?* Eſt hîc pulchra quædam antitheſis, quæ ſponſæ pulchritudinem mirè extollit. Nam Sulamitis *pacificam* ſonat: eam ergò quæ pacem præ ſe fert, terribilem eſſe, & habere caſtrorum inſtar præ acerrimâ pugnacitate Sponſus affirmat. Quid ergò, quam appellat *pacificam*, cum militaribus caſtris confert? Nimirùm amat Deus, & laudat non virtutem ignauam & inertem, ſi tamen ignaua poteſt eſſe virtus; ſed conſtantem & ſtrenuam, quæ ad venuſtatem virtuti propriam, robur etiam adhibet ita virtuti proprium, vt commune cum illâ nomen habeat. Vt autem acies ordinata charitatis, id eſt, ſponſi merita, ſponſam vulnerauit cap. 2. ſic nunc alia ab ſponsâ charitas ordinata, & militaribus caſtris adſimilis, id eſt, *alia virtutum, lacrymatúmque terribilis acies ſponſi pectus non minùs oppugnat*, vt inibi Sanctius noſter commentatur. quaſi Sponſa Chriſti in pace ſit pœnitentiæ *lacrymis* pugnaciſſima. Audiendus eſt Petrus Damianus Serm. 3. de S.Apoſt. vbi præſcriptum locum ſic elucidat: *Vis adhuc apertiùs diſcere qualiter in pace ſancta Eccleſia valeas martyrium inuenire? Aſcende igitur tribunal mentis, & temetipſum pertrahe ad iudicium quæſtionis. Cogitatio accuſet, animus iudicet, pœnitens conſcientia velut carnifex feriat, lacrymarum riuus velut vulnus erumpat. Sic ſic per martyrij ſimilitudinem ad veram peruenies Martyrum dignitatem.* Ecce tibi quâ ratione Sponſa Chriſti, & pacifica ſit, & ſimul pugnax cum Tyranno crudeliſſimo, id eſt, cum peccato commiſſo. Si benè fleueris, ſatis viciſti, perueniſtique per martyrij ſimilitudinem *ad veram Martyrum dignitatem.* Hem! ſic cruciat pœnitentiæ dolor, vt Martyres excudat? ô miriſſimam à pœnitentiâ metamorphoſim, quâ quod cœpit in peccatore, in Martyre conſummatur! Parum foret, quòd pœnitentia

Cant.7.v.1.

Cant.2.

Sanctius.

B.Pet.Dam.

Pœnitentiæ dolor in conſcientia officina Martyres excudit.

hominem

hominem peccato redactum ad *nihilum*, faciat eſſe *aliquid*, niſi ipſum ad hominis dignitatem reſtitutum, Martyrem faciat.

4 Ad Rom 5. v. 20. & 21.

Altè Paullus ad Romanos 5. lex, inquit, ſubintrauit vt abundaret delictum. *Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem; ita & gratia regnet per per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Conſultiſſimè Gentium doctor, & Eccleſiæ magiſter abundantem peccatorum copiam ponit, & indè per arcanas gratiæ conſequentias, ſuperabundantiam virtutum probat, quò fideles bono animo eſſe iubeat, & ſpem eorum erigat, ne exerrent putantes, tot delicta non poſſe pœnitentiæ vi in virtutes reformari. Belliſſimè Ambroſius Serm 1. in Pſalmum 118. ita ſcribit:

S. Ambroſ.

Plenus eſt mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. Plenus eſt orbis terrarũ remediis, quia plenus eſt laqueis. Quid eſt, quòd mundus dicitur ſanctarum *virtutum* plenus, quia *nequitiarũ* plenus eſt? ô illationem parùm ſibi cohærentem & Ambroſianâ ſapientiâ & ingenio non dignam! Menſura nequitiarum ſanctas virtutes metietur? Imò & ſupermetietur virtutum & ſanctitatum exuperantiâ, quod eſt pœnitentiæ myſterium: nam *vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia* atque auctior virtutum cumulus. Ea porrò eſt pœnitentiæ vis, quæ *nequitias* in *ſanctas virtutes* reformat contritionis ingenio: adeò vt iniquitatum prauitas ſit ſanctitatum menſura: & quidèm non æqua, nam pœnitentiæ arte, de gratiæ officioſitate venit, vt vbi abundauit nequitia, ſanctæ virtutes vberiùs ſuperabundent; quæ eſt miriſſima pœnitentiæ emphaſis. *Plenus eſt mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum.*

Plenus eſt mundus virtutum, quia plenus eſt nequitiarum.

5 Gen. 4. v. 5.

Geneſeos 4. Factum eſt vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Et reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. *Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit.* Donum ad Deum primus portat Cain; non bono oblationis exemplo; honorem enim Creatori affert ſine honore, & munus ſine muneris merito. Quare? ſiquidèm Cainus dona obtulit, & eorum quæ enata fuerant primitias. Verùm Deus animi ipſius improbitatem perſpiciens, ad eum conicere oculos minimè dignatur. Munerantis ergò prauitas muneris extitit deprauatio. Pulchrè Seleucienſis Baſilius Orat. 4. *Si dolorem pœnitentia Cain pretium ſuperaſſet antecedens ſacrificium: doni enim loco retractationem conſilij Deus admittit.* Itaque omnis Caini tragœdia indè ortum habuit, quòd cum eſſet egregiè ſceleroſus, antè frugum oblatarum donum, donum pœnitentiæ non obtulit: donorum enim præſtantiſſimum, ſcelerum retractatio eſt. O quàm libenter, & gratanter hoc dono Deus muneratur! ô pœnitudine amarâ iniquitates expia, & ſuauiſſimum ac gratiſſimum Deo donum obtuliſti. Sic peccatorum retractatione promeretur Deus! Tantum pœnitentiæ licet!

Pœnitentia eſt donum cæteris muneribus Deo gratius?

Baſil. Seleuc.

6 Matth. 27. v. 3. 4. & 5.

Matthæi 27. omnes Principes ſacerdotum Ieſum ad mortem condemnant, & vinctum tradunt Pontio Pilato præſidi. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos Principibus ſacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.... & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Dicitur *ductus pœnitentiâ*, non verâ & genuinâ, hæc enim ſpem veniæ, quâ Iudas caruit, includit; ſed coactâ, cruciante, & deſperabundâ, qualem parit mala conſcientia torquens & remordens damnatos, qui torquentur gehennæ igne. Eleganter S. Leo Serm. 3. de Paſſione: *Vndè, inquit, ſceleſtior omnibus Iuda, & infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Dominum.* Itaque anteuertere eius pœnitentiam Dæmon ſtuduit; timuit ne reſipiſceret, auditâ illius voce, quæ Pœnitentiam licèt non bonam ſonabat: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Ad laqueum eum duxit Diabolus, vt ſtatim hoc mortis genere poteſtatem illi adimeret pœnitentiæ voces exprimendi; adeò Dæmoni pœnitentia diſplicet, vt nec illas vocas ferat, quæ pœnitentiam aliquam ſonant, licèt alioqui non vera ſit; ſciens in veram verti poſſe, ſi is qui verè peccauit, verè conuertatur. Hæc Nouatinus. Nimirùm ſic præproperè feſtinat malus Dæmon præfocare vel inanes Pœnitentiæ voces! ſic vel pœnitentiæ vocabulum, re vocabuli vacuum, Dæmon veretur! ô qualis quantáque eſt res, cuius vel nomen tota Diabolorum potentia ſic horreſcit! Quid totas etiam Dæmonum phalangas, verè pœnitens timeat, quandoquidèm vel pœnitentiæ vocabulum tanto illos metu concutit?

Vel ficta pœnitentia verbum, in Iudâ timuit Diabolus.

S. Leo.

Nouàrin. in Adag SS. Patr. num. 898.

---

§. XCIX.

Qui Dei timorem ab animo excuſſit, ingentium malorum conceptaculum animitùs hauſit.

1 Gen 15. v. 12. S. Aug. tom. 4. l. 1. qq. in Gen. q. 30.

S. Auguſtinus elucidans illud Geneſeos 15. *Circà Solis autem occaſum pauor irruit ſuper Abraham, & ecce timor magnus inuaſit eum.* Pertractanda eſt, inquit, iſta quæſtio, propter eos, qui contendunt perturbationes iſtas non cadere in animum ſapientis: verùm tale aliquid ſit quale Aulus Gellius commemorat in libris Noctium Atticarum, quendam Philoſophum in magnâ maris tempeſtate perturbatum, cùm eſſet in naui & animaduerſum à quodam luxurioſo adoleſcente: qui cùm ei poſt tranſactum periculum inſultaret, quòd Philoſophus citò perturbatus eſſet, cùm ipſe neque timuerit neque palluerit. *Reſpondit ideò illum non perturbatum, quia nequiſſima animæ ſuæ, nihil timere deberet, quòd nec digna eſſet, pro quâ aliquid timeretur.* Quaſi ſui dignitas, dignum pro ſe timorem pariat. Ex tacito

Aulus Gell.

Iniquiſſimus, indignus eſt, qui pro ſe timeat.

tacito ſui contempto venit, vt iniquiſſimua quiſque Dei timorem excuſſerit. Inconcuſſus videnr, intrepidus, magnanimus;& de damnatiſſimâ ſcelerum præſcriptione, damnationi confinia eſt, in eóque diſſimulara deſperatio tacitè traſparet.

Quid ſperet, qui nihil timet?

Quid timeat, qoi nihil ſperat? ô time non timere! Nil rimenr hi ſceleroſè malitioſi & ſalaciſſimi Senes, qui malitiæ diuturnitate,

Hic verſ.9.

euerterunt ſenſum ſuum,& declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iuſtorum iudiciorum. Vbi enim Dei timor abiicitur, pariter nutar ſpea, & velut indicta improbitatis neceſſitaa præſcribit.

Euſebius Strom.8.c.6.

Scitè Euſebius inibi: *Sceleſta Iudicum ſenectus, nec ſperandi nec timendi gnara, infanda in flagitia, immania in ſupplicia præceps ruit. Error ſpei pernicioſiſſimus eſt; error timoris miſerrimus, timoris abiectio, deſperatiſſima.* Quid ſperet, qui nihil timet?

Ad Rom 2. v.5.

2 Paullus ad Romanoa 2. ira ſcribit: Scimus quoniam iudicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia agunt. *Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Profectò cor durum eſt, cùm mens humana velut cerâ ſecuræ iniquitatis obſtricta, ſignaculum, abolitæ imaginis diuinæ non recipit. Emollienda eſt igitur diuino timore, quem ſi abiecerit, deſperatiſſimè obduratur. Ap-

S Bernard.

poſitè Bernardua lib. 1. de Conſideratione ad Eugenium: *Secundùm duritiam tuam, &c. Quid eſt,* inquit, *cor durum? id ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, Minis non cedit, flagellis induratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundũ ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, Temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouidens. Ipſum eſt, cui præteritorum, præter ſolas iniurias, nihil omninò non præterit, præſentium nihil non perit, futurorum nulla niſi fortè ad vlciſcendum proſpectio, ſeu præparatio eſt.* Nota clauſulam, quâ iſtiuſmodi malorum Iliadem concludit, idoneam illorum cauſſam aſſignans: *Et, vt breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt, quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.* Heu iniquiſſimi nec Deum timẽt: qui autem Deũ non timet, hæc *cuncta horribilis mali mala* certiſſimè incurrit. Illa relege, quicumque hæc legis, & pauidè time Deum pauidè non timere: & vide, qui Deum non timet, quàm effrenia habenas malis omnibua laxet.

Deum non timere, omnium malorum cõpendium eſt.

3 Geneſeoa 4. Cainus Immanſueta bellua, irâ gliſcit feraliter vltrice: neque mora perturbationem emollit, ſed perdurat cædem parturiens voluntas, dum animi flamma inuidentiâ accenſa cædem patit. Nec impunè Cainus deliquit: Nunc igitur (ait Deus) maledictus eria ſuper terram. Cùm operatua fueria eam, non dabit tibi fructus

Gen.4.v.12.

ſuoa: *Vagus & profugus eris ſuper terram.* Quæ verba ſic excribunt LXX. Interpretes, quos ſequuntur Græci Patres: *Gemens & tremens eris ſuper terram.* Quaſi dicat: *Mo-*

nita non cepiſti mea, ærumnis conſtrictus eſto, tuáque trepidatio poſteris vertatur in legem. Tremens obambula, animata lex videntibus occurrens, ſpirans columna auertas à pari pœnâ; lex inquam, atramenti vice trepidationis notâ conſcripta, malum facere neſcium intuentibus ſit hortamento, & perturbata natura quietem ſuadeat. His verbis Seleucienſis Baſilius Orat. 4. peracerbam exponens pœnam Caino inflictam, quæ obuia ſpectatoribus ingerat metum, ſubdit Orat. 5. *Omnes profectò imitatores, & impietatis heredes habebat Cainus, neque tremor illius corpori circumpoſitus videntes reprimebat; ſed per animi prauitatem mali quoque metum limis intuebantur.* Ecce tibi immanium ſcelerum ſpiſſatam colluuiem, & iam iam ingruentis diluuij cauſſam, quaſi inſanabilis foret malitia, & non aliter quàm eluuione expianda; nempè cùm Deus in Caini tremore, cauſſas timendi ſpectatoribus notificaret; vt videt Deus, quòd *per animi prauitatem mali quoque metum limis intuebantur,* quaſi res iam deſperata ac deplorata foret, tot è nubibus ſtrages vibrat, & hiantibus ſorbet naufragiis, & mundum tot aquarum vorticibus irremediabili excidio tumulat; quò homines exinceps pauidè timeant, Deum non pauidè timere.

Pœna ſontis inflicta, eſt viua lex eius modi pœna infligendæ.

Baſil. Sel.

Quia Dei aberat metus, diluuiũ naufragus luit.

4 Geneſeos 18. ignitum Pentapoleos excidium Deus velut deliberans, Abrahamo dixit: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis,* &c. Erántne Sodomis iuſti aliqui, qui iuſtitiæ zelo flagrantes, vltrices Deo funderent preces, & precario clamore flammarum nymbum è cælo expoſcerent? Negant meritò Interpretes, qui Sodomorum peccata linguata putant, & quæ ingenti clamore ſupplicium acerbius expoſcant: ambigunt tamen quænam ſint hæc clamoſa peccata, quæ enormitate cælum tundant, & præproperam dutiùs vindictam à Deo extorqueant? S. Gregorius lib. 3. Moralium cap. 7. *Peccatum,* inquit, *cum voce, eſt culpa in actione; peccatum cum clamore, eſt culpa cum libertate & iactantiâ.* Quaſi impudens in peccando licentia impunè exlex, & inuerecunda de ſcelere perpetrato *iactantia*, ſit peccati ad Deum clamor, qui vindictam inclamet, & feſtinatam vltionem extorqueat. Addit Auguſtinus in Locutionibus indidèm: *Clamorem Scriptura ſolet ponere pro tantâ impudentiâ & libertate iniquitatis, vt nec verecundiâ, nec timore abſcondatur.* Quod explicatiùs & opportuniùs ediſſerit nuper laudatus Gregorius in Paſtorali p. 3. cap 32. vbi ita ſcribit: *Clamor Sodomorum, &c. Cùm enim prauus quiſque impudenter innoteſcit, quò liberiùs omne facinus perpetrat, eò etiam licitum putat: & quod licitum ſuſpicatur, in hoc proculdubiò multipliciùs mergitur. Vndè ſcriptum eſt: Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Peccatum enim ſuum abſconderet Sodoma, ſi adhuc cum timore peccaret. Sed funditùs frena timoris amiſerat, quæ ad culpam nec tenebras requirebat.* Itaque eò nequitiæ deuenit Sodoma

Gen. 18. v. 20.

S. Gregor.

S Aug.

S. Gregor.

Iſai. 3. v. 9.

Cui abeſt timor, licitum putat peccatum, ſeque de eo iactat, ſicut Sodoma.

doma ſceleſtiſſima, vt licentiâ peccandi flagitiis diu adſueta, enormios peccarum ſibi fore licitum repuraret; imò & ſe de impudentiori procacitet nequitiâ iactatet ſumptuoſiùs; quaſi flagitioſiùs delinquete, foret naſcendi gratia, & potentiæ gloria. Hoc malitiæ pelagus naufragiis hiat his, qui *funditus frena timoris amiſerunt*; qui nec *verecundiâ nec timore*, quem à ſe longiùs excuſſerunt, reguntur. In hoc nequitiæ barathrum præcipitant, qui Dei timorem, tamquam bonum morum aurigatorem, nec ſciunt, nec volunt. Hùc, hùc diuini timotis abſentia infelicitet, deducit, trahit, præcipitat. O caue!

5 Propheta purpuratus Pſalmo 35. ita pangit: *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo* (Ambroſius, *vt ſibi delinquat:*) *Non eſt timor Dei ante oculos eius.* Græci Patres in Paraphraſi ſic locum elucidant: *Opinatur malitia alumnus, occulta eius anima conſilia neminem intueri.* Quod inibi noſter Corderius in Notis, ex Hebræo textu ad Atheiſmum refert. Quaſi atheos ferè iam ſit, qui ab ſe procùl Dei timorem abiecit: & indè peccandi licentiâ inſultat impudenter ad omnia vitia effrenis. Adnuunt iidem Græci Patres in Commentario: *Dicit in ſemetipſo iniquus vt peccet: Non eſt timor Dei, &c. Id eſt, hortatur ſemetipſum ad ſemper peccandum. Quoniam non eſt timor Dei. Vel ſic, quaſi dicat: Qui viuit in malitiâ, arbitratur neminem occulta anima ſua conſilia introſpicere. Nam, dicit, idem eſt quod arbitratur, ſuſpicatur.* Quod optimè indidèm ex Genebrardo exponit Corderius: *Dixit iniuſtus in ſemetipſo, vt delinquat. Id eſt, cogitat apud ſe delinquere. In eo ſcilicet totum eius ſtudium & cogitatio verſatur, vt modos excogitet delinquendi.* Itaque qui Dei timorem à ſe excuſſit, aut atheos eſt, aut atheo confinis de impudentiâ ad peccandum. Hic, hic inquam, *hortatur ſemetipſum ad ſemper peccandum.*

Pſ. 35 v. 2. S. Ambroſ. ibi.

Græci Patr. Corderius. Hebræos.

Qui Dei timorem excuſſit, ſe hortatur ad ſemper peccandum.

Genebrard. Corderius.

6 Et quia non ſemper adeſt ad peccandum materia, aut diſpoſitio, aut volupras, quæ nimio vſu ſæpè hebeſcit aſſiduo deliciandi abuſu, *in eo totum eius ſtudium & cogitatio verſatur, vt modos excogitet delinquendi.* Ex hàc excuſſi timoris officinâ, peccatorum monſtra, & inſolentium flagitiorum portenta nouitet indies prodierunt. Quò non allicit concupiſcentia, aut odium, aut ira, aut inuidia pertrahit; illo ſceleroſiſſimè ducit argutum exquiſitæ malitiæ ingenium, quod nouos *excogitat delinquendi modos*, vt latiùs malitiam protelare & propagare inſolentet audeat, ſubtilis nouorum ſcelerum architectus. Hùc, hùc ſenſim deducit Dei timor abiectus, ſceleſtarum adinuentionum parens, matrix atheiſmi, adhortator ſemper peccandi, iactantiæ in delinquendo incentor, impudentioris malitiæ priuilegium, flagitiorum licentia, ſæuus diluuij accerſitor, Sodomitici incendij fomes, atque ſcelerum omnium ſeminarium. De iis qui flagitioſè Dei abiecerunt timorem, ſcitè dixit Tertullianus lib. de Præſcript. aduerſ. Hæret. cap. 43. *Negant, inquit, Deum timendum. Itaque libera ſunt illis omnia, & ſoluta.* O libertas enormiſſimè exlex, quâ hi Senes putabant quiduis audere impunè poſſe! ſed vide eorum tragœdiæ cataſtrophen.

Abiectus Dei timor, nouos excogitat delinquendi modos.

Tertull.

---

§. C.

Peccatum recrucifigit Chriſtum, immutabilem Deum commouet; cælum inquinat, & claudit.

Diſertiſſima pariter ac moraliſſima Chryſoſtomi vox eſt: *Calamitatum nomina philoſophantibus ſunt tantùm nomina; vera autem calamitas, Deum offendere.* Humana porrò tribulatio, quam aut phantaſia moleſtiſſimam pingit, aut fingit expectatio, aut impatientia colorat; ſpectrum calamitatis eſt, fictæ conſtantiæ titubatio, inconſultè præcoqua animæ debilitas, defectus voluntarius, terriculaméta puerorũ, vulnerũ minæ ſine ictu, inſidiæ infortunij minaces, & effigies nomine miſeriæ præſcripta, re miſeriæ vacua. Hæc larua vmbratilis hominũ pectora male implet, aut expectationi horribilis, aut experientiæ intolerabilis: cùm perſæpè in phantaſiæ officinâ, calamitatis moleſtia excudatur. *Calamitatum nomina philoſophantibus ſunt tantùm nomina.* Ah! quid vocabulum times ac horres; & rem vocabuli amas, expetis, amplexaris, de falſato voluptatis obtentu malè dulcem? Somnium vigilantis, & mentis deluſio eſt, calamitatem metuere, & diligere peccatum, quod verior, meracior, & horribilior calamitas eſt: imò & moleſtiarum baſis, & male locuples calamitatum cenſus. Sic enim peccatum eſt diuinæ offenſæ nequiore malitiâ imbutum, vt de hoſtilitate cum Deo, nil non enormium malorum accerſat. O viderint, qui ſic de facili ſceleroſiùs delinquunt! *Vera calamitas, Deum offendere*; reliquæ ſunt calamitatum nomina.

s Chryſoſt. hom 5. ad populum.

Deum offendere, eſt vera calamitas, reliqua calamitatũ nomina.

Paullus ad Hebræos 6. de enormiùs peccatoribus ita ſcribit: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* Nimirùm omnis qui ſceleroſiùs delinquit, præſertim iterando delicta priſtina, iterùm quaſi crucifigit Chriſtum, quia ſceleratiori flagitio nouam dat cauſſam crucis & mortis Chriſti: facit enim rurſùm id propter quod Chriſtus crucifixus eſt. Quare niſi Chriſti mors tam efficax fuiſſet, vt ad omnia omninò peccata poſt quantauis ſecula futura & iteranda ſe extendiſſet; oporteret Chriſtum toties mori & crucifigi, quoties peccant homines: ſicut Aaronica ſacrificia & victimæ toties mactari & offerri debebant, quoties peccabant Iudæi. Imò de ſe pœnaliùs peccatores Chriſtum in *ſemetipſis* crucifigunt, quàm olim in

a Ad Hebr. 6. v. 6.

S. Auguſt. crucε fuerat crucifixus. Quod Auguſtinus Serm. 67. de Tempore his verbis quaſi Chriſtus hominem alloqueretur, luculenter ediſſerit: Cùm expulſus, inquit, de paradiſo mortis vinculis propter peccatum tenereris, carnem aſſumpſi, in præſepio expoſitus, & pannis inuolutus iacui, infantiæ contumelias, humanóſque dolores pertuli, irridentium palmas & ſputa ſuſcepi, flagellis cæſus, vepribus coronatus, cruci affixus expiraui. En clauorum veſtigia, quibus affixus pependi. En perfoſſum vulneribus latus, Cor quod pro te pertuli perdidiſti? cur ingrate redemptionis tuæ munera renuiſti? cur habitaculum quod mihi in te ſacraueram, luxuriæ ſordibus polluiſti? Pergit Auguſtinus belliſſimè ad rem: *Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quàm illa in quâ quondam pependeram, affixiſti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux eſt, in quâ inuitus pendeo, quàm illa in quam tui miſertus, mortem tuam occiſurus aſcendi. Et quia poſt omnia mala tua, ad medicamenta pœnitentia confugere noluiſti, ab auditu malo non mereberis liberari; deſpexiſti enim in iudice veniam.* Profundè quidèm Auguſtinus tò *rurſùm crucifigentes* (quod Caietanus inibi exponit, *recrucifigentes*) de inſigniter peccatoribus intelligit: addítque, quòd hæc per ſcelus iteratum *recrucifixio*, grauior & acerbior Chriſto quodammodò eſt, quàm illa, quâ à Iudæis atrociter patibulatus, cruentè occubuit. Hanc enim lubens aſcendit; hanc verò reluctanti ac offenſo animo ſubit, in eáque *inuitus pendet*. O quàm eſt toleratu peratduum, quod inuitus quis patitur! Nempè olim voluntarius crucem ſubiit, & vltrò in cruce excarnificatus pependit: tormentorum autem diritatem, voluntaria illorum ſuſceptio exarmauit, aut ſaltem mitigauit: hanc verò cùm protsùs ſubeat inuitus, repugnantia dolores exacerbat, plagas exulcerat, & pœnarum ſenſum exaggerat. *Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux eſt, in quâ inuitus pendeo, quàm illa, &c.* O altè hæc peccator expendar, & in animo ſeriò verſet! Quin & nouum peccatum *deſpicit in iudice veniam*. Sic exponit Auguſtinus illud, *Et oſtentui habentes*. Nam qui in peccata relabitur (ait inibi Cornelius,) hoc ipſo contemnit, vilipendit, ac ridet Chriſtum, Chriſtíque crucem ac redemptionem, atque hoc ipſo cauſſa eſt, vt Chriſtus exemplum ludibrij Gentilibus, omnibúſque hominibus proponatur, vtque Gentiles dicaces & maleuoli irrideant Chriſtum. Hactenùs ille. Qui idcircò alibi addit: *Quid eſt peccatum, niſi Chriſticidium, niſi Deicidium?* rectè ſic appellatur, quod Chriſtum Deum *recrucifigere* dicitur.

Peccatum noſtrum, Chriſti crux eſt, cruce grauior. quaq.?

Caiet. ibi.

§

Quomodò peccatum grauius exponat Chriſtum vrendendum.

Cornelius.

Peccatum eſt Chriſticidii, & Deicidii.

4 In eâdem Epiſt. ad Hebræos cap. 13. ſic ad eos Paullus ſcribit: *Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, &c.* Quæ verba Cornelius ibi poſt elucidatum literalem ſenſum, ſic allegoricè exponit ex Radulpho in cap. 16. in Leuiticum: *Sanguis*, inquit, *victimarum expians Sancta Sanctorum, ſignificabat Chriſtum expiaturum cælum ipſum, non quaſi cælum in ſe immundum ſit, ſed quòd legaliter & ſymbolicè cenſeatur immundum, & quaſi aſpergine quâdam peccati (peccatum enim morali quâdam æſtimatione cenſetur, & in Scripturâ dicitur contaminare ipſam terram, cælum, totúmque mundum) maculatum, ideóque clauſum, perindè ac templum pollutum clauditur. Chriſtus ergò ſuo ſanguine peccata noſtra expians, etiam cælum ipſum peccatis noſtris quaſi contaminatum, quodammodò expiaſſe cenſetur.* Ah peccatum ſpurciſſimam ſordium ſentinam, quâ terra, totúſque mundus, imò & cælum ipſum ſordidè ſqualete cenſetur! Parum eſt limpidiſſimum nitidè cælum peccatorum ſqualote ſic immundè ſordere, niſi etiam *claudi* dicatur. Viderit qui de facili peccat, quàm de leui propter eius delictum, cælum claudi cenſeatur. Niſi clauibus Dominicæ crucis; cælum noſtris peccatis, quaſi ferreis *clauſum* repagulis, pandi nequit, nec hominibus aperiri. Ecce tibi arcanam peccati nequitiam audacter temerariam, quæ cælum ipſum *inquinare* & *claudere* inſolenter præſumit. Exindè hi nequam Senes atrociter ſceleroſi *clauſerunt oculos ſuos vt non viderent cælum* ſuis ſceleribus inquinatum, & male offenſum.

Cornelius Radulphus

Peccatum cælum inquinare, & claudere præſumit.

Hic verſ.

5 Pſalmo 45. ſic pangit Propheta: Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. *Deus in medio eius, non commouebitur.* Quaſi dicat, non ſolum non diruendam, verùm nec commouendam eam vrbem, quæ præſente Deo fulcitur. *Sanias mare* (ait Auguſtinus) *conturbentur montes, Deus in medio eius, non commouebitur.* Verùm Didymus tò *non commouebitur*, non tam ad ciuitatem, quæ Dei præſentiâ ac præſidio obuallatur, quàm ad ipſum Deum referre videtur (quod inibi nuper examinabamus.) quaſi Deus in medio ſanctæ ciuitatis, ipſe minimè commoueatur. Fruſtrà tamen id videtur dici à Dauide iuxtà Didymi commentarium: Deus enim in medio etiam peccatricis & ſceleroſiſſimæ vrbis, *commoueri* non poteſt: nam eiuſmodi commotionem natura eius incommutabilis verat. Niſi fortè tamquam quid præluſtre de re immutabili ac imperturbabili dicatur, quòd in validâ etiam perturbationis occaſione, immutatus ac imperturbatus ſteterit. Quin & ſuprà monſtri prodigium foret vel leuiter Deum perturbari, & vltrà poſſibilitatis metas. aliquâ inquietudine *commoueri*. Quorſùm ergò Pſalmiſta occinit: *Deus in medio ſanctæ ciuitatis non commouebitur?* Imò nec in medio flagitioſiſſimæ vrbis poſſet vllatenùs commoueri. Appoſitè Didymus: *Deus in medio eius non commouebitur. Ob inhærentem, inquit, naturam, quæ nullis peccatis obnoxia fieri poteſt.*

Pſ. 45. v. 6.

S. Aug.

Immutabilem Deum peccata hominum commouent quomodo?

Didymus.

Nam

Nam commouetur ab iis qui peccant; vndè poſt Adæ peccatum inuentus eſt deambulare. O grande antropopathôs prodigium! Qui in medio ſanctæ ciuitatis non *commouebitur*; vel in paradiſo vbi primùm Adamus peccauit, moueri & *commoueri* perhibetur. O enormitatis monſtrum, quo immenſus moueri, imperturbabilis *commoueri* dicitur! Deus ipſe in ſuæ Deitatis aſylo, quodammodò non ſatis tutus eſt ab infeſtatione peccati? Sic peccatum deprauat mundum, aëra toxicat, cælum inquinat, & Deum ipſum vellicare perhibetur? Nihil ſincerum nihil incontaminatum, nihil tutum ab hominum peccatis eſt? Tam ſæuam monſtroſè luem humana voluntas tam de facili parturit abortu exitialiter funeſto?

6 Iſaiæ 6. v. 1. Iſaias Propheta cap. 6. ita de ſe ſcribit: *In anno, quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum,* &c. Non de ciuili morte propter lepram irrogatâ; ſed de naturali eius morte, hæc verba accipiunt S. Hieronymus, Cyrillus, Origenes, Chryſoſtomus, & alij paſſim. Cauſſámque reddunt cur mortuo Oziâ intermiſſam prophetiam reſumpſerit Iſaias; ſcilicet quia homo impiè ſceleroſus in viuis eſſe deſierat: ob hanc enim cauſſam huic viſioni ſignanter præmittitur, quòd Oziâ iam mortuo acciderit. Quare S. Gregorius homil. 14. in Ezechielem ita ſcribit: *Quandò Ozias rex ſuperbus & præſumptor moritur, Dominus videtur: quia cùm mundi huius elatio à deſiderio mentis occiditur, tunc ipſa mens Dei gloriam contemplatur.* Benè ad Tropologiam; ſed meliùs ſiue ad litteram, ſiue ad mores S. Chryſoſtomus homil. 4. in Iſaiam, ita luculenter ſcribit: *In anno, quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum, &c. Cùm ille Rex impurus mortuus eſſet, tunc vidi Dominum: nam anteà Deum non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & ſoluit iram. Silet ſpiritûs gratia, non oſtenſus eſt Deus* (Pende attentiùs quæ ſubtexit verba, ad rem opportuna;) *eò quòd ſub impuro illo non erat gratia.* O miſerrimè calamitoſa mortalium conditio, peccatis obnoxia, & ſcelerum pœnis obærata! Et nocet ſceleroſè impius, cùm præſens adeſt, & cùm eodem ſimul viuit tempore: & loco ſcilicet, & tempori, & ætati ſuæ pernicioſus. Hem! ſub impuro illo homine *non erat gratia*? Quid eſt, *non erat gratia*? O qualis manet poſt primæuum ſcelus humana natura, ſi ei non adſit diuina gratia! Proh! vel alienum ſcelus, diuinæ gratiæ exilium eſt? ô quàm multa paucis Chryſoſtomus compendiauit!

S. Hierony. S. Cyr. Alex. Origen. S. Chryſ. S. Gregor. S. Chryſoſt.

Sub homine impuro ſceleſto, non eſſe gratia dicitur.

---

§. CI.

Carnalis libidinis æſtus, gehennali incendio confinis eſt, vſtione præcoqua.

1 *Ferè ex Senecâ ſpaſſim.*

MAſcula cuioſpiam Sapientis vox eſt: Clamo mihi ipſe: Dimitte iſtas voluptates turbidas, magno luendas. Non venturæ tantùm, ſed præteritæ nocent. Quemadmodùm ſcelera etiam ſi non ſint deprehenſa cùm fierent, ſollicitudo non cũ ipſis abiit, ita improbarum voluptatum, etiam poſt ipſas pœnitentia eſt. Non ſunt ſolidæ, non ſunt fideles, etiam ſi non nocent, fugiunt, nec fugit malum, quod illis ſubeſt, ea illis ſubſidet, hæret, inniſcatur. Quis hoſtis in quemquam tam contumelioſus & iniurioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ. Quidam ſe voluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinem abductis carere non poſſunt: ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo ſenſim peruenere, vndè via emergere eualent, quibus vltrò moleſtiſſimè ſeruiant captiuâ libertate; voluptabilem moleſtiam carò emunt, & immitem medullitùs carnificẽ. Quales ad bella excitanda pacémque lacerandam teterrimæ inferi exeunt furiæ: qualia Poëtæ infernalia monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus & igneo flatu: qualem Cerberum tricipitem, flammas vomentem; talem ſub voluptatis laruâ nobis libidinem verè fingamus. O malè dulces ſæuientis luxuriæ voluptates, magno nunc, & æternùm luendas!

P. Didac. Celada in Suſannam.

Quàm ſit efferæ & rabida infernalis libido.

2 Prouerbiorum 30. quatuor hæc ſcitè pariat Salomon: Tria, inquit, ſunt inſaturabilia, & quartum quod numquam dicit, ſufficit: *Infernus, & os vuluæ,* & terra quæ non ſatiatur aquâ: ignis verò numquam dicit, ſufficit. Huius loci ſenſui phyſico, quem multis perſequuntur Interpretes, congruè incumbit ethicus. Quaſi dicat: Os vuluæ, id eſt luxuria, ducit homines ad infernum, in eáque gehennalis incendij prunæ ſcintillant, vel potiùs fumant. Appoſitè Chryſoſtomus ſcortationem & meretricem inferno comparat: *Mulierum,* inquit, *genus temerarium, eſt inferno ſimile; & inferno eius aſſimilatur cupiditas: tunc ceſſat, cùm amantem omnibus rebus ſpoliauit; imò nec tunc quidèm, ſed magis conuiciatur & inſultat iacenti.* Ecce inſatiabilem libidinis auaritiam inferno ſimilem. Analogiã luxuriæ cum inferno, aliter perſequitur Hieronymus apud eundem Cornelium ſic fatus: *O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius finis gehenna!* Luculentiùs, opinor, Auguſtinus ad hunc Salomonis locum adludens Tract. 107. de Tempore, ita ſcribit: *Infernum & amorem mulieris rectè coniungit Scriptura. Inferni ignem tenebit domus meretricis. Pro inferis ponitur domus meretricis, quia neminem repellit, omnem intrantem ad ſe trahit.* Ex dictis alias atque alias luxuriæ cum inferno inuenire analogias, cuique procliue erit. Sic in libidinis æſtu feralis gehennæ ſcintilla, incendium, fumúſque tranſparent: quaſi laſciuus iam ſit in inferno, & apud homines interim verſetur prædamnatus terræ inquilinus. Idcircò Salomon ſententioſè pariat *infernum & os vuluæ*. O caue! Quare hi laſciui Senes libidine damnatiſſimi, *declinaſſe oculos ſuos vt non viderent cælum*, perhibentur: fruſtrà enim

Prou. 30. v. 16.

Cur libido pariatur inferno?

S. Chryſoſt. apud Cornel. ibi.

S. Hierony.

S. Aug.

Laſciuus non videt cælum, quia prædãnatus terræ inquilinus.

Hie verſ. 9. & 10.

aſpiciat cælum, quod luxurie deſpicit?qui præmaturus inferni incola, tanrùm in terris coloniam babet. Ideò etism ſtsrim libidinoſus eorum amot, *dolor* nominstnr, qnaſi iam gehenna cruciatnm anticiper.

3 Geneſeos 6. visâ libidinum colluuie, quâ primæua hominum gens flagitioſè ſqualebat, diluuij minas Dens ſeueriùs vibrat, ait: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Aliàs expendimus, cut totus homo.ſpirirn etism conſtans, luxuriæ merito dicatur *caro*: nune emedullandnm eſt verbum *permanebet*, pro qno aliqui vertunt, *hoſpitabitur*; slij, *euaginabo* ſpiritum, quaſi corpus ſit ſpiritûs ſeu animæ vagina, Symmachus, Arias Montanus, & alij ex Hebræo vertunt: Non *litigabit* ſpiritus meus cum hmmine, quia cato eſt, id eſt, catnalis, & totns carnis voluptatibus deditus. Quaſi dicat Dens: Non patisr hanc litem, inter meam miſericordism & iuſtitism rādiu durare. Meliùs, opinor, Cornelius inibi: *Nolo ampliùs cum hominum peruicaciâ contendere.* Nempè tædet me, & me angunt, sc diſcruciant aſſidui conflictus cum laſciuis hominum affectibus, qui peruicaciret tenuunt ab impudicitiæ luto emergete. Litem ergò dirimam, & homines incottigibiles, totóſque libidinibus emancipatos planè delebo (loquitur Deus antropoparhôs, vt aliàs perſæpè.) Ad hsnc propè obſtinarionem luxuriæ adludere videtur Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ, vbi poſt longum laſciuiæ vituperium, præſertim quòd pudorem, virtutum cuſtodem excutit, ad rem eleganter ſubdit: *Hoſtis continentia, frequenter perueniens ad ſanguinem, cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientia bona, mater impœnitentia.* Scilicet cùm impudiciria ſit *incendium bona conſcientia*, quo virtutes omnes decinereſcunt, & funeſtè tumulantur; cùm ſit *infeſta cupiditatum rabies*, quâ homo blandiriis furit, & libidinis æſtu ferocir; cùm omnem pudorem impudenter excuſſerit, & effrenis sd voluptabilia peruicaciter ferstnr; Non (ait Deus) *litigabit* ſpirirus meus cum homine, id eſt, *Nolo ampliùs cum hominum peruicaciâ contendere*: nam cùm diuturna impudentet libido ſit *impœnitentia mater*, tædet me cum impudicis fruſtrà *litigare*, & ſemper vinci. Proh quàm eſt brene interuallnm, quàm exigua ac penè nulla diſtanria inter libidinis obſtinsrionem, *impœnitentia matrem*, & inferni baratrnm, qnod impudicis latè hiat!

Gen. 6. v. 3.

Symmach. Arias Mont.

Cornel.

Adeò eſt obſtinata impudicitia, vt dicatur impœnitentia mater.

S. Cyprian.

4 Pergit ibidèm ad eandem rem ſacer Hiſtoricus, & ſæuas hominum libidines doleutet enarrans, ſupplicij acerbitatem exponit: Non permanebit, inqnit, ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, &c. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum*, &c. Quia carnis malitis ad libidines petulantiot, intenta erat ad malum *omni tempore*; ideò Dei ſpiritum *in æternum* ab homine aufert, quò diuturnam libidinem æternitate ſupplicij mulctet, & perpetuâ gehennæ flammâ æternùm excoquat. Quâ ſuper re audiendus eſt S. Ambroſius, qui lib. 4. in Lucam in cap. 4. ita elegsnter ſcribit: *Sicut ex multà cruditate febres naſcuntur & vermes, ita ſiquis non decoquat peccata ſua, velut quidam interpoſitâ ſobrietate abſtinentia, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahit recentium delictorum; igne adnretur perpetuo, & ſuis vermibus conſumetur.* Ecce tibi, qui calentibus pœnitenriæ lacrymis non decoquit cognatos libidinis ardores, quibus humana caro de facili exæſtuat, iam ism incipir gehennali pyræ vltrò conſecrari, & *igne aduri perpetuo*, de catnis flammâ ad inferni flammam tranſitu exprompto; & quod cœpit in igne luxuriæ in incendio infernali æternùm conſummatur. Illa enim non caſualis, ſed rationabilis & pœnalis exuſtio dum culpam non decoquit obſcœnam libidinem non defæcat, nec ardorem libidinis vmquã expiar. Vnde pœnæ srbitet ignis crudam ſemper libidinem æternùm ſufflãmabit, numquam depurabit, dum libidinis æſtuantem culpsm ſemper vrit, nec vmquã *decoquit*. O in hâc mortali vitâ homo *decoquat peccata* csrnis, ne dum æſtuantem libidinem impotenter deſpumat, nec peccari ſcoriam pœnitentiæ aduſtione expuit, *igne aduratur perpetuo, & ſuis vermibus cõſumatur*, de igne tranſlatus ad ignẽ. Opinor, luxuriæ vapor, ignis illius in expectatione poſiti fumus quidam eſt? quo obcæcatur peccator, & flammâ præcoquâ infeliciter iam ſemiuſtulatur. Sed non te prætereat in verbis & ſentẽtiâ Ambroſij, has ſeueriores gehennæ minas potiſſimum habere locum in eo, qui inceſſanter libidinem libidine miſcet, nec lacrymis concupiſcentię *peccata decoquit*. Alibi forſan expendemus quàm altè dixerit Ambroſius, *peccata decoquenda*; multa enim ethico acumini ſub hâc metaphorâ non dubiis characteribus enucleanda tranſparent.

Gen. 6. v. 5.

S. Ambroſ.

Carnis concupiſcentiã, qui non decoquit pœnitentia, excoquet æterna gehenna.

Peccata intermittenter cata decoquit

5 Salomon Prouerbiorum 5. hæc peccatoris verba refert: *Penè fui in omni malo, in medio Eccleſia & Synagoga.* Cornelius cũ aliis hunc locum de libidine commentatur: Primò libido eſt origo & cauſſa *omnis mali*, id eſt, omnis culpæ & peccati. Secundò per *omne malum*, accipiunt malum pœnæ. quaſi omnes calamitates quæ homines obtuunt, de luxuriæ reatu ortum hsbeant, & illum expiare contendant. Dein alij per *malum* intelligunt Dæmonem, iuxtà illud: *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo*, id eſt, à Dæmone, vti exponit Tertullianus & Chryſoſtomus. Quaſi dicat, ait Cornelius ibidèm: Dum inter ſcorta & ſcortatores verſarer, verſabar quaſi inter Dæmones impuros & ſceleſtos, qui non niſi tartareũ ignem, cui ſimilis eſt libido, exhalant: videbar mihi viuus inter Dæmonas agere, & in inferno defoſſus. Huic denique affinis eſt aliorum interpretatio, qui per *omne malum* accipiunt inferni gehennam. Sicut enim in cælo eſt omne bonum, ſic in inferno omne malum. Quaſi dicat; Per libidines penè prolapſus

Prou. 5. v. 14.

Matth. 6. 13.

Tertull.

S. Chryſoſt.

Cornel.

Libido dicitur Dæmon, & omne malum.

lspſus

lapſus ſum in gehennam; paſſus tantùm inter me & gehennam interfuit. Itaque libido dicitur *omne malum*, & conuerſatio ſeu habitatio cum Dæmonibus, qui tartareum ignem expirant & exhalant. Quin & non tantùm inferni ſcintilla, ſeu fumus; ſed etiam gehenna ipſa, in quâ laſciniæ fomite malè æſtuant. Opportunè S. Auguſtinus in Pſalmum 102. ita ſcribit: *Amores turpes quantas moleſtias habent! quantas ſollicitudines hic in iſtâ vitâ! Omitto gehennam. Vide ne iam ipſe tibi gehenna ſis in hâc vitâ.* Eheu fornicarius gehenna ipſe ſibi eſt! gehennã ſibi & ſecum circumfert! Quare Pentapoleos libido, incendij infernalis fumus à Nazianzeno dicitur; & luxuriæ ignis, quo fornicarius medullitùs flagrat, *æterni ignis æmulus* appellatur ab Auguſtino, quem alibi expendebamus. & qui illud Pſalmi 29. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam*, de gehennalis luxuriæ inferno commentatur. Itaque carnalis libidinis æſtus, gehennali incendio confinis eſt, vſtione præcoquâ. Vnde à Salomone Dæmon infernalis, & gehennalis infernus, & *omne malum* ſententiosè nuncupatur.

Fornicarius, ipſe ſibi gehenna eſt. — S. Auguſt. — S. Nazianz. — S. Auguſt. — Pſ. 29. v. 4.

---

§. C II.

Æmuli ſui gloria, inuidi torquetur inuidia, pœnaliſsimo ſupplicio inferni æmulo.

1 Seneca.

NImis vehemens & importunum malum eſt Inuidia, quæ nos inquietat, dum comparat. Hoc mihi præſtitit fortuna, ſed illi plus, ſed illi maturiùs; & deindè nullius cauſſam agit, contrà omnes ſibi fauet, felicium omnium inimicus, ipſe ſemper infelix, & infelicitate propriâ, & felicitate alienâ. Quid tam improſperum quàm aliorum proſperitate torqueri, foueri miſeriâ? ſicut vultures iucunda quæque & amœna loca tranſeunt, & ſuauiſſimis odoribus reſpirantia tranſuolant prata: ad fœtida verò quæque cadauera, & loca tetris repleta nidoribus conuolant. Et ſicut muſcæ omiſſo ſano corpore, ſicubi vulnus eſt concitæ præcipiteſque conueniunt: ita & inuidi, ſiquid ab aliquo in hâc vitâ benè geſtum eſt, ſiquid præclarum in actibus, in verbis probabile, nil prorſùs vident, nil retractant: ſicubi autem quid aut culpabiliter geſtum, aut incaſto ſermone prolatum, vt accidere hominibus ſolet, hoc loquuntur, hoc proferunt, hoc in publicum venditant; & notitiam viri non ex bonis geſtis, ſed ex minùs probabilibus fieri volunt. Et quò ambitioſior eſt alienæ felicitatis dolor, eò viliùs ac ſordidiùs inuidi excruciantur. O caue voluntariam hanc pœnam pulchrè rationabilem! ſemper verùm illud: *Inuidia eſt peſſimum quid, ſed habet quiddam pulchrum in ſe; conſumit enim inuidentium oculos, & cor*; vt ipſa ſui pœna & culpa ſit.

S. Zeno ſer. de Liuore. — [illegible] — *Inuidia eſt ſui pœna, & culpa.* — In Epigram Græcis.

a Geneſeos 4. inuidiæ œſtro exagitatur Cainus, & tacito animitùs liuore exeditur, qui in facie haud dubiè tranſlucebat: Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit. *Iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Malum! vehemens, quâ ferocit, iracundia, & mœſtus faciei pallor, liuoris ſequela eſt. Inuidiæ cruciamentum ferale S. Antiochus homil. 55. ſic graphicè deſcribit: *Planè*, inquit, *Inuidia vehemens, atque atrox malum, ac modis omnibus crudele eſt; qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcruciatur, contabeſcit, miſerè eliquatur totus: Inuidia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimento tinea, ita cor denique, & faciem eius conficit, ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius manus incidit.* Ecce tibi luridus faciei pallor, & vultus mœſtitudine cadens, & atrox furor imas exedens medullas, ab Inuidiâ cordi Inuidorum implantatur. Hoc Inuidiæ angore Inuidi animus feraliter excruciatur; & ſic *contabeſcit, & miſerè totus eliquatur.* O liuor liuidi *tabes*! ô Inuidia Inuidi *eliquatio*! Hem! ſic Inuidus medullitùs vritur gehennalis pyræ ſcintillâ, vt ſenſim *eliquetur*, & conſumptus *tabeſcat*! ô ſapienter rationabilis pœna, ſui vltrix æquiſſima! Tardum ac mite foret quodcumque aliud ſupplicium ab eâ extraneum, nec ipſi congenitum. Dum Inuidiæ culpa imprimitur, exprimitur pœna, Inuido impreſſiùs inflicta. Hanc interim in hâc vitâ continuo dolore patiatur, numquam vel æternâ morte expiandam. Inuidia itaque alieni tori hos Senes malè vexat, & impranſos detinet; erubeſcebant enim *indicare ſibi viciſſim dolorem ſuum*, quo animitùs crudeliter angebantur.

Gen. 4. v. 5. — S. Antioch. — *Inuidus de alieno bono tabeſcit, & totus eliquatur.* — Hic verſ. 10.

Pergit inibi ſacer Hiſtoricus, & dum Cainus inuidiæ igniculo exæſtuans, boni fratris cædem malè in corde machinatur, de ore Dei audit: Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? *Nonne ſi benè egeris recipies?* Ecquid recipiet Cainus, ſi excutiat inuidiã, & exinceps benè egerit? Profectò τὸ *recipies*, indeterminatũ eſt verbum. & immetatè audet, quantumuis Oleaſter ex Hebræo vertat, *portabis præmium*. Quódnam præmium inuidus Cain portabit, quod illi pretioſum ſit, & deſideriorum adimplebit vota? Opportunè Cornelius indidèm: *Nonne ſi benè egeris recipies?* vtique *fauorem meum, vtque ſimili ſigno, putà igne de cœlo miſſo, atteſter te, tuáque ſacrificia mihi placere, ſicut teſtatus ſum Abeli, quod te nunc ita cruciat.* Itaque τὸ *recipies* indeterminatum, & abſque vllâ præmiorum reſtrictione promiſſum, moraliſſimè reſtringitur ad fauorem ſeu gratiam ipſi Caino impotenter inuido negatam, & Abelo inuidioſè æmulo conceſſam. Nulla porrò par eſt inuido gratia, & quam ſubli-miùs æſtimet, ac illa, quæ ipſi negatur, & ſuo æmulo conceditur. Illa, illa inquam, ſemper memoriæ obuerſatur, numquam à recordatione excidit: adeò vt ſat fuerit dixiſſe, *Recipies*, nempe fauorem illum æmulo tuo indultum, quem altè memoriæ infixum, ſemper in animo verſas, cuius apud

3 — Gen. 4. v. 7. — Oleaſter. Hebræus. — Cornel. — *Nil pretioſius inuido quàm quod æmulus poſſidet.*

te inuidum pretioſior cenſus eſt, quo tibi negato, & aliis conceſſo, ſic vreris inuidiæ igniculo, quo ſenſim *totus eliquaris, & contabeſcis.*

4 Lucæ 15. Patria amplexu citiùs quàm primâ ſtolâ adoleſcens Prodigus iam redux amicitur: & magno totius familiæ plauſu ſymphonia modulatè reſonat, & opiparum lautè conuiuium apparatur. Grauatè id tulit frater ſenior; & qui debuit ſibi & patri de fratris reditu gratulari, inuidiæ inſtigatus liuore tragicis querelis aëra toxicat, ſic expoſtulans cum bono patre: Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer:

Luc. 15. v. 30.
Græcus.
Inuidus ſe cōputat perdidiſſe quicquid alter habet.

Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam (Græcè *tuam*) *cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. Hic* (ait Chryſologus) *rediiſſe fratrem dolet, non dolet periiſſe ſubſtantiam, nec damni cauſâ queritur, ſed liuoris: qui fratrem redeūtem de ſuo decorare debuit; non debuit de perdito ſic fœdare. In filio eſt ſubſtantia patris tota & ideò nil pater perdidit, filium cùm recepit. Frater credidit damnum, qui rediiſſe conſpicit coheredem.* Nota attentiùs ſententiæ clauſulam: *Et quomodò inuidus non auarus, quandò quicquid habet alter ſe computat perdidiſſe?* Vide Inuidi ambitionem fatuè auaram: Quicquid æmulo ſuo fortuna dedit, ſibi ablatum, & ſibi amiſſum reputat. *Perdidiſſe* putat, quod alius poſſidet, & de ſuo damno alium augeri. O crudele liuoris ingenium: Inter ſua computat quicquid alter habet, vt tot funeſtis excrucietur iacturis, quot alter poſſeſſionibus feliciter gaudet! *Quicquid habet alter ſe computat perdidiſſe.* Hic malè computatos cenſus, atrocioris pœnæ ſenſus eſt; vndè auarè ambitioſior, indè iacturis acerbior. O inuidiæ venenum ſerpentino nocentius! ſerpens enim ſine ſuâ pernicie retinet, quod cum alienâ diffundit: Inuidus autem cum alieno damno venenum diffundit, & cum ſuo retinet.

5
Act. 6. v. 15.

Actorum 6. Stephanus in Iudæorum tribunali reus ſiſtitur. Subornantur falſi teſtes, quorum ſuffragio ad mortem condemnetur. *Et intuentes in eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli.* Erat Stephanus naturali ſpecie vultúque ſpecioſiſſimus; ſed ſuprà naturam addita fuit ei hîc pulchritudo. Facies enim Angeli ſignificat eximium quid, auguſtū, & cæleſte in vultu, putà ſpeciem & maieſtatem angelicam.

S. Hil. Arel.

S. Hilar. Arelat. homil. de S. Stephano: *Facies*, inquit, *Stephani aſſumpſit ſpeciem reſurgentis, aduerſariis ad pœnam peccati, & tormentum Inuidia, & exprobrationem impietatis.*

Euſeb. Gall. Emiſſen.

Idem ſcribit Euſebius Gallicanus, & Emiſſenus homil. de S. Stephano: *Viderunt*, inquit, *faciem eius tamquam faciem Angeli, quamquam non fuit hoc illis gratia meriti, ſed pœna peccati: nam dum morientis proditur gloria, perſequentis torquetur Inuidia.*

Stephani gloriâ perſequentis torquetur Inuidia.

Impietatem ſuam in illius decore perſpiciunt: aſpectu Angeli facies impiorum caduntur, &c. Itaque auguſtioris gloriæ ſplendor Angelicus, qui tunc pulchrè nitet in illius facie, non tam Stephanum iam iam lapidandum venuſtat, quàm perſecutorum *torquet Inuidiam*, quæ acerbiùs æmuli gloriis, quàm propriis calamitatibus feritur. In angelico Stephani vultu, cæleſte quid micantiùs ſpirante, deſcriptam ſuam impietatem, & illius innocentiam legunt, & eiuſdem gloriâ mirè cæduntur, & inuidè diſcruciātur, occultâ viſcerum laniena, quam cruētâ lapidatione vindicare feſtinant. Sæua Stephani lapidatio, non tam fuit vltrix violatæ religionis, quàm inſtigatricis Inuidiæ furor: nam Stephani *proditur gloria, perſequentis torquetur Inuidia.*

6 Regius Propheta Pſal. 17. ſic tragicè conqueritur, ærumnis penè oppreſſus: Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. *Dolores inferni circumdederunt me.*

Pſ. 17 v. 6.
2. Reg. 22. v. 6.

Hæc repetuntur 2. Regum 22. vbi habetur, *funes inferni*; Chaldeus, *caſtra impiorum*, puta Saulis & Ionathæ.

Chaldæus.
Corderius.
Quàm ſit impius inferno confinis.

Vbi nota impios *inferni* nomine ſignificari, quaſi magnum ſit impiis cum *inferis* commercium, proxima cognatio, & vicinia. Ceterùm *dolores inferni*, qui omnium quos natura pati, aut cogitatio poteſt effingere, grauiſſimi habentur, vocauit Dauid illos, quibus Inuidi vruntur, eliquantur, & contabeſcunt.

Alanus.

Hinc illud Alani: *Inuidia erronea eſt cæcitatis abyſſus, humanæ mentis infernus.*

S. Aug.

Sic etiam S. Auguſtinus inibi: *In his, qui me circumdederunt, vt perderent me, erant dolores Inuidiæ, qui mortem operantur, & ad infernum perducunt.*

S. Zeno.
Inuidia eſt præcoqua inferni gehēna.

Accinit Zeno Veronenſ. Serm. de Liuore: *Fugiamus*, inquit, *Inuidiam obicem pietatis, obſtaculum regni cælorum, viam gehennæ, pignus, & primitias quaſdam pœnæ perpetuæ.* O feralis Inuidiæ cum gehennâ ſeu inferno analogia! ſic aliena felicitas Inuidos vſtulat de infernali pyrâ? Parùm eſt, quòd Inuidia dicatur *via gehennæ, & primitiæ pœnæ perpetuæ*; niſi præcoqua inferni gehenna nominetur. *Dolores inferni, Inuidiæ dolores* dicuntur ab Auguſtino.

7 Adhuc pergit idem Pſalmographus: *Obſeruabit peccator iuſtum; & ſtridebit ſuper eū dentibus ſuis.*

Pſ. 36. v. 12.
S. Ambroſ.
S. Hieron.

Pro τò *obſeruabit*, Ambroſius legit, *inſidiabitur*; S. Hieronymus, *cogitat impius de iuſto*, & quidèm *malignam cogitationem*, vt Hebræa verba ſignificant:

Hebræus.

quod nōnulli Commentatorum de Inuidiâ exponunt. *Maligna* ſanè eſt Inuidi cogitatio, crudelis in alios, ſibi crudelior.

S. Proſper.

Pulchrè S. Proſper de vita contemp. cap. 5. *Inuidus*, inquit, *alienum bonum, ſuum facit inuidendo ſupplicium.* Heu quàm eſt peracerbè amplū, & vaſtè immetatum Inuidorum ſuppliciū!

Inuidus alienum bonum, ſuum facit ſupplicium.

Quicquid boni Deus aliis impertit, pœna illorum eſt de Inuidiæ culpâ: totâ Dei beneficentiâ Inuidus caſtigatur: & ſuper omnem iuſtorum felicitatem *dentibus ſuis ſtridet.* Certè qui de alienâ gloriâ præ Inuidiâ æſtuant, clàm triſtes illacrymant, tanquam grauiter læſi ringuntur, dentes quaſi apri acuunt, & velut canes cùm rixantur, dentes retegunt, & dentibus infrendent: inde in hâc vitâ damnatorum mores induunt, apud

quos

Matth 8 v. 12.

quos erit perpetuus *fletus & ſtridor dentium*. Sic Inuidi ac ſi coloniam præproperè in infernum duxerint, *ſtridentes dentibus ſuis*, damnatorum pœnas exprimentes: *Dolores inferni circumdederunt me.* hoc eſt: *In his, qui me circumdederunt, vt perderent me, erant dolores inuidiæ.* O Inuidos præmaturè infernales!

---

§. CIII.

Societas improborum. de mali exempli contagio, probos mores inuitiat, deprauat, toxicat.

1 Ferè ex Seneca Ep 35.

CONſpectus, & præſentia, & conuerſatio aliquid habet viuæ voluptatis, vtique ſi non tantùm quem velis, ſed qualem velis videas. Veni ergo, & eodem vtamur contubernio. Affer itaque te mihi ingens munus, & quò magis inſtes, cogita me ſenem eſſe, te mortalem. Propera ad me, ſed ad te prius: profice, & antè omnia hoc cura, vt conſtes tibi: alioqui ex tuâ conuerſatione vix mihi ego conſtabo. Quoties experiri voles, an aliquid in te virtutis à te actum ſit, obſerua an eadem velis hodie quæ heri. Mutatio voluntatis indicat animum natare aliubi, atque aliubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur quod eſt fixum & fundatum. Illud ſapienti profectò contingit, aliquatenùs proficienti prouectóque. Quid ergò intereſt? hic, ſpectatâ contubernalium prauitate, commouetur quidèm, non tamen ad illam tranſit, ſed ſuo loco nutat; ille vix quidèm commouetur: etſi commotioni vicinatur. Ergò animus etſi tenax recti, ſubducendus eſt crebro ſpectatæ conuictorum prauitati; quantò magis tener animus, & facile ad malitiam flexilis. Facile tranſitur ad vitium, naturæ procliuitate cognatum. Socrati, Catoni, ac Lelio excutere mentem ſuam diſſimilis multitudo potuiſſet; adeò nemo noſtrûm qui maximè ad virtutem concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium poteſt. Malignus comes ſuam rubiginem ſenſim affricat. Caue.

Conuerſatio prauorum, nimis probitati nocet.

2 Pſ. 17. v. 26. & 27.

Pſalmo 17. ſic regius Propheta pangit: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Hæc verba tametſi à Dauide de Deo adſpectu ad homines probos aut improbos, dicta ſint; benè tamen inibi notat Corderius, vulgò pro adagio vſurpari, vt indicentur commoda conuerſationis cum probæ vitæ hominibus, & incommoda familiaritatis cum improbis. Solere nimirùm vnumquemque fieri aut eſſe, quales ſunt quibuſcum amicitiam & conſortium init. Neſcio quâ arcanâ vitiorum vi, conuictor prauus ſuam prauitatem conuictori allinit, & ſugit alienã. Appoſitè S. Ephrem. Tract. de malâ conuerſatione vitanda, ita ſcribit: *Sicut ſpongia humidis admota ſubiectam humiditatem haurit, participátque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, ſi ad carnales homines acceſſerit, aut multum cum iis ſermonem miſcuerit, communem cum eis damnum participabit.* Scilicet ſicut magnes arcano naturæ miraculo, ad ſe ferrum attrahit; & ſicut fatua *ſpongia*, ex vdore nata, & vdoris numquam ſatur, humidis admota, omnem ab eis ſubiectam humiditatem haurit; ſic prauitas prauitatem conuictoris attrahit, de collegio malitiæ erudita. Et quidèm *ſpongia* humidorum corporum vdorem ſic attrahit & haurit, vt illum exhauriat, & corpus reddat exuccum. At conuictorum malitia ſe vltrò citróque participat, & vtraque alterutri *ſpongiæ* vicem gerens, vdorem malitiæ mutuò augent, iugi vitiorum participio. Ecquis ſiſtat vitia conuerſationis auctario immetara? Itaque nequam hi Senes occultæ *cogitationis infirmitate laborabant*, idémq; adulterij propoſitum, velut *ſpongia*, alter ab altero clam ſugebat: ſed poſtquam cũ familiaritate *ſermonem miſcuerunt, commune damnum participarunt*, ne alter alterutrius libidine immunis foret. quod in re malitiæ eſſet miraculum inſolens. Sic vel abſconſam in corde malitiam conuerſatio affricat? ô arcanum malitiæ participium!

Cordet.

S. Ephrem. Conuerſatio, ſicut ſpongia, vdorem, ſic malitiam cõmictorũ haurit.

Hic. verſ. 10.

Ioannis 13. Chriſtus velut ſuſtinendo defeſſus obſtinatam Iudæ proditoris malitiam, dixit ei: *Quod facis, fac citiùs.* Non præcipit Chriſtus Iudæ proditionem: abſit vt auctor bonitatis ſit præceptor malitiæ. Hæc ergò verba ſunt Chriſti, non præcipientis, ſed permittentis, aut prædicentis. Quaſi dicat: Age quod cœpiſti, perfice quod deſtinaſti. Sed adhuc eſt difficile, quo pacto ad ſcelus quod permittit, aut prædicit, *citiùs* patrandum hortetur. Eſto, non præcipiat facinus, quod permittit, aut prædicit, cur feſtinantiam indicit, dicitque vt *citiùs*, & quammaturiùs fiat? Quæ ex tanta feſtinatione vtilitas? Putat Ambroſius lib. 2. de Cain, cap. 4. hæc eſſe verba Chriſti excludentis Iudam incorrigibilem à ſuâ familiâ, & ſocietate Apoſtolorum. Quaſi dicat: Tu te à nobis ſeparare vis, excludo te à meâ menſâ, domo, Apoſtolatu, Societate, nequem fortè collegarum tuâ conuerſatione deprau es. Vade ergò ad tuos Iudæos, & Satanam, cui te mancipaſti. Hùc proculdubiò ſpectauit Iſaias Abbas Oratione 22. ſic fatus: *Nec Dominus Ieſus priùs aſcendit in crucem, quàm Iudam expuliſſet à medio diſcipulorum.* Scilicet Chriſtus Deus conſiderans nutantia diſcipulorum corda in atroci ſuæ Paſſionis tragœdiâ, Iudam *citius* ab eorum contubernio *expellit*, ne interim quemquam ſuâ conuerſatione deprauet, & malignitatis halitu inuitiet. Dum Chriſtus aderat, diſcipulos ab hâc peſtilenti contagione præſeruabat: ſuam ergò abſentiam *expulſione* præcauet: nec diſcipulis ſatis conſultum putat, ipſo iam iam abſente, niſi priùs Iudam *expulerit*, ne

3 Ioan. 13. v. 27.

S Ambroſ.

Cur Iudam Chriſtus moriturus, citius à collegio diſcipulorũ expellit?

Iſaias Abbas.

ſuæ

ſuæ prauitaris veneno collegas toxicet.

4 Regius Pſaltes ſic iterùm pangit Pſalmo 105 Hebræam gentem grauiter incuſans: *Non diſperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis. Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum: ſeruierunt ſculptilibus eorum* (quod aliqui vertunt, *coluerunt faſtidia eorum:*) *& factum eſt illis in ſcandalum.* Mira ſanè non boni exempli vis eſt. Populus Dei electus, commiſtus Gentibus, opera eorum didicit, & eorumdem mores conuerſatione arripuit, hauſit, expreſſit. Eleganter Philoſophorum moraliſſimus: *Sumuntur à conuerſantibus mores; & vt quadam in contactis corporibus vitia tranſiliunt: ſic animus mala ſua proximis tradit;* non ſic bona. Porrò bona valetudo non affricatur ægroto; ægritudo verò benè valentibus afflatur; ſic vitia tranſiliunt in contacta corpora. Et quia *miſti ſunt inter Gentes*, Gens Idololatra vitia ſua populo Dei conuerſatione afflauit: *Animus mala ſua proximis tradit.* Quare conſultiſſimè ait, *Commiſti ſunt inter Gentes.* Hoc Deus contagium præcauens, vt finitimas *diſperderent Gentes* ſeriò præcepit. Quæ Pſalmi verba ſic elucidat Chryſoſtomus in Græcorum Patrum Catenâ indidèm: *Idcircò dixerat vt ipſos diſperderent: ideóque Deus interpoſuerat inimicitias, vt per odium præſtaret ſecuritatem.* Audaciuſculè Chryſoſtomus, ſed veriſſimè, ac moraliſſimè. Nimirùm Deus interponit *inimicitias* inter ſuum populum, & Gentem ſceleroſè peccatricem, vt *odium* aduersùs eam extorqueat; & ſic per *inimicum odium*, familiaritatem arcendo, à malo exemplo *ſecuritatem præſtaret.* Scilicet præſtat, vt benè oderint, ne malè imitentur, quam viderint prauitatem. At Hebræa gens deſinit benè inimicari, ne deſinat malum imitari. *Non diſperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis. Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum: ſeruierunt ſculptilibus eorum*, id eſt, *coluerunt faſtidia eorum.* Hem! vel malum faſtiditum imitamur?

Pſ. 105. v. 34. 35 & 36.

Malo exẽplo animus mala ſua proximis tradit, quaſi miſtione malitia.

Senec. l. 3. de Ira.

Odium ergà peccatores, inſitum eſt à malo exemplo aſylum.

S. Chryſ.

Vel faſtidia ſociorum vitia imitamur.

5 Siracides Eccleſiaſtici 7. ita nos ſalubriter admonet: *Diſcede ab iniquo, & diſcedent mala abs te.* Quaſi dicat: diſcede ab homine iniquo, & diſcedes ab iniquitate & malitiâ, quam ipſe iniquis moribus afflat. & ſocios ad ſuas iniquitates inducit. Ita Arabicus, *Ne commiſcearis*, inquit, *iniquo: elongare ab eo, elongabitur à te.* Dat modum cauendi peccata, nimirùm cauendo malam ſocietatem, malóſque ſocios, qui ſuam malitiam manu & ore pernicioſè allinunt. Vndè à ſociis ſeductus ad furtum Auguſtinus libro 3. Confeſſionum capite 9. ſic exclamat: *O nimis inimica amicitia, ſeductio mentis inueſtigabilis, &c. Eamus, faciamus; & pudet non eſſe impudentem.* Malæ Societatis *ſeductio inueſtigabilis* dicitur: eſt enim *inueſtigabile* malitiæ ſacramentum. Sic enim ſociorum malitia hominem inuitiat ac deprauat, vt *pudeat non eſſe impudentem.* Quin & profundè ab Arabico excribitur, *Ne miſcearis iniquo*, quaſi prauorum ſocietas, quædam animorum & prauitatum miſtura ſit; *& vt quadam in contactis corporibus vitia tranſiliunt: ſic animus mala ſua proximis tradis.* Annon *inueſtigabile* malitiæ myſterium eſt, quòd animus toties malitiam ſuam proximis tradens, malitiam non euacuet, ſed mirè augeat? Malitia enim quam malo exemplo proximis allinis, *à te exiit, & tecum eſt, nouo & ſtupendo genere & tranſit & remanet, tranſfunditur, nec elabitur: & quò dirigitur peruenit, & vndè emittitur non recedit* (vt aliundè ediſſerit Emiſſenus) ſic ſpectata vitia ſunt vitiorum prodigioſè fœcunda!

Eccle. 7. v. 2.

Arabicus

S. Aug.

Quàm noceat malorũ ſocietas, inueſtigabile eſt malitia ſacramentum.

Senec. ſupra

Emiſſ. hom. 1. in Nat. Domini.

Deuteronomij 4. hæc Moyſis ore dicit Dominus Hebrææ genti: Et nunc Iſraël audi præcepta, quæ ego doceo te: *Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coràm populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna.* Quaſi dicat: Cuſtodia harum legum, & exactior obedientia *vniuerſis* præceptis obſequentius exhibita, ſumma mei populi ſapientia erit: nam ſi *vniuerſa* præcepta ab *vniuerſo* populo non obſeruentur, ſed aliquorum obſeruatio ab aliquibus negligatur, ſenſim malitia ſerpet in *vniuerſos* non boni exempli contagio: ſicque latè propagabitur, vt non obſequi mandatis, ſapientia è peruerſo reputetur. Ad hunc Deuteronomij locum tacitè alludens Saluianus libro 4. de Prouidentiâ, ſic ſapienter æquè ac eleganter ſcribit: *Qui verbis Domini non obſequimur ſapientiam profectò in nobis penitus non habemus: niſi forsaſsè credimus ſapienter nos Deum ſpernere, & hoc ipſum quòd Chriſti mandata contemnimus, ſummam prudentiam indicamus. Et quidèm cauſſa eſt, cur hoc ita exiſtimare credamus: nam tanto conſenſu omnes peccata ſequimur, quaſi ſummi conſilij conſpiratione peccemus.* Heu nimis verè! Nimirùm vbi de iniquorum ſocietate, ſic fœcundè iniquitas propagatur, *tanto conſenſu omnes peccata ſequuntur, quaſi ſummi conſilij conſpiratione peccetur.* Indè (ô malum!) ſic vniuerſatim malitia inſoleſcit, vt cùm veræ ſapientiæ nota ſit diuinis præceptis obſequenter parere, *credimus ſapienter nos Deum ſpernere, & hoc ipſum quòd Chriſti mandata contemnimus, ſummam prudentiam indicamus.* Hùc, hùc deducit aſſidua malorum ſocietas, vt *pudeat non eſſe impudentem!*

6 Deut. 4. v. 6.

Sic de malorũ ſocietate inſoleſcit malitia, vt ſapientia & prudentia putetur.

Saluian.

S. Auguſt. ſupra.

***

§. CIV.

§. CIV.

Inhoneſta feminarum illecebra, ſic latè ac lethaliter ſerpit, vt primordiale delictum æmuletur.

1 TErtullianus cùm in lib. de ſpectaculis, tot eorum ſæuas pernicies, & efferas ſtrages eloquenter expendiſſet; eam maximè exaggerat cap. 25. quòd vel in ipſâ ſpectaculorum truculentiâ, libido de facili ſuſſlammetur: *In omni ſpectaculo*, inquit, *nullum magis ſcandalum occurret, quàm ille ipſe virorum & mulierum accuratior cultus, ipſa conſeſſio: ipſa in fauoribus aut conſpiratio aut diſſenſio inter ſe, de commercio ſcintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in ſpectaculo ineundo cogitat, niſi videri & videre.* Sic exprompte libido emicat? ſic ſub doloſis theatralis ſæuitiæ cineribus, impudicitiæ ſcintilla latet? ſic vel ipſa improcurata *conſeſſio*, aut in plaudendis atrocitatibus *conſenſio, diſſenſiove*, blandas libidines conflabellat? ſic facilè ſuſſlammatur luxuriæ fomes? Vel mulierum *conſeſſionem* caueat, qui fugit ſcortationem. Nec in theatri ſæuis atrocitatibus tuta eſt libidinum blanditiès? Diuerſo ſexui etiam intutum eſt *diſſenſionis* commercium? Sic facilè ac latè ſerpit libidinis contagium!

Tertullian. *Quàm de facili libidinis ſcintilla ſuſſlammetur.*

2 Geneſeos 6. feraliſſimæ eluuionis cauſſa proditur effuſior libido, feminarum venuſtate exundans: *Cúmque cœpiſſent homines*, inquit, *multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum*, &c. Exponens S. Cæſarius alibi expenſus, cur Sethi poſteri appellarentur *filij Dei*, ita ſcribit: *Adamus genuit filium ad ſimilitudinem ſuam, qualem habuit ab initio, quandò factus eſt à Deo, imaginem & ſplendorem in facie, & vocauit nomen eius Sethus, hoc eſt reſuſcitatio; quoniam videbat in illo priſtinam & admirandam illam formam renouatam, & ſplendorem Sancti Spiritus, quem videntes illius temporis homines, Deum appellauerunt.* Itaque Sethus quaſi gratiam originalem reſculpſiſſet, putabatur Deus, aùt Dei imago, qualem ante peccatum Adamus habuit, & quam mulieris lenocinio amiſit. Huc videtur adludere Sanctus Eucherius, qui præſcripta Geneſeos verba ſic inibi ad rem præſentem exponit: *Quod filias procreaſſent, oſtendit malum à ſexu femineo rurſus inuentum, non quidem illo modo quo ab initio*, &c. Nimirum Sethus Deo eximiè charus, & corpore & animo reſculptam gerebat quamdam; Dei imaginem, quæ in felici illo innocentiæ ſtatu, in parente Adamo prænitebat: ait ergò Eucherius, quòd ſicut hanc feminæ illicium primæuo delicto expunxit, ſic etiam & hanc illius feliciſſimi ſtatûs æmulationem, quam habebat Sethus, & propter quam eius poſteri vocabantur *filij Dei*, pulchrarum mulierum lenocinium deleuit: vt quemadmodùm à feminâ extitit primordiale delictum, ſic illius imitamentum ſiue æmulatio, per pulchras feminas libidinis blãdimẽto iterùm ſculperetur. Ecce tibi Eucherius pariat, non adæquat, hãc per mulieres pulchras, & blandas libidines, mundi cladem, primæuo exitio per incei tiuum mulieris olim inducto, quaſi libidinis ſcelus primordiale delictum æmuletur. Sic latè ſerpit libido, ſic libidinis viuax peſtis, & peſtifera lues prolatur, ſic propagatur prurientium voluptatum fomes, ſic Dei vindicis incunctantem mulctantem duriſſimè accerſit, vt primæuo Adami delicto aſſimiletur? Forſan hûc adludit Tertullianus dum ornatiorem feminis cultum vetat, vt quælibet *magis in ſordibus ageret, & ſqualorem potiùs affectaret, ipſam ſe circumferens Euam lugentem & pœnitẽtem: quò pleniùs id quod de Euâ trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) omni ſatisfactionis habitu expiaret*; quam hæ pulchræ *hominum filiæ*, libidinibus quodammodò reſculpſerunt.

Geneſ. 6. v. 1. & 2.

S. Cæſarius Dialogo 1.

S. Eucher. *Libidinis ſcelus, primordiale delictum velut redintegrat, & reſculpit.*

P. Didac. Celada in Suſannam.

Tertull. de Hab. mulie. c. 1.

5 Siracides Eccleſiaſtici 25. hâc ſententiâ cautelam cum mulieribus erudit. *A muliere*, inquit, *initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.* Quia Eua ſeducta à ſerpente prima peccauit, deindè Adamo extitit peccandi illecebra: itaque omnes poſteros peccato inquinauit, illúdque, ac conſequenter eius pœnam, putà mortem præſentem & æternam teipsâ in poſteros per propaginem & generationem tranſmiſit. Itaque ex Euæ peccato, putà ex peccato originali, cuius initium, & maleſuada cauſſa fuit Eua, omnia reliqua peccata prognata ſunt, prognaſcuntur, & prognaſcentur vſque ad finem mundi. Siracides ergò, vt oſtendat quàm antiquũ & grande malũ ſit mulier, producit Euã matrẽ omnium. Quaſi dicat: Perantiquũ & cũ mundo natum eſt hoc frequens mulieris malum: Euam eius matrẽ ſequuntur eius filiæ, matris æmulæ de lenocinio peccati. Profundè Tertullianus de Habitu muliebri c. 1. In doloribus, inquit, & anxietatibus paries mulier, & ad virum conuerſio tua, *Et Euam te eſſe neſcis? Viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo; viuat & reatus neceſſe eſt. Tu es Diaboli ianua, tu es arboris illius reſeratrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix, tu es quæ eum ſuaſiſti quem Diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem tam facile eliſiſti* &c. O, vir quilibet quamlibet mulierem caueat, quaſi adſimile peccati illicium, & pulchram libidinum fraudem! Et quælibet mulier ſe alteram ipſam Euam eſſe ſciat. Cuilibet enim dicit: *Euam te eſſe neſcis? viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo, viuat & reatus neceſſe eſt.* Hem! ſic latè ſerpit libidinis contagium, ſic mulier ſui concupiſcentiam medullitùs ingerit, ſic concupiſcentiæ fomiti ſcintillas flabellat, & ſui lenocinio appetitum ſubornat, vt altera ipſa Eua vniuerſatim nominetur? *A muliere initium factum eſt peccati: & Euam te eſſe neſcis?* O quantâ cautelâ audienda Eua eſt! ô fuge vel ſanctarum mulierum familiare commercium!

Eccli. 25. v. 33. Cornelius.

Tertull. *Qualibet mulier Euam ſe eſſe ſciat.*

4 Profectò dum mulier, *Euam* circumferens, concupiſcentiam inquietat, quandam peccati originalis æmulationem repræſentat, an nouæ redemptionis indigam? Omnis creatura (ait Paullus) ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi, primitias ſpiritûs habentis, & ipſi intrà nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, *redemptionem corporis noſtri.* (Ad Rom. 8. v. 23.) Quæ eſt hæc *redemptio corporis noſtri*; quam, poſt copioſam hominum redemptionem in cruce peractam, adhuc expectat Apoſtolus? Appoſitè Cornelius mihi ex Chryſoſtumo & Ambroſio; (Cornelius. S. Chryſoſt. S. Ambroſ.) *Videlicet redemptio corporis noſtri, quæ partim erit liberatio à mortalitate & concupiſcentiâ, partim gloria corporis ex animæ gloriâ dimanans.* (*Redemptio corporis dicitur, liberatio à feminea cõcupiſcentia.*) Itaque Paullus carnis ſuæ ſtimulo viuidè exagitatus, poſt copioſam omnium redemptionem Dominicâ morte conſummatam adhuc *redemptionem corporis*, id eſt, *liberationem à mortalitate & concupiſcentiâ expectat.* Porrò benè ſcis, quamlibet mulierem, ipſam aliam *Euam eſſe* (vt nuper ex Tertulliano excipiſimus,) quaſi aliud peccatum velut originale, aut illius per carnis illecebras æmulationem inducat, *redemptionem corporis*, hoc eſt, ab hâc *concupiſcentia liberationem* auidè expectat, & hianter exoptat.

5 1. Corinthiorum 15. eleganter Paullus cum Prophetâ Oſea morti inſultat: Vbi eſt, inquit, mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? (Oſeæ 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 56.) *Stimulus autem mortis peccatum eſt.* Nimirùm mors per peccatum, & per peccati conſcientiam quaſi ſtimulum, nos ſtimulat & pungit, dicens: Meritò hæc pateris, meritò moreris, quia peccaſti. Luculentiùs, opinor, alij exiſtimant quòd peccatum eſt mortis *ſtimulus*, per quem ſcilicet mors nobis nocet, pungit, & lacerat. Sicut enim ſcorpius licèt paruus ſit, per aculeum: ita mors per peccatum omnes occidit, ait Theophylactus. (Theophy.) Sed eſto, peccatum ſit mortis *ſtimulus* ſiue *aculeus*, quódnam autem eſt aculeus peccati, per quem pungit, vrit, lacerat, cruentat, perimit? (*Forma feminea eſt aculeus peccati.*) Bellè S. Cyprianus de ſingularitate clericorum, ſic commercium cum feminis dehortatur: (S. Cyprian.) *Separamini à contagione peſtiferâ, &c. Aculeus peccati facta eſt forma feminea, & mortis conditio non aliundè ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantiâ. Quod Salomon ad noſtram ſollicitudinem memorat, dicens: A muliere factum eſt initium peccati, &c.* (Eccli. 25. v. 33.) Nempè aculeus mortis peccatum eſt; at verò *aculeus peccati facta eſt forma feminea.* Pulchritudo feminæ eſt velut ſcorpij aculeus, qui peccatum obarmat ad conſcientiæ læſuram venenatam, & æternam animæ mortem. O plagam malè dulcem! O caue voluptatem venenatè melleam! Hanc ſi ſalaciſſimi hi ſenes cauiſſent, hunc *aculeum* excuſſiſſent; de quibus dicitur: (Hic verſ. 10.) *Erant ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.* O amoris periculoſa vulnera!

6 Ioannis 11. iam quatriduanus in ſepulcro iacet & fœtet Lazarus. Adeſt tandem Saluator, & eius ſorores infuſas lacrymis, & fraternâ morte funeſtas, ipſe etiam per compaſſionem illacrymans, ſic alloquitur: (Ioan 11. v 34.) *Vbi poſuiſtis eum?* Non ſepulturæ locum ignorat Chriſtus Deus, ſed de ſepulcrali loco proficuam mortis memoriam ſuſcitare ſatagit. Non vult ipſe ſe vltrò miraculo inijcere, ſed dum rogatus vadit, fidem populi exambit. *Vbi poſuiſtis eum?* inquit, mulieres alloquens. Quid mirum ſi mulieres hominem vitâ functum, in ſepulcro locarint? Altius tem ethicè contemplatur Gregorius lib. 8. Ep. 42. ſic ex Seueriano fatus: (Seuerianus. S. Greg.) *Vbi poſuiſtis eum? Hoc mulieribus Dominus per increpationem quaſi dixit, quòd mortuum Lazarum vbi poſuerunt, requiſiuit. Ac ſi apertè Euæ culpam memorans mulieribus diceret: Ego virum in paradiſo poſui, quem vos poſuiſtis in ſepulcro.* (*Hominem, quem poſui in paradiſo, mulieres in ſepulcro poſuerunt.*) O ſi nunc Deus mulieres interrogaret, Vbi poſuiſtis hominem, quem ego in paradiſo poſui, paradiſeis dotibus ornamenmentis, ac virtutibus excultum? *Vbi poſuiſtis eum?* quem in paradiſo ego poſui, vos in ſepulcro poſuiſtis. In paradiſo floribus vernante, cælum fragrabat; in ſepulcro tumulatus puridè fœtet. In paradiſo pacatus, opulentus, prænobilis erat; in libidinis ſepulcro exauctoratus, pugnat, egenus, infamis, & fœdiſſimâ lue morborum miſerrimus. Heu omnium malorum vel inuentrices, vel adiutrices feminæ ſunt, quaſi primordiale delictum denuò reſculpant! Nempe mulieres Adamum in paradiſu poſitum, ipſæ in ſepulcro poſuerunt.

---

§. CV.

Mundialis lætitia de malo ſuo ridet: etſi mixta, merus dolor eſt, gehennæ fumus, & phantaſmatum parturitio peracerba.

MArcus Aurelius Imperator mundialibus deliciis abundè ſatur, has de conſcientia voces eructat: 1 (Marc. Aurel. in ſuâ vitâ.) *Quæ ſum expertus liberè proferam licèt cum mei nominis notâ, ſed olim forſitan futuro ſeculo profutura: Per omnia me vitia exercui, periculúmque feci, poſſétne ſeipſam ſaturare humana malitia. Deprehendi quò plùs cibi ſumo, famem acriorem; quò bibo magis, ardentiorem ſitim; quò ſum in ſomno indulgentior, maiorem ſomni cupiditatem; quò plura mihi ſunt, adhuc his plura concupiſcere; quò quæro diligentiùs, minùs inuenire: nihil demùm vnquam obtinuiſſe, quod appetitum ſedaret, ac non aliud habendi potiùs libidinem prouocaret.* (*Mundana gaudia ſallacia.*) Sic eſt mundialis & humana voluptas lætitiæ inops, exucca, paupertina, breuicula, fugax, falſata; & doloris è penuario ſedula negotiatio.

Salomon tandem meliora ſapiens Eccleſiaſtæ 2. ita deſcribit: Dixi ego in corde meo 2 (Eccle. 2. v. 1.) Vadam, & affluam deliciis, *& fruar bonis*; Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas. *Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* Quò voluptatũ nauſeam crearem, ſæpè aliàs hunc locũ ethicè verſabamus. Numquam enim ſatis emedullatur, quare mundialibus *frui bonis* (quod vota hominum

occupat

occupat) vanitas appelletur: & *riſus*, quo homo exultim hilareſcit, & voluptuoſe deliciatur, nominetur *error*, & effectu ſuo fruſtrata deceptio. Eccur error dicitur, mundialibus *bonis frui?* Sententioſè Sanctus

S. Aug.

Auguſtinus Serm. in cap. ieiu nij: *Qui plorant*, inquit, *de rebus vanis, inaniter plorant: & qui rident de rebus vanis, de malo ſuo rident.*

Riſus reputatur error, quia qui ridet, de malo ſuo ridet.

Ecce quam ob rem hominum ſapientiſſimus *riſum reputaris errorem*, & metam humani deſiderij fallaciam. Scilicet cùm ridet, gaudet, exultat affluens delicijs, putat *bonis frui*, & in illis deliciari: & tamen teſte Auguſtino, potiùs *de malo ſuo ridet*. Idcircò Salomon *riſum reputat errorem*. Quid enim tam fatuè erroneum, quàm *de malo ſuo ridere?* Sic breuis ac modica voluptatula, hominum iudicia perſtringit, vt homo de *malo ſuo rideat?* O voluptatum præſtigias! Sic humana appetentia delirat? Quod tibi hianter exoptas, & quibus optanter inhias, & ad quæ anhelo ore ſuſpiras, inimicorum citiùs vota ſunt, qui de malo tuo gaudent. Ergò nimis verè Salomon *riſum reputat errorem*, & lætitiæ prodit fraudes, & fatuam ridentium amentiam; quippè qui *de malo ſuo ridet*.

3

Prou. 14. v. 13.

Prouerbiorum 14. ſic Salomon nos ſalubriter erudit, vt effuſa mundi gaudia inſidioſæ clàm triſtitiæ ſuſpecta reddat: *Riſus*, inquit, *dolore miſcebitur; & extrema gaudij luctus occupat.* Quare ſapientum nemo humanæ lætitiæ tutò ſe credit; ſuſpecta eſt enim de ingratâ doloris mixturâ, quæ gaudij expetitam gratiam fallit, ac fellit. Appoſite indidèm

Galfridus.

Galfridus: *Riſus dolore miſcebitur*, inquit: *Infelix mixtura eſt, ſi materia lugubris fallacem ſibi formam induat gaudiorum, & effectum lætitiæ cauſſa triſtis vſurpet. Nec illius interim riſus dolore caret, qui delicias putat eſſe ſub ſentibus, & licèt foris inuentus, vel diſtentus potiùs pariem intùs ſentes ſentiat, compungitur tamen in cubili ſuo. Cęterùm ſi in huiuſmodi pernicioſâ gaudij commixtione perſtiterit, luctus ſanè non mixtus mixti occupabit extrema..... Quod enim extremum fuerit, erit æternum.*

Lætitia dolori ſemper mixta, merus dolor & mæror eſt.

O cognoſce quàm ſit infeliciter fraudulenta mixtura, in quâ humanarum voluptatum materia funeſtè lugubris, lætitiæ auara, & gehennalium pœnarum præcoquum prodigè pabulum, *fallacem ſibi formam induit gaudiorum. & effectum lætitiæ cauſſa triſtis vſurpat!* Opinor, fellis etiam cum melle mixtura, melleam dulcedinem prorsùs corrumpit. & in amariſſimum ſaporem degenerare facit. nec dulcoris micam guſtui propinat. Quare *riſus dolore mixtus*, dumtaxat ſapit dolorem. Exindè Hebræus textus

Hebræus

Lxx. Interp.

habet: *In ridendo dolebit cor.* Lxx. Interpretes ſignificantiùs locum è diuerſo reddunt: *In lætitijs non admiſcetur triſtitia.*

Dolor dicitur lætitia mala quare?

Scholiaſtes.

Quaſi mundialis lætitia, lætitiâ ſit vacuâ, & dolore ac mœrore plena. Quò alludere videtur Scholiaſtes, dum vltima verba ſic extulit: *Extrema gaudij lætitia mala*; quaſi perindè ſit *luctus*, ac *lætitia mala*. Itaque lætitiæ malæ nõ admiſcetur triſtitia, cùm ipſa ſit triſtitia, angor, luctus, amarities,

Hic verſ. 10.

dolor. Quod in hoc Verſ. 10. diſertè traditur, vbi pro grato delicioſè amore, quo pulchra puella ad libidinem voluptuoſè deperitur, *dolor* ſubſtituitur. Dicitur enim: *Nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.* Idoneè profectò *lætitia mala* nominatur *dolor*. Lætitia enim, de mixturâ doloris, in merum dolorem degenerare perhibetur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

4

Prou. 14. v. 13.

Caietanus.

Semel expenſus Salomonis locus aliter ad præſentem theſim exponitur non inidoneè: *Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat*, Caietanus lectioni Hebraicæ, vt ſolet, adhærens, peculiarem in hunc locum expoſitionem inuexit: *Etiam in riſu intus dolebit cor.* Quaſi dicat Salomon: Sæpè accidit, vt quis exteriùs ridens delicioſè, & glorioſè ouans, intùs doleat, & angore animitùs vratur. Itaque lætitiæ externæ haud credendum eſt: ſplendor enim gratioris lætitiæ apparet in facie hilari; medullitùs autem vrens in corde tranſparet ignis, qui clanculùm præcordia vſtulat, amburit, conſumit. Quo pacto Sanctus Bernardus in Serm. de nimiâ fallaciâ vitæ, præſcriptam Prouerbiorum ſententiam exponit:

S Bernard.

Mundialis lætitia, ignis eſt, à quâ infernalis gehenna fumat.

Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat, inquit: *Accenditur cereus, non purum lumen eſt, ſed lucerna: ſiquidèm ignis ipſe propria fomenta conſumit, nec niſi ipsâ conſumptione fouetur; porrò deficiente materiâ, etiam ipſe deficiet; & vbi illam videris prorsùs exuſtam, hunc quoque nihilominùs conſumptum eſſe reperies. Sicut ergò flammæ illius nouiſſima fumus occupat & caligo; ſic lætitia læto rei in triſtitiam commutatur.* Nimirùm gaudij lux præfulget in fronte, deliciarum voluptas tranſlucet in facie, & lætitiæ fulgor in ore ridente hilariter prænitet: ſed de igne oritur, qui intùs medullas miſerè vſtulat, præcordia moleſtè vrit, depaſcitur, exedit, & medullitùs conſumit. Incendium intùs ardet, pyra animitùs ſufflaminatur: de quâ facies hilaritate illuminari foris videtur, dum cor ignibus aduritur, præcordia clam flammis æſtuant, animus latenter vritur, & fumus intùs præcluditur. Quouſque tandem homo miſerè voluptuoſus occulto delicioſæ lætitiæ igne conſumitur, fumo gaudij ſuffocatur, & nigra tranſacti voluptatum incendij caligo funeſta extrema miſerè occupat: & ſic *lætitia læta rei in triſtitiam commutatur*, dum *flamma illius nouiſſima fumus occupat*, fumus gehennalis inquam, cuius de bonis mundialibus lætitia, ſcintilla eſt, qua voluptuoſus homo correptus, miſerè flagrat, & in vagas fauillas ſenſim abit.

5

Eccli. 34. v. 6.

Siracides Eccleſiaſtici 34. ſic nos admonet: Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & ſõnia malefacientium vanitas eſt: *& ſicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur.* Quæ dicuntur de diuinatione erroneâ, quâ à Dæmonibus petuntur reſponſa, à garritu auium quæritur euentus, aut ab incerto ſomniorũ futuri ſucceſsûs certitudo præſumitur, quibus *cordis phantaſia* aſſimilatur; Cornelius Ianſenius ad Hæreticos flectit: nec minùs idoneè ad peccatores, lætitiam ex rebus voluptuoſis captantes, flecti poſſunt. Porrò Nyſſenus Tract. 1. mundiale gaudium, & oblectationem voluptuoſam peritè appellauit phantaſmata:

S. Nyſſenus.

Fallacium voluptatum amatores, lætitiæ phantaſmata parturiunt.

Non enim eſt, inquit, *fruitionis illius & voluptatis, quæ momento temporis fit in hominum naturæ penu, vt delectationem illam aſſeruare, & recondere poſſint, quam omni ope comparare conantur; ſed inſtar fallacium phantaſmatum cum teneri à voluptatum amatoribus creditur, repentè euaneſcit, & in nihilum recidit.* Parum ſcilicer foret, conceptas gratâ ſpe voluptates, ad poſſeſſionis attactum repente euaneſcere, & in nihilum recidere, ſicut vana phantaſmata, quæ fruſtrà imaginationis otium fingit, aut pingit; niſi phantaſia huiuſmodi phantaſmata concipiens, dum illa tandem enititur, parturienti compararentur: *Sicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur.* O quanto dolore à voluptatum amatoribus, fallacium phantaſmatum partus ſuſcipitur!

6 Matthæi 25. bonus ille ſeruus negotiatione ſedulus, non ſibi, ſed Domino lucroſus; accipiens quinque talenta, & operatus per ea; lucratus eſt alia quinque. Cùm autem ea hero ſuo offerret, hæc verba gratanter audit: *Euge bone ſerue & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Plenè quidèm gaudet, qui in Domino gaudet. Bellè Hugo Cardinalis indidèm: *Intra in gaudium Domini tui, vt ex omni parte ſit gaudium. Surſum viſio Dei: deorſum viſio inferni* (ô! vel ex viſione inferni gaudebit Beatus!) *intùs gloria conſcientiæ: exteriùs decor omnis creaturæ. Non dixit, Intra gaudium, ſed in gaudium; vt poſſeſſor ſit gaudij, non ſpectator.*

Matth. 25. v. 21.

Hugo Card.

De inferni viſione gaudet beatus.

Hugo Vict.

Ceterùm Hugo Victorinus lib. 3. Miſc. Tit. 126. quàm ſit verè plenum gaudium in Domino, & quàm ſit gaudij inops, & lætitiæ exuccum mundi gaudium, præſcripta Matthæi verba elucidans, ita exponit: *Intra in gaudium Domini tui. Triplex eſt gaudium. Eſt gaudium ſeculi: eſt gaudium tuum: eſt gaudium Domini tui. Primum eſt de terrenâ affluentiâ, ſecundum de bonâ conſcientiâ, tertium de æternitatis experientiâ.* Et poſt paucula: *Ad primum exiuit Homo, cùm cecidit de paradiſo: ad ſecundum venire incipit, cùm per fidem reconciliatus eſt Deo: Tunc ad tertium perueniet, cùm videndo ipſum ſicuti eſt in æternum fruetur ipſo.* Scilicet primum gaudium eſt ſeculi, cùm mundialia bona affectamus, ad quod *exiuit Homo, cùm cecidit de paradiſo.* Profundè quidèm Hugo! Itaque cùm primus homo Adam, è voluptatis paradiſo, vbi paradiſeo gaudio abundè fruebatur, exul in mundum exiuit, vt in ſudore vultûs ſui operetur terram tribulorum ac ſpinarum feracem; tuncque, tunc quidèm intrat in gaudium ſeculi. Ad *primum gaudium*, quod *eſt de terrenâ affluentiâ, exiuit homo cùm cecidit de paradiſo.* Cùm paradiſum voluptatis Homo deſerit, & mundo, vti ſeruus metallo datur, tunc exire ad mundi gaudium perhibetur? O quale eſt gaudium, quod paradiſi exilium concinnat?

Mundialem lætitiam, paradiſi exilium concinnat.

§. CVI.

Mundialia bona ſunt expectationis commentum, doloribus conuiſcerata; & voluptatum auare prodiga, deſiderantes deſtituunt.

QVisquis ſe multùm fortuitis tradidit; ingentem ſibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Vna hæc via eſt ad tuta vadendi, externa deſpicere. Relinque iſta iamdudùm ad quæ diſcurritur. Relinque ſtudium diuitiarum, aut periculum poſſidentium ſunt, aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates; molliunt, eneruant. Relinque ambitum; tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum. *Contemnere omnia aliquis poteſt, omnia habere nemo poteſt:* Offenduntur iſtæ res, non poſſidentur; & dum placent, tranſeunt. *Nil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.* Quid mundialium rerum deſiderio cruciaris, quarum etiam ſpes magno conſtat? Sapienter Martinus Dumienſis: *Deſideria tua paruo redime, quia hoc tantùm curare debes, vt deſinant; atque quaſi ad exemplar compoſitus diuinum, quantùm potes de corpore ad ſpiritum te feſtina reducere.* In virtutis officinâ, eius corpus velut in ſpiritum refingitur, qui ſpes humanas abiecit, & quicquid vota hominum tenet, ac falſato cenſu pectus implere putatur. Ad vera potiùs te bona conuerte: *Diſce paruo eſſe contentus, & illam vocem magnus ac animoſus exclama: Habemus aquam, habemus polentam, Ioui ipſi de felicitate controuerſiam faciamus.* Sic, ſic quidèm *deſideria tua paruo redimes*, & tu tibi eris; caducis rebus vacuus, te, ac Deo plenus, 1

Deſideria noſtra paruo redimenda.

Seneca Epiſt. 15.

Publ. Syrus.

Mart. l. 3. de Vit. c. 3.

Senec. ep. 116.

2 Siracides Eccleſiaſtici 40. peccati originalis pœnaliſſimas appendices recenſet: Iugum graue inquit ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium. Quodnam eſt hoc iugum moleſtè pœnaliſſimum? *Cogitationes eorum, timores cordis, adinuentio expectationis.* Non mirarer, inter ærumnoſas hominum moleſtias recenſeri, *cogitationes*, quæ imaginationis vagâ licentiâ, animum diſtrahunt, diſcruciant, vrunt, ſubuertunt, vt bona huius vitæ ſibi accerſat, mala verò citiùs auertat: & *timores* varios & anxios, cor moleſtè coarctantes, ne forte bona quæ appetit, non aſſequatur, & mala quæ auerſatur, incurrat. Mirum autem eſt, quòd *adinuentio expectationis*, ſeu erecta hæc ſpes bonis mundialibus auidè inhians, inter pœnaliores hominum moleſtias cenſeatur. Quid dulciùs ſpe, quâ homo futura bona præmordet, & præproperè guſtat, & expectatione poſſeſſionem anticipat? Ceterùm *adinuentio expectationis*, idem eſt ac adinuenta & excogitata imaginatio imminen-

Eccl. 40. v. 2.

tium

tium bonorum, quaſi ipſa illos, aut potiùs illi ipſa, expectent, vt exponit Cornelius. Romani vertunt, *Conſideratio expectationis:* alij, *Commentum expectationis.* Sæpè enim ſpes reuerà non eſt ſpes, ſed commentum ſpei, quod ſcilicet homo ſibi comminiſcitur, & in mente fingit, & imaginatione fingit, dum ad falſata mundi bona, quaſi ad vera auidiùs hiat. O non bonum humanæ *expectationis commentum!* Vera mala, de imaginationis deluſæ mentito commentario, tamquam bona expetis, & expectatione præſumis. Quod tibi aut chariſſimus hianter exoptas, & votiuè ſperas, ſæpè inimicorum vota ſunt. Quod expectas, non de rei veritate bonum eſt, ſed de imaginationis vagæ *commento.* Dele concupiſcentiæ, ambitionis, auaritiæ, & imaginationis commentarium, & multam mundialium bonorum lituram feciſti. Fruſtrà bonum eſſe putas, cuius *expectatio*, & *expectationis commentum*, inter acerbiores primæui delicti pœnas potiſſimo loco recenſetur. Quod reapſe pœnaliſſimum eſt, de imaginationis deliræ commento bonitatem fœnerat, quâ expectationem erigat. Proh, mundialia bona merum puta falſatæ *expectationis commentum!*

Cornel. ibi. Translat.

Mundialia bona puta falſatæ expectationis cõmentum.

3 Magno conſtat amantibus, ſperantibus parua voluptas. Quotidianâ anxiùs ſollicitudine hi ſenes intempeſtiuè amantes diuturnam pœnitudinem, & cædem cruentè probroſiſſimam emunt. Sibi inſidiatur, qui obſcœnum concupiſcentiæ ludibrium, in deſiderij atque expectationis officinâ tractat. Erant ergò ambo vulnerati amore Suſannæ; eius crebro aſpectu deſideriorum conſolabantur impatientiam, & malignam ſpem fraudi concredunt, *Nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.* Dolorem appellat, quem potiùs amorem appellaret? Viuax concupiſcentiæ deſiderium, & fruendæ pulchritudinis ſpes hiantior, *dolor* nominatur? Appoſitè Euſebius: *Non ait: Nec indicauerunt ſibi amorẽ, ſed dolorem. Tantumdem dolentis amans eſt. Errorem amoris dolor conſequitur.* Quin & cùm delicioſa amoris voluptas, & illius voluptuoſa cupiditas, *error* ſit, & ſpes fallaciter ludicra, *dolor* errori amoris implantatus eſt, & medullitùs conuiſceratus. Spes hiabat ad Veneris delicias, quas deſiderij audacia in cordis ſcenâ mentiebatur: at reipsâ dolorem expectatione faciebat, repulſæ ludibrium attulit, & propudioſam cruentè lapidationem, & famæ atque corporis ſtrages propinabat. Sic errori voluptatis dolor conuiſceratur!

Hic verſ. 10.

Euſeb. ſer. 8. c. 8.

Errori delicioſi amoris dolor implãtatus, & conuiſceratus eſt.

4 Sapientiæ 2. hæc Atheorum, Epicuræorúmve potiùs antè Epicurum, vox eſt: *Non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* Flores in diem, gignit terra, vt palàm eſt admiratione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. Breue roſarum æuum eſt. Græce, *Coronemus calycibus roſarum.* Roſæ enim planè apertæ illicò flacceſcunt, & marceſcunt: caliculi verò, ſiuè baccæ clauſæ, & nondùm roſa, ad delicias aptior putatur, nam ſpe arridet, te autem dum floret, effloreſcit; & dum vernare putatur, marcet. Belliſſimè S. Baſilius homil. 11. Hexaëm. *Tranſitoria,* inquit, *ac breuis momenti vernorum florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.* Confultiſſimè ergò voluptas, & mundialis gloria floribus ac roſis comparatur, vt vel Atheorum ſuffragio, eius fallacia demonſtretur. Repudiant ad coronam roſas, quia dum vernant, marcent. Malunt florum ac roſarum calyculos, ſpe tantùm roſas, & deſiderio flores: at florum, id eſt, voluptatum gratia adeò eſt fugitiua, fallax, mentita, vt *adhuc deſiderantes deſtituat.* Nimirùm ſpe allicit deſideria; ſed adhuc cùm ante poſſeſſionem deſideratur, fugitiua deſiderantes deſtituit, & vota fallit, ne non ſemper fallat. Ah! hæc falſatæ fidei bona, quæ vel deſiderantes deſerunt, hominum vota, deſideria, ſuſpiria ſic impotenter trahunt?

Sap. 2. v. 7. & 8.

Græcus.

Voluptatum, ſicut florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

S. Baſilius.

5 Lucæ 15. Prodigus ille adoleſcens, qui pulchræ iuuentæ ardore, & luxuriante ætatis licentiâ, voluptatum ſacietate famem ſumptuoſiùs emit. Nimirùm poſtquam decoxit, *facta eſt fames valida in regione illâ, & ipſe cœpit egere:* Et adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.* Sanctus Ambroſius lib. 7. in Lucam, ſic præſcripta verba eloquenter elucidat: *Egere ergò ideò cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ ſatis eſt voluptati..... Et cupiebat ſiliquis implere ventrem ſuum. Neque enim alia cura eſt luxurioſis, niſi vt ventrem ſuum impleant, quorum Deus venter eſt. Qui autem aptior huiuſcemodi hominibus cibus, quam is qui ſiliquæ modo, intus inanis, foris mollis eſt; quo corpus non reficitur, ſed impletur, vt ſit magis oneri quàm vſui?* Ecce tibi libidinis voluptas ad ſiliquas hiat: hic autem inanis cibus eſt, qui implet & diſtendit, non reficit & ſatiat. Ceterùm ſententioſè ad rem ait, adoleſcentem Prodigum cœpiſſe egere, in validâ illius regionis fame, *quia nihil prodigæ ſatis eſt voluptati.* Quid eſt, quòd voluptas nominatur *prodiga?* Adoleſcens appelletur Prodigus, qui totam ſubſtantiam liguriuit: non *voluptas*, quæ auara etiam voluptatis eſt, & deliciarum inops. Verùm enimverò quantùm voluptas auara, & vena mundialium bonorum eſt in poſſeſſione mẽdicè paupertina; tantùm eſt in ſpebus diues, opulenta, & effuſiùs *prodiga.* Largè promittit quod parcè largitur. Opulenta in votis, ſed mendica in poſſeſſione. Falſatâ fide *prodiga* eſt, & reapſe parciſſimè auara: quippè quæ *adhuc deſiderantes deſtituit.*

Lucæ 15. v. 14. & 16.

S. Ambr.

Voluptas voluptatis prodiga, & auara eſt quomodo?

6 Pſalmo 26. ſic Deum Propheta ſupplex orat: *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* S. Hieronymus inibi legit, *Exquiſiuit facies mea,* omiſſo *te* quæ eſt æſtimationis emphaſis: quaſi nihil aliud ſit in mundo, mundialibuſve deliciis, honoribus, diuitiis, voluptatibus, niſi ſolus Deus; nilque præter ipſum ſit ab homine vllatenùs expetibile. Nil igitur optat, ambit, & requirit. *Exquiſiuit facies mea.* Sed occurrit Dauidi Auguſtinus ibidem:

Pſ. 26. v. 8.

S. Hier.

Nauſeat Dauid ad vitam immortalem humanâ felicitate exundantem.

S. Aug.

Quid ſit e Deus faciet in delicijs iſtis (regalibus,) *& voluptate gaudiorum terrenorum immortalem? Reſpondet amator: Nolo; quicquid mihi præter illum eſt, dulce non eſt. Quicquid mihi vult dare Deus meus, auferat totum & ſe mihi det.* Conticeſcat ergò fatuè garrula mundanorum hominum querela de voluptatum, honorum, ac deliciarum breuitate; déque perbreui humanæ vitæ ſpatio ad fruendum humanâ felicitate. Nauſeat, nauſeat Dauid ad vitam *immortalem*, quâ regiâ felicitate, aduerſitatis exorte, & delicijs refertâ, abundè fruatur. *Exquiſiuit facies mea*; quid niſi *te?* reliqua præter te, tædio mihi ſunt.

7 Cùm animus exquiſierit faciem Domini & reliqua mundi bona faſtidierit, ſubdit Propheta: *Ne auertas faciem tuam à me.* Quaſi dicat: Ne mihi faciem tuam auidè exquirenti terga obuertas: nam licèt regiam dignitatem, regias diuitias & delicias conceſſeris, hæc omnia, & reliqua mundi bona, quæ hominum vota tenent, nihili facio, faſtidio, & odio mihi ſunt. Pereruditè ibi notat noſter Corderius, quòd pro τὸ *ne auertas faciem tuam à me*, in Græco additur, *ne me contumelioſe expellas*, quod Græcum ſcholion ſic exponit, & elucidat: *Ne me contumelioſè expellas à metaphorâ ſcoria, quæ tamquam inutile excrementum ferri reijcitur.* Nempè quicquid bonitatis, quicquid honoris & dignitatis, quicquid commodi & voluptatis ſcintillare videtur in mundialibus bonis, *ſcoria* bonitatis eſt, & voluptatis *inutile excrementum*. Ne te fallat bracteata proſperitas, & præſtrigiatrix voluptas, præter Deum, omnis felicitas, voluptas omnis, voluptatis & felicitatis *ſcoria* eſt, *excrementum* eſt.

Pſal. 26. v. 9. Præter Deū omnis felicitas, ſcoria & excrementū felicitatis eſt.

Græcus Scholiaſtes Græc. apud Corderium in Annot.

§. CVII.

Glorioſa mundi pompa, & delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta Sanctis eſt.

1 NOn eſt bonum iſta mundi voluptas, tot ſolidè infarta malis; cui, vt ſemel dicam, nucleus dolor eſt, qui oblectamenta velut vmbra ſequitur; quæ eſt vtriuſque indoles. Occidua eſt omnis voluptas: vmbras prolixas facit, id eſt, dolores. Quemadmodùm occumbente Sole euigilant tenebræ; & quò ille proximior occaſui tur, recedunt vmbræ, & promittuntur: infantis vmbra gigantem tunc mentitur: ita vel minima voluptas in occaſum ſemper ſuum præceps, magnum protendit dolorem. Metiamur delicias cum ipſarum pœnitudine: illæ in tranſitu ſunt, hæc præcordijs diu hæret: illæ momento faceſſunt, hæc per annos laceſſit. Illæ, cùm diu aliquandò fuerint, ſatis eſt, vt diu non ſint: vtroque modo imminet voluptatibus periculum ſui: ſi diu ſunt, pereunt; ſi diu non ſint, non delectant. Quin ſi diligenter attendas, nulla niſi in voto pretioſa voluptas eſt: deſiderio adridet, re faſtiditur. Imò etiam intenta & quæſita, dolore emitur; vt dum placet, adhuc diſpliceat. Deliciarum appetentiam, & earum vota hiantia, poſtliminio caſtigat (heu non emendat: & qualitas voluptatis pœna, ipſa voluptas eſt, lubrica, exilis, falſata, faſtidioſa, & quæ feſtinanter in contrarium it. ô: quæ adulantiùs de fortunâ optamus, ſæpe inimicorum vota ſunt. Plerumque qui humanam felicitatem deſiderat, inconſulti deſiderij ſui ſupplicium expetit, quo humana appetentia torquetur, non expiatur.

Ferè ex Euſeb. l. 6. de Arte vol. c. 37.

Quàm ſit falſata fides mundana voluptas, & fortuna felicior.

Oſeæ 9. his verbis ſuum populum faſtidit Deus: Quaſi vuas, inquit, in deſerto, inueni Iſraël, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum: *Ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.* Quaſi dicat: ſicut obſcœnum idolum Priapi erat fœdiſſimum & abominandum; & ſicut abominandæ erant meretrices Madianitæ quas auidiùs concupierunt, & cum quibus voluptuoſiùs fornicabantur; ſic & Iſraelitæ, obſcœni, putidi, & abominabiles facti ſunt. Vnde qualitis concupiſcentiæ delicijs, & abalienati ſunt à Deo, & ſibi faſtidio & abominationi ſunt facti: & in voluptate ipſâ, ipſius voluptatis abominabile atque acerbum inuenere pretium, quod nunquam declinare potuerunt. Eleganter S. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 3. *Alius*, inquit, *à luxuriâ carnem iam reſrenat, ſed tamen adhuc luxuriæ phantaſmata tolerat: quia quæ volens fecit, horum inuitus meminit: & pœnam ſuſtinet, quod voluptatem putauit.* Quid tam voluptuoſè ac expetitum impudenter luxurianti, quàm effuſior procaciter libido, quâ ſic factus eſt abominabilis, vt illam abominetur? at vel ipſa *luxuriæ phantaſmata*, quibus nuper obſcœno luxuriæ ludibrio deliciabatur, velut acerbiorem cruciatum *tolerare* cogitur; *& pœnam ſuſtinet, quod voluptatem putabat.* O falſata hominū de voluptate iudicia! Humano cenſu delicias rebaris, & diſſimulatus cruciamentorum reatus, & inflicta duriùs pœna, voluptas tibi facta eſt, quam declinare aut excutere non potes: nam cum opinatâ voluptate veram illius pœnam exorbes, quam vlla vix patientia digerat. Heu *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat!* Solet culpa pœnam anteuertere: mundialis autem voluptas & culpa, & ſui pœna eſt. Serò puniretur voluptas pœnâ culpæ ſuccedaneâ, proindè autem feſtinat pœna, ne vnquam impunita voluptas ſit, ſed ſit ipſa ſui vltrix. Meritò igitur inſanus deliciarum appetitus, *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat*, adeò vt vel ipſius *phantaſmatibus* excrucietur. O agnoſce fraudulenter ſubdolas voluptatis præſtigias!

2

Oſeæ 9. v. 10.

S. Gregor. Qui voluptatem expetit, pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat.

3 Hi ſenes malitioſè ſalaces, quorum niuea canities, concupiſcentiæ diſſimulabat æſtum, videbant quotidie venuſtiſſimam Suſannam ingredientem & deambulantem in viri ſui peramœno vireto: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Nulla eſt ætas à libidine immunis. Cognatas luxuriæ ſcintillas flabellant oculi, & fœtus libidinibus aëra toxicant. *Erant ergò ambo vulnerati amore eius.* Hic verſio-

nec

nec indicauerunt ſibi vici in dolorem ſuum. Dulcem amoris voluptatem, quo Suſannam deperibant, quo ſuſpenſi hianter ſtabant gratiſſimè imprandi, *vulnus* nominat, & *dolorem* appellat? Non ait, Nec indicauerunt ſibi amorem, ſed dolorem. Profectò non ſine magno ſenſu & dolore plaga voluptuoſi amoris eſt. Tantundem dolentis amans eſt. Qui malè amat, ſemper dolet. Illicio expetitæ voluptatis deliciantur, an nolentes cupiti vulneris dolorem ſuſtinent? Nimirùm vterque ſenex delicioſus Suſannæ amaſius, *quæ mutabilitatis ſua onera quia volens expetiit, nolens portat*, aliorsùm luculenter dixit Gregorius. Nempè ſenilis ludicum grauitas, in mutabilem Veneris voluptatem degenerans, voluptuoſum amorem, quem *volens expetiit*, in *dolorem* mutatum, *nolens portare* ac ſuſtinere cogitur: nam quod in delicioſo cœpit amore, in *dolore* conſummatur. Quod *volens expetiit, nolens portat*. Non portat amorem inuitus; ſed quod *volens* auidè *expetiit*, adcò ſtatim experitur moleſtum, vt iam *nolens portare* dicatur: nam quod ſpebus gratè adridet, experientiam acerbiùs exaſperat.

Voluptatem, quam quis volens expetiit, nolens portat.

S. Greg. lib. 6. Moral. c. 3.

4 Paulus ad Galatas 6. Mihi autem, inquit, abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti: *per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quaſi dicat: Quemadmodùm mundus horret crucem, vel crucifixum aliquod cadauer, ita & me horret: & vice versà, deliciæ, voluptates, & pompæ mundi, mihi crux ſunt; eaſque, vt crucem illi, auerſor & horreo. Ita S. Bernardus: *Quæcumque, ait, mundus reputat crucem, ego delicias reputo; & quæ mundus delicias, ego reputo crucem.* Paradoxon verè Chriſtianum, & in Philoſophorum gymnaſiis hactenùs inauditum, quo de cœli ſcholâ Doctor Gentium fideles erudit. Mirum ſanè eſt ſanctos viros tormentis deliciari; mitiſſimum autem deliciis torqueri & blandis voluptatibus crucifigi. Audiendus eſt S. Ambroſius lib. 4. Commentar. in Lucam, ad cap. 4. calcem, qui hâc ſuper re ſic luculenter ſcribit: *Tunc tribulos & ſpinas animo caro, id eſt, curarum morſus, ſollicitudinúmque generat. Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporis voluptatibus: & cum ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt, vndè deſcendit, reuolare.* Nimirùm mundi pompa, quam ambitio ſpectat, palati exquiſitæ ac pretioſæ deliciæ, titillantis concupiſcentiæ blandior voluptas hiante libidine procurata, *tribulos & ſpinas* generat, dum caro deluſa curarum morsûs & ſollicitudinum angores, expectatæ voluptatis vice pati cogitur. Adeò vt caro ipſis corporis deliciis male dulcibus, *quaſi clauis quibuſdam ſuffigatur*: & ſic cum Paullo *crucifigitur mundo*, dum voluptatis lenocinio acerbiùs cruciatur: & ita *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat.* Ambroſio accinit S. Bernardus Serm. 7. de Quadrageſimâ, ita ſcribens. *Non ſolum mortuus mundo, ſed & crucifixus, quod eſt ignominioſum genus mortis; ego illi pariter & ipſe mihi, omnia quæ mũdus amat, crux mihi ſunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ, vana hominũ laudes, quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus ſum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.* Scilicet Paullus, & quilibet eximiè ſanctus, non ſolùm eſt *mortuus* mundo, ſed & mundo *crucifixus. Mortuus* quidèm, quia inſenſibilis ad ea, ad quæ mundus ſuſpirat, nempè ad vanas hominum laudes, gulæ delicias, diuitias, honores, & carnis delectationem, quorum lenocinio vix, aut ne vix quidèm tangitur. Verùm hoc ad pium Euangelicæ perfectionis faſtum, niſi etiam ipſis voluptatibus, & mundi pompis crucifigatur. Crucifixio autem peracerbum & *ignominioſum eſt mortis genus*. Itaque Paullus mundi honores, & ſublimitatum pompam, quæ omnium vota tenent, tamquam *ignominiam* reputat: & carnis illecebras, voluptatúmque delicias, velut crucem toleratu peracerbam. Qui eſt Euangelicus rerum cenſus, & Chriſtianæ virtutis meta. O, benè præeuntem Paullum ſequere.

Ad Gal. 6. v. 14.

Cornelius.

S. Bernard.

S. Ambr. Homo corporis voluptatibus velut clauis ſuffigitur.

5

S. Bernard. Mundialis voluptas eſt Paulo, quaſi probroſa & acerbitas.

Pſalmo 16. ſic occinit regius Vates, hæc ſceleſtis hominibus durè imprecatus: *Domine à paucis de terrâ diuide eos in vitâ eorum: & de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* Pauci de terrâ dicuntur boni & electi, quos optat diuidi ab improbis, ne hi probis ſuam malitiam afflicent. Sed quid eſt, quòd de *abſconditis* Dei adimpleti improbi perhibentur? Quæ ſunt hæc à Deo *abſcondita?* Euſebius in Catenâ Græcorum Patrum, ita ſcribit: *Pro Abſconditis verò, de Repoſitis dixit Symmachus. Nam pretioſa & recondita quæque præſentis vitæ poſſederunt: vt aurum & argentum, & lapides pretioſos, & liberorum multitudinem habuerunt: quibus etiam diuitiarum reliquias reliquerunt, cùm ipſi priùs expleti fuerint.* Et idem Euſebius apud Corderium in Annotat. *De abſconditis tuis repletus eſt venter eorum vario cibo, multiſque voluptatibus ac deliciis.* Ecce tibi hæc *abſcondita* Interpretes commentantur pretioſa & voluptuoſa quæque, & quicquid apud ſeculares in pretio eſt. Sed audiendi ſunt Græci Patres in Commentario: *Illud autem de abſconditis, alij quidèm intellexerunt de ſuppliciis; alij verò de foſſilibus omnibus metallis.* Addam Coſmam Indicopleuſten apud eumdem inibi Corderium: *Ventrem prætereà paraphraſticè eoſdem hoſtes appellat, eóſque adimplendos ait Abſconditis, ſuppliciis nimirùm occultis, & inſperato aduenientibus.* Itaque Dei *abſcondita*, quibus in hâc vitâ improbi homines replentur, eſt pretioſior & voluptuoſior felicitas, quod ſubitum & pœnalius ſupplicium nuncupatur. Hem! diuturna improborum felicitas, ſubita pœna, & pœnalius ſupplicium eſt?

6

Pſ. 16. v. 14.

Symmach.

Euſebius.

Voluptuoſa improborum felicitas, ſubitum à Deo ſupplicium eſt.

Græci Patres.

Coſmas Indicopl.

S. Auguſt.

cruce fuerat crucifixus. Quod Auguſtinus Serm.67. de Tempore his verbis quaſi Chriſtus hominem alloqueretur, luculenter ediſſerit: Cùm expulſus, inquit, de paradiſo mortis vinculis propter peccatum tenereris, carnem aſſumpſi, in præſepio expoſitus, & pannis inuolutus iacui, infantiæ contumelias, humanóſque

Peccatum noſtrum, Chriſti crux eſt, cruce grauior. quaq'

dolores pertuli, irridentium palmas & ſputa ſuſcepi, flagellis cæſus, vepribus coronatus, cruci affixus expiraui. En clauorum veſtigia, quibus affixus pependi. En perfoſſum vulneribus latus, Cur quod pro te pertuli perdidiſti? cur ingrate redemptionis tuæ munera renuiſti? cur habitaculum quod mihi in te ſacraueram, luxuriæ ſordibus polluiſti? Pergit Auguſtinus belliſſimè ad rem: *Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quàm illa in quâ quondam pependeram, affixiſti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux eſt, in quâ inuitus pendeo, quàm illa in quam tui miſertus, mortem tuam occiſurus aſcendi. Et quia poſt omnia mala tua, ad medicamenta pœnitentia confugere noluiſti, ab auditu malo non mereberis liberari; deſpexiſti enim in iudice veniam.* Profundè quidèm Auguſti-

Caiet. ibi.

nus tò *rursùm crucifigentes* (quod Caietanus inibi exponit, *recrucifigentes*) de inſigniter peccatoribus intelligit: additque, quòd hæc per ſcelus iteratum *recrucifixio*, grauior & acerbior Chriſto quodammodò eſt, quàm illa, quâ à Iudæis atrociter patibulatus, cruentè occubuit, Hanc enim lubens aſcendit; hanc verò reluctanti ac offenſo animo ſubit, in eáque *inuitus pendet*. O quàm eſt toleratu perarduum, quod
5 inuitus quis patitur! Nempè olim voluntarius crucem ſubiit, & vltrò in cruce excarnificatus pependit: tormentorum autem diritatem, voluntaria illorum ſuſceptio exarmauit, aut ſaltem mitigauit: hanc verò cùm prorsùs ſubeat inuitus, repugnantia dolores exacerbat, plagas exulcetat, & pœnarum ſenſum exaggerat. *Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux eſt, in quâ inuitus pendeo, quàm illa, &c.* O altè hæc peccator expendat, & in animo ſeriò verſet! Quin & nouum peccatum *deſpicit in iudice veniam*, Sic exponit Auguſtinus illud, *Et oſtentui habentes*. Nam qui

Quomodò peccatum oſtentui exponat Chriſtum irridendum.

Cornelius.

in peccata relabitur (ait inibi Cornelius,) hoc ipſo contemnit, vilipendit, ac ridet Chriſtum, Chriſtique crucem ac redemptionem, atque hoc ipſo cauſſa eſt, vt Chriſtus exemplum ludibrij Gentilibus, omnibúſque hominibus proponatur, vtque Gentiles dicaces & maleuoli irrideant Chriſtum. Hactenùs ille. Qui idcircò alibi addit: *Quid eſt peccatum, niſi Chriſticidium, niſi Deicidium?* rectè ſic appellatur, quod Chriſtum Deum *recrucifigere* dicitur.

Peccatum eſt Chriſticidiũ, & Deicidiũ.

4 In eâdem Epiſt. ad Hebræos cap. 13. ſic ad eos Paullus ſcribit: *Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extrà caſtra. Propter quod & Ieſus, &c.* Quæ

Ad Hebr. 13. v. 11.

Cornelius. Radulphus.

verba Cornelius ibi poſt elucidatum litteralem ſenſum, ſic allegoricè expouit ex Radulpho in cap. 16. in Leuiticum: *Sanguis*, inquit, *victimarum expians Sancta Sanctorum, ſignificabat Chriſtum expiaturum cœlum ipſum, non quaſi cœlum in ſe immundum ſit, ſed quòd legaliter & ſymbolicè cenſeatur immundum, & quaſi aſpergine quâdam peccati (peccatum enim morali quâdam æſtimatione cenſetur, & in Scripturâ dicitur contaminare ipſam terram, cœlum, totúmque mundum) maculatum, idcóque clauſum, perindè ac templum pollutum clauditur. Chriſtus ergò ſuo ſanguine peccata noſtra expians, etiam cœlum ipſum peccatis noſtris quaſi contaminatum, quodammodò expiaſſe cenſetur.* Ah peccatum ſputciſſimam ſordium ſentinam, quâ terra, totúſque mundus, imò & cælum ipſum ſordidè ſqualere cenſetur! Parum eſt limpidiſſimum nitidè cælum peccatorum ſqualore ſic immundè ſordere, niſi etiam *claudi* dicatur. Viderit qui de facili peccat, quàm de leui propter eius delictum, cælum claudi cenſeatur. Niſi clauibus Dominicæ crucis; cælum noſtris peccatis, quaſi ferreis *clauſum* repagulis, pandi nequit, nec hominibus aperiri. Ecce tibi arcanam peccati nequitiam audacter temerariam, quæ cælum ipſum *inquinare* & *claudere* inſolenter præſumit. Exindè hi nequam Senes

Peccatum, cælum inquinare, & claudere præſumit

Hic verſ.9.

atrociter ſceleroſi *clauſerunt oculos ſuos vt non viderent cælum* ſuis ſceleribus inquinatum, & male offenſum.

5 Pſalmo 45. ſic pangit Propheta: San-

Pſ.45.v.6.

ctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. *Deus in medio eius, non commouebitur.* Quaſi dicat, non ſolum non diruendam, verùm nec commouendam eam vrbem, quæ præſente Deo fulcitur. *Sanat mare* (ait Auguſtinus) *conturbentur montes, Deus in medio eius, non commouebitur.* Verùm Didymus tò *non commouebitur*, non tam ad ciuitatem, quæ Dei præſentiâ ac præſidio obuallatur, quàm ad ipſum Deum referre videtur (quod inibi nuper examinabamus.) quaſi Deus in medio ſanctæ ciuitatis, ipſe minimè commoueatur. Fruſtrà tamen id videtur dici à Dauide juxtà Didymi commentarium: Deus enim in medio etiam peccatricis & ſceleroſiſſimæ vrbis, *commoueri* non poteſt: nam eiuſmodi commotionem natura eius incommutabilis vetat. Niſi fortè tamquam quid præluſtre de te immutabili ac imperturbabili dicatur, quòd in validâ etiam perturbationis occaſione, immutatus ac imperturbatus ſteterit. Quin & ſuprà monſtri prodigium foret vel leuiter Deum perturbari, & vltrà poſſibilitatis metas. aliquâ inquietudine *commoueri*. Quorsùm ergò Pſalmiſta occinit: *Deus in medio* ſanctæ ciuitatis *non commouebitur*? Imò nec in medio flagitioſiſſimæ vrbis poſſet vllatenùs commoueri. Appoſitè Didymus: *Deus in medio eius non commouebitur. Ob inhærentem*, inquit, *naturam, quæ nullis peccatis obnoxia fieri poteſt.*

S. Aug.

Immutabilem Deum peccata hominum commouent quomodo?

Didymus.

Nam

Nam commouetur ab iis qui peccant; vndè poſt Ada peccatum inuenius eſt deambulare. O grande antropoparhūs prodigium! Qui in medio ſanctæ ciuitatis non *commouebitur*; vel in paradiſo vbi primùm Adamus peccauit, moueri & *commoueri* perbibetur. O enormitatis monſtrum, quo immenſus moueri, imperturbabilis *commoueri* dicitur! Deus ipſe in ſuæ Deitatis aſylo, quodammodò non ſatis tutus eſt ab infeſtatione peccati? Sic peccatum deprauat mundum, aëra toxicat, cælum inquinat, & Deum ipſum vellicare perhibetur? Nihil ſincerum nihil incontaminatum, nihil tutum ab hominum peccatis eſt? Tam ſæuam monſtrosè lnem humana voluntas tam de facili parturit abortu exitialiter funeſto?

6 Iſaias Propheta cap. 6. ita de ſe ſcribit: *In anno, quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum,* &c. Non de ciuili morte propter lepram irrogatâ; ſed de naturali eius morte, hæc verba accipiunt S. Hieronymus, Cyrillus, Origenes, Chryſoſtomus, & alij paſſim. Cauſſamque reddunt cur mortuo Oziâ intermiſſam prophetiam reſumpſerit Iſaias; ſcilicet quia homo impiè ſceleroſus in viuis eſſe deſierat: ob hanc enim cauſſam huic viſioni ſignanter præmittitur, quòd Oziâ iam mortuo acciderit. Quare S. Gregorius homil. 14. in Ezechielem ita ſcribit: *Quandò Ozias rex ſuperbus & præſumptor moritur, Dominus videtur; quia cùm mundi huius elatio à deſiderio mentis occiditur, tunc ipſa mens Dei gloriam contemplatur.* Benè ad Tropologiam; ſed meliùs ſiue ad litteram, ſiue ad mores S. Chryſoſtomus homil. 4. in Iſaiam, ita luculenter ſcribit: *In anno, quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum, &c. Cùm ille Rex impurus mortuus eſſet, tunc vidi Dominum: nam anteà Deum non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & ſoluit iram. Silet ſpiritûs gratia, nono ſtenſus eſt Deus* (Pende attentiùs quæ ſubtexit verba, ad rem opportuna;) *eò quòd ſub impuro illo non erat gratia.* O miſerrimè calamitoſa mortalium conditio, peccatis obnoxia, & ſcelerum pœnis obærata! Et nocet ſceleroſè impius, cùm præſens adeſt, & cùm eodem ſimul viuit tempore: & loco ſcilicet, & tempori, & ætati ſuæ pernicioſus. Hem! ſub impuro illo homine *non erat gratia*? Quid eſt, *non erat gratia*? O qualis manet poſt primæuum ſcelus humana natura, ſi ei non adſit diuina gratia! Proh! vel alienum ſcelus, diuinæ gratiæ exilium eſt? ô quàm multa paucis Chryſoſtomus compendiauit!

Iſaiæ 6. v. 1.

S. Hierony. S. Cyr. Alex. Origen. S. Chryſ.

S. Gregor.

S. Chryſoſt.

Sub homine impuro, non eſſe gratia dicitur.

---

§. C I.

Carnalis libidinis æſtus, gehennali incendio confinis eſt, vſtione præcoqua.

1 MAſcula cuiuſpiam Sapientis vox eſt: Clamo mihi ipſe: Dimitte iſtas voluptates turbidas, magno luendas. Non venturæ tantùm, ſed præteritæ nocent. Quemadmodùm ſcelera etiam ſi non ſint deprehenſa cùm fierent, ſollicitudo non cū ipſis abiit, ita improbarum voluptatum, etiam poſt ipſas pœnitentia eſt. Non ſunt ſolidæ, non ſunt fideles, etiam ſi non nocent, fugiunt, nec fugit malum, quod illis ſubeſt, ex illis ſubſidet, hæret, iouiſcitatur. Quis hoſtis in quemquam tam contumelioſus & iniurioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ. Quidam ſe voluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinem abductis carere non poſſunt: ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo ſenſim peruenere, vndè vix emergere eualent, quibus vltrò moleſtiſſimè ſerniant captiuâ libertate; voluptabilem moleſtiam carò emunt, & immitem medullitùs carnificē. Quales ad bella excitanda pacémque lacerandam teterrimæ inferi exeunt furiæ: qualia Poëtæ infernalia monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus & igneo flatu: qualem Cerberum tricipitem, flammas vomentem; talem ſub voluptatis laruâ nobis libidinem verè fingamus. O malè dulces ſæuientis luxuriæ voluptates, magno nunc, & æternùm luendas!

Ferè ex Seneca ſparſim.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Quàm ſit efferа & rabida infernalis libido.

2 Prouerbiorum 30. quatuor hæc ſcitè pariat Salomon: Tria, inquit, ſunt inſaturabilia, & quartum quod numquam dicit, ſufficit: *Infernus, & os vulua*, & terra quæ non ſatiatur aquâ: ignis verò numquam dicit, ſufficit. Huius loci ſenſui phyſico, quem multis perſequuntur Interpretes, congruè incumbit ethicus. Quaſi dicat: Os vuluæ, id eſt luxuria, ducit homines ad infernum, in eáque gehennalis incendij prunæ ſcintillant, vel potiùs fumant. Appoſitè Chryſoſtomus ſcortatinoem & meretricem inferno comparat: *Mulierum, inquit, genus temerarium, eſt inferno ſimile; & inferno eius aſſimilatur cupiditas: tunc ceſſat, cùm amantem omnibus rebus ſpoliauit; imò nec tunc quidèm, ſed magis conuiciatur & inſultat iacenti.* Ecce inſatiabilem libidinis auaritiam inferno ſimilem. Analogiā luxuriæ cum inferno, aliter perſequitur Hieronymus apud eundem Cornelium ſic fatus: *O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius finis gehenna!* Luculentiùs, opinor, Auguſtinus ad hunc Salomonis locum adludens Tract. 107. de Tempore, ita ſcribit: *Infernum & amorem mulieris rectè coniungit Scriptura. Inferni ignem tenebit domus meretricis. Pro inferis ponitur domus meretricis, quia neminem repellit, omnem intrantem ad ſe trahit.* Ex dictis alias atque alias luxuriæ cum inferno inuenire analogias, cuique procliue erit. Sic in libidinis æſtu feralis gehennæ ſcintilla, incendium, fumúſque tranſparent quaſi laſciuus iam ſit in inferno, & apud homines interim verſetur prædamnatus terræ inquilinus. Idcircò Salomon ſententioſè pariat *infernum & os vulua*. O caue! Quare hi laſciui Senes libidine damnatiſſimi, *declinaſſe oculos ſuos vt non viderent cælum*, perhibentur: fruſtrà enim

Prou. 30. v. 16.

Cur libido pariatur inferno?

S. Chryſoſt. apud Cornel. ibi.

S. Hierony.

S. Aug.

Laſciuus non videt cælum, quia prædāmnatus terræ inquilinus.

Hic verſ. 9. & 10.

aſpiciat cælom, quod luxurie deſpicit?qui præmaturus inferni incola, tantùm in terris coloniam habet. Ideò etiam ſtatim libidinoſus eorum amot, *dolor* nominatur, quaſi iam gehenna cruciatum anticipet.

3 Geneſeos 6. viſâ libidinum colluuie, quâ primæua hominum gens flagitioſè ſqualebat, diluuij minas Dens ſeueriùs vibrat, ait: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*. Aliàs expendimus, cur totus homo, ſpirito etiam conſtans, luxuriæ merito dicatur *caro*: nunc emedullandum eſt verbum *permanebet*, pto qno aliqui vertunt, *hoſpitabitur*; alij, *euaginabo* ſpiritum, quaſi corpus ſit ſpiritûs ſeu animæ vagina, Symmachus, Arias Montanus, & alij ex Hebræo vertunt: Non *litigabit* ſpiritus meos cum homine, quia cato eſt, id eſt, carnalis, & totus carnis voluptatibus deditus. Quaſi dicat Dens: Non patiar hanc litem, inter meam miſericordiam & iuſtitiam tádiu durare. Meliùs, opinor, Cornelius inibi: *Nolo ampliùs cum hominum peruicaciâ contendere*. Nempè tædet me, & me angunt, ac diſcruciant aſſidui conflictus com laſciuis hominum affectibus, qui peruicaciter renuunt ab impudicitiæ luto emergere. Litem ergò dirimam, & homines incorrigibiles, totóſque libidinibus emancipatos planè delebo (loqnitur Deus antropopathōs, vt aliàs perſæpè.) Ad hanc propè obſtinationem luxuriæ adludere videtur Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ, vbi poſt longum laſciuiæ vituperiom, præſertim quòd pudorem, virtutum cuſtodem excutit, ad rem eleganter ſubdit: *Hoſtis continentia, frequenter perueniens ad ſanguinem, cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientiæ bona, mater impœnitentia*. Scilicet cùm impudicitia ſit *incendium bona conſcientia*, quo virtutes omnes decineneſcunt, & funeſtè tumulantur; cùm ſit *infeſta cupiditatum rabies*, quâ homo blanditiis furit, & libidinis æſtu ferocit; cùm omnem pudorem impudenter excuſſerit, & effrenis ad voluptabilia peruicaciter feratur; Noo (ait Deus) *litigabit* ſpiritus meus cum homine, id eſt, *Nolo ampliùs cum hominum peruicaciâ contendere*: nam cùm diuturna impudenter libido ſit *impœnitentia mater*, tædet me cnm impudicis fruſtrà *litigare*, & ſemper vinci. Proh qnàm eſt breoe interuallom, quàm exigua ac penè nulla diſtantia inter libidinis obſtinationem, *impœnitentia matrem*, & inferni baratrum, quod impudicis latè hiat!

Gen.6.v.3.

Symmach. Arias Mont.

Cornel.

Adeò eſt obſtinata impudicitia, vt dicatur impœnitentia mater.

S. Cyprian.

4 Pergit ibidèm ad eandem rem ſacer Hiſtoricus, & ſæuas hominum libidines dolenter enarrans, ſupplicij acerbitatem exponit: Non permanebit, inqnit, ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, &c. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum*, &c. Quia carnis malitia ad libidines petulantior, intenta erat ad malum *omni tempore*; ideò Dei ſpiritum *in æternum* ab homine anfert, quò diuturnam libidinem æternitate ſupplicij molctet, & perpetuâ gehennæ flammâ æternùm excoquat. Quâ ſuper re audiendus eſt S. Ambroſius, qui lib.4. in Lucam in cap. 4. ita eleganter ſcribit: *Sicut ex multâ cruditate febres naſcuntur & vermes, ita ſiquis non decoquat peccata ſua, velut quâdam interpoſitâ ſobrietate abſtinentia, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahit recentium delictorum; igne aduretur perpetuo, & ſuis vermibus conſumetur*. Ecce tibi, qui calentibus pœnitentiæ lacrymis non decoquit cognatos libidinis ardores, qnibus humana caro de facili exæſtuat, iam iam incipit gehennali pyræ vltrò conſecrari, & *igne aduri perpetuo*, de carnis flammâ ad inferni flammam tranſitu exprompto; & quod cœpit in igne lnxuriæ io incendio infernali æternùm conſummatur. Illa enim non caſualis, ſed rationabilis & pœnalis exuſtio dum culpam non decoquit obſcœnam libidinem non defæcat, nec ardorem libidinis vmquá expiat. Vnde pœnæ arbiter ignis crudam ſemper libidinem æternùm ſufflámabit, numquam depurabit, dum libidinis æſtuantem cnlpam ſemper vrit, nec vmqoā *decoquit*. O in hâc mortali vitâ homo *decoquat peccata* carnis, ne dum æſtuantem libidinem impotenter deſpumat, nec peccati ſcoriam pœnitentiæ aduſtione expuit, *igne aduratur perpetuo, & ſuis vermibus cōſumatur*, de igne tranſlatos ad ignē. Opinor, luxuriæ vapor, ignis illius in expectatione poſiti fumus quidam eſt? qno obcæcarur peccator, & flammâ præcoquâ infeliciter iam ſemiuſtulatur. Sed non te prætereat in verbis & ſentētiâ Ambroſij, has ſeueriores gehennæ minas potiſſimum habere locom in eo, qui inceſſanter libidinem libidine miſcet, nec lacrymis concupiſcentię *peccata decoquit*. Alibi forſan expendemns quàm altè dixerit Ambroſius, *peccata decoquenda*; mnlta enim ethico acumini ſub hâc metaphorâ non dubiis characteribus enucleanda tranſparent. 5

S. Ambroſ.

Carnis concupiſcentiā, qui non decoquit pœnitētia, eū excoquit æterna gehēna.

Peccata materialiter, peccata decoquit.

Salomon Prouerbiorum 5. hæc peccatoris verba refert: *Penè fui in omni malo, in medio Eccleſia & Synagoga*. Cornelius cū aliis hunc locum de libidine commentatur: Primò libido eſt origo & cauſſa *omnis mali*, id eſt, omnis culpæ & peccati. Secondò per *omne malum*, accipiunt malnm pœnæ. quaſi omnes calamitates qoæ homines obruunt, de luxnriæ reatu ortum habeant, & illum expiare contendant. Dein alij per *malum* intelligunt Dæmonem, iuxtà illnd: *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo*, id eſt, à Dæmone, vti exponit Tertullianus & Chryſoſtomus. Quaſi dicat, ait Cornelius ibidèm: Dum inter ſcorta & ſcortatores verſarer, verſabar quaſi inter Dæmones impuros & ſceleſtos, qui non niſi tartareū ignem, cui ſimilis eſt libido, exhalant: videbar mihi viuus inter Dæmonas agere, & in inferno defoſſus. Huic denique affinis eſt aliorum interpretatio, qui per *omne malum* accipiunt inferni gehennam. Sicut enim in cælo eſt omne bonum, ſic in inferno omne malnm. Quaſi dicat; Per libidines penè prolapſus

Prou.5.v.14.

Matth 6.v.13.

Tertull.

S Chryſoſt.

Cornel.

Libido dicitur Dæmon, & omne malum.

lapſus ſum in gehennam; paſſus tantùm in-
ter me & gehennam interfuit. Itaque libi-
do dicitur *omne malum*, & conuerſatio ſeu
habitatio cum Dæmonibus, qui tartareum
Fornicarius, ipſe ſibi gehenna eſt. ignem expirant & exhalant. Quin & non
tantùm inferni ſcintilla, ſeu fumus; ſed et-
iam gehenna ipſa, in quâ laſciuiæ fomite
S. Auguſt. malè æſtuant. Opportunè S. Auguſtinus in
Pſalmum 102. ita ſcribit: *Amores turpes
quantas moleſtias habent! quantas ſollicitudi-
nes hic in iſtâ vitâ! Omitto gehennam. Vide ne
tam ipſe tibi gehenna ſis in hâc vitâ.* Eheu
fornicarius gehenna ipſe ſibi eſt! gehennã
ſibi & ſecum circumfert! Quare Pentapo-
S. Nazianz. leos libido, incendij infernalis fumus à Na-
xianzeno dicitur; & luxuriæ ignis, quo for-
nicarius medullitùs flagrat, *æterni ignis amu-
S. Auguſt. lus* appellatur ab Auguſtino, quem alibi ex-
Pſ. 19. v. 4. pendebamus. & qui illud Pſalmi 19. *Domi-
ne eduxiſti ab inferno animam meam*, de ge-
hennalis luxuriæ inferno commentatur.
Itaque carnalis libidinis æſtus, gehennali
incendio confinis eſt, vſtione præcoquâ.
Vnde à Salomone Dæmon infernalis, &
gehennalis infernus, & *omne malum* ſenten-
tiosè nuncupatur.

---

§. CII.

Æmuli ſui gloria, inuidi torquetur in- uidia, pœnaliſsimo ſupplicio inferni æmulo.

Seneca. NImis vehemens & importunum ma-
lum eſt Inuidia, quæ nos inquietat,
dum comparat. Hoc mihi præſtitit fortu-
na, ſed illi plus, ſed illi maturiùs; & deindè
nullius cauſſam agit, contrà omnes ſibi fa-
uet, felicium omnium inimicus, ipſe ſem-
per infelix, & infelicitate propriâ, & felici-
S. Zeno ſer. de Liuore. tate alienâ. Quid tam improſperum quàm
aliorum proſperitate torqueri, foueri miſe-
riâ? ſicut vultures iucunda quæque & amœ-
na loca tranſeunt, & ſuauiſſimis odoribus
reſpirantia tranſuolant prata: ad fœtida ve-
rò quæque cadauera, & loca tetris repleta
nidoribus conuolant. Et ſicut muſcæ omiſ-
ſo ſano corpore, ſicubi vulnus eſt concitæ
præcipiteſque conueniunt: ita & inuidi, ſi-
quid ab aliquo in hâc vitâ benè geſtum
eſt, ſiquid præclarum in actibus, in verbis
probabile, nil prorsùs vident, nil retractant:
ſicubi autem quid aut culpabiliter geſtum,
aut incaſto ſermone prolatum, vt accidere
hominibus ſolet, hoc loquuntur, hoc pro-
ferunt, hoc in publicum venditant; & noti-
tiam viri non ex bonis geſtis, ſed ex minùs
Inuidia eſt ſui pœna, & culpa. probabilibus fieri volunt. Et quò ambitio-
ſior eſt alienæ felicitatis dolor, eò viliùs ac
ſordidiùs inuidi excruciantur. O cæce vo-
luntariam hanc pœnam pulchrè rationabi-
In Epigram. Græcis. lem! ſemper verùm illud: *Inuidia eſt peſſimum
quid, ſed habet quiddam pulchrum in ſe; con-
ſumit enim inuidentium oculos, & cor*; vt ipſa
ſui pœna & culpa ſit.

a Geneſeos 4. inuidiæ œſtro exagitatur
Cainus, & tacito animitùs liuore exeditur,
qui in facie haud dubiè tranſlucebat: Et re-
ſpexit Dominus ad Abel, & ad munera
eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non
reſpexit. *Iratúſque eſt Cain vehementer, &
concidit vultus eius.* Malum! vehemens, quâ
ferocit, iracundia, & mœſtus faciei pallor,
liuoris ſequela eſt. Inuidiæ cruciamentum S. Antioch.
ferale S. Antiochus homil. 55. ſic graphicè
deſcribit: *Plane*, inquit, *Inuidia vehemens, at-
que atrox malum, ac modis omnibus crudele eſt;
qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcru-
ciatur, contabeſcit, miſerè eliquatur totus: Inui-
dia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimen-
to tinea; ita cor denique & faciem eius conficit,
ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius
manus incidit.* Ecce tibi luridus faciei pallor,
& vultus mœſtitudine cadens, & atrox ſu-
ror imas exedens medullas, ab Inuidiâ cor-
di Inuidorum implantatur. Hoc Inuidiæ
angore Inuidi animus feraliter excrucia-
tur; & ſic *contabeſcit, & miſerè totus eliqua-
tur.* O liuor liuidi *tabes*! ô Inuidia Inuidi
eliquatrix! Hem! ſic Inuidus medullitùs vritur
gehennalis pyræ ſcintillâ, vt ſenſim *eliqua-
tur*, & conſumptus *tabeſcat*! ô ſapienter ra-
tionabilis pœna, ſui vltrix æquiſſima! Tar-
dum ac mite foret quodcumque aliud ſup-
plicium ab eâ extraneum, nec ipſi congeni-
tum. Dum Inuidiæ culpa imprimitur, ex-
primitur pœna, Inuido impreſſiùs inflicta.
Hanc interim in hâc vitâ continuo dolore
patiatur, numquam vel æternâ morte ex-
piandam. Inuidia itaque alieni boni hos Se-
nes malè vexat, & impranſos detinet; eru-
beſcebant enim *indicare ſibi viciſſim dolorem* Hic verſ. 10.
ſuum, quo animitùs crudeliter angeban-
tur.

Pergit inibi ſacer Hiſtoricus, & dum
Cainus inuidiæ igniculo exæſtuans, boni
fratris cædem malè in corde machinatur,
de ore Dei audit: Quare iratus es? & cur cõ-
cidit facies tua? *Nonne ſi benè egeris recipies?* Gen. 4. v. 7.
Ecquid recipiet Cainus, ſi exuiat inuidiã,
& exinceps benè egerit? Profectò τὸ *recipies*,
indeterminatũ eſt verbum. & immeritè au-
det, quantumuis Oleaſter ex Hebræo ver- Oleaſter.
tat, *portabis præmium*. Quódnam præmium Hebræus.
inuidus Caino portabit, quod illi pretioſum
ſit, & deſideriorum adimplebit vota? Op-
portunè Cornelius indidèm: *Nonne ſi benè* Cornel.
egeris recipies? vtique *fauorem meum, vtque
ſimili ſigno, putà igne de cælo miſſo, atteſter te,
tuáque ſacrificia mihi placere, ſicut teſtatus* *Nil pretioſius inuido quàm quod æmulus poſſidet.*
ſum Abeli, quod te nunc ita cruciat. Itaque
τὸ *recipies* indeterminatum, & abſque vllà
præmiorum reſtrictione promiſſum, mora-
liſſimè reſtringitur ad fauorem ſeu gratiam
ipſi Caino impotenter inuido negatam, &
Abelo inuidiosè æmulo conceſſam. Nulla
porrò par eſt inuido gratia, & quam ſubli-
miùs æſtimet, ac illa, quæ ipſi negatur, &
ſuo æmulo conceditur. Illa, illa inquam,
ſemper memoriæ obuerſatur, numquam à
recordatione excidit: adeò vt ſat fuerit di-
xiſſe, *Recipies*, nempe fauorem illum æmulo
tuo indultum, quem altè memoriæ infi-
xum, ſemper in animo verſas, cuius apud

te inuidum pretioſior cenſus eſt, quo tibi negato,& aliis conceſſo, ſic vreris inuidiæ igniculo,quo ſenſim *totus eliquaris, & contabeſcis.*

4 Lucæ 15. Patris amplexu citiùs quàm primâ ſtolâ adoleſcens Prodigus iam redux amicitur: & magno totius familiæ plauſu ſymphonia modulatè reſonat, & opiparum lautè conniuium apparatur. Grauatè id tulit frater ſenior;& qui debuit ſibi & patri de fratris reditu gratulari, inuidiæ inſtigatus liuore tragicis querelis aëra toxicat, ſic expoſtulans cum bono patre: Ecce tot annis ſeruio tibi,& numquam dediſti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: *Sed poſtquam filius tuus hic,qui deuorauit ſubſtantiam ſuam* (Græcè *tuam*) *cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. Hic*(ait Chryſologus)*rediſſe fratrem dolet,non dolet periſſe ſubſtantiam,nec damni cauſſâ queritur,ſed liuoris:qui fratrem redeūtem de ſuo decorare debuit; non debuit de perdito ſic fœdare. In filio eſt ſubſtantia patris tota & ideò nil pater perdidit, filium cùm recepit. Frater credidit damnum, qui rediſſe conſpicit cohæredem.* Nota attentiùs ſententiæ clauſulam: *Et quomodò inuidus non auarus, quandò quicquid habet alter ſe computat perdidiſſe?* Vide Inuidi ambitionem ſatuè auaram: Quicquid æmulo ſuo fortuna dedit, ſibi ablatum, & ſibi amiſſum reputat. *Perdidiſſe* putat,quod alius poſſidet, & de ſuo damno alium augeri O crudele liuoris ingenium: Inter ſua computat quicquid alter habet, vt tot funeſtis excrucietur iacturis, quot alter poſſeſſionibus feliciter gaudet! *Quicquid habet alter ſe computat perdidiſſe.* Hic malè computatus cenſus, atrocioris pœnæ ſenſus eſt; vndè auarè ambitioſior,indè iacturis acerbior. O inuidiæ venenum ſerpentino nocentius! ſerpens enim ſine ſuâ pernicie retinet, quod cum alienâ diffundit:Inuidus autem cum alieno damno venenum diffundit, & cum ſuo retinet.

Luc.15.v.10.
Græcus.
Inuidus ſe cōputat perdidiſſe quicquid alter habet.

5 Actorum 6. Stephanus in Iudæorum tribunali reus ſiſtitur.Subornantur falſi teſtes, quorum ſuffragio ad mortem condemnetur. *Et intuentes in eum omnes,qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli* Erat Stephanus naturali ſpecie vultúque ſpecioſiſſimus;ſed ſuprà naturam addita fuit ei hîc pulchritudo. Facies enim Angeli ſignificat eximium quid, auguſtū, & cæleſte in vultu, purâ ſpeciem & maieſtatem angelicam. S.Hilar.Arelat homil.de S.Stephano:*Facies*,inquit,*Stephani aſſumpſit ſpeciem reſurgentis,aduerſariis ad pœnam peccati,& tormentum Inuidia,& exprobrationem impietatis.* Idem ſcribit Euſebius Gallicanus, & Emiſſenus homil. de S. Stephano: *Viderunt*,inquit,*faciem eius tamquam faciem Angeli, quamquam non fuit hoc illis gratia meriti, ſed pœna peccati: nam dum morientis proditur gloria, perſequentis torquetur Inuidia. Impietatem ſuam in illius decore perſpiciunt: aſpectu Angeli facies impiorum caduntur*,&c. Itaque auguſtioris gloriæ ſpleodor Angelicus, qui tunc pulchrè nitet in illius facie, non tam Stephanum iam iam lapidandum venuſtat,quàm perſecutorum *torquet Inuidiam*, quæ acerbiùs æmuli gloriis, quàm propriis calamitatibus feritur. In angelico Stephani vultu,cæleſte quid micantiùs ſpirante,deſcriptam ſuam impietatem, & illius innocentiam legunt, & eiuſdem gloriâ mirè cæduntur,& inuidè diſcruciātur,occultâ viſcerum lanienâ,quam cruēnâ lapidatione vindicare feſtinant. Sæua Stephani lapidatio, non tam fuit vltrix violatæ religionis, quàm inſtigatricis Inuidiæ furor: nam Stephani *proditur gloria, perſequentis torquetur Inuidia.*

Act.6.v.15.
S.Hil.Arel.
Euſeb. Gall. Emiſſen.
Stephani gloriâ perſequētis torquetur Inuidia.

6 Regius Propheta Pſal 17.ſic tragicè conqueritur,ærumnis penè oppreſſus: Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. *Dolores inferni circumdederunt me.* Hæc repetuntur 2. Regum 22.vbi habetur,*funes inferni*;Chaldeus, *caſtra impiorum*, puta Saulis & Ionathæ.Vbi nota impios *inferni* nomine ſignificari, quaſi magnum ſit impiis cum *inferis* commercium, proxima cognatio, & vicinia. Ceterùm *dolores inferni*, qui omnium quos natura pati,aut cogitatio poteſt effingere,grauiſſimi habentur, vocauit Dauid illos,quibus Inuidi vruntur,eliquantur, & contabeſcunt. Hinc illud Alani:*Inuidia erronea eſt cæcitatis abyſſus, humanæ mentis infernus.*Sic etiam S.Auguſtinus ibi:*In his, qui me circumdederunt,vt perderent me,erant dolores Inuidia,qui mortem operantur, & ad infernum perducunt.* Accinit Zeno Veronenſ. Serm.de Liuore:*Fugiamus*,inquit, *Inuidiam obicem pietatis,obſtaculum regni cælorum,viam gehennæ, pignus, & primitias quaſdam pœnæ perpetuæ.* O feralis Inuidiæ cum gehennâ ſeu inferno analogia! ſic aliena felicitas Inuidos vſtulat de infernali pyrâ? Parùm eſt, quòd Inuidia dicatur *via gehennæ, & primitia pœnæ perpetua*; niſi præcoqua inferni gehenna nominetur. *Dolores inferni, Inuidiæ dolores* dicuntur ab Auguſtino.

Pſ.17 v.6.
2.Reg.22.v.6.
Chaldæus.
Cordorius.
Quàm ſit impiis cū inferno conſinis.
Alanus.
S.Aug.
S Zeno.
Inuidia eſt præcoqua inferni gehēna.

7 Adhuc pergit idem Pſalmographus: *Obſeruabit peccator iuſtum; & ſtridebit ſuper eū dentibus ſuis.* Pro τὸ *obſeruabit*, Ambroſius legit,*inſidiabitur*;S Hieronymus,*cogitat impius de iuſto*, & quidèm *malignam cogitationem*, vt Hebræa verba ſignificant:quod nōnulli Commentatorum de Inuidiâ exponunt. *Maligna* ſanè eſt Inuidi cogitatio, crudelis in alios,ſibi crudelior. Pulchrè S. Proſper de vita contemp cap.5.*Inuidus*,inquit, *alienum bonum, ſuum facit inuidendo ſupplicium.* Heu quàm eſt peracerbè amplū, & vaſtè immenſum Inuidorum ſuppliciū! Quicquid boni Deus aliis impertit, pœna illorum eſt de Inuidiæ culpâ: totâ Dei beneficentiâ Inuidus caſtigatur:& ſuper omnem iuſtorum felicitatem *dentibus ſuis ſtridet.* Certè qui de alienâ gloriâ præ Inuidiâ æſtuant,clàm triſtes illacrymant, tanquam grauiter læſi tinguntur, dentes quaſi apri acuunt,& velut canes cùm rixantur,dentes retegunt, & dentibus infrendent: inde in hâc vitâ damnatorum mores induunt,apud

Pſ.36.v.12.
S. Ambroſ.
S.Hieron.
Hebræus.
S.Proſper.
Inuidus alienum bonum, ſuum facit ſupplicium.

quos

Matth. 8 v. 12. quos erit perpetuus *fletus & ſtridor dentium* Sic Inuidi ac ſi coloniam præpropetè in infetnum duxetint, *ſtridens dentibus ſuis*, damnatorum pœnas exprimentes: *Dolores inferni circumdederunt me.* hoc eſt: *In his, qui me circumdederunt, vt perderent me, erant dolores inuidiæ.* O Iouidos præmatutè infernales!

---

§. CIII.

Societas improborum. de mali exempli contagio, probos mores inuitiat, deprauat, toxicat.

1 Ferè ex Seneca Ep. 35. CONſpectus, & præſentia, & conuerſatio aliquid habet viuæ voluptatis, vtique ſi non tantùm quem velis, ſed qualem velis videas. Veni ergo, & eodem vtamur contubetnio. Affer itaque te mihi ingeos munus, & quò magis inſtes, cogita me ſenem eſſe, te mortalem. Propera ad me, ſed ad te prius: profice, & antè omnia hoc cura, vt conſtes tibi: alioqui ex tuá conuerſatione vix mihi ego conſtabo. *Conuerſatio prauorum, nimis probatis nocet.* Quoties experiri voles, an aliquid in te virtutis à te actum ſit, obſerua an eadem velis hodie quæ heri. Mutatio voluntatis indicat animum natare aliubi, atque aliubi apparere, prout tulit ventus Non vagatur quod eſt fixum & fundatum. Illud ſapienti profectò contingit, aliquatenùs proficienti prouectóque. Quid ergò intereſt? hic, ſpectatá contubernalium prauitate, commouetur quidèm, non tamen ad illam tranſit, ſed ſuo loco nutat; ille vix quidèm commouetur: etſi commotioni vicinatur. Ergò animus etſi tenax recti, ſubducendus eſt crebro ſpectatæ conuictorum prauitati; quantò magis tener animus, & facile ad malitiam flexilis. Facile tranſitur ad vitium, naturæ procliuitate cognatum. Socrati, Catoni, ac Lelio excutere mentem ſuam diſſimilis multitudo potuiſſet; adeò nemo noſtrûm qui maximè ad virtutem concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium poteſt. Malignus comes ſuam rubiginem ſenſim affricat. Caue.

2 Ps. 17. v. 26. & 27. Pſalmo 17. ſic regius Propheta pangit: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris* Hæc verba tametſi à Dauide de Deo adſpectu ad homines probos aut improbos, dicta ſint; benè tamen inibi Corder. notat Corderius, vulgò pro adagio vſurpari, vt indicentur commoda conuerſationis cum probæ vitæ hominibus, & incommoda familiaritatis cum improbis. Solere nimirùm vnumquemque fieri aut eſſe, quales ſunt quibuſcum amicitiam & conſortium S. Ephrem. *Conuerſatio, ſicut ſpongia, vdorem, ſic malitiam conuictorū haurit.* init. Neſcio quâ arcanâ vitiorum vi, conuictor prauus ſuam prauitatem conuictori allinit, & fugit alienâ. Appoſitè S. Ephrem. Tract. de malâ conuerſatione vitanda, ita ſcribit: *Sicut ſpongia humidis admota ſubiectam humiditatem haurit, participátque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, ſi ad carnales homines acceſſeris, aut multum cum iis ſermonem miſcueris, communem cum eis damnum participabit.* Scilicet ſicut magnes arcano naturæ miraculo, ad ſe ferrum attrahit; & ſicut fatua *ſpongia*, ex vdore nata, & vdoris numquam ſatur, humidis admota, omnem ab eis ſubiectam humiditatem haurit; ſic prauitas prauitatem conuictoris attrahit, de collegio malitiæ erudita. Et quidèm *ſpongia* humidorum corporum vdorem ſic attrahit & haurit, vt illum exhauriat, & corpus reddat exuccum. At conuictorum malitia ſe vltrò citróque participat, & vtraque alterutri *ſpongiæ* vicem gerens, vdorem malitiæ mutuò augent, iugi vitiorum participio. Ecquis ſiſtat vitia conuerſationis auctatio immetata? Itaque nequam hi Senes occultæ *cogitationis infirmitate laborabant*, idémq; adulterij propoſitum, velut *ſpongia*, alter ab altero clam ſugebat: ſed poſtquam cũ familiaritate *ſermonem miſcuerunt, commune damnum participarunt*, ne alter alterutrius libidine Hic. verſ. 10. immunis foret. quod in te malitiæ eſſet miraculum inſolens. Sic vel abſconſam in corde malitiam conuerſatio affricat? ô arcanum malitiæ participium!

3 Ioan. 13. v. 27. Ioannis 13. Chriſtus velut ſuſtinendo defeſſus obſtinatam Iudæ proditoris malitiam, dixit ei: *Quod facis, fac citius.* Non præcipit Chriſtus Iudæ proditionem: abſit vt auctor bonitatis ſit præceptor malitiæ. Hæc ergò verba ſunt Chriſti, non præcipientis, ſed permittentis, aut prædicentis. Quaſi dicat: Age quod cœpiſti, perfice quod deſtinaſti. Sed adhuc eſt difficile, quo pacto ad ſcelus quod permittit, aut prædicit, *citiùs* patrandum hortetur. Eſto, non præcipiat facinus, quod permittit, aut prædicit, cur feſtinantiam indicit, dicitque vt *citiùs*, & quammaturiùs fiat? Quæ ex tanta feſtinatione vtilitas? Putat Ambroſius lib. 2. de Cain, cap. S. Ambroſ. 4. hæc eſſe verba Chriſti excludentis Iudam incorrigibilem à ſuâ familiâ, & ſocietate Apoſtolorum. Quaſi dicat: Tu te *Cur Iudam Chriſtus maturiùs, citiùs à collegio diſcipulorũ expellit?* à nobis ſeparare vis, excludo te à meâ menſâ, domo, Apoſtolatu, Societate, nequem fortè collegarum tuâ conuerſatione depraues. Vade ergò ad tuos Iudæos, & Satanam, cui te mancipaſti. Hùc proculdubiò ſpectauit Iſaias Abbas Oratione 22. ſic fatus: *Nec Dominus Ieſus priùs aſcendit in crucem, quàm Iudam expuliſſet à medio diſcipulorum.* Iſaias Abbas. Scilicet Chriſtus Deus conſiderans nutantia diſcipulorum corda in atroci ſuæ Paſſionis tragœdiâ, Iudam *citius* ab eorum contubernio *expellit*, ne interim quemquam ſuâ conuerſatione deprauet, & malignitatis halitu inuitiet. Dum Chriſtus aderat, diſcipulos ab hâc peſtilenti contagione præſeruabat: ſuam ergò abſentiam *expulſione* præcauet: nec diſcipulis ſatis conſultum putat, ipſo iam iam abſente, niſi priùs Iudam *expulerit*, ne

ſuæ

§. CIV.

Inhoneſta feminarum illecebra, ſic latè ac lethaliter ſerpit, vt primordiale delictum æmuletur.

1 TErtullianus cùm in lib. de ſpectaculis, tot eorum ſæuas pernicies, & efferas ſtrages eloquenter expendiſſet; eam maximè exaggerat cap. 25. quòd vel in ipſâ ſpectaculorum truculentiâ, libido de facili ſuffllammetur: *In omni ſpectaculo*, inquit, *nullum magis ſcandalum occurret, quàm ille ipſe virorum & mulierum accuratior cultus, ipſa conſeſſio: ipſa in fauoribus aut conſpiratio aut diſſenſio inter ſe, de commercio ſcintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in ſpectaculo ineundo cogitat, niſi videri & videre.* Sic expromptè libido emicat? ſic ſub doloſis theatralis ſæuitiæ cineribus, impudicitiæ ſcintilla latet? ſic vel ipſa improcurata *confeſſio*, aut in plaudendis atrocitatibus *conſenſio, diſſenſiove*, blandas libidines conflabellat? ſic facilè ſuffllammatur luxuriæ fomes? Vel mulierum *confeſſionem* caueat, qui fugit ſcortationem. Nec in theatri ſæuis atrocitatibus tuta eſt libidinum blandities? Diuerſo ſexui etiam intutum eſt *diſſenſionis* commercium? Sic facilè ac latè ſerpit libidinis contagium?

Tertullian. Quàm de ſa... lis libidinis ſcintilla ſuffllammetur.

2 Geneſeos 6. fetaliſſimæ eluuionis cauſſa proditur effuſior libido, feminarum venuſtate exundans: *Cùmque cœpiſſent homines*, inquit, *multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum*, &c. Exponens S. Cæſarius alibi expenſus, cur Sethi poſteri appellarentur *filij Dei*, ita ſcribit: *Adamus genuit filium ad ſimilitudinem ſuam, qualem habuit ab initio, quando factus eſt à Deo, imaginem & ſplendorem in facie, & vocauit nomen eius Sethus, hoc eſt reſuſcitatio; quoniam videbat in illo priſtinam & admirandam illam formam renouatam, & ſplendorem Sancti Spiritus, quem videntes illius temporis homines, Deum appellauerunt.* Itaque Sethus quaſi gratiam originalem reſculpſiſſet, putabatur Deus, aût Dei imago, qualem ante peccatum Adamus habuit, & quam mulieris lenocinio amiſit. Huc videtur adludere Sanctus Eucherius, qui præſcripta Geneſeos verba ſic inibi ad rem præſentem exponit: *Quod filias procreaſſent, oſtendit malum à ſexu femineo rurſùs inuentum, non quidem illo modo quo ab initio*, &c. Nimirum Sethus Deo eximiè charus, & corpore & animo reſculptam gerebat quamdam Dei imaginem, quæ in felici illo innocentiæ ſtatu, in parente Adamo prænitebat: ait ergò Eucherius, quòd ſicut hanc feminæ illicium primæuo delicto expunxit, ſic etiam & hanc illius feliciſſimi ſtatûs æmulationem, quam habebat Sethus, & propter quam eius poſteri vocabantur *filij Dei*, pulchrarum mulierum lenocinium deleuit: vt quemadmodùm à feminâ extitit primordiale delictum, ſic illius imitamentum ſiue æmulatio, per pulchras feminas libidinis blâdimēto iterùm ſculperetur. Ecce tibi Eucherius pariat, non adæquat, hâc per mulieres pulchras, & blandas libidines, mundi cladem, primæuo exitio per incentiuum mulieris olim inducto, quaſi libidinis ſcelus primordiale delictum æmuletur. Sic latè ſerpit libido, ſic libidinis vitiax peſtis, & peſtifera lues prolatur, ſic propagatur prurientium voluptatum fomes, ſic Dei vindicis incunctantem mulctantem duriſſimè accerſit, vt primæuo Adami delicto aſſimiletur? Forſan hûc adludit Tertullianus dum ornatiorem feminis cultum vetat, vt quælibet *magis in ſordibus ageret, & ſqualorem potiùs affectaret, ipſam ſe circumferens Euam lugentem & pœnitēntem: quò plenius id quod de Euâ trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) omni ſatisfactionis habitu expiaret*; quam hæ pulchræ *hominum filiæ*, libidinibus quodammodò reſculpſerunt.

Genes. 6. v. 1. & 2.

S. Cæſarius Dialogo 1.

S. Eucher. ... ſcelus, primordiale delictum velut redintegrat, & reſculpſit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Tertull. de Hab. mulie. c. 1.

Siracides Eccleſiaſtici 25. hâc ſententiâ cautelam cum mulieribus erudit. *A muliere*, inquit, *initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.* Quia Eua ſeducta à ſerpente prima peccauit, deindè Adamo extitit peccandi illecebra: itaque omnes poſteros peccato inquinauit, illúdque, ac conſequenter eius pœnam, putà mortem præſentem & æternam reipsâ in poſteros per propaginem & generationem tranſmiſit. Itaque ex Euæ peccato, putà ex peccato originali, cuius initium, & maleſuada cauſſa fuit Eua, omnia reliqua peccata prognata ſunt, prognaſcuntur, & prognaſcentur vſque ad finem mundi. Siracides ergò, vt oſtendat quàm antiquū & grande malū ſit mulier, producit Euā matrē omnium. Quaſi dicat: Perantiquū & cū mundo natum eſt hoc frequens mulieris malum: Euam eius matrē ſequuntur eius filiæ, matris æmulæ de lenocinio peccati. Profundè Tertullianus de Habitu muliebri c. 1. In doloribus, inquit, & anxietatibus paries mulier, & ad virum conuerſio tua, *Et Euam te eſſe neſcis? Viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo; viuat & reatus neceſſe eſt. Tu es Diaboli ianua, tu es arboris illius reſeratrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix, tu es quæ eum ſuaſiſti quem Diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem tam facile eliſiſti* &c. O, vt quilibet quamlibet mulierem caueat, quaſi adſimile peccati illicium, & pulchram libidinum fraudem! Et quælibet mulier ſe alteram ipſam Euam eſſe ſciat. Cuilibet enim dicit: *Euam te eſſe neſcis? viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo, viuat & reatus neceſſe eſt.* Hem! ſic latè ſerpit libidinis contagium, ſic mulier ſui concupiſcentiam medullitùs ingerit, ſic concupiſcentiæ fomiti ſcintillas flabellat, & ſui lenocinio appetitum ſubornat, vt altera ipſa Eua vniuerſatim nominetur? *A muliere initium factum eſt peccati: & Euam te eſſe neſcis?* O quantâ cautelâ audienda Eua eſt! ô fuge vel ſanctarum mulierum familiare commercium!

5 Eccli. 25. v. 33. Cornelius.

Tertull. *Qualibet mulier Euam ſe eſſe ſciat.*

4 Profectò dum mulier, *Euam* circumferens, concupiſcentiam inquietat, quandam peccati originalis æmulationem repræſentat, an nouæ redemptionis indigam? Omnis creatura (ait Paullus) ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi, primitias ſpiritûs habentes, & ipſi intrà nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, *redemptionem corporis noſtri.* Quæ eſt hæc *redemptio corporis noſtri*; quam, poſt copioſam hominum redemptionem in cruce peractam, adhuc expectat Apoſtolus? Appoſitè Cornelius inibi ex Chryſoſtomo & Ambroſio; *Videlicet redemptio corporis noſtri, quæ partim erit liberatio à mortalitate & concupiſcentiâ, partim gloria corporis ex anima gloriâ dimanans.* Itaque Paullus carnis ſuæ ſtimulo viuidè exagitatus, poſt copioſam omnium redemptionem Dominicâ morte conſummatam adhuc *redemptionem corporis*, id eſt, *liberationem à mortalitate & concupiſcentiâ expectat.* Porrò benè ſcius, quamlibet mulierem, ipſam aliam *Euam eſſe* (vt nuper ex Tertulliano excripſimus,) quaſi aliud peccatum velut originale, aut illius per carnis illecebras æmulationem inducat, *redemptionem corporis*, hoc eſt, ab hâc *concupiſcentia liberationem* auidè expectat, & hianter exoptat.

Ad Rom. 8. v.23.
Cornelius.
S.Chryſoſt.
S Ambroſ.
Redemptio corporis dicitur, liberatio à feminea concupiſcentiâ.

5 1. Corinthiorum 15. eleganter Paullus cum Prophetâ Oſea mortiinſultat: Vbi eſt, inquit, mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? *Stimulus autem mortis peccatum eſt.* Nimirùm mors per peccatum, & per peccati conſcientiam quaſi ſtimulum, nos ſtimulat & pungit, dicens: Meritò hæc pateris, meritò moreris, quia peccaſti. Luculentiùs, opinor, alij exiſtimant quòd peccatum eſt mortis *ſtimulus*, per quem ſcilicet mors nobis nocet, pungit, & lacerat. Sicut enim ſcorpius licèt paruus ſit, per aculeum: ita mors per peccatum omnes uccidit, ait Theophylactus. Sed eſto, peccatum ſit mortis *ſtimulus* ſiue *aculeus*, quódnam autem eſt aculeus peccati, per quem pungit, vrit, lacerat, cruentat, perimit? Bellè S. Cyprianus de ſingularitate clericorum, ſic commercium cum feminis dehortatur: *Separamini à contagione peſtiferâ, &c. Aculeus peccati facta eſt forma feminea, & mortis conditio non aliundè ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantiâ. Quod Salomon ad noſtram ſollicitudinem memorat, dicens: A muliere factum eſt initium peccati, &c.* Nempè aculeus mortis peccatum eſt; at verò *aculeus peccati facta eſt forma feminea.* Pulchritudo feminæ eſt velut ſcorpij aculeus, qui peccatum obarmat ad conſcientiæ læſuram venenatam, & æternam animæ mortem. O plagam malè dulcem! O caue voluptatem venenatè mellitam! Hanc ſi ſalaciſſimi hi ſenes cauiſſent, hunc *aculeum* excuſſiſſent; de quibus dicitur: *Erant ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi vicyſſim dolorem ſuum.* O amoris periculoſa vulnera!

Oſeæ 13. v.14.
1. Cor. 15. v. 56.
Theophy.
Forma feminea eſt aculeus peccati.
S.Cyprian.
Eccli. 25. v.33.
Hic verſ.10.

6 Ioannis 11. iam quatriduanus in ſepulcro iacet & fœtet Lazarus. Adeſt tandem Saluator, & eius ſorores infuſas lacrymis, & fraternâ morte funeſtas, ipſe etiam per compaſſionem illacrymans, ſic alloquitur: *Vbi poſuiſtis eum?* Non ſepulturæ locum ignorat Chriſtus Deus, ſed de ſepulcrali loco proficuam mortis memoriam ſuſcitare ſatagit. Non vult ipſe ſe vltrò miraculo ingerere, ſed dum rogatus vadit, fidem populi exambit. *Vbi poſuiſtis eum?* inquit, mulieres adloquens. Quid mirum ſi mulieres hominem vitâ functum, in ſepulcro locarint? Altius tem ethicè contemplatur Gregorius lib. 8. Ep. 42. ſic ex Seueriano fatus: *Vbi poſuiſtis eum? Hoc mulieribus Dominus per increpationem quaſi dixit, quòd mortuum Lazarum vbi poſuerunt, requiſiuit. Ac ſi apertè Euæ culpam memorans mulieribus diceret: Ego virum in paradiſo poſui, quem vos poſuiſtis in ſepulcro.* O ſi nunc Deus mulieres interrogaret, Vbi poſuiſtis hominem, quem ego in paradiſo poſui, paradiſeis doribus ornamentis, ac virtutibus excultum? *Vbi poſuiſtis eum?* quem in paradiſo ego poſui, vos in ſepulcro poſuiſtis. In paradiſo floribus vernante, cælum fragrabat; in ſepulcro tumulatus putidè fœtet. In paradiſo pacatus, opulentus, prænobilis erat; in libidinis ſepulcro exauctoratus, pugnat, egenus, infamis, & fœdiſſimâ lue morborum miſerrimus. Heu omnium malorum vel inuentrices, vel adiutrices feminæ ſunt, quaſi primordiale delictum denuò reſculpant! Nempe mulieres Adamum in paradiſo poſitum, ipſæ in ſepulcro poſuerunt.

Ioan 11. v 34.
Seuerianus, Greg.
Hominem, quem poſui in paradiſo, mulieres in ſepulcro poſuerunt.

§. CV.

Mundialis lætitia de malo ſuo ridet: etſi mixta, merus dolor eſt, gehennæ fumus, & phantaſmatum parturitio peracerba.

MArcus Aurelius Imperator mundialibus delicijs abundè ſatur, has de conſcientia voces eructat: *Quæ ſum expertus liberè proferam licèt cum mei nominis notâ, ſed olim forſitan futuro ſæculo profutura: Per omnia me vitia exercui, periculúmque feci, poſſétne ſeipſam ſaturare humana malitia. Deprehendi quò plus cibi ſumo, famem acriorem; quò bibo magis, ardentiorem ſitim; quò ſum in ſomno indulgentior, maiorem ſomni cupiditatem; quò plura mihi ſunt, adhuc his plura concupiſcere; quò quæro diligentiùs, minus inuenire: nihil demum vmquam obtinuiſſe, quod appetitum ſedaret, ac non aliud habendi potius libidinem prouocaret.* Sic eſt mundialis & humana voluptas lætitiæ inops, exucca, paupertina, breuicula, fugax, falſata; & doloris è perberio ſedula negotiatio. 1

Marc. Aurel. in vitâ.
Mundialis gaudij fallacia.

Salomon tandem meliora ſapiens Eccleſiaſtæ 2. ita deſcribit: Dixi ego in corde meo Vadam, & affluam delicijs, *& fruar bonis!* Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas. *Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* Quò voluptatũ nauſeam crearem, ſæpè aliàs hunc locu ethicè verſabamus. Numquam enim ſatis emedullatur, quare mundialibus *frui bonis* (quod vota hominum 2

Eccle. 2. v. 2.

occupat

occupat) vanitas appelletur : & *riſus* , quo homo exultim hilareſcit, & voluptuoſe deliciatur , nominetur *error* , & effectu ſuo fruſtrata deceptio. Eccur error dicitur, mundialibus *bonis frui ?* Sententioſè Sanctus

S.Aug. Auguſtinus Serm.in cap.ieiunij: *Qui plorant,* inquit, *de rebus vanis , inaniter plorant : & qui rident de rebus vanis,de malo ſuo rident .*

Riſus reputatur error, quia qui ridet,de malo ſuo ridet.

Ecce quam ob rem hominum ſapientiſſimus *riſum reputaris errorem* , & meram humani deſiderij fallaciam. Scilicet cùm ridet , gaudet, exultat affluens deliciis , putat *bonis frui*, & in illis deliciari : & tamen teſte Auguſtino , potiùs *de malo ſuo ridet.* Idcircò Salomon *riſum reputat errorem.* Quid enim tam fatuè erroneum , quàm *de malo ſuo ridere ?* Sic breuis ac modica voluptatula, hominum iudicia perſtringit , vt homo de *malo ſuo rideat ?* O voluptatum præſtigias ! Sic humana appetentia delirat ? Quod tibi hianter exoptas,& quibus optanter inhias , & ad quæ anhelo ore ſuſpiras , inimicorum citiùs vota ſunt , qui de malo tuo gaudent. Ergò nimis verè Salomon *riſum reputat errorem*, & lætitiæ prodit fraudes , & fatuam ridentium amentiam; quippè qui *de malo ſuo ridet.*

3 Prouerbiorum 14. ſic Salomon nos ſalubriter erudit , vt effuſa mundi gaudia inſi-

Prou.14. v.13.

dioſæ clàm triſtitiæ ſuſpecta reddat : *Riſus,* inquit, *dolore miſcebitur ; & extrema gaudij luctus occupat.* Quare ſapientum nemo humanæ lætitiæ tutò ſe credit ; ſuſpecta eſt enim de ingratâ doloris mixturâ, quæ gaudij expetitam gratiam fallit,ac fellit , Appoſite indidèm

Galfridus. Galfridus : *Riſus dolore miſcebitur* , inquit : *Infelix mixtura eſt , ſi materia lugubris fallacem ſibi formam induat gaudiorum,& effectum lætitiæ cauſſa triſtis vſurpet. Nec illius interim riſus dolore caret , qui delicias putat eſſe ſub ſentibus,& licèt foris intentus,vel diſtentus potiùs pariter intùs ſentes ſentiat,compungitur tamen in cubili ſuo. Ceterùm ſi in huiuſmodi pernicioſâ gaudij commixtione perſtiterit , luctus ſanè non mixtus mixti occupabit extrema..... Quod enim extremum fuerit, erit æternum.*

Lætitia dolo- ... mixta ... & ... [illegible]

O cognoſce quàm ſit infeliciter fraudulenta mixtura,in quâ humanarum voluptatum materia funeſtè lugubris,lætitiæ auara,& gehennalium pœnarum præcoquum prodigè pabulum, *fallacem ſibi formam induit gaudiorum . & effectum lætitiæ cauſſa triſtis vſurpat !* Opinor , fellis etiam cum melle mixtura, melleam dulcedinem prorsùs corrumpit . & in amariſſimum ſaporem degenerare facit nec dulcoris micam guſtui propinat. Quare *riſus dolore mixtus* , dumtaxat

Hebræus ſapit dolorem. Exindè Hebræus textus

Lxx.Interp. habet : *In ridendo dolebit cor.* Lxx.Interpretes ſignificantiùs locum è diuerſo reddunt : *In lætitiis non admiſcetur triſtitia.* Quaſi mundialis lætitia, lætitiâ ſit vacuâ, & dolore ac mœrore plena. Quò adludente videtur Scholiaſtes , dum vltima verba ſic extulit : *Extrema gaudij lætitia mala ;* quaſi perindè ſit *luctus* , ac *lætitia mala*. Itaque lætitiæ malæ nō admiſcetur triſtitia,cùm ipſa ſit triſtitia , angor , luctus , amarities,

... dicitur lætitia mala ... Scholiaſtes.

Hic verſ.10. dolor. Quod in hoc Verſ. 10. diſertè traditur , vbi pro grato delicioſè amore , quo

P. Didac. Celada in Suſannam.

pulchra puella ad libidinem voluptuoſè deperitur, *dolor* ſubſtituitur. Dicitur enim : *Nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.* Idoneè profectò *lætitia mala* nominatur *dolor.* Lætitia enim , de mixturâ doloris, in merum dolorem degenerare perhibetur.

Semel expenſus Salomonis locus aliter ad præſentem theſim exponitur non ini- 4 Prou. 14. v.13.

donè : *Riſus dolore miſcebitur : & extrema gaudij luctus occupat*, Caietanus lectioni Hebraicæ , vt ſolet , adhærens , peculiarem in hunc locum expoſitionem inuexit : *Etiam in riſu intùs dolebit cor.* Quaſi dicat Salomon : Sæpè accidit , vt quis exteriùs ridens delicioſè, & glorioſè ouans, intùs doleat, & angore animitùs vratur. Itaque lætitiæ externæ haud credendum eſt : ſplendor enim gratioris lætitiæ apparet in facie hilari; medullitùs autem vrens in corde tranſparet ignis , qui clanculùm præcordia vſtulat, amburit , conſumit. Quo pacto Sanctus Bernardus in Serm. de nimiâ fallaciâ vitæ , præſcriptam Prouerbiorum ſententiam exponit:

Caietanus.

S Bernard. *Riſus dolore miſcebitur : & extrema gaudij luctus occupat* , inquit : *Accenditur cereus, non purum lumen eſt , ſed lucerna : ſiquidem ignis ipſe propria fomenta conſumit , nec niſi ipsâ conſumptione fouetur ; porrò deficiente materiâ , etiam ipſe deficiet ; & vbi illam videris prorsùs extinctam , hunc quoque nihilominùs conſumptum eſſe reperies. Sicut ergò flamma illius nouiſſima fumus occupat & caligo ; ſic lætitia læta rei in triſtitiam commutatur.*

Mundialis lætitia , ignis eſt, à quo infernalis gehenna ſumat.

Nimirùm gaudij lux præfulget in fronte , deliciarum voluptas tranſlucet in facie, & lætitiæ fulgor in ore ridente hilariter prænitet : ſed de igne oritur , qui intùs medullas miſerè vſtulat , præcordia moleſtè vrit, depaſcitur , exedit, & medullitùs conſumit. Incendium intùs ardet, pyra animitùs ſufflaminatur : de quâ facies hilaritate illuminari foris videtur , dum cor ignibus aduritur, præcordia clam flammis æſtuant, animus latenter vritur,& fumus intùs præcluditur. Quouſque tandem homo miſerè voluptuoſus occulto delicioſæ lætitiæ igne conſumitur, fumo gaudij ſuffocatur , & nigra tranſacti voluptatum incendij caligo funeſta extrema miſerè occupat : & ſic *lætitia læta rei in triſtitiam commutatur* , dum *flamma illius nouiſſima fumus occupat* , fumus gehennalis inquam , cuius de bonis mundialibus lætitia, ſcintilla eſt , qua voluptuoſus homo correptus, miſerè flagrat,& in vagas fauillas ſenſim abit.

Siracides Eccleſiaſtici 34. ſic nos admonet: 5

Diuinatio erroris,& auguria mendacia,& ſōnia malefacientium vanitas eſt: *& ſicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur.* Quæ dicuntur de diuinatione erroneâ, quâ à Dæmonibus petuntur reſponſa, à garritu auium quæritur euentus, aut ab incerto ſomniorū, futuri ſucceſsûs certitudo præſumitur, quibus *cordis phantaſia* aſſimilatur ; Cornelius Ianſenius ad Hæreticos flectit : nec minùs idoneè ad peccatores , lætitiam ex rebus voluptuoſis captantes , flecti poſſunt. Porrò Nyſſenus Tract. 1. mundiale gaudium,& oblectationem voluptuoſam peritè appellauit phantaſmata:

Eccli. 34. v.6.

S. Nyſſenus. *Non enim eſt*, inquit, *fruitionis illius & voluptatis, quæ momento temporis fit in hominum natura penu, vt delectationem illam aſſeruare, & recondere poſſint, quam omni ope comparare conantur; ſed inſtar fallacium phantaſmatum eum teneri a voluptatum amatoribus creditur, repentè euaneſcit, & in nihilum recidit.* Parum ſcilicet foret; conceptas gratâ ſpe voluptates, ad poſſeſſionis attactum repente euaneſcere, & in nihilum recidere, ſicut vana phantaſmata, quæ fruſtrà imaginationis otium fingit, aut pingit; niſi phantaſia huiuſmodi phantaſmata concipiens, dum illa tandem enititur, parturienti compareretur: *Sicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur.* O quanto dolore à voluptatum amatoribus, fallacium phantaſmatum partus ſuſcipitur!

Fallacium voluptatum amatores, lætitiæ phantaſmata parturiunt.

6 Matthæi 25. bonus ille ſeruus negotiatione ſedulus, non ſibi, ſed Domino lucroſus; accipiens quinque talenta, & operatus per ea; lucratus eſt alia quinque. Cùm autem ea hero ſuo offerret, hæc verba gratanter audit:
Matth. 25. v. 21. *Euge bone ſerue & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Plenè quidèm gau-
Hugo Card. det, qui in Domino gaudet. Bellè Hugo Cardinalis indidèm: *Intra in gaudium Domini tui, vt ex omni parte ſit gaudium. Surſum viſio Dei: deorſum viſio inferni* (ô! vel ex viſione inferni gaudebit Beatus!) *intùs gloria conſcientiæ: exteriùs decor omnis creaturæ. Non dixit, Intra gaudium, ſed in gaudium; vt poſſeſſor ſit gaudij, non ſpectator.*

De inferni viſione gaudet beatus.

Hugo Vict. Ceterùm Hugo Victorinus lib. 3. Miſc. Tit. 126. quàm ſit verè plenum gaudium in Domino, & quàm ſit gaudij inops, & lætitiæ exuccum mundi gaudium, præſcripta Matthæi verba elucidans, ita exponit: *Intra in gaudium Domini tui. Triplex eſt gaudium. Eſt gaudium ſeculi: eſt gaudium tuum: eſt gaudium Domini tui. Primum eſt de terrenâ affluentiâ, ſecundum de bonâ conſcientiâ, tertium de æternitatis experientiâ.* Et poſt
Mundialem lætitiam, paradiſi exilium concinnat. paucula: *Ad primum exiuit Homo, cùm cecidit de paradiſo: ad ſecundum venire incipit, cùm per fidem reconciliatus eſt Deo: Tunc ad tertium perueniet, cùm videndo ipſum ſicuti eſt in æternum fruetur ipſo.* Scilicet primum gaudium eſt ſeculi, cùm mundialia bona affectamus, ad quod *exiuit Homo, cùm cecidit de paradiſo.* Profundè quidèm Hugo! Itaque cùm primus homo Adam, è voluptatis paradiſo, vbi paradiſeo gaudio abundè fruebatur, exul in mundum exiuit, vt in ſudore vultûs ſui operetur terram tribulorum ac ſpinarum feracem; tuncq́; tunc quidèm intrat in gaudium ſeculi. Ad *primum gaudium*, quod *eſt de terrenâ affluentiâ, exiuit homo cùm cecidit de paradiſo.* Cùm paradiſum voluptatis Homo deſerit, & mundo, vti ſeruus metallo datur, tunc exire ad mundi gaudium perhibetur? O quale eſt gaudium, quod paradiſi exilium concinnat?

§. CVI.

Mundialia bona ſunt expectationis commentum, doloribus conuiſcerata; & voluptatum auare prodiga, deſiderantes deſtituunt.

QVisquis ſe multùm fortuitis tradidit, ingentem ſibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Vna hæc via eſt ad tuta vadendi, externa deſpicere. Relinque iſta iamdudùm ad quæ diſcurritur. Relinque ſtudium diuitiarum, aut periculum poſſidentium ſunt, aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates; molliunt, eneruant. Relinque ambitum; tumidares eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum. *Contemnere omnia aliquis poteſt, omnia habere nemo poteſt:* Offenduntur iſtæ res, non poſſidentur; & dum placent, tranſeunt. *Nil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.* Quid mundialium rerum deſiderio cruciaris, quarum etiam ſpes magno conſtat? Sapienter Martinus Dumienſis: *Deſideria tua paruo redime, quia hoc tantùm curare debes, vt deſinant; atque quaſi ad exemplar compoſitus diuinum, quantùm potes de corpore ad ſpiritum te feſtina reducere.* In virtutis officinâ, eius corpus velut in ſpiritum refingitur, qui ſpes humanas abiecit, & quicquid vota hominum tenet, ac falſato cenſu pectus implere putatur. Ad vera potiùs te bona conuerte: *Diſce paruo eſſe contentus, & illam vocem magnus ac animoſus exclama: Habemus aquam, habemus polentam, Ioui ipſi de felicitate controuerſiam faciamus.* Sic, ſic quidèm *deſideria tua paruo redimes*, & tu tibi eris; caducis rebus vacuus, te, ac Deo plenus. 1

Deſideria noſtra paruo redimenda. *Seneca Epiſt. 23.* *Publ. Syrus.* *Mart. Dum. l. 3. de Vit. c. 3.* *Senec. ep. 116.*

Siracides Eccleſiaſtici 40. peccati originalis pœnaliſſimas appendices recenſet: Iugum graue inquit ſnper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium. Quodnam eſt hoc iugum moleſtè pœnaliſſimum? *Cogitationes eorum, timores cordis, adinuentio expectationis.* Non mirater, inter ærumnoſas hominum moleſtias recenſeri, *cogitationes*, quæ imaginationis vagâ licentiâ, animum diſtrahunt, diſcruciant, vrunt, ſubuertunt, vt bona huius vitæ ſibi accerſat, mala verò citiùs auertat: & *timores* varios & anxios, cor moleſtè coarctantes, ne forte bona quæ appetit, non aſſequatur, & mala quæ auerſatur, incurrat. Mirum autem eſt, quòd *adinuentio expectationis*, ſeu erectior ſpes bonis mundialibus auidè inhians, inter pœnaliores hominum moleſtias cenſeatur. Quid dulciùs ſpe, quâ homo futura bona præmordet, & præproperè guſtat, & expectatione poſſeſſionem anticipat? Ceterùm *adinuentio expectationis*, idem eſt ac adinuenta & excogitata imaginatio imminen- 2 *Eccl. 40. v. 2.*

tium

tium bonorum, quaſi ipſa illos, aut potiùs illi ipſa, expectent, vt exponit Cornelius. Romani vertunt, *Conſideratio expectationis:* alij, *Commentum expectationis.* Sæpè enim ſpes reuerà non eſt ſpes, ſed commentum ſpei, quod ſcilicet homo ſibi comminiſcitur, & in mente fingit, & imaginatione fingit, dum ad falſata mundi bona, quaſi ad vera auidiùs hiat. O non bonum humanæ *expectationis commentum!* Vera mala, de imaginationis deluſæ mentito commentatio, tamquam bona expetis, & expectatione præſumis. Quod tibi aut chariſſimus hianter exoptas, & votiuè ſperas, ſæpè inimicorum vota ſunt. Quod expectas, non de rei veritate bonum eſt, ſed de imaginationis vagæ *commento.* Dele concupiſcentiæ, ambitionis, auaritiæ, & imaginationis commentarium, & multam mundialium bonorum lituram feciſti. Fruſtrà bonum eſſe putas, cuius *expectatio*, & *expectationis commentum*, inter acerbiores primæui delicti pœnas potiſſimo loco recenſetur. Quod reapſe pœnaliſſimum eſt, de imaginationis deliræ commento bonitatem fœnerat, quâ expectationem erigat. Proh, mundialia bona merum puta falſatæ *expectationis commentum!*

Cornel. ibi. Tranſlat. *Mundialia bona puta falſata expectationis commentum.*

3 Magno conſtat amantibus, ſperantibus parua voluptas. Quotidianâ anxiùs ſollicitudine hi ſenes intempeſtiuè amantes diuturnam pœnitudinem, & cædem cruentè probroſiſſimam emunt. Sibi inſidiatur, qui obſcœnum concupiſcentiæ ludibrium, in deſiderij atque expectationis officinâ tractat. Erant ergò ambo vulnerati amore Suſannæ; eius crebro aſpectu deſideriorum conſolabantur impatientiam, & malignam ſpem fraudi concredunt, *Nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum.* Dolorem appellat, quem potiùs amorem appellaret? Viuax concupiſcentiæ deſiderium, & fruendæ pulchritudinis ſpes hiantior, *dolor* nominatur? Appoſitè Euſebius: *Non ait: Nec indicauerunt ſibi amorẽ, ſed dolorem. Tantumdem dolentis amans eſt. Errorem amoris dolor conſequitur.* Quin & cùm delicioſa amoris voluptas, & illius voluptuoſa cupiditas, *error* ſit, & ſpes fallaciter ludicra, *dolor* errori amoris implantatus eſt, & medullitùs conuiſceratus. Spes hiabat ad Veneris delicias, quas deſiderij audacia in cordis ſcenâ mentiebatur: at reipsâ dolorem expectatione faciebat, repulſæ ludibrium attulit, & propudioſam cruentè lapidationem, & famæ atque corporis ſtrages propinabat. Sic errori voluptatis dolor conuiſceratur!

Hic verſ. 10.

Euſeb. ſer. 8. c. 8. *Errori delicioſi, amoris dolor implãtatus, & conuiſceratus eſt.*

4 Sapientiæ 2. hæc Atheorum, Epicuræorúmve potiùs antè Epicurum, vox eſt: *Non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* Flores in diem, gignit terra, vt palàm eſt admiratione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. Breue roſarum æuum eſt. Græce, *Coronemus calycibus roſarum.* Roſæ enim planè apertæ illicò flacceſcunt, & marceſcunt: caliculi verò, ſiuè baccæ clauſæ, & nondùm roſa, ad delicias aptior putatur, nam ſpe arridet, te autem dum floret, effloreſcit; & dum vernare putatur, marcet. Belliſſimè S. Baſilius homil. 11. Hexaëm. *Tranſitoria*, inquit, *ac breuis momenti vernorum florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.* Conſultiſſimè ergò voluptas, & mundialis gloria floribus ac roſis cumparatur, vt vel Atheorum ſuffragio, eius fallacia demonſtretur. Repudiant ad coronam roſas, quia dum vernant, marcent. Malunt florum ac roſarum calyculos, ſpe tantùm roſas, & deſiderio flores: at florum, id eſt, voluptatum gratia adeò eſt fugitiua, fallax, mentita, vt *adhuc deſiderantes deſtituat.* Nimirùm ſpe allicit deſideria; ſed adhuc cùm ante poſſeſſionem deſideratur, fugitiua deſiderantes deſtituit, & vota fallit, ne non ſemper fallat. Ah! hæc falſatæ fidei bona, quæ vel deſiderantes deſerunt, hominum vota, deſideria, ſuſpiria ſic impotenter trahunt?

Sap. 2. v. 7. & 8.

Græcus. *Vocatur, ſunt florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.*

P. Didac. Celada in Suſannam.

S. Baſilius.

5 Lucæ 15. Prodigus ille adoleſcens, qui pulchræ iuuentæ ardore, & luxuriante ætatis licentiâ, voluptatum ſacietate famem ſumptuoſiùs emit. Nimirùm poſtquam decoxit, *facta eſt fames valida in regione illâ, & ipſe cœpit egere:* Et adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.* Sanctus Ambroſius lib. 7. in Lucam, ſic præſcripta verba eloquenter elucidat: *Egere ergò ideò cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ ſatis eſt voluptati..... Et cupiebat ſiliquis implere ventrem ſuum. Neque enim alia cura eſt luxurioſis, niſi vt ventrem ſuum impleant, quorum Deus venter eſt. Qui autem aptior huiuſcemodi hominibus cibus, quàm is qui ſiliqua modo, intùs inanis, foris mollis eſt; quo corpus non reficitur, ſed impletur, vt ſit magis oneri quàm vſui?* Ecce tibi libidinis voluptas ad ſiliquas hiat: hic autem inanis cibus eſt, qui implet & diſtendit, non reficit & ſaciat. Ceterùm ſententioſè ad rem ait, adoleſcentem Prodigum cœpiſſe egere, in validâ illius regionis fame, *quia nihil prodigæ ſatis eſt voluptati.* Quid eſt, quòd voluptas nominatur *prodiga?* Adoleſcens appelletur Prodigus, qui totam ſubſtantiam liguriuit: nun *voluptas*, quæ auara etiam voluptatis eſt, & deliciarum inops. Verùm enimverò quantùm voluptas auara, & vena mundialium bonorum eſt in poſſeſſione medicè paupertina; tantùm eſt in ſpebus diues, opulenta, & effuſiùs *prodiga.* Largè promittit, quod parcè largitur. Opulenta in votis, ſed mendica in poſſeſſione. Falſatâ fide *prodiga* eſt, & reapſe parciſſimè auara: quippè quæ *adhuc deſiderantes deſtituit.*

Lucæ 15. v. 14. & 16.

S Ambr.

Voluptas voluptatis prodiga, & auara eſt quemodo?

6 Pſalmo 26. ſic Deum Propheta ſupplex orat: *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* S. Hieronymus inibi legit, *Exquiſiuit facies mea*, omiſſo *te* quæ eſt æſtimationis emphaſis: quaſi nihil aliud ſit in mundo, mundialibúſve deliciis, honoribus, diuitiis, voluptatibus, niſi ſolus Deus; nilque præter ipſum ſit ab homine vllatenùs expetibile. Nil igitur optat, ambit, & requirit. *Exquiſiuit facies mea.* Sed occurrit Dauidi Auguſtinus ibidem:

Pſ. 26. v. 8.

S. Hier.

Nauſeat Dauid ad vitam immortalem humanâ felicitate exundantem.

S. Aug.

Quid ſiue Deus faciet in delicijs iſtis (regalibus,) *& voluptate' gaudiorum terrenorum immortalem? Reſpondet amator: Nolo; quicquid mihi præter illum eſt, dulce non eſt. Quicquid mihi vult dare Deus meus auferat totum & ſe mihi det.* Conticeſcat ergò fatuè garrula mundanorum hominum querela de voluptatum, honorum, ac deliciarum breuitate; déque perbreui humanæ vitæ ſpatio ad fruendum humanâ felicitate. Nauſeat, nauſeat Dauid ad vitam *immortalem*, quá regiá felicitate, aduerſitatis exorte, & delicijs refertá, abundè fruatur. *Exquiſiuit facies mea*; quid niſi *te*? reliqua præter te, tædio mihi ſunt.

7 Ps. 26. v. 9. *Præter Deū omnis felicitas, ſcoria & excrementū felicitatis eſt.* Cùm animitùs exquiſierit faciem Domini & reliqua mundi bona faſtidierit, ſubdit Propheta: *Ne auertas faciem tuam a me.* Quaſi dicat: Ne mihi faciem tuam auidè exquirenti terga obuertas: nam licèt regiam dignitatem, regias diuitias & delicias conceſſeris, hæc omnia, & reliqua mundi bona, quæ hominum vota tenent, nihili facio, faſtidio, & odio mihi ſunt. Peritè ibi notat noſter Corderius, quòd pro τὸ *ne auertas faciem tuam a me*, in Græco additur, *ne me contumelioſe expellas*, quod Græcum ſcholion ſic

Græcus Scholiaſtes Græc. apud Corderium in Annot. exponit, & elucidat: *Ne me contumelioſè expellas à metaphorâ ſcoria, quæ tamquam inutile excrementum ferri reijcitur.* Nempè quicquid bonitatis, quicquid honoris & dignitatis, quicquid commodi & voluptatis ſcintillare videtur in mundialibus bonis, *ſcoria* bonitatis eſt, & voluptatis *inutile excrementum*. Ne te fallat bracteata proſperitas, & præſtrigiatrix voluptas, præter Deum, omnis felicitas, voluptas omnis, voluptatis & felicitatis *ſcoria* eſt, *excrementum* eſt.

---

§. CVII.

Glorioſa mundi pompa, & delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta Sanctis eſt.

1 Ferè ex Euſeb. l. 6. de Ant. vol. c. 37. NOn eſt bonum iſta mundi voluptas, tot ſolidè infarta malis; cui, vt ſemel dicam, nucleus dolor eſt, qui oblectamenta velut vmbra ſequitur; quæ eſt vtriuſque indoles. Occidua eſt omnis voluptas: vmbras prolixas facit, id eſt, dolores. Quemadmodùm occumbente Sole euigilant tenebræ; & quò ille proximior occaſui ruit, recedunt vmbræ, & promittuntur: infantis vmbra gigantem tunc mentitur: ita vel minima voluptas in occaſum ſemper ſuum præceps, magnum protendit dolorem. Metiamur deli-

Quàm ſit falſatæ fidei mundana voluptas, & fortuna felicior. cias cum ipſarum pœnitudine: illæ in tranſitu ſunt, hæc præcordijs diu hæret: illæ momento faceſſunt, hæc per annos laceſſit. Illæ, cùm diu aliquandò fuerint, ſatis eſt, vt diu non ſint: vtroque modo imminet voluptatibus periculum ſui: ſi diu ſunt, pereunt; ſi diu non ſint, non delectant. Quin ſi diligenter attendas, nulla niſi in voto pretioſa voluptas eſt: deſiderio adridet, re faſtiditur. Imò etiam inuenta & quæſita, dolore emitur; vt dum placet, adhuc diſplicear. Deliciarum appetentiam, & earum vota hiantia, poſſeſſio caſtigat (heu non emendat: & quæ ſinæ voluptatis pœna, ipſa voluptas eſt, lubrica, exilis, falſata, faſtidioſa, & quæ feſtinanter in contrarium it. ô! quæ adulantius de fortuná optamus, ſæpe inimicorum vota ſunt. Plerumque qui humanam felicitatem deſiderat, inconſulti deſiderij ſui ſupplicium expetit, quo humana appetentia torquetur, non expiatur.

Oſeæ 9. his verbis ſuum populum faſtidit 2
Deus: Quaſi vuas, inquit, in deſerto, inueni Iſraël, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum: *Ipſi autem* Oſeæ 9. v. 10. *intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.* Quaſi dicat: ſicut obſcœnum idolum Priapi erat fœdiſſimum & abominandum; & ſicut abominandæ erant meretrices Madianitæ quas auidiùs concupierunt, & cum quibus voluptuoſiùs fornicabantur; ſic & Iſraelitæ, obſcœni, putidi, & abominabiles facti ſunt. Vnde quæſitis concupiſcentiæ delicijs, & abalienati ſunt à Deo, & ſibi faſtidio & abominationi ſunt facti: & in voluptate ipſâ, ipſius voluptatis abominabile atque acerbum inuenere pretium, quod minimè declinare potuerunt. Eleganter S. Gregorius S. Gregor.
lib. 8. Moral. cap. 3. *Alius*, inquit, *à luxuriâ carnem iam reſecuat, ſed tamen adhuc luxuriæ phantaſmata tolerat: quia quæ volens fecit, horum inuitus meminit: & pœnam ſuſtinet, quod voluptatem putauit.* Quid tam volupe ac expetitum impudenter luxurianti, quàm effuſior procaciter libido, quá ſic factus eſt abominabilis, vt illam abominetur? at vel ipſa *luxuriæ phantaſmata*, quibus nuper obſcœno luxuriæ ludibrio deliciabatur, velut acerbiorem cruciatum *tolerare* cogitur; *& pœnam ſuſtinet, quod voluptatem putabat.* *Qui voluptatem expetit, pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat.* O falſata hominū de voluptate iudicia! Humano cenſu delicias rebaris, & diſſimulatus cruciamentorum reatus, & inflicta duriùs pœna, voluptas tibi facta eſt, quam declinare aut excutere non potes: nam cum opinatá voluptate veram illius pœnam exorbes, quam vlla vix patientia digerat. Heu *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat!* Solet culpa pœnam anteuertere: mundialis autem voluptas & culpa, & ſui pœna eſt. Sero punitetur voluptas pœnâ culpæ ſuccedaneá; prouidè autem feſtinat pœna, ne vnquam impunita voluptas ſit, ſed ſit ipſa ſui vltrix. Meritò igitur inſanus deliciarum appetitor, *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat*, adeò vt vel ipſius *phantaſmatibus* excrucietur. O agnoſce fraudulenter ſubdolas voluptatis præſtigias!

Hi ſenes malitioſè ſalaces, quorum niuea 3
canities, concupiſcentiæ diſſimulabat æſtum, videbant quotidie venuſtiſſimam Suſannam ingredientem & deambulantem in viri ſui peramœno vireto: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Nulla eſt ætas à libidine immunis. Cognatas luxuriæ ſcintillas flabellant oculi, & ſæuis libidinibus aëra toxicant. *Erant ergò ambo vulnerati amore eius.* Hic verſio

nec

nec indicauerunt ſibi vici,ſſim dolorem ſuum. Dulcem amoris voluptatem, quo Suſannam deperibant, quo ſuſpenſi hianter ſtabant gratiſſimè impraui, *vulnus* nominat, & *dolorem* appellat? Non ait, Nec indicauerunt ſibi amorem, ſed dolorem. Profectò non ſine magno ſenſu & dolore plaga voluptuoſi amoris eſt. Tantundem dolentis amans eſt. Qui malè amat, ſemper dolet. Illicio expetitæ voluptatis deliciantur, an nolentes cupiti vulneris dolorem ſuſtinent? Nimirùm vterque ſenex delicioſus Suſannæ amaſius, *quia mutabilitatis ſua onera quia volens expetiit, nolens portat*, aliorsùm luculenter dixit Gregorius. Nempè ſenilis Iudicum grauitas, in mutabilem Veneris voluptatem degenerans, voluptuoſum amorem, quem *volens expetiit*, in *dolorem* mutatum, *nolens portare* ac ſuſtinere cogitur: nam quod in delicioſo cœpit amore, in *dolore* conſummatur. Quod *volens expetiit, nolens portat*. Non portat amorem inuitus; ſed quod *volens* auidè *expetiit*, adcò ſtatim experitur moleſtum, vt iam *nolens portare* dicatur: nam quod ſpebus gratè adridet, experientiam acerbiùs exaſperat.

Voluptatem, quam quis volens expetit, nolens portat.

S.Greg. lib. 6. Moral. c.5.

4 Paulus ad Galatas 6. Mihi autem, inquit, abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti: *per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quaſi dicat: Quemadmodùm mundus horret crucem, vel crucifixum aliquod cadauer, ita & me horret: & vice versâ, deliciæ, voluptates, & pompæ mundi, mihi crux ſunt; eâſque, vt crucem illi, auerſor & horreo. Ita S.Bernardus: *Quæcumque*, ait, *mundus reputat crucem, ego delicias reputo; & quæ mundus delicias, ego reputo crucem.* Paradoxon verè Chriſtianum, & in Philoſophorum gymnaſiis hactenùs inauditum, quo de cœli ſcholâ Doctor Gentium fideles erudit. Mirum ſanè eſt ſanctos viros tormentis deliciari; miriſſimum autem deliciis torqueri & blandis voluptatibus crucifigi. Audiendus eſt S.Ambroſius lib.4. Commentar. in Lucam, ad cap.4. calcem, qui hâc ſuper re ſic luculenter ſcribit: *Tunc tribulos & ſpinas animo caro, id eſt, curarum morſus, ſollicitudinúmque generat. Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporis voluptatibus: & cum ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt, vndè deſcendit, reuolare.* Nimirùm mundi pompa, quam ambitio ſpectat, palati exquiſitæ ac pretioſæ deliciæ, titillantis concupiſcentiæ blandior voluptas hiante libidine procurata, *tribulos & ſpinas* generat, dum caro deluſa curarum morsûs & ſollicitudinum angores, expectatæ voluptatis vice pati cogitur. Adeò vt caro ipſis corporis deliciis male dulcibus, *quaſi clauis quibuſdam ſuffigatur*: & ſic cum Paullo *crucifigitur mundo*, dum voluptatis lenocinio acerbiùs cruciatur: & ita *pœnam ſuſtinet, quam voluptatem putabat*.

Ad Gal. 6.

Mundus crucifixus.

S.Bernard.

S.Ambr.

Homo corporis voluptatibus velut clauis [illegible] tur.

5 Ambroſio accinit S.Bernardus Serm.7. de Quadrageſimâ ita ſcribens. *Non ſolùm mortuus mundo, ſed & crucifixus, quod eſt ignominioſum genus mortis; ego illi pariter & ipſe mihi, omnia quæ mũdus amat, crux mihi ſunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominũ laudes, quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus ſum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.* Scilicet Paullus, & quilibet eximiè ſanctus, non ſolùm eſt *mortuus* mundo, ſed & mundo *crucifixus*. *Mortuus* quidèm, quia inſenſibilis ad ea, ad quæ mundus ſuſpirat, nempè ad vanas hominum laudes, gulæ delicias, diuitias, honores, & carnis delectationem, quorum lenocinio vix, aut ne vix quidèm tangitur. Porrò hoc ad plum Euangelicæ perfectionis faſtum, niſi etiam ipſis voluptatibus, & mundi pompis crucifigatur. Crucifixio autem peracerbum & *ignominioſum eſt mortis genus*. Itaque Paullus mundi honores, & ſublimitatum pompam, quæ omnium vota tenent, tamquam *ignominiam* reputat: & carnis illecebras, voluptatúmque delicias, velut crucem toleratu peracerbam. Qui eſt Euangelicus rerum cenſus, & Chriſtianæ virtutis meta. O, benè præeuntem Paullum ſequere.

S.Bernard.

Mundialis [illegible] eſt [illegible] quaſi prohibeta & [illegible] crux.

Pſalmo 16. ſic occinit regius Vates, hæc ſceleſtis hominibus durè imprecatus: *Domine à paucis de terrâ diuide eos in vitâ eorum: & de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* Pauci de terrâ dicuntur boni & electi, quos optat diuidi ab improbis, ne illi probis ſuam malitiam affricent. Sed quid eſt, quòd de *abſconditis* Dei adimpleri improbi perhibentur? Quæ ſunt hæc à Deo *abſcondita*? Euſebius in Catenâ Græcorum Patrum, ita ſcribit: *Pro Abſconditis verò, de Repoſitis dixit Symmachus. Nam pretioſa & recondita quæque præſentis vitæ poſſederunt: vt aurum & argentum, & lapides pretioſos, & liberorum multitudinem habuerunt: quibus etiam diuitiarum reliquias reliquerunt, cum ipſi priùs expleti fuerint.* Et idem Euſebius apud Corderium in Annotat. *De abſconditis tuis repletus eſt venter eorum vario cibo, multiſque voluptatibus ac deliciis.* Ecce tibi hæc *abſcondita* Interpretes commentantur pretioſa & voluptuoſa quæque, & quicquid apud ſeculares in pretio eſt. Sed audiendi ſunt Græci Patres in Commentario: *Illud autem de abſconditis, alij quidèm intellexerunt de ſuppliciis; alij verò de foſſilibus omnibus metallis.* Addam Coſmam Indicopleuſten apud eumdem inibi Corderium: *Ventrem præterea paraphraſticè eoſdem hoſtes appellat, eóſque adimplendos ait Abſconditis, ſuppliciis nimirùm occultis, & inſperato aduenientibus.* Itaque Dei *abſcondita*, quibus in hâc vitâ improbi homines replentur, eſt pretioſior & voluptuoſior felicitas, quod ſubitum & pœnalius ſupplicium nuncupatur. Henldiuturna improborum felicitas, ſubita pœna, & pœnalius ſupplicium eſt?

6 *Pſ.16.v.14.*

Symmach.

Euſebius.

Voluptuoſa improborum felicitas, ſubitum à Deo ſupplicium eſt.

Græci Patres.

Coſmas Indicopl.

§. CVIII.

Homo in libidinis offícinâ, rationem deſueſcit; & hominis dignitatem dediſcens, prope in belluam refingitur.

1 INtempeſtiuâ libidine ſenes deperibant Suſannam, mente ac corpore fœminarum belliſſimam. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, *nec indicauerunt ſibi vieiſſim dolorem ſuum.* Tantumdèm dolentis amans eſt; qui malè amat, ſemper dolet: nec ſine magno ſenſu & acerbo dolore plaga amoris eſt. Heu errorem amoris certus dolor conſequitur! *Erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam.* Alter alterius præſentiebat vitium: nam occultæ etiam libidinis tranſparet præſagium. Sympathiâ quàdam ſe agnoſcunt ſceleſti, & mirâ conſenſione conſpirant etiā muti. Seſe impudentior ſenectus odorata eſt, & adſimile augurata eſt vitium: puduit tamen de ſe prodere turpia in canis meditata. Ipſa ſe erubeſcit libido, & erubeſcendam ſe eſſe erubeſcendo publicat, nec ſine impudentiâ ſe proſtituit. Ipſa ſe primo erubeſcentiæ ſuffragio certiſſimè damnat, & impudentiæ ſe etiam ante iudicem condemnat. Quis non erubeſcat obſcœnum luxuriæ ludibrium, quo deluditur ratio? Sudatiſſima eſt illa Tullij in Cat. ſententia: *Impedit conſilium voluptas, & rationi inimica eſt, ac menti: vt ita dicam, perſtringit oculos.*

Hic verſ. 11.
Libido erubeſcendā ſe eſſe, erubeſcendo publicat.
Tullius.

2 Geneſeos 6. primæua hominum gens inſanæ libidinis violento reatu damnatiſſima, Deitas laceſſit, diluuium densè euaporat, & hominum naufragia latè pandit: *Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Et quomodò totus homo dicitur *caro*, cum princeps hominis portio, anima rationalis ſeu ſpiritus ſit? Lipomanus inibi: *Neque aliud id ſignificat,* inquit, *quàm non imperabit, non regium locum Ratio in poſterum obtinebit.* Nempè laſciuia carnis imperatricem rationem à regni ſolio ignobiliter ac propudioſè deturbat, atque irrationalem & brutam illi ſubiectionem imperat. Sic dediſcit hominem homo libidini mancipatus, & cum mutis animantibus obbruteſcit. Luculentiùs indidem Chryſoſtomus: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Quaſi dicat: *Ego ſubſtantiam ex carne & animâ illis dedi; ipſi autem quaſi ſolâ carne circumdati, ita virtutes animi negligunt, & ſolam carnem ſectantur. Vidiſti quòd ob malitiam carnem eos vocat, & non hominem.* Quaſi homo irrationalis luxuriæ arcanâ metamorphoſi, ſic deſueſcat rationem, ſic ſpiritum & animam, quâ præcipuè integratur, degener abiectè dediſcat, vt quaſi anima à ſe deſeruerit, & in carnē degenerarit, *non hominem, ſed carnem eos vocat.* Heu! ſic rationalis hominis ſpiritus libidine corporaſcit, & impudicus ſalaciter animus cum carne (vt ſic loquar) concarneſcit, vt à Deo non iam *homo*, ſed *caro* nominetur, intimatâ ſpiritûs rationalis velut abſentiâ?

Gen. c. v. 3.
Lipoman.
S. Chryſoſt.
Laſciuus homo, non iam homo, ſed caro nominatur quare?

3 In eodem Geneſeos cap. Deus hominum libidinem pertæſus, ſeueriores exundantis diluuij minas vibrat, ſic ad Noëmum fatus: *Delebo, inquit, hominem, quem creaui, a facie terræ, ab homine vſque ad animantia, a reptili vſque ad volucres cæli.* O bonam Principum eruditionem! *Delebo hominem, quem creaui,* ac ſi Hiſpanè dicat: *Aunque ſea el hombre hechura mia, le è de deponer.* Non electionem ſuam, ſed alterius delicta reprobat, quiſquis à ſe electum deponendo, eius flagitia non probat. Quorumdam electorum conſtantia, pertinacia eſt, & Reipublicæ euerſiò. Se voluiſſe eligere immeritum oſtendit, qui dum immeritum reperit, non prodit & reprobat. Non dehoneſtatur Dei prouidentia inhoneſtæ iam creaturæ reprobatione. Tyranni tacita vox eſt: Gemant ſubditi, ne electioni, ſeu iudicio olim meo tantiſper detrahatur. Et moraliſſimè quidèm inchoatur ſupplicium *ab homine*, id eſt, principe creaturâ, & exinde proceditur ad creaturarum vulgus. An iuſtè plectentur inualidi, quidquid validiores ſceleſtiùs deliquerunt? Nobilitas hominis flagitioſi malè fiet flagitiorum aſylum, & licentia delinquendi. Cæterùm opportunè quærunt Interpretes, cur mutæ animantes peccandi impotes, cum hominibus ſceleroſis ſic acerbè puniantur? Scilicet peccatum totius vniuerſi harmoniam diſſoluit; quia non tantùm hominem, ſed & elementa, reliquaſque animales & exanimales creaturas commaculat & diſtorquet. Omnia ergò cum homine peccante puniuntur, quia ei ad peccatum ſeruiunt; vel potiùs homo ipſe in omnibus punitur, dum omnibus quibus abuſus eſt, priuatur. Chryſoſtomus autem, de luxuriæ merito putat homines hoſce ſalaciſſimos cum brutis animantibus puniri, ſic inibi homil. 24. eleganter fatus: *Ab homine vſque ad animantia, &c. Quia à ſuâ,* inquit, *dignitate, quâ brutis præfuerunt, excidere, dignum eſt vt inter illos & iſta, nulla ſit pœnarum differentia.* Scilicet homines libidinis œſtro exciti, & flammis luxuriæ æſtuantes, dediſcunt rationem, & velut muta animalia obbruteſcunt; ſint ergò eiuſdem ſupplicij conſortes, & brutis aſſimilentur in pœnâ, qui irrationalibus brutis in libidine pariantur: *Dignum eſt vt inter homines & bruta, nulla ſit pœnarum differentia.* Eleganter quidèm Chryſoſtomus quàm ſit irrationale, brutum, beſtiale luxuriæ vitium expreſſit.

Gen. 6. v. 7.
Quem bene elegit Princeps iam malum deponat.
Principem creaturam primò punit Deus, deinde creaturarum vulgus.
S. Chryſoſt.
Cur hominum libido cum brutis punitur?

4 Pergit inibi ſacer Hiſtoriographus: *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* LXX. Interpretes, quos Græci Patres ſequuntur, ſic locum extribuunt: *Noë homo iuſtus, perfectus exiſtens,* &c. Nec fruſtra, opinor, in laſciuientis mundi colluuie Noëmus, quò à reliquis ſecernatur, *homo* nuncupatim dicitur, quaſi magnum fuerit Noëmi elogium, quòd inter homines libidine brutos adhuc homo fuerit. Opportunè ibidem Chryſoſtomus homil. 23. *Noë,* inquit, *homo vnde etiam naturæ commune nomen pro laude*

Gen. 6. v. 9.
LXX. Interp.
Cuius hominis imaginem ſeruat, quam amiſit laſciuus.
S. Chryſoſt.

Iuſti vſurpatum; nam quia cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erant, amiſerant eſſe homines, iſte in tanto populo hominis imaginem ſeruauit. O belle! Ille, ille inquam, qui caſtus eſt, *hominis imaginem ſeruat*, quam libido oblitterat, & hominem inſolenter recudit in brutum. Chryſoſtomo adnuit Hebræus Philo lib. de Abrah. ſic fatus: *Sciendum quòd hominem non vulgari loquendi formâ rationale animal vocat, ſed per excellentiam eum qui verè ſuo reſpondet nomini, eiectis ex animo immanſuetis, rabidis, feriniſque vitiorum affectibus.* Quem locum aliàs copioſè enucleauimus.

Philo Hebr.

5 Gen. 6. v. 11. Adhuc Moyſes pergit narrare ſtrages, quas in hominis ratione luxuria edit: *Corrupta eſt*, inquit, *terra coràm Deo, & repleta eſt iniquitate.* Cúmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, dixit ad Noë: Finis vniuerſæ carnis venit coràm me: repleta eſt terra iniquitate *à facie eorum.* Caietanus pro τὸ *coràm Deo*, exſcribit, *Corrupta eſt terra in faciebus Elohim.* Sic enim ſe prodit libidinis impudentia, vt nec Dei *facies*, nec *faciem* hominum effugiat. Cur autem pluratiuo in *faciebus* Dei, dixerit adſpectu ad laſciuiam, alibi forſan enucleabitur. Nunc autem ad rem præſentem animaduertere oportet, *terra* nonune, non elementorum, terrenos homines ſignificari, quod apud Interpretes in conſeſſo eſt. Cur ergò homines intemperanter laſciuos, non homines, ſed *terram* appellat? *At* libido bruto affectu effuſior, hominis appellationẽ, & rationis elogium diffitetur? Eleganter ibi Chryſoſtomus homil. 23. *Corrupta eſt terra coràm Deo. Omnes qui tunc erant, eâ ſe hominis appellatione indignos præſtabant. Quid miſerabilius peccatoribus, qui & ipſo hominis nomine priuantur?* Nempe homo laſciuus, affectu brutus, appetitionibus beſtialis, ſic à rationali hominis dignitate degenerat, & terrenæ pecudum naturæ vicinatur, vt rationem dediſcens, generoſâ hominis nuncupatione viduetur, & in aliud quoduis nomen degeneratir. Sic rationem luxuria ſopit, hebetat, deprauat, excæcat, vt quaſi poeticâ metamorphoſi hominem exauctoret, & in officinâ intemperantiæ, in exanimalem terram, aut terrenum brutum, aut irrationalem belluam, hominem refingat? *Quid miſerabilius* impudicis *peccatoribus, qui & ipſo hominis nomine priuantur?*

[…]renus. Deus adſpe[…] ad libid[…], facies [...] bu[…]tur.

Chryſoſt. [...] homo laſciuus, non homo, ſed terra nominatur?

6 Oſeæ 4. v. 11. Sanctius. Oſeas Propheta cap. 4. hanc gnomen moraliſſimam ſcribit: *Fornicatio & vinum, & ebrietas auferũt cor.* Reddit Dominus rationẽ cur Hebræus populus à ſe ſuarúmque legum obſeruatione defecerit; quia videlicet excordes ſunt & amentes. Illam verò ſiue væcordiam ſiue inſaniam fornicatio inuexit, quæ non aliter mẽtis vires quatit, & euertit, quàm vinum & ebrietas; quæ vbi hominem primùm occupauit, illum à mentis ſtatu atque conſtantiâ depellit. Hîc autem ſubaudiri puto ſimilitudinis formam, quod apud Hebræos paſſim occurrit, nempè: *Sicut vinum & ebrietas auferunt cor, ſic etiam fornicatio.* Sapienter S. Hieronymus in hoc Oſeæ cap. 4. quàm ſit irrationalis ac bruta laſciuia his verbis ediſſerit: *Voluptas de rationali homine brutum efficit animal, vt ganeas, & lupanaria, & libidinum luſtra ſectetur.* Quare communiter Patres, in hoc Oſeæ teſtimonium intenti, cæcum vocant, inſipientem, inſanum, & furioſum illum, cuius animum occupauit libido. Habemus in Scripturâ eâ de re præclara teſtimonia, duo tantùm adducam, vbi ſenibus, in quibus maior ſolet eſſe prudentia, & rationis vis, ſublatum eſſe dicitur cor, & quos verè, ſi rem ipſam attentè conſideres, excordes voces. Vide quid de Salomone prorsùs excorde Scriptura tradat 3. Reg. cap. 11. *Auerterunt mulieres cor eius*, & iterùm, *Deprauatum eſt cor eius per mulieres*, Hoc autem eſt auferre cor, & excordem ſeu brutum facere. Illuſtrius exemplum nobis ſuppetit in hoc cap. 13. Danielis, vbi ad ſenem iudicem, qui Suſannæ pudori inſidiatus fuerat, ait Daniel: *Species decepit te, & concupiſcentia ſubnertit cor tuum.* Ecce tibi libido *anertit, deprauat, ſubnertit, & aufert cor*: quare *de rationali homine brutum efficit animal.* Heu! ſic beſtialis luxuriæ paſſio, hominem reddit exauctoratum, & ex rationali irrationalem, brutum, ac beſtialem facit? Intuta eſt ratio, quam libido quatit, ſubruit, deturbat. O caue!

Hieron.

Sanctius ibidem.

Libido è rationali homine brutum efficit animal.

3. Reg. 11. v. 3. & 4.

Hic verſ. 56.

---

§. CIX.

Voluptas, mera cogitationis illuſio eſt; qua rem moleſtia, deliciarum obtentu fraudulenter mentitur.

1 S. Ambr. l. 3. Exaem. c. 3. QVàm ſit adulterina rerum mundialium lætitia, voluptas, gloria, S. Ambroſius eloquenter ediſſerit: *Vt ſurrexerat antè*, inquit, *floribus immixta terenis ſine ſpinis roſa, & pulcherrimus flos ſine vllâ fraude vernabat: poſteà ſpina ſepſit gratiam flori, tamquam humana ſpeculum præferens vita, quæ ſuauitatem perfunctionis ſuæ finitimis curarum ſtimulis ſæpè compungat. Vallata eſt enim elegantia vita noſtra, & quibuſdam ſollicitudinibus obſepta, vt triſtitia adiuncta ſit gratia..... Rutiles igitur ô homo, licèt, aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt.* Appoſitè dixit Ambroſius, quòd mundialis voluptas eſt ſicut flos, qui cum *fraude vernat.* Proh nimis fraudulenta voluptas, ſic voluptatis inops, vt illius expectatio ſit fraudis ſpes, & guſtu fruſtrata illius appetentia! vix enim floreſcit, cùm iam marceſcit. Tam eſt flos delicatulæ valetudinis, atque æui breuiſſimi, vt vix duret vnâ dieculâ ad placendi gratiam. O quantulæ voluptatis appetentia, hoſce nequam Senes ſic fruſtrà deludit, ſuſpenſos tenet, ac ieiunè impranſos, & diræ cædis ſtragibus tandem obnoxios?

Voluptatis flos cum fraude vernat.

Hîc verſ. 12.

2 Regius Vates Pſal. 37. ſic acerbè dolet, & piâ funeſti luctûs ambitione, cruentæ voluptatis delicias expiare ſatagit: Putruerunt, inquit, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Et confeſtim publicat, quænam fuerit huiuſmodi inſipientia: *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.*

Pſ. 37. v. 8.

Græci

Græci Patres.

Cōcupiſcentia tendat ad virtutem; ad laſciuiam, illius abuſus eſt.

Græci Patres in Paraphraſi ſic locum exponunt: *Per lumbos concupiſcentiam tacite innuit: his enim inhærent renes, per quos appetitus excitari ſolent. Dicit igitur iſtorum malorum ſibi cauſſam fuiſſe, quòd non ad bonum, ſed ad laſciuiam, concupiſcentiâ abuſus ſit.* Ad laſciuiam flecti concupiſcentiam, non tam rationis, quàm ipſius concupiſcentiæ *abuſus* eſt, quaſi ipſa *concupiſcentia* ad carnis delicias hiantes pruna, ad rem virtutis vergere debeat, idoneo ac debito illius vſu. Quæ videtur ſcorentia paradoxo ſimilis. Alibi autem hoc thema e luce exſatiabamus. Sat hîc non innotatum dimiſiſſe. Ceterùm ad rem præſentem, pro τὸ *illuſionibus*, Aquila vertit,

Aquila. S. Hieron.

dedecore; Hieronymus, *ignominia*. Perueſtigare autem oportet, quodnam ſit hoc *dedecus*, aut *ignominia*, quæ *illuſio* à Propheta nominatur? Opportunè Chryſoſtomus homil. 5. in Epiſtolam ad Hebræos, perſtrictim elucidans illa Apoſtoli verba: *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate*, ſic fatur: *Subiungit in veritate, Quare in veritate? Eſt enim cupiditas illuſio & mendacium. Propterea dicit Propheta: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Non eſt ea res voluptas, ſed vmbra voluptatis. Caueamus igitur falſas voluptates, quas miſeria noſtra amplectitur.* Numis verè dicitur, voluptas, mendacium & *illuſio*; & quidèm quæ *dedecoris* ac *ignominiæ* notâ ſignificatur: voluptuoſæ enim deliciæ vocantur *illuſiones*: tum quia in iis veritas non eſt, ſed falſatum voluptatis ſpectrum, quod delicias mentitur ſponſione ludicrâ: tum etiam quia iis cupiendis & capiendis miſerandum in modum *illuduntur*, ac nihili habentur homines ad empyreas cæli delicias procreati. Ah expetibilior mundi voluptas, mera *illuſio* eſt, re voluptatis vacua, & *dedecoris*, ac *ignominia* plena! Sic eſt voluptas aut ipſa illuſio, aut illuſionis emphaſis.

ad Epheſ 6. v. 14.
S. Chryſoſt.
Voluptas concupiſcētia, mera illuſio eſt, ignominiæ plena.

5
Pſ. 31. v. 4.

Adhuc Pſalmographus pangit: *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: Conuerſus ſum in ærumna meâ, dum configitur ſpina.* Ingens ſupplicium hæc verba portendunt, quod libidinis merito Propheta patiebatur. Porrò Biblicâ phraſi *grauata manus*, pœnæ acerbitatem exaggerat. Nec mala quæ tolero, vel *nocte* intermittuntur ac ſilent; ſed *die ac nocte* me lacerant & diſcruciant. Quale autem illud malum ſit, pandit: *Conuerſus ſum in ærumnâ meâ, dum configitur ſpina.* Id eſt, remorſum patior conſcientiæ, quæ veluti ſtimulus cor lancinat. Ac ſi diceret: Priùs roſa mihi videbatur meum illud voluptuoſum adulterium cum Berſabeâ, & potitus concupitâ voluptate, illâ mihi dulcius nihil putabam, ſed malo meo didici, quàm fallax, ludicra, illuſoria, & mendax fuerit illa dulcedo, quam mille ſecutæ ſunt amaritudines, quæ tamquam ſpinæ animum meum pungunt lacerant, cruentant. Eheu pulchræ roſæ ſpinoſitatem nec videbam, nec ſentiebam, a nuno deluſo præſtigiis voluptatis! Pulchrè Gregorius lib. 2. Moral. cap. 15. de hominibus voluptuoſis ait: *Manent ſub ſentibus; & hoc ipſum delicias putant: quia dura quidem ex præſentis vita amore tolerant, & tamen ex affectu nimia cupiditatis obligati, laborem eiuſdem tolerantia voluptatem putant.* Ecce tibi optatiſſimæ libidinis malè dulcis voluptas, ſenticoſa & ſpinoſa eſt. *Manent ſub ſentibus, & hoc ipſum delicias putant.* Deliciari ſe autumant, dum altiùs *ſpina configitur*, & *laborem eiuſdem tolerantia voluptatem putant.* O præſtigiatricem voluptatem, quæ ſic ærumnas colorat, eâ facie calamitatem fingit, ita doloris acerbitatem mellit, vt grauis *tolerantia labor putetur voluptas: eſt enim cupiditas illuſio & mendacium.* Quæ tam phanatica *illuſio*, quàm veros dolores falſato voluptatis nomine nuncupare, eiſque è peruerſo deliciari? O inſanum rerum cenſum! Væ qui dicitis malum bonum, & amarum dulce!

Corde:. ibi.

Affectu nimiæ cupiditatis, labor tolerantia voluptas putatur.
S. Greg.

Pſalmo 5. ſic de arroganter, & voluptuosè impiis purpuratus Propheta pangit: *Iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis.* Scio apud quoſdam perinde eſſe, *decidere a cogitationibus*, ac cauſsâ cadere, ita Auguſtinus. Hieronymus verò per has *cogitationes*, falſa Hæreticorum dogmata, tamquam meras eorum cogitationes intelligit. S. Bruno ſuperbum de ſe faſtum, & præaltam ſui æſtimationem commentatur; ita vt *decidere à cogitationibus*, ſit cadere à gloriâ mundi, & ſummo honoris faſtigio, quæ mera cogitatio eſt, & imaginationis figmentum. Idem iudicium eſto de mundiali voluptate, quam mera cogitatio fingit ad placendi gratiam. Hûc forſan eleganter alludit Baſilius homil. 11. in Hexaëm. *Poſtquam à veris*, inquit, *in paradiſo deliciis excidimus, ſpurias delicias nobis ipſis excogitamus.* Spurias & adulterinas delicias appellat, quas virtus non gignit, ſed falſatæ cogitationis phantaſia mentitur adulterato conceptu, & fingendi licentiâ, adſimilium monſtrorum fœcunda matrix. Proh *ſpurias delicias nobis ipſis fingimus!* ô homines *decidant à cogitationibus ſuis*, & iſtiuſmodi præſtrigiatricem *illuſionem* intentiùs refutent! Delicias puta meram fraudem, quam deluſa cogitatio progit, & in concupiſcentiæ officina mentito penicillo colorat.

4
Pſ. 5. v. 11.
S. Aug.
S. Hieron.
S. Bruno.
Spurias delicias nobis ipſis fingimus.
S. Baſilius.

Oſeæ 10. ita profundè ſcribitur: *Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius.* &c. Nimitum idololatricos vitulos adorauit Ephraim, atque ideò illi vitulorum ſtudia placuerunt; illa videlicet, in quibus laboris & moleſtiæ multum non ineſſet, multum verò voluptatis, aut vſus; quale eſſet laſciuire in ſaltibus & pratis. Hæc verò ſiquid operis appeteret, illud eſſet leue, qualis erat tritura, in quâ delicioſum pabulum illi copiosè paratum erat. Tropologicum huius ſententiæ ſenſum, & ſenſui litterali, & huic themati accommodatum tradit Gregorius, qui lib. 20. Moralium cap. 16. ad illud Iob cap. 30. v. 7. *Qui inter huiuſmodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant*, ſic eloquenter ſcribit: *Vitula trituræ laboribus aſſueta, relaxata plerumque ad eundem laboris vſum etiam non compulſa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi ſeruitiis dedita, & rerum temporalium fatigationibus aſſueta, etiamſi ſibi labore vacare liceat, ſubiſſe tamen terrenis ſudoribus feſtinat, & vſu miſeræ conuerſationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanæ ſeruitutis ceſſare* non

5
Oſeæ 10. v. 11.
Iob 30. v. 7.
S. Greg.
Deliciarum laborem ac moleſtias homines diligit, ſicut vitula trituram.

non libeat, etiamſi liceat. Hæc Gregorius. Et eadem propè homil. 10. in Ezechielem: quæ [Sanctius ad eum locum.] inibi noſter Sanctius adducit. Itaque impius ſcelerosè Ephraim, idololatriæ licentiâ delicioſus, deliciarum labores ac moleſtias vltrò ſubit, & in triturâ quærit voluptatem. *Ephraim vitula docta diligere trituram*, dum mundialium rerum fatigationem moleſtam, quam hianter appetit, delicias reputat. O inſaniam! merus labor phantaſiæ ſeu *cogitationis* arbitrio ſic dulceſcit? Sic mentita *illuſio*, hominum vota illicit, & ærumnarum tolerantia, inſano rerum cenſu voluptas putatur?

6 [Ad Phil. 3. v. 8.] Ad Philippenſes 3. ſic Paullus ſcribit: Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu-Chriſti [*Mundi voluptas, detrimentum, ſeu ſtercus dicitur.*] Domini mei, *propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora.* Omnia, inquit, id eſt, res omnes omninò, putà opes, honores, delicias, gloriam, voluptates, & quiduis aliud, quod mundus hic amat, miratur, anhelat, & hianter exambit. Hæc *omnia*, inquam, tamquam damnum & *detrimentum*, imò & tamquam *ſtercora* & excrementum reputo, dum vero cenſu mundialia bona taxo. Noſter [Habac. 2. v. 16.] Cornelius ad Biblicam ſapientiam factus vir, in Habacuc cap. 2. ad illud verſ. 16. *Repletus* [Cornel. ibi.] *es ignominiâ pro gloria.* Hunc Paulli locum moraliter elucidans, aduocat illud S. Gregorij Nazianzeni Orat. 38. vbi ait, *Delicias non* [S. Naz.] *eſſe aliud quàm pretioſum ſtercus.* Nazianzenum [S. Hier.] magiſtrum ſecutus eſt S. Hieronymus Epiſt. 13. ad Paullinum: *Qui Chriſtum*, inquit, *deſiderat, & illo pane veſcitur, non magnopere quærit, de quam pretioſis cibis ſtercus* [Nicetas.] *conficiat.* Quare Nicetas in Orationem 38. Nazianzeni ſub finem: *Omnis*, ait, *voluptas quæ nec ex Deo, nec in Deo ſuſcipitur, voluptatis excrementum eſt.* Ecce tibi Paullus, æquus rerum æſtimator, *omnia*, quæ falſato mundi cenſu, magni æſtimantur, & omnium ſuſpiria trahunt; cenſet eſſe *detrimenta, ſtercus*, atque *excrementa*. Eſt enim mundana voluptas, mera cogitationis illuſio, quæ rem putridæ moleſtiæ, deliciarum obtentu fraudulenter mentitur.

---

§. CX.

Suauitatem, quàm in vitiis mundus mentitur, Chriſtiana virtus verè implet.

1 [Seneca epiſt. 39.] MAgni animi eſt, magna contemnere, atque mediocria malle, quàm nimia. Illa enim vtilia vitaliaque ſunt: at hæc, eò quòd ſuperfluunt, nocent. Sic ſegetem nimia ſternit vbertas, ſic rami fructuum onere frangunrur. Sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit; quâ non tantùm in aliorum iniuriam, ſed etiam in [*Quàm ſit infelix mundi felicitas.*] ſuam vtuntur. Quis hoſtis in quemqoam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ ſunt? quorum impotentiæ atque inſanæ libidini ob hoc vnum poſſis ignoſcere, quòd quæ fecere, patiuntur. Nec immeritò hic illos vitiorum furor vexat. Neceſſe eſt enim in immenſum exeat cupiditas, quæ naturalem modum tranſilijt. Ille enim habet ſuum finem: inania, & ex libidine orta, ſine termino ſunt. Neceſſaria metitur vtilitas; ſuperuacua quò rediges? Voluptatibus vtique ſe immergunt, quibus in conſuetudinem adductis, carere non poſſunt: & ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eo peruenerunt, vt illa, quæ ſuperuacua fuerant, facta ſint neceſſaria. Seruiunt vtique voluptatibus ſuis, non fruuntur: & mala ſua (quod malorum vltimum eſt,) amant. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, vbi turpia magno ſumptu & labore; atque ſalutis iacturâ comparata, non ſolum delectant, ſed & placent. O quàm magno infelici ter pretio, humana felicitas, gloria, & voluptas ab eorum amatoribus emitur! Heu homines calamitatis citiùs, quàm voluptatis riuales! Sola virtus vitæ incommoda mitigat, & aduerſa lenit, ac mellit.

2 [Eccli. 40. v. 1.] Verè nimis dixit Siracides cap. 40. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, *& iugum graue ſuper filios Adam, a die exitûs de ventre matris eorum, vſque in diem ſe-* [Anſ. Laud.] *pulturæ in matrem omnium.* Anſelmus Laudunenſis in Gloſsâ interl. ſic locum exponit: *Graue iugum afflictionis ſuper filios Adam heredes originalis peccati.* Hanc Protoparentis hereditatem, à conceptu omnes eius filij indubitanter adimus, & vetus illius pomum adhuc crudum fœtidè ructamus; & pro inconſultè expetitis ambitionis, gulæ, & concupiſcentiæ delicijs, laboris ſudorem, tribulorum ſpinoſitatem, & anxias moleſtè curas fruſtrà captamus. De primi Adæ hereditate venit grauiſſimum hoc *afflictionis iugum* in vitâ humanitùs tranſigendâ, niſi illud alleuet ac [Drogo Hoſtienſ.] leniat *ſuaue* Chriſti *iugum.* Appoſitè Drogo Hoſtienſis homil. de Paſſione: *Quamdiu ſum*, inquit, *filius veteris Adam, graue iugum porto; ſi eſſem filius noui Adam, leue iugum* [Zach. 5.] *portarem. Quod eſt iugum graue? Talentum plumbi. Et quod eſt iugum leue? crux Chriſti. Illud ſicut ſcriptum eſt, ſubmergitur in aquis vehementibus: iſtud enatat ſuper aquas.* Talentum plumbi grauiſſimum dicitur mundialis concupiſcentia, ambitio, gloria, quorum [*Qui vitia ſectantur, graue Adæ iugum, iterum velut ſuperimponunt ſibi.*] auidam appetentiam ex parente Adamo omnes hereditamus, qui eſt cenſus appetitæ voluptatis in primordiali delicto. Dum licentiâ liberi arbitrij, & male dulci voluptatum lenocinio, Chriſti iugum excutis, & velut exlex, quod libet, licet; tunc, tunc quidem grauiſſimum Adæ iugum neſcienter experiris, quaſi originale delictum, & pœnas illius appendices, iterùm in te reſculpſeris, & grauatè ſubeas. Serò ſapiunt illi, qui damnati [Sap. 5. v. 7.] dicebant: *Laſſati ſumus in viâ iniquitatis &* [*Chriſti crux autem leue eſt.*] *perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Hîc, hîc mergit *talentum plumbi*: Chriſti autem crux, & Euangelicæ virtutis diſciplina, quæ pergrauis videbatur, ſuper aquas enatat, nec naufraga fertur. Imò moleſtiarum, tribulationum, & calamitatum, quæ in vitâ occurrunt, naufragia digerit, amaritudinem virtutis mellit, atque eius pondus ita ſuauiter

ter alleuat, vt *graue iugum* filiorum Adam reddat leue, ſuaue, iucundum. Quod ipſe mundi Saluator integrâ fide dixit: *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Hoc pergraue Adami iugum ignoranter ſubibant hi nequam Senes, & male ad laſciuiam iuuenes, qui in ætate propè effœtâ, ieiunio impranſi macerantur, vt oculos Suſannam videndo fruſtrà paſcant. Exinde amoris delicias *dolorem* appellant. Ac denique lapidum vibicibus liuidi, & fixionis æſtu torridi, tardè occlamant: *Laſſati ſumus in viâ iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Sanè via difficilis eſt, quam virtus non reddit expeditam & facilem.

Matth. 11. v. 30.

Hic verſ. 13.

3 Paullus ad Romanos 6. ſic eos alloquitur: Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Gratias autem Deo quòd fuiſtis (eſſe deſiiſtis) ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis. Nota attentiùs ſententiæ clauſulam: *Liberati autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* Proponit hîc Apoſtolus duos reges, eóſque ſibi inuicem opponit. Prior rex ſeu Tyrannus eſt peccatum, huius ſerui ſunt omnes peccatores, qui illi obediunt, quorum ſtipendium eſt acerba voluptatum proſecutio; finis autem infeliciſſima mors. Poſterior rex eſt Chriſtus; ſeu Euangelicæ legis obedientia, quam fideles alacri promptitudine ſuauiter præſtant: horum ſtipendium eſt dulcis virtutum fructus; & finis, vita æternùm beata. Vtrique ſeruitur, ſeruitute autem diſpari. Vtramque elucidat Chryſologus Serm. 94. vbi eleganti perſtrictim commentario, præſcripta Paulli verba ita exponit: *Liberati autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Nouo,* inquit, *libertatis genere, non eſt amiſſa ſeruitus, ſed mutata..... Quid hic rogo, non diuinum eſt, vbi ſeruitus pellitur ſeruitute, vbi fugatur conditione conditio, vbi mors morte moritur, vbi perditio perditione ſanatur, & (vt propriè ac breuiter dicam) vbi tota aduerſitas aduerſitatis mucrone proſternitur.* Nimirùm qui peccato ſeruit, qui male dulcem vitiorum ſeruit ſeruitutem, qui velut exlex, paſſionum licentiâ petulante in voluptabile quoduis effrenis it, graue iugum ſubit, ſub peccati ac Diaboli tyrannide totus. At virtutis ſtudium, & ingenua Dei ſeruitus, intolerabilem illam ſeruitutem pellit, nec *eſt amiſſa ſeruitus, ſed mutata.* Non ſubit Adami iugum, quod eſt iugum graue, durum, acerbum, ſed onere Euangelij leui, & Chriſti iugo ſuaui, intolerabile vitiorum iugum excutit: & dita illa *ſeruitus pellitur ſeruitute, fugatur conditione conditio, mors morte moritur, perditio perditione ſanatur, & aduerſitas aduerſitatis mucrone proſternitur.* Bona *aduerſitas*, quâ infelicitari videtur virtus! ſic autem proſperè felicitatur, vt *aduerſitates* quæ in vitiorum proſecutione ſubſunt pellat, & expetitas eorum voluptates improſperet, felle aſpergat & amariſſima reddat. Profectò graue iugum eſt & grauior ſeruitus, quam ſuaue Euangelij iugum & ingenua Chriſti ſeruitus potenter expellit. Virtutis prærogatiuum eſt, quod ipſius lenocinio, dura Diaboli *ſeruitus*, & dita peccati *aduerſitas* benè exulent ſuaui Chriſti iugo, & dulci ſeruitute.

ad Rom. 6. v. 18.

Cornel. ibi.

S. Chryſol.

Virtutis ope, non eſt vitiorum amiſſa ſeruitus, ſed mutata.

4 Lucæ 15. prodigus ille adoleſcens cenſu paterno benè dato, & malè accepto, patris abſentiâ luxu lenocinante, opes ligurit. Inops inſeruire cogitur hero ſordido, & ipſe ieiunus porcos paſcere. *In ſe autē reuerſus*, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo! Surgam, & ibo ad patrem meum. Reducem filium a longè vidit pater, *& accurrens cecidit ſuper collum eius*, vt amoris onere, peccati tolleret onus; & ſic ſuaui amplexuum iugo, malè onuſtum mulceret collum. Eleganter Gilbertus Serm. 25. in Cantica, hâc ſuper re ita ſcribit: *Reuertenti filio Pater obuius procedit ad collum eius. Pia ſarcina, & iugum dulce; quod tamen ſuſtinere, nec ſentire meruit, donec primò in ſe reuerſus ſeruilem conditionem diripuit.* Graue & acerbum ieiunæ ſeruitutis iugum hactenùs Prodigus adoleſcens ſuſtinuerat; qui tamen paterni complexûs *piam ſarcinam, & iugum dulce*, donec illam vitiorum ſeruitutem exuit, nec *ſuſtinere, nec ſentire meruit.* Quàm ſit ſuaue ac *dulce iugum* Chriſti, nemo, nemo inquam, *ſentire* meruit, quouſque Diaboli ſeruitutem, & pergraue peccati iugum excuſſit. Hebes eſt, & ad veram *ſuauitatem* inſenſilis, qui ſub peccati iugo ac ſeruitute, mundi delicias hianter emendicat, & emendicatò captare exambit. Commuta iugum, & veram virtutis dulcedinem *ſentire meruiſti*: mundialis namque dulcedo ſub iugo grauiſſimo, delicias voluptate exuccas, & meras fucatæ ſuauitatis fraudes egregiè mentitur. Exindè Prodigus adoleſcens *iugum dulce ſuſtinere nec ſentire meruit, donec primò in ſe reuerſus ſeruilem conditionem diripuit.*

Luc. 15. v. 20.

Gilbertus.

Prodigus adoleſcens iugum dulce nō ſentit, donec ſeruilem conditionem diripuit.

5 Iob 40. Deus de Behemoth (ſiue ſit Elephantus, ſiue taurus) hæc refert: *Huic montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi.* Biblia Tigurina, *ludunt apud eum*. Nonnulli Interpretes putant, quòd *Beſtias agri ludere ibi*, eſt ei *illudere*: nam verbum *ludere* frequenter ſignificat *illudere*, & *irridere*. Ceterùm cùm ethici expoſitores per Behemoth intelligant Diabolum, dubium eſt, quinam ſint, qui apud eum ludant? & quinam ſit iſtiuſmodi ludus? Sanctus Gregorius lib. 33. Moral. cap. 2. hunc Iobi locum verſans, ſic illum ad mores exponit: *Omnes beſtiæ agri, ludunt ibi. Ludus eſt Dæmonum, cum vagas & inſtabiles animas de vitio rotat in vitium.* Itaque quiſquis illic in voluptatis trahitur ad vitium, quiſquis gulæ præſtigijs ineſcatur, quiſquis ambitionis vanagloriâ extimulatur; dum hæc captat, maledulces voluptates, & lubricam felicitatem excipit; ſed reapſe *Ludus eſt Dæmonum*, quo animas vagè voluptuoſas, & mundanâ proſperitate deceptas, *de vitio rotat in vitium*, & indè quaſi per ludum, ad infernale barathrum torando præcipitat. Heu quaſi per ludum aut iocum delinquis; ſed dum voluptate aut ambitione ludis, ludum Dæmonum puta, quo tibi illudit, & pernicioſiùs irridet!

Iob 40. v. 15.

Tigurina.

Pineda ibi.

Voluptuoſa improbitas, ludus eſt Dæmonum, quo animas in infernum vocat.

S. Greg.

Huiæ

Iſaiæ 57. v. 21. Lxx. Interp. *Non eſt pax impiis, quoniā affectus fremunt.* Seneca epiſt. 57.

6 Iſaiæ 57. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* Lxx. Interpretes ſic excribunt: *Non eſt gaudium impiis.* Itaque opulentæ impietatis, & felicitatis humanæ fructus videtur dulcis, voluptuoſus, ſuauis; eſt autem turbulentus, inquietus, amarus, peracerbus. Sapienter Philoſophorum moraliſſimus: *Quid prodeſt*, inquit, *totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt? Omnia noctis erant placidâ compoſita quiete. Falſum eſt. Nulla placida quies eſt, niſi quam ratio compoſuit.* Annon penè Chriſtiano cothurno Seneca?

---

§. CXI.

Ieiunium corpus velut excorporat, ſpem nutrit, Deo induit, & legiſlatorem idoneum format.

Seneca epiſt. 15. *Ciborum ſarcinâ animus eliditur.*

1 STulta eſt, & minimè conueniens viro Chriſtiano, & virtutis ſtudioſo, poculenta & eſculenta luxuriantis palati occupatio. *Adiice nunc, quòd maiori corporis ſarcinâ animus eliditur, & minus agilis eſt. Itaque quantum potes, circumſcribe corpus tuum, & animo locum laxa..... Copiâ ciborum, ſubtilitas animi impeditur.* Corporis ſaginâ hebeſcit animus, ratio obbruteſcit; & inde gulæ deditus, minùs homo eſt, de potiori ſui parte læſurâ non modicâ. Ergo te tibi ieiuniis reſculpe; & quod de mente, largiùs bibendo & epulando exciderat, ieiunando reſtaura. Epulones ac bibones pura (ſemel nominabo) exteriores & interiores botulos, mente & ventre monſtroſè diſtentos, virtuti ac menti inidoneos, vtriuſque maximo præiudicio. Sic Adam de eſculentâ Euæ ſuaſoriâ, ſuam ac ſuorum innocentiam cibo vendidit, & paruo mortem emit ſumptuoſam. Teneo igitur à primordio homicidam gulam: & cùm vltrò cibum pro veneno deputem, velut antidotum ſumere oportet famem ieiunam; quò inedia, quod ſagina extinxerat, æmulo modo redaccēdat in virtute, in animo, in mente. Homo enim ieiuno corpore impaſtus, Deo, ratione, ac probitate ſaginatur.

Ciborum ſagina vtrumque.

Exod. 34. v. 28.

2 Exodi 34. Moyſes de colloquio diuino diuinam legem accepturus, ieiunus aſcendit in montem nube arcanum. Et habitauit gloria Domini ſuper Sinaï. De medio autem caliginis Moyſen Deus euocauit. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Additur Deuteronomij 9. v. 9. Moyſen quadraginta illis diebus nihil comediſſe, bibiſſe nihil, Dei verbo, virtute, colloquio, gloriâ ſaginatus. Excorporatúſne erat Moyſes, inedia tamquam pabulo ſuſtentatus? In corpore an extrà corpus, impranſus & incœnatus Propheta Deo adſtitit? Inchoatam de inediâ gloriam, gloria de diuino colloquio conſummauit? Luculenter ad rem Chryſologus Serm. 166. *Moyſes ipſe*, inquit, *dierum quadraginta ieiunio vſu humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine Deitatis: neque intueri eum mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantiâ Dei diu paſtus, tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta.* Bona inedia, quæ Moyſen in corpore degentem ſic corpore exinaniuit, ſic carne euacuauit, ſic carnis affectibus defæcauit, vt velut carnis ignominiâ exemptus, totus diuinitatis mutaretur in gloriam; & in cæcâ humani corporis obſcuritate, toto fulgeret lumine Deitatis. Bona inedia, quæ ſpurcam vitiis carnem ita excoquit, & à concupiſcentiæ ſcoriâ ſic percolat, ac depurat, vt cæleſtes glorias anticipet, & præcoquo elogio immaturè prælibet! quod eſt magnum ieiunij ſacramentum.

Deut. 9.

S. Chryſol. *Ieiunio humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore.*

R.P. Didac. Celada in Suſannam.

Geneſ. 26. v. 2.

3 Geneſeos 26. ortâ autem fame ſuper terram, poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum, in Gerarâ. *Apparuitque ei Dominus, & ait: Ne diſcedas in Ægyptum, ſed quieſce in terrâ quam dixero tibi.* Eccur Deus Patriarcharum amantiſſimus, ita ſeriò vetat, ne Iſaacus terræ ſterilitate ferè oppreſſus, inopiam fugiens, fugiat in Ægyptum fœcunditate opinatiſſimam: iubétque, vt maneat in Palæſtinâ tunc frugum ſterili, & fame fertili? Patriachiſne Deus copiam inuidet, & ſic ſollicitè famem negotiatur? Audiendus eſt inibi Oleaſter, qui hac ſuper re ſic ethicè philoſophatur: *Ne diſcedas in Ægyptum. Timet Deus ſuis loca amœna, & abundantiam: quoniam nouit homines, etiam iuſtos, facilè amœnitate loci delectari. Erat enim terra Ægypti fertilis, & quæ ſuâ abundantiâ & copiâ, facilè poſſet allicere Iſaac: ideò noluit eum illuc deſcendere.* Subdit ad rem eleganter: *Eſt etiam huius rei alia ratio: quoniam nolebat eum perdere poſſeſſionem conceſſæ ſibi terræ.* Scilicet terræ inopiâ, & ieiunâ Palæſtinæ ſterilitate fameſcat Patriarcha, diuinarum promiſſionum heres, ne conceſſæ ſibi Terræ promiſſionis promiſſionem perdat, ſpem fruſtretur, & promiſſa deludat. Promiſſæ terræ poſſeſſionem inedia præſtituat, ieiunium firmet; & ieiuna fames negotietur, quod forſan perderet copiæ otium. Bona ſanè ſterilitas, quæ dum ieiunium operatur, paradiſiacæ terræ certam promiſſionem procurat. Incertáne eſt cæleſtium promiſſio, quam non fundat ieiunium? In his verbis nota etiam aliorsùm, quòd amœniſſimæ & fœcundiſſimæ Terræ promiſſionis promiſſionem, & futuram illius poſſeſſionem ſterilitas ieiuna procurat; quaſi inedia ieiunè arida fœcundiorem abundantiam è diuerſo negotietur, & ſterile ieiunium oppigneret fertilem exinceps abundantiam, & felicem copioſè ſaturitatem. *Ne diſcedas in Ægyptum: quoniam* Deus *nolebat Iſaacum perdere poſſeſſionem conceſſæ ſibi terræ.* Sic etiam Dei populus dum in captiuitate Babylonicâ premitur ieiunâ inopiâ, felicem reditum in patriam, & futuram inibi abundantiam auguratur. Quin & hi nequam Senes prandij horam, quâ ieiunium ſoluant, communicato flagitij fœdere moraliſſimè infelicitant.

Oleaſter. *Sterilitas terræ promiſſionis, poſſeſſionem illius fundat?*

Inedia abundantiam oppignerat?

Hic verſ. 13.

4 Regius Propheta Pſalmo 103. ſic altè pangit: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confeſſionem & decorem induiſti, *amictus lumine ſicut veſtimento.* Hoc aliqui de creatâ luce diuinitatis ſeu ipſius

Pſalm 103. v. 2.

1.Ioan.1.v.5. Loiinus. Coideitus ibi.

eſſentiæ diuinæ intelligunt. *Quoniam Deus lux eſt:* exindè Deus ſeipſo tegi, indui, & inornari dicitur. De quo latè inibi Lorinus noſter. Sed magis placet ſententia illorum qui hoc de creata luce dictũ accipiunt: ita vt ſicut Reges & Principes ex paludamento & ornatu regio, *ita Deus ex ipsâ lucis procreatione cœperit innoteſcere; quâ ad captum noſtrũ appoſitè, veſtitus quodammodò dici poſſit, cum anteà quaſi nudus in ſecreto & inacceſſo diuinitatis ſuæ cubili ſibi ſoli notus ageret*, vt ibidem exponit Corderius. Pulchrè Ambroſius lib. de Eliâ & ieiunio, c. 4. *Bonum*, inquit, *veſtimentum lux: ſcriptum eſt enim, Circumdatus luce ſicut veſtimento. Bonum veſtimentum quandò circumdat Dominus, & operit ieiunantes.* Nimirùm Deus amiciri lumine perhibetur; ieiunator autem Deo veſtiri dicitur. Vſque adeò diuinis coloribus, mediæ penicillo ieiunium ieiunantem pingit, & diuinitatis tinctutâ imbuit & colorat, vt ieiunator Deo operiri, & indui prædicetur. Quid niſi diuinum, aut diuinitatis æmulum, videas in homine, qui arcano ieiunij arbitrio Deo operitur, induitur, ornatur? Vnde nuper ex Chryſologo reſcripſimus: *Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio, ita humano defæcatus eſt, & exinanitus a corpore, vt adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine Deitatis.*

Ante lucis productionem Deus quaſi nudus latebat.

S.Ambroſ.

Deus luce; ieiunator autem Deo veſtitur.

S.Chryſol. ſuprà.

5
Iſaias Propheta c.33. ſic Dei populo gratulatur: *Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter.* Benè eſt, Deus ſit Hebræi populi Rex ac iudex: quid eſt, quod *legifer* populi nuncupatur? An nõ Moyſes fuit legiſlator? Id paſſim Pentateuchum buccinat. Quid ergò eſt, quòd hoc Dei elogiũ Moyſes æmulatur? Quænam Moyſis virtus, grande Legiſlatoris nomen, & legiſlationis rem illi peperit? Tertullianus lib. aduersùs Pſichicos c.6. agens de Moyſis ieiunio, ita ſcribit: *Et vidit oculis Dei gloriam, & audiuit auribus Dei vocem, & corde concepit Dei legem.* Sic ieiuniũ carneos oculos cæleſti viſu inoculat, vt Dei gloriam videant? ſurdas cælo aperit aures, vt arcanas Dei voces clarè excipiat? ſic eſt de ieiunio perſpicax, vt abſtruſam Dei legẽ mente conijciat? Luculentiùs ad rem Chryſologus rationẽ reddit, cur Moyſes ieiunus Meruit Legiſlatoris elogium: *Meritò*, inquit, *hic talis legem ſancire meruit, qui totum quicquid in homine lex vrgere poterat, peramiſit.* Bellè quidẽ de more Chryſologus! Nimirùm ſic inedia carnem macerat, corpus velut excorporat, paſſiones humanas cohibet, ſiſtit ſubſultus, appetitum frenat, concupiſcentiam mitigat, ſedat iracundiam, vindictam arcet & reliqua vitia inhibet; vt ieiunij beneficio, *totum quicquid in homine lex vrgere poterat*, extirparit. Benè igitur ieiunator velut exlex, Legiſlatoris munus obit, Dei æmulatione opinatiſſimus.

Iſaiæ 33. v.22.

Moyſes ieiunij priuilegio eſſe meruit Legiſlator. quare?

Tertullian.

S.Chryſol. Serm.166.

6
Cùm Protoparentibus præcepiſſet Deus, ne de arbore ſcientiæ boni & mali ederent; ſerpens calidior cunctis terræ animantibus, & Diabolo imbutus, dixit ad mulierem: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Cauſſam diuinæ præceptionis, quâ ieiunium Deus indixit, neſciuit mulier. Ea autem eleganter traditur in Catenâ Græcâ ad præſcriptum cap.3. Geneſeos, nempè vt homo à brutis pecudibus diſcerneretur: *Homo ita à Deo conſtitutus eſt, ne aliorũ animalium exemplo ventri ſemper ſeruire cogatur, ſed ſtatuto tempore, ſi in cenſum generis humani referri, non autem in beſtiarum ordinem redigi velit.* Itaque parum de ſe referebat, vt cui tota paradiſi vbertas erat conceſſa, ab vnâ duntaxat arbuſculâ temperaret. At multum quidem per omnem modum intererat, vt homo ratione vtens, & ſimilitudine Dei nobiliter impreſſus, à pecoribus brutis diſcernatur. Beſtiali pecudi volupe eſt ſemper herbaceum cibum carpere; numquam brutum animal ſatur eſt, & indè auidâ appetentiâ extimulatum, ieiunium neſcit, inediam prorsùs ignorat, ſi pabulum carpere liceat. Itaque homo adſtringatur aliquâ lege ieiunij, quæ ſit velut rationis character, & rationalitatis teſſera, quâ à brutis pecudibus diſcernatur. Ergò ieiunij lege adſtringatur homo, *ſi in cenſum generis humani referri, non autem in beſtiarum ordinem redigi velit.* Frequens ſagina, & ad palati ſaporem gula frequens, cenſus beſtiarum eſt; ad quem cenſum homo alioqui rationalis, planè redigitur, qui ieiunium ignorat, & ad menſarum delicias inceſſanter hiat.

Geneſ.3.v.1.

Cat.Græca.

Teſſera, quâ homo à pecudibus diſtinguitur, ieiunium eſt.

---

§. CXII.

Opulente pretioſus cenſus Euchariſtici prandij, quod hi Senes declinant ſalaci fraude.

EVangelicus Vates fideles omnes ad cæleſte Euchariſtiæ prandium ſic largiter propinat: *Omnes ſitientes venite ad aquas* (ad potum, inquam) *& qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque vllâ commutatione vinum & lac.* Lxx pro τò *lac*, adipem excribunt: *Emite vinum & adipem.* Quod S. Hieronymus, Cyrillus, Procopius, & Leo Caſtrius rectè referunt ad Sacramentum Euchariſtiæ. Hebræi enim *adipem* vocant id quod in quâlibet re lectiſſimum eſt & optimum. Tale autem in lege nouâ eſt Euchariſtia. De quâ in ſenſu myſtico ait Pſaltes: *Cibauit eos ex adipe frumenti.* Itaque abſque argento, & abſque vllâ commutatione emitur ſeu accipitur Euchariſtia, quia adeò pretioſa eſt, vt omne pretium excellat. Quare non tam de re ipsâ (quæ enim mens adæquè eam taxet?) quàm de affectu noſtro æſtimari debet. Eloquenter Emiſenus homil.5. ita ſcribit: *Quia corpus aſſumptum* Chriſtus *ablaturus eras ex oculis noſtris, & ſideribus illaturus, neceſſarium erat vt nobis ex hac die ſacramentum Corporis & Sanguinis ſui conſecrares: vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium: & quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet etiam redemptionis oblatio: & perennis illa victima viueret in memoriâ, & ſemper præſens eſſet in gratiâ.* Perbella ſententia, & alibi forſan emedullanda. Addit ad rem: 2

Iſaiæ 55. v.1.

Lxx.Iu[...]

S.Hieron. S.Cyril[...] Procop[...] Leo C[...] Corn[...]

Hebræi

Pſal.80. v.17.

Euſeb.[...]

Euch[...] ſemper [...] præſens in gratiâ.

Vero

Euchariſtia *Verè vnica & perfectahoſtia, fide æſtimanda*
affectu æſti- *non ſpecie: nec exteriori cenſenda viſu, ſed in-*
manda eſt *teriori affectu.* Itaque cenſus Euchariſtiæ, ſu-
quare? mendus non dicitur ex re ipſâ; impar eſt
enim humana tenuitas in hoc viæ ſtatu, ad tan-
tum tamque diuinum myſterium dignè æſti-
mandum: eius ergò æſtimatio deſumenda dici-
tur ex noſtro *affectu.* O quàm eſt audax huma-
nus *affectus* ad auguſtè æſtimanda ea, ergà
quæ impreſſiùs afficitur! Audet pietas etſi per
ardua audet *affectus* quaſi per errorē. Igitur mē-
tis pietas ergà Euchariſtiā dignè æſtimandam,
calcari *affectûs* noſtri acriùs extimuletur ad
plus audendum in eius cenſu. Cenſus enim
Euchariſtiæ ex humano nunc *affectu* ſum-
ptuoſiùs deſumitur. Ergò Euchariſticus cibus
affectu peoditur, & gratis emitur: tanta enim
eſt eius ex *affectu* æſtimatio, vt oullum pre-
tium dignum inueniatur.

3 Matthæi 13. *Simile*, inquit, *eſt regnum cæ-*
Matth. 3. *lorum theſauro abſcondito in agro, quem qui*
v. 44. *inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius va-*
dit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrū
Cornelius. *illum.* Per theſaurum hunc Cornelius inibi
intelligit Euangelium, eiúſque doctrinam &
S. Aug. fidem. S. Auguſtinus lib. quæſt. Euangelicar. in
Matth. quæſt. 13. ſacram Scripturam accipit.
S. Hier. S. Hieronymus indidèm Chriſtum mauult.
Verùm Paſchaſius lib. de Corpore & Sangui-
ne Domini, ſacram Euchariſtiam opportunè
interpretatur, quæ rerum omnium pretio, ſeu
pretioſâ iacturâ emitur. Sic fatur Paſchaſius:
S. Paſchaſ. *In iſto agro Corporis Chriſti theſaurus abſcon-*
Mundialium *ditus vernat floribus immarceſcibilibus, & re-*
affectuum ia- *dolet odore ſuauitatis; quem qui inuenit homo,*
ctura Eucha- *vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit*
riſtia emitur, *agrum illum.* Itaque qui emere & poſſidere cu-
& poſſidetur. pie Euchariſtiæ theſaurum, omnem terræ
poſſeſſionem vltro abiicere debet: imò ſeipſo
expoliare, & omnem alium affectum planè ab-
dicare; vt ſuarum facultatum, & omnium mun-
dialum affectuū iacturâ, velut pretio Eucha-
riſtitiam emat & poſſideat. Nihil aliud præter
Euchariſtiam habeat, qui totum in Eucha-
riſtiâ poſſidere ambit. Vendat omnia quæ ha-
bet; vt omnia in hoc theſauro Euchariſtico
opulentiùs & auguſtiùs habere negotiatur.
Affectibus ergà reliqua expolietur, quia Eu-
chariſtia *affectu æſtimanda eſt.* Benè ergò *in iſto*
agro Corporis Chriſti theſaurus abſconditus
vernat, quem qui inuenit homo, vadit, & vendit
omnia quæ habet; & emit agrum illum. Lucu-
lenter quidèm Paſchaſius.

4 Marci 14. in ipſo Paſſionis limine mittit
Marci 14. Ieſus duos ex Diſcipulis ſuis in ciuitatem ad
quempiam, vt in eius domo Paſcha celebret.
Et ipſe, inquit, *vobis demonſtrabit cœnaculum*
grande, ſtratum: & illic parate nobis. τὸ *ſtratum*
Interpretes exponunt, id eſt, inſtructum men-
ſis & lectulis, ſeu toris diſcubitoriis, & pre-
tioſis tapetibus, frondibus inſuper & flori-
bus decoratum, omníque ſupellectile & ſum-
ptuoſiori ornatu ad celebrandum Paſcha ap-
paratum, vt nihil deſit niſi agni aſſatio, illa-
Græcus. tio & comeſtio. Græca, Syrus & Arabicus ad-
Syrus. dunt *paratum.* Deus enim hanc mentem or-
Arabicus. natiùs ſternendi, & pretioſiùs ornandi cœna-
culum herodomus indiderat in gratiam Chri-
ſti, & myſterij indidèm celebrandi, vt ſui

P. Didac. Celada in Suſannam.

Corporis & Sanguinis Sacramentum orna-
tiori loco ſumptuoſiùs celebraretur. Tantus
autem fuit huius cœnaculi ornatus, vt neceſ-
ſarium putauerit Theophylactus inibi aduer-
tere, quòd tametſi huiuſmodi cœnaculum al-
tum fuerit & grande, *tamen nihil habet vanæ* Theophyl.
gloriæ & tumoris. Res planè & admiratione, Sumptuoſiùs
& expenſione digniſſima, quòd Chriſtus Deus, tractatur Eu-
in ipſo veſtibulo Paſſionis, in quâ ſuum Cor- chariſtia,
pus verberibus, ſputis, colaphis, ſpinis, & quàm Chri-
cruci vltrò obiecit, tot cruciamentis & con- ſti Corpus
tumeliis dehoneſtandum & lacerandum; & quomodò?
ſuum Sanguinem ignominioſè effundendum;
idem Corpus, eundémque Sanguinem ſub
Euchariſtico Sacramento collocatum, ſic ho-
norificè collocari & tractari ſollerter nego-
tietur. Tanto honore, támque nobili ornatu
Corpus & Sanguis Domini ſub Euchariſtico
velo colenda ſunt, quandò ſic acerbè & con-
tumelioſè idem Corpus & Sanguis tractan-
da erunt? Quid tam auguſtum ſubeſt Eucha-
riſtiæ pretioſiori cultu adornandæ, vt de orna-
tiori eius apparatu præmonendum ſit, quòd
nihil habet vanæ gloriæ & tumoris? In hâc
præproperâ cautelâ, eius auguſtior dignitas
impreſſiùs tranſlucet.

Pſalmo 105. ſic occinit regius Vates: 5
Quis loquetur potentias Domini, auditas fa- Pſ. 105. v. 2.
ciet omnes laudes eius? Quódnam eſt hoc Euchariſtia
opus ſic glorioſè mirabile, ſic mirè augu- velut multi-
ſtum, vt, quaſi vna Dei potentia ad illud pa- plicat Dei
trandum non ſufficeret, pluratiuo nomine *po-* potentiam;
tentias exigere videatur? Imò quis *auditas fa-* dicíturque
ciet omnes laudes eius? Nemo enim loquendo omnis Dei
faciet, vt omnes Dei laudes audiantur. In- laus.
fans enim eſt omnis humana lingua, & muta
eloquentior panegyris, vt omnes Dei laudes
eloqui valeat. Sanè miriſſimum eſt opus, ad
quod patrandum, & *potentiæ* Deo humano
more adſcribuntur; & *omnes laudes* Dei in
compendium redigit. Profundè Chryſoſto- S. Chryſoſt.
mus homil. 83. in Matthæum, de Euchariſti-
co myſterio hæc Prophetæ verba intelligit,
ſic fatus. *Quo non oportet igitur eſſe puriorem*
tali fruentem ſacrificio? quo ſolari radio non
ſplendidiorem manum, Carnem hanc diui-
dentem? os quod igni ſpirituali repletur? lin-
guam quæ tremendo nimis Sanguine rubeſcit?
Cogita qualis ſis inſignitus honore, quali menſâ
fruaris. Quod Angeli videntes horreſcunt, ne-
que liberè audent intueri propter emicantem
indè ſplendorem, hoc nos paſcimur, & facti ſu-
mus vnum Chriſti corpus, & vna caro. Quis lo-
quetur potentias Domini, auditas faciet omnes
laudes eius? Potentiæ Domini exeri dicūtur ad
Euchariſtiæ myſteriū, in quo *omnes* Dei laudes
cōpendio tranſparent, & concinnè prædicātur.

Redeant iterùm ad examen præſcripta Pſal- 6
mographi verba: *Quis loquetur potentias Do-* Pſ. 105. v. 2.
mini, auditas faciet omnes laudes eius? Hæc ver-
ba intelligi de Euchariſtiâ, nuper ex Chryſoſt. S. Chryſoſt.
tradebamus. Sed cur non vna Dei potentia; ſed
vna plures pluratiuo vocabulo effertur? Quid
eſt *potentias* Domini hoc myſteriū operari? Au-
diendus eſt Damaſc. lib. 2 de Fide c. 11. qui illā
Dei vocem ad Adamum: *De omni ligno paradiſi* Gen. 2. v. 16.
comede, &c. de Euchariſtico cibo interpretatur, S. Damaſc.
ita opportunè ſcribens: *De omni ligno, quod eſt*
in paradiſo, eſcam comedite: nam ipſe eſt omne,

Eucbariſtiâ omne eſt; & mandicâs omne eſſe dicitur.

& per quem homo eſt omne. Scilicet pariim fo-ret, quòd Euchariſticus cibus, cui ſubeſt Chri-ſtus Deus, ſit virtute & potentiâ *omne*; quia ad omnia omnipotenter eualet, per potentiam, quæ vna plures dicitur ad eius vim antropo-pathôs exponendam; niſi homo de cibi Eucha-riſtici participio, *omne* etiam diceretur. O! ſic Euchariſtia velut omnipotentiam communi-cantibus mutat? O arcanam huius Sacramenti vim! Procliue cuique eſto, eiuſmodi ſenten-tiam ſententiarum grauidam aliter atque ali-ter ethicè enucleare.

7

ad Coll. 3. v. 1. &c.

Ad Coloſſ. 3. ita ſcribit Apoſtolus: *Si conſur-rexiſtis cum Chriſto..... quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Quomodò quis cum Chriſto reſurget? & quæ eſt hæc vita noſtra, quæ abſcondita eſt cum Chriſto in Deo? Et vndè iſtiuſmodi cæleſtium ſapor, rebus iam terrenis fatuè deſipientibus? S. Auguſtinus in Pſal. 34. hanc reſurrectionem adſcribit Euchariſtiæ; in eâ enim nunc accipi-tur Chriſtus, non moriturus, aut in tumulo mortuus; ſed ab inferis reſuſcitatus, & in cæ-lis ad dexteram Patris glorioſè ſedens. Sic altè ſcribit Auguſtinus: *Si conſurrexiſtis cum Chri-ſto dicit fidelibus Corpus & Sanguinem Domi-ni accipientibus; ſi conſurrexiſtis, inquam, cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, vbi Chriſtus eſt in dexterâ Dei ſedens, non quæ ſuper terram: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Itaque Euchariſtia, & re-præſētatio Dominicæ mortis eſt, & memoriale Paſſionis; quò indè redemptionis gratia vbe-riùs exundet: ſed ſymbolum Dominicæ Reſur-rectionis eſt Reſurrectionis glorias ſumptuo-ſiùs oſtendans, & Dominicæ aſcenſionis ſo-lium glorioſiſſimum: quaſi ibi ſubſit Chriſtus tamquam glorioſè à mortuis reſurgēs, gloriaſ-que Reſurrectionis communicantibus fœne-rans; & quaſi in cæleſti throno ſedens ad dex-teram Patris, donatiua cæleſtia ſumentibus im-pertitus. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto dicit fidelibus Corpus & Sanguinem Domini acci-pientibus.* Non morituras Chriſti glorias Re-ſurrectio eructat, glorioſa Aſcenſio definit; has æmulatur, quiſquis dignè hoc Sacramentum accipit. Vide ergò quàm ſit opulentè pretioſus cenſus huius prandij, cuius ſymbolum hi Se-nes malitioſè refutant. *Horam eſſe prandij* ad-uertunt; ſed luxuriari quàm prandere malunt; & indè fame nimis pauperinâ male pereunt.

S. Auguſt. *Chriſtus reſurgens Euchariſtiam accipientibus propinatur.*

Hic verſ. 13.

§. CXIII.

Encomium Euchariſticum ſacri textûs ductu protelatur.

1

B. Petrus Damianus Opuſc. 50. c. 3.

Cantic. 4. v. 11.

Euchariſtia eſt Diabolicæ perditionis iudicium.

SCitè B. Petrus Damianus: *Domini Corpus & Sanguinem etiam ore carnis crebriùs ſu-ſcipe vt hanc eius vocem meritò poſſis audire: Fauus diſtillans labia tua: mel & lac ſub linguâ tuâ. Terretur enim aduerſarius, cùm Chriſtia-ni labia Chriſti videt cruore rubentia. Agno-ſcit enim præſtò ſuæ perditionis iudicium, & diuinæ victoriæ, quâ captiuatus eſt, non tolerat inſtrumentum. Chriſtus ergò per myſterium ſuum tibi videatur in ore, & Chriſtus per ſui amoris incendium tibi viuat ſemper in corde.* Itaque malus Dæmon ſicut in paradiſeo illo cibo propinauit Adamo omniū hominū ruinā; ita in cibo Euchariſtico videt ac horret *ſuæ perditionis iudicium*; vt qui illo cibo damna-uit, hoc cæleſti cibo iuſtiùs dānetur: & qui in cibo victoriam reportauit, per cibum præſtan-tiùs captiuetur. Sententiuſe quidem diabolicæ *perditionis iudicium* Euchariſtia nominatur.

2

ad Rom. 12. v. 1.

Paullus ad Rom. 12. ita ſcribit: Obſecro vos per miſericordiam Dei, *vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placen-tem.* Quæ verba elucidans Chryſol. ſer. 108. hoc humani corporis ſacrificium cum ipſo Dominici Corporis ſacrificio eloquenter pa-riat, ſic fatus: *O inauditum Chriſtiani Pontifi-catus officium, quandò homo ſibi ipſe eſt, & ho-ſtia & ſacerdos! Quandò homo ſecum, & in ſe, & quod pro ſe eſt, Deo ſacrificaturus apportat. Hoſtia mactatur, & viuit; Sacerdos neſcit occi-dere, qui litauit. Fratres hoc ſacrificium Chriſti deſcendit ex formâ, qui Corpus ſuum pro vitâ ſe-culi vitaliter immolauit, & verè Corpus ſuū fe-cit hoſtiam viuā, quia viuit occiſus: in tali ergò victimâ mors expenditur, hoſtia permanet; viuit hoſtia, & mors punitur.* Itaque Euchariſtia eſt mortis *expenſio*, & mortis *punitio* eſt. Pœnaliſ-ſimè quidem mortem Euchariſtia punit, cùm mortis cauſſam in cauſſam viuendi contrario piè officio reſingit. & amico mortis ſymbolo vitā immortalē reſtituit. Editas morti hactenùs ſtrages, & cruenta flagitia dignè Euchariſtia *punit*, & acerbè caſtigat; dū per eā mors exulare cogitur, & captiua tenetur, & hactenùs victrix, vinci imbecillè diſcit. O benè! Supplicium mortis, Euchariſtia eſt, & Diabolicæ *perditio-nis iudicium.*

S. Chryſol. *Euchariſtia eſt mortis expenſio, & punitio.*

3

Matth. 6. v. 10.

Matthæi 6. ſic Deum orare iubemur: *Panem noſtrū ſuperſubſtantialē da nobis hodie.* Quare ſi noſter eſt hic panis ſuperſubſtantialis, illum iubemur petere, alibi expendimus, nempè vt orationis etiā titulo illū poſſideamus. Hic verò panis *ſuperſubſtantialis*, idem eſt quod ad ſub-ſtantiā pertinens, putà panis ſubſtantialis, eſ-ſentialis, ſubſtantiuus, qui ad conſeruandā ho-minis ſubſtātiā, eſſentiā, & vitā neceſſarius eſt. Ita Cornelius ex Baſilio, Chryſoſtomo, Theo-phylacto, Euthymio, Cyrillo & aliis. Hic autē panis ſubſtantialis ſeu eſſentialis proculdubiò ille ipſe eſt, de quo ait Siracides Eccleſ. 15. *Ci-bauit illū pane vitæ & intellectûs, & aquâ ſa-pientiæ ſalutaris potauit illū.* Hominis enim eſ-ſentia & natura intellectu conſtat, cùm homo eſſentialiter per naturā ſuā rationalis ſit, id eſt, intellectu & ratione præditus. Bellè pariter ac opportunè Germanus Conſtantinop. in orat. Dom. ita ad rem ſcribit: *Panis ſuperſubſtātialis eſt Chriſtus, qui eſt, & priùs erat, & in æternum permanet; qui verò ſe māducandū præbet, atque ſemper ſupereſt inconſumptus, vitamque mundo dat, quem omni tempore accipere, habere, & manducare poſcimus.* (Nota attentiùs quæ ſub-dit verba;) *quippe qui eſſentiæ noſtræ con-ueniat.* Alto quidem ſtilo Euchariſtia dicitur *eſſentiæ noſtræ conuenire.* Scilicet Euchariſtico *pane intellectûs* paſcatur rationalis homo, quo pars etiam intellectiua & humana *eſ-ſentia* congruè nutriatur; ne rationalis hominis *eſſentia* hoc alimēto fraudata, ethicè minuatur, flaceſcat,

Cornelius. S. Baſil. S. Chryſoſt. Theoph. Euthym. S. Cyrillus Ieroſol. Eccli 15.

Germanus Conſtant. *Euchariſticus cibus eſſentiæ humanæ con-gruit, ne ratio deficiat.*

flaceſcat, deficiat, & rationem ſenſim deſueſcat. Omne porrò peccatum barbarum eſt, & rationi diſſonum: vndè ergò tanta peccandi licentia, & tanta delictorum audacia, tam effrenis, ac mentis aurigatione deſtituta; niſi quia homo alioqui rationalis, non veſcitur *pane ſuperſubſtantiali, pane intellectus pane eſſentiæ noſtræ conueniente,* quo hominis ratio & *eſſentia* arcanè nutritur, ne ſenſim flaceſcat ac deficiat? O! eſuriant homines hunc cibum *ſuperſubſtantialem eſſentiæ noſtræ conuenientem.*

4 [Pſ. 67. v. 9.] Pſalmo 67. Terra mota eſt, inquit Pſalmographus: *Etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael. Pluuiam voluntariam ſegregabis, Deus hereditati tuæ.* Nempè cùm pluit Hebræis Manna, qui panis de cælo dicitur, fuitque expreſſior Euchariſtiæ vmbra. [S. Aug.] Quod indidèm Auguſtin. adnotauit: *Cum ergò tranſires in deſerto, terra mota eſt, terrens homines ad fidem excitati ſunt. Sed vndè mota eſt? Etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei. Forſitã hic aliquis recolat illud tempus quandò in deſerto cum populo ſuo, &c. Et hoc eſſe ſentiunt, quod cæli diſtillauerunt à facie Dei Iſrael: quoniam Manna pluit populo ſuo, quod etiam eſt, quod ſequitur: Mons Sina à facie Dei Iſrael.* [*Euchariſtia prodere dicitur à facie Dei Iſrael: quare?*] Scilicet cùm Deus largitur Euchariſtiam in præſtantiori typo, à facie *Dei Sinai,* id eſt, legiſlatoris, eam largiri dicitur. Euchariſtia enim eſt humani ad Deum obſequij cenſus, humanæ obedientiæ fomes, & obſeruatæ diſciplinæ cõpendium. Sed cur *à facie Dei Iſrael* Manna, ſeu Euchariſtia profluere dicitur? Reliqua dona, & hominibus donata beneficia, à Deo nobis donari perhibentur; Euchariſtia autem *à facie Dei,* & quidem *Dei Iſraelis,* id eſt, videntis Deum, quaſi Euchariſtia à Deo præmaturè, & quaſi beatè viſo ſeu ſpectato oriatur; Dei enim beatè videndi pignus & obſes eſt, & glorioſa illius prælibatio, quæ æternam beatitatem iam nunc prægustat. [S. Ambr.] [*Euchariſtia dicitur, beatæ & æternæ vitæ definitio?*] Quare ſcitè dixit Ambroſius de Paradiſo cap. 9. *Hic eſt cibus in quo vita definitur æterna.* Scilicet Euchariſtia eſt æternæ beatè vitæ idonea *definitio.* Porrò beatitudo eſt facialis Dei viſio: nam *à facie Dei* æterna beatitudo procedit; & in *Iſrael,* hoc eſt in Deũ videntem (ſic multi hoc nomen exponunt) deriuatur. Tanta autem eſt huius Euchariſtici cibi dulcedo, vt æternam beatitudinem, per fidem obſcurè notam *definiat,* id eſt, viatoribus exponat, & quodam ſui experientia declaret. De quo aliàs.

5 [Lucæ 24. v. 32.] Lucæ 24. in caſtello Emaus Diſcipuli Chriſtum cognouerunt in fractione panis. *Et ſurgentes eadem horâ regreſſi ſunt in Ieruſalẽ.* Expenſione digniſſimum eſt, quid in his Diſcipulis operatus fuerit panis iſte Euchariſtiæ vmbra. [Anaſtaſius] Quã ſuper reaudiendus eſt Anaſtaſius Sinaïta lib. Anagog. contemp. in Hexaëm. *Deindè,* inquit, *quid ſit poſt ſumptam eſcam, ſurgentes ipsâ horâ reuerſi ſunt in Ieruſalem: Ecce etiam à caſu excitatio: ecce etiam pulchra ab errore reuerſio: primum comederant, dein ſunt reuerſi.* [*Euchariſtia efficit ab errore reuerſio.*] ô mira Euchariſtiæ vis! Siue ruinæ proximus ſis ſiue à viâ exerres deceptus errore vitiorum; accurre quantocyùs ad hanc cæleſtem menſam, hunc panem dignè comede & confeſtim errorem dediſces, & ad Ieroſolyman, rectà perges. Cupis non errare à Ieroſolymâ optatiſſimâ, accede ad hanc menſam, hunc cibum mente & ore comede, qui eſt *pulchra ab errore reuerſio.* Hoc Manna quod prouenit *à facie Dei Iſrael,* arcanè faciet, vt confeſtim relicto errore *reuertaris in Ieruſalem*

P. Didac. Celada in Suſannam.

6 [Ioan. 19. v. 34.] Ioannis 19. crucifixi ac mortui iam Chriſti Dei latus, quiſpiam agreſtior miles dire lancinat: *Et continuò exiuit ſanguis & aqua.* [Ruffinus.] Ruffinus in expoſitione Symboli ait. *Produxit aquam, quæ credentes diluat: produxit & ſanguinem, qui condemnet incredulos.* Addit inibi [S. Chryſoſt.] Chryſoſt. *Quia hinc habẽt ortũ ſacra myſteria, cùm acceſſeris ad tremendum calicẽ, ita accedas vt ab ipſo bibiturus Chriſti latere.* [*Cur de latere Chriſti, aqua etiam exiuit?*] Scilicet, quia hoc factum non eſt ad meritum; proculdubiò factum eſt ad myſterium. Quod nã myſterium, niſi Euchariſtici calicis, cui aqua etiam infunditur? [Hugo.] Cuius cauſſam reddit Hugo Carenſis in c. 6. Ioannis, ſic fatus: *Item dicitur aqua: quia ſitim cupiditatis & peccati extinguit. Hæc eſt aqua, quæ fluxit de petrâ, Chriſto,* [1. Cor. 10. v. 4.] *1. Cor. 10. Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petrâ.* [S. Paullinus] Hugoni accinit Paullinus Epiſt. 30. *Illa petra,* inquit, *quæ nos inter huius ſeculi deſerta ſitientes iuſtitiam ſequaci fonte perſequitur, & dulci potu refrigerat, ne carnalium cupiditatũ æſtibus peruramur.* [*Euchariſticus potus ſitim cupiditatis & peccati interſtinguit.*] Ecce tibi potus Euchariſticus *carnalium cupiditatum æſtum refrigerat, & ſitim cupiditatis ac peccati extinguit.* Quid ſpirituali valetudini ſalubrius? quid tam hominibus expetendum, quàm hoc refici potu, qui *ſitim cupiditatis extinguat?* Malè homo calet cupiditatum æſtibus, & æſtuante peccati fomite perurgetur ad vitia, ſæuis libidinibus perpetim vſtulatur conſcientia; hoc autem poculo, hic æſtus mitigatur, & ſenſim interſtinguitur, *ne carnalium æſtibus peruramur.* Sibi continentiam inuidet, qui ab Euchariſtico potu abſtinet, qui cæleſtem hunc cibum negligit. Quare ſalaciſſimi hi Senes [Hîc verſ. 13.] dum hoc myſticè prandium adire neglectim cunctantur, libidinum æſtibus peruruntur, & tandem flammis vltricibus pœnaliſſimè torrentur.

7 [Cant. 2. v. 3.] Cantic. 2. ſic fatur Sponſa: *Sub vmbrâ illius quem deſiderauerã ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* [Lxx. Interp.] Lxx. Interpretes, *In vmbrâ eius cõcupiui, & ſedi.* [Arabicus.] Arabicus *Concupiui vmbrari vmbrâ illius, & ſedi.* Itaque & vmbram expetit, & fructum eius palato dulciſſimum concupiſcit. Is autem fructus gutturi dulcis eſt Euchariſtia, quà nos Chriſtus paſcit. [Aponius.] Ita Aponius, [Rupertus.] Rupertus, & [S. Bernard.] Sanctus Bernardus Serm. 48. [S. Greg.] Audiendus eſt Sanctus Gregorius, qui lib. 33. Moralium cap. 3. hunc locum ſic perſtrictim elucidat: *Sub vmbrâ illius quem deſideraueram, ſedi. Ac ſi dicat: Ab æſtu deſiccat deſideriorum carnalium: ſub aduentus eius protectione requieui.* [*Ab æſtu deſideriorum carnalium Euchariſtia deſiccat.*] Itaque pia anima carnalium deſideriorum cupidinibus æſtuans, Chriſti vmbram ardentiùs expetit: & eius fructum, id eſt, Euchariſticum cibum & potum anhelo ore concupiſcit, qui *carnalium deſideriorum æſtum deſiccat,* temperat, interſtinguit. Scilicet futura Chriſti ſponſa Euchariſtiam concupiſcit, ne carnalis concupiſcentiæ flammis exæſtuet. Euchariſtia enim *ab æſtu deſiccat deſideriorum carnalium.*

Hic verſ.13. Vndè quia hi Senes hoc prandium negligunt, æſtuante libidine effluunt.

---

§. CXIV.

Materia præcedentis Paragraphi multimodè adhuc ampliatur.

1 Canr.3.v.4. S.Bern. ſer. 35. in Cant. *Ineffabilis dulcedo Euchariſtiæ.*

PIa anima dum paſcitur dulciſſimo Euchariſtiæ cibo & potu, quo Chriſtus cenſetur, dicat cum ſponsâ: *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Huius ſuauitaris exceſſum ſic Bernardus deſcribit: *Quod quidem fit cùm mens ineffabili Verbi illecta dulcedine, quodammodò ſe ſibi furatur, imò rapitur, atque elabitur à ſeipsâ, vt Verbo fruatur. Dulce commercium, ſed breue momentum, & experimentum rarum, quærere vtique animam Verbum, quo fruatur ad iucunditatem: frui autem Verbo quid ſit, non docet lingua, ſed gratiâ.* O benè!

2 Pſ.44.v.3. Conc.Trid. S.Chryſoſt. *Quare in Euchariſtiâ Spiritu-ſancto potari dicimur?* Emiſen. de Paſchâ homil.5.

Illud Pſalmi 44. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis,* aliqui tropologicè ad Euchariſtiam deriuant, in quâ Deus omnes ſuas diuitias & gratias *velut effudit*, & fidelium labia & ora toto Deo impleuit. Adeò vt etſi corporatum Verbum carni & ſanguini Chriſti vnitum ſumpſeris, tot exundant gratiæ, ac ſi Spiritum-ſanctum velut in die Pentecoſtes quodammodò accipere videaris. Quò forſan adludit Chryſoſtomus homil.26. in Matthæum, ſic altè fatus: *Primus* (Chriſtus inquam) *calicem ſuum abſtulit, tu vel aquam frigidam iis* (pauperibus) *negas. Potauit te Spiritu-ſancto, quamuis indignus eſſes; tu neque corporalem hanc ſitim mitigare ſtudes.* Nimirùm ſic exuberant gratiæ in Euchariſtiæ poculo, ori communicantium infuſæ, diffuſæ, & *velut effuſæ*, vt videatur alter, aut iteratus, & ſæpiùs repetitus Spiritus-ſancti aduentus, quo fideles ſubitò Spiritu-ſancto replebantur. Exindè aie, *Potauit te Spiritu-ſancto,* cùm corporato Verbo potemur, quia Spiritus-ſancti gratia pleno gurgite in ora communicantium infunditur: *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Idcirco nuper dixit Emiſenus, Euchariſtiæ Sacramentum fuiſſe inſtitutum, vt *perennis illa* Chriſti patientis *victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratiâ.* Quid tam donis & gratiis Spiritus-ſancti exundat, quàm quod *eſt præſens ſemper in gratiâ*? Sic, ſic in Euchariſtico calice, *Spiritu-ſancto potari* dicimur!

3 Cant.5. v.1. Lxx.Interp. S.Nyſſen. Pſellus. PhiloCarp. Rupert. S.Ambroſ. 1.Petr.2.v.2. Clem.Alex. 1. Pædag. c.6.

Canticorum 5. ſic ſancta ſponſa loquitur: *Comedi fauum* (Lxx. *panem*) *cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi.* Quem locum de ſanctâ Euchariſtiâ exponunt Nyſſenus, Pſellus, Philo Carpat. Rupertus, Ambroſius, & alij. Et quidem Euchariſtia, quæ communiter dicitur *panis*, rectè etiam *lac* nominatur. Quare Petrus ait Epiſt.1. cap.2. *Sicut modo geniti infantes, rationabile* (Clem.Alex. *verbale*) *lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.* Nimirùm lac ex pane, aut panis lacteſcens in hoc conuiuio nobis tamquam Dei infantibus ſeu puerulis porrigitur. Audiendus eſt Auguſtinus in Pſalmum 33. ita fatus: *Sicut quia minus aptus eſt infans qui pane veſcatur, ipſum panem mater incarnat,* (id eſt, comedendo, vi caloris naturalis in carnem vertit,) *& per humiditatem mamillæ, & lactis ſuccum paſcit infantem,* nempè lacte, in quod conuertit panem. Itaque Euchariſticus panis velut concarnatur, & lacteſcat, & dulciſſimum lactis ſuccum infantibus propinet. O homines Dei infantes, virtute puerulii, hoc Euchariſtiæ rationabile ſeu verbale lac, ex incarnato pane confectum, auidè concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Deus, qui in hoc epulo deguſtatur. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.* Appoſitè S. Chryſoſtomus homil.6. ad Populum Antioch. & homil.83. in Matthæū: *Quis,* inquit, *loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor vnquam membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum aliis nutricibus infantes dederunt: quod ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit, nóſque conglutinat.........*
Non videtis quanta infantes alacritate mamillas arripiunt, quâ preſſione papillis infigunt labia? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc menſam, & ad huius calicis ſpiritualem accedamus papillam: imò verò maiore deſiderio, quaſi lactentes pueri gratiam Spiritûs ſugamus: vnus ſit nobis dolor, vna mæſtitia, ſi hoc alimento ſpirituali priuamur.

S.Auguſt. *Euchariſtia panem mater incarnat, vt lacteſcat.* S.Chryſoſt. *Euchariſtiâ lac magnâ auiditate ſugendum.* *Gratiam Spiritus-ſancti in Euchariſtiâ ſugamus.*

Regius Vates Pſalmo 2. ſic altè proclamat: 4
Apprehendite diſciplinam. Quæ verba Lxx. Pſ.2.v.12.
Interpretes ſic excribunt, *Oſculamini filium*; Lxx.Interp.
S.Hieronymus, *Adorate filium.* Et iuxtà Theo- S.Hier.
doretum, *oſculari filium*, idem eſt atque in Sa- Theodor.
cramento altaris manducare carnem Domini, quo ſenſu explicat illud Canticorum 1. Cant.1.v.4.
Oſculetur me oſculo oris ſui: nam cùm acceptio Euchariſtiæ ore peragatur, quodammodò ſeſe mutuò Deus & anima, Chriſtus & ſponſa, cùm ſuſcipitur Euchariſtia, oſculantur. Sed grande litigium eſt apud Expoſitores, quod nam ſit commercium inter *oſculamini filium* in Euchariſtiâ, & *apprehendite diſciplinam.* Quænam hæc diſciplina, quæ in Euchariſtiâ apprehenditur? Opportunè Theodoretus in Pſalmum 21. ſic luculenter ſcribit. *Diuinum cibum, Spiritûs doctrinam ſcimus, & myſticum atque immortale conuiuium, quod ſacris initiati agnoſcunt.* Profundè quidem diuinus Euchariſtiæ cibus, *Spiritûs doctrina* nũcupatur. Porrò, ſicut ſuprà numo 2. ex Chryſoſtomo excripſimus, qui Euchariſtiam ſumit, *Potatur Spiritu-ſancto*; indè Spiritus-ſancti doctrinâ imbuitur. Doctrinâ, inquam, non ſolùm ſpeculatiuâ ad fidei noſtræ veritates pernoſcendas; ſed etiam doctrinâ practicè ethicâ ad inſtruẽdos & componendos mores opportunâ. Itaque qui ſacram Euchariſtiam manducat & bibit, *Spiritu-ſancto potatus, Spiritûs doctrinam* haurit, & toto Spiritus-ſancti gymnaſio eruditur ad Chriſtianæ ſapientiæ œconomiam. Quare qui in Euchariſtiâ ore *oſculatur & adorat filium* Dei, *apprehendere diſciplinam* altè perhibetur. O qualis *diſciplina* apprehenditur in ſacræ Euchariſtiæ diuinâ ſcholâ!

Euchariſtiæ cibus Spiritus ſancti diſciplina eſt. Theodor. S.Chryſoſt.

Pſalmo 21. ſic occinit Regius Vates Chriſti 5
nomine: *Vota mea reddam in conſpectu timentium*

Pſ.11.v.16. & 27.
Pſ.15.v.15.

tium eum. Edent pauperes,& ſaturabuntur,&c. Adſimilia verba habet Pſalmo 215. S.Auguſtinus inibi rectè vota Chriſti interpretatur Sacramentum Corporis & Sanguinis ipſius, ſic fatus: *Quæ ſunt vota eius? Sacrificium quod obtulit Deo. Noſtis quale ſacrificium? Norunt fideles vota, quæ reddit coràm timentibus eum.* Quibus verbis apertè ſignificat, Sacramentũ Corporis & Sanguinis Domini, eſſe eius *vota.* Quare confeſtim ſubdit: *Edent pauperes & ſaturabuntur.* Quaſi noſtra ſaturatio ex cibo Euchariſtico ſint Chriſti *vota*, & deſideriorũ eius compendium. Idcircò Lucæ 22. paullò ante cœnam, dixit Diſcipulis ſuis: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* quod non de paſchate, quod ſæpè hactenùs celebrauerat; ſed de Euchariſtiæ inſtitutione intelligunt Commentatores. Deſiderio deſiderat Chriſtus, quod eius *vota* occupat, & implet. In hoc enim Sacramento Dei & Chriſti gloria ſumptuoſiùs emicat; ſalus hominum, & eorum æterna ac beata vita peragitur. Ecce *vota* Chriſti Dei, quæ eius pectora implent, in Euchariſtiá cenſentur.

S.Aug.
Chriſti Dei vota, & deſideria, in Euchariſtiâ conſiſtunt.
Luc.22.v.15.

6 Ioannis 6. dixit Ieſus: *Amen, amen dico vobis: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitã in vobis.* Cauſſam inibi reddit Dionyſius Carthuſ. *Sicut*, inquit, *corpus ſine corporeo cibo non ſuſtentatur, nec permanet in vitâ naturali: ita anima ſine hoc cibo viuifico, non permanet in vitâ gratiæ ſpiritualis.* Verùm S.Cyrillus ibi, lib.4. cap.17. explicatiùs exponit quomodò *vitam*, & ſalutẽ animæ Euchariſtia largitur. *Non mortem ſolùm*, inquit, *verum etiã morbos omnes depellit. Sedat enim, cùm in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, perturbationes animi extinguit, pietatem corroborat; ægrotos curat, colliſos redintegrat*, &c. Profectò quod ſæuientium membrorum noſtrorum legem *ſedat*, quod animi perturbationes *extinguit*, propè interſtinguit peccati fomitem. Audiendus eſt Bernardus Serm. de Cœnâ Domini: *Duo*, inquit, *illud Sacramentum operatur in nobis, vt videlicet & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omninò conſenſum.... Si quis veſtrum non tam ſæpè modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, ac cæterorum huiuſmodi, gratias agat Corpori & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur* [illegible]. O verè!

.v.54.
Carthuſ.
Euchariſtia minuit peccati fomitem.
S.Cyrill.
S.Bern.

7 Ioannis 6. hæc Chriſti Dei verba leguntur: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternã, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die*, finalis iudicij inquam. Non hîc morabor Interpretes, quomodò qui acceptâ Euchariſtiâ in ſe habet vitam æternam, *reſuſcitandus* ſit; nam reſurrectio præuiam mortem neceſſariò importat. De hâc te legi poteſt Auguſtinus inibi. Et ſanè corporum noſtrorum reſurrectio in nouiſſimo iudicij die, videtur adſcribi Euchariſtiæ, quæ Corpore & Sanguine Chriſti cenſetur. Sapienter indidèm Cyrill. ait: *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Ego, dixit, id eſt, Corpus meum, quod comedetur, reſuſcitabo eum. Non enim alius ipſe eſt quàm Caro ſua. Non id dico, quia natura non ſit alius, ſed quia poſt incarnationem, in duos ſe diuidi filios minimè patitur. Ego igitur, inquit, qui homo factus ſum, per meam Carnem in nouiſſimo die comedentes reſuſcitabo.* Itaque Corpus Chriſti in Euchariſtiâ ſumptum, corpora noſtra in nouiſſimo die reſuſcitare perhibetur, quaſi inſtrumentum morale; vt hoc etiam titulo Iuſtorum corpora ad beatam perpetuò vitam glorioſe reſurgant. De quo eruditè noſter Suarez 3.p.q.79.ar.8.diſp.68.ſect. 2.& Cornelius in Ioannis cap.6.ad verſ.55. Quare Concilium Nicænum Euchariſtiam appellat *Symbolum reſurrectionis*; & S.Ignatius epiſt.14. ad Epheſios, vocat *pharmacum immortalitatis.* Et Nyſſenus Orat.Catechet. cap.37.addit, *Corpus noſtrum non poſſe conſequi immortalitatem, niſi Corpori huic immortali Chriſti fuerit coniunctum.* Magna ſanè Euchariſtici Corporis Chriſti laus, quòd corporibus noſtri beatæ & glorioſæ reſurrectionis prærogatiuam aſtricet!

6.
Aug.
S.Cyrill.
Euchariſtia corporibus noſtris glorioſam reſurrectionem efficat.
P.Suar.
Cornelius.
Concil. Nicæn.
S.Ignatius.
S.Nyſſen.

§. CXV.

Grande, & granditer puniendum ſcelus eſt, ſordidâ conſcientiâ Euchariſticum panem ſumere; quem ſuis cordibus polluere dicitur.

1 IN dirâ illâ quondam fame, Eliæ panem petenti vidua pauper reſpondit: Viuit dominus Deus tuus, quòd non habeo panem niſi quãtũ pugillus capere poteſt farinæ in hydriâ, & paullulũ olei in lecytho. *En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Quid eſt, *vt comedamus, & moriamur?* Imò quia comedent, ideò viuent. Quæ eſt hæc mors à cibo, qui vitam alit, dum corpus ſuſtentat? S.Auguſtinus Ser.101.de tempore, hâc de re ita ſcribit: *Dixit ergo vidua illa: Colligo duo ligna vt faciam cibum mihi & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Verum eſt, fratres dilectiſſimi, nemo in Chriſtum crucifixum credere merebitur, niſi huic ſeculo moriatur: nam quicumque Corpus Chriſti dignè manducare voluerit, neceſſe eſt vt moriatur præteritis, & viuat futuris.* Nempe per Sacramentum Pœnitentiæ Communioni præuium, anteactam malè vitam, & delicta præterita quiſque deteſtatur: at cùm *Corpus Chriſti dignè manducat*, delictis *præteritis moritur.* Quaſi cadauer iam ſit ad peccata dudùm commiſſa. Ergò mortuus eſſe debet peccatis, qui ad ſacram menſam accedit. Quod ergò ſcelus erit, vt viuat delictis, qui hoc pane veſcitur? *Quicumque Corpus Chriſti dignè manducare voluerit, neceſſe eſt vt moriatur præteritis, & viuat futuris.*

3.Reg.17. v.12.
S.Auguſt. apud Cornel.ibi.
Qui ſumit Euchariſtiam præteritis ſceleribus moritur.

2 Michææ 5. hæc prælustris legitur prophetia: *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael.* Locus difficilis, & quem componere cum Matthæi excriptione operoſum eſt. Mittamus nunc ſenſum, & verba ad rem expendamus. Quã ſuperre Ambroſius Epiſt.18. ita ad rem eleganter ſcribit: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, ex te enim exibit princeps, &c.*

Michææ 5. v.2.
Matth.2. v.6.
S. Ambr.

Bethlehem domus panis eſt, Ephrata domus furorem videntis. Ecce tibi, vbi crudelitas, ibi pietas; vbi pœna nocentium, ibi vniuerſorum redemptio. En vtriuſque vocabuli Sacramentum, Euchariſtico Sacramento peridoneum. Scilicet Bethlehem & Ephrata, eadem vrbs eſt: *Bethlehem* autem *domus panis* eſt, & inde opinatiſſimum Euchariſtiæ Symbolum. Sed eademmet vrbs dicitur *Ephrata*, id eſt, *domus furorem videntis*: quam qui indignè ad *domum panis accedit*, non tam cibum, quàm *furorem* comedit. Vbi enim ſpecie tenùs apparet *pietas* comedentis, ibi exuberat velut *crudelitas furentis*, & ſeueritas vindicantis: vbi proſtat *redemptio vniuerſorum*, ibi *pœna nocentium* acerbiùs debacchatur. O caue à Bethlehem, id eſt *domo panis*, ne ſi illum indignè manduces, ſit tibi Ephrata, id eſt, *domus furorem videntis*. Qui indignè calicem potat, Dei potiùs furorem ebibit.

Domus panis, indignis eſt domus furorẽ videntis.

3 Ioannis 6. ita homines Chriſtus alloquitur: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: (ſic) *& qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Hic Chriſtus dat cauſſam, cur ipſe in Euchariſtia ſit panis viuus & viuificus, qui nos ſuſcitabit in morte & die iudicij. Porrò ſicut Pater Filio ſuam communicat vitam; ita per quandam analogiam, Chriſtus ſuam Chriſtiano eum ritè ſuſcipienti. Vndè S. Dionyſius Areop. de Eccleſ. Hierarch. cap. 1. docet ſacerdotem *in Deitatis conſortium tranſire*; & cap. 2. communionem eſſe *Deificam*; & cap. 3. eos qui dignè communicant, *per vitã ſinceram ac diuinam ſimilitudinem* Chriſto compaginari. Verùmenim verò hoc facit Euchariſtia puris ac pœnitentibus. Idcircò S. Auguſtinus Serm. 1. de tempore. *Mutet*, inquit, *vitam, qui vult accipere vitam. Nam ſi nõ mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam: & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanatur; magis occiditur, quàm viuificatur.* Porrò impœnitentes ex vitæ æternæ fonte, æternam mortem corporis & animæ exhauriunt. Ergò *mutet vitam, qui vult accipere vitam.*

Ioann. 6. v. 58.
Euchariſtica in Deitatis conſortiũ nos facit tranſire.
S. Dionyſ. Areop.
Mutet vitam qui ab Euchariſtiâ vult accipere vitam.
S. Aug.

4 Salomon Prouerbiorum 23. ſic nos ſalubriter monet: Quandò ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt antè faciem tuam: *Et ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam.* S. Auguſtinus tract. 47. & 48. in Ioannem, per menſam hanc ſcitè accipit Euchariſtiam: *Quæ menſa eſt Potentis*, inquit, *niſi vndè ſumitur Corpus & Sanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis? & quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? & quid eſt conſiderare & intelligere quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare?* Sed quid eſt, *Statue cultrum in gutture tuo?* Hugo Carenſis ibi: *ſtatue cultrum in gutture tuo, vt iuguletur ſcilicet vetus homo in te, ac nouus, id eſt Chriſtus viuat.* Quaſi dicat Salomon: Adhibe cultrum ſiue gladium diſcretionis ac fidei, quo cibum hunc diuinum à communi diiudices & ſepares: *qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Scilicet, indignè manducans Chriſtum, quaſi gladium in gutture ſuo ponit, quo Chriſtum per guttur tranſeuntem, quantum eſt ex ſe, confodit & occidit: reus enim eſt corporis Domini, id eſt, adeò grauiter peccat, ac ſi Chriſtum ipſum perimeret, vt impio decidio peremerunt Iudæi. Vel ſtatue cultrum ſeu gladium in gutture tuo, id eſt, ſtatuis, quo te perimis, ſi indignè manducas. Appoſitè Sanctus Cyprianus Serm. 5. de Lapſis, ſic loquitur de feminâ indignè communicante: *Non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia, palpitans & trepidans concidit: & quæ fefellerat hominem, Deum ſenſit vltorem.* Itaque qui accedens ad ſacram menſam, diſcretionis cultrum non ſtatuit in gutture ſuo, *non cibum, ſed gladium ſibi ſumit*, quo *palpitans* & *trepidans* velut trãsfoſſo gutture occumbit. Hoc admirans Sanctus Auguſtinus lib. 7. Confeſ. cap. 10. exclamat: *O æterna veritas, ò vera charitas, & chara æternitas: contremui amore & horrore, tamquam audirem vocem tuam de excelſo: Cibus ſum grandium.*

Prou. 23. v. 2.
S. Aug.
Hugo.
1. Cor. 11. v. 29.
Qui indignè accipit Euchariſtiam Chriſtum in gutture ſuo perimere dicitur.
Euchariſtia gladius eſt, indignè ſumẽtis guttur tranſfodiens.
S. Cyprian.
Amor & horror Euchariſtia.
S. Aug.

5 Prouerbiorum 4. de ſceleroſè impiis ait Salomon: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Quæ verba Hugo Cardinalis myſticè adaptat indignè communicantibus: hi enim comedunt panem Euchariſtiæ impiè, & vinum ſacro-Sanctum iniquè bibunt. Quare concludit Cornelius indidem: *Iis ergò Euchariſtia eſt panis impietatis & vinum iniquitatis, quia ipſi impiè & ſacrilegè eâ abutuntur, eamque profanant & polluunt.* Scilicet reliqua impiorum hominum ſcelera, re & nomine ſceleroſos infamant; ſacrilega autem indignè communicantium impietas plus audet infandi Sacrilegij licentiâ? & inſanâ temeritate ipſum Euchariſtiæ nomen quodammodò attaminare, impiate, & profanare non veretur: nam dum in Euchariſtiâ Chriſtum Deum comedit & bibit, *panem impietatis comedere, & vinum iniquitatis bibere* perhibetur, quaſi in ſacroſanctum Dei nomen malitiam tegerat. Heu! ab hoc ſacrilegio nec Deus tutus eſt?

Prou. 4. v. 17.
Hugo Card.
Quomodo Euchariſtia dicatur, Panis impietatis.
Cornelius.

Salomoni accinit Dauid Pſalmo 19. ſic obnixè precatus: *Et holocauſtum tuum pingue fiat.* Ex Hebræo legi poteſt, *incineretur*, vel *in cinerem redigatur*. Multi cenſent per hoc holocauſtum, Euchariſtiæ ſacrificium intelligi. Et quidem mitiſſimum eſt, quòd in hoc ſacrificio pinguedinem Propheta deſideret, & apprecetur. An poteſt eſſe macrum ſacrificium, in quo Chriſtus Deus immolatur? Eleganter Rupertus ait: *Ille adeps in iſto primogenito eſt arietum, ſcilicet in Carne & Sanguine eius vera diuinitas, & verum Dei Verbum. Vnde & nos hodiéque cum Prophetâ dicimus illi: Memor ſit Dominus omnis ſacrificij noſtri, & holocauſtum tuum pingue fiat. Videlicet, ſicut tunc, quandò per ſemetipſum hoc Sacramentum condidit: ita & nunc vbicumque idem per Eccleſiæ manus ipſe conficit, pinguedo Spiritus & vitandſit: ne quem noſtrum propter peccata ſua diuinæ virtutis adeps refugiat, & ipſe macrum ſacrificium, corpus ſolummodò dentibus conterendo, Corporis & ſanguinis Domini reus exiſtat.* Nempe propter indignè communicantis peccata, hoc pingue Sacrificium, Verbi diuinitate adipatũ, macie degenere dicitur macreſcere; quaſi accipientis maciẽ, in pingue alioqui Sacrificiũ è peruerſo reuerberet.

Pſ. 16. v. 4.
Hebr.
Rupertus.
A macie accipientis, macrum dicitur Euchariſtiæ ſacrificium.

Pſalmo

Pſalmo 147. ſic pangit regius Propheta:
7 *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas.* Vbi Hilarius, Auguſtinus, Proſper, Arnobius, Caſſiodorus, & alij excribunt, *ſicut fruſta panis*; & hanc eſſe vim Hebrææ vocis notat Genebrardus. Richardus verò explicat, Deum nobis conferre *cryſtallum ſuam*, id eſt, ſuam carnem, quam *cryſtallum* appellat, propter contractionem, & ſummam eius puritatem in hoc Sacramento. Verè enim eſt panis cryſtallinus, ſplendidus, cæleſtis, luminoſus, qui pulchritudine ſuâ atque luce tum delectat mirabiliter animum, tum bonorum omnium quæ in cælo ſunt amplitudinem & cimælia æternitatis refert & confert. In diuino hoc pane lux immenſa eſt, & Solis ſplendor in puriſſimam Chriſti Carnem & cryſtallum incidens, vim caloris ſui mirabilis explicat. Quod luculenter aduertit Irenæus lib. 4. c. 37. aiens: *Incarne Chriſti occurrit Paterna lux, & à carne eius rutila venit ad nos, & ſic homo deuenit in incorruptelam.* Itaque caro Chriſti, ſeu Euchariſticus panis in hoc Sacramento, cryſtallus dicitur propter puritatē, munditiem, & nitorem. Caueat ergò Chriſtianus, ne Chriſti Dei ſplendidam carnem, & hunc cryſtallinum panem, indignè accedens, ſcelerum ſuorum tenebris infuſcet, & ſordibus obſcuret & polluat. Peridoncè Nicolaus in Epiſt. ad quendam Imperatorem, quæ habetur 2. p. Decreti, cap. 1. q. 1. *Polluimus*, inquit, *panem* (id eſt Corpus Chriſti) *quando indignè accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus.* Nicolao adnuit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 10. *Plato*, inquit, *qui fuerat barbaræ diſcipulus Philoſophiæ, impios eos vocauit, qui Deum in ſeipſis habitantem corrumpunt, & quod in ſe eſt, vitiorum ſuorum coniunctione polluunt.* Eheu! nec in ſuâ ſolidè ſplendēte cryſtallo Euchariſtici panis, & cryſtallinæ carnis, tutus eſt Chriſtus Deus à ſceleroſè accedentium ſordidà impietate? Gratulor Euchariſtiæ *prandio* quòd neque ad eius vmbram, hi Senes flagitioſè impuri accedere audeant.

Pſ. 147. v. 6. S. Hilarius S. Auguſt. S. Proſper. Arnobius. Caſſiodor. Genebrard Richardus.

S. Irenæus

In Euchariſtia panis cryſtallus dicitur?

Nicolaus Decr. in c. 1. v. 2. Epiſt. Iacobi.

Clem. Alex Plato in Philebo.

Hic verſ. 13.

---

§. CXVI.

Qui dolo vincit victoriæ, gloriam aduerſario cedit, ipſe prior in opinione ſuâ ignauè deuictus.

1 QVantumuis fraus corde abſcondatur, conuictori cauto per indicia tranſparet. Profert mores plerumque oratio, & animi ſecreta detegit: nec res alia magis prænuncia inanhelantium affectuum eſt. Alia enim ferè oratio candidi pectoris, alia ſimulati & fraudulenti eſt effuſior illa; contractior hæc illa fiduciâ, tamquam nihil timentis, latè ſe ſpargit, & quaſi per plana decurrit offenſione nullâ; hæc ſiſtit ſæpè curſum, & dùm prodi metuit, variè interſcinditur; cùmque inſidias quas ſtruit, metuit, omnia tuta timet, nuſquam proindè certò pedem figit, nulli fidit, quia nemini ipſe fidus. Sollicitus illius timor, & imbecillitatem prodit ſuam, & ſe timendum manifeſtat. Securitati alienæ inſidiatur, aperto Marte prælaiandi impar. Qui dolo armatur, incautū poteſt proſternere hoſtem, ſuperare non poteſt, ipſe priùs animo ſuperatus. Proprio ſuffragio victoriā cedit proſtrato etiam hoſti, quocum certamen inire recuſauit. In fraudulento Senum conſilio Suſannæ caſtitas victoriam auſpicatur, cùm non niſi fraudibus flecti poſſe crederetur. Bis pudicitia Suſannæ victrix, inimicâ Amatorum fraude victuriam ante victoriam maturante. Ipſi ſe publicant victi, cùm non niſi dolo malo illam vincere præſumpſerint. Hic verſ. 14

P... Sto... l. 1. c. 5.

Dum ſeniorum, calliditas Suſannæ ei reddant victricem.

2 2. Reg. 3. Abnerem Principem militiæ Iſraëlis, cùm rediſſet in Hebrō, ſeorsùm adduxit Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei *in dolo*: & percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius. Ægrè admodùm tulit Dauid violentam infidè Abneris cædem. *Quo facto docuit etiam aduerſariis fidem promiſſam eſſe ſeruandam, honorandámque & in hoſte virtutem*, ait Ambroſius. Quare plangens Rex & lugens Abner, ait: *Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner.* Quid eſt, quòd Abner hîc dicitur occiſus, non vt ignauus, ſed vt fortis & ſtrenus bellator? Exermis peremptus eſt, & primo vulneri animam ceſſit ſuperſtite aduerſario, & in hac cæde militare Abneris robur tranſparet? Ita quidem. Porrò ſumma huius Dauidici epicedij, eſt, nullam ex eo mortis genere Abneris nomini impactam ignominiā quia neque in fugâ, neque aduerſo pectore ab antagoniſtâ vulnus illud accepit, quod mors eſt ſecuta; ita vt in certamine quemquam ſuperiorem habuerit; ſed ex inſidiis ab eo, qui legitimo Marte non auderet cum tanto concertatore confligere. Bellica ſanè Abneris laus impaucis illuſtris, quòd Ioab dux opinatiſſimè ſtrenuus, cum illo concertare legitimo Marte auſus non fuit, ſed dolo malo pugnaciſſimum Abneris robur confeſſus. Quod Lucius Florus de Viriato ad hunc modum deſcribit: *Seruilius Capio* (qui in Hiſpaniâ tunc erat Romani exercitus Imperator) *Viriatum per fraudem & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc Hoſti gloriam dedit, vt videretur aliter vinci non potuiſſe.* Hoc de Abnere rex Dauid in ſuo ferali cantico glorioſè prædicat: & aduerſarium Ioabum ſiſtit teſtem, qui fraude confitetur, Abnerem fore inſuperabilem, & victoriæ gloriam illi ceſſiſſe, dum non niſi fraude eum ſuperare præſumpſerit. Scilicet Ioabus fraude Abnerem ſuperat: Abner autem ſuo triumpho ſepultus, victoriā ſumptuoſiùs oſtentat, dum fraudis ſuffragio inſuperabilis demonſtratur. Vnde *Ioab hanc Abneri gloriam dedit, vt videretur aliter vinci non potuiſſe.*

Virtus in hoſte etiam honoranda eſt.

S. Ambr. in Apolog. Dauid, c. 7. apud Cornelium ibi. 2. Reg. 3. v. 33.

Sanctius ibi n. 34.

Ioab hanc Abneri gloriā dedit vt videretur aliter vinci nō poſſe quàm dolo.

Luc. Florus lib. 2. c. 17.

3 Geneſeos 25. in Rebeccæ vtero Eſaü & Iacob præcoquâ ſimultate pugnaciter tumultuant, infantes gemelli in ipſo etiam partu bellicoſi. Vicit Eſaü, & auſpicium natiuitatis præripuit. Iacob autem plantam primogeniti manu tenet, quo facto ſupplantationem ominatur, & indè nomen. Tandem adoleſcente vtriuſque ætate, factus eſt Eſaü vir gnarus venandi: *Iacob autem vir ſimplex, habitabat in tabernaculis.* Vir ſimplex dicitur, qui fraudulentam dolo ſupplantationem vel nomine ipſo inſcriptam

Gen. 25 v. 27.

inſcriptam præfert? Nihil iſtiuſmodi de Eſaü legitur, & nuſquam homo ſimplex appellatur. Quæ eſt iſta Iacobi ſimplicitas, quæ nec eius nomini, nec rebus ab eo geſtis valdè congruit? Audiendus eſt Auguſtinus quæſt. 74. ſic fatus: *Iacob autem erat homo ſimplex habitans domũ. Quod Græcè dicitur ἄπλαςος, hoc Latini ſimplicem interpretati ſunt. Propriè autem, ἄπλαςος non fictus: vnde aliqui Latini interpretes, ſine dolo interpretati ſunt: Erat Iacob ſine dolo habitans in domo: vt magna ſit quæſtio: quomodo per dolum acceperit benedictionem, qui erat ſine dolo.* Verùm enim verò enim verò qui indole candidus, & ſine dolo videtur: expromptiùs benedictionem *fraudulenter* (vt loquitur Iſaacus) præripere valuit. Inde *Dominus* fratris Eſaü conſtituitur: ſed infrà cap. 32. & 33. Iacob ipſe *adorauit pronus in terram ſepties*, & *dominum* ſuum crebrâ nuncupatione nominauit. Scilicet ſatis eſt benedictioni *dolo* partæ & *fraudulenter* acceptæ, vt potiatur priuilegiis à Deo figuraliter deſtinatis; adhuc autem Iacob, qui ſic illâ potitur, ſeptenâ fratris Eſaü adoratione humili, & vrbanæ ſeruitutis nomine deuenuſtetur, vt cum Benedictionis elogio, appendices *doli*, ac fraudis ignominias ſubeat: videatque Idumæum Eſau & Eſaüitarum imperium vltrà octingentos annos glorioſiùs prælustre; cùm Iacobæorum regnum Palæſtinum necdùm quingentos impleuerit. Sic in tantâ Benedictionis gloriâ, ignominioſa fraudis notacula tranſparent.

S. Aug.

Iacob ſine dolo, denominatione dolo partam non ſine ignominiâ gerit.

Geneſ. 33. v. 4.

4 Geneſis 49. tandem Iacob morti proximus audax illud facinus Simeonis & Leui, & durè exprobrat, & acerbiùs mulctat, Simeon & Leui fratres (non tam ſanguine, quàm cruentâ conſilij fraude) vaſa iniquitatis bellantia, dum atrociter Sichimas exciderunt. *In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo* &c. Pro τὸ *non ſit*, aliqui excribunt, *non æmuletur*. S. Hieronymus in Quæſt. Hebraicis, ſic locum excribit: *In arcanum eorum non intret anima mea, & in conuentu eorum ne diſſoluatur gloria mea.* Itò in arcano validæ & animoſæ prolis cœtu & conſilio, non diſſoluetur patris Iacobi gloriâ, neque periclitabitur eius honor, pro quo audax ſtrenuè facinus perpetrare non ambigunt. Profectò audito Diñæ ſororis petulanti ſtupro, Simeon & Leui *irati ſunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſraël.* Iuſtus ergò eſt Iacobi honor in eorum conſilio, & in cœtu eorum ſplendebit eius gloriâ, pro quâ (vt vt poteſt, expiandâ) contempto vitæ diſcrimine audaciſſimum atrociter facinus pugnaci *æmulatione* perfecerunt. Quis exinceps auderet Iacobi deuenuſtare gloriam, quam ſtrenui vindices ſic animosè tuentur? Cæterùm ſi attentiùs expendantur ſacri textûs verba liquidò conſtabit quàm ſit intuta Iacobi gloria Simeonis & Leui armis ac furori permiſſa. *Reſponderunt, inquit, filij Iacob Sichem & patri, eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis.* Benè eſt, tot cruentas ſtrages animoſiùs ediderint, & iuſtè forſan, niſi fœdus interceſſiſſet, de fœdo ſororis ſtupro vindicias egerint; ardũ poſt fœdus initum in ſecuros *dolo* deſæuiunt quantùm valentiæ ac vindictæ adiicitur, tantùm gloriæ detrahitur. Sapienter igitur illis exprobrat Iacob: *In arcanum eorum non intret anima mea, & in conuentu eorum ne diſſoluatur gloria mea.* Porrò in arcano cœtu eorum, qui rem alicqui pugnaciter ſtrenuam, *dolo* peragendam tractant, facinoris *gloria diſſoluitur*. Sic fraus, glorioſum alicqui facinus dehoneſtat, conſtuprat fœdat?

Gen. 49. v. 6.

Lxx. Interp.

S. Hieron.

Cur Iacobi gloria intuta eſt in armis, quæ pro ipſâ arripiunt Simeon & Leui?

Geneſ. 34. v. 13.

3. Regum 2. hæc Dauid velut teſtamento 5

Salomoni mandauit: Tu noſti, inquit, quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ quæ fecerit duobus principibus exercitûs Iſraël, Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether: quos occidit, & poſuit ſanguinem belli in pace, *& poſuit cruorem prælij in balteo ſuo, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius.* Quid eſt, quod horũ Principum ſanguis, quem Ioab infidè, proditorie & ferociter effudit (quos non eſt auſus ad ſingulare certamen prouocare) in balteo, & *calceamento* effuſus perhibetur? Dionyſius Carthuſianus poſtquam plures expoſitiones retulit, addit ad rem: *Pugnatores ſolebant in armis ſuis inſignia opera ſua ad oſtentationem deſcribere: ſed cùm Ioab facinoroſa homicidia illa non auderet in ſuis deſcribere armis & publicè oſtentare, ſaltem in balteo & calceamento ſuo annotauit.* Scilicet bellica arma horum Principum præclaro ſanguine inſculpi, vel potiùs infici meritò recuſant, ne ſceleroſæ fraudulenter internæ denotentur. In calceamenta cruor dolo effuſus reiicitur, qui eius veſtigia inficiat, cõuertat, fœdet. Tingatur calceamentũ ſic effuſo ſanguine, quo ipſe primus, ignominioſum quod reliqui deteſtentur facinus, non in galeâ geſtet, & caput calceet; ſed proprius ipſe veſtigiis proculcet. Proprius dolosi facinoris locus, calceamentum eſt. Madeant pedes proditoriè effuſo ſanguine, qui in ſuum exundabit caput minaci ſemper naufragio. Litteraliſſimum huius loci ſenſum aliàs dedimus.

3. Reg. 2. v. 5.

Sanguis dolo effuſus, in calceamento deſcribitur quare.

Carthuſ.

Matthæi 26. in paſſionis veſtibulo Chriſtus 6

erat in horto, & ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fuſtibus. Proditor autem dedit eis ſignum, dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eũ. *Dixitque illi Ieſus: Amice, ad quid veniſti?* Conſultò, adeſt proditor Iudas tectâ ſtipatus Romanorum cohorte, toto Pontificum ſatellitio, cùm hominem inermem dolo malo, & oſculi fraude, comprehendere feſtinat. *Iuda, oſculo filium hominis tradis?* Vndè S. Auguſtinus Serm. 1. de Paſſione: *Oſcularis, ait, & inſidiaris, amicum fingis cum proditor ſis.* Victor Antiochenus in Marci cap. 14. verſ. 45. *Cui lethales inſidias ſtruebat, illi infelix ſalutem cum oſculo offerebat.* Et incertus Hieronymus indidè: *Dans ſignum oſculi cum veneno doli.* Denique S. Paullinus Epiſt. 2. ad Seuerum: *Hoc quidem oſculum Dominus non ideè ſuſcepit, vt pacem proditoris acciperet, ſed vt ſuam ab alienato reciperet.* Serò ſaltem, iunc ad vnicum Chriſti verbum, Iudas cum totâ cohorte & ſatellitio impotenter armato, *abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram:* nam cùm Iudas oſculi fraude & dolo malo Chriſtum ſatagit ſuperare, victoriæ gloriam vel victo Chriſto ſum ceſſerat, ipſe prior in opinione ſuâ ignauè deuictus.

Math. v. 50.

Iudæ oſculum initiatis

Luc. 22. v.

S. Aug.

Victor Antioc.

S. Hier.

S. Paulin.

Ioann. 18. v. 6.

§. CXVII.

§. CXVII.

Vitia ſibi intuta ſunt, inter ſe diſſentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fugantúrque.

1 SE pati neſciunt, qui vitiis ſeruiunt. Imperioſi nobis ipſi moleſtique ſumus: modò amore noſtri, modò tædio laboramus; infelicem animum nunc ſuperbiâ inflamus, nunc cupiditate diſtendimus, nunc puſillanimitate contrahimus, aliàs voluptate laxamus, aliàs ſollicitudine exurimus, aliàs fruſtrà anticipatâ prouidentiâ torquemus. Et quod eſt miſerrimum, numquam ſumus ſinguli; ſed ſemper vnus plures. Neceſſe eſt itaque aſſiduâ vtamur in tam magnorum vitiorum contubernio, rixâ. Rixantur vitia cum virtutibus: parùm hoc, niſi inter ſe etiam mutuò vitia rixentur. Infida virtuti ſunt, nec ſibi ſatis tuta. Vitium vitio pugnat, & pugnaciſſimè repugnat. Non eſt hoc virtuti aduerſæ præbere auxilium, nec ad aliena etiam virtutis caſtra deficere, vt ſuppetias contra prauitatem deferat? ſed vt nequior malitia obſequium minoris acquirat & ſuppari ſatellitio obarmetur ad prauitatem, quæ victrix eſt, & victoriali pompâ reliquas peruerſâ catenâ vinctas ducit. Heu nimis peccat ſic victoriale peccatum, quod ſupremum in vitiis principatum imperioſè obit, & reliqua vitia in obſequium trahit.

Infida ſunt vitia, nec ſibi tuta.

2 Senes illi laſciuiâ iuuenes, qui ſub canorum niuibus, libidinis alebant flammas, pulchram Suſannam intempeſtiuè & fruſtrà depereunt. Aſſidui aderant ſpectatores, atque inſidiatores matronalis pudicitiæ. Vterque inſano amore ſaucius erat, & alteruter alterum arcere concupiſcit concupiſcentiæ ingenio. Hora prandij obtenditur; ſed fames libidinis eos confeſtim reuocat, & mutuâ concupiſcentiam inuerecundè publicat: *Confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam.* Mirentur alij peregrinantem in penè effœtis Senibus iuuentutem, ad libinis otium aut negotium rediuiuam; & dum frigidis rugosè canis viuas ægrè trahunt exequias, ſic ad libidinem iuueneſcere. Admirari etiam licet nequitiæ ſagacitatem Veteratorum malè acutam, & obſtinatè flectineſciam: mihi autem mitiſſima eſt tanta in vitio concordia, in cognatis vitiorum rixis. Eſto, Suſannam perditiſſimè adamarent, vbi eſt zelotypia, indiuidua amoris ſequela, quæ tot tragœdias excitare, & ſtrages edere ſolitat! Sapienter inibi Euſebius: *Tunc in communi ſtatuerunt tempus, quandò eam poſſent inuenire ſolam. Infandum paciſcuntur ſcelus, ſceleris ſocietatem, adulterij commercium; riuales ſibi inuicem lenones fiunt, turpiſſimo fœdere conſpirant.* Ecce tibi venuſtæ puellæ vterque riualis eſt, & alteruter alterius leno. Prodigioſus eſt lenocinij cum amore nexus: planè diffitetur riualem, dum agit lenonem. Sordidè amor in lenocinium degenerat; & inſolenter leno amoribus æſtuat. Degenere ſui diſpendio vitiũ vitio cedit, & alieno errori famulatur. *Riuales ſibi inuicem lenones fiunt.* Parum foret vitia male tuta eſſe virtuti, cùm vitium vitio pellitur; ſibi quoque vitia infida ſunt; dum rixari ſolita, ad turpiorem prauitatem fœderantur, infideli ignobiliter commercio.

Hic verſ. 14.

3 Veteratorij illi ætate Senes, libidine iuuenes, videbant pulchram Suſannam quotidie in pomario deambulantem, & *exarſerunt in concupiſcentiam eius.* Sed ſtrenuo pudicè renutu excuſſi, illius cædem, tamquam continentiæ mercedem minantur. Cum autem ad iuſtitium veniſſet populus, *Venerunt & duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam.* Et falſato petulanter teſtimonio probroſam cruentè cædem infeſto odio decernunt. Vide quàm ſit infidelis amor Veneris ſceleroſus. Eloquenter Veronenſis Zeno Serm. de Pudicitiâ ita ſcribit: *Impudicitia inijcit amorem, paullo poſt odium de amore factura.* Ecce tibi blanda amoris teneritudo, in dura odia exaſperatur, & monſtroſâ metamorphoſi Venus in Martem refingitur. Planè intuta eſt libidinis beneuolentia, quæ ſui refuga eſt, & in vitiorum officinâ in odium, cædem, & ſtrages recuditur. Sic eſt infidum vitiorum ingenium! Addit Zeno forſan adludens ad violatam Thamarem venuſtiſſimam, & poſt ardentiſſimum Amnonis amorem, illius faſtidio plus quàm ſtupro dehoneſtatam: Impudicitia *poſt egotium perpetratum odit & ſeipſam cum illo, quem vicerit.* Scilicet Amnonis ardentior ac violentior amor, & expetita auidiùs impudicitia, non tantùm verſa eſt in cupitæ Thamaris faſtidium & odium, ſed in ſuiipſius odiũ & faſtidium. Nam Amnonis impudicitia poſt ſtupri negotium perpetratum, *odiuit ſeipſam cum illâ, quam vicerat*, Thamarem, inquam. Sic ipſa impudicitia eſt ſibi infida, dum, non modo in rei cupitæ odium degenerat, ſed in ſui faſtidium: ecce iam nauſeat ad pulchritudinẽ, quam vel oculis exorbere gliſcit.

Hic verſ. 28. Impudicitia amorem vertit in odium.

S. Zeno.

2. Reg. 13. v. 15. Impudicitia odit ſeipſam cum illo, quē amauit.

4 Sapientiæ 2. impij libidinibus ac delicijs tori, ita de earum auido ſtudio cenſent: *Non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* Roſa appoſitum eſt ſymbolum voluptatis euanidæ & ſpinoſæ. Impij ergò dum voluptates ſectantur, roſam ac florem, imò florum inchoationem dumtaxat, purà calyculos roſarum captant. Tempeſtiuè Baſilius in Hexaëm. homil. 11. *Tranſitoria ac breuis momenti vernorum florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.* Nam flores, pubentéſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros: & vix ab illorum collectione, ecce in ipſis manibus noſtris conſtituti marceſcunt, & odoris atque coloris elegantiam perdunt: florum cadauera dixeris, carpentis manu tumulata. Sic fruſtratâ gratiâ ſpem fallunt. Imò expectata florum ac voluptatum gratia, *adhuc deſiderantes deſtituit.* Sic eſt infida voluptas & vitia intuta! Vota ſpe alliciunt, ſpe placent, manu faſtidioſè ſqualent. Sed deſideria etiam deludunt, & fruſtrantur vota: nam earum infidelis gratia *adhuc deſiderantes deſtituit*, dum ſui infideliter refuga, in faſtidium degenerat. Sic vitium, & vitiorũ ſupellex ſibi quoque intuta & infida eſt.

Sapient. 2. v. 7. & 8.

S. Baſilius. Stupida floris, id eſt voluptatum gratia eſt, cum adhuc deſiderantes deſtituat.

Iſaias

Iſaiæ 48. v. 22.

5 Iſaias cap. 48. ſic exules Iudæos ad reditum hortatur: Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annunciate. &c. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* Imò ſiqua in terris pax eſt, in flagitioſiùs impiis eſſe videtur. Nam in iuſtis, præſertim, Caro concupiſcit aduersùs ſpiritum, & ſpiritus aduersùs carnem: hæc enim ſibi mutuò aduerſantur, & perpetuis rixis ſeriò belligerantur. Adſueta autem vitiis iniquitas, & peccatis obſtinatè innutrita, vix impugnatione ſpiritûs vellicatur, ad eius voces diu ſurda, & propè inſenſilis. ô nimis verè! *Non eſt pax impiis.* Videtur eſſe *pax pax, & non erat pax.* Quia impij ſequuntur ſuas cupiditates, & mille bella in ipſâ animâ, ipſiſque rebus gerunt: &, vt deſit pugna cũ virtute, & negotio æternitatis, ipſa inter ſe vitia fide intutâ malè rixantur. Propè Chriſtiano cothurno, poſtquã inſanos vitiorum furores longo cenſu deſcripſit Seneca lib. 1. de Benef. cap. 10. ſentẽtioſè ſubdit: *Non ſtant vno loco vitia: ſed mobilia, & inter ſe diſſentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fugantúrque.* O inſanos vitiorum fremitus, tumultus, rixas! Vt taceat caſtitas, rixatur cum luxurie auaritia; cum gula etiam obſtinatiùs contendit; & alterutra aut interſtinguitur, aut interim fugatur (De reliquis inordinatis affectibus ſimile iudicium eſto) Sic eſt infida vitiorum fides, vt nec virtuti tuta ſit, nec ſuis gregalibus vitiis ſecura. Non ſtant vno loco vitia; *Sed inter ſe diſſentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fugantúrque:* adeò vt non ſit vitium vitio tutum, nec prauus affectus prauitati fidelis. Nec ad malum tutum eſt vitiorum commercium. Non pudet ad inimicæ virtutis caſtra velut transfugere, & virtutis malè ſe auxiliatorem exhibere. Sic non bona *vitiorum virtus* à S. Paullino cognoſcitur: non enim vitium virtuti fert opem, ſed cognato furore, & male fido tumultu, obſtantia quæque aut proſternere, aut fugare intentiùs præſumit, & vires ſuas aduersùs obuia quæque impotentiùs exerit.

Seneca.

Vitia inter ſe diſſentiẽtia tumultuãtur, pellunt inuicem, fugantúrque.

S. Paullinus epiſt. 1.

6 Salomon Prouerb. 14. ita ſcribit: *Cor quod nouit* (amat inquam) *amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius nõ miſcebitur extraneus.* Senſus eſt, quaſi dicat: Cor quod eò doloris & angoris peruenit, vt ſuam ipſius amaritudinem & acerbitatem adamet, & triſtitia illi voluptati ſit; *in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Quaſi dicat, Papæ, aut apage Profectò in partem & ſocietatem talis gaudij & voluptatis nemo vocari volet; neque etiam ſi vellet, admitteretur. Tanta eſt mœrendi libido! Hoc prouerbium illos incuſat, qui nimiæ triſtitiæ habenas laxantes eò deueniunt, vt huic etiam libenter & gratè incumbant, vtque ſuos mœrores & dolores adament, deoſculentur, & in ipſis è peruerſo delicientur. His meritò ſuccenſet Seneca lib. de Conſolat. ad Martiam, ſic eloquenter fatus: *Quemadmodum omnia vitia penitùs inſident, niſi dum ſurgunt, oppreſſa ſint: ita etiam hæc triſtitia, & miſeria, & in ſe ſæuitia, ipſâ nouiſſimâ acerbitate paſcũtur; & fit infelicis animi praua voluptas, dolor.* Ecce tibi in infelici cordis ſtadio, immatus vitiorum rixa, immodica mœſtitudo gaudium ſanè præpoſterum infeliciter parturit, de fœcundo vitiorum aborſu. Monſtrum quidem eſt, & malitiæ metamorphoſis, tragicus mœror peruersâ voluptate mellitus; & voluptas mœroribus innutrita. Sic eſt ſibi intutus mœror vitioſus! ſic lætitia, gaudij refuga, ad triſtitiæ caſtra diuertit, vnde iucunditatem lambat. O vitiorum ſæuitiam!

Prouerb. 14. v. 10.

Cornel. ibi.

Lætitia gaudij refuga, ad triſtitiæ caſtra diuertit.

Seneca.

7 Redeat iterùm ſemel expenſus Iſaiæ locus: *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* Impietas enim pugnax eſt, & vitium pugnam ſtudioſè affectat, & aduersùs virtutem, quâ cum immortalia gerit bella, & contrà vitia ipſa, nec pudet vinci, dummodò certet, & omnia miſceat, ac turbulenter inquietet. Sapienter Philo lib. de Abrahamo: *Glorioſus, inquit, cruciatur felicitate modeſtiæ, & iniuſtus dum iuſtitia habetur in pretio. incommodè enim in vnâ animâ habitant duæ contrariæ naturæ, virtus & vitium. Quapropter quoties congrediuntur, atroces ſeditiones concient. Quamuis virtus ſedatiſſimo eſt ingenio,* &c. Addit tempeſtiuè: *Vitium enim vinci ſe turpe non putat, aſſuetum ignominiæ.* Cum nullo vitium certamen recuſat, quia ignominiæ adſuetum, nec vinci à virtute, neque ab alio vitio vinci turpe putat. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.*

Iſaiæ 48. v. 22.

Philo Iu[dæus]

Vitium [...]minia ad[ſue]tum, vinci turpe non [pu]tat.

§. CXVIII.

Labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis male exerrat.

1 NVmquam in ſolido ſtetit ſuperba felicitas, imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ collapſa ſunt. Porrò humana ambitio dum arrogantiæ ingenio vltra ſuum faſtum turget, ſumma quæque, & aliis inacceſſa præſumit. Omnis ferè vitioſus diligit ſibi ſimilem, ſolus ſuperbus odit; quia ſolitudinem in magnitudine exambit; exindè refutat aliena incrementa, illiſque grauiter lædi putat, quaſi pariari cum aliis ſolitudini ambitæ contumelioſè inſidietur. Sic in magnitudinis faſtigio eſſe ſolus affectat! Heu, hominis vndè iſte faſtus, vt illum, licèt ceteris antiſtet ordine, pudeat aliis adnumerari? hominis inquam, cuius vitam ærumnoſa neceſſitas, & laborioſa deuoluit pœnalitas, cuius pœnalitatem pœnalior mortis concludit neceſſitas: cui eſſe momentum, vita naufragium, mundus exilium; cui vita aut abeſt, aut ſpondet abſentiam; mors aut inſtat, aut minatur inſtantiam. In vitâ commune lutum, in pretioſius ſtercus tabeſcendum in morte, ſic inſolenter ſuperbit? ſic arroganter mortalitas obbruteſcit, vt de ſingularitate ſibi ambitioſè aduletur?

Quàm [...] ſanter [...]um ſ[...] homo [...]tis ſuper[...]

2 Regius Vates de impiis ſic pangit: *Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Non hîc morabor Commentatores, qui per ſolitudinem inaquoſam & inuiam, moraliter aut mundum vniuerſatim accipiunt, aut nuncupatim mundi ſuperbiam ad ſolitudinem in honoribus hiantem. Quâ ſuper re ita ſapienter ſcribit

Pſal. 106. v. 4.

Auguſtinus

A[illegible] *[illegible] vel viam* *[illegible] deſertum, vtinam non homo in-* *[illegible], vel noſſet qua inde exiret. Non videt hominem ad ſolatium: non videt viam quà caret deſertum. Ergo vbi diuertit? vtinam vel eſſet aqua vnde reficeretur qui inde non poteſt exire.* [illegible] ſine ambulat ſuperbus, qui ſolitudinem [illegible] faſtigio inhelat; non videt hominem [illegible] ſocios in dignitate fugit; non habet [illegible], quà reſtinguat ambitionis ſitim; [illegible] viam, quia labyrinthææ ſuperbiæ in-[illegible] eſt [illegible]. Auguſtino adnuit Bernardus [illegible] infelicitatis præſentis vitæ, ſic eleganter fatus: *Errauerunt, ait Propheta, in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Solitudo hæc ſuperborum eſt, quia ſoli ſe ſe reputant, [illegible]os appetunt reputari. Litteratus [illegible] odit ſocium. Fortis eſt, aut formoſus, da ei parem, & contabeſcit. Solitarius eſt, ſed erroneus, errat in ſolitudine ſua, non enim ſolus habitare poteſt ſuper terram.* Ecce tibi labyrinthæos ſuperbiæ errores in arroganti ſolitudinis ambitu.

Salomon Eccleſiaſtæ 4. hanc morum gnomen proponit: *Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Væ ſoli!* Hebraicè, *Væ illi, qui vnus* id eſt, *ſolus* eſt. O quam eſt [illegible] hæc ſuperbæ ſolitudinis vana gloria, quæ mortalium pectora inaniter implet. [illegible] lib. 2. Apologorum moral. cap. 7. cui [illegible]: *Contra appetitum ſingularitatis*, hunc [illegible] argutè proponit: *Vt quid amaram diligis ſolitudinem? Reſpondit; nimirum minimè placet multitudinis fluctuare procella vel vnus [illegible] de turba. Nonne inter ſidera Sol eſt vnus, & ſuper omnia vnus eſt Deus? Quo audito cùm ſubtiliter procedens illa ſingularitatis eius ſuperbiam notaſſet, in hac cauſſa taliter arguendo proceſſit argumentoſa.* Expende attentius verba quæ obiectis reſpondendo ſubtiliter annectit: *Quanquam vnus*, inquit, *eſſentialiter ſit, compar tamen trinitatis hypoſtatica indiuiſibili ſocietate gaudet. Sol autem Lunam ſtellarum infimam ne ſit ſolus, dono lucis efficere ſibi ſociam ſplendoris in granditate conatur ..... Cùm à principio Deus hominem creaſſet vnum, mox ſtatim dixiſſe fertur: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, &c. Væ ergò ſoli, quia cùm inſtabili pede ſuperbia ventilatus ceciderit, ſocietate priuatus, ſubleuans adiutorium non habebit.* Audi nunc ſuperbiæ vocem: ſingularitatem affecto, ne *vnus ſim de turbà*, vel ſapientum, vel fortium, vel nobiliũ; vt ſim de ſingularitate famoſus: [illegible] ſingularitatem ſic Sol (vt vt poteſt) nobiliter refutat: *Sol Lunam ſtellarum infimam, ne [illegible], dono lucis efficere ſibi ſociam ſplẽdoris in granditate conatur.* O generoſum ſtellarũ Re-[illegible]onarum! Sol ſui iubaris commercio ſplendoris [illegible] comparem efficere nobiliter affectat; & [illegible] homo in ſuperbiæ officina ſolitudinẽ [illegible] fingit. Solis exemplo vapulet [illegible] ſuperbæ ſolitudinis vana gloria.

[illegible] Eſther 6. rex ille magnus Artaxerxes Aſ-[illegible], Aſſyriæ, Chaldææ, & Perſidis ſuperbus Imperator, qui nõ tantùm ſe tanquam Deum [illegible], ſed Diuinitatis abreptiones [illegible] præſumpſit arroganti ſtoliditate. V[illegible] ſucceſſor illius Nabuchodonoſoris, qui ſub Daniele in beſtiam tranſlatus

P. Didac. Ceyada in Suſannam.

[illegible] præſumptione[illegible], qui Deum ſ[illegible] eſſe ambi[illegible] vniuerſas prouincias [illegible] inſidiis Amani perduellionem, *Hoc cogitans* inquit, *vt inſidiaretur noſtra ſolitudini*. O hominem veſane ſuperbum! Soli[illegible] dinem in natura, in dignitatis throno, & honoris faſtigio præſumit? Solitarium ſe [illegible]ctat, velut humano faſtigio maiorẽ, dum Eſtheris ac Mardochæi opis ſe indigũ profitetur? Profundè Ariſtoteles de ſacris Scripturis edoctus, vt eſt [illegible] noſter Cornelius, ſic fatur lib. 1. Polit. c. 2. *Solitarius, & nullius indigẽs, aut Deus eſt, aut beſtia.* Vide hic ambitæ ſolitudinis amentiam: porrò *ſolitudo* nullius vere indi[illegible], Deũ probat: Deus enim naturâ vnus & ſolus eſt; & ſeipſo abundè contentus, nullius indigus eſt, quod eſt ſummũ Dei elogium. Quod dum creatura præſumit, & *ſolitudinis* æmulationem cũ Aſſuero & Nabuchodonoſore ar[illegible] arroganter exambit; quaſi præ nimia ſuperbia hominem dediscens, deſierit eſſe homo, in beſtiam reuditur in ſtolidæ ambitionis officina. Quare *ſolitudinem* præſumens Aſſuerus, cùm homo, non Deus eſſet, inſtar Nabuchodonoſoris cognata metamorphoſi, in beſtiá mire rehi[illegible]itur. Si[illegible] obbruteſcit ſuperbia! *ſolitarius, & nullius indigens, aut Deus eſt, aut beſtia.* Heu humanæ ati[illegible] arrogãtiæ phãtaſia, has *ſibi ſolitudines ædificat*! Libido potiùs quàm ſuperbia fecit, vt duo pluréſve *veniant in vnum.*

Eſther 16. v. 14.

Solitarius nullius indigens, aut Deus eſt, aut beſtia.

Cornel. in cap. 4. v. 9. Eccleſ.

Ariſtoteles.

Iob 3. v. 14.

Hic Verſ. 14.

5\. Siracides cap. 32. Eccleſiaſtici, ſic ſalubriter Principes ac Magiſtratus admonet: *Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis* Pro *τὸ rectorem*, alij e Græco excribũt, præſidem, ducem, ductorẽ, principem, regem, imperatorem, magiſtratum, magnum. Quaſi dicat: Princeps vel Præpoſitus dignitate es; teſuta ſuperbiæ typhum, quo diſtentus, alios deſpicias, auerſeris, proculces, tanquam tibi inferiores, & quos vel tecũm computare detrectes; ſed potiùs ita age, vt celſitudinis faſtigium lenitate agendi demittas, vt, ſcilicet ſubiecti populi, quantũ reuerentur præfecturæ maieſtatem, tantùm mores æquabiles ſuſpiciant & exoſculentur. Syrus interpres ſic notanter legit: *Magnum te conſtituerunt, ne extollaris: eſto tibi ſicut vnus ex illis*: nempe perinde reputans, *Eſto tibi ſicut vnus ex illis*; ac, *Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis*. Nam qui *ſibi* eſt ſicut vnus ex ſubditis, apud ſubditos quaſi vnum ex illis vltrò ſe exhibet. S. Gregor. p. 2. Paſtor. c. 6. cuius hic eſt titulus: *Vt ſit Rector benè agentibus per humilitatem ſocius.* Cauſſam reddit: *Quòd omnes homines natura æquales genuit. Vnde cuncti, qui præſunt, nõ in ſe poteſtatem debent ordinis, ſed æqualitatem penſare conditionis: nec præeſſe ſe hominibus gaudeat, ſed prodeſſe.* Quare apud Ariſtæam Ptolomæus Philadelphus Ægypti rex, à vigeſimoprimo LXX. Interpretum audiuit: *Reges ſubigendorum populorum cura ſollicitat ob gloriæ magnitudinem. Sed pulchrum eſt ſe in omni re metiri, & quæ Deus dederit ſtudio continere.* O quàm eſt pulchrum Præfectis ac Principibus *ſe metiri, & æqualitatem penſare conditionis, non in ſe poteſtatem ordinis*: & ſic erit *ſibi quaſi vnus ex illis*, ſubditis, tanquam! Sunt qui rarò aut nunquam *ſe metiri* norunt, nec naturæ conditionem cõmunem cogitant, ſed præfecturæ dignitatem ſemper

Eccli. 32. v. 1.

Syrus.

S. Gregorius.

Superior, qui ſe metitur, eſt ſibi ac ſubditis quaſi vnus ex ipſis.

Ariſtæas tract. de LXX. Interpret.

ante oculos obuerſans: vnde reliqu[illegible] tæ-
dio exgreges fiunt, & ſolitudinem ſi[illegible]
exambiunt. Hiſpane di[illegible]mus: *Siempre eſtas penſando que es Superior.* Si ergo a[illegible]us ſe metiatur, & communem hominibus conditionem penſet, *erit ſibi, & in illis, quaſi vnus ex ipſis* ſibi ſubiectis.

6. Eccl. 4. v. 8. S. Ambroſ. Eccleſiaſtæ 4. *Vnus eſt, & ſecundum non habet.* Quæ verba ſoli Deo myſtice tribuit Ambroſius lib. de Inſti. Virg. cap. 10. ne humana ſuperbia hoc Dei elogium ſibi ambitioſè arroget. *Eſt vnus*, inquit, *& non eſt ſecundus is, de quo dictum eſt: Magiſter veſter vnus Chriſtus eſt, vnigenitus Dei filius, ſolus, primus, vnus Deus, quod vult faciens, non quod imperatur, eſt vnum quid cum Patre, vnicus ſine peccato, ſolus ſine adiutorio* (in paſſione.) Hæc Eccleſiaſtæ verba Chriſto myſticè conueniunt, non quæ in eodem loco ſubſcribuntur, niſi fortè non in ſe, ſed in ſuis membris, Chriſtianis inquam, de quo alias.

Solus Chriſtus Deus, vnus eſt, & ſecūdum non habet. quare?

7. Geneſ. 1. v. 5. Geneſ. 1. luce iam creata, & a tenebris diuiſa, *Factum eſt veſpere & mane dies vnus.* Eccur non *primus?* nam licet nullus dies hunc præceſſerit, illum reliqui omnes ſubſequuntur, & ſerie ſui numeri exinceps ſuccedunt. Hebræum idioma rem literalem facilè extricat: altior verò myſtice ſenſus, ne *primus* dicatur, ſed *vnus* nominetur, iure merito expoſcit. Audiendus eſt S. Auguſtinus aliàs aliundè enucleatus: *Noli velle gaudere in iſtis, ſed gaude in illa luce, quæ non habet occaſum; gaude in illa luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus.* Præluſtris ſanè dies, quo beata empyreæ gloriæ æternitas deſignatur, de ſingularitate famoſus, de vnitate opinatiſſimus: *Dies vnus, quem non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus.* Vnus eſt, & ſecundum non habet. O pie ſuperba virtutis velut ambitio!

Dies vnus, quem nō præcedit heſternus, nec ſequitur craſtinus.

S. Auguſt.

§. CXIX.

Tot tantáque humani corporis probra, longè ſuperbiam arcent, & humilitatem de proximo negotiantur.

1. Sidon. Apol. l. 7. epiſt. 4. COgnatæ ſuperbiæ antidotum Sidonius Apollinaris propinat homini: Quo, inquit, nihil æquè miſerum deſtitutúmque naſcendi cōditio produxit, quippe cùm præbeat tanquam ab aduerſo, boui pilus, apro ſeta, volucri pluma veſtitum: quibus inſuper, vt vim vel inferāt, vel repellant, cornu, dens, vnguis arma genuina ſunt: membra verò noſtra in hunc modum cenſeas e[illegible]a, non edita, cum que gig[illegible]dis artubus ani[illegible]um, cet[illegible]orum mul[illegible]fario naturæ præſidio, quaſi quædam ſinu patente mater occurrat, humana tantum corpora effudit, quorum imbecillitati quodammodo nouercaretur. Dicant velim in homi[illegible]is formaquid ſatis præſtans, q[illegible]id ſpe[illegible]abile putent[illegible] procer[illegible] quaſi non hæc ſæpe co[illegible]gruentius [illegible]pictur. An fortitudinem quæ vale[illegible] ce[illegible]ma cer[illegible]nis tot[illegible] At d[illegible] lineamentorum [illegible], [illegible]la

Homines vilitates deuoſe conglobantur.

ſimulacris, & cera picturis. An vocem? cui non ceſſe[illegible] claritate. An induſtriam? cui pro ſuo[illegible] comparati nec formica formidat. [illegible]i forſitan præferunt vim videndi, tanquam non ſit eminentior viſus aquilarum. Præferunt audiendi efficaciam, tanquam ſus hiſpidus non antiſtet auditu. Præferunt odorandi ſubtilitatem, tanquam non præcedat vultur olfactu. Præferunt guſtandi diſcretionem, tanquam non plurimum hinc nos cedimus & ſimio. Quid de tactu loquor, quem ſibi indifferenter tam Philoſophus, quàm vermiculus vſurpant? Taceo hîc de appetitibus illecebroſis, quos i[illegible] c[illegible]itu mo[illegible] belluino carnis humanæ voluptas incl[illegible]nata communicat. Ecce quam miſeriam præferunt, excoluntque. Hactenus ille, quò humana ſuperbia detumeſcat.

Geneſ. 1. die mundi ſexta ſub clauſulam mundialis opificij, dixit diuinus opifex: F[illegible]ciamus hominem ad imaginem & [illegible]tudinem noſtram. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum.* Quaſi dicat Deus: Faciamus hom[illegible] exemplar noſtrum, vt tanquam imago [illegible]s, quaſi [illegible] exemplar [illegible] Nō hîc morabor Interpretes, in quonam [illegible] ſit hæc ratio imaginis, qua Deum homo repræſentat. Vndecumque res ſit, omnibus in confeſſo eſt, generoſum eſſe hominis elogiū, Dei imaginem eſſe. Quod [illegible] num in[illegible] ſententia Oleaſtri & Lugubr[illegible] Coſmopa[illegible], qui putant Deum hîc induiſſe formam humanam, vt [illegible]ius ad inſtar [illegible] hominem, ratio hæc imaginis Angelis non congruit. Licet autem vera rati[illegible] imaginis hîc expreſſa, Angelis con[illegible]at, ex[illegible]enſione tamen dig[illegible]iſſimum eſt, cur homo ſæpè, nunquam Angelus, Dei imago nuncupetur? Forſan hæc ſublimior excellentia [illegible]ognatam nutriet homini arrogātiam. Quid ergo ambitionis fomes à ſacro Hiſtorico illi [illegible]tur? Perſtringit hoc dubium Theophy[illegible] in ad [illegible]oloſſen[illegible] 1 v. 15. inibique ita ad rem luculenter ſcri[illegible]: *Quid prohibet quominùs & Angeli ſint imagines Dei, quandoquidem & ipſi ſunt inuiſibiles? attamen Angelus unſquam imago dicitur. Contemplare autem hic accuratam Scripturæ formam. Hominem nominat quidem imaginem Dei, & filium, Angelum autem nuſquam. Illic enim Angelica natura altitudo ſtatim ad impietatem homines præcipitaſſet, e[illegible] imantes eiuſdem eſſe dignitatis Angelum cum Deo.* S[illegible] quæ ſubdit verba: *In homine autem tenuitas & humilitas munit nos firmatque, ne tale quiddam ſuſpicemur.* Cog[illegible]ce o hom[illegible] [illegible]itatem tuam, qua [illegible] ſacer Hiſtoricu[illegible] te Dei imag[illegible] appellare n[illegible]. Si Angelus diceretur Dei imago, for[illegible]becill[illegible] men[illegible]retur, vt eum quaſi quiddā diu[illegible], aut quandam Diuinitatis abreptione put[illegible]. Homo autem in aſylo tenuitatis [illegible]utatur ſecurus ab hoſ arr[illegible]antiæ mi[illegible] homo vi[illegible]tat[illegible] ſuæ conſcius, erigen[illegible] hoc e[illegible]o [illegible]biliter [illegible]nero[illegible]ean[illegible] pr[illegible]a[illegible]nimus. Tam lo[illegible] beſſ[illegible] ba[illegible]an tiæ len[illegible] præn[illegible] anim[illegible]tem [illegible]ngerere Moyſ[illegible]s pe[illegible]

p[illegible]num

2. Ge. 1.

Homo [illegible] ſua di[illegible]

Quam [illegible]

... um putarit. Quid ſuperbit, cui ſubeſt ... vilitas, vt generoſis titulis ſubrigen... , ne ſord de puſillanimis concidat? O homo noſce te ipſum. Verè Democritus apud Hippocratem, epiſtolâ ad Damagetum: *Totus homo ab ipſo ortu morbus eſt. Dum educatur inutilis, auxilium ſupplex implorat; dum increſcit improbus & demens eſt, inſtitutione puerili indigens; in ætatis vigore conſtitutus, audax; ætate marceſcens, miſerabilis ſuos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore ſanie permiſtò promicuit.* Suſanna Gratiarum manibus facta puella, pulchritudine, opulentiâ, ac nobilitate prælu... is, tot hîc pigmentorum indiga eſt, vt corporis pedorem extergat, & balneis abluat. Taceo reliquas feminarum ſordes.

15. 1. Corinthiorum 15. *Primus homo*, inquit, *de terrâ, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis.* Zeno Veronenſis ſerm. de ſpiritu & corpore, ſic locum excribit: *Primus homo è limo terræ, ſecundus de cælo.* Quis ſuperbiat de ſecundo ortu, quo regeneramur a Chriſto, qui ſic ſqualet de primo? Quis non detumeſcat de cognato luti ſui limo, & multimodè probroſis appendicibus lutoſi cœni, quo ſordidè materiatur? Eloquenter Tertullianus lib. de Reſurrect. carnis, cap. 4. Non protinùs audis, inquit, *& non vbique conuitium carnis: in originem, in materiam, in caſum, in omnem exitum eius, immunda a primordio ex fecibus terræ, immundioris deinceps ex ſeminis ſui limo, friuola, infirma, criminoſa, oneroſa, moleſta? & poſt totum ignobilitatis elogium, caduca in originem terram, & cadaueris nomen, & de iſto quoque nomine peritura in nullum inde iam nomen, in omnis iam vocabuli mortem?* Ex hâc humani corporis lutosa ignominiâ, carnis reſurrectionem perperam Philoſophi negant: veriùs Chriſtiani arrogantiam inde potiùs ablegant, & ſuper hoc luto humilitatem ſolidiùs fundant.

Geneſis 2. tanquam mundialis opificij
v.7. clauſula, hominis formatio deſcribitur: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Arcanum ſanè indiuiduè commercium limi ſordidè cœnoſi, & animæ ſpiritualiter immortalis. Hinc homo exiſtit imago Dei, & nobilis Angelorum cognatus: inde cum brutis pecudibus inhoneſtam cognationem fœderat. Ab animo habet, quòd cæleſtia ſpirat; à corpore autem, quòd voluptatibus mancipatus, terrena ſapiat. Sed vide hîc prouidentiæ diuinæ ſacramentum: quantam propinat ſuperbiam animi natura generoſa, tantam originarij luti ſqualor humilitatem ſuggerit. Hâc ſuper re Nazianzeni reſcribam verba, quæ reſcribere Damaſcenus non grauatur: Corpori huic, inquit, quonammodo coniunctus ſim, haud equidem ſcio: *quóque pacto ſimul & imago Dei ſum, & cum cano voluter:* quod & cum incolumi valetudine eſt, bello me inſectatur, & cùm bello premitur excruciat, mœrréque afficit: quod & vt vinculum fugio, & vt eiuſdem hereditatis particeps reuereor. Si macerare & debilitare contendam, iam non habeo quo ſocio & adminiſtro ad res præclariſſimas obeundas vtar, nimirùm haud ignorans cuiuſnam rei cauſa procreatus ſim, quodque mihi faciendum ſit, vt per actiones ad Deum aſcendam. Sin contrà, vt cum adiutore & adminiſtro, mitiùs indulgentiúſque agere mediter, nulla iam ratio occurrit, quâ rebellantis impetum fugiam, omninóque a Deo excidam neceſſe eſt, corporis compedibus degrauatus, in terram detrahentibus, vel detinentibus. Hoſtis eſt blandus & facilis: inſidioſus amicus. Proh Deum immortalem, quæ iſthæc coniunctio eſt? quæ inimicitiarum diſſidiique ratio? *quod vereor, amplector: quod amo, perhorreſco.* Antequam bellum geri cœptum ſit, in gratiam cum eo redeo: antequam pax ſit conſtituta, ab eo diſſideo. Quánam hoc Dei ſapientiâ? quonam magno & arcano conſilio mihi accedere dicam? *An hoc agit, vt cùm Dei pars ſimus, atque supernè ſinxerimus (ne ob huiuſmodi dignitatem inſolenter efferamur)* ob eam quæ nobis eſt cum corpore colluctationem, cùm ſemper intueamur, omnéſque ſpes noſtras in eo poſitas habeamus, *ſicque connexa nobis infirmitas dignitatem tanquam freno coerceat? An vt intelligamus nos maximos ſimul atque abiectiſſimos eſſe, terrenos & cæleſtes, temporarios & immortales, lucis & ignis ſine tenebrarum heredes, prout ſcilicet ad alterutrum horum nobis propendere contigerit? Hæc noſtra temperatio eſt, atque ob has cauſſas, quantùm quidem ipſe proſpicere poſſum, vt cùm imaginis dignitas nobis animos extulerit, terra eoſdem deprimat, contrahátque.* Longulè pariter ac opportunè Nazianzenus. Ipſe ſui commentarium, & elucidarium eſto.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Acre bellum inter carnem & ſpiritum. nimis periculoſum eſt. quare?

Quantum hominis dignitas animos effert, tantùm carnis vilitas deprimat.

Auctor libri Sapientiæ in perſonâ Salomonis, ita ſcribit: Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore *coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis..... Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium* Quare Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 5. ſcribens Agneti Auguſtæ, & citans omnem hunc Salomonis locum, ex eo ita concludit: *Erubeſcant ergo cordis elata ſupercilia, & qui ſe conſiderat inter ortum & exitum communi cum ceteris naturæ lege conſtringi, deſinat de ſublimiori gloria ſingularitate iactari.* Demittat ergo criſtas ſuperba Regum pompa ſuæ limoſæ carnis memor. Ex quo malè ſordeſcis, peiùs intumeſcis, inſoleſcis. Ex Zoroaſte in oraculis Pſellus, corpus humanum appellat *materiæ facem*, & *materiæ ludicrum*, vel *neglectum*; Marthanus, *Materiæ quiſquilias*, & *reiectamenta.* Quis eſt adeò ſtolidus, vt hæc cogitans, de ſublimitate ſibi blandiatur? O quàm eſt friuola hominum vana gloria! Vnde ſuperbiat, qui integratur *materiæ ludicro, neglectu, facibus, quiſquilijs, reiectamentis?* Vide qualis ſit humanæ arrogantiæ hypoſtaſis. Heu ſordida vilitas facta eſt ſuperbiæ emphaſis. Plura qui volet ſuper hoc argumento conſulat S. Zenonem Veron. ſerm. de ſpiritu & corpore.

5.
Sap 7. v. 2. & 5.
B Petr. Dam.
Carnem puta materiæ facem, ludicrum, quiſquilias.
Zoroaſter. Pſellus.
Marthanus apud Cerda in Tertull. de Reſurr. carn. n. 60.
S. Zeno.

§. CXX.

Intùs omnia diſsimilia ſint, frons noſtra populo conueniat, combinatá ſingularitate notanter communis.

1. HÆc antè omnia ſibi quiſque perſuadeat, Me iuſtum eſſe gratis oportet. Non eſt quod expectes, quòd ſit iuſtæ rei præmium maius quàm iuſtum eſſe. Illud adhuc tibi affige: Nil ad rem pertinet, quàm multi æquitatem tuam nouerint. Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ. At mehercule ſæpè iuſtus eſſe debebis cum infamiâ. Et tunc ſi ſapis, mala opinio benè parta delectat. Virtutum omnium pretium in ipſis eſt, non in vulgi opinione. Itaque feciſſe, rectè facti merces eſt. Ne liberalem virturem auarè nundineris. Illud autem te admoneo, ne eorum more qui non proficere, ſed conſpiei cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Quicquid ambitionem peruerſâ viâ ſequitur, deuita. Intùs omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat. Audire de ſingularitate famoſum, non eſt virtutis ſtipendium, ſed vanæ gloriæ aucupium. Singularitatis fuga, ſingulare virtutis ſtudium eſt. Age vt melior ſis, non vt diſſimilis videaris. O qualis erat Suſannæ virtus, in reliquis non abſimili vitæ genere! Viridarium & balneum in æſtu frequentat; ſed torridæ regionis conſuetudo, & frugi etiam Matronarum frequens exemplum, de hoc vulgari refrigerio præſcribit. Alibi ſuperuacuæ forent deliciæ, ibi popularis vulgò neceſſitas, quam non ſingulariter fugit, ſed communiter ſubit.

Ferè ex Senecâ ſaltuatim.

Singularitatis fuga, ſingulare virtutis ſtudium eſt.

Hic Verſ.17.

2. Matthæi 22. Rex ille nuptiale conuiuium filio apparat. Et mittit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, qui inurbanè regale epulum recuſarunt. Rex autem iratus, miſit ad vias publicas, nouos parare inuitatos. Et egreſſi ſerui eius congregauerunt omnes quos inuenerunt, *malos & bonos*: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. *Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Magna quidem pœna, & quæ longè culpæ meritum excellere videtur. Qui indifferenter obuios quoſque *malos & bonos* inuitat, & ad conuiuium intrare permittit, cur ſic putat flagitioſum, veſtem nuptialem non aſſumere? qui malitiam conuiuatum non faſtidit, ſic de inornatâ veſte offenditur? Quid ſi homo ille cultiorem veſtem non habebat? Quid ſi ignorabat quali veſtium ornatu diſcumbendum foret? Pulchrè S. Cyrillus Ieroſolym. in Catecheſeon præfat. *Circuiens*, inquit, *ſingulos conuiuas, & circumſpiciens vidit quemdam externum non habentem veſtem nuptialem, dixitque illi: Amice, quomodo huc intraſti? quo colore? quâ ſcientiâ? Eſto: oſtiarius non prohibuit; ignorabas quali amictu ingrediendum eſſet ad conuiuium? Sit ita ſanè. Sed cùm iam intraueras, vidiſti ſplendida diſcumbentium veſtimenta, nonne te oportuit, vel ex his quæ cernebas diſcere?* Ecce crimen magno luendum, in exteriori habitu & cultu ſe reliquis diſſimilem exhibere, & de ſingularitate notabilem. Humilitatis forſan putari poſſet iudicium, inornatum, & vili amictum indumento incedere & intrare ad conuiuium; ſed in externo habitu, cultu ſe ſingularem ac notabilem exhibere, nullo virtutis obtentu colorari, excuſarive poteſt ad veniam. Quare *obmutuiſſe* deſcribitur: nam qui *ſplendida diſcumbentium veſtimenta vidit*, ex reliquorum aſpectu ſimilem reliquis cultû ediſcere oportebat. Omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat; ne ſubdolo ambitionis ingenio, peruerſâ viâ virturem perſequaris, dum notanter ſequi videris. O has fraudulentas ambitionis technas ſollicitius caue, qui virtutem ſtudioſiùs amas. Quiſquis per ſingularitatem ad ſanctitaris celſitudinem tendere præſumit, non it, ſed errat.

Matth. 22. v.12.& 13.

S.Cyrill. Ieroſol.

Inter ſplendidè veſtitos vili indutus veſtem, punaliſſimè notur. quare

3 Lucæ 8. hanc parabolam moralitatum grauidam Chriſtus proponit: Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent; vnus Phariſæus, & alter Publicanus. *Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus, gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores, iniuſti: velut etiam hic Publicanus*, &c. Ecce hic ſub omnium ſanctitatum laruâ, inſolentioris ſuperbiæ ideam. *Stat* Phariſæus ceruice ac vultu in cælum erecto, quaſi illud ſibi eſſet debitum; quaſi cum Deo diſputaturus, vel rationem meritorum ſuorũ initurus & exacturus. *Apud ſe orabat*, nõ apud Deum: hominis enim oratio redit ad ſe, cùm homo per ſuperbiæ inſolentiam, Deum dediſcit, & à ſe abalienatur. *Orabat*, ſed more ſuo, id eſt, Phariſaico. Quid autem rogauerit Deum, quære in verbis eius, nihil autem inuenies. Aſcendit orare, & noluit Deum rogare, ſed ſe laudare, inſuper & benè roganti Publicano inſultare. *Gratias ago tibi.* non reprehenditur quòd Deo gratias agebat, ſed quia nihil ſibi addi cupiebat. Hæc autem Phariſaica gratiarum actio, ambitionis hyperbolen de ſingularitate oſtentat. Quod his verbis S Bernardus luculenter edixerit: *Gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum. Gratias agit, non quia bonus, ſed quia ſolus, non tam de bonis quæ habet, quam de malis quæ in alijs videt.... Phariſæus: dum in ſe ſingulariter exultat, alijs arroganter inſultat.* O planè Phariſaicus virtutis cenſus! Non gratias Deo agit, quia bonus; ſed ſibi gratulatur, quia *ſolus*. Et dum de virtutis *ſingularitate* lætanter exultat, ceteris arroganter inſultat: *Non ſum*, inquit, *ſicut ceteri hominum.* Exgrex eſſe ambio; & inde bonus, quia ſolus; & inde ſanctior, qui notanter ſingularior. Non affectat eſſe bonis actibus animitus virtuoſus, ſed de operum inſolentia fore exambit de ſingularitate famoſus; & inde laudabilis, vnde præ ceteris notabilis. Non Deo, ſed ambitioni viuit, qui de externi operis inſolentia, digito monſtrari exoptat. Hic hic inquam, ſuæ virtutis fabricam, de ruinâ aliorum ædificat, nec putat eſſe bonum, niſi non bonum ſingularitatis elogium. Ergo *illud te admoneo*,

Lucæ 8.

Phariſæus gratias non quia bonus, ſed ſolus et ſingularis.

S.Bern. de grad. hu-mil.

Ambitio ſingularitatis de aliorum malo virtutem ædificare præſumit.

adnoneo, ne eorum more qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum, incultum, & intorſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid aliud ambitionem peruerſà via ſequitur, denita.... Intus omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat. Appoſitè Beruardus nuper laudatus, infra in 5. grad. humil. *Turpe eſt ei qui ſe ſuprà ceteros iactat, ſi non plus ceteris aliquid agat, per quod vltrà ceteros appareat.... Nec tamen melior eſſe ſtudet, ſed videri. Non melius viuere, ſed videri viuere geſtit, quatenùs dicere poſſit: Non ſum ſicut ceteri homines.* Quod longule inibi perſequitur.

S. Bernard.

4\. Pſalmo 140. regius Propheta malorum conſortia declinare ſtudioſè ſatagit, aiens: *Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum*, quaſi prorsùs illorum exgrex. Symmachos, *neque vna comedam dulcia eorum*; Hebræus, *delicias eorum*. Auguſtinus autem habet, *non combinabo*, Hilarius, *non combinabor*. Quamobrem conſectariè Pſalmum hâc clauſulâ terminat: *Singulariter ſum ego donec tranſeam.* Paraphraſis Chaldaica, *ſingularis ſum ego donec tempus tranſeat* id eſt, toto vitæ decurſu ſum eróque ſingularis. Ceterùm cùm Dauid in mediis vrbibus babitauerit, quomodo velut hominum exgrex, *ſingularis*, aut *ſingulariter* ſe viuere dicit? Quid eſt, non *combinabor* cum nequam populo, cùm in medio illius ſemper verſaretur? Huius *combinatæ ſingularitatis* ſacramentum, his verbis paodit Chryſoſtomus in Catena Græcorum Patrum indidem, apud Corderium noſtrum: *Singulariter ſum ego donec tranſeam. Alius ait: Simul ſum ego: alius, In idipſum, hoc eſt, coniunctus, non diſperſus: vel ſecundùm L X X liberatus à malis; idque non vno, & duobus tribúſve diebus, ſed per totam vitam. Ceterùm ſolitudo non tantùm facit eſſe ſolum, ſed magis mens ſapientiæ ſtudioſa. Ita etiam qui habitant in medys vrbibus, & ſtrepitibus, & foris, poterunt eſſe ſingulares homines.* Profunde quidem Chryſoſtomus benè *combinatæ ſingularitatis* myſterium edidſerit, dum *ſingulariter* perinde putat, ac *ſimul*, vel *in idipſum, hoc eſt, coniunctus.* Adeò vt in mediis etiam vrbibus, reliquis ſpecie tenùs prorsùs ſimiles, inueniat homines *ſingulares.* O bona Dauidis ſingularitas, quà cum omnia intùs diſſimilia ſint, frons & exterior ſpecies populo conuenit; & dum fugit eſſe de ſingularitate famoſus, & de virtutis inſolentiâ notabilis, conſummatum perfectæ ſingularitatis elogium expunxit, & *combinatam ſingularitatem* expreſſit. *Non comedit dulcia*, vel *delicias* cum frequenti populo, in quo tanquam reliquis ſimilis *ſimul* habitat; & quià animitùs omnia diſſimilia ſunt, *ſingularis*, aut *ſingulariter* viuere perhibetur. Bona ſingularitas, quæ non amat, ſed fugit vanæ gloriæ theatrum. Deo, ac virtuti detrahitur, quod hominum admirationi ſingulariter impenditur. Non hinc ſolitaria vita culpatur, ſed communis eruditur. Exinde B. noſter Franciſcus de Borgia in mediis vrbibus, foris, palatiis, quaſi populorum exgrex, & ad ſeculares voces ſurdus, nullus mundo, totus ſibi, ac Deo inceſſiſſe perhibetur. *Solitudo non tantùm facit eſſe ſolum, ſed magis mens ſapientiæ ſtudioſa. In medys vrbibus, & ſtrepitibus, & foris poſſunt eſſe ſingulares homines.*

Symmach. Hebræus. S. Auguſt. S. Hilarius. Pſalm. 140. … ldæus.

S. Chryſoſt.

LXX. Interp.

Combinata ſingularitas, potior virtutum prærogatiua eſt.

B. Borgia in medys vrbibus erat ſingularis homo. quare?

P. Didac. Çelada in Suſannam.

5\. Lucæ 18. Phariſæus & Publicanus orare in templum aſcendunt. Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat: *Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum*, &c. Diceret ſaltem, Non ſum ſicut multi homines. Quid eſt, Non ſum ſicut ceteri homines, niſi omnes homines præter meipſum? De ſingularitate famoſus eſſe ambit. De ſingularitate ſibi placuit; alios quaſi communes & gregales deſpicit. S. Gregorius lib. 23. Moral. cap. 7. ad hunc Phariſaicum faſtum adludens, ita opportunè ſcribit: *Non ſum ſicut ceteri hominum. Nonnulli deſpectis ceteris videri appetunt ſingulariter bonum habere quod habent. Vnde Phariſæus idcircò de templo abſque iuſtificatione deſcendit, quia bonorum operum meritum ſibi quaſi ſingulariter tribuens, Publicano ſe prætulit.* Plura in hanc ſententiam ſubſcribit Gregorius, quæ ſi exſcriberem & expenderem, longum facerem. Itaque ſingularitatis ambitio, vel ipſum quod habet bonum, amittit.

Luc. 18. v. 11.

Singularitatis appetitus, bonum quod habet, perdit.

S. Gregorius.

§. CXXI.

Eò temeritatis impudentior peccandi audacia deuenit, vt quod libet, licere putet.

1\. SAluianus Maſſilienſis lib. 4. de Gubern. Dei, ſic elucidat illud Apoſtoli: *Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gentes.* Cuius ergò criminis rei ſunt Chriſtiani, ex hoc vno intelligi poteſt, quòd Dei nomen infamant. Cùm ipſe Saluator noſter quotidie clamet: Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant filij hominum opera veſtra bona, & magnificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt; nos ita viuimus è contrariò, vt filij hominum videant opera noſtra mala, & blaſphement patrem noſtrum, qui in cælis eſt. Ita agimus ac viuimus, vt hoc ipſum quòd Chriſtianus populus eſſe dicimur, opprobrium Chriſti eſſe videatur.... In nobis Chriſtus patitur opprobrium, in nobis patitur lex Chriſtiana maledictum. Talis profectò ſecta eſt, quales & ſectatores.... Sancta à Chriſtianis fierent, ſi Chriſtus ſancta docuiſſet. Æſtimari itaque de cultoribus poteſt, ille qui colitur. Hactenùs ille. Pergit lib. 5. *Ac proindè etiam hoc noſtrum eſt crimen, quod populi barbarorum heretici eſſe cœperunt.* Enormius quidem ſcelus, & ſceleſtius piaculum, tanto ſtudio ac feruore vitia perſequi, tam impudenter palam malos eſſe, ac ſi qood male lubet, benè liceret: qood procacis malitiæ arbitrium eſt; ne ergò in vitiis vitioſitas ionoxiè præſcribat impudentiæ priuilegio, paucula ſubſcribimus.

Ad Rom. 2. v. 24.

Saluianus.

Matt. 5. v. 16.

Quomodo Dei nomen per Chriſtianos blaſphematur inter Gentes.

Catholicorum vitia hæreſes parturiunt, quare?

2\. Iſaias cap. 3. de Hebræâ gente ſceleroſè impiâ, & indè atrociùs puniendâ, ita ſcribit: *Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorum.* Quaſi dicat: Populus meus non contentus, vt olim, ſuam

Iſaiæ 3. v. 9.

Laudi adſcribitur, grauiùs peccare.

ſuam intemperantiam ab oculis hominum
remouiſſe, & clàm delinquere pudure pec-
candi; nunc *vſque adeò frontem perfricuit, vt*
Sanctius. *ſicut Sodomæ flagitia publica euulgarit prædi-
cauerit que, quaſi laudi ſibi eſſe duxerit diutiſſi-
mè, atque grauiſſimè peccaſſe*, vt in Paraphraſi
noſter Sanctius exponit. O frontem, quam
ſaltem virtutis color ad veniam non colorat!
Nec mirum quòd non pudeat id, de quo
gloriatur, quod iam licere putat. Audiendus
S. Gregorius. eſt S. Gregorius in Paſtorali p. 3. cap. 32. *Cùm
enim*, inquit, *prauus quiſque impudenter inno-
teſcit, quò liberiùs omne facinus perpetrat, eò
etiam licitum putat: & quod licitum ſuſpicatur,
in hoc proculdubiò multipliciùs mergitur. Vnde
ſcriptum eſt: Peccatum ſuum ſicut Sodoma præ-
dicauerunt, nec abſconderunt. Peccatum enim
ſuum abſconderet Sodoma, ſi adhuc ſub timore
peccaret. Sed funditùs frena timoris amiſerat,
quæ ad culpam nec tenebras requirebat.* O ho-
Quò liberiùs omne facinus perpetratur, eò etiam putatur licitum. mines luſcioſos, imò & penitus cæcos? Ma-
litiam ſcelerum videre nequeunt, ne ſcelera
non amare contingat. Exlex cupit eſſe ne-
quitia, nequid ſibi vetitum putet. Nec mo-
dum, nec metam habet vitium, quod inter
licita cenſetur. O iniquiſſimum rerum cen-
ſum! ó barbaricè cæca, ac penè nulla pecca-
torum iudicia, qui vt ſine freno ad vitia
ruant præcipites, nequitiam licere ſuſpican-
tur; & concupiſcentiæ penicillo malè pin-
gunt, & peiùs honeſtant. *Quo liberiùs omne
facinus perpetrat, eò etiam licitum putat.* Huc,
huc deducit malitia diutiùs peccatis aſſidua,
& inuerecunda peccandi licentia, vt eius pri-
uilegio, & peccatum iniquitate euacuari, &
inhoneſtum honeſtati putetur. O iniquiſſi-
mum propagandæ & augendæ malitiæ arbi-
trium? Quis vereatur admittere, quod ſibi
licitum ſuſpicatur? Heu barbarum malitiæ
cenſum! Hæc vltronea cæcitas, liberiùs ac
numeroſiùs delinquendi arbitrium eſt. Gra-
tulor his nequam Senibus, quòd ſecreti
lenocinio flagitium audeant. Tametſi Soſan-
næ pudorem potiùs verentur, qui peccandi
Hic Verſ. 20. verecundiam prodegerunt: *Ecce*, inquiunt,
*oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, &
nos in concupiſcentia tui ſumus: quam ob rem
aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.* At Su-
ſannæ ad peccandum eadem in publico at-
que in ſecreto frons eſt, vtrobique adæquè
Dei oculos verita.

3. Geneſeos 6. Primæua illa hominum gens,
omnium flagitiorum genere ſceleroſiſſima,
tot ſcelerum expiatricem eluuionem, totum
peccatis exundantem, clamore peccatorum
Gen. 6. v. 11. extorſit: *Corrupta eſt autem terra coràm Deo,
& repleta eſt iniquitate.* Tanta támque imma-
nis peccatorum colluuies, *coràm Deo* dici-
Caietanus. tur. Caietanus ibi: *Corrupta eſt terra in facie-
Multæ facies adſpectu ad iniquitatem Deo tribuuntur. *bus Elohim*, tranſtulit; quaſi multæ facies
adſpectu ad enormiſſimam iniquitatem Deo
tribuantur. De quo aliàs S. Chryſoſtomus in-
didem notat verborum emphaſim, quâ ho-
S. Chryſoſt. mines appellat *terram*, non homines: *Et vi-
de*, inquit, *quomodo illos poſtea ne tenui quidem
Enormiora peccata hominem faciunt Anonymum. memoriâ dignatur, ſed nomine terra vocat . . . .
Corrupta eſt terra, inquit, coram Deo, hoc eſt
ſcelus quàm præceptum erat à Deo, omnia facie-
bant, mandata Dei conculcabant, & magiſte-
rium naturæ humanæ inſitum amittentes. Vidiſti
quantum malum ſit peccatum, & quomodo ho-
mines facit, vt ſuo nomine vocari non ſint digni?*
Qui ſcelerum immanitate inſitam rationem
diffitentur, indigni ſunt, qui homines ap-
pellentur. Addit Caietanus: *Demùm cor-* Caietanus.
rupta eſt terra. Vſque ad corruptionem animo- *Irreparabiles alit mores, qui ſic negligenter peccat, vt peccatum licere putet.*
*rum progreſſa deſcribitur malitia hominum, vt
omninò irreparabiles mali mores deſcribantur.*
Denique Hugo Victorinus inibi ediſſerit,
quinam ſint hi *mali mores omninò irreparabi-
les*, quibus homines diutiùs & enormiùs pec-
cando inſitam rationem deſueſcunt: *Cor-* Hugo Vict.
rupta eſt terra coràm Deo, inquit: *Ipſi enim ita
negligenter peccabant, quòd nec etiam peccatum
eſſe putabant.* O incrementum malitiæ è per-
uerſo auxiliare! *Negligentia* in peccando,
peccati malitiam ſic multiplicat, & intenſiùs
auget? Scilicet *negligenter peccat*, tametſi im-
penſiori ſtudio hianter feratur ad vitia, qui
velut neglectu quodam ſic enormiter peccat,
quòd nec etiam peccatum eſſe putet. Hic, hic
inquam, cùm rationem hominibus inſitam
peccando dediſcit (omne enim peccatum
barbarum eſt, irrationale eſt,) vt *facinus putet
licitum, irreparabiles malos mores* alit. Ferè
actum eſt de illo, qui eò aſſidue peccando, &
impune delinquendo adductus eſt, vt quod
libet, licere putet; & bonitatis aut malitiæ
cenſum è ſuo nutu pendere exiſtimet.

Doctor Gentium, & Eccleſiæ magiſter ſic 4.
ad Corinthios ſcribit: Verbum crucis, ait, 1. Cor. 1. v. 18.
pereuntibus quidem ſtultitia eſt; iis autem,
qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt.
Scriptum eſt enim: *Perdam ſapientiam ſapien-* Iſai. 29. v. 14.
tium, & prudentiam prudentium reprobabo.
Quæ Iſaiæ verba ita LXX. Interpretes ex- LXX. Interp.
cribunt: *Perdam ſapientiam ſapientium, &
prudentiam prudentium abſcondam.* Hanc ſa-
pientum ſapientiam & prudentiam, à Deo
funditùs perdendam, Cornelius noſter me- Cornelius in
ritò putat referendam eſſe non modò ad Pauli locum.
Phariſaicam ſapientiam, ſed ad vniuerſum
genus ſapientiæ ſecularis. Eſt enim par quo-
ad hoc, vtriuſque, imò omnis ſapientiæ ſe-
cularis ratio. Quaſi dicant Iſaias & Paullus:
Faciam vt ſapientiâ ſeculari homines ad ſa-
lutem vti nolint. Quin & permittam, vt ſa-
pientiæ ſecularis abuſu vitia flagitioſiùs ſe-
ctentur. Huc adludere videtur Saluianus
Maſſilienſis lib. 4. de Gubern. Dei, vbi ita
eleganter, & ad rem opportunè ſcribit: *Niſi* Saluianus.
*fortaſsè credimus, ſapienter nos Deum ſpernere:
& hoc ipſum quod Chriſti mandata contemni-
mus, ſummam prudentiam iudicamus. Nam
tanto conſilio omnes peccata ſequimur, quaſi* *Sapienter, & per ſummam prudentiam nos peccare, flagitiosè putamus.*
ſummi conſilij conſpiratione peccemus. Vide hic
ſapientiam ſapientium, & prudentium pru-
dentiam, quæ ſic Dei populum deprauat, &
ipſum Deum vltrice iracundiâ prouocat ad
eam funditùs perdendam. Nimirùm *fortaſſe
credimus ſapienter nos Deum ſpernere, & Chriſti
mandata contemnere, ſummam prudentiam iu-
dicamus*: adeò vt *quaſi ſummi conſilij conſpira-
tione peccemus.* Proh ſapientiam inſipienter
irrationalem! Heu prudentiam inconſultè
ſtultiſſimam! Sic obbruteſcit homo, vt *ſa-
pienter* peccare putet, & Dei mandata ſper-
nere ac proculcare, *prudentiam iudicet*? O

malos

malos mores prorsùs *irreparabiles!* Porrò quiſquis *facinus putat licitum*, *irreparabiles malos mores* animitùs alit. Hanc ſubtiliter brutam *ſapientiam ſapientium*, *& prudentiam prudentium abſcondere*, & abſconſione *reprobare*, & funditùs *perdere* Deus ſatagit, ne malitia licenter & inuerecunde inſoleſcat bonitatis obtentu.

5\. Pſal. 48. v. 13. Pſalmo 48. ſic pangit tempeſtiuè Regius vates: *Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Sapienter dicitur, quòd *homo cùm in honore eſſet, non intellexit*: nam vt epiſt. 137. ait Bernardus: *Honor abſorbuit intellectum.* Difficile nimirum intrà humanæ rationis terminos ſe continet, qui præ cæteris aliquo ſplendore nobiliùs inſignitur. Vbi honoris aliquid, vbi aliquid nobilioris excellentiæ vnum præ aliis occupat hominem, vix in illo aliquid hominis aut rationis relinquit. Honor quippe abſorbet intellectum, ſimilitudinémque ingerit cum iumentis campi. Quiſquis intrà hominis menſuram, & inſitæ rationis perfectionem te continere amas, caue tibi, ne aliquam in te præcellentiam intuearis: ſi enim hanc intueris, fallat, niſi hominem depoſueris. Homo quidem perſeuerabis quoad peccati imputationem; iumentum verò quoad velut impotentem peccandi appetentiam. Hoc monſtrum in honoris ac præcellentiæ officinâ fingitur. Pulchre ad rem idem inibi Saluianus: *Quid eſt*, inquit, *in quo non ſeruilibus vitijs etiam Nobiles polluuntur: niſi fortè ideò, quia illa quæ in ſeruis peccata puniunt, ipſi quaſi licita committunt.* O brutam rationalis hominis dementiam! Sic ſublimis nobilitatis *honor abſorbuit intellectum*, & penè rationem exhauſit, vt quæ aliis illicita cenſet, & tanquam peccata acerbiùs punit; *quaſi ipſi licita committat*, & præcelſæ nobilitatis priuilegio impunè ac licitè peccare præſumat? Eheu qui *facinus putat licitum*, *irreparabiles malos mores* medullitùs alit! Homo adhuc quoad imputationem peccati, quod inſipienter ſibi licere putat: iumentum inſipiens eſt, quoad irrationale iudicium, & prauum nimis rerum cenſum, quo peccatum malitiæ expers putat. O iudicij inopia magno luenda! Forſan generoſæ nobilitatis, & ſummæ præfecturæ *honor*, horum ſenum ſceleroſiſſimorum ſic etiam *intellectum abſorbuit*.

S. Bernard. Corde. bi. Honor abſorbet intellectum iumenti. & effectus ſimilem facit.

Saluianus. Nobiles, quæ in alijs pecc. puniunt, tanquam ſibi licita committunt.

---

§. CXXII.

Caſtitas eſt immortalitatis auſpicium, funus humanæ ſubſtantiæ, vitæ noſtræ ſymbolum, & Angelicæ vitæ ratio.

1\. Sap. 4. v. 1. PVlchrè exclamat Salomon, Sapientiæ auctor, & idea ſapientiæ: *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius.* Græca ſignificantiùs habent: *Immortalitas enim eſt in memoria illius*, id eſt, caſtæ generationis, quæ præceſſit: amore enim pudicitiæ, & caſtitatis ſtudio, mauult quis eſſe ſterilis & improles, quàm numeroſâ fœcundè poſteritate nomen æternare ſuum. Eſt ergo caſtitas immortalitatis æmula, ſicut Phœnix, quod hâc gnome eloquenter deſcribitur: *Phœnicis æmulans honores caſtitas, docta Diomedæo ferire vulnere cum falce fati: præcoquens feralia, maturat immortalitatis infulas. Natura ſingularis vt Phœnicia eſt caſtus, incrementa dum perennia per ſentientis fata mortis auſpicat in poſthumâ vitâ, necéve ſuperſtite. Nam corpus ille viuidum cadauerat, quod ſentit ardens æſtus inſenſibile. Hæc mortis eſt vſura, in æuum viuere. Hæc æmulatio eſt volucris Virginis*, Phœnicis, inquam, quæ rediuiuâ morte decineréſcit ad vitam, pulchro caſtitatis ſymbolo, cuius perennat immortalis memoria.

Græcus. Caſtitas eſt immortalitatis æmula, Phœnicis ſymbolo.

Euſeb. Gnome 116.

Egreſſis è pomario puellis, dum ſe balneo diſcingit Suſanna, è frondeo latibulo feſtini ſenes accurrunt; nec iam ex inſidiis, ſed aperto Marte Matronæ pudicitiam expugnare fruſtrà adnituntur. *Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras*, &c. Magnitudine inopinati periculi Suſanna attonita, & velut inops mentis videtur ſententiam confundere, & parùm rebus cohærere, imò & apertè pugnare. Ait: *Si hoc egero*, id eſt, veſtræ impudicitiæ impudica adnuam licèt inuita, *mors mihi eſt*: imò vita, & incolumitas erit; erit autem mors de mendaciter adteſtando adulterij reatu, quod Senes malitioſi veridicis minis ſe adteſtaturos atrociter interminant, & ſeriò minantur. Reſpondiſſet, opinor, aptiùs, etſi non caſtiùs Suſanna: *Si hoc egero*, vobis impudicè conſentiens, *vita mihi eſt*, caſtitatis labe redempta: *ſi autem non egero*, certa mihi imminet mors, de falſaro auctoratiſſimè imponendo adulterij reatu, qui morte peracerbâ mulctatur. Verùm caſtiſſima Matrona vel ipſo ſermonis idiomate pudicitiam ſpirans, incolumitatem cum impudicitiâ, conſultiſſimè mortem appellauit, quaſi inhoneſtas adhuc ſuperſtes viuum circumferat cadauer, & viuas celebrarit exequias. Vita inhoneſti mori eſt; & ipſa libido, mortaliſſima mors. Profundo ſtilo hac ſuper re ita ſcribit S. Ephrem Parænesi 10. *Ioſeph nihil prius habebat pudicitiâ, morigerus alioquin in omnibus: ſed illud ſolum recuſabat, ſymbolum ac notam noſtræ vitæ proponens. Similiter autem & Beata Suſanna mortem potiùs expetiuit, quàm peccare coràm Deo.* Scilicet reſiſtentiam Ioſephi ac Suſannæ idoneè pariat: ille procaci feminæ, hæc impudicis inſolenter viris: grande vtrobique periculum diſpendio pudicitiæ redimendum. At ſtrenuus vtriuſque renutus, quo vitæ iacturâ, mortis periculum pro caſtitate ſubeunt, in *ſymbolum ac notam vitæ noſtræ proponi* perhibetur. Quaſi pudicitiæ propoſitum, dum mortem pro caſtitate ſubire negligit, adeò diſtat à morte, vt *ſymbolum ac notam vitæ noſtræ proponi* dicatur. Hem! ſic caſtitas mortem emendat, & in vitæ ſymbolum è diuerſo recudit? Idcircò Suſanna, pudicitiæ idea, & caſtitatis meta, dum caſtam pudicitiam, vitæ periculo valentiorem, tanquam *noſtræ vitæ ſymbolum* æſtimat, vitam incolumem

2\.

Hic Verſ. 22.

S. Ephrem. Mors opposita pro caſtitate, noſtræ vitæ ſymbolum ſententiosè nominatur.

cum honeſtatis labe, veriſſimè mortem appellat licet vitâ ſuperſtite. O, huiuſmodi cenſu, pudicitiæ meracior & muratior integritas, cum Suſannâ æſtimetur.

5. 2. Corinthiorum 4. *Semper mortificationem Ieſu* (ait Apoſtolus) *in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Pro τὴν *mortificationem*, Ambroſius inibi è Græco habet *mortem*: mortificatio enim via eſt, & inchoatio mortis, adeòque longa & viua mors, ſiue mori in fieri, non in facto eſſe. Ex hâc autem mortificatione, aut morte inceſſanter viuâ, fit, vt vita Ieſu, id eſt, Ieſuanæ vitæ ſimilis, & eiuſdem gloriæ, ſanctitatis ac puritatis æmula, in homine per mortificationem iugiter moriente, glorioſè manifeſtetur. Hanc glorioſam à carnis mortificatione vitam, quæ in hominum corporibus manifeſtatur, nonnulli ethicè referunt ad caſtitatem, quæ carnis paſſiones aſſiduè mortificans, feliciter viuit. De viro autem caſto, & iugi mortificatione ſeipſum viuificante, profundè dixit Clemens Alexandrinus 2. Stromatum cap. 7. quod *eſt in confinio naturæ mortalis & immortalis*. Nimirùm homo dum mortificationem in corpore ſuo circumfert, carnis ſubſultûs reprimit, & libidinis petulantiam continentiâ domat; viuam inceſſanter mortem alit; ſed vitam concupiſcentiæ mortificatione ita cadauerans, vindicat ſibi immortalitatem, cui de corporis & animæ incorruptione valdè vicinatur. Quare vitâ iugi mortificatione animoſè caſtus, *in confinio naturæ mortalis & immortalis eſſe* perhibetur. quaſi caſtitas ſit mortalitatis per mortificationem, & immortalitatis per incorruptionem arcanus quidam nexus, quo res adeò diuerſæ pudicitiæ ſacramento copulantur.

2. Cor. 4. v. 10.
S. Ambroſ. Græcus.
Clem. Alex.
Homo caſtus in cõfinio naturæ mortalis & immortalis eſt.

4. Paullus ad Galatas 2. ita de ſe loquitur: *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Parùm ſibi videtur Paullus cohærere, qui dum dicit ſe viuere, ſe iam non viuere teſtatur. Nempe Paullus cùm adhuc viuit, mortuus etiam eſt ſibi, concupiſcentiæ, vitiis. *Mihi vita Chriſtus eſt* (ait Nyſſenus) *Hiſce verbis tantùm non clamat Apoſtolus, nullam in ſe affectionem humanam viuere, non faſtum, non voluptatem, &c. Sed his omnibus abraſis, ſolus* (inquit) *ille mihi ſupereſt, qui eſt ipſa ſanctificatio, & puritas, & immortalitas, qui paſcitur inter lilia.* quæ ſanè caſtitatem fragrant, & puritatem ſpirant. Ecce tibi dum Paullo abeſt libidinis voluptas, ſe Deo viuere, & ſibi mortuum palàm fatetur. ac ſi in eo, in quo viuit ac viget caſtitas, ipſe ſibi eſſe deſierit. Profundè pariter ac tempeſtiuè pudicitia vocatur à Cypriano: *Funus humanæ ſubſtantiæ.* Hem! Sic caſtitas viuas hominis exequias peragit? Paullus caſtitate præluſtris, moraliſſimè ait, *Viuo* ego: adhuc enim viuit, ſed in confinio vitæ mortalis & immortalis: adeò vt poſſit dicere, *Iam non ego* viuo, qui caſtitatis vita immortalis, *funus humanæ ſubſtantiæ* celebrauit. O glorioſam caſti funeris pompam, quâ dum humana ſubſtantia concupiſcentiis emortua tumulatur, viuax iacet, ſeu potiùs exurgit cadauer, libidini mortuum, incorruptioni viuum, & de immortalitatis participio aſpectabile. Hoc *humanæ ſubſtantiæ funus*, de caſtitatis vita vindicias agit. Idcircò pudicitia à Ioanne Climaco notanter dicitur: *Exceſſiua naturæ abnegatio, corporiſque mortalis atque corruptibilis, mirabilis re verâ ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam contentio.* O bona contentio, ſeu piè contentioſa caſtitatis elatio, quæ carnis corruptionem ac mortalitatem ſenſim deſueſcens, de humanæ ſubſtantiæ funere, incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam ortu rediuiuo contentioſè æmulatur!

Ad Galat. 2. v. 20.
S. Nyſſen. in Cant. homil. 15.
Caſtitas eſt funus humanæ ſubſtantiæ.
S. Cypr. apud Euſeb. hom. 22.
Caſtitas eſt ad incorporeã ſpiritualémque ſubſtantiam exceſſiua contentio.
Ioan. Clim. gradu 4.

5. Matthæi 22. Sadducæis negantibus reſurrectionem, & futilem quandam obiectiunculam proponentibus de muliere cum ſeptem viris ſucceſſiuè maritatâ, reſpondit Ieſus: Erratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei. *In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo.* Ex hoc loco incertus Chryſoſtomus hîc docet nullam virtutem eſſe tam Angelicam ac cæleſtem quàm caſtitatem: de hac enim hîc ait Chriſtus: *Erunt ſicut Angeli Dei in cælo*: hi enim neſciunt per experientiam quid ſit libido. Et Cyrillus Ieroſolym. Catecheſi 12. *Virginitatem* vocat *Angelorum conuerſationem, & incorporeæ naturæ puritatem.* Quare S. Baſilius de Virginit. cap. 79. docet virginitatem eſſe ſemen futuræ incorruptionis: imò virgines futuram illam in cælo, cum Angelis ſimilitudinem hîc præuenire, & inchoare; eiúſque perfectionem in cælis donandam, aſſiduâ hîc cum carne luctâ & victoriâ promereri. S. Ephrem Syrus tom. 1. opuſc. de Caſtitate, hæc eius elogia ſaltuatim ſpargit: *O caſtitas quæ paſſiones minuis, & animum à perturbationibus liberas. O caſtitas, quæ homines diuinos efficis. O caſtitas, Præcurſor atque cohabitator Spiritus ſancti. O caſtitas, mater dilectionis, & Angelicæ vitæ ratio.* Itaque Caſtitas dum carnis paſſiones minuens, animum perturbationibus eximit, *humanæ ſubſtantiæ funus* celebrat: exinde hominem incorruptione donatum, & empyreæ immortalitatis æmulum, *diuinum efficit*: nec modò cohabitatorem, ſed & *Spiritus ſancti Præcurſorem.* Porrò Ioannes Baptiſta corporati Verbi Præcurſor fuit, caſto digito Chriſtum præmonſtrans: at eximiè caſtus, caſtitatis priuilegio, *Præcurſor Spiritus ſancti* nominatur. Pudicitia enim in humanâ carne ſic peregrinatur, vt Spiritum ſanctum, peregrinæ puritatis auctorem indigitet, ac præmonſtret. Addit Ephrem, quòd in mortali carne incorrupta puritas, *Angelicæ vitæ ratio* nominatur. Num ratio viuendi Angelis caſtitas eſt? Num beata Angelorum immortalitas caſtitate conſtat, incorruptione peragitur? Num Angelicæ vitæ inſtitutum, caſtitatis prærogatiua eſt? Verùm enimverò quantumuis caſtitas ſit, *Angelicæ vitæ ratio*: ratio autem caſtitatis humanæ, etſi non meracior ac mutatior, ſaltem pugnacior & operoſior erit: hæc enim arduo conſtat certamine, illa verò tranquillâ ſemper felicitate. Caſtitas ergò eſt humanæ *vitæ ſymbolum*, & *Angelicæ vitæ ratio.* O ambiamus feſtum hoc humanæ ſubſtantiæ funus, perpetuæ immortalitatis auſpicium, mundanæ corruptionis exilium, & de præcoqua carnis morte vitâ feliciter beatâ, & beatè rediuiuam!

Matth. 22. v. 30.
Cornel. ibi.
Imperfect.
S. Cyrillus.
S. Baſil.
Caſtus eſt Spiritus ſancti Præcurſor.
S. Ephrem.
6. *Caſtitas Angelicæ vitæ ratio, quare?*

§. CXXIII.

§. CXXIII.

Propria voluntas, regni exheredatio eſt, virtutum interemptrix, propitiationis etiam in bono indiga, nequam hominis caput, & infernalis Satan.

BL..us Petrus Damianus elucidans illa Petri ad Chriſtum verba: *Ecce nos reliquimus omnia* ita ... ibit: Neque reliquit omnia, ... ſi ... vel ſeipſum. Imò verò nihil prodeſt ſine ... cetera reliquiſſe, quandoquidem nullum aliud onos grauius eſt ... homo ipſe. Quis enim tyrannus ..., quæ ſæuior poteſtas homini, quam ... propria voluntas? Numquam ſub eâ ..., numquam ſedere licet: & quo ... te ad obediendum ſibi nouerit fatigari, eò magis vrget, inſtigat, & oneiat, ... immemor, miſericordiam neſciens. Hoc enim proprium propria voluntas habet, quo obediens obedientior fuerit ſibi, eò amplius eum crudelioribus vinculis internectat. Sola diligitur, cùm ſola digna ſit odio, principium iniquitatis, mortis infuſio, deſtructio magna virtutum.... Relinquendæ igitur ſunt poſſeſſiones, & propriæ voluntates, ſi volumus illum ſequi, qui non habuit vbi caput ſuum reclinaret: & qui non venit facere voluntatem ſuam, ſed eius, qui miſit illum. Hactenùs ille.

Matthæi 16. his Chriſti Dei verbis ad Diſcipulos ſuos, ſumma Chriſtianæ virtutis, & Euangelicæ perfectionis continetur: *Si quis, inquit, vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd adeò moleſtam ſit ſequelam ſui obnixe expetat; nec di...at, quo ipſe it, vt illum homines præeuntem ſequantur. Profectò viuidum calcar ad ſequelam admoueret, ſi in cæleſtem patriam, & empyreas ſedes ſe tendere præmoneret: optata enim feliciter termini requies, ardui itineris laborem peracerbum mitigaret. Quò is, ô Domine? ad mortem cruentè probroſiſſimam pergere videris; quandoquidem crucis baiulos ad te ſequendum expetis. Sed opinor, qui ſui abnegationem & ſequelam poſcit, ad cæleſtem patriam pergere tectiùs inſinuat. Audiendus eſt hâc de re B Petrus Damianus, qui ſerm. 47. qui eſt primus de Exalt. S. Crucis, vbi præſcripta Euangeliſtæ verba, ſic elucidat: *Abneget ſemetipſum, & ſequatur me. Illum* (Chriſtum) *ſecutus, illum conſecutus es.... Abnegatio voluntatis, hereditatis eſt recuperatio.* Altè quidem Petrus Damianus! Itaque qui crucem ſuam tollendo, Chriſtum ſecutus eſt, illum iam *conſecutus* eſt, quaſi illum ſequi, ſit conſequi. Qui autem Chriſtum Deum conſecutus eſt, felix eſt, & ſpe ſaltem beatus eſt: ac ſi ipſa ſequela ſit Chriſti præeuntis præpropera conſecutio, quia beatitatem præſumit, ac præripit. Quin dũm ait: *Abneget ſemetipſum,* non abſimilem felicitatem innuit propriæ voluntatis abnegatione: nam *abnegatio voluntatis, hereditatis eſt recuperatio.* Grande quidem abnegatæ propriæ voluntatis prærogatiuum, ſiquidem illius abnegatio, empyreæ hereditatis, & patriæ cæleſtis amiſſæ per peccatum, *recuperatio* eſt. Scilicet per propriam voluntatem amiſimus beatitudinem cæleſtem: ergo per propriam voluntatem obnixiùs abnegatam, iam hinc exules, coloniam ducimus in cælum, & illius beatas glorias prælibamus, atque amiſſam *hereditatem recuperamus.* Vide quantum ſit malum propria voluntas, cùm *abnegatio voluntatis, ſit hereditatis recuperatio.*

3. Iſaiæ 58. his hominum querelis ſic Deus reſpondet: *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.* Hebraicè pro *voluntate*, habetur, *id quod libet*, ſiue vt aliqui exponunt, *libido, concupiſcentia, voluntas carnis, voluntas propria.* ac ſi perinde ſit propria voluntas, ac voluntas carnis, concupiſcentia, & effrenis voluptabilium omnium libido. Parum hoc, air Propheta, niſi propria voluntas virtutes omnes inquinaret, viduarétque bonitate cognatâ. Audiendus eſt Beroardus ſerm. 1. in Cantica, ſic fatus: *Grande malum propria voluntas, quâ fit vt bona tua* (ieiunia, humiliatio, &c.) *tibi bona non ſint. Oportet proinde extrà lilia fiant, qui huiuſmodi ſunt; quia nihil omninò, quod propriâ inquinatum ſit voluntate guſtabitur, qui paſcitur inter lilia.* Quid igitur tam cauendum, ac timendum, quàm propria voluntas, quæ eſt pietatis euacuatio, ruina iuſtitiæ, virtutis nullificamen, bonorum operum tinea, ſatietas ieiunij, humilitatum conſtupratrix, probitatis, interemptrix, bonitatis cadauer, & viuum ſanctitatum omnium ſepulchrum. Porrò propria *voluntate fit, vt bona tua tibi bona non ſint.*

Iſai. 58. v. 3.

Hebræus. Cornelius.

Propria voluntas, virtutum depranatrix eſt.

S. Bernard.

4. Matthæi 16. Cœpit Ieſus oſtendere Diſcipulis, quòd oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à Senioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi. *Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare eum, dicens, Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc.* Scilicet ſeorſim *aſſumens* (quaſi familiariùs & ſecretiùs eum increpiturus ex vehementi amore, quod coràm aliis non audebat) Chriſtum à morte retrahens. Aliter locum inibi Hieronymus extribit: *Abſit à te, Domine: vel, vt meliùs habetur in Græco: Propitius ſis tibi, Domine, non erit hoc.* S. Thomas apud Cornelium ibi *τὸ propitius* moraliſſimè ad rem expendit, ita fatus: *Propitius ſis tibi Domine, quaſi neceſſariam haberet propitiationem; cuius affectum ſuſcipiens, ignorantiam exprobrat.* Nimirùm Petrus, qui Patris Dei inſtinctu pulchram illam vocem ediderat, quâ Chriſtum Filium Dei viui confeſſus fuerat, illius mortem vetare ſatagit, ne mendax inueniatur, ſi Filius Dei viui moritur. Id etiam procurat ex vehementi ergà illum amore, quo præ cæteris flagrabat; & tamen etſi id ex vehementi aduersùs illum affectu ac voluntate loquebatur; quoniam propriâ voluntate ad id affectus dicebat, *propitiationi* indiget, & propria voluntas acri obiurgatione expiatur. Ecce tibi bona Petri voluntas, ſic ergà Chriſtum pie affecta, *propitiatione* ac expiatione

Matth. 16. v. 22.

S. Hieron. Græcus. S. Thomas.

Propria voluntas etiam dum malum à Chriſto arcet, propitiatione indiget.

Malè ceſſit Lotho ſuam voluntatem diuinæ prætuliſſe. Geneſ. 19. v. 30. Lipomanus.

tione indiget, quia propria voluntas eſt. Hem! Sic propria voluntas, dum malum à Chriſto arcet, flagitioſa eſt, obiurgatione digna, & *propitiationis* indiga? O! in re etiam virtutis, propria voluntas cauenda eſt, tanquam flagitij ſuſpecta? Audiendus eſt Lipomanus in Catenâ, ad ea verba Geneſeos 19. *Aſcenditque Loth de Segor, & manſit in monte...... Timuerat enim manere in Segor.* Sic fatur Lipomanus: *Videmus malè ceſſiſſe Lot electionem ſuam; qui iuſſus montem conſcendere, elegit ciuitatulam: ideò vxorem perdidit, ibi diu ſubſiſtere non potuit. Sic ruunt qui contrà Dei verbum proprio ſuo ſenſu, bonâ etiam intentione ſeſe tegere præſumunt.*

5. 1. Reg. 15. v. 22.

1. Reg. 15. Saül male conciſo Amalec, contrà Dei iuſſionem parcit pinguioribus gregum & armentorum pecudibus, vt Deo eas mactet. Cui Samuël Propheta occurrens, ſententiam illam bellè ac verè opinatiſſimam pronunciauit: *Melior eſt obedientia, quàm victima.* Per ſacrificia enim pecudes victimantur; per obedientiam autem hominis iugulatur arbitrium, & voluntas propria Deo mactatur. Pulchrè Gregorius: *Quia*, inquit, *altioris eſt meriti propriam voluntatem alienæ ſemper voluntati ſubijcere, quàm per compunctionem ſe in ſecretiori ſacrificio mactare.* Quam

S. Gregorius. *Obedientia eſt genus martyrij.* S. Bonauent.

Prophetæ ſententiam altius [illegible] Bonauentura in Diætâ ſalutis tract. 4 cap. 2. *Eſt autem obedientia nobile quoddam genus Martyrij, & palma triumphalis; quia decollat hominem, & amputat ei propriæ voluntatis caput.* En propria voluntas adeò putatur princeps hominis pars, vt caput illius nuncupetur.

Decollatur homo, dum ei propriæ voluntatis caput amputatur.

Qui proprium arbitrium obſequenter deponit, & propriam voluntatem abnegat, viuus Martyr dicitur, cadauer ſpirans, quaſi viuâ ſui morte victorialem martyrij palmam triumphalis geſtet, ob amputatum propriæ voluntatis ſceleroſum caput. O! caput hominis propria voluntas reputatur? Truncus videtur homo & acephalus, obtrūcato propriæ voluntatis capite, & proprio arbitrio viduatus; ſed tunc, tunc quidem ſumptuoſiùs Deo viuit, nobili, ac triumphali martyrio incruentè purpuratus: quo palmata Suſanna generoſè purpuraſcit, dum in anxias redacta anguſtias famæ ac vitæ perdendæ, diuinam voluntatem ſuæ prætulit grandi minaciter iactura. Cæterùm cùm nobili animitùs martyrio ſibi *amputat propriæ voluntatis caput*, crudeles lapidum ictus iam iam atrociter crepitantes, victrix exarmat.

Hic verſ. 22.

6. Matth. 16. 23. Cornelius ibi.

Matthæi 16. ex bono ergà Chriſtum affectu (vt nuper num. 4. exponebamus) illum à Paſſione ac morte auertere, Petrus ſatagit. Conuerſus autem Ieſus reſpondit Petro: *Vade poſt me Satana. ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt; ſed ea quæ hominum.* Hem! Petrus, Petrus inquam, Apoſtolorum vertex, & Eccleſiæ caput; qui nuper *Beatus* eſt dictus, & *petra* ſupra quam fundatur Eccleſia, *Satanas* appellatur? Quænam Petri culpa hoc execrabile elogium dignè promeruit? Appoſitè inibi Hieronymus ſic locum expoſuit: *Vade poſt me Satana, &c. Meæ voluntatis eſt, & Patris, vt pro hominum ſalute moriar: tu tuam tantum conſideras voluntatem, non vis granum tritici cadere in terram vt multos afferat fructus.* Pergit S. Thomas ibi: *Et ideo quia es contrarius voluntati meæ, debes aduerſarius appellari. Satanas enim interpretatur aduerſarius, ſiue contrarius.* Scilicet parum foret, quòd cum diuinæ voluntati Petri non conformatur voluntas, ſed illi, licet ex bono ergà Chriſtum affectu, contradicit, appelletur *contrarius, ſiue aduerſarius*; niſi etiam execrabili *Satanæ* vocabulo denotetur: quò denotetur etiam quam ſit ſceleroſum ac deteſtandum aduerſari voluntati diuinæ, quandoquidem odioſiſſimo Diabolorum nomine infamatur. [illegible] Petrus etiam, dum non ſe conformat diuinæ voluntati, ſed ab illâ diſcordat ex bono affectu, palàm audit ex Chriſti Dei ore: *Vade Satana.*

Qui diuinæ voluntati piè etiam aduerſatur Satanas dicitur. S. Hieron.

Matthæi 6. ſic Deum oramus: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terrâ.* Vbi S. Paſchaſius lib. 4. in Matthæum ſcribit: *Notandum quòd non ait, Fiat voluntas quæ in terris eſt, ſicut illorum qui ſunt in cælis. ſed ait: Fiat voluntas tua ſicut in cælis & in terrâ: vt ſicut illi iam non ſibi viuunt, ſed voluntas eius (Dei) in eis viuit, & per eos, quæ vult operatur; ita & in nobis, & in omnibus, qui adhuc terreni ſunt, voluntas Dei fiat.* Hem! num vel in cælis ſuſpecta eſt propria voluntas? cælíſne exulare iubetur.

Matth. 6. v. [illegible] S. [illegible]

---

§. CXXIV.

Prauæ conſcientiæ tormentum multimodè exponitur.

IEremias Threnorum 2. de calamitoſo Dei populo funeſtè captiuo, ſic flebiliter canit: *Magna eſt velut mare contritio tua.* Huius calamitatis cum mari collationem, ſic Hugo Victorinus elucidat: *Quid per mare niſi conſcientia praua accipitur, quam & memoria præteritorum ſcelerum, & delectatio præſentium huc illúcque impellendo exagitant? Quaſi enim fluctus quidam è regione venientes adinuicem ſe collidunt, quando infelicem animam quodammodo ſemper, & pœnitentia præteritorum errorum ſuorum retrahit, & amor præſentium impellit. Et quia in hac tanta contradictione, illa qualiſcunque miſeræ delectationis dulcedo ſemper admixto dolore inficitur, rectè praua conſcientia non ſolùm inquietudine, ſed etiam amaritudine mare appellatur.* Itaque prauæ conſcientiæ pœnaliſſimus angor, rectè præ magnitudine mari pariatur. Porrò quemadmodum amariſſimæ maris aquæ, & altiſſimè profundæ ſunt & longiſſimè latiſſiméque vndequaque protenduntur: ita atrociter fluctuans malæ conſcientiæ amaritudo, & profunditate ad inferos, & longitudine ad æternitatem, & [illegible] dine ad mortem atque iudicium damnatio[illegible] extenditur. Quare iam hinc ſæuus prauæ conſcientiæ angor, horum nequam ſenum corda diſcruciat, & inſtar pelagi atrociùs procelloſi miſerè iactat luiantis naufr[illegible] horrore.

Thren. 2. v. [illegible] Hugo ibi.

Pſalmo 54. regius Propheta grande ſceleroſius impiis ſupplicium verbis hiſce minatur: *Veniat mors ſuper illos; & deſcendant in infernum viuentes.* Quare? *Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.* Antequam exponamus quænam ſit hæc pœnalior nequi- 2.

Pſalm. 54. v. 16.

tia,

[illegible] in corde [illegible] [illegible]ſque [illegible] ſculpat, & acer[illegible] [illegible] & quærere oportet: *Si mors ſuper illos* [illegible], *quomodo viuentes in infernum d[illegible]n-dent? Et ſi viuentes in infernum deſcendant, quomodo mors ſuper illos venerat priùs?* Vt[illegible] [illegible] ex alterutro argui de facili poteſt, [illegible] [illegible] non eſſe, qui viuentes i[n] infernum [illegible]: aut viuentes non deſcendere in [infe]rnum, ſuper quos mors anteà ſuperuene-[r]at. Quis eſt iſte infernus inſolenter [illegible], ad quem non tam mortui, quam [viu]entes deſcendere perhibentur: S. Ambro-ſius [illegible] Pſ. [illegible] verba ad con-[ſcien]tiæ prauæ torturam refert, ſic ad rem eloquenter fatus: *Peccator quamuis foris abundet, & delicijs diffluat, odoribus fragret, in amaritudine animæ vitam exigit. Vita facino-ſi, vt ſomnium. Aperuit oculos, tranſiuit [illegible] quies eius, euanuit delectatio, licet ipſa quæ [v]idetur, etiam dum viuunt, impiorum requies in [in]ferno ſit: Viuentes enim in inferna deſcendunt. Vides conuiuium peccatoris? interroga conſcien-tiam eius, nónne grauius fœtet omnibus ſepul-cris? intueris [l]ætitiam eius, opum abundantiam? introſpice vlcera, & vibices animæ eius, cordiſ-que mæſtitudinem.* Profectò praua impiorum conſcientia, ſpirans mors eſt, cadauer viuum, viuentium ſepulcrum, & infernus immaturè præcoquus. An non adhuc viuens eſt in in-ferno, qui ſæuis malecon[ſc]iæ mentis ſtimu-lis, velut furiis infernalibus acerbè exagita-tur? O quàm eſt atrocitet ſæuus, hic lethalis [v]iuentium infernus! Vel ipſa collatio cum [in]ferno, cui mala conſcientia pariatur, quàm [illegible] feralis male conſcij animi morſus, mani-feſte denotat; & quàm ſit in gehennæ confi-nio praua conſcientia, de adſimilium pœna-rum peracerbo commercio.

Paullus 1. ad Timotheum 4. ſic illum præ-mouet: Spiritus manifeſtè dicit, quia in no-uiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis [d]æmonum, *cauteriatam habentes ſuam con-[ſc]ientiam.* Quodnam eſt hoc cauterium con-[ſc]ientiæ, quod ſic notanter peccatores inurit pœnaliſſimâ ignominiæ notâ? Multa multi [ſu]per hoc cautere, quod de infernalium ſ[pi]ri-[t]uum errore, & dæmonum ſuadelâ venit; & inde aliquam cum inferno & damnatione ſimilitudinem trahit. S. Ambroſius inibi ſic præſcriptum locum elucidat: *Quorum caute-[r]iatam dicit conſcientiam, hoc eſt ſimulatione corruptam: quia ſicut cauteriũ coriũ corrumpit, & notam infligit, ita & fallacia conſciẽtiam, de-notat ad perditionem. Iam enim hos imitari ne-[g]at, vt ſaluentur: quia ſicut cauterium immu-[tari] no[n] poteſt, ita nec eorum animus emendari.* O, pro[h], [illegible] indelebilem inauſpicatò cauterem, [illegible] qui atrocem hanc [co]nſcientiæ luctam [illegible] [car]nificinam pati aſſuetus, adhuc vitiis [illegible] hæret! Funeſtum hoc cauterium *conſcientiam denotat ad perditionem*, & quidem [æt]ernam, & de gehennæ æmulatione, illius pœnam anticipat. Et ſanè [h]uiuſmodi pecca-[to]r ſic vicinatur inferno, vt fere deſper[ata] [illegible] correctio: *quia ſicut cauterium immutari non poteſt, ita nec eius animus emendari.* Proh [d]amnationis [illegible], & inferni præfert

nos [illegible], & [illegible] [illegible] ſæ[illegible] [illegible] morſus ſine [illegible] O immaturè per-[illegible] [illegible] [illegible] neglectu aſ-ſu[illegible] [illegible], hanc conſcientiæ car-[illegible], damnationis obſidem emittis?

Geneſeos 4. Cain innocentis fratris ſan-guine [atro]citer cruentatus, Deo ſceleris vin-dici [illegible] reſpondet: Ecce eiicis me hodie à fa-cie terræ, & a facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terrâ: *Omnis igitur qui inuene-rit me, occidet me.* Durintem ſententiam Ca[inus] in ſe ipſum tulit, quàm infinita Dei iu[ſtiti]a flagitium vindicans. Vnde tanta ipſius in ſeipſum ſeueritas? Ita Cainus de conſcien-tiæ ſeueritate in ſeipſum ſæuit. Audiendus eſt Ambroſius in Apologiâ Dauid cap. 8. vbi rem hanc eloquenter e[di]ſſerit, agens de reo quem conſcientia torquet: *Fauere ſibi neſcit, inquit, rigorem iudicis etiam circa ſe non nouit inflectere, recordationem lapſus proprij perhor-reſcit, & commiſſum erubeſcit errorem, omnem eius memoriam pauet [ti]muit, re[for]midat, gra-uem ſibi ſe iudicat, [ſeipſ]um arbitrum refugit, nec ſeſe ſibi audet committere. Magna vis obnoxiæ conſcientiæ. Magna ſupplicia timebant Adam & Eua.... Cain quoque metuebat ne omnis eum quicumque inueniret, occideret. Ita in ſe ipſe fe-rebat ſententiam, quod dignus eſſet cui nullus ignoſceret.* Vide quam [illegible] ſitùs angit ſibi male conſcia mens. Peccator enim prauæ conſcientiæ tormentis, ſic proprium ſcelus ad punitionem exaggerat, vt *ſeipſum arbitrum reformidet, nec ſeſe ſibi audeat committere.* Omnis homo mitiſſimus ſibi iudex eſſe ſoli-tus, omnia ſibi ignoſcens, nihil aliis: vſque adeò autem ſæuit in ſe mala commiſſi ſceleris conſcientia, vt vel ſuam recuſet ſententiam, quam, licet acerbiſſimam, & vltrà iuris me-tas pœnalem, æquo mitiorem putat. Vnde *ſeipſum arbitrum refugit, nec ſeſe ſibi audet com-mittere. Ita in ſe ipſe Cainus ferebat ſententiam, quod dignus eſſet cui nullus ignoſceret.* Quare conſcientiæ furiis agitatus, ait: *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* quaſi culpa, quâ animitùs torquetur, infinitam Dei miſericordiam excellat: & impoſſibilem ſce-leris vltionem a cognatis hominibus pauide timeat: *Omnis, qui inuenerit me, occidet me.* quaſi ab vno ſemel occiſus, adhuc lethalem plagam à reliquis omnibus poſſet excipere, Hæc pœnæ exaggeratio, animi [ma]le conſcij, & conſcientiæ ſtimulis exagitati, dil[ucid]ius commentarius eſt. *Ita in ſe ipſe ferebat ſen-tentiam, quod dignus eſſet cui nullus ignoſceret.* Et tamen ſaltem ab vxore, filiis, & amicis ignoſceretur.

Iacobus in ſuâ epiſt. Canonicâ cap. 1. ita ſcribit: *Peccatum verò cum conſummatum fue-rit, generat mortem.* Ambiguum eſt, quænam ſit hæc mors, quam peccatum opere con-ſummatum cõtinuò generat. Aſſentior Com-mentatoribus qui cenſent, per τὸ *mortem* in-telligi amariſſimum conſcientiæ angorem, ac dolorem ex peccati conſummatione pro-gnatum. Quo pacto ſupra §. 5. num. 25. expo-ſuimus opinatiſſima illa Suſannæ verba: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt.* hoc eſt, inſtat mortis præ anguſtiâ

4. Gen 4. v. 14.

S. Ambroſ.

Animus malè conſcius, ſeipſum arbitrum reformidat.

Praua Caini conſcientia, vel impoſſibilem pœnam timet.

5. Iacobi 1. v. 15. *Conſcientiæ tormentum, peccati excellentiam oſtendit.*

Auctor ſup.

Hic verſ. 22.

procellis ſæuit, terra horrendum mugit, perſecutio ferocit, ægritudo debilitat, infamia dehoneſtat, pauperies premit, conſcientia oblatrat, timor frangit, mors imminet, cum ſepulcri foſsâ, inferni barathrum hiat? *vectigalia peccati ſunt.* Qui callet *gratia donatiua,* debita *peccati ſtipendia* aſſequi poterit, dum oppoſita e diuerſo pariare velit.

Doctor Gentium Paulus ſic cap. 6. Romanos adhortatur: *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* Peccatum intellige propriè dictum, vt Interpretum Proceres adnotarunt. τὸ *mortali,* cùm ait Apoſtolus, *in veſtro mortali corpore,* ſtimulum dat ad reſiſtendum concupiſcentijs, & inde ad pugnam cum peccato, quia ſcilicet concupiſcentiæ fluxæ, euanidæ, & caducæ ſunt, vnáque cum mortali hoc corpore intermoritura. Petitè ex Theodoreto notat Chryſoſtomus homil. 11. in epiſt. ad Romanos, quòd *non dixit, Ne tyrannidem agat, quod ipſum neceſſitatis eſt; ſed ne regnet: non quidem propriâ virtute, ſed tuâ ſocordiâ, vt obediatis.* Sic licet peccati regnum vetat Apoſtolus, ne illi tanquam Regi vltrò obſequamur: peccati autem *tyrannidem,* quæ *neceſſitatis* eſt, non prohibet, neque enim poteſt. Proh *neceſſe* eſt, vt duram *tyrannidem* ſubeat, quiſquis peccatum admiſerit! Quid atrocius, quàm agreſtioris Tyranni iugum ſubire? Ne vltrò illi peccando ſubiiciaris: illi enim ſemel ſubiectum, barbaricam illius *tyrannidem* tolerare, *neceſſe* eſt. Quicumque peccat, Tyranno ſubiici ſponte ambit: barbarum quidem peccatum eſt, & perpetuò ſtrages meditatur, quibus miſere obnoxius peccator eſt.

Pſalmum 118. ſic auſpicatur regius Vates: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Qui ſunt iſti, qui in viâ Domini immaculati ambulant? Quæ eſt iſta ambulantiũ in viâ Domini mundities, aut ſqualor? Subdit: *Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Ad quæ verba ſapienter addubitat Auguſt. *Quid eſt, Tu praecepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Vtrum nimis pracepiſti, an nimis cuſtodire? Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobilémque ſententiam dictum videtur, Ne quid nimis. Si enim hoc verum eſt, vt ne quid nimis fiat, quomodo verum eſt quòd hic dicitur, Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis?* Hunc nodum ſoluere, varij varie tentant. Et fortaſsè ex Verſ. præcedenti exponi poteſt vocula *nimis,* quæ tantum Interpretibus negotium faceſſit. Sanè præcedit, *Non enim qui operantur iniquitatẽ, in vijs eius ambulauerunt.* Vbi nota, quòd non ait, Qui nunc operantur iniquitatem, de præſenti non *ambulant;* ſed non *ambulauerunt* de præterito, vt ſenſus ſit, Qui nunc peccant, numquam iuſti fuerunt, nullum vnquam bonum opus fecerunt. At quî hoc verè dici poteſt? Vbi tot ieiunia, tot eleemoſynæ, imò & tot confeſſiones: quæ omnia peccator ille proculdubiò fecit in retroactâ vitâ: perierunt quidem omnia vnius grauis peccati peſte conſumpta. Præſens itaque peccatum deſtruit præteritum lucrum, & quicquid boni anteà factum fuit, prorsùs irri-

P. Didac. Celada in Suſannam.

tum fruſtráque factum reddit. Hinc illud Apoſtoli: *Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.* Perſuaſum ſcilicet habeat ſibi peccator, quòd numquam *nouit* Deum, quandiu in peccato eſt, & ad Dei gratiam non reuertitur. Optimè hoc loco Didymus: *Omnis qui peccat factus extraneus Chriſti, non habet participium, nec ſcientiam eius. Nam eùm dicit, Non vidit eum, ſignificat quòd participium non habet eius, cui rei conſequens eſt, vt neque ſcientiam internam eius habere videatur.* Nimirùm ſicut Apoſtolus dicit, quòd qui peccat, *non cognouit* Deum; ſic ait Propheta, *Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.* An non præcipiuntur cuſtodiri *nimis* mandata, quæ ſi peccato violentur, retrò benefacta, velut infecta redduntur? An non eſt pergrauis peccati cenſus, cui vel retroacta vita, velut bonorum operum nullificámine, tributaria eſt, eíque meritorum abolitionem pendit? — 1. Ioann. 3. v. 6. — Didymus.

Pergit Propheta purpuratus Pſalmo 71. de veniæ largitore Deo, ſic pangens: *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum corám illo.* Hanc in denuò iuſtificatis *vſuram,* Heſychius in Catenâ Græcorum Patrum, ad eleemoſynas refert: *Permittet igitur, inquit, eos qui iniuſtitiis gaudebant, miſericordiâ & clementiâ frui.* Nempe ij, qui ex vſuris ſordidum auaræ immiſericordiæ nomen habebant, tranſnominabuntur honorabili miſericordiæ & clementiæ vocabulo fruentes. Sed rem, opinor, tetigit indidem Auguſtinus, de pœnalibus peccati vſuris, quas peccator pendit, locum exponens: *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum. Quæ ſunt iſta vſuræ, niſi peccata, quæ etiam debita nominantur? Vſuras autem appellatas puto, quia plus mali inuenitur in ſupplicijs, quàm commiſſum eſt in peccatis. nam, verbi gratiâ, cùm homicida tantùm corpus hominis perimat, animæ autem nihil nocere poſſit; ipſius & anima & corpus perit in gehennâ.* O grande vel ex vno graui peccato debitum, cui peccator ſe peccando reddit obnoxium! Debitas peccato pœnas conſultiſſimè & moraliſſimè appellat *vſuras.* Auara enim vſurarum furacitas, multò plus vltrà ſortem exigit; at hæ pœnales vſuræ, quas exigit peccatum, licèt peccati debitum non excedant, *plus mali inuenitur in ſupplicijs, quàm commiſſum eſt in peccatis.* Scilicet peccatum vſuras miſeriarum opulentè pendit, nouis ſemper ac multiplicibus ærumnis tributarium: *Intuere miſerias hominis, vectigalia peccati ſunt.* — 6. Pſal. 71. v. 54. — Heſychius. — *Peccatũ cum vſuris vectigal pendit miſerijs.* — S. Auguſt.

Geneſeos 43. tota Iacobæa familia fame premitur, nec Iacobi filij patrem obnixiùs precari, iter chari Beniamini in Ægyptum deprecari eualent. Tunc Iudas dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere. Ego ſuſcipio puerum: de manu meâ require illum: *Niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* Protinùs annuit pater. Et ſane idem nuper Rubenus poſtulauerat, aiens: *Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam.* — 7. — Gen. 43. v. 9. — Geneſ. 42. v. 37.

Reum eſſe peccati, atrocius morte malum cenſetur.

Quid eſt, quòd Iacob abnuit Beniaminum ſuum Rubeno credere ſpondenti duorum filiorum cædem funeſtè cruentam; & Iudæ adnuit dicenti, *ero peccati reus?* id eſt, quamdiu viuam, hoc mihi peccatum imputa & impropera, & quamcumque voles pœnam mihi infligе. Annon plus mali putatur cædes geminæ prolis, quàm in patrem peccati reatus? Appoſitè indidem Strabus Fuldenſ. *Notandum*, inquit, *quòd Ruben ait: Duos filios meos interfice, ſi non reſtituero eum tibi; nec tamen obtinuit. At Iudas dicens: Reus ero peccati in patrem omni tempore, impetrauit; quia ei commiſſus eſt Benjamin. Plus ergò eſt reum eſſe peccati, quàm corporaliter occidi.* Vide quam ſit atrox malum, & malorum fertile ſeminarium, *reum eſſe peccati.* Quare Suſanna ne ſit in Deum peccati rea, mortem etiam probroſiſſimam eligit.

Strabus.

Hic Verſ.22. & 23.

§. CXXVI.

Propria & naturalis voluntas in Chriſto relinquitur: in nobis & idololatriæ ſuſpecta, & impij furti rea eſt.

B.Petr.Dam. homil.19.de S Benedict.

1\. BEatus Petrus Damianus ita ſuper hâc re eleganter ſcribit: *Quis tyrannus crudelior, quæ ſæuior poteſtas hominum, quam hominis ipſius voluntas. Numquam ſub eâ requieſcere, numquam ſedere licet, & quò ampliùs & ad obediendum ſibi nouerit fatigari, eò magis vrget, inſtigat, & onerat, pietatis immemor, miſericordiam neſciens. Hoc enim proprium propria voluntas habet, vt quo obediens, obedientior fuerit ſibi, eò ampliùs eum crudelioribus vinculis innectat. Sola diligitur, cùm ſola digna ſit odio, principium iniquitatis, mortis infuſio, deſtructio magna virtutum.* Verè pariter ac bellè Damianus.

Propria voluntatis vituperium.

Matth. 26. v.39. Arabicus. Luc.22.v.42.

2\. Matthæi 26. in veſtibulo Paſſionis procidens in faciem ſuam, orat Ieſus, dicens: Pater mi ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Arabicus: *Verumtamen non ſecundùm voluntatem meam, ſed ſecundùm voluntatem tuam,* ſupple fiat. Lucas: *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Nempe humana Chriſti voluntas licet in ſe vna, virtute tamen & operatione fuit quaſi duplex, ſcilicet vna naturalis, qua fugiebat mortem, altera rationalis & libera, qua ſubdens ſe voluntati Dei mortem appetebat, ac iuxta hanc dicebat: *Verumtamen non ſicut ego volo* voluntate naturali, ſed *ſicut tu* vis. Quaſi dicat: Voluntate rationali ſubiicio voluntatem meam naturalem tuæ voluntati, ô Pater, nec aliud volo quàm quod tu vis. Hanc naturalem Chriſti voluntatem latè pariter ac doctè inibi Cornelius elucidat. De eâ autem ſic addubitat Bernardus ſerm.3.de Reſurrect.

Cornelius in Matth. 26.

S Bernard.

O Domine, inquit, *voluntas de quâ dixiſti, vt non fieret, ſi bona non erat, quomodò tua erat? Si bona erat, quomodo derelicta eſt? Sic & conſilium, ſi non bonum, quomodò tuum? ſi bonum, quomodò relinquendum? Et bona erant, & tua erant: neque tamen minùs relinquenda, ob hoc videlicet vt fierent meliora. Neque enim oportebat propria præiudicare communibus. Erat ergo voluntas Chriſti, & bona erat, quia dicebat: Si fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: ſed ea de quâ dicebat, Fiat voluntas tua, melior erat; quia communis, non ſolum Patris, ſed & Chriſti ipſius* (oblatus eſt enim, quia ipſe voluit) *& noſtra. Atque hæc voluntas Patris erat, vt videlicet haberet quos adoptaret in filios; Chriſti erat, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus; noſtra erat, quia pro nobis faciebat, vt redimeremur.* Profectò omnia in Chriſto Deo bona ſunt, in quo nihil mali eſſe poteſt: ſi quid autem erat minùs bonum, & ideò *relinquendum, vt fierent meliora*, naturalis Chriſti voluntas fuit, quâ tanquam verus homo vitam naturaliter appetebat, & mortem acerbiſſimam æquè ac probroſiſſimam ſuffugiebat. Sit ſemper in nobis propria voluntas prauitatis ſuſpecta; quandoquidem vel in ipſo Chriſto Deo naturalis voluntas proponitur *relinquenda*, non quia in ſe mala (abſit;) ſed *ob hoc videlicet vt fierent meliora.* Hæc etiam naturalis voluntas propriæ vitæ conſeruandæ, & mortis acerbiſſimæ & probroſiſſimæ ſuffugiendæ, hic Suſannam anguſtè arctat: ſed tandem in eâ vicit rationalis voluntas, quâ mortem oppetit, ne legi Dei, & voluntati diuinæ vllatenùs reluctetur.

Naturalis Chriſti voluntas relinquitur, vt Patris Dei voluntas fiat.

Hic Verſ.22. & 23.

3\. 1.Regum 15. rex Saül in iuſſo Amalecitarum excidio, iudicium ſuum Prophetico ac Diuino prætulit. Quamobrem a Samuele acerbiùs increpatur: Numquid, ait, vult Dominos holocauſta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ: *Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere.* Quomodo autem iudicium ſuum alieno præferre, ſit *quaſi ſcelus idololatriæ*, indidem his verbis Gregorius exponit: *Dum agenda in corde concipit, quaſi idolum facit. Et dum conceptum mentis propoſitum ſe acturum deliberat, quaſi ad adorandum ſimulacrum ſe inclinat. Quaſi ergò ſcelus idololatriæ eſt, nolle acquieſcere: quia quiſquis in propriâ deliberatione obſtinatus eſt, idcircò foris in Maiorum contemptum erigitur, quia intus ea quæ fingendo ſtatuit, propoſiti ſui* (id eſt, voluntatis) *ſimulacris incuruatur.* S. Bernardus ſerm. 3. de Reſurrect. Domini, explicatiùs & acerbiùs hanc propriæ voluntatis idololatriam exponit: *Dico fiducialiter, nemini qui ſit in propriâ voluntate, poſſet vniuerſus mundus ſufficere. Sed vtinam vel rebus iſtis eſſet contenta, ne in ipſum (horribile dictu) deſæuiret Auctorem. Nunc autem & ipſum (quantùm in ipsâ eſt) Deum perimit voluntas propria. Omninò enim vellet Deum peccata ſua aut vindicare non poſſe, aut nolle, aut ea neſcire. Vult ergò eum non eſſe Deum, quæ quantum in ipſa eſt, vult eum aut impotentem, aut iniuſtum, aut inſipientem. Crudelis planè & omnino execranda malitia, quæ Dei potentiam, iuſtitiam, ſapientiam perire deſiderat. . . . Idololatria ſcelus eſt non acquieſcere, & quaſi peccatum ariolandi repugnare.* Hactenùs Bernardus. quibus verbis propriam voluntatem idololatriæ ſuſpectam, imò & ream facit. Quem impium impudenter reatum ſæpe voto incurrit. Hæc Bernardi hyperbole eſto propriæ voluntatis horror, & tacitus tanti periculi commentatius.

1\. Reg. 15. v.23.

S.Greg.

Voluntas propria Idololatrio ſi ... aut ... tur.

S Bernard.

Iterùm

I... ad ...atiuam eu ...centur ſemel ex... S... verba: *Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victima.* Sic gratè Deo per... l... et renunciatio propriæ voluntatis, & di... inæ obſequium? Rationem appoſitè red... it S. Bonauentura in Diæta ſalut. tract. 4. c. p. *Eſt obedientia nobile quoddam genus martyrij, & palma triumphalis, quia decollat hominem, & amputat ei propriæ voluntatis caput.* T... ta, tamque periculoſa eſt propriæ voluntatis hoſtilit..., vt ei qui eius caput amputa... t, ... vt ... tum ſit de Tartareis ho... inde pr... riæ voluntatis abnega... palma triumphalis meritò nominatur. De ... ilias.

Geneſeos 3. gulæ, vel potiùs ambitionis ... ium ſerpens Dæmon Euæ propo... cùm dixit: *Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Opinor, non tam delici... rum edulium blandimentum, quam ſubiectionis tæ..., & propriæ volu... tatis à ſabie... ne ... tio, Protoparentes ad præ... aricati... Au... Augu... us ... Pſalmum ... Si quis peru... ... t ... mitat... Deum ... vt quomodo ... non habet à qu... formetur, non habet ... regatur, ſic ipſe vel... t ſua poteſtate vti. H... Diabolus fecit; imitati Deum noluit, ... ſe... non eſſe ſub illius poteſtate, ... habere contra il... m poteſtatem. *Homo autem poſitus ſub præcepto audiuit à Domino Deo: Noli tangere arborem in medio paradiſi, &c. Quare autem tetigit? quid illi deerat? Dicatur mihi, quid illi deerat in paradiſo conſtituto, in media opulentia, medyſque delicijs? Quid illi deerat vt tangeret, niſi quia ſua poteſtate vti voluit, præceptum rumpere delectauit? vt nullo ſibi dominante fieret ſicut Deus, quia Deo nullus vtique dominatur.* Ecce tibi incentiuum primordialis flagitij, quod Deo ſic extitit iniurium, fuit propriæ volunt... tis à diuina po... ... te vindicatio. *Voluntas propria*, ait Bernardus, *quo furore Dominum maieſtatis impugnet, audiant & timeant ſerui propriæ voluntatis. Primum namque ſeipſam ſubtrahit & ſubducit eius dominatui, cui tanquam au... ori ... re iure debuerat, dum efficitur ſua.* Scili... vel ipſum vocabulum propriæ voluntatis impij & ſacrilegi furti reatus eſt: nam voluntas cuiuſque hominis, *dum efficitur ſua*, Dei ſe ſubtrahit dominio, & de proprieta... t... vindictas contra Deum agere uitur. O exe... bile Dæmonum ac Protoparentum fu... m, quo dum poteſtatem propriæ volun... ... ibi afferunt, eam furaci ſcelere Deo d... ... et exambiunt. Propriam voluntatem D... ... btrahit, & ſubducit Auctori, *dum efficitur ſua.* O rebellionem pugnaciter æque ac fu... ter impiam! Vi... quam ſceler... a ma... ... priæ volun... ... t. C... ue.

... m 9. Saulo aduerſus Chriſtianos f... ... n, Chriſtus apparet, & cæleſti luce perſ... git, deiicit, edomat: ... t tremens ac ſtupens dixit: *Domine, quid me vis facere?* N... mo acrior inter perſecutores, ſed nemo ... ior inter peccatores. Citò ſanctus ... re ... e omni virtute conſummatus. Nec mi... ror, propriam voluntatem ... bito exuit, & diuinam induit. Quàm rabida voluntas, quàm furioſa, quàm cæca in Saulo, refracta antem retorquetur, corrigitur, mitigatur; illamque deponit, ac diuinam aſſumi..., aiens: *Domine, quid me vis facere?* S. Bernardus ſerm. 1. de Conuerſione S. Pauli, ſic pulchrè ad rem, locum elucidat: *Quam pauci inueniuntur in hac perfecta obedientia formâ, qui ſuam ita abiecerint voluntatem, vt ne ipſum quidem cor proprium habeant, vt non quid ipſi, ſed quid Dominus velit omni horâ requirant, dicentes ſine intermiſſione: Domine, quid me vis facere? Heu plures habemus Euangelici illius cæci, quàm Pauli imitatores! Quid vis (ait Dominus ad cæcum) vt faciam tibi?* O grandius diuinæ gratiæ prodigium! cum ait: *Domine, quid me vis facere?* velut excordatur Paulus, & aliud illi cor inditur: extirpatur propria voluntas, & illi diuina ingeneratur. In cæco nunc Paulo, cæci illius ant... theton video. Cæcus ille audit: *Quid tibi vis faciam:* quod commune hominum votum eſt. Ex ore tamen Pauli, quod rarum eſt, audio, & quod perfectionis metam tenet: *Domine, quid me vis facere?* Nun inge... etur nobis diuina voluntas, n... propria abſit.

P Didac. Celada in Suſannam.

S. Bernard.

In cæco Paulo, Euangelici cæci antitheton videmus.

Luc. 18. v. 41.

7. Matthæi 12. Phariſæorum ad Chriſtum vox eſt: *Volumus à te ſignum videre.* Quod Saluator peracerbè tulit: quare ... lis contumelioſè reſpondit, qu... ſi magnam illi iniuriam irrog... ſſent, aientes, *Volumus.* S. Anſelmus lib. de ſimil. cap. 8. ita hàc de re ſc... ibit: *Sicut corona ſoli Regi competit, ſic propria voluntas ſoli Deo.* O bene! Deo coronam regiam e capite extrahit, & deturbat, qui non diuinam, ſed propriam voluntatem exequitur.

Matth. 12. v. 38.

Sicut corona Regi, ſic propria voluntas Deo competit.

S. Anſelmus.

§. CXXVII.

Mundanus timor, homines potiùs quàm Deum metuens, ſcelerum conceptaculum eſt.

1. POEna non timentium Deum eſt multa, ... im... & omnia timere. Pauet facile mala conſcientia: nam ſcelerum conſcius animus vbique ſupplicia formidat. Dein qui cupiditatibus ſeruit, pro tot timet rebus, quot amat. Turba iſta timorum nec culpis obſtat, nec pœnis; vtraſque potiùs lactat. Culpis opportuniſſimus eſt timor mundi; pœnæ autem timoris appendices ſunt, aut illius ſtipendia. Pauore mors ipſa leuior: nam pœnaliora mortis genera timor acerbat, exaſperat, amplificat. Cain vbi parricidali cœpit terrore angi, mortem expetit; requiem credidit, ſi periret: ſic pauorem morte expuere maluit. Et quid dicam Cain? Elias ille virtutum meta, vbi ſenſit toto ſe timore concuti, repetebat, quam fugeret mortem: ſatiùs exiſtimans morti ſuccumbere quam timori. Denique nulla mala aufert humanus timor; nam ipſe etiam malus eſt, & malorum cognatus. O tunc quicquam præter Deum timere! Non bona eſt p... dagogia mundani timoris, qui ſæpè vt timenda declinat, pœnitenda incurrit

Ferè ex Enconi feb. ſtrom. 8. c. 3.

Timor mundanus culpatur.

2. Geneſeos 33. eleuans Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſaü, & cum eo quadringentos viros: & ipſe pauore perterritus adorauit pronus in terram ſepties. Currens autem Eſaü obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſque collum eius, & oſculans fleuit. Inopinatam fratris gratiam admiratus Iacob, ait ad illum: *Sic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei.* Quaſi dicat: Mihi timido & anxio, inſperata tui vultûs clementia & ſuauitas, cum tantâ dignitate, potentiâ, atque excellentiâ coniunctâ, tam iucunda ac reuerenda eſt, quàm eſſet vultus Dei, vel Angeli, ſigno aliquo præſentiam & opem oſtentantis. Auguſtinus autem ibi q. 1[illegible]5. ſic ad rem elucidat præſcripta Iacobi verba: *Quid ſibi vult, quod ait Iacob fratri ſuo: Propter hoc vidi faciem tuam, quemadmodum cùm videt aliquis faciem Dei: vtrùm pauentis & perturbati animi verba vſque ad hanc adulationem proruperunt?* Mirabitur fortè aliquis in Iacobo adulationem, ab eius ingenio & moribus alienam, ſed animi *pauore perturbati* venialior culpa, adulatio eſt; licet videatur quodammodo ſuperos vellicare, quibus efferum Eſaö comparare non veretur.

Geneſ. 33. v. 10. *Humanus timor vſque ad adulationem compulit Iacobum.* *S. Auguſtin.*

3. Prouerbior. 29. Salomon hâc mortum gnome homines perire erudit: *Qui timet hominem citò corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur.* Loquitur de timore nimio & inordinato, quo quis adeò timet hominem, vt eius metu malit Deum quàm hominem offendere. Qui enim ſic timet hominem, in grauia mala corporis & animæ corruet, à quibus liberabitur is qui timet Deum magis quàm hominem, & in Deo ſpem ſuam collocat. Acutè inibi notat Cornelius noſter, quòd antitheſis exigebat vt diceret: *Qui timet hominem citò corruet: qui verò timet Dominum, ſubleuabitur.* Sed periode eſt, & non ſine epitheſi ſpes ſubſtituitur pro timore Dei: timori enim Dei indiuidua comes eſt erectior ſpes, & ſumptuoſum illius ſtipendium, adeò vt vices cum illo reciprocare videatur. Sic Dei timor ſpem animoſiùs erigit! Ceterùm Paraphraſtes Chaldæus ſic emphaticè locum excribit, & excriptione luculenter exponit: pro τὸ *qui timet hominem cito corruet*, habet: *Calumnia filij hominis accerſit ei offendiculum.* Idemne eſt, *timor hominis*, ac *hominis calumnia*? Sic humanus timor eſt timentis calumnia: Scilicet humanus timor probroſè calumniatur ſic timentem, dum de imbecillitate illum arguit, exprobat puſillanimitatem, ſordidum ingenium prodit, de impietate ac irreligione illum culpat. [illegible] moraliſſimum ſynonymum eſt, humanus *timor*, & hominis *calumnia*. [illegible]e hîc hos veteratoriè malitioſos Se[illegible] [illegible]ſiata contumelioſè teſtimonia, & probroſas cruente calumnias Suſannæ minitantes, niſi Dei timore abiecto, illorum potiùs calumnias timeat. Nunc timor humanus, calumnia, aut calumniæ metus erat, quam Dei timore Suſanna deluſit, & ſpe his erecta maluit calumniam pati, & minas hominum incurrere, quam Deum potius non timere, & in illo animoſi[illegible] ſperare. *Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.*

Prouerb. 29. v. 25. *Dei timor vices cum ſpe reciprocat. quare?* *Cornelius.* *Chaldæus.* *Humanus timor vices cũ calumniâ reciprocat. quare?* *Hic Verſ. 22. & 23.*

Sapientiæ 17. ſic timor definitur: *Nihil enim eſt timor, niſi proditio cogitationis auxiliorum.* Quaſi dicat: Timor vniuerſarim non eſt aliud, quam proditio & perditio cogitationis & mentis, quæ ſi libera eſſet a timore, excogitare poſſet plura auxilia, quibus rem, quam timet, depelleret; iam autem occupata timore id præſtare nequit. quaſi inopia mentis & conſilij ſit humani timoris appendix, & illius ſequela. Nonnulli Codices hic interſerunt, *Præſumptionis adiutorium:* Vatablus, *Temeritatis adiumentum.* Res profectò a timore diuerſiſſima. Porrò timiditatis cum puſillanimitate indiuiduus eſt nexus: nam timor eſt ſpei titubatio, & ſæpe inconſulta illius excuſſio: exinde pauidus animo cadit, deſperationi vicinus. Quomodo ergo timor erit: *Præſumptionis adiutorium, & adiumentum temeritatis?* Magnum ſane humani timoris ſacramentum, ô portentum! ô monſtrum! Scilicet cùm humanus timor ſit mentis inopia, ſic homo pauidus concurrit Potentis timore concepto, vt in reliquos ſceleroſa quæque audeat euaſionis *præſumptione*, & ſic adſciſcitur in *temeritatis adiumentum*; audax in ceteros, & in Deum impius, ſi ad declinandum quod vrget periculum, e re fore iudicarit. Nam vt ait Statius: *Primos in orbe Deos fecit timor.* Sic enim homines vrget humanus timor, vt etiam verum Deum ſuo nomine audacter ſpoliare, & humunculos Deitate donare auſo *temerario præſumat.* Ah! quid non audeat temeritas a puſillanimi timore concepta?

4 *Sap. 17. v. 11.*

Hum[illegible] [illegible] pt[illegible] meriti [illegible] ceptaculum [illegible] Va[illegible]

Primos in orbe Deos [illegible] timor Statius

Siracides Eccleſiaſtici cap. 40. ita ſcribit: *Iugum graue ſuper filios Adam*, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium. Et ſtatim à theſi deſcendit ad hypotheſin: particulatim enim explicat iugum graue, & tragicas, quas patiuntur calamitates. Sed attentiùs nota, quas in tragœdiæ exordio, ſeu ſcenæ veſtibulo, tanquam ærumnoſiſſimas primò collocat: *Cogitationes eorum, & timores cordis adinuentio expectationis.* Primò, *cogitationes eorum*, quibus animum diſtrahunt, diſcruciant, vrunt, vt mala omnia ſibi impendentia quantocyùs auertant. Secundò *timores* varij, nempe humanus timor, qui cor acerbiùs coarctat, ne fortè bona, quæ appetunt, non aſſequantur, & mala, quæ auerſantur, incurrant. Tertiò idem inculcat, & explicatiùs expont, *adinuentio expectationis.* (Expectationem autem hic accipit Cornelius pro timore aut ſpe, vt alias perſæpe) id eſt, adinuenta & excogitata timidæ imaginationis licentia, innumerorum fruſtra honorum aut malorum. Alij opportunè vertunt, *Commentum expectationis.* Sæpè enim ſpes [illegible] timor, re vera non eſt timor aut ſpes, [illegible] ſpei aut timoris humani humanum *commentum*, quod ſcilicet homo ſibi con[illegible]ciſcitur & timiditatis ingenio in mente fingit & pingit. O quantum humano timori licet [illegible] timiditatis male acutæ priuilegio! Et quidem ex

5 *Eccl. 40. v. 1.* *Commentum expect[illegible] eſt [illegible] ſum [illegible] p[illegible]* *C[illegible]* *[illegible]*

Adami

Adami culpâ culparum matrice, multiiuga hæc humani timoris prauitas originem trahit. *Iugum graue ſuper filios Adam, timoris cordis, & commentum expectationis.* O caue à flagitioſo humani timoris commento, quod eſt rationis ludibrium, pietatis iactura, & ſcelerum officina!

6. Pſalmo 118. purpuratus Vates ſic Deum modulatè precatur: *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.* Parum ſibi cohærere, imò & ſecum pugnare hæc Dauidis ſententia videtur: *Quid eſt* (ait Auguſtinus ibi,) *confige timore tuo? timui enim. Si enim timuerat, vel timebat, cur adhuc, vt à timore ſuo Deus configeret carnes ſuas, orabat? An addi ſibi volebat timorem, vt tantùm timeret quantum ſufficeret crucifigendis carnibus, id eſt concupiſcentijs affectibúſque carnalibus.* Timet quidem, ſed adhuc aliter timere expetit. Timet quidem, ſed timore ſeruili, qui carnales affectus & concupiſcentias interim diſſimulat, non omninò cohibet, & crucifigit; interſtinguit concupiſcentiam, non extinguit. Pergit indidem Auguſtinus, & vtriuſque timoris naturam explicatiùs tradit: *Qui ſolus eſt pœnarum timor, minus eſt laudabilis. Eſt enim iſte timor, quo timentur pœnæ, ſeruilis, quia carnalis; & ideò non configit carnem: viuit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, quando ſperatur impunitas.* Et addit: *Cùm verò pœna creditur ſecutura, latenter viuit, viuit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere, quod lex vetat: quia non ſpiritualiter delectatur eius bono, ſed carnaliter malum metuit, quod minatur.* Itaque ſeruilis timor, diſſimulatio delinquendi eſt. Qui ſic timet, non culpæ, ſed pœnæ refuga cenſetur. De quo aliàs vbertim.

[illegible] 118. — [illegible]uſt. — [Qui] ſeruili- [ter] timet, non [cul]pæ ſed [pœnæ] refuga — Auguſt.

Salomon Prouerb. 29. hanc proponit gnomen: *Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur.* Antitheſis exigebat vt diceret: *Qui timet Dominum*, ſed maluit dicere, *Qui ſperat in Domino*: quia ſententioſè opponit ſpem humano timori; humanus enim timor nimius & inordinatus, quo quis adeò timet hominem, vt eius metu propè legem Dei deſerat, malitque Deum quàm hominem offendere; ſpem debilitat, & in multa flagitia ſceleroſus incurrit. Sapienter S. Gregorius Nazianzenus orat. 3. de Pace: *Nihil ex omnibus adeò timendum eſt, quàm quòd timor humanus timori præponatur diuino.* O time timorem humanum, qui diuinæ legis violationem ſubornat, qui hominem imbellem Deo omnipotenti præponit; qui ſpem, ſi non excutit, ſaltem corrodit, imminuit, frangit. Speret in homine, qui hominem pluſquàm Deum timet.

[Pro]b. 29. — [illegible] 5. — [Spem] lædit, [qui] hominem plus quam Deum timet. — S. Nazianz.

§. CXXVIII.

Qui præcepti rationem diſcutit, labyrinthum erroneum ſubit: obedientia autem cæca, eſt tutum periculum, & diſſimulata ad Deum excuſatio.

1. OBedienti omnia tuta ſunt, de periculo facit ſalutem, ſalutaris obſequij auctoratiſſimo ſuffragio. Obedientia, aſylum eſt, in quo tuti ſumus ab erroneâ proprij arbitrij licentiâ; quæ honeſta inhoneſtate cenſu audet, ne quid contra propriam voluntatem præſtare cogatur. Bonus obediens eſto viſu ſuo vacuus, ſiuque operoſus alieno. Videat quouſque habet oculos, nempe quomodo expromptiùs & perfectiùs imperata ſibi exequatur. De propriâ cæcitate perſpicaciùs obedientia inoculatur. Sapienter Auguſtinus ſententiâ 286. apud Proſperum: *Magna eſt*, inquit, *vtilitas hominis iubenti Deo, etiam incognitâ iuſſionis ratione ſeruire. Iubendo enim Deus vtile facit quicquid iubendo voluerit. De quo metuendum non eſt, ne non profutura præcipiat. Nec fieri poteſt vt voluntas propria non graui ruina pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendo præponat.* Auguſtinum ſapienter monentem ſequere, ne de tuâ arrogantiùs ſapientiâ inobſequenter ſtulteſcas. Profectò incognitâ iuſſionis ratione meliùs ac tutiùs paretur. Sapientia oculatior in ratione iubendi, ſuppellex præcipientis eſt; ſollertia in obſequendo, ſubditorum prærogatiua, & ſubiectionis ſtipendium. Hîc Verſ. 22. & 23. cæca fuit Suſanna ad rationes, quæ excuſare poſſent patientiam ſtupri (vt notabamus ſuprà §. 5. n. 25.) Bona inſipientia, quæ diuinæ legi adulantiùs obſequitur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Incognitâ iuſſionis ratione, meliùs ac tutiùs paretur. — S. Auguſt. — S. Proſper. — Hic Verſ. 22. & 23. — Auctor §. 5.

2. Geneſeos 3. malus Dæmon ſerpentis facie perſonatus, abſente Adamo mulierem inſidioſè aggreditur, & per latus hominis ſtructuram ſubuertere incœptat: *Cur*, inquit, *præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Quo conſilio, dic mihi, cibo Deus interdixit? quid ſpectabili te commonſtratâ, vſu priuauit? cui oblectationem hanc recondit? cui vobis oblata dona reſeruat? ſatiùs erat non dediſſe, quàm dato interdixiſſe. Paradiſum dedit, & cibum non conceſſit. His vocibus, quibus præcepti rationem ſciſcitatur Dæmon, mulieris auditum ſubuertit, rationem obſidet, vtque mens animi fluctuet, facit: dubio percuſſit autem, vt conſcientiam tranſgreſſione lædat. Verùm cum ad verſutum inſidiatorem reſpondet mulier, & de præcepto incauta diſquirit, ſe planè exarmauit. Surdo quidem ſilentio obſiſtendum erat eius machinis, vt inefficax fieret diſquiſitio auribus cæcè oppilatis. O quàm ſe intricauit mulier, dum præceptum extricare ſatagit! Scitè monet Humbertus de tribus votis cap. 8. *Quiſquis intentionem præcipientis iudicat, bellum intrinſecùs parat. Per hoc enim quòd cauſſas mandatorum, quas ignorat, diſcutit, in labyrinthum erroneum ſe ponit. Certè per hoc obedientiæ bonum minus purum efficitur, cùm quis Prælatum irrationabiliter iubere præſumptionis oculo intuetur.* Et poſt nonnulla ſubdit: *Obedientia ſanè veſtigium in hoc eſt, vt quaſi ſtultum ſe faciat quis in hoc mundo, nihil diſcernens, nihil diiudicans ex his quæ fuerunt imperata, ſed cum omni ſimplicitate & fide illud vtile, illud ſapiens eſſe iudicans, quod ſibi lex Dei, vel examen ſuperioris indixerit. Et verè ſi per hunc modum euacuati fuerimus ſpiritu proprio, replebimur non immeritò tunc diuino.* Longulè pariter ac ſententioſè. Profectò mulier,

Geneſ. 3. v. 1. — Baſil. Seleuc. orat. 3. — Humbertus. — *Qui iuſſionis rationes diſquirit, labyrinthum erroneum ingreditur cæco veſtigio.*

dum *cauſſas mandati, quas ignorat, diſcutit*, non bono duce ac introductore Diabolo, *in labyrinthum erroneum ſe ponit.* Sanè labyrinthus locus eſt multis viarum ambagibus inflexus, aditu facilis, exitu arduus, imò impoſſibilis. Certus & irreuocabilis error, aditi labyrinthi pœnas luit. Errare ambit, qui labyrintho ſe credit. Nemo ſe tuto credat veſtigiis, quæ cæca obedientia non imprimit; exprimit. *Per hoc quod cauſſas mandatorum, quas ignorat, diſcutit, in labyrinthum erroneum ſe ponit. Obedientiæ ſanè veſtigium in hoc eſt, vt quaſi ſtultum ſe faciat quis in hoc mundo, nihil diſcernens ex his quæ fuerunt imperata.* Cæco irreuocabiliter *veſtigio* in labyrintho errat, qui nimis ſapienter iuſſionum rationes curioſus diſquirit. Non dimittam innotatum, quod *cum omni fide* iudicandum eſt vtile ac ſapiens, quod ſuperior iniugit. Num ad eum modum quo fidei myſteria credimus, iuſſis obtemperare debemus? Qui dubius myſteria diſcutit, planè non credit: ita qui iuſſiones curioſiùs examinat, inobedientiæ confinis eſt. Denique aduertere oportet, quòd Antiſtitis mandatum, nouo ſignificantiùs vocabulo dicitur, *examen ſuperioris*, quò vacat ſubditorum examen. Vtinam in Euâ vacuiſſet, ne ſimul tota poſteritas in eodem erroneo labyrintho, cæcis veſtigiis pariter exerraret.

3. *Cum omni fide parendum eſt ſuperiori.*

Præceptum nouo vocabulo dicitur ſuperioris examen.

4. 1. Regum 15. in iuſſo Amalecitarum excidio, è proprio cerebro multimodè præuaricatus eſt rex Saül, non bonus diuinæ iuſſionis interpres. Confeſtim adeſt Samuël, ſeuerus inobedientiæ obiurgator. Numquid vult Deus, inquit, holocauſta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ: *Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare* voluntati, inquam, Dei iubentis. Hebraicè, *quia peccatum diuinationis eſt rebellio*; Vatablus, *peccatum magia.* Inobediens itaque eſt ſimilis mago, diuinatori, ariolo, quia coniectat de voluntate Dei, ex mendacibus rationis & iudicij ſui conceptibus & figmentis. Nimirùm inobediens *ariolari* dicitur, ait inibi Gregorius, *dum cordis ſui præſtigioſis ac ſuperbis adinuentionibus credit, & ſalubribus Prælatorum conſilijs, contraria ſentiendo refragatur.* Aptè inobedientia ariolatur, dum ex propria mente & iudicio, *ac ſuperbis adinuentionibus* ſuo cerebro architectatis, tanquam ſuperiore ſapientior & oculatior, eius mandata curioſiùs examinat, arroganter diſcutit, & ſuum illi præfert iudicium. Eleganter Ioannes Climacus gradu 4. *Obedientia*, inquit, *eſt inexaminatus atque indiſcuſſus motus, ſpontanea mors, vita curioſitate carens, obedientia eſt diſcretionis depoſitio inter diuitias diſcretionis...... Obedientia eſt nunquam ſibi, nec in his quidem quæ videntur optima, vſque ad conſummationem vitæ credere.* Scilicet cùm lex ſeu mandatum (vt ſupra num. 3. vidimus) ſit *ſuperioris examen*, male iterùm ad examen inferioris vocatur (niſi manifeſtè illicita iubeat) qui diſcutit, propè eſt, vt damnet: ergò verus obediens, *inexaminato atque indiſcuſſo motu*, ac impetu oculatiſſimè cæco, & audaciter prudenti, ad obſequium feratur. Et ſanè cùm obedientia ſit *diſcretionis depoſitio inter diuitias diſcretionis*; quantò quis opulentior diſcretionis fuerit, tantò diſcretionis inops videbitur. Magus eſt, ariolus & diuinator eſt, qui ſibi, ac ſuis *ſuperbis adinuentionibus*, potius quàm Deo credit.

1. Reg 15. v 23.
Hebræus.
Vatablus.
S.Gregor.

Conglobata obedientiæ definitiones, quæ illius cæcitatem commendant.
Ioan.Clim.

5. Ceterùm ſcrupuloſior quiſpiam ſecuritatis amator obſtrepit, aiens: Quidni mandatum ſuperioris diligenti examine excutiam, ne fortè lateat anguis ſub herba, & in præcepto exequendo diſſimulatæ malitiæ periculum ſubſit? In conſcientiæ negotio tuta malo, periculoſa nolo; nam *qui amat periculum, in illo peribit.* Porrò de mali dæmonis aſtutiâ venit, vt ſpecie honeſti tegatur periculum, quò faciliùs incautum illaqueet: ergò expedit cautè examinare mandatum, ne fortè in illius obſequio periculum lateat. Opportunè Ioannes Climacus gradu illo 4. periculi metum his verbis arcet: *Obedientia eſt*, inquit, *ſecurum periculum, immediata ad Deum excuſatio.* Nempe qui inexaminato atque indiſcuſſo motu obedit cæco parendi impetu, non periculoſum, ſed *ſecurum periculum* ſubit. Subeundi periculi euacuatur audacia, vbi rei inexaminatæ periculum, tutum eſt à periculo aſylum. Soſpitas in diſcrimine eſt, quando *tutum periculum* incurritur. Quis timeat periculum, quo tutior eſt? Quis timeat de inexaminato atque indiſcuſſo præcepto ſeu cæco obſequio damnari à Deo, quando cæca obedientia eſt, *immediata ad Deum excuſatio?* Qui periculum ſic accuſat, excuſat: quia in re obedientiæ hoc *periculum ſecurum* eſt. Argutè quidem Climacus!

Eccli.3.v.27

Ioan Clim.
Obedienti periculum tutum eſt, & immediata ad Deum excuſatio. pamodet

6. Salomon Prouerbiorum 15. in re obſequij ſic nos admonet: *Mens iuſti meditatur obedientiam*, &c. Pro τὸ *obedientiam*, Gloſſa & alij legunt, *ſapientiam.* Et peritè vertit Pagninus, *Cor iuſti meditatur quod reſpondeat*: quaſi *obedire* perinde ſit ac *reſpondere*: Vatablus autem exſcribit, *Cor iuſti meditabitur negotium*, aut *negotiari*: nec ſine emphaſi *obedientia* dicitur *negotiatio*: L X X. Interpretes, *meditatur fidem*; Syrus *fidelitatem*, quam inferior debet ſuperiori, puta *obedientiam.* Ecce tibi obedientia, vt vera *ſapientia* ſit, *fidei* aſſimilatur, quæ credenda myſteria non curioſâ ſagacitate diſcutit, ſed velut cæco voluntatis impetu ad obſequium fertur. Appoſitè S.Gregorius lib. 2. in 1. Regum: *Neſcit*, inquit, *iudicare, quiſquis perfectè didicit obedire.* Verè pariter ac bellè S. Bernardus ſerm. de virtute obedientiæ: *Fidelis obediens*, inquit, *neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tardantem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itiner pedes, totum ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem.* Ingens obedientiæ expromptioris laus eſt, quòd ipſa cæco obediendi impetu *parat oculos viſui*: non *parat oculos viſui*, vt diſcutiat imperium, ſed vt obſequium oculata perficiat, ne à ſcopo imperantis aberret. Addit idem Bernardus tract. de diſpenſat. & præcepto: *Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, neque contenta anguſtijs profeſſionis largiori fertur voluntate in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur ſpontaneo vigore*

Prouerb. 15. v. 28.
Gloſſa
Pagninus.
Vatablus.
LXX. Inte
Syrus.
Obedire. perinde eſt, reſpōdere, aut negotiari.
S.Greg.
S.Bernard.
Cæca obedientia parat oculos viſui.
Perfecta obedientia legem neſcit.

liberalis

liberalis alacriſque animi, modum non conſiderans in infinitatem extenditur. Multas hîc Bernardus ſententias addenſat ſententiarum opportunè grauidas, quas ethicè emedullare, Eccleſiaſtæ expromptum eſt.

§. CXXIX.

Peccator Crux Chriſti eſt, vincere præſumit Chriſtum; qui culpas noſtras guttis ſanguinis luxit, vt peccati cruciatum expungeret.

1\. ETſi nulla lex vetaret peccatum, peccaréque quis impunè poſſet; ea eſt tamen peccati fœditas, & de offenſâ Dei enormitas, vt inde vitari intentiùs debuiſſet. Porrò peccatum graue vel vnicum adeò fœdè horrendum eſt, vt animoſè dixerit Anſelmus: *Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & neceſſariò vni illorum haberem immergi, priùs me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem. Mallem purus à peccato & innocens gehennam intrare, quam peccati ſorde pollutus cælorum regna tenere.* Sic eſt horrendum peccatum de malitiæ cenſu! Probroſiſſimam cruentè mortem eligit Suſanna, ne peccet; ſecundam gehennæ mortem innocenter ſubeundam cum Anſelmo proculdubiò elegiſſet. Sic exhorruit delinquendi pudorem!

2\. Hebr. 6. Ad Hebræos 6. ita ſcribit Paullus de his, qui in grauioſa peccata relapſi ſunt: *Rurſùm*, inquit, *crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* Nempè qui grauiter peccat, iterùm quaſi crucifigit Chriſtum: quia nouo peccato nouam dat cauſſam crucis & mortis Chriſti, quare niſi Chriſti mors tam efficax fuiſſet, vt ad omnia omninò peccata poſt quamtauis ſecula futura & iteranda ſe extendiſſet; oporteret Chriſtum toties mori & crucifigi, quoties peccant homines. Sed quid eſt, *ſibimetipſis crucifigentes?* Num peccator peccati merito, crux redditur, cui Chriſtus affigitur? In peccandi officinâ homo in crucem refingitur? Audiendus eſt Bernardus ſerm. 4. in vigiliâ Natiuitatis, vbi ad hunc Paulli locum videtur adludere: *Fortaſsè*, inquit, *crux ipſa nos ſumus, cui Chriſtus memoratur infixus. Homo enim formam crucis habet: quam ſi manus extenderit, exprimet manifeſtiùs.* Ecce tibi à peccato homo redditur Chriſti Dei crux, quâ inuiſibiliter Chriſtus ipſe crucifigitur. O impia peccati temeritas, quâ peccatores iterare Deicidium æmulantur, *rurſùm crucifigentes ſibimetipſis filium Dei!* Quiſquis grauiter peccat, hominem dediſcens, ſe refingit in crucem; & male iterato ſæuiſſimorum carnificum officio, *ſibimetipſi Filium Dei crucifigit*: quia *crux ipſa nos ſumus, cui Chriſtus memoratur infixus.* Iterata Chriſti crucifixio, peccandi ſtipendium eſt, & male locuples peccati cenſus. Deteſtaris crudeles Chriſti tortores cruentè atrociſſimos, qui tot ſtrages in Chriſti Dei innoxio corpore impiiſſimè ediderunt; deteſtare etiam ſimul peccatum, qui te refingit in crucem, quâ Filius Dei iterùm crucifigatur, excarnificetur, & lanietur. Quid iterùm peccando crucifigis Chriſtum, qui pro te crucifixus eſt? Proh! peccatum impiè barbarum.

3\. Geneſeos 32. Iacobè Meſopotamiâ redux, manſit ſolus: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet, &c. dixit ad eum: Dimitte me.* Gen. 32. v. 24. & 25. Hæc luctà Iacobi cum Angelo, vel cum Deo, adumbrauit vitam hominis, quæ nihil aliud eſt quàm luctà, & vt S. Iob ait, militia ſuper terram, in quâ aliquandò vincimur; ſed armati, & generoſè luctantes vt Iacob, tandem vincimus. Aliter S. Bernardus ſerm. in Natiuitate Beatæ Mariæ, intelligit hunc locum de luctâ, quâ peccator cum Deo luctatur peccatorum vi: *Luctare*, inquit, *cum Angelo, ne ſuccumbas; quia regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. An non luctæ: Dilectus meus mihi, & ego illi? Notam fecit dilectionem ſuam, experiatur & tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus.* (Nota quæ ad rem ſubiicit verba:) *Suſtinuit te dilectus, ſuſtine tu dilectum: non illum vincere peccata tua, te quoque ipſius flagella non ſuperent, & obtinebis benedictionem.* Ecce lucta hominis cum Deo, quæ grauiùs peccando peragitur. O hominum audacia diſſimulanter temeraria, quæ peccatorum vi & magnitudine *luctari* cum Deo præſumunt, ſi fortè illius bonitatem, patientiam, magnanimitatem, & clementiam vincere eualeant! Cum Dei bonitate certare audet humana malitia, quò illam ſuperet? Diuinæ fortitudinis grande elogium eſt, quòd *illum non vincere peccata tua.* Sic temerariè, ſic pugnaciter humana peccata cum Deo certant? Deum omnipotentem humanis peccatis non eſſe *victum*, ſuæ bonitatis emphaſis eſt. O peccati audaciam barbaricè impudentem!

S. Bernard.

Grande omnipotẽtiæ Dei elogium eſt, quod illum nõ vincant humana peccata.

4\. Lucæ 22. in ſuæ Paſſionis veſtibulo Chriſtus Deus orandi cauſſa tendit in hortum, & auulſus à Diſcipulis, genua flectit, & orat ad Patrem Deum. Et factus in agoniâ prolixiùs orabat. *Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Syrus è Græco vertit, ſicut *grumi*, vel *guttæ craſſæ*; Irenæus, *globi ſanguinis*. Caietanus cenſet Chriſtum ſudaſſe ſanguinem, eò quòd iam exudaſſet humorem, qui ſolet verti in ſudorem. Porrò vox *ſicut guttæ* ſignificat, non purum fuiſſe ſanguinem, ſed mixtum, quo ſcilicet ſudor cum ſanguine miſceretur. Itaque Chriſtus hunc ſanguinem, & ſeipſum cum ſanguine in holocauſtum & victimam pro peccatis noſtris Deo patri obtulit. Sanguinem enim ex oculis, facie, pectore, manibus, pedibúſque ſudabat, illíque lacrymas cum ſuſpiriis & precibus intenſis miſcebat. Vnde S. Bernardus ſerm. 3. in Dominicâ palm. agens de hâc oratione Chriſti in horto: *Vbi quidem*, inquit, *non ſolis oculis, ſed quaſi membris omnibus fleuiſſe videtur, vt totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, potiùs lacrymis corporis purgaretur.* Nimirùm toto corpore, omnibúſque illius membris ſanguineum emiſit ſudorem, quo velut lacrymis fideles ablueret, & à ſqualore peccati puriùs emacularet. Prodigioſo huius ſudoris lauacro, humanorum ſcelerum prodigia planè egebant. Verùm profundiùs rem meditatur Euſebius ſic fatus: Chriſtus pro

Lucæ 22. v. 44.

Græcus. Syrus. S. Irenæus. Caietanus.

S. Bernard.

Singuli Chriſti artus guttis ſanguinis culpas noſtras lugent.

Euſeb. apud Nouarr. in Patrum Adagiis, n. 207.

me mortuus eſt, *qui mea peccata in cruce lacrymatus eſt cum clamore valido, & in horto guttis ſanguinis luxerunt ſinguli artus eius ſingulas culpas.* Quid eſt, quòd Chriſtus Deus non ſolùm in cruce cum clamore valido noſtra *peccata lacrymatus* fuiſſe dicitur; ſed etiam quòd in horto *guttis ſanguinis luxerint ſinguli artus eius ſingulas culpas* meas? An ſic prolixâ agoniâ angitur Chriſtus Deus ob culpas noſtras, vt illas per ſingulos artus *guttis ſanguinis lugeat?* quaſi parùm foret illas lugere oculis (qui ſunt naturales lacrymarum fontes) ne autem aliquid in ipſo eſſet quod non illacrymet, omnes artus lugendo habiles fecit, vt pro lacrymis ſanguinem monſtroſè lugerent, & ita lugerent ſingulas hominum culpas. An ſinguli Chriſti artus guttis ſanguinis ſingulas hominum *culpas lugent*, quaſi non tam ſanguineas lacrymas, quam culpas noſtras velut ſibi conuiſceratas euaporet? Non niſi cum magnâ emphaſi dicitur Chriſtus, non tam ob noſtras culpas illacrymari, quàm guttis ſanguinis per omnes artus noſtras *culpas lugere.* Profundior hæc Euſebij ſententia acuminum grauida, Concionatorum ingenio ſagaciùs emedullanda permittitur, vt inde malitia peccati viuaciùs innoteſcat, ad acriorem illius deteſtationem.

5. Ieremiæ 20. v. 9.

Ieremias Propheta cap. 20. cùm decreuiſſet contra Spiritus ſancti inſtinctum propheticum tacere, nec de commiſſis ſceleribus populum increpare, ſubdit: *Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exaſtuans, clauſúſque in oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinens.* Intermitto nunc an eiuſmodi voluntate non increpandi populi peccata, Ieremias peccauerit: ſaltem vel ſuum peccatum, vel peccatum populi non reprehenſum, ad quod increpandum cælitùs agebatur, dicitur factus in eius corde *quaſi ignis exaſtuans, clauſúſque in oſſibus* eius, ita vt ferre non ſuſtinens, propè deficeret. Porrò ignis in viſceribus occultè clauſus, medullas exedit, vehementer vrit ac excruciat, & interiora crudeliter afficit, eò acriori dolore, & acerbiori cruciamento, quò foràs euaporari non ſinitur. Profectò per ignem apud ſacram Scripturam & ſanctos Patres, peccatum, peccatique pœnam ſignificari, obuium eſt, nec vlli ignotum. Porrò hic peccati ignis medullitùs *exaſtuans, clauſúſque in oſſibus*, ne ad exteriora erumpens mitigetur; periculoſior, & propè immedicabilis morbus eſt. De quo medicinæ Princeps ſic peritè fatur: *Contingit aliquando*, inquit, *vt externo corpore ægrotantis mirificè temperato, intùs æſtuet febris in medullis.* Pulchrum quidem ſymbolum peccatorum ignis ſeu febris. Scilicet qui periculoſâ febri culparum ægrotat, & peccatorum igne medullitùs vlulatur, in *externo corpore mirificè temperatus* eſt; imò & voluptatem peccando ſentit, cùm *intùs æſtuet febris in medullis*, quæ crudeliter illum exurit. *Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exaſtuans, clauſúſque in oſſibus meis.* O quam eſt periculoſus morbus, qui foris placet, & intus in oſſibus clauſus, medullas latenter exurit!

Peccator foris temperatus, in medullis malè exaſtuat.

Galen. lib. 6. Hippocr. de morbis vulg. tom. 1. tr. 19.

6. Pſalm. 68. v. 28.

Pſalmo 68. ſic vim Dei vltricem aduocat Propheta: Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt; & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.* Id eſt, iuſto iudicio tuo non eos liberes à primâ iniquitate; ſed ſin vt addant iniquitatem ad iniquitatem. *Cum dicitur homo* (ait Chryſoſtomus) *tradi deſiderijs ſuis, ex ipsâ progenie fit reus; quia deſertus à Deo cedit cupiditatibus, atque conſentit, vincitur, capitur, traditur, poſſidetur. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt,* &c. Verùm Græci Patres in huius loci Commentario, per *iniquitatem ſuper iniquitatem apponendam*, pœnale iniquitatis ſupplicium intelligunt: *Porrò iſtud, Appone, id eſt, pro auctario ſupplicium recipiant*, quaſi ſupplicium ſit peccati auctarium. Quibus accinit S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 92. ſic fatus: *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, æquiuocum eſt: perinde enim eſt ac ſi diceret, Appone cruciatum ſuper iniquitatem eorum.* Qui nexus indicat iniquitatem, & illius cruciatum ſeu pœnam comites eſſe indiuulſos, ita vt ne nomine quidem aliquandò diſcriminentur. Vnde pœna ſeu cruciatus iniquitatis appendix, *iniquitas* dicitur. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem*, id eſt, *appone cruciatum*, quaſi ipſa iniquitas ſit cruciatus. Mercurius Triſmegiſtus cap. 10. interrogatus à filio: *Quónam pacto mulctatur anima humana, ô pater?* Opportunè ad rem ſic ſtatim reſpondet: *Et quis eſt humanæ animæ, ô fili, maior cruciatus impietate?* Benè, & penè Chriſtiano cothurno. Sic impietas & cruciatus; ſic cruciatus & iniquitas vices mutuò reciprocant? O iniquitates malè dulces! Sic dulcis peccati voluptas, cruciatuum eſt bibula. Iniquitatis nomen *æquiuocum* eſt, & iniquitatem ac cruciatum adæquè ſignificat. O ſynonyma altè moraliſſima! Quare hi malitioſi ſenes oculis luxuriantes in Suſannâ innoxiè pudiciſſimâ, dum obſcœnum patrant corde flagitium, tam operis ſterile, quàm malitiæ fœcundum, conſultiſſimè dicitur, non indicaſſe ſibi viciſſim *dolorem ſuum.*

Peccatum & peccati pœna.

S. Chryſo. homil. de Adam, & Euâ.

Græci Patres.

S. Iſi[...]

[...] nomen [...] iniquit[...] & cruciat[...]

Triſmeg[...]

Hic verſ[...]

§. CXXX.

Mundi vſus, & abuſus in confinio ſunt: inde mundialibus rebus tanquam viatico vtendum, etſi humanæ rationis iudicium obſiſtat.

1 B. Lau[...] Iuſti[...] *Quid eſt Mundus.*

QVid eſt Mundus, qui tot felicitatum ſpeciebus mortales implet? Scitè B. Laurentius Iuſtinianus lib. de inter. conflict. c. 1. *Plorationis & lacrymarum vallis nuncupatur hic mundus, vt in illo degentes nullum verum norint inueniri poſſe ſolatium. Inſtabilis eſt, & per momenta decurrens, caſibus plenus, periculis ſeptus, turbinibus agitatus, fluctuationibus anxius, cladibus refertus, diſſenſionibus inquietus, mutationibus deditus, Deo contrarius, cælo diſſimilis, virtuti oppoſitus, ſanctitati inimicus, & pijs mentibus oneroſus. Illos quantùm valet premit, tribulationibus inſequitur, aduerſitatibus atterit, nunc diripiendo propria, nunc concupita negando. Verùm ſi probatos nequit malis ſuis ſuperare viros, blanditijs & ſponſionibus deceptorijs eoſdem deprauare contendit: vbique parat laqueos,*

... in *omnibus decipulas tendit pedibus innocentium, nunquam impugnandi istos materiâ caret.* Hæc mundus. Sciant hoc mundi amatores, id eſt, palpatum riuales, ne illos ambitio, opulentia, & libido perſtringat. Verè Poëta: *Ambitioſus honos, & opes, & fœda voluptas, Hæc tria pro trino Numine mundus habet.* Hæc eſt Mundi amatorum religio.

Apoſtolus Ioannes epiſt. 1. cap. 2. ita ſcribit: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* Suaſerat amorem Dei, mundi odium ſuadet; quia mundi amor malitiam omnem parturit; & Dei odium inde negotiatur. Iſaias Abbas orat. 21. cùm quiſpiam ab eo quæreret: *Quid eſt mundus?* reſpondit: *Mundus eſt, animi ad peccata deſtructio. Mundus eſt, cùm ea quæ naturæ contraria ſunt ſequimur. Mundus eſt, cùm carnis voluptates implemus. Mundus eſt, cùm arbitramur diu nos in hoc ſeculo permanſuros. Mundus eſt, cùm maiorem corporis, quàm animæ curam gerimus. Mundus eſt, cùm iis quæ caduca ſunt gloriamur. Non ex me iſta confingo, ſed Ioannes Apoſtolus ita loquitur: Nolite diligere mundum, &c. Quoniam omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Addit ex Auguſtino indidem Cornelius: *Chariſſimi in hac valle miſeriæ, nihil tam pulchrum, tam delectabile poſſideris, quo animus veſter omninò occupetur. Fuge mundum, ſi vis eſſe mundus: ſi tu es mundus, iam non delectat te mundus. Fuge creaturas, ſi vis habere Creatorem. Omnis creatura vileſcat, vt Creator in corde dulceſcat.* Benè monentem ſequere. Præceſſit Suſanna, quæ ſumptuoſiùs Deum mundo prætulit.

Paullus 1. Corinth. 7. ita ſcribit: Hoc itaque dico, fratres: Tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: qui emunt, tanquam non poſſidentes: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* Græci codices habent, *tanquam non abutentes*, id eſt, *tanquam non vtentes* vſu firmo & tenaci, quod eſt *abuti.* Vtendum eſt enim te taliter, qualis eſt: mundo ergò fluxo, fluxè & quaſi obiter vtendum eſt, tanquam eo non vtaris: ſin mundo adhærere vis, eo *abuteris*, quia re fluxâ, quaſi non fluxâ, ſed firmâ, ſolidâ, & ſtabili vteris. Appoſitè notat Cornelius, quòd mundo non tribuit Apoſtolus *formam*, hæc enim ſolidior eſt, & conſtantior: ſed *figuram*, quæ mobilis eſt, fugax, euanida. Aduocátque illud Anſelmi: *Noliſe conſtanter mundum diligere, quando ipſe, quem diligitis non poteſt conſtare. incaſſum cor quaſi manenter figitis, dum fugit ipſe, quem amatis.* qui eſt frequens mundi *abuſus.* Et quidem notatione dignum eſt, quod cùm in Græcâ origine ſit, *tanquam non abutentes*, vulgatus Interpres vertit, *tanquam non vtantur*, ſubſtituens ſimplex verbum, *vti*, pro compoſito *abuti*, ... par ſit vtriuſque ſignificatio. Opinor tamen, quòd cùm adiungitur *mundo*, eadem ſignificantia eſt: ac ſi ſynonymum ſit, *vti mundo* ac mundo *abuti.* adeo nullus, aut propè nullus eſt, qui mundo, id eſt, rebus mundialibus *vtatur*, qui illis non *abutatur.* Vnde *mundi vſus*, planè *abuſus* dicitur. Sic *vſui* mundi *abuſus* confinis eſt ... nexus inter *mundi vſum, & abuſum!*

Vel aliter locus Paullinus poteſt ad rem exponi: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* 4. 1. Cor. 7. v. 31. Græcus.

Scilicet vulgatus Interpres tametſi in Græco exemplari reperit, *abutentes*, maluit exſcribere *vtentes*, quia illud coniunxit cum verbo *præterit*; quaſi non ſit *abuſus*, ſed *vſus* mundi, illo tāquam *prætereunte* vti. Ad hunc Apoſtoli locum tacite alludere videtur ſanctus Leo ſerm. 5. de Ieiunio ſeptimi menſ. ſic eloquenter fatus: *Duo*, inquit, *amores ſunt, ex quibus omnes prodeunt voluntates, ita diuerſæ qualitatibus, ſicut diuiduntur auctoribus. Rationabilis enim animus, qui ſine dilectione eſſe non poteſt, aut Dei amator eſt, aut mundi. In dilectione Dei nulla nimia; in dilectione autem Mundi cuncta ſunt noxia.* Cùm dicat omnem mundi dilectionem eſſe *noxiam*, ne inde quis inferat, quòd omnis mundi *vſus* eſt *abuſus*, appoſite ſubdit: *Et ideò æternis bonis inſeparabiliter inhærendum; temporalibus verò tranſeunter vtendum eſt, vt peregrinantibus nobis, & ad patriam redire properantibus, quidquid de proſperitatibus Mundi huius occurrerit, viaticum ſit itineris, non illecebra manſionis.* Vide qualiter *vſus* mundi non erit illius *abuſus*, ſi proſperitate, quæ vltrò venit, ſi honore aut voluptate, quæ non vocata adfuit, *vtaris tanquam viatico* ad longum & arduum iter, quo peregrinus properas ad æternitatem; non tanquam *manſionis illecebrâ.* Aliter *Mundi cuncta ſunt noxia*, & illorum *vſus* plane *abuſus* eſt.

S. Leo.

Mundi bonis vtendum, tāquam viatico ad æternitatem, non tanquam manſionis illecebrâ.

Rursùs præſcriptus Paulli locus aliter ad rem enucleandus eſt: Hoc itaque dico, fratres: Tempus breue eſt, reliquum eſt, vt *qui habent vxores, tanquam non habentes ſint*: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: *& qui vtuntur hoc Mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* Ita quidem vitæ noſtræ tempus breue eſt, & huius Mundi figura feſtinanter præterit; illo autem tempore & verè vxor virum habet, non *tanquam* virum; & qui gaudet verè gaudet, & qui emit verè poſſidet; & qui vtitur hoc Mundo, verè illo vtitur, non quaſi vtitur. Quid ergo eſt, Qui habent vxores, & quæ habent maritos, *tanquam non habentes* ſint; & qui vtuntur hoc Mundo, *tanquam non vtantur?* An potuit Paullus quod Mundi odio adiiceret, verè ... Profundè pariter ac moraliter S. Chryſoſtomus homil. 27. ex variis in Matthæum locis, & Auctor operis imperf. in Matthæum, hom. 22. *Vxor*, ait, *neminem debet ſapientiorem, fortiorem, formoſiorem reputare, quàm virum ſuum, etſi ſit alter ſapientior, fortior, formoſior; tamen coram oculis eius talis apparere non debet. Perfectum enim odium, & perfectus amor iudicium verum non agnoſcit. Sic & omnis anima Chriſtiana, quæ ſponſa eſt Chriſti ita debet diligere Deum, vt nihil ſit in mundo, quod amplius amet, quàm eum, aut in tantum.* Scilicet verè vxor maritum habet; verè qui emit, poſſidet; verè qui in Mundo eſt, Mundo vtitur: additur tamen vocula *tanquam*, quæ ſignificationem diminuat citrà falſitatem: vt ſignificetur, quòd *nihil ſit in Mundo*,

5.

1. Cor. 7. v. 31.

S. Chryſoſt.

Mundi odiū, & Dei amor verum iudicium non agnoſcit.

Mundo, quod amplius amet, quàm Deum, & quàm faſtidioſè & obiter Mundi gaudia capiet: *Perfectum enim odium, & perfectus amor iudicium verum non agnoſcit*: ſicut perfectus vxoris amor, neminem viro ſuo præferet, etſi verè ſit viro ſuo præſtantior. Itaque etſi vera aliquando gaudia Mundus offerat, & in Dei conuerſatione, & re virtutis ſponſa Chriſti tædium ſentiat; hoc apud ſe verum gaudium reputet; illud verò à veritate gaudij deponere adnitatur. *Perfectus amor iudicium verum non agnoſcit.*

6. Ad Galat. 6. v. 14. Ad Galatas 6. ita ſcribit Paullus: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quaſi dicat: Sicut mundus horret crucem, cruciatus, & ærumnas crucis appendices, ita me exhortet: & vice versâ, honores, deliciæ, & pompæ mundi mihi crux eſt; eáſque, vt crucem ille, ego auerſor & horreo. Quem locum ſic

1. Mach. 3. v. 1. Steph. Cant. exponit Stephanus Cantuarienſis in Machabæorum 1. cap. 3. *Surrexit Iudas, &c. Mortuâ ſiquidem gratiâ Dei per peccatum in homine, non eſt aliud remedium niſi bellatrix confeſſio. Cognouit Iudas, & exiuit obuiam Apollonio. Apollonius miraculum, ſiue mirabilis dicitur, & ſignificat Mundum: nam mundani caſus viro iuſto ſunt in miraculum, & ſtuporem. Item mundus mirabilis, qui quaſi præſtigiator phantaſmata mouet. Iudas ergo primo exiuit contra Apollonium; quia confitens primo pugnat contra mundum. Et reuera non eſt verè Iudas, niſi occurrat Apollonio: non eſt verè Iudith, niſi amputet caput Holofernis. Ille occidit Apollonium, qui poteſt dicere: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Iudas pugnat cum gladio Apollonij, cum confitens attendit, quanta ſit miſeria mundi, quam breuis voluptas, & per talem conſiderationem cauet ſibi.* Bene cauet ſibi à *miſeria* mundi, quin & à mundi *proſperitate*: nam mundus velut *præſtigiator*, ſic *phantaſmata* mouet, vt & periculoſa ſit mundana *miſeria*, & intuta *proſperitas*: mundi enim *præſtigiatrix phantaſia* rationem ſubornat, & iudicia corrumpit, quò animum per *miſeriam* malè proſternat, & per *proſperitatem* arroganter attollat, & homini illudat. Heu tota res mundi *præſtigijs* & *phantaſmatibus* peragitur, inſano hominis ludibrio! O caue!

Hominis perditio, mundi præſtigijs, & phantaſmatibus peragitur.

7. Geneſ. 27. v. 39. Geneſeos 27. Iacob, id eſt, vir iuſtus hac benedictione ditatur: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ*, &c. Eſaü autem, reprobatorum ſymbolum, audit: *In pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit benedictio tua.* Quid ergo diſtat benedictio Iacobi iuſti, & improbi E[illegible], cum rore cæli, & pinguedine terræ vtriuſque benedictio conſtet? Scitè Bernardus ſerm. 33. in Cantica: *Cum in populo Dei carnales alij ſint, alij ſpirituales; nec illi tamen æternorum, nec iſti careant omnimodo temporalium deſiderio, in eo ſanè diſtant, quòd plus alio appetunt alij, & ſecundum ea quæ præferunt, aut carnales iudicantur*, &c. Scilicet [illegible]ndiu in hoc mundo viuitur, ſpirituales & carnales homines permixti ſunt: nec vllus e[st] adeò ſpiritualis, qui mu[ndi] [illegible] rerum vſu, & aliquo deſiderio [car]eat: nec adeo [car]nalis, qui aliquo cæl[eſti]um deſiderio non afficiatur: [illegible] quis Mun[d]o cælum [illegible], de Mundo [illegible]ualibus rebu[s]

S. Bernard. *Spiritualis eſt, non qui non vtitur mundo ſed qui mundo ſupermundana præfert.*

poſthabito, viros ſpirituales ac cæl[eſt]es excidit. Itaque non mundi *vſus*, ſed *abuſus* vetatur.

---

§. CXXXI.

Præſentia Dei hominem facit ambulare cum Deo: hominis mentem refingit in cælum; paſſiones elimat, & excantat, nóſque Deo miſcet.

Eloquenter Minutius Felix in Octauio: In Solem, inquit, intende; cælo affixus, ſed terris omnibus ſparſus eſt; pariter præſens vbique intereſt, & miſcetur omnibus, nuſquam enim claritudo violatur: quantò magis Deus auctor omnium, ac ſpeculator omnium, à quo nullum poteſt eſſe ſecretum: tenebris intereſt, intereſt cogitationibus noſtris quaſi alteris tenebris; non tantum ſub illo agimus, ſed cum illo. Nec nobis de noſtra frequentia blandiamur, multi nobis videmur, ſed Deo admodum pauci ſumus. Nos gentes nationéſque diſtinguimus, Deo vna domus eſt mundus hic totus. Reges tantum regni ſui per officia miniſtrorum vniuerſa nouere: Deo indicijs opus non eſt, non ſolum oculis eius, ſed etiam in ſinu viuimus. Hæc ille. quibus magna nobis, ſi diſſimulare non volumus, indicta eſt neceſſitas probitatis, cum ante oculos agamus Iudicis cuncta cernentis, quem hîc Suſanna præſentiſſimum ſpectauit, quò tentationem validam exarmauit hac voce: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Min. Felix.

Geneſeos 6. in corruptiſſimo illo inſolentiſſimorum gigantum ſeculo, Noe inuenit gratiam coram Domino. *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.* Nempe toto vitæ decurſu, in ſuis actionibus perfectus fuit Noë: ideóque præ omnibus ſui æui Deo placuit. Dicit autem, *Cum Deo ambulauit*, quaſi dicat. Noëmus ita ſanctè ac piè vixit, quaſi Deum ſemper præſentem præ oculis haberet, & reuereretur: ideóque in omni opere cautiſſimus, modeſtiſſimus, religioſiſſimus ſemper incedebat: eratque Deo, Deique voluntati per omnia conſentiens, perinde vt homo cum homine amico, vel Domino ſuo vbique, & indiuulsè inambulans, [illegible] per omnia conſequitur [illegible] in omn[ib]us [ſ]e conformat. Præſcripta verba exponens ibi Pererius, ita ſcribit: *Cum Deo ambulauit, id eſt, ſemper erat paratus, expeditus, & intentus ad omnia Dei mandata & iuſſa prompte & alacriter exequenda; vt [ſol]ent [illegible] ſerui in conſpectu dominorum ſuorum.* Itaque [illegible], quod homo ſemper ſit paratus, expe[di]tus, & [in]tentus ad Dei nutum prompte & alac[rit]er per omnia exequendum [illegible]lus Seraph[ic]orum, qui apud Iſaiam thronum Dei adſtant, & ſimul volant, aut volaturiunt, ne præſentia adſtandi, merito ex[illegible] per volatum, videtur. Vnde d[e] [huiuſ]modi præſentia, qua Deo Noëmus adſtat, dicitur *ambulare cum Deo.* De Henoch etiam ſuprà ſcribitur: Iſaiæ

ſcribitur: *Ambulauit Henoch coram Deo*, LXX. *Henoch placuit Deo.* Targum Hieroſolymitanum: *Seruiuit Henoch in veritate coram Domino.*

Paullus ad Philippenſes 3. ita de ſe ſcribit: 3. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt: vnde* (ex quo) *ſaluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Pro τὸ *conuerſatio*, Tertullianus lib. de Corona militis legit, *noſter municipatus*, quaſi per conuerſationem in cælis, qua Deum cæli præſentem habemus, coloniam duxerimus in cælum, cuius ciues ſumus; & inde in mundo exules, & peregrini a cælo. S. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 31. præfata Paulli verba ſic elucidat: *Sicut domus exterioris conuerſationis eſt ædificium, quod inhabitat corpus: ita domus noſtra cogitationis, eſt res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Vnde Paullus qui in ſupernis cor fixerat; in terrâ quidem poſitus, ſed tamen à terrâ extraneus dicebat: Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Quaſi cælum ſit domicilium conuerſationis Paullinæ ac noſtræ, cùm memoria Deum habet præſentem, cum quo mens noſtra familiariter conuerſatur. Viuaciùs, opinor, S. Ephrem Serm. Paræn. de 2. aduentu Domini: *Semper Dei memineris*, inquit, *& cælum mens tua euadet.* Exinde Paullus, qui præſentem in memoriâ ſemper gerebat Chriſtum cæli Regem, mentem ſuam in cælum tranſfinxit, cælum fecit. Itaque qui Deum in memoriâ aſſiduè præſentem habet, mentem ſuam effecit cælum; quare eius conuerſatio in cælis eſt. Rem hanc paullò aliter meditatur S. Baſilius in Pſalmum 44. exponens illud Paulli ad Romanos 13. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, ita fatur: *Induimini, non* 13. *ſecundum exteriorem hominem, ſed mens noſtra Dei memoriâ circummuniciatur.* Nimirum cùm Deum mente ac memoriâ præſentem gerimus, Dominum Ieſum Chriſtum ſumptuosè induimus. Quiſnam tam glorioſus amictus, quàm Chriſto Deo veſtiri?

4. Exodi 25. ſic Deus Moyſi loquitur: *Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi*, &c. Erant Cherubinorum effigies aureæ, ſpecie alati & imberbis iuuenis, vt ſcilicet hac ſpecie oſtentent vigorem ac viuacitatem, quâ Deo, Deique oraculo ſemper adſtabant. Erant autem Cherubini, quorum prærogatiua princeps eſt perſpicacior mens & ſapientia, quâ Deum præſentem altiùs contemplantur. Et ſane cùm hæ ſpecies Cherubinorum Deo ſemper adſtantium, hominem ex auro præ ſe ferant, huc forſan alludit Caſſianus ita ad rem ſcribens: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quod nullus poterit veridicè profiteri, niſi qui vniuerſa quæ ſunt in hoc mundo, aut noxia, aut ſuperflua iudicans, omnem intuitum ſuum, omne ſtudium, omnem curam ergà cultum ſui cordis, & caſtimoniæ defixerit purientem.* (Pende attentiùs quæ ad rem ſubdit verba.) *Atque ita mens illis exercitijs elimata, & profectibus expolita, ad perfectam corporis atque animæ perueniet ſanctitatem. Alioquin ſi Dei non meminerimus, ſequitur quòd Dauid dixit: Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Benè ergo Cherubim eliguntur, qui perſpicaciæ elogiu pollent, & in Dei conſpectu ſemper adſtant; & quidem humanâ figurâ è metallo conflata, quò adumbretur, ac denotetur, quòd eiuſmodi aſſidua Dei præſentiâ, eos *elimat, & expolit ad perfectum corporis & animæ ſanctitatem.* Rude nimis eſt ad res diuinas, humanum corpus è limo materiatum, & paſſionibus ſufflammatum: quare etſi Cherubinum ſpecie tenùs induat & circumamiciat; & *aureum* ſit, quod eſt metallorum purius ac politius; tanta autem eſt vis præſentiæ Dei, cui aſſiduè adſtaut, vt ad eiuſmodi incompoſitam ruditatem *elimandam & expoliendam* typicè proponantur. quare Cherubini ex auro ante Dei conſpectum in propitiatorio collocantur.

Nimis verum eſt illud Pſalmographi: *Non* 5. *eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Hieronymus, *parturiunt*, Græcè *contaminantur*; alij ex Hebræo, *polluerunt, profanarunt.* Sicut enim Dei memoria, & eius in recordatione præſentia, eſt nobis cauſſa omnis boni; ita eius obliuio, & abſentia ab humana mente, eſt omnis mali cauſſa. Inde homo fœdis paſſionibus *inquinatur, polluitur, profanatur.* Quare S. Ephrem lib. de virtute ſic eleganter ſcribit: *Nihil peius, grauiùſque eſt, quam ipſius Dei obliuionem capere. Continua enim Dei recordatione turpes animæ paſſiones recedunt; vnde & mundum Spiritus ſancti habitaculum efficitur. Vbi verò memoria Dei abeſt, ibi tenebræ cum fœtore dominantur, omniſque res improba exercetur.* Angeris paſſionum tumultu, turpitudine, fœditate? Dei præſentia illas expellit, fugat, excantat. Saluberrima quidem antidotus, & facile parabilis ad hanc peſtem abigendam. Quid tam homini expetendum, quàm paſſiones, quibus fœdè inquinatur, & ſacrilegè profanatur, abigere, & excantare? quod eſt præſentiæ Dei ſacramentum.

Pſalm. 9. v. 26. S. Hieron. Græcus. Hebræus. *Dei præſentia paſſiones fugat.* S. Ephrem.

Hæc Ieremiæ dixit Dominus: *Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis.* 6. Quaſi dicat: Si, ó Ieremia, conuertè is ad me, vti cœpiſti; aut ſi conuerteris te a nugatorum atque ludentium cœtu, ego conuertam te, ab iis nempe malis & incommodis, quibus te expoſitum eſſe quereris: dabóque tibi inter Prophetas aliquid eximium, nempè vt aſſiduè *ſtes ante faciem meam*, vt ſcilicet ſis mihi familiaris: denique ego à te aſſiduè aſpiciar, tu quoque à me libenter aſpiciaris, mutuo arcanè mentium ac voluntatum commercio. Qua ſuper re ſic eleganter philoſophatur Iſychius: *Ante faciem meam ſtabis, &c. Coram Domino omnia præcipit fieri. Oportet quippe omne virtutis opus, vtpote vidente Deo peragi, & non corrumpi neque vitiari, cùm permiſceamus ei voluntatem noſtram.* Magnum ſanè diuinæ præſentiæ myſterium! Nimirùm Dei præſentiâ, memoriâ ac mente peragitur; ita tamen ſe in voluntatem inſinuat; ſic voluntas humana eſt præſentiæ diuinæ bibula, vt per eam ſe humana voluntas Deo *miſceat.* O miſturam ineffabiliter mitiſſimam, quâ per Dei præſentiam in memoriâ ac mente peractam, humana voluntas ſe Deo miſceat, atque conuiſceret! Grande diuinæ præſentiæ elogium eſt, quòd per eam *permiſceamus Deo voluntatem noſtram* Qui eſt aliquis diuinæ præſentiæ

Ierem. 15. v. 19. *Dei præſentia, voluntatem humanã Deo permiſcere dicitur.* Iſych. apud Euſeb. in Aſcet. l. 4. c. 31.

præſentiæ elogium eſt, quòd per eam *permiſceamus Deo voluntatem noſtram.* Qui eſt aliquis diuinæ præſentiæ faſtus, quo eius præſtantia exaggeratiùs commendatur. Adeò enim eſt ſublimis iſtiuſmodi per Dei præſentiam, hominis cum Deo *permiſtio*, vt Dei Incarnationem, & ſeculis mirabilem corporationem quodammodo æmuletur, quod verbum *permiſcere* ſubinſinuare videtur.

---

§. CXXXII.

Vis charitatis Omnipotens dicitur, ſpontaneo raptu arcana, & piâ furacitate nobilis,

1\. Rich. Vict. de gradibus charitatis, c. 1. 1. Cor. 13. *Charitas eſt virtutum fœcunda aduerſus vitia.*

RIchardus Victorinus ita ſcribit de charitate: Sola, quæ in aduerſis non deficit, quia *patiens eſt*: Quæ iniurias non rependit, quia *benigna eſt*: Quam felicitas aliena non cruciat, quia *non æmulatur*. Quam conſcientia mala non pungit, quia *non agit perperam*: Quæ honore non extollitur, quia *non inflatur*. Quæ præeſſe non nititur, quia *non eſt ambitioſa*: Quam cupiditas non coarctat, quia *non quærit quæ ſua ſunt*: Quam iniuria non prouocat, quia *non irritatur*: Quam ſiniſtræ ſuſpiciones non fœdant, quia *non cogitat malum*: Quam aliena mala non lætificant, quia *non gaudet ſuper iniquitate*: Quam errores non cæcant, quia *congaudet veritati*: Quam perſecutiones non frangunt, quia *omnia ſuffert*: Quam perfidia non indurat, quia *omnia credit*, etſi non omnibus: Quam deſperatio non abſorbet, quia *omnia ſuperat*: Quam intolerantia non deiicit, quia *omnia ſuſtinet*: Quam mortis ſeparatio non intercidit, quia *nunquam excidit*. Alia charitatis elogia, quæ in viuidè ſtrenuam Suſannæ charitatem

Hic verſ. 23. apprime quadrant, cum eodem Richardo ſubtexam, ex quo hæc theſis materianda eſt.

2\. 2. Cor. 12. v. 9.

2\. Corinth. 12. Paullus ſiue acri tentationum vi, ſiue acerba calamitatum mole ferè oppreſſus, auxiliatem aduocat Deum, qui malum auertat. Cui animitus Deus reſpondit: Sufficit tibi gratia mea: *nam virtus in infirmitate perficitur.* Sententia generalis eſt, & præclara ethicè gnome de quauis infirmi-

Græcus. tate. Pro *virtus*, Græcè eſt δυνάμεως potentia, fortitudo. Quæ autem ſit hæc ſtrenua *virtus*, & fortis potentia, variè à Commentatoribus exponitur. Mitto plura, vt citiùs re-

Richard. ſuprà. ſcribam luculenta Richardi verba: *Charitas*, inquit, *miſeriis non reprimitur, quia in infirmitate perficitur. Prorſus virtus omnipotens, quæ ipſas miſerias facit potentes, dum conuertit in adiutorium, quæ parata ſunt ad nocendum; quâ ſuffulti milites Chriſti impauidi certant, certi de victoria medijs periculis incedunt tutiſſimi, nec*

Omnipotens charitas ipſas miſerias reddit potentes ad virtutis auxilium.

dæmonem, nec hominem metuentes. Ecce tibi *omnipotentis* charitatis virtus, ſic imbecillitatem adipat ac roborat, vt ipsâ infirmitate è diuerſo perficiatur, & conſummetur, dum ipsâ infirmitate humili conſtruit firmitatis baſim, dum aduerſitates ipſas aduocat auxiliares, & ſibi è peruerſo militare cogit, & caſibus aduerſis triumphum adornat. Quin & (quod mirere magis) ipſis miſeriis, anguſtiis, periculis, calamitatibus felicitatem excudit; inde inopinatè felix, vnde infelicitatibus naufraga mergebatur. An non eſt hic pius aliquis velut *omnipotentiæ* faſtus, quo ſic piè ſuperbit charitas, vt non dumtaxat virtutum armetur ſatellitio, ſed ad rem vitij vitia exarmans, illa emendet ad virtutis obſequium, ſeruitium, auxilium; & inde victoriam paret, vnde certum imminebat exitium. *Prorſus virtus Omnipotens, quæ ipſas miſerias facit potentes, dum conuertit in adiutorium, quæ parata ſunt ad nocendum; quia in infirmitate perficitur.* O quàm hîc prælucet celſius Suſannæ charitas, quæ de infirmitate muliebri, de adulterij periculo, de minis cruentæ mortis, de infamiæ propudio, & ſæuientium lapidum impendente nymbo, *omnipotenti* charitatis vi triumphum adornauit ſuum, & inter ſtrenuarum virtutum Heroïdes numerari gloriosè meruit! Generoſum ſanè charitati triumphum, de infirmitate robur, de infamia gloriam, & de periculo inuenire ſalutem. O animoſa virtualiter vox, & matronali charitate digna: *Meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini!* Sed adhuc ſaporem charitatis in Richardi ore guſtemus.

Hæc omnipotentia charitatis mirè apparet in illo Dei ad Moyſen colloquio, Exodi 32. Cerno, inquit, quod populus iſte duræ ceruicis ſit: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos.* Quæ Dei verba ſic Richardus nuper laudatus elucidat: Charitas eſt *vita fidei, ſpei robur, & omnium intima vis, & medulla virtutum..... Hæc valens ad omnia, & omnibus prævalens, quæ ipſam quoque Omnipotentiam quodammodo reddit impotentem. Nónne hæc eſt, quæ in Moyſe diuinæ iuſtitiæ & potentiæ obſtante prævaluit in fortitudine? Dimitte me, inquit, vt iraſcatur furor meus contra populum iſtum. Audis dimitte, & eum teneri non dubites, nec aliunde quam amoris fortitudine.. ..Quid ni ceſſit potentia? ceſſit iuſtitia, vbi charitas de corde tam puro non tam rogabat, quam vrgebat.* Longulè, ſed planè eleganter. Nimirùm pia charitatis omnipotentia, ſic valet ad omnia, ſic omnibus prævalet, vt *ipſam quoque Omnipotentiam quodammodo reddat impotentem.* Oh! ſic omnipotenter precaria Moyſis charitas, Dei iuſtitiam ſiſtit, & diuinam omnipotentiam exarmat? Tantum charitati in Deum licet!

3\. Exod. 32. v. 10.

Rich. ſupra. *Charitatis vis omnipotentiam quodammodo reddit impotentem*

2\. Corinth. 12. Scio, inquit, hominem ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extrà corpus neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum. *Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extrà corpus neſcio, Deus ſcit. quoniam raptus eſt in Paradiſum.* Mitto nunc an tertium cælum idem ſit ac paradiſus: & an ſemel, an bis Paullus fuerit raptus, ſemel in cælum, iterùm in paradiſum. Ceterùm cùm ſubuectus fuerit charitatis alis, cur non itus, aut volatus, ſed *raptus* ſcribitur. Exlex corporeæ molis Paullus aſcendit in paradiſum, cùm neſciat an in corpore aſcendit, & alato amore ſubnectus eſt; & tamen quaſi violenter *rapi* dicitur? Pulchrè inibi Richardus: *Hinc, ait, anima ſe in ſe totam perſtringens, non iam aſcenſorijs gradibus, vel paſſibus vtitur; ſed inopinatis raptibus,*

4\. 2. Cor. 12. v. 3. & 4.

Paullus amore alis ascendens in cælum cur raptus dicitur?

Rich. Vict. de grad. char. c. 2.

exceſſibus

exceſſibus fertur, volant, non vadens in illa ſublimia ſecreta cæleſtia. Vnde & Paullus non in tertium cælum aſcendiſſe, ſed raptum fuiſſe perhibetur. Sic affici, quaſi deificari eſt, dum animus diuino ebriatus amore, obliuiſcitur omnium, & totus pergit in Deum. Hem! velut violenter *rapitur* charitas in charitatis centrum? Quid tam naturaliter cognatum eſt amanti, quam rei amatæ felix poſſeſſio? An *rapi* dicitur, quia deſcenſurus aſcendit? Peregrinam reputat terram, breui ſpatio cæli nobilis inquilinus? Pergit ibidem: *Sed quanto putas ſtupore perfunditur anima ſubtracta illa dulcedine, & ad hos ſenſuum laqueos captiua retracta? Nónne quaſi de patria ſpirituum pulſa in Vallem corporum, in aliud quoddam ignotum ſeculum ſibi cecidiſſe videtur longè priori diſſimile, in quo & charitas friget, & ſenſualitas regnat, caligat oculus mentis, & ſenſus viget corporis?* (Hæc verbis, quæ altè ſubdit) *Hæret tunc, & alta trahens ſuſpiria, inde miſera, vnde beata efficitur. Subtractio enim rei amatæ, augmentatio deſiderij eſt, & quod ardentius optas, cares ægriùs. Et hic eſt languor amoris, quod non eſt aliud niſi tædium impatientis deſiderij.* Longum nimis facerem, ſi ſingulas enucleare ſententias vellem. Sat eſto illas perſtrinxiſſe, atque ad acumen intendiſſe digitum.

Canticorum 8. ita ſcribitur: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Opinor, luculentus huius ſententiæ commentarius, Suſanna eſt. Pergit vlteriùs ſacer Scriptor: *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domûs ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.* Vatablus ſic vertit: *Si quis det omnes opes domûs ſuæ pro amore, omnes cum maximè contemnent*, tamquam iniquum & ridiculum emptorem, vtporè qui charitatem rem opulentiſſimam & pretioſiſſimam viliſſimis opibus emere præſumat. Vndè tam diues opum cenſus charitati eſt? Hæc pretioſior opulentia eſt illi propria, an aliena? an ex alieno propria? Eleganter inibi Richardus: *O magna virtus charitas, quæ vocas ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. O fortis virtus, quæ neminem ſpolians, omnia rapis, omnia facis tua, & nemini aufers ſua, dum bonum quod in alio diligis, diligendo acquiris. Et quidem fieri poteſt, vt fruſtrà agas bonum quod operaris; vt autem ego fruſtrà diligam, fieri omninò non poteſt.* Vide hîc omnipotentiam charitatis, quæ omnia poteſt in eo, qui illam ſpirauit: ſiquidem vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, & ex prompto obſequio illi parent vniuerſa. Vide etiam quomodo arcano quodam
13. virtutis ſacramento, charitas quæ *non quærit quæ ſua ſunt*, pio furto rapiat aliena, quin poſſeſſorem deſpoliet. O pulchrum furacitatis ænigma: dum charitas quæ ſua ſunt negligit, & dum in alieno bono peramanter congaudet, illud ad ſe ineffabiliter attrahit, quin ſuum deſerat poſſeſſorem: exit, & cum illo à quo exit, eſt; progreditur, & tenetur; nouo & ſtupendo genere & tranſit & remanet; transfunditur, nec elabitur; ad beneuolè de illo cōgaudentem peruenit, & vnde emittitur non recedit: hæc eſt pia rapacitas charitatis, quæ *neminem ſpolians, omnia rapit, omnia facit ſua, & nemini aufert ſua, dum bonum quod*

P. Didac. Celada in Suſannam.

Margin notes: Rich. de charit. — Furacitas …

in alio diligit, diligendo acquirit. Et quod plus mereris, dum diligit bonum, quod ſæpe in alio vacuum eſt, in ſe ſolidum facit in dilectionis officinâ, quâ falſata aliorum virtus, in veram ſibi charitas recudit. Vndè omnipotentiæ æmula, *vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt*: ſiquidem *fieri poteſt vt fruſtra agas bonum quod operaris; vt autem ego fruſtra diligam, fieri omninò non poteſt.* Luculenter ſanè Richardus.

Non dimittam prorsùs inexpenſum huius verſiculi prius hemiſtichium: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Pro *obruent illam*, Hebraicè eſt, inundabunt, & magnâ aquarum mole æquè ac impetu ſubmergent, obruéntque eam. Pagninus *profundabunt eam.* Maiori cum emphaſi Arabicus vertit: *Et flumina non poſſunt abluere veſtigia eius.* Quæ ſunt hæc charitatis *veſtigia*, quæ nec magna flumina, magno etiam impetu fluentia *abluere* poſſunt? Eáne ſunt charitatis *veſtigia*, quæ *ablutione* egeant? Mundiſſimæ charitatis, opinor, mundiſſima *veſtigia* ſunt: nil eſt ergò in eâ immundum, & ablutione indigum. Seuerus Sulpicius in quâdam ad S. Paulinum epiſtola, illum valdè laudauerat, cui ſic Paulinus reſcribit: *Expoſtulandi cauſſa eſt, quòd te multa dilectio vſque ad mendacij peccatum trahit. . . . Onera noſtra iniuſtis laudibus cumulas; arguam te in charitatem de charitate peccare.* Quaſi nimia Sulpicij charitas currat in vitium, quod veritatis ſtudium abluat, & emendet. De quo alias.

Margin notes: *Quomodo charitas vocat ea quæ nō ſunt, ſicut ea quæ ſunt.* — 6. Cant. 8. v. 7. — Hebræus. — Pagninus. Arabicus. *Flumina non poſſunt abluere veſtigia charitatis.* — S. Paulinus epiſt. 2.

§. CXXXIII.

Dei per recordationem præſentia, Seraphinorum æmulatio eſt, diuinæ maieſtatis ſolium, hominis reſpiratio, & munimen.

EGregiè Ariſtoteles ait, numquam nos verecundiores eſſe debere, quàm cum de Deo agitur. Si intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri, vultū ſubmittimus, togam adducimus, ſi in omne argumentum modeſtiæ fingimur, ſimiliter hæc facit, qui ſibi præſentem cogitat Deum. Propè eſt à te Deus, tecum eſt, intùs eſt. Ita dico, ſacer intrà nos ſpiritus ſedet, bonorū noſtrorū largitor, obſeruator, & cuſtos. Hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos tractat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt, nemo virtuti, nemo ſibi. Ille dat cōſilia bona, & magnifica, ab eius facie bonorū ſcaturigo eſt, quæ illius recordatio, & mentalis præſentia abundè excipit, & inceſſanter haurit. Miraris homines ſic animitùs ad Deum ire, & ad Deum per recordationem arcanè faciales peruenire? Deus ad homines venit, imò (quod propiùs eſt) in homines venit. Nulla ſine Deo mens bona. Semina in animis noſtris diuina ſparſa ſunt, quæ ſi bonus cultor de Dei præſentiâ benè excipit, ſimilia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta ſunt, ſurgunt. Quiſquis mente vicinum habere Deum negligit, omnium ſanctitatum cumulum ſibi inuidet:

Margin notes: 1. Seneca lib. 7. natural. qq. c. 30. Ariſtoteles. — *Deus recordatione præſens, perennis bonorum ſcaturigo eſt.*

2. Iſaias cap. 6. vidiſſe ſe dicit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: & ea quæ ſub ipſo erant repleſſe templum.
Iſaiæ 6. v. 2. *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Seraphim eſt vox Hebræa, & ſignificat ardentes & incendentes, ob ſubſtantiam eorum puriſſimam, maculæ omnis expertem, peruigilem, excitatam, agilliſſimam, ſplendentem inſtar ignis, maximè ob charitatis ardorem. Atque licèt hæc omnia ceteris Angelis ſint communia; tamen in Seraphinis, qui Deo proximi, lucis & ignis diuini illuſtrationem & ardorem immediatè & proximè excipiunt, peculiari & perfectiori quodam modo reperiuntur, vti
S. Dionyſius. docet Dionyſius de cæleſti hierarch. quem
S. Chryſoſt. S. Chryſoſtomus homil. 64. ad popul. & ceteri Patres ſequuntur. Ita quidem, ſed ſin-
B. Petr. Dam. gulariter B. Petrus Damianus ſerm. 53. per hos duos Seraphinos Deo adſtantes, Angelum & hominem interpretatur, ſic fatus: *Duo Seraphim, Angelum, & hominem accipe, Qui incendentes & ardentes dicuntur; cùm ille ardeat præſentiâ, hic memoriâ.* Miriſſimum ſanè eſt, hominem Angelo ſic pariari, vt magnum Seraphini vocabulum generosè mutuetur. Vnde homo tam diſpar naturæ dotibus, & gratiæ merito, ad piam Seraphici nominis arrogantiam ſublimati meruit? Quid homini viatori ad res diuinas naturaliter cæcutienti, cum Angelo, aut Seraphino, qui Dei throno propiùs adſtat, & viciniſſimè proximatur? Ecce diuinæ animitùs præſentiæ ſacramentum. Nempè beatus Angelus, & viator homo Deo adſtant, & duo Seraphini vocantur, quia *Angelus ardet præſentia, homo memoria* Dei. Hem! ſic eualet memoria Dei in terris, vt æmula Angelicæ Deo præſentiæ in cælis, ad generoſum Seraphini vocabulum præcelſe ſublimet? O pia diuinæ animitùs præſentiæ ambitio, quæ arcanâ metamorphoſi luteum hominem in empyreum Seraphinum quodammodo refingit! Sic quod beata Dei *præſentia* in cælis Angelo præſtat, præſtat & Dei *memoria* homini adhuc in terris commoranti? Hinc diuinæ præſentiæ merita metiri licet.

Angelus ardet præſentiâ Dei; homo Dei præſentiæ memoriâ ardet: & vterque Seraphinus vocatur.

3. Pergit inibi Euangelicus Vates, Prophetalis eloquentiæ vertex: Et clamabant, inquit, alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus,
Iſaiæ 6. v. 3. Dominus Deus exercituum, *Plena eſt omnis terra gloriâ eius.* Eccur non potiùs empyreum ſublimiter cælum, quàm infima & lutoſa terra dicitur gloriâ Dei plenum? An non Deus in cælo beatas ſuæ gloriæ gazas ſumptuoſiùs oſtentat? Quid inaniſſimæ terræ cùm hac
Origenes. gloriæ plenitudine? Origenes inibi, homil. 4. *Anima ſancta plena eſt gloria Dei, cùm omnia, quæ agit & patitur, refert ad laudem & gloriam Dei.* Scilicet aſſidua bonorum operum ad Deum relatio, grande plenitudinis voca-
S. Ephræm tract. de Beatitud. bulum adimplet. S. Ephræm: *Beatus eſt*, inquit, *qui factus eſt ſicut Seraphim, & in diuino ac ſpirituali officio numquam eſt ſegnis, ſed aſſiduè glorificat Dominum.* Explicatiùs, opinor, & elegantiùs nuper laudatus Petrus Damia-
B. Petr. Dam. ſerm. 53. nus ita præſcripta verba ad rem exponit: *Et quomodo nunc poſt hanc eius eleuationem aſſerit Propheta, omnem terram maieſtate eius eſſe repletam? Sed cùm dicit, Plenam maieſtate, intelligit dicere maieſtatis cognitione.* Itaque tunc terra & ſi infimiſſimè ſordida, dicitur plena Dei gloriâ, ac maieſtate Dei, cùm diuina maieſtas ac gloria humanæ *cognitioni* animitùs obuerſatur. O! tantum humanæ de Deo *cognitioni*, ac recordationi licet? Cùm humanæ memoriæ obiicitur Deus, Dei gloria & maieſtas homini obuerſari dicitur? Tantámne Deus gloriam & maieſtatem ex ſuâ humanæ menti præſentiâ extrinſecùs mutuatur? Sic memoria humana diuinæ gloriæ thronus, & ſolium maieſtatis diuinæ reputatur? Heu, ne homo diuinæ maieſtati hanc gloriam inuiderit. Quam non inuidit, ſed cumulatiùs præbuit Suſanna, quæ etiam pudoris periculo attonita, Deum ſibi præſentem corde & ore cogitabat, aiens: *Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Hâc Dei præſentiâ armata Matrona cruentæ ac probroſæ mortis naufragium imminens ſtrenuè exorbuit, deuorauit, digeſſit.

Deus in ratione hominis eſt, tùm in ſuæ maieſtatis ſolio.

Hi…

4. Regius Vates Pſalm. 76. ſic modulatè occinit: Renuit conſolari anima mea, *Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.* Quæ verba ſic inibi
Pſal. 76. v.
S. A… Auguſtinus exponit: *Percuſſus ergo Dauid ſcandalis abundantibus quaſi multis vulneribus, clauſit ſe contra humanam conſolationem, & negauit conſolari animam ipſius. Et vnde vita? Vnde reſpiratio? Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Quaſi Dei memoria non ſolùm Dauidem lætitiâ perfuderit, ſed præbuerit etiam *reſpirationem* ac vitam. O bona à Dei recordatione *reſpiratio*! O exprompturn, & facilè parabile calamitatum remedium! Heu Dei obliuio, animæ *reſpirationem* repigrat, & intercludit! Vitam haurit Dei memoria, quam iners obliuio deſidioſè expuit.

Dei … ria … tis anima…

5. Iſaiæ 26. Semita, inquit, iuſti, recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Vnde tanta rectitudo in tantâ paſſionum obliquitate? In ſemitâ iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: *Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ.* Hebraicè *ad memoriam tuam*;
Iſai. 26. v. 8. Cornelius. Pagninus. Pagninus *ad recordationem tuam*. O quàm hianter Propheta expetit Dei *memoriale*, ſeu de Deo *recordationem*, aut *memoriam*! Pulchrè
Oleaſter. inibi Oleaſter in Elucidatione morali: *Etiam in via iudiciorum tuorum ſuſtinuimus te, eò quòd nomen tuum, & memoria tua eſt deſiderium animæ noſtræ. Magnum quid eſt, Dominum ſuſtinere in via iudiciorum ſuorum, cùm iuſtum iudicat & caſtigat, ac ſi impius eſſet. Qui enim huiuſmodi non ſcandalizatur, ſ…lius erit. Sed conſidera ob quam cauſſam iſti tam grauia ferunt iudicia Dei,* (nota attentiùs quæ ſubiicit verba) *ſcilicet ob nomen Dei, & propter memoriam eius. Quod enim malum tam ſæuum eſſe poteſt, quod ad memoriam nominis Dei non manſueſcat? Audi puerum Domini: Renuit*
Pſal. 76. v. *conſolari anima mea, ſcilicet huiuſmodi caducis & vanis conſolationibus; memor fui Dei, & delectatus ſum.* Ecce tibi Dei recordatio, id eſt, Deus memoriæ præſens, humanarum calamitatum acerbiorem vim potenter frangit, debilitat, exarmat.

Nil tam acerbi … num quod memoriâ non manſ… cat.

S. Iob

[illegible] Non pe[illegible]ani, inquit, & [illegible]moratus *oculus* [illegible]. [illegible] Domine, *& pone me iuxta te, & [illegible] manus pugnet contra me.* Nunc [illegible]tatem, non long[illegible] ab [illegible]que [illegible]ſtrum? quis ergo Iobus ex[illegible] Deum poni. Sapienter Dion[illegible] Carthuſianus mihi: *Pone me iuxta te. Iuxta Deum immenſum, vbique verè præſen[illegible]n, omnia penetrantem, qui ſolus rerum eſſen[illegible] illabitur, omnique homini propinquior eſt, [illegible]m eſſentia ia eius principia, tanto plus po[illegible]ur, quo dono ſapientiæ clarius ad ipſum [illegible]templandum perfundimur.* Scilicet non [illegible] unquam Dei præſentiam [illegible]bus expo[illegible] [illegible]lam, quæ me[illegible]s oculis peragi[illegible] [illegible] ſe priùs [illegible]onqne[illegible], c[illegible]s *oculum* [illegible] a[illegible]tudine cali[illegible]. [illegible] c[illegible]o ſi ita præſens iuxta Deum lo[illegible]us [illegible]: *Cuiuſvis manus pugnet contra me.* [illegible], *cuiuſvis*. O vocem pi[illegible] audaciſſi[illegible]. Num ſi ipſius etiam Dei m[illegible] p[illegible] contra hominem, qui [illegible] Deo [illegible]præ[illegible] iuxta illum [illegible]. hic homo [illegible] [illegible] *pone me iuxta te*. [illegible]u fac [illegible] præſentem habeam, hic [illegible] [illegible]. *Deponito, quæſo, pignus, & da fide[illegible]m in cauſa.* Pag[illegible]nus, *Pone pignus, [illegible]dem, aut fideiuſſorem mihi tecum.* Q[illegible] ita [illegible] Deum, [illegible] huma[illegible] [illegible] ali[illegible] præſe[illegible] Deum pone e *vadem*, [illegible]u *fide[illegible]rem* pro homine. Sat eſt o digitum ad [illegible] intendiſſe.

[illegible] Geneſeos 32. Offenſum fratrem Eſau val[illegible] timet Iacob è Meſopotamia redux cum [illegible] à imbecille familia. Et poſtquam [illegible]it omnibus, quæ ſolle[illegible]tem patrem [illegible] addecent; quo celitus timore exima[illegible] & au[illegible]catò occur[illegible]rum fratri [illegible]ret, ec[illegible] luctabatur cum eo. Siue ergo hic [illegible]erit Angelus, ſiue corporandum Ver[illegible] æqu[illegible] Marte diu vtrimque certatum [illegible] S[illegible]oſius Iacob ab eo benedictionem [illegible] quam agreſtem & offenſum fra[illegible] [illegible] cuius loco (videri poſſet im[illegible] nomen [illegible] mu[illegible]at: *Nequaquam, [illegible] Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael.* Quid nouæ appellationi cum neceſ[illegible] præſidio, quod pau[illegible] [illegible] expetebat? Opportun[illegible] mihi Chryſo[illegible]mus: *Non vltra vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Iſrael autem ſi quis interpre[illegible]tur, ſonat mens videns Deum. Quoniam [illegible] videre homini poſſibile eſt, videre me[illegible] propterea & hanc appellationem tibi im[illegible]. Nihil amplius time, neque damnum [illegible] expectes, quod ab aliquo feras.* Scilicet [illegible] magus præſidij, quod [illegible] de [illegible] [illegible], pro[illegible] habet luctatorem [illegible], non qui auxiliar[illegible] opem adue[illegible] [illegible] curſu fe at[illegible] ſed qui nomen [illegible] quo denote[illegible] erc, & ta[illegible] [illegible] præſentem contempl[illegible] Deum, quo [illegible] potenter armatus, [illegible] fratris [illegible] ferociam, & *nihil amplius timeret, neque damnum aliquod expectaret, quod ab aliquo feratur.* O [illegible] Deus oculi[illegible] mentis præ[illegible], h[illegible]inem mu[illegible] Sanc[illegible] præſentia, [illegible]ſſin[illegible] [illegible] eſt.

P[illegible] C[illegible]uam.

§. CXXXIV.

Ne ſe homo ex vilitate ſuâ æſtimet; ſed ex magno pretio, quo ſemel à Chriſto Deo emptus eſt.

EVſebius E[illegible]ſſenus ſic loquitur de Chri- 1.
ſto [illegible]ales omnes ſeuerius tandem iu- Emiſſ. hom
[illegible]caturo. *Per [illegible]e definiuit exigere, quod de ſe de-* 2. de [illegible]bolo
dit. Non ergo aliter, ſed aliter veniet. Ipſe nam- In die iudicij
que veniet, vt bonis ſe reſtituat creditus, malis ſe Chriſtus ſe
obijciat crucifixus: vt creſcat terror iudicij, de Bonis reſti-
præſentia corporis indicanti, violatis inter hæc tuit
muneribus Dei. Qua fiducia ſtabit deſertor ante regem? vulneratus ante medicum ſuum? perditus ante pretium ſuum? Itaque glorioſus in [illegible] iudic[illegible] Chriſt[illegible] quaſi Bonis debitus bonorum operum pretio [illegible] *reſtituet*. O bou[illegible] *eſtimatio*, cui [illegible]obæta[illegible] Chriſtus Deus fatetur! Dein ſe Malis obiiciet *crucifixus*, vt
homo perditus arbitrio ſuo ſe videat *ante* Crucifixus
pretium ſuum: & tarde licet, ſe æſtimet ex *pre-* apparet Ma-
tio pr[illegible] largiter impẽſo, qui pro reculis ina- lis, vt videat
[illegible]ſſin[illegible] [illegible]bus ſe [illegible]ndit, [illegible]temp[illegible]or pretium, quo
[illegible]. O homo ne ſis apud te vilis, qui tan- æſtimati
to pretio æſtimatus & emptus a Deo es! *Si* ſunt.
[illegible]itur (ait Ambroſius) *in te ipſo, non ex te debes* S. Ambroſ.
æſtimare, quod es, ſed ex Chriſto: quanto magis li. 2. in
in Chriſto non tua debes æſtimare, ſed Chriſti. Lucam.

1 ad Corinthios 6. probe laudabilem ſui 2.
æſtimationem his verbis Paulus fidelibus ſua- 1. Cor. 6.
det: *Empti enim eſtis pretio magno: glorificate, &* v. 20.
portate Deum in corpore veſtro. Quaſi dicat: Magni æſtimate, magni facite vosmetipſos, quos licetur Dæmon, ſordidus animarum mercator, turpi ac breui corporis voluptate. Ne corpus tuum vilipendas, ne gratis vendas, imò maximi ducas: hæc enim eſt gloria Dei, ſi magni fiat illi ipſi homines, quos Deus ipſe tãto ſibi pretio comparauit, ſcilicet ſan-
guine ſuo. Appoſite Euſebius Emiſſenus ho- Emiſſenus.
mil 4. de Symbolo. *Ille*, inquit, *veniet ad diſcutiendam vitam noſtrã, qui eam reſtituet per mortem ſuam. Ille, inquam, pro commiſſâ nobis ſalute noſtra rationem exacturus eſt, qui pro noſtrâ redemptione damnatus eſt. Qui tantùm contulit, ſcit quantum repoſcat.* Attentius pende quæ ſubii-
cit verba. *Nouit quanti ei conſtiterit homo ſuus:* Ergo [illegible]bis
non ergo nobis viles ſimus, qui tam pretioſi Deo viles ſimus
fuimus: nihil ille a nobis abiectum, nihil mediocre qui tam pre-
ſuſcipit: vult conſentire cum generoſitate pretij, tioſi Deo fui
dignitatem redempti: tale conuerſationis noſtræ mus.
expectat meritum, quod ſanguinis ſui poſſit valere commercium. Cognoſce o homo dignitatem tuam, ne voluptatum vile efficiaris mancipium, vilitatibus concupiſcentiæ, ambitionis & auaritiæ ſubiectum. Domini [illegible] ſanguinis æſtimationem taxa, & te æquè æſtimabis, Non niſi quid magnum, a Deo emitur *magno pretio.* N[illegible] ſis tibi ſordide vilis, qui pretioſus Deo fuiſti. Tuis meritis te Deo dignum redde apud eum, qui te dignum cenſuit pretioſo ſui ſanguinis commercio. Nil modicum, nil mediocre ſufficit ei, qui vt te emeret [illegible]mmũ, & totum pro te redimendo donauit: *Non ergo nobis viles ſimus, qui tam pretioſi Deo fuimus.* Bona Suſanna, quæ vltra vitam in pul-
chra iuue[illegible] [illegible] honor[illegible]m in genere in- Hic verſ. 23.

ch... , plus quam ... præ fa... in magnifica ... probitatis op... nione ... ipsum, & ſuam animam appretiauit, op... genere ... ut ce ſu, ... voluptatulæ commercio ſe depreci...et, & ... diuenderet. Præeuntem ſequere.

Pſalmo 61 ... hoſtilitate D... poſtulat. Quicunque, ait, irruitis in hominem: interficitis vniuerſi vos, tamquam pa...ieti inclinato & maceriæ depulſæ? Et quod eſt adhuc tolerantius: ...

Pſal. 61 v. 5. Heracleot. *Pretium meum cogitauerunt repellere.* Pet... ibi notat Heracleotes in *Græcorum Patrum Commentario*: *Cum verò non poſſent vi ad malitiam pertrahere non dixit. Repellunt, ſed cogitauerunt repellere non enim valent pertrahere illum, qui fortiter reſiſtit.* Sed quódnam ... hoc hominis *pretium*, quod repellere intentius cogitauerunt. Græci codices, quibus aſ-

Græcus. S. Hilarius. Quodnam ſit hominis pretium? ſentit Hilarius, pro *pretium* habent, *honorem*. In ... tus enim hominis honor eſt ... magno pretio æſtimari: cenſus enim rei ex ... pretio ... ſolitat: nam quod vile eſt ... æſtimatur; pretioſa quæque magno taxantur.

S. Ambroſ. Putat Ambroſius hoc *pretium* eſſe illud, quo vitam beatam & æternam a... : *Pretium noſtrum*, inquit, *pu... eſt, quæ nos ſeparat a pecoribus, Angelis iungit: pretium noſtrum miſericordia eſt quæ nos dum confertur inopibus, redimit a morte: pretium noſtrum fides eſt, quæ omnes homines gentium errore & ſeruitute depreſſo Chriſto acquiſiuit: pretium noſtrum bona exiſtimatio eſt quis vniuſcuiuſque noſtrûm meritorum ſeries æſtimatur: pretium noſtrum munditia atque ſimplicitas eſt*, &c. Itaque vocat *pretium* noſtrum virtutum ac bonorum operum cumulum, quo cælum mercari ambimus. Satiùs opinor, S. Baſilius in

S. Baſilius. Catena Græcorum Patrum, ad rem locum exponit: *Pretium meum cogitauerunt expellere. Pretium*, inquit, *hominis eſt ſanguis Chriſti. Hoc igitur pretium, inutile nobis reddere conati ſunt milites maligni.* Nimirùm homines *maligni* ... nati ſint, hoc ... Dominici ſanguinis *pretium* vile reddere, ut ſe homo vilioribus immiſceret *Grandis in homine*

... eret David pretium eius à maligno re...

Euſ. Emiſſ. *ignorantia* pergit Emiſſenus, *imò magna quædam belluinæ feritatis immanitas eſt, ſi tibi Deus ex eo minor iudicatus eſt, ex quo maiora dignatus eſt: ſi ideò a te minus recipiet honoris, quia circa te plus exercuit bonitatis.* Itaque grauiter nimis tulit Dauid, quòd *maligni* homines hoc magnum eius *pretium*, & congruam tanti pretij æſtimationem repellere ingratiſſimè molirentur.

4. Iterum Prophetæ & ſibi ... Apoſtolus 1. Corinth ... *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.* Pretio ... pretioſo ſanguine Chriſti ... ditur pretium, pretium ... magnum, ingens, immenſum. Qu... Chriſtus vos pretio maximo emit & redemit: ergo ne vos vili... endat... & blandienibus ... bo... Pretioſo Chriſti ſanguine ... pti, ſi vi... vilis, &c ... bro vob... eſt, & ... aiq... am ... deuen... tem ... pret... Sapienter Au... in P...

... nat ſiu ... Auguſtin.

31. ... *Si ... in ... liuate vilitiſti, ... appen...* Et Ierem. 37. ... *Qui dat pro ... delectatione ... pro quo C... ſtus ſe tradidit Chriſtum reputat ſtultum mercatorem.* S... homo ... ex ... ſuo taxet inde ... futilis, mortalis ... & morti obnoxius materia ... & ita ... valide vileſcet, quaſi ... æſtim... mò contemptum ... H... et, h... dem aliquid pretioſum ... de ſe ... imet, puta ex magno pretio ... empt... eſt: et *ex pretio veſtro ... dite* ... ſitu, ne ... a pecca... Q... em ſi apud ſe ... *ſtultum mercatorem Chriſtum* ... rem ... ſuo pretio ... mercatur.

M... Matthæi 16. ... Chriſtus Deus D... los erudit: *Quid prodeſt homini, ... nim inundum ... retur, anima verò ſua detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Pro commutatione Græcè eſt *compenſatio, permutatio, pretium.* Qu... Anima tua ... pretio ... Dei ... pro vi... anima ... ait Euthymius in Pſalmum 48. ... Chryſoſtomus homil. 56. in Matthæum: *Pretium animæ non eſt, ne vniuerſus quidem mundus: ideo Saluator ait: Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, anima vero ſua detrimentum patiatur? Vt autem ... vniuerſum quidem mundum eſſe pretium animæ ... di quidnam Paulus dicat Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, id eſt, quibus mundus vniuerſus valore impar erat.* Luculenta ſane Paulini loci expoſitio. Et ... Chryſoſt... reddit ... cur anima ... vniuerſus valo... nec eius pretium poſſit æſtimatio... ... : *Vis ſcire*, ait, *quantum ſit pretium animarum? Redemptoris eam Vnigenitus ... mundum dedit ... hominem, non terram, non mare, ſed ſuum ... magnitudinem ... quando ergo eam tanti emptam perdideris, quomodo ... deinceps ...* Eleganter ... lib. ... Mo... *Humana ... vilitas Vnigeniti ſanguinem ... ſe cognoſcat, quam magna ...* O homo, qui ... ac ... vile ... qui Chriſti ... O filij Adæ cur ... & ... vt pr... anima ... & ... pe... O ... Deo ... perdi... & ... ... tam ... & ...

1. Pe. 3. 18. *Chriſtus*, inquit, *ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo*, &c. Quaſi dicat: Vnica Chriſti Dei paſſio (hoc eſt *ſemel*) tanta fuit, vt eâ redemerit totum mundum, imò & mille, & infinitos mundos, ſi exiſterent; ac proinde nihil ei patiendum ſupereſt, aut ſupereſſe poterit. Si ergò non tanti æſtimas hoc magnum paſſionis pretium, quia adeò magnum, & pro te oblatum; ſaltem æſtima, quia *ſemel* oblatum, iterùm offerendum non eſt. Opportune ad rem præſentem Hugo Victorinus: *Cuſtodi ſalutem tuam*, inquit, *ſemel pro illâ Chriſtus mortuus eſt; ſi illam amiſeris, non potes habere Chriſtum alium, qui pro te moriatur, vel eiuſdem Chriſti aliam mortem. Dicit tibi Chriſtus: Serua ſalutem tuam, ego pro illâ mortuus ſum. Si illam amiſeris, ego item mori non poſſum: tamen eadem morte amiſſam iterum reddere poſſum. Sed nolo mihi iniuriam facias: quia ſi ſalutem tuam morte meâ acquiſitam voluntariè peccando iterùm amiſeris, quantum in te eſt, iterùm crucifigi, iterùm me mori compellis.* Nempè qui ex magno pretio Dominici ſanguinis, quo emptus eſt, non ſe dignè æſtimat, ſed nimis ſordidè ſic vilipendit, vt pro voluptate ſe peccato vendat, ſciat, ſciat inquam, quòd hoc magnum pretium *ſemel* pro peccatis datum eſt: nam *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt*; nec homo peccator poteſt habere Chriſtum alium, qui pro eo moriatur, & aliud pretium magnum offerat. Quod tamen idem eiuſdem paſſionis magnum pretium, ſufficiat; id ſaltem non tollit *iniuriam Chriſto factam*: nam qui te tam magno pretio emptum peccando depretias, *quantùm in te eſt, iterùm crucifigi, iterùm Chriſtum mori compellis*, quo iterùm magno pretio emaris; & ſic te magni æſtimes; ne te cum magno pretio Dominici ſanguinis vilipendens, *iniuriam Chriſto facias*, dum ad paſſionis iniurias Deum iteratò *compellis*.

§. CXXXV.

Dei in animo præſentia, creaturarum nullificamen eſt, via ad patriam, hypoſtaſis virtutum, & immenſitatis beneficè æmula.

Sic Deum eleganter Bernardus deſcribit: *Quid eſt Deus? Voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, ſumma beatitudo, creans mentes ad participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, fœcundans ad fructum, viſitans ad conſolationem, implens ad felicitatem, circundans ad ſecuritatem.* Deus te viſitat, circundat, & implet præſentiſſimus, & beneficentiſſimus, & tu impiè inhumanâ ruſticitate, illius velut refuga, te ab illo abſentas. Sibi aduocat mala, & bona ſibi inuidet, qui præſentem habere Deum impenſiùs non ſatagit. Totus eſt mundo, & nemo Deo, qui Deum præſentiſſimum non conſiderat.

Geneſeos 31. fugitiuum Iacob adhuc agreſtis durè Laban quam maximis itineribus perſequitur. Qui tandem minis cæleſtibus pacatus, fœdus cum genero Iacob inire ſatagit, & iuramenti religione ſanctiùs obfirmare. Qui congregantes lapides fecerunt tumulum. Dixitque Laban: Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie, & idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, id eſt, tumulus teſtis. Hebræa addunt *vemitſpha*, id eſt, & *ſpecula*: quia dixit Laban, *ſpeculetur, intueatur, & iudicet Dominus inter nos*, ſi receſſerimus à nobis, &c. Pergit adhuc ipſe Laban: *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit.* Hebræus. Geneſ. 31. v. 50.

Hinc iure merito addubitant Commentatores quo pacto potuerit verè dicere Laban ad Iacob, *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo*, cùm perſpicuum ſit, & liquidò conſtet ex Verſ. 46. plures ibi adeſſe Labani cognatos, & è Iacobi familiâ plurimos. Imò & ex re ineundi fœderis erat, vt feriendi pacti teſtes plurimi aduocarentur. Audiendus eſt Auguſt. q. 99. in Geneſ. ſic luculenter ad rem philoſophatus: *Quid eſt, quòd dicit Laban: Vide, nemo nobiſcum eſt? niſi fortè nemo extraneorum* (ſic fratres & cognati mutuò conuiſcerati, in vnum coëunt? Sed de hoc aliàs) *Aut propter teſtificationem Dei, quem ita habere deberent, tanquam nemo cum eis eſſet.* Scilicet Laban cùm Deum in teſtimonium aduocat, & illum præſentem contemplatur, etſi numeroſâ cognatorum ſuorum, & Iacobææ gentis turbâ vndique ſeptus eſſet, in Dei præſentiâ omnes velut neminem reputat. *Vide*, inquit, *nemo nobiſcum eſt.* Nam etſi plures *videas* homines propè te; cùm *vides*, ſeu contemplaris Deum præſentem, omnia tanquam nihilum æſtima. Et enim, qui mente Deum præſentem obuerſat, ſic omnia, quæ in mundo apparent, vileſcunt, vt propè nulla cenſeantur. Cui Deus præſens eſt, totum illi Deus eſt (ſic ille dicebat: *Deus meus, & omnia*) Ita pariter cui Deus abſens eſt, omnia quæ ſunt mundi grandeſcunt, prænitent, & ſumptuoſiùs eminent, & apparent. Sanè verus rerum mundialium cenſus, à Dei præſentiâ eſt: & æquus earum contemptus, diuinæ præſentiæ ſtipendium. Quare Laban vtriuſque familiæ turbis denſè ſtipatus, cùm Deum aduocat præſentem moraliſſimè ait: *Vide, nemo nobiſcum eſt. Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit.* Itaque Dei præſentia, rerum mundialium nullificamen, aut earum annullandarum arbitrium eſt. Quid charius, quid dulcius vitâ, in diuite & perpulchrâ iuuenta? & tamen Suſanna de præſentiâ Dei æqua rerum arbitra, vitam cum offenſo Deo, mortem reputauit: *Meliùs eſt mihi*, ait, *incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Hic verſ. 23.

S. Auguſt.

Fratrum, & cognatorum vnitas.

Cui Deus præſens eſt, reliqua nihil ſunt.

Hanc maſculam cogitationem Suſannæ iniecit memoria Dei. De cuius vigore, cùm feminam tentatio inuaderet, virum inuenit. Et æquo rerum cenſu, quem Dei afflauit præſentia, diuitias, honorem, vitam, tanquam nihilum æſtimauit.

Ioannis 14. Ieſus morti proximus, Diſcipulis ſuis dixit: Vado parare vobis locum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Et quò ego vado, ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quo vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Ieſus: *Ego ſum via*, 3. Ioan. 14. v. 6

veritas,& vita: nemo venit ad Patrem, niſi per

Cornelius.

me. Senſus genuinus eſt: Quæris, ò Thoma, duo, ſcilicet meam viam, & eius terminum; nimirùm quò vadam,& quà viâ? Reſpondeo: ego ſum via,quam quæris; via,inquam, non fallax,ſed vera,quæ ducit ad verã, & beatam vitam, puta ad Deum Patrem in patriâ cæleſti, quæ eſt domus Patris mei, in qua manſiones multas eſſe dixi. Vnde id explicans, ſubdit: *Nemo venit ad Patrem, niſi per me;* Patet ergo, & cæleſtis patria eſt terminus; ego,& mea doctrina eſt via. Adludit ad illud

Iſaiæ 30. v. 20. & 21.

Iſaiæ 30. *Et erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum,& aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via,ambulate in eâ.* Benè Propheta exigit oculos, ipſóſque videntes,vt perſpiciens viam,per quam ambulaturus eſt,non erret,aut paſſim impingat, ſi cæcus ſit.Opinor,per hoſce *oculos* videntes,Dei cognitionem,memoriam aut potiùs præſentiam exigit,vt videamus in terris hanc viam, quæ ducit ad cæleſtem patriam.Quâ ſuper re

S Bernard. ſerm. 1. in Cant.

Chriſtus qui clarè viſus erit patria, nunc coràm ſpectatus ſit via.

ita eloquenter Bernardus ſcribit: *In plenitudine gratia nobiſcum eſt* Deus, in *plenitudine gloria erimus nos cum eo. Deſcendit vt propè ſit his qui tribulato ſunt corde, vt nobiſcum ſit in tribulatione noſtrâ. Erit autem quando rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus, ſi tamen curemus interim eum habere nobiſcum vt ſit comes via,qui patria redditor eſt futurus.* (Penſita attentiùs quæ ſubiicit verba) *Imò qui tunc patria, modo ſit via.*Profectò ſi cæcus incedat per viam(quam neceſſe eſt vt non videat) paſſim impingit, offendit, errat. Ergò Chriſtus Deus qui eſt via, oculis perluſtrandus eſt, & coràm habendus, quò ad cæleſtem patriam rectà tendamus,& peruenire poſſimus.Et quidem ille ipſe *qui tunc* erit *patria,modo eſt via.*In patriâ claré videndus, in viâ coràm habendus. In patriâ perſpicuè viſus,eſt terminus;in viâ coràm ſpectatus,rectà ad cæleſtem patriam ducit: Cæcus eſt in viâ,manu tentans,lapſui,& errori proximus, qui tamquam viatico non illuſtratur Chriſti Dei præſentia, & eius ductu ad cæleſtem viæ terminum pergit. Ergò ſint *oculi tui videntes præceptorem tuum: hæc eſt via,ambulate in eâ.Imò qui tunc patria,modò ſit via.*

4\. Actor. 17. multis contendit Paulus Athenienſibus perſuadere ſummum Deum eſſe vnum, omnium creatorem ac dominum, qui dat omnibus *vitam & inſpirationem, & omnia,* Ait ſeriò quærendum eſſe à nobis, ſi forte illum mente attrectare poſſimus,quamuis non

Actor. 17. v.28.

longe ſit ab vnoquoque noſtrum: *In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus* Non quaſi in ipſâ Dei ſubſtàntia ſiti ſimus, eiúſque ſimus pars,vt quidam ſtolidè nugantur;ſed quia per ipſum viuimus, mouemur, & ſumus. Quare ab hominibus quærendus eſt, ſi forte eum, quem præſentiſſimum habent, mente *attrectent,*

Græcus.

Græcè *palpent eum:* ſicut cæcus in tenebris palpando prætentat iter & locum. Significayergò Paulus Deum in hâc vita à nobis

Dei præſentia eſt vita ſpiritualis hypoſtaſis.

videri claré non poſſe;cognoſcendum tamen eſſe, menti obiectandum, & animo præſentandum,vt vt nunc præſentem habere poſſumus:ne eius abſentia nobis ſit exitialis: *in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus.* Quocircà S.Auguſtinus lib.14 de Trinit.cap.12.ſci-

S. Auguſt.

tè dixit ad rem: *Magna hominis miſeria eſt cum illo non eſſe,ſine quo non poteſt eſſe, ideſt, ſubſiſtere. In quo enim eſt, proculdubio ſine illo non eſt:& tamen ſi eius non meminit, eúmque non intelligit, nec diligit, cum illo non eſt.* Ecce tibi, qui Deum ſibi phyſicè præſentiſſimum,mente & recordatione præſentem non habet, *ſubſiſtere* non poteſt in animæ vitâ: quaſi Dei memoria, quâ ille iugiter, menti obuerſatur, ſit ſpiritualis vitæ ſubſiſtentia, & virtutum hypoſtaſis. Caduca eſt vita, quæ Dei recordatione & præſentia non ſubſiſtit. Sic eſt Dei præſentia ſanctitatum baſis?

Vel aliter: *In ipſo enim viuimus, mouemur,* 5.

& ſumus. Si Deus ita munificus erga omnes, Actor.17.

quibus phyſice præſens eſt, quantò erit be- v.28.

neficentior in eos,qui Deum etiam in piâ iugiter memoriâ præſentiſſimum habent? audiendus eſt Auguſtinus in lib. de Spiritu & animâ, cap. 17. vel quiſquis eſt Auctor: *Hæc,*

Pſeudoauguſt.

inquit, *& multa alia fecit mihi Deus meus, de quibus dulce eſt mihi ſemper cogitare. Cùm enim cunctis ſit præſidens, ſingulos implens, vbique præſens, vniuerſorum curam gerens, & tam ſingulis quàm omnibus prouidens, ita totum ad cuſtodiam meam occupatum video, vt ſi ego ſuper cuſtodiam meam ſtabo* (illum vtique animo contemplans,) *quaſi omnium oblitus ſit,& mi-*

Mentalis præſentia eſt immenſitatis æmula. [partly cut off]

hi ſoli intendere velit. Semper ſe præſentem exhibet, ſemper ſe paratum offert. Quocunque me vertero, non me deſerit, niſi ego prior eum deſeram Vbicumque fuero non recedit à me,quoniam vbique eſt,vt quocumque iero inueniam eum,cum quo poſſim eſſe. Quaſi moralis Dei præſentia, quâ memoriæ præſentatur, ſit immenſitatis æmula; & totum Deum velut ſibi vſurpet, qui Deum mente ſibi præſentem facit: & Deus *quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit; ſemper ſe præſentem exhibet,ſemper ſe paratum offert.* Sat eſto ad Auguſtini acumen digitum intendiſſe:procliue iam erit ipſius enucleare ſententiam.

Ioannis 11. periculosè ægrotat Lazarus, 6.

mœrent ſorores, angorem Chriſto renunciant; & adhuc biduo cunctator Chriſtus. Tandem Lazari mortem diſcipulis prodit: Tunc Ieſus dixit eis manifeſte:Lazarus mor-

tuus eſt:*& gaudeo propter vos,vt credatis, quo-* Ioann.11.

niam non eram ibi. Iudoneus foret ſenſus, ſi v.15.

vt iacent verba intelligerentur: vltima ergò primis nectenda ſunt: Gaudeo propter vos, quòd non eram ibi, vt firmius in me credatis, ex illuſtrioris patrandi miraculi magni-

tudine.Appoſitè Theophylactus ibi: *Gau-* Theoph. apud S. [...]mæ cat.

deo, inquit, pro vobis, nam cum illic non extiterim, confert ad maioritatem fidei veſtra, quoniam ſi aſtitiſſem, ægrotantem curaſſem, quod eſſet modicum ſignum ad mea virtutis indicium. Quia verò me abſente ſuperuenit mors,potius in fide mea corroboramini, cùm videbitis me poſſe etiam defunctum putreſcentem reſuſcitare. Scilicet ſupponit Chriſtus,quòd ſi ibi eſſet præſens, ægrotantem ſanaret: pergit autem vt adſit, vt præſens mortuum reſuſcitet. Sic eſt largiùs benefica Chriſti Dei præſentia, vt de eâ ſupponat, quòd languentem ſanaret; & de eadem rectiùs prædicat: quòd mortuum

Ga[...] Chri[...] abſenti[...] ſumpi[...] rem vel præſentia gloriam [partly cut off]

teſuſcitabit. Sic gaudet de modicâ abſentiâ, quæ ſumptuoſiùs glotioſam teddet præſentiam, cùm putrem quatriduò Lazarum ſuſcitabit.

---

§. CXXXVI.

Prodigium diuini amoris erga homines, immoderantiam & nimietatem humani erga Deum amoris expoſcit?

1. R. V.A. de grad. charit. cap. ... Amor omnipotentiam quodammodo reddit impotentem.

PVlchrè Victorinus Richardus: *Charitas eſt vita fidei*, inquit, *ſpei robur, & omnium intima vis & medulla virtutum. Hæc vitam ordinat, affectus inflammat, actus informat, exceſſus corrigit, mores componit, valens ad omnia, & omnibus præualens; quæ ipſam quoque omnipotentiam quodammodo reddidit impotentem.* Et quomodo diuinus etiam erga homines amor, omnipotentiam velut reddit impotentem? An diuinus amor omnipotentiam quodammodo reddit impotentem, ad non largiendum & benefaciendum, inquam? Alioquin quo pacto omnipotentia, quæ cùm omnia poſſit, exhauriri non poterit, quodammodo *impotens* reddi poteſt? Sic amore hominum extimulatus, velut impotentet ſua Deus be-
11. neficia parturit? Audaciuſculè Hilarius: *Per diſpenſationem & ſacramentum magnæ pietatis, qui Deus & magnus eſt, impotens ſibi eſt.*

Ioannis 3. v. 16. Syrus. Cornelius à L.

Ioannis 3. immenſus Dei erga homines amor, imò emphaſis amoris Dei erga homines traditur: *Sic Deus*, inquit, *dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum* (Syrus *vnicum*) *daret.* Nota ſingula Chriſti verba emphaticè exaggerare amorem Dei. Primò enim ait, *ſic*, id eſt, tantâ amoris vehementiâ, conatu, exceſſu. Secundò, non Rex, non Cæſar, non Angelus, ſed *Deus.* Tertiò, *dilexit*, ſcilicet prior & gratis, ſine merito, imò ſine deſiderio noſtro. Quartò, *mundum* ſibi contrarium hoſtem & reum damnationis. Quintò, vt non hominem, non Angelum, non mundum alterum, ſed *filium*; non alienum, non adoptiuum, ſed *ſuum* proprium ac naturalem, eumdémque non vnum è multis, ſed *vnigenitum*, & *vnicum*. Sextò, non venderet pretio, non mutuaret, ſed gratis *daret* ad mortem & crucem. Septimò, id fecit non ſibi, non Chriſto ſuo fructum aliquem quærens, ſed vt ipſe nos ſuâ morte viuificaret, ſuâ humiliatione exaltaret; ſuâ exinanitione, æternâ gloriâ, opibus & bonis immenſis per Spiritus ſancti gratiam cumularet. Grande quidem amoris miraculum. Luculenter Guerricus Abbas exclamat: *O Deum, ſi fas eſt dici, prodigum ſui! ſpectemus non quoties Deus dedit, ſed quoties ſe dedit. In profuſionem ſui tota conſpirauit Trinitas, ſæpè ſe dedit Diuinitas. O affluens liberalitas Dei! ô indeficiens largitas bonitatis diuinæ! Spiritum cuius primitias dedit Apoſtolis, offert vniuerſis theſaurum ſuum; fontem aquæ viuæ aperit tam hominibus quàm iumentis; tanquam & ipſe omnibus ſapientibus & inſipientibus debitor ſit. Parum erat Patri tradidiſſe Filium, vt redimeret ſeruum, niſi daret & Spiritum ſanctum quo ſeruum adoptaret in Filium. Dedit Filium in pretium redemptionis, dedit Spiritum in priuilegium adoptionis; ſe denique totum ſeruat hereditatem adoptionis. O Deum, ſi fas eſt dici, prodigum ſui præ deſiderio hominis! An non prodigum, qui non ſolum ſua, ſed & ſe ipſum impendit, vt hominem recuperaret, non tam ſibi, quàm homini ipſi? An non prodigum, qui ſicut proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, ſic nec Spiritui ſancto pepercit, vt ita loquar; ſed nouâ & mirâ largitate ſuper omnem carnem effudit illum?* Prolixum nimis foret, ſingulas quas denſè ſpiſſat Guerricus ſententias, ſigillatim expendere, & enucleare: ſat erudito illas excripſiſſe, vt velut nimia Dei charitas hominibus innoteſcat.

Lucæ 15. Prodigus ille adoleſcens, paterni cenſûs portione malè exactâ, *congregatis omnibus peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè*, &c. Pro τὸ *luxurioſè*, Græcè eſt, ἀσώτως, id eſt, prodigaliter, intemperanter, libidinoſè, laſciuè. Prodiga hîc peccatoris vita denotatur, ſed quàm è diuerſo accommodat Chriſto Guilielmus, ſecutus Guerricum ſermone illo 1. in Pentecoſte, ſic fatus: *Quis vnicus prodigus inuenitur, ſicut ille Vnigenitus Patris, qui portionem corporis ſcilicet & animæ quæ contingebat eum, & patrimonium (ſi dici debeat) quod à matre contraxit, diſſipauit atque conſumpſit cum meretricibus, id eſt, cum peccatoribus & publicanis, non luxurioſè, ſed laborioſè viuendo? Filius ille iunior Euangelicus, acceptâ famis iniuriâ, defecit impatiens laboris, & in miſerijs non ſubſiſtens; hic in fame cucurrit & ſiti, euiſcerans ſemetipſum, & omnem pretioſam margaritam porcis ſpargens, qui pretium eius repellere cogitabant, effudit enim de Spiritu ſuo ſuper omnem carnem, poſtquam remeauit ad Patrem; neſcio an carne, an ſpiritu magis prodigus, vt quos carne ſaturauerat, ſpiritu inebriaret.* Valdè exaggerat Dei charitatem velut effuſam, Chriſti cum Prodigo adoleſcente comparatio, in quâ multa tranſlucent ethicè expendenda, quæ cautè prudens Concionator elucidet.

3. Lucæ 15. v. 13. Græcus. Guerricus. Guilielm. apud Euſeb. in Theopol. p. 1. l. 1. c. 4. Chriſtus propter charitatem velut effuſam, Prodigo adoleſcenti comparatur.

Ad Romanos 8. ſic de amore Dei Paullus ſcribit: *Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Quæ verba elucidans S. Ambroſius lib. 1. de Iacob & vitâ beatâ cap. 6. ſic eleganter fatur de Dei Patris erga homines amore: *Pulchrè verbo vſa eſt Scriptura, vt Dei Patris erga te pium propoſitum declararet, qui morti pro te totum obtulit, quod in plenitudine diuinitatis nihil ipſe amiſit, & te redemit. Conſidera affectum patrium* (& conſideratione attentâ nota verba quæ ſubdit.) *Quod pietatis eſt, quaſi morituri filij ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem, ne tibi periret fructus redemptionis. Tantùm fuit Domino ſtudium tuæ ſalutis, vt propemodum de ſuo periclitaretur, dum te lucraretur. Ille propter te diſpendia ſuſcepit, vt te diuinis insereret, cæleſtibus conſecraret.* Vltrà patrium affectum puta, quod Deus Pater præſtitit, *propter nimiam charitatem ſuam quâ dilexit nos*, nempe *quaſi morituri Filij ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem,*

4. Ad Rom. 8. v. 32. S. Ambroſ. Deus Pater quaſi morituri Filij ſuſcepit periculum, & quaſi orbitatis hauſit dolorem. Ad Epheſ. 2. v. 4.

vt immetiros homines *diuinis infereret*, *cæleſtibus conſecraret*. De pleuitudine diuinitatis Deus nihil amittere potuit: at Vnigenitum & vnicum Filium ſuum, qui qua Deus mori non poterat, qua homo erat, illum ipſum morti tradidit, quò homines redimeret: & inde *quaſi orbitatis hauſit dolorem*, qui non poterat amittere Filium, nec eo orbari. Profundè quidem Ambroſius Dei Patris erga homines extulit charitatem.

5\. Ad Philip. 2. v. 7. Cornel. ibi.

Ad Philippenſes 2. ſic de Chriſto Deo loquitur Paullus: Qui cùm in formâ Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: *Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus*. Græcum ἐκένωσε, pro quo vulgatus habet, *exinaniuit*, ſignificat, euacuauit, &, vt Tertullianus legit, exhauſit, vel inaniuit, id eſt, inanem & vacuum effecit, vt qui erat plenus maieſtate, gloriâ, robore, adeóque plenitudo totius entis, eâ ſe euacuauerit, & ex omni quaſi ad nihilum ſe redegerit, factúſque ſit ex domino ſeruus, & ex Deo homo. Vide hic diuini amoris prodigium. Opportunè exclamat Bernardus ſerm. 64. in Cantica: *O ſuauitatem, ô gratiam, ô amoris vim! Itáne ſummus omnium, vnus factus eſt omnium? Quis hoc fecit? Amor dignitatis neſciens, dignatione diues, affectu potens, ſuaſu efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor eſt. Quæ eſt iſta vis, quæſo, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam? Denique ſemetipſum exinaniuit, vt ſcias amoris fuiſſe quòd plenitudo effuſa eſt, quod altitudo adæquata eſt, quòd ſingularitas aſſociata eſt.* Subtilis Bernardi facundia, ſententiarum elocutionem eloquenter præoccupauit.

Tertullian. *Conglobata diuini amoris antitheſes.*

S. Bernard.

6\. Matth. 22. v. 37.

Matthæi 22. Phariſæo ſciſcitanti, quod eſſet in Moſaicâ lege mandatum maximum, reſpondit Ieſus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ.* Moyſes Deuteronom. 6. v. 5. & ex eo Marcus 12. v. 3. & Lucas 20. v. 27. addunt, *& in totâ fortitudine tuâ.* Æthiopicus, *Ex totâ virtute tuâ, & ex totâ potentiâ quæ tibi.* Perſicus. *Et ex tota nimietate mentis tuæ*, quod concinnè reſpondere Hebræo textui eruditè inibi Cornelius notat. Nempe Chriſtus Deus dicitur *nimia charitate* homines diligere, ad Epheſios 2. v. 4 vicem ergo amoris ab hominibus Deus expetit, & ex *tota nimietate mentis* humanæ diligi. Appoſite Adamus de Perſeniâ ita ſcribit: *Si Mediatori vis amicitias iungere, ſi dignè vis myſterio mediatricis aſſiſtere, vide ne diſcedas à medio, vide ne quid nimis, ne quid facias ſine modo. In oculis hominum ſtude conformare moribus conuiuentium, ſed in conſcientia coram Deo, ſi potes, alios tranſgredere diligendo.* Attende verbis, quæ ſubdit: *In hoc ſolum eſt, in quô Moderator ſeculorum noſtra delectatur immoderantia, cùm noſtri amoris affectio in ipſum ſine modo intenditur & menſura.* Immoderantiâ delectatur amoris, qui ex *tota nimietate* amoris humani diligi exoptat. Si prodigio diuini amoris diligimur, quid mirum ſi humani amoris nimietatem Deus exigat. Hanc, opinor, hîc pendit Suſanna, facta nimij erga Deum amoris idea.

Deuter. 6. Marc. 12. Lucæ 20. Æthiopic. Perſicus. Cornelius.

Adamus. *Deus immoderantiâ amoris delectatur, qui exigit ex totâ nimietate diligi.*

Hic verſ. 23.

7\. Vel aliter: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Quæ verba ſic exponit Auguſtinus, Ex toto corde, id eſt, ex tota *voluntate tua*: Ex totâ animâ tua, id eſt, ex toto *intellectu tuo*: Ex totâ mente, id eſt, ex totâ *memoria tua*. Scilicet, quaſi parum foret, Deum *voluntate* amare; *memoria* etiam & *intellectu* amandus dicitur, ac ſi recordatione & diſcurſu amãdus etiam ſit; quod his potentiis inſolens eſt: ſed nimius amor Deo exhibendus hanc velut inſolentiam, ſeu nimietatem iure ſuo exigit. Hanc Auguſtini expoſitionem velut elucidans Victor Antiochenus in Marci 12. v. 32. ita ſcribit: *Homo tanto Dei amore flagrare debet, vt nihil prorſus in vllam animæ facultatem irrepere ſinat, quod ſuam erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut aliò transferat, ſed in omnibus illi ſoli magis magíſque aſſiduè placere ſatagat, nec alteri perſonæ aut rei creatæ niſi propter Deum.* Ecce tibi quomodo omnes animæ *facultates* & potentiæ Deum etiam diligere iubentur.

Matth. 22. v. 37. S. Aug.

Quomodo ... *nes animæ* ... *tentiæ* ... *dil*... *re*... *bentur*

Victor Antioch.

§. CXXXVII.

Eximiè iuſti, gratiæ lenocinio, à laboribus, non ab operibus vacant: nam illis tribulatio, illecebra eſt, oratio, centrum.

NOn eſt quod æſtimes vllam eſſe ſine labore virtutem: nam quædam virtutes ſtimulis, quædam frenis egent: ad renitentem autem curſum ſiue ſtitionem agi violentè irrequietum negotium eſt. Quemadmodum corpus in procliui retineri debet, in ardua impelli: ita quædam virtutes in procliui ſunt, quædam cliuum ſubeunt. An dubium ſit, quin aſcendat, nitatur, obluctetur patientia, fortitudo, perſeuerantia, continentia, & quæcumque alia duris blandíſve oppoſita virtus eſt, & fortunam ſubigit: Quid ergo non æquè manifeſtum eſt, per deuexum ire liberalitatem, temperantiam, manſuetudinem? In his continemus animum ne prolabatur; in illis exhortamur, incitamúſque ad obluctationem ſtrenuam. Omne honeſtum in arduo eſt, etiam quod vicinum honeſto eſt. Sed initium ad virtutes eundi difficile eſt: quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ eſt, formidare inexperta, & quæ tantâ ſuffragiorum pompâ putantur perardua Sed cogenda eſt mens, vt incipiat: deinde non eſt acerba medicina, protinus enim delectat, dum ſanat. Aliorum remediorum poſt ſanitatem voluptas eſt, virtus pariter ſalutaris & dulcis: nam dum mella vitiorum acerbat, virtutis acerbitatem ſenſim mellit, quæ ſæpe opinione & inexperientia, non re & veritate conſtat.

Ferè Senecâ.

Virtutum ... *cultas* ... *tam* ... *epl* ... *ſtat*

Ioannes Apoſtolus Apocalypſis 14 Et audiui, inquit, vocem de cælo dicentem mihi. Scribe: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos.* Per hos mortuos, qui in Domino moriuntur, & inde beati prædicantur, quidam Interpretes Martyres dumtaxat intelligunt-

a Apoc. 14. v. 13

al i

[illegible] putat, quod [illegible] Fortiter [illegible] de [illegible] morien[illegible] [illegible]untur, [illegible] quàm [illegible] Deum [illegible] quod egre[illegible] prǽſtitit. Quaſi dicat: [illegible] firmiter apud ſe ſtatuunt vitam [illegible] libenter immolare, ac mor[illegible] fuerit, de[illegible] incipi[illegible] pace, & [illegible] animi tranquillitate perfrui, ac [illegible]bus & ærumnis pa[illegible] requi[illegible]. [illegible] enim eſt quod ſubdit: *Amodo iam dicit* [*Spir*]*itus, vt requieſcant a laboribus ſuis.* Quaſi [dicat]: Antequam [illegible], ſtatim [illegible] Cat[illegible] ex eo tem[pore] iam depoſitis laboribus requieſcent, [illegible] cubuiſſent. Vnde hic [illegible] ſit [illegible] & [illegible] tuiendi [illegible] Chriſti [illegible] amplec[illegible] [illegible] autem ad[illegible] in A[lle]gori[illegible] *Spiritus* [illegible] *que quietis exhibitione*, [illegible] *tus hæc dicit quia ſpi*[illegible] *nodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. A laboribus inquit, non ab operibus.* Itaque ſiue hic *Spiritus* ſit Angelus [illegible] ſiue Spiritus [illegible] *gratia*, [illegible] iuſtos proſequitur [illegible] tranquillitatem ac *quietem exhibet*, vt *requieſcant a laboribus, non ab operibus* Scilicet [illegible] *operabuntur* ardu[illegible] virtutis opera, [illegible] operere perdifficili, non *laborabunt*: [gr]atiæ [illegible]mento, quod videtur ſudor ac l[a]b[or]i *quietem exhibet*. Sic in arduis etiam [illegible]tibus, & in confragoſo poſiti, dum [illegible] viti[illegible] ac perſecutionibus obl[illegible] tranquilla potiuntur *quiete*, [illegible] æmula, & [illegible]data. Si [illegible] actuoſe, op[illegible] labore [illegible]tur?

[illegible] Machabæorum [illegible] ſeptem [illegible] fratres [illegible] vnanimà in tormentis conſtantia op[illegible] [illegible] velut in [illegible] quæque [illegible]tur. Iubet Tyrannus, ob pium in diuinâ [illegible] obſtinationem, primi amputari lin[guam] & cute capitis detractâ, ſummas quo[que ma]nus & pedes ei præſcindi, ceteris eius [fratri]bus & matre inſpicientibus. *Et cùm iam* [*p*]*er omnia inutilis factus eſſet, iuſſit igne admoueri, adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in quâ* [*cum*] *diu* [*c*]*ruciaretur, ceteri vna cum matre* [illegible] *hortabantur mori fortiter, dicentes*, & [illegible] eſt Ioſephus lib. de Machabæis [illegible] *Magnanimus ille adoleſcens, quamuis ſpo*[illegible] *iam omnium compage non ingemiſcebat, ſed perinde ac ſi in igne transformaretur in immortalitatem* [illegible] *bat.* [illegible] Ambroſius lib. 1. [illegible] vitâ [illegible], cap. 11 [illegible]. *Exurebant immanes beſtiæ* [illegible] *capitis* [illegible] *pardalicis* [illegible] *ſanie* [illegible]*bant. At ille deficiens Quàm dulce* [illegible]*it, mori pro religione! quàm ſuauis omnis acerbitas* [*mo*]*rtis pro pietate!* eleganter aliunde Tertul[lian]us Apologetici cap. 5 *Impaſſibiles flagellis*

T[illegible]*us, intrepi*[illegible] *ſu*[illegible] *mortem* [illegible] Tyranos, qui atrocius Ma[chabæos] [cru]ciabant. *Nec qui quam tamen* [illegible] *exquiſitior quaque crudelitas vest*[illegible] *illecebra eſt magis.* [illegible] *ecane dul*[illegible] [tor]menti illecebra! Parùm ferret [illegible] illimos Machabæos velut *impaſſibiles* pati, & quaſi *in igne* [illegible] *mentur in immortalitatem, cruciatus* [illegible] mi[illegible] ſſimè aiunt. *Quàm dulce eſt mori pro religione! quàm ſuauis omnis acerbitas mortis pro pietate* Et aptè quidem: nam T[yra]nnorum *exquiſitior crudelitas, illecebra eſt ma*[*gis*]. S[ic] Machabæorum quilibet dum [illegible] excr[illegible] ſuperi[illegible] reliqu[illegible] intr[illegible]bat. Item [illegible] cioſitas, tormentorum acerbitatem arcane mellit. Sic fidelia calamitas [illegible] dulceſcit: Sic ſtrenue patiens terreni [illegible] ſentit tormenta, dum [illegible] ſpe memordit! O beat[illegible] Ô p[illegible] cramentum!

Dira Tyrannorum crudelitas Chriſtianorum illecebra.

Iſaias cap. 61. [illegible] prophetat. Spiritus Domini, inquit, [illegible] quòd vnxerit Dominus me: ad [an]nunciandum manſuetis [illegible], vt [illegible] *Vt ponerem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Mi[illegible] dicitur Propheta, vt ærumnosè mœrentibus *ponat*; quid *ponet* non [illegible] it. Opinor, [illegible] nuncupatim promittit, vt calan[illegible] arbitrio permittatur eligendum quicquid ipſe exoptet. In ſpecie autem ſpondet, quod iuſti ærumnoſi caput ambitioſo cineris ſqualore deturpatum, corona ſplendide redimietur; & luctus reſoluetur in lætitiam; atque cor mœrore contractum, in laudis pallium laxiùs dilatabitur. Pro *τὸ pallium laudis pro ſpiritu mœroris*, Paraphraſtes Chaldæus ſic excribit: *Spiritum ouantem pro ſpiritu eorum qui erat mœrens.* Poleſtaſan[illegible] Nota [illegible] autem *ouantem* [illegible] ouatio enim [illegible] triumphus eſt, ſiebatque quoties deditione repente facta, victoria citrà puluerem, hoc eſt, citrà magnam ſanguinis effuſionem contigerat. Ob quam etiam cauſſam ouale coronam ex myrto (quæ arbor Veneri [e]ſt ſacra, conficiebant, quòd incruentas huiuſmodi victorias, Venereas potius iudicarent, quam Martias. Sanè viro eximiè perfecto, qui tribulationem, *omne gaudium* cum Apoſtolo ex[iſti]mat, velut deditiis eſt hoſtis, qui pro angore lætitiam potiùs offert. Exinde non cruenti Martis redimitur corona, ſed deliciæ Deæ myrtea coronâ ouat, quia ex perſecutione aut calamitate non mœrorem, ſed delitias capta, & *gaudio ſuperabundat* [illegible] Paulo. Auſpicatò igitur Propheta mittitur *vt daret eis coronam pro cinere: ſpiritum ouantem, pro ſpiritu eorum qui erat mœrens.* [illegible] quod funeſtè cœpit in tri[bu]latione, lætanter in gaudio proficit, & in [o]uante exultatione conſummatur!

Iſaiæ 61. 3.

Muſta calamitas, in latum & ouantem ſpiritum reſ[taur]atur.

[illegible]

Ioannis 1. ſic Phariſæis Ioannes B[a]ptiſta [reſ]pondit: *Medius autem veſtrum ſtetit, quem* [*vos neſ*]*citis*, [illegible] non agnoſcitis pro Meſſia [illegible] que a[d] [illegible] certatim confluitis. M[illegible] vide[illegible] ad centrum, quod

5. Ioann. 1. v. 26.

cum in medio ſit, natiuo ſuum pondere ad illud vndequaque idoſe itur. Sic etiam ſymbolice charitas dicitur virtutum centrum, quod reliquæ omnes virtutes, licet in ſe diuerſiſſime, vnò ſpectant felici commercio. Oppoſitum Vvoluero Abbas lib. 3. in Cantica cap. 8. *Charitas*, inquit, *velut centrum meditullio poſita, omnes quaſi per circumferentiam virtutes tangit.* Profectò diuerſiſſima eſt plurium inter ſe virtutum natura: at charitas, velut centrum circumferentiam omnes tangit: omnéſque virtutes ad eam quaſi ad centrum tendunt. Opinor, dum ad centrum itur, ſponte feſtinatur, vt quamtocyus inueniatur requies, & pacata tranquillitas. In iuſto, in quo eſt eximia charitas, non iam laborare, quàm, velut in centro requieſcere virtutes dicuntur. Quælibet res extra centrum, mitè irrequieta angitur, in cuius dulci ſinu quies eſt, pax, requies, tranquillitas, & de inuenti centri lætitiâ comparata gratulatio In eximiè iuſto, operatur patientia, non laborat, calamitates impetum faciunt, & in beatas felicitates reſoluuntur, mœrores inuadunt, ſed in gaudia reformantur. Sic infeſta quæque peruerſo officio ſunt grata, iucunda, mellea. Nam in centro dulcis requies eſt.

6. Prouerbiorum 14 hanc gnomen proponit Salomon: *Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudium eius non miſcebitur extraneus* id eſt, cor, quod eò angoris & doloris peruenit, vt ſuam ipſius amaritudinem & acerbitatem adamet, & triſtitia illi voluptati ſiut, *in gaudium eius non miſcebitur extraneus*, id eſt, in partem ac ſocietatem gaudij & voluptatis nemo vocari volet. Hoc prouerbium illos incuſat, qui triſtitiæ habenas laxantes eò deueniunt, vt huic libenter incumbant, vtque ſuos mœrores adament, in eiſque delicientur. His ſuccenſet Seneca *Quemadmodum*, inquit, *omnia vitia penitus inſident, niſi dum ſurgunt, oppreſſa ſint: ita etiam hæc triſtitia & miſeria, & in ſe ſæuitia, ipſa nouiſſimè acerbitate paſcuntur; & fit inf licis animi praua voluptas, dolor.* Ceterùm e diuerſo animæ Chriſtianæ felices, in ipſa acerbitate, in ipſiſque lacrymis miram experiuntur voluptatem ſeculo imiſſam. Appoſitè Macharius homil. 15. *Habent Chriſtiani conſolationem ſpiritus lacrymas, luctum, & planctum: ſuntque illis & lacrymæ deliciarum loco.* Et Chryſoſtomus homil. 24. in epiſt. ad Epheſ. *Nulla*, ait, *res eſt æquè iucunda, atque luctus, qui eſt ex Deo.* Hoc eſt quod ſpondet Chriſtus Matth. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Vbi ſanctus Chryſoſtomus. *Vbi vero*, inquit, *dic mihi, conſolabuntur? & hic profectò, & , quod eſt amplius, in futuro. Itaque ſi vis conſolari, luge. Neque putes ænigma eſſe quod dixi. Quando enim conſolatur Deus, etiamſi millia mœrorum irruant, cunctis ſuperior exiſtis.*

Ænigmati ſimile eſt huiuſmodi in luctuoſa ſeueritate lætitia.

[Margin notes:] *... centrum virtutum, virtutum centrum, quare?* — Vvoluero Abb. — *... in centro ... pugnaces etiã virtutes ... in centro ... unt.* — 6. Prou. 14. v. 10. Cornelius — *Triſtitiæ amatores ipſo mœrore deliciatur.* — Seneca de conſol. ad Marciam. — *Ænigmati ſimile eſt gaudium in luctu & in ſeueritate.* — Macharius. — Chryſoſt. — Matth. 5. — Chryſoſt. in Matth.

§. CXXXVIII.

Dei timor fomitis æſtum inter ingentes cum Deo ambulare facit, non ira gloriatio eſt; & malleus, quo clauus crucis Dominicæ capiti Siſaræ infernalis infigitur.

Quid iſta pauidè circumſpicis, quæ tibi poſſunt fortaſſe euenire, ... & ... dium dico ... Raro ... etiam ... ſtrages ... face ... eueniri. Tempeſtas ... at ... crepant ædificia ante ... pronunciat ... potius ... vt dute capiant ... periculum ... Deum timet, nemo ... malum fre... nullum blandi... adoricum, eò nocentius ... tam ſolus Dei timor ... Deorum auctor & artifex ... fuit. *Primos in orbe Deos fecit timor.* Sed Numen etiam timuri adſcriptum ... eſt, & ... honor illi exhibitus *Pauorem Palloremque Tullius Hoſtilius figurauit, & ... lnit*; quo timendos Deos ſuos ſemper haberet præſentes: forſan ne ſibi ſuiſque Dei timor nunquam deſſet. Magnum rei ethicæ momentum ad ... ſtudium, & fomenta ... mitiganda.

Siracides Eccleſiaſtici 27. ita ſcribit *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.* Nempe niſi quis ſe ... conſtantem, & inconcuſſum continue & obnixiùs ſeruarit in timore Domini, in quo ... facile titubat, labitur, corruit, paſſim ... impetu ... iactatus. Et ſane vox illa *inſtanter*, ... antem ... per obnixum ... notat, quo affectuum impetibus validè ... ctetur ... Sapienter indi... Lyranus: *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter*, &c. inquit: *Eſt enim homo ſicut nauis in flumine currente, quæ niſi fortiter ſurſum impellatur, ſeu detineatur, ſtatim deſcendit per impetum fluminis: ſic etiam homo de facili labitur, niſi fortiter per timorem Domini ſe teneat contra impetum fomitis.* Pende attentius hæc vltima verba, in quibus totius ſententiæ energia ſita eſt. Nimirùm ... d fidia ne otioſæ concupiſcentiæ ... properantis, cuius feſtinatum reprimat curſum. Timor Dei eſt humanarum appetitionum firmiſſimum retinaculum, & inde an... hora, qua fluctuans in virtute conſcientia ... datur: eſt nux appetitus æſtuantis ... cælitùs vi *contra impetum fomitis.* Fomes ... virtutum ... eſt, & alacris paſſionum vigor ... dulce virorum lenocinium & concupiſcentiæ funeſta lernæ ... cuius impetum, niſi Dei timor *iuſta ater* cohibeat ... ſiſtat omnium ... certum

[Margin numbers:] 7. Eccli. 27. v. 4.

& neluctabile perditionis naufragium, & gehennalis baratri profundum: *Sic homo de facili labitur, niſi fortiter (inſtanter) per timorem Domini ſe teneas contra impetum fomitis.* Hic ſe hic anchorâ fundauit Suſanna *contra fomitis impetum*; dum vitæ iacturâ innocentiam emit ſumptuosè.

Geneſeos 6. recenſitâ cruentè obſcœnâ
v.9. flagitiorum colluuie, quâ primæua illa hominum gens impiè inſoleſcebat: *Noe*, ſubdit, *vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.* Quid eſt, quòd Noëmus, vir iuſtus atque perfectus, in illius etiam ſceleroſiſſimi æui curriculo, *cum Deo ambulaſſe* perhibetur? Opinor, difficile nimis eſt homini, cum Deo poſſe ambulare. *Cum Deo ambulauis* (ait inibi Hieronymus,) *hoc eſt, illius veſtigia ſecutus eſt.* Quid ſit autem ſequi veſtigia Dei, & cum eo ambulare, quæ videtur perfectionis meta, & perfectio vltra humanum faſtum longiùs immetata, eleganter ex Chaldaicâ paraphraſi his verbis inibi exponit Lipomanus: *Cum Deo ambulauis*, inquit, *Chaldaica editio, In timore Dei ambulauis*, legit; *quaſi declarans, quid ſit cum Deo ambulare, nempè cum timere.* O grande diuini timoris elogium! Scilicet *ambulare cum Deo*, id eſt, *illius veſtigia ſequi*, nimis arduum, & ſupra humanum faſtigium videtur; hoc autem ſtrenuum virtutis facinus, Dei timor abundè præſtat. Imò & tanquam ſynonyma ſunt, *In timore Dei ambulare*, ac *cum Deo ambulare*, ſeu *illius veſtigia ſequi*. O! Sic eſt magnanimus, & ſtrenuè audax, atque piè velut temerarius, pauidus Dei timor, vt *cum Deo ambulare*, & *illius veſtigia ſequi* præſumat? Humanus timor puſillanimes inuenit, aut facit: at Dei timor, quem inuenit puſillanimem, ſic magnanimum facit, vt humanis veſtigiis veſtigia ſequi Dei, piâ audacter æmulatione exambiat. Quare perinde eſt, *cum Deo ambulare*, ac *ambulare in timore Dei.* O timor magnanimitatis parens, & ſtrenuus audaciæ artifex! Hoc timore humana puſillanimitas ad virtutum facinora valenter armatur, quam humana pericula minaciter
b.14. ingruentia nunquam exanimant. *In timore Domini fiducia fortitudinis.*

4. Iudicum 5. præluſtrem de Siſarâ victoriam Debbora modulate celebrat: Benedicta, inquit, inter mulieres Iahel, benedicatur in tabernaculo ſuo. Aquam petenti lac dedit, & in phialâ principum obtulit butyrum. *Siniſtram manum miſit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos; percuſſitque Siſaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.* Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus eſt: volutabatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miſerabilis. Ethicè docet hæc figura, profanam ducendam quamcunque voluptatem, dulcem hauſtu (quaſi melleum lac, & butyrum,) ſed cruciatus afferentem difficiles, miſerabiles, & ſæpè incurabiles. Ceterùm ſagaciùs quærunt Commentatores quidnam adumbret hic *malleus*, quo inimiciſſimi Siſaræ tempora funeſtè perforantur; & cuius ſtrenuo ictu feliciter peremptus; Dei populus gaudet, ouat, triumphat: & eius hoſtes malè conciſi, victoriali veſtigio proculcantur? Perbellè inibi Ru-
pertus: *Malleus*, ait, *in dexterâ deſuper*, Rupert.
timor Domini in intentione cordis eſt. Ita fa- *Clauo domi-*
ctum eſt, vt capiti eius defigeret clauum va- *nica crucis, &*
lidè in cerebrum vſque ad terram. Quare in *malleo timo-*
capite quaſiuit vulneri locum? quia peccati ca- *ris Domini,*
put eſt feriendum...... Prima ſuggeſtio clauo *infernalis Si-*
Dominicæ crucis, cum timoris Domini malleo *ſaræ caput*
transfigatur. *confodiatur.*
Recognoſce hîc Chriſtianæ pugnæ arma, quibus de noſtris hoſtibus, tam medullitùs bellantibus, quàm extrinſecùs de infernalis militiæ hoſtilitate ſæuientibus, proſperè victoriatum eſt. *Clauo Dominicæ crucis*, & *malleo timoris Domini*, Siſaræ inimiciſſimi caput terebrandum, perforandum, & confodiendum eſt. O victorialis timor Dei, quo velut infigendi *claui malleo*, omnis concupiſcentiæ & inferni, peccati, inquam, hoſtilitas pugnaciſſima, & crebris olim & nunc victoriis adſueta, & inſultanter petulans, & petulanter procax, vincitur, fugatur, proſternitur, detriumphatur!
O Deus, *confige timore tuo carnes meas*, vt *cla-* Pſalm. 118.
uo Dominicæ crucis, & *malleo timoris Domini*, v. 120.
infernalis Siſaræ caput *perforem*, & ſtrenuè confodiam!

Ieremias cap. 15. ita ſcribit de ſe iam inau- 5.
gurato in Prophetam: *Gloriatus ſum à facie* Ierem. 15.
manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatio- v. 17.
ne repleſti me. Pro τὸ *gloriatus*, Vatablus *exul-* Vatablus.
tationem ſcribit. Sed quid *exultationi*, aut *gloriationi* cum *comminatione* diuinâ? Peridoneè
S Clemens Romanus lib. 3. Conſtit. Apoſtol. S. Clemens.
cap. 65. ita locum exrhibit: *Timui à conſpectu* *Cur timor*
manus tuæ. Profectò *timor* Dei bene congruit *Dei, exultans*
cum diuinâ *comminatione*: Sed quomodo pro *gloriatio di-*
timere ſubſtituitur *exultare*, & *gloriari*? *catur.*
Quid tam peregrinum timori, quàm *exultans gloriatio*? Mœror potiùs puſillanimus, comes timoris eſt, & illius ſequela. Ita quidem. Sed humani timoris, non filialis & diuini; cuius ſynonymon, *exultans gloriatio* eſt. Altè quidem Dei timor, qui fomitis æſtum interſtinguit, qui cum Deo facit ambulare, qui velut malleus dominicæ crucis clauum, ſcelerum capiti infigit; *exultans gloriatio* nominatur. Exinde Siracides diuini timoris en-
comiaſtes, Ieremiæ adludit, aiens: *Timor* Eccli. 1. v. 11.
Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

Prouerbiorum 14. ſic nos erudit Salomon: 6.
In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs Prouerb. 14.
eius erit ſpes. Timor Domini hîc maximè v. 26.
filialis intelligitur. τὸ *fiducia fortitudinis*, eſt Cornelius.
Hendiadys, ſcilicet fiducia fortis & robuſta.
Vnde Syrus vertit: *Timor Domini eſt ſpes va-* Syrus.
lida & fortis; aut per hypallagen, *fortitudo fiducialis*, quæ ſcilicet fidenter, liberè, & intrepidè omnia agit, ſuſtinet omnia, & ardua quæque aggreditur & ſuperat. Et ſanè mirisſimum eſt, quòd timor, qui & pauorem & imbecillitatem importat, cum *validâ ſpe*, & *fiduciali fortitudine* vices mutuo reciprocet.
Fiducia erectum alacriter animum importat, *Pauidus ti-*
quaſi præſtandam opem manu ſuâ præſumat. *mor, & fidu-*
Timor verò velut ſpei titubatio eſt, & aliquis *cialis ſpes, vi-*
defectus animi, qui ſibi diffiſus, ad pericu- *ces recipro-*
lum impendens propè labaſcit. Ita quidem. *cant. quare?*
Sed inde audentior, quò ſibi diffidentior.

Ideò

Ideò enim timentes Deum, ſunt fortes & robuſti, quia omnem ſuam fiduciam, non in ſuâ imbecillitate & impotentiâ, ſed in Dei omnipotentiâ collocarunt. Quare cùm ſe Deo ſciant eſſe curæ & cordi, nihil trepidant, ſed ardua quæque animosè inuadunt,

S. Gregorius.

& generosè ſuperant. Tempeſtiuè S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 12. *In viâ Dei*, inquit, *à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. Nam ſicut in viâ ſeculi audacia fortitudinem, ita in viâ Dei audacia debilitatem parit. Et ſicut in viâ ſeculi timor debilitatem, ita & in via Dei timor fortitudinem gignit, Salomone atteſtante: In timore Domini fiducia fortitudinis dicitur: quia nimirum mens noſtra tantò valentiùs terrores rerum temporalium deſpicit, quantò ſe auctori earumdem veraciùs per formidinem ſubdit, qua in timore Domini conſtituta non inuenit extrà quod metuat: quia dum recto metu Conditori omnium coniungitur, poteſtate quadam ſuprà omnia ſubleuatur.* Luculenter de more Gregorius, hunc timoris & ſpei ſeu fiduciæ nexum moraliſſimè exponit.

---

§. CXXXIX.

Suſanna aliquâ verecundiæ iacturâ pudorem redimit, Chriſtianâ præmaturè æmulatione benè impudens, & feliciter ſtulta.

1.

VErecundia, pudicitiæ nitor, obſes, & cuſtos eſt: & inde in caſtitatis cenſu maximè aſpectabilis: quare femineæ continentiæ præcipua dos eſt. Aliquando autem in matronali laude ponitur aliqua verecundiæ iactura, quæ propudioſam caſti pudoris

Suſanna aliqua verecũdia iacturâ pudorem redimit.

iacturam arcet. Anteuidet Suſanna futuram ſibi confuſionem de interminato ſalaciſſimè malitioſu Senum ſuffragio, quo turpis adulterij falsò rea, verè damnaretur: quam confuſionem fruſtrà velo prohibere feſtinat. Et tamen ſatiùs ducit clàm verè non profligare pudorem, quàm de inuerecundo reatu malitiosè impoſito palàm confundi; benè impudens, & feliciter inuerecunda, ne claneulario pudicitiæ detrimento confuſionem inhoneſtæ damnationis palàm vetaret; ſic ani-

Hic verſ. 23.

mosè aiens: *Meliùs eſt mihi abſque opere* laſciuè propudioſo *incidere in manus veſtras*, & turpiſſimi adulterij palàm innoxiè damnari, *quàm peccare in conſpectu Domini*, & inhoneſto flagitio flagitij inuerecundi verecundiam & confuſionem redimere. O præmaturè Chriſtiana femina, ſi feminam dicere licet tam viriliter caſtam! Ante Chriſtum Chriſti humilitatem & confuſionem vltrò ſubire, aliquis Chriſtianæ diſciplinæ faſtus eſt. Benè præcurrem ſoquere, qui de æmulandâ Chriſti confuſione confundi non debes.

2.

Lucæ 9. v. 26. Græcus.

Lucæ 9. ſic Diſcipulis ſuis loquitur Chriſtus: *Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſuâ*, Græcè, *in gloriâ ſuâ* Scilicet quem pudet meæ humilitatis, crucis, & ignominiæ ob legem meam ſeruandam, hunc viciſſim ego erubeſcam, id eſt, quaſi vilem negligam & deſpiciam, cùm venero in maieſtate & gloriâ, quam per humilitatem, confuſionem, & crucem promerui. Hunc locum ſic profundo ſtilo ad rem præſentem opportunè Tertullianus elucidat, lib. de Carne Chriſti

Tertull. Carn. ... cap. 5.

ſic fatus: *Quodcumque Deo indignum eſt, mihi expedit. Saluus ſum ſi non confundar de Domino meo. Qui me, inquit, confuſus fuerit, confundar & ego eum. Alias non inuenio materias confuſionis, quæ me per contemptum ruboris probent benè impudentem, & feliciter ſtultum. Natus eſt Dei filius: non pudet, quia pudendum eſt. Et mortuus eſt Dei filius: prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt; & ſepultus reſurrexit: certum eſt, quia impoſſibile eſt.* Sic arguit Tertullianus aduerſùs Hæreticos negantes veram Chriſti carnem. Quaſi dicat Chriſtus Deus: Qui

Suſanna benè impudens, & ... feliciter ſtulta ...

me confuderit, & ego eum confundam. Neque enim homini eſt alia materia confuſionis, quàm non confundi de Deo, ac re Dei: hâc enim ratione benè impudens eſt homo, & feliciter ſtultus. Natus eſt Dei filius, & Verbum caro factum; ne homini ſit hoc pudori, quia homini ſummoperè pudendum eſt. Similiter loquitur de Chriſti morte. O Suſannam præmaturè Chriſtianam, præcoquâ Euangelicæ diſciplinæ ſequelâ! quia Deum non confudit in diuinæ legis obſeruatione, nec Deus eam confudit in reuocandâ turpiſſimæ mortis damnatione. Non confunditur ſiſti ante tribunal propudioſi adulterij falsò rea: negligit verecundiam impudentiſſimæ damnationis; & confuſione contemptâ, ruboris pretio inuerecundam pudoris iacturam redimit. Diuini amoris calore palam digerit opinati adulterij inuerecundum naufragium, ne clam ſit in Dei legem impudicè inuerecunda. Quaſi dicat Suſanna: Nunc *aliam non inuenio materiam* tantæ *confuſionis*, quam lapidari ob turpiſſimi adulterij reatum; ſed ne Deum diuinæ legis violatione confundam, ſalaciſſimi Senes *me per contemptum ruboris probent benè impudentem, & feliciter ſtultam*: malo enim ſic vitâ & famâ periclitari, quam per inhoneſtam ſeculi prudentiam ſceleri adnuentem, opinionem ſtultæ impudentiæ declinare: ſic enim impudens non putabor, ſed impudens ero.

3.

Pſalmo 21. celebri Dauidis vaticinio Chriſtus dicitur: *Opprobrium hominum, & abiectio* Pſalm.

plebis. An non verè opprobrium hominum v. 7.

Chriſtus ... citur ... rium decus fidei.

Chriſtus Deus, Pontificum, Seniorum, Scribarum, Iudæi populi, militum Gentilium? Intuere inuerecundos riſus, ſcurriles iocos, calcationes, alapas, vincula: deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus ſpinosè coronatur: taceo caſtiſſimi corporis erubeſcendas nudationes, & tandem probroſiſſimè cruentum crucis patibulum, ſeductoris & blaſphemi nomen, vt verè opprobrium ſe hominum fuiſſe dicat. Et tamen ille ipſe qui ab Hebræi populi Senioribus habitus eſt quaſi *opprobrium hominum*, verè à Tertulliano dictus eſt, *Neceſſarium decus*

Tertul. Carn. ... cap. 5.

fidei. Ecce tibi contumelioſa Chriſti Dei *opprobria* nobiliter *decorata*; quippè qui probroſis contumeliis auguſtum maieſtatis & gloriæ ſuæ ſolium faſtigiauit. Eo hic etiam

Iudith 1... v. 10.

Suſanna verè *gloria Ieruſalem, lætitia Iſraël,*

honorificentia

honoriſicentia populi, propudioſo adulterij crimine dehoneſtata. Sed ſcelli obiecto, & tibi damnato turpiſſimo libidinis flagitio, candor puritatis nitor in ea micantiùs præfulsit: adeo vt in barbarâ & idololatra Babylone fuerit, Iudaicæ *fidei decus neceſſarium.* S.Ambroſius ſic elucidat hunc Pſalmi locum: *Vt nec mori dignus haberetur* Chriſtus *intra aliquam hominum habitationem, neque inter homines, niſi inter execrabiles: neque ſub tecto aliquo, niſi ſub cælo, de quo eyci, non potuit, vt ſe vndum Prophetam, opprobrium hominum, & abiectio plebis aſtimaretur.* Sic etiam Suſanna trahi iubetur extrà ciuitatem ad probroſe cruentum ſupplicium, vt lapidaretur *ſub cælo, de quo eyci non potuit.*

Acceſſitur ad ſcelestiſſimorum iudicum tribunal caſtiſſima Suſanna, fœdiſſimi adulterij male rea. Adest illa tunc eius formoſæ genis colore pudicitiæ. *Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur, erat enim cooperta.* Potuit Suſanna pudoris iactura, profligati pudoris famam redimere: maluit autem eſſe innerecundi criminis rea, quàm in Deum inhoneſte delinquere: *Melius eſt mihi*, aiens, *abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Inde piæ verecundia venuſtior, quò hanc erubeſcentiam contempſit, ne erga ſuum auctorem foret innerecunda. Tempeſtiuè Ambroſius ſerm.6. *Decora facies, quæ non erubeſcit auctorem, non confunditur Redemptore.* Tunc, tunc quidem nuncupatim Suſanna dicitur *pulchra ſpecie*, & decora nimis, cùm verecundiâ & confuſione ſuffunditur, ne ſuum *erubeſcat auctorem* fœdi patratione delicti. De confuſione pulchreſcit, dum impoſiti fœdioris flagitij pudore contempto, ſuum reueretur & *erubeſcit auctorem.* Imò Suſanna coràm omni populo, inhoneſtatis turpiſſimæ rea, non tam publicè confunditur, quam ſuum *erubeſcit auctorem*, quem ſi clam non erubuiſſet, nunc palam non erubeſceret falsò obiectum impudicitiæ crimen. Eſt, eſt ergo tunc maxime Suſannæ *decora facies, quæ ſuum non erubeſcit auctorem*, dum pro ſuo auctore non erubeſcit in iudicio confundi, & propudioſi ſceleris condemnari.

Poſtquam impudenti teſtimonio adulteri Magiſtratus falsatâ fide depoſuerunt aduerſus innocentem Matronam, *Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.* O! vicit, hoſtilis malitia, & hoſtilitas impudicè veteratoria innocentiam vicit. Maieſtas caſtæ virtutis damnari ad mortem potuit, detrectari non potuit. Sic de Regulo Lucius Florus ſcribit: *Nec vltimo.... ſupplicio deformata maieſtas; imo his omnibus admirabilior. quid aliud quam victus de victoribus, quia Carthago non ceſſerat, de fortunâ triumphauit?* Ferali ſenum edicto non deformatur tantæ Heroinæ maieſtas, quæ primò de fortunâ triumphauit: & Deum, quem non erubuit, inuocans auxiliatem, mox ipſos triumphatores Magiſtratus detriumphauit. Adhuc victa, multiplicat trophæa, ne ſemel victoriatum illi ſit, quæ ſic ſtrenuè in pudicitiæ ſtadio decertauit.

P.Didac.Celada in Suſannam.

Salomon Prouerb.13 ſic nos ſalubriter admonet: *Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur.* Nempè qui inuerecunde diſciplinam deſerit pudore abiecto, neceſſe eſt, vt incurrat ignominiā, & idcircò ignominio ſe pudefiat. Quare qui ob pudorem non vult corripi, in maius dedecus propudioſe incidet, ob quod magis pudefiet: pudorem ergò minorem fugiens incurret in maiorem. At qui pudore commiſſi delicti, modeſtè acquieſcit arguenti, & iuxtà eius monita ſua vitia reſecat, moreſque corrigit, hic vtique glorificabitur quia glorioſus verecundiæ fructus eſt, parere benè conſulenti, & mores ſuos rectè componere, quod eſt pudoris ſtipendium, & inuerecundiæ exilium. Cornelius inibi ſic locum ad literam & ad mores elucidat. *Diſciplina*, inquit, *putà virtutis & honeſtæ vitæ indiuidui comites & aſſeclæ ſunt opes, pudor, & honor, qui fugnnt egeſtatem & ignominiam quaſi indiuiduos comites vitij, vitæque inhoneſtæ, ſibi è diametro oppoſitos. Sicut enim virtus gignit Pudorem, ita vitium gignit impudentiam, quæ cauſſa eſt vt pudor & virtus deſeratur. Cum enim quis perfricat frontem induitque impudentiam, vti faciũt pauperes, mendici, & infames, tunc abycit pudorem* (ſanè attritæ frontis eſt egeſtas: nil pudet, dummodò viuat) *eiúſque comitem diſciplinam & virtutem. Vice verſa qui abycit pudorem & virtutem, fitque impudens & vitioſus, hic ſtatim adſciſcit ſibi vitij comites paupertatem & ignominiam.* Addit has gnomes Salomoni parallelas. Chryſoſt. ſerm. de Diſciplinâ: *Correptio pudorem immittit, pudor autem à crimine deterret.* Ariſtoteles Problem.9. *Pauperes & infames non pudeſiunt.* S.Gregor.Nazianz. in Parænet. ad Olympiadem. *Protinus extincto ſubeunt mala cuncta pudore.* Quæ te impia impij Caligulæ Imperatoris vox eſt: *Ego nihil in natura meâ magis probo quàm inuerecundiam.* Diogenes pudorem aiebat eſſe *virtutis tincturam.* Pulchrè Ambroſ. lib.1. de Offic.c.18. *Eſt*, inquit, *verecundia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Bonus enim regendæ caſtitatis pudor eſt comes: qui ſi prætendat ad ea, quæ prima pericula ſunt, pudicitiam temerari non ſinat.*

6. Prouerb. 13. v.18.
Cornelius.
Verecundia conglobata elogia; Suſanna pudorem commendant.
S.Chryſoſt.
Ariſtoteles.
S Nazianz.
Caligula.
Diogenes.
S.Ambroſ.

§. CXL.

Multimodè Suſannæ taciturnitas commendatur.

Eleganter Climacus gradu 11. *Loquacitas*, inquit, *ignorantiæ argumentum eſt, detractionis ianua, ſcurrilitatis dux, mendacij opifex, frigus cordis compuncti, inertiam aduocans, ſomni præcurſor, mentis euagatio, cuſtodiæ denique exterminatio.* Tace igitur cum Suſanna, cuius ſilentium multis commendat Ambroſius alibi expenſus. 1.

Pſalmo.38. ſic pangit Dauid: Dixi, Cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in linguâ meâ. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſùs me. *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.* Benè eſt, Dauid laceſſitus Saulis iniuriis obmuteſcat, ſed cur *à bonis* velut mutus ſileat? Annó amplioris meriti foret, ipſum offenſorè laudare? non enim 2.

Ioan.Clim.
Loquacitatis multiplex vituperium.
S.Ambroſ.
Pſal.38. v 3.

deerat in Saüle quid poſſet commendare? Græci Patres in Paraphraſi, ſic locum exponunt: *Adeò me ipſum humiliabam, & tacebam; non exigens vindictam. Hoc enim ſibi vult, A bonis: quoniam iniuriam paſſo, videtur vltio res bona eſſe.* Aliter S.Benedictus in Regul.cap.6. *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Hic oſtendit Propheta: ſi à bonis colloquiis interdum propter taciturnitatem debet taceri; quanto magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari.* Opinor, vinacius id expreſſit Cyrillus in Catenâ Danielis Barbari, qui hic poni putat *bona* pro *malis.* Heu quoties hic poni putat *bona* pro *malis.* Heu quoties bona etiam male loquimur! Sic in linguæ officinâ, bona refinguntur in mala! Sæpè quod in laudatorio ſermone cœpit, in maliloquio conſummatur: adeò vt vel ipſa laus degeneret in vituperium. Monſtrum humanæ linguæ eſt, vt *bona* vices cum *malis* reciprocent; & ipſa bona malorum ſynonyma ſint. Tutâ igitur taciturnitate os noſtrum obſignandum eſt.

Græci Patres. *S.Benedict. Silere à bonis, idem eſt, quòd à malis ſilere, quærit.* *S.Cyrillus.*

3. Idem regius Propheta Pſalmo 36. auredixerat: *Subditus eſto Domino, & ora eum.* O quàm multa exigit hæc ad Deum ſubiectio! Plena legum omnium adimpletio, eſt huius ſubiectionis ſtipendium. Quicquid iuſtitiæ & perfectionis Deus ab homine exigit, hâc generoſa ſubiectione compendiatur: *Bona ſubiectio* (ait inibi Ambroſius) *non abiecta, non vilis, ſed glorioſa atque ſublimis. Ille enim Deo eſt ſubditus, qui facit Domini voluntatem. Denique quis ignorat, quòd ſapientia mentis præſtantior quam carnis ſapientia ſit? Sapientia mentis ſubiecta eſt Dei legi: ſapientia autem carnis non eſt ſubdita. Et addit Apoſtolus, Nec enim poteſt. Eſto ergo ſubditus, hoc eſt, proximus Chriſto, vt legem impleas.* Ecce ubi ſubiectio ad Deum, & ſi te non inueniat, facit tamen Deo *proximum.* Itaque iſtiuſmodi ad Deum ſubiectio, & totius legis impletio eſt, & arcana ad Deum propinquitas; quæ eſt perfectionis meta. Ceterùm benè aduertit Cordérius in Notis ad eum Pſalmum, quod pro τὸ *ſubditus eſto Domino*, in Hebræo eſt, *Sile Domino*; Aquila autem vertit, *Tace Domino.* quaſi ſilentium ſit plena Deo ſubiectio, & omnium legum motigerum obſequium, atque cum eo vicina propinquitas. quod eſt grande taciturnitatis elogium.

Pſal.36. v.7. *S. Ambroſ.* *Subiectio ad Deum, perinde eſt ac ſilentium.* *Subiectus idē eſt ac Deo proximus.* *Corderius.* *Hebræus. Aquila.*

4. Iacobus in ſuâ Epiſtolâ Catholicâ cap. 3. poſt multa non bona linguæ elogia, ſubdit: *Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis.* Noſter Salmeron, & eruditè acutus Paez in hoc loco, per litteras Alphabeti oſtendunt linguam eſſe *Alphabetum* & congeriem omnium vitiorum. Dein Thomas Anglicus: Lingua, inquit, totum vniuerſum, puta cælum, terram, & infernum implet iniquitate. OEcumenius per mundum intelligit ornatum iniquitatum: multi enim ſua ſcelera ore velant, excuſant, imò exornant ſuâ garrulitate, & falſiloquentiâ. Addunt aliqui apud Cornelium inibi: Lingua eſt *Vniuerſitas*, id eſt, Academia iniquitatis quia ſicut in Academiis docentur omnes artes & ſcientiæ, ſic linguâ docet omnia nequitiam. Denique ipſe Cornelius τὸ *vniuerſitas iniquitatum ac* ... pro vniuerſo. Quaſi dicat. Vti mundus omnium rerum varietatem, & vniuerſitatem complectitur: ita lingua omnem iniquitatem parit, & continet. Parum ſanè foret, omnem iniquitatem parere & continere, niſi huiuſmodi vniuerſitatem iniquitatum diſſimularet, velet, & conteget, ne vniuerſitas iniquitatum appareat iniquitas. Profunde S. Chryſoſtomus in exemplaribus Græcis tom.7. p.438. *O ſilentium*, inquit, *cæli ſchola, via regni cælorum; ſpeculum peccatorum oſtendens homini delicta ſua.... O taciturnitas cogitationum exploratrix, & diiudicationum cooperatrix!* Nota antitheſim: Loquacitas dicitur, *Vniuerſitas*, ſiue *Academia iniquitatis!* Taciturnitas verò, *Schola cæli.* Adhæc Loquacitas appellatur, Vniuerſum iniquitatum; ſed velatum, & propè inuiſum ſeu incognitum; Taciturnitas verò, non ſolum eſt *Cogitationum exploratrix*; ſed etiam, *Speculum peccatorum oſtendens homini delicta ſua.* quaſi in ſilentio, velut in *ſpeculo* appareant omnia linguæ delicta, quæ in ſtrepitu latebant. O bona taciturnitas, quæ in ſilentio ... ſcelerum exploratricem negotiatur.

Thomas Angl. *OEcumen.* *Cornelius. Multimodè dicitur lingua, vniuerſitas iniquitatum.* *S.Chryſ. In ... Voluit ... tuis ... apparent.* *... entium ...*

4. Regum 2. cùm Elias & Eliſeus vna pergerent, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque: & aſcendit Elias per turbinem in cælum. *Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius.* Non lenis quæſtio eſt apud Interpretes, quo pacto ille ipſe Elias, qui currus dicitur, dici ſimul potuerit auriga: Hinc tropologicè Ambroſius lib. de Iſaac cap. 8. *Currus, inquit, eſt anima ſancta, auriga & agitator eſt Christus, equi ſunt quattuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia; hi animam ad cælum euehunt. Itaque licet intelligibili ſpectaculo videre vnamquamque animam cum ſummo certamine ad cælum rapi, feſtinantes equos, qui priores perueniant ad brauium Chriſti, quorum priùs imponatur palma ceruicibus. Iſti ſunt equi ſubiecti fidei iugo, adſtricti vinculo charitatis, iuſtitiæ frenis, retinaculis ſobrietatis.* Nimirum omnem ... omnium chorum inducit Ambroſius, vt exponat hunc currum & aurigam ad cælum ... Quod totum compendio ... Chryſoſtomus nuper allegatus, dum id omne ſilentio attribuit: *Silentium, inquit, timori Dei coniunctum, currus eſt igneus, poſſeſſorem ſuum in cælum ſubuehens. Id ſibi perſuaſerat Elias Propheta, qui ſilentium vna cum timore Dei diligens, aſſumptus eſt in cælum. O ſilentium, cæli ſcala, via regni cælorum...... ſuaue iugum & onus leue, refocillans, & portans portantem ſe.* Ecce ubi ſilentium, currus eſt, & auriga, ſicut Elias, qui portat portantem ſe, & ... illum *in cælum ſubuehit.*

4 Reg. 2. v.12. *S.Ambroſ.* *Silentium, ſicut currus, portantem ſe.* *S.Chryſ.*

6 Prouerbiorum 12. ſic nos Salomon erudit: *De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.* LXX. Interpretes, & Chryſoſtomus in Catena pro *manuum*, exer... *laborum.* Quis verò ſit iſte ager, qui fructuum ... vbertim abundat, luculenter tradit idem Chryſoſtomus: *O ſilentium*, inquit, *affectuum carcer, prædium Chriſti, bonos fructus afferens.* Quid tam opulenter locuples, quam *prædium* Chriſti, quo & plebs dites eſt, & ... ditat.

Prou.12. v.14. *LXX.* *S.Chryſ.* *S.Chryſ. in exemplaribus Græcis, tom. ... p.438.*

Hæc

Hæc ſilentium, quod linguæ garrulitatem inhibet. Bonus ſanè fructus de prædiuite Chriſti prædio florens, vernans, autumnãs. *Fructus oris*, quo quiſque repletur bonis, non eſt luxurians verborum facundia, garrulitate multa; ſed taciturnitas, ſermonum ſterilis, & verborum inops. Hæc loquelæ inopia, de *Chriſti prædio bonos fructus afferens*, opulenta eſt, & gazarum cæleſtium cenſus. Vberior oris fructus, verborum ſterilitate conſtat; & ſermonum infœcunditas, fructibus abundat, de Chriſti prædio opulentis. Porro *de fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis*: eſt enim *ſilentium prædium Chriſti bonos fructus afferens* vberi prouentu. Nec te innotatum prætereat, quòd ſilentium dicitur *affectuum carcer*. Bonus *carcer*, qui effrenem *affectuum* petulantiam, tanquam multorum ſcelerum ream, arctam continet taciturnitatis compedibus, quibus noxiam fandi licentiam arctiùs inhibet.

Salomon Prouerbiorum 17. *Qui moderatur*, inquit, *ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritus vir eruditus.* Pro τὸ *moderatur*, in Hebræo eſt, *prohibet*, vel *continet eloquia ſua*, id eſt linguam ſilentio obſignat, hic, hic inquam, doctus & prudens eſt, & præditus ſpiritu pretioſo, id eſt *nobili*, vt habent Tigurina. quaſi profunda ſapientia & nobilis prudentia taciturnitate conſiſtent. Ad hunc locum videtur alludere Caſſiodorus in Pſalmum 58. ſic fatus: *Silentium*, inquit, *eſt probabile, quod ſapientes prodit, quod conſilium nutrit.* Itaque taciturnitas dum conſilium nutrit, prudentes facit, & ſapientes prodit quaſi ſilentium ſit conſilioſi ſeu nouis nutrimentum, quo alitur & adipatur prudens conſilium, & electior prudentia. Sic garrulus ſermo, macies prudentiæ eſt. *Silentium conſilium nutrit*: nam *qui prohibet ſermones ſuos, doctus & prudens* eſt, & ſpiritu *pretioſo*, id eſt, raro; vel *nobili*, hoc eſt generoſo præditus. Nobilis eſt ſermo, quem prævia taciturnitas elimauit.

Prouerbiorum 10. *In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.* S. Ambroſius lib. 1. Officior. cap. 3. præſcripta verba ſic elucidat: *Alliga*, inquit, *ſermonem tuum, ne luxuriet, & multiloquio peccata ſibi colligat: ſit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur, cito lutum colligit amnis exundans.* O quoties lutoſum ſermonem excipimus, ad aurium margines percolandum! Defœcandus eſt breuitate ſermo; &, vt purior ſit, præuiâ taciturnitate cohibendus. Multiloquus enim facile incidit in peccati lutum, quo verba ſqualent: quia labente linguâ, & fallente memoriâ, ac rapiente prurigine loquendi, facile veris miſcentur falſa, vtilibus noxia, neceſſariis vana & otioſa. *Nos autem* (ait idem Ambroſius) *claudamus oſtium, ne culpa intret, ne lapſus aliquis ſermonis exeat: intrat culpa, ſi lapſus exierit. Audi quomodo intret culpa: Ex multiloquio, inquit, non effugies peccatum: exiuit multiloquium, peccatum intrauit: quia in multiloquo nequaquam, qui intrat ſermo trutinatur, imprudenter labitur; licet ipſum vltra menſuram loqui, grande peccatum non ſit* Itaque taciturnitas lubricæ nimis linguæ aſylum eſt.

P.Didac.Celada in Suſannam.

---

§. C X L I.

Boni viri conſcientia bona, eum in calamitatibus propè impatibilem, & fere immutabilem in gaudio facit.

TAntus ſplendor honeſtatis eſt (inquit Ambroſius,) *vt vitam beatam efficiant tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ.* Et ideò ſicut exortus Sol, lunæ globum, & cætera ſtellarum abſcondit lumina: ita fulgor honeſtatis, vbi vero & incorrupto vibrat decore, cetera quæ putantur bona ſecundùm voluptatum corporis, aut ſecundùm ſeculum clara & illuſtria obumbrat. *Beata planè quæ non alienis æſtimatur iudiciis, Sed domeſticis percipitur ſenſibus, tanquam ſui index. Neque enim populares opiniones pro mercede aliquas requirit, neque pro ſupplicio pauet.* Doceat me quam ſacra res ſit honeſtas alienum bonum non expectans; nihil ex ſe petens niſi vſum ſui. Non eſt quòd expectes, quòd ſit rei honeſtæ præmium maius, quàm honeſtum & iuſtum eſſe. Sic placidè hæret, animum adipat, & pectus implet pacatum conſcientiæ bonum, aduentitiis omnibus procul excuſſis. Sententioſè iunior Plinius lib. 1. epiſt. 22. *Magnitudo animi inquit, nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert; rectéque facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.* Nihil aforis emendicatò quærit, qui conſcientiæ ſecuritate animitùs plenus eſt.

1. S.Ambroſ. l.2. de offic. c.1.

Conſcientia tranquillitas feliciter beat.

Bona conſcientia eſt boni facti merces.

Plinius.

Prouerbiorum 14. hanc morum gnomen Salomon egregiè proponit: *In timore Domini fiducia fortitudinis.* S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 12. τὸ *timorem* preſſiùs accipit pro Dei timore, quo nobis mala timemus: *In via Dei*, inquit, *a timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. Nam ſicut in via ſeculi audacia fortitudinem: ita in via Dei audacia debilitatem parit. Et ſicut in viâ ſeculi timor debilitatem: ita & in viâ Dei timor fortitudinem gignit, Salomone atteſtante: In timore Domini fiducia fortitudinis.* Benè quidem Gregorius. Sed luculentiùs, & ad rem opportuniùs lib. 12. Moralium, cap. 21. aliter præſcriptum Salomonis locum elucidat: *Nihil*, ait, *ſimplici corde felicius, quia quod innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt quod pati ab alijs formidet. Habet enim quaſi arcem quandam fortitudinis ſimplicitatem ſuam. Nec ſuſpectus eſt pati, quod ſe feciſſe non meminit. Vnde benè per Salomonem dicitur: In timore Domini fiducia fortitudinis.* Ecce tibi graphicè deſcriptam bonæ animitùs conſcientiæ tranquillitatem valenter inconcuſſam. quaſi qui conſcientiæ ſecuritate tranquillatur, propè impatibilis euadat: *quia quod innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt quod pati ab alijs formidet.* Quid timeat bona conſcientia, cui nihil eſt quod *pati* ab aliis formidet? Qui non formidat

2. Prouerb. 14. v.26. S.Gregorius.

Humanus timor debilitatem, diuinus autem fortitudinem parit.

Bona conſcientia propè impatibilis eſt.

quicquam mali ab aliis pati, propè impatibilis cenſetur. *Nec enim ſuſpicilius eſt pati, quod ſe feciſſe non meminit.* Quare animum benè ſibi conſcium nulla imminentis mali ſuſpicio turbat, inquietat, angit: habet enim domeſticam arcem, ſeu aſylum, ad quod tutò confugit; indéque vibratas acerbiùs minas ſecurus deludit, impaſſibili magnani-

Hic verſ. 27. mitate flecti-neſcius. Quare Suſanna a nequam Senibus in pomario diffamata, tametſi ſetui ob diffamiam erubeſcunt, & tota interturbatur familia comminatæ tragœdiæ timore; ipſa tamen totâ illâ lugubri nocte imperterrita ſtat alacris, in bonæ conſcientiæ aſylo inexpugnabilis à timore, & propè calamitatibus impatibilis. *Nec ſuſpecta eſt pati, quod ſe feciſſe non meminit.* Idcircò *nihil eſt quod pati ab aliis formidet.* O qualis eſt à bona conſcientia magnanimitas, quæ in tanto vitæ & infamiæ diſcrimine, pacatè tranquilla & ſecura verſatur!

3. 2. ad Corinthios 6. has de ſe antitheſes ænigmati ſimiles Paullus iactat: A dextris, & à ſiniſtris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores, & veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi

2. Cor. 6. v.10. morientes, & ecce viuimus: *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Quid eſt, quòd Paullus tot periculis & ærumnis ditè exagitatus, moti cenſetur; & tamen adhuc viuit? Tot tribulationibus, anguſtiis, preſſuris, calamitatibus, contriſtatus videtur, & tamen tranquillus & alacris medullitus *gaudet?* Quò Iitum eſt hoc gaudium à tot triſtitiæ cauſſis, ſic ſtrenue inexpugnabile? Appoſitè S. Chryſoſtomus illud ad bonam Conſcientiam retulit, mœroribus arcanè exemptam. Sic enim ſcribit homil. 25. ad populum An-

S.Chryſoſt. tioch. *Nihil aliud eſt triſte, inquit, niſi Deum offendere. Quod cùm aberit, non tribulationes, non inſidia, non quicquam aliud ſapientem animum poterit contriſtare: ſed quemadmodum ſi exiguam ſcintillam in lacum deieceris profundum, ſtatim extinxeris: ſic idem & omnis triſtitia ſuperabundantia in bonam miſſa Conſcientiam extinguitur.* Nota attentiùs quæ aliè

Bona conſcientia ferè malorū ſenſum non capit. ſubſcribit verba: *Propterea quidem & Paullus ſemper gaudebat, quoniam interius ſecundum Deum conſidebat, neque enim tot malorum capiebat ſenſum. Sic & Abraham Patriarcha erat in delectatione multa paſſus triſtia.* Ecce tibi Paullus dicitur in tot triſtitiæ cauſſis, *quaſi triſtis*, quia bonæ Conſcientiæ priuilegio, velut calamitatum impatibilis, *tot malorum ſenſum non capiebat.* Exinde *quaſi triſtis* dicitur, quia validis triſtandi cauſſis oppugnatur: at de ſecuræ Conſcientiæ bono, illis planè inexpugnabilis, *ſemper gaudebat*, & animitùs exultabat: quoniam bona Conſcientia ſic eſt de ſe perpetuò hilaris & læta, vt mœroris cauſſas excutiens, & triſtitiæ minas extinguens, velut impaſſibilis, *malorum ſenſum non capiat.* Quiſquis bonæ Conſcientiæ impenſiùs non ſtudet, vitæ paſſionibus vltrò obnuxius, hanc ſibi impaſſibilitatem malè inuidet.

4. 2. Corinth. 12. ſic loquitur de ſe Paullus.

2. Cor. 12. v.10. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto.* Pro τὸ *placeo*, Græcè eſt εὐδοκῶ, *delector*, quaſi dicat: Tam longè abſum, vt moleſtius ægrè feram meas infirmitates, contumelias, neceſſitates, perſecutiones, anguſtias; vt eis potiùs lætanter gaudeam, gaudioque in eis exundem. Sic de bonæ conſcientiæ priuilegio immobilis ſtabat Paullus, ne vi tribulationum illatorum concuteretur, quaſi *malorum ſenſum non caperet.* Opportunè S. Baſilius ho-

S.Baſ. mil. 4. de Gratiarum actione: *Anima, inquit, quæ ſemel ſe modis omnibus deſiderio adſtrinxerit ſui conditoris, itemque inſueuit oblectare ſe ſancta illius pulchritudinis contemplatione, prorſus non ſinet, & vehemens illud gaudium, animique ſuam iucunditatem diffuſionem intercipi, aut immutari per multiplicem & ſuccedaneam carnalium affectionum mutationem: quin ea potiùs quæ aliis mœrorem afferunt, in cumulum ſibi vertet, & accedentem lætitiæ. Cuiuſmodi erat Apoſtolus, dum ſibi probè admodum complaceret in infirmitatibus, in tribulationibus, in perſecutionibus, &c.* Itaque hunc

Bona conſcientia immutabilitatem æmulatur iuſtus de bonæ conſcientiæ priuilegio firmiter inconcuſſus, & incogitabiliter gaudio flectineſcius, vt *mutari per multiplicem & ſuccedaneam carnalium affectionum mutationem*, & ingruentium calamitatum non norit. Magnum ſanè Dei eloquium eſt, quòd apud ipſum *non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*: nam vt ipſe de ſe

Iac. 1. Mal. 3. ait: *Ego Dominus, & non mutor.* Hanc Dei immutabilitatem in perenni gaudio conſtanter imperturbabilem, boni viri conſcientia bona arcanè æmulatur, dum ad affectionum carnalium mutationem, ad calamitatum turbines, ad tribulationum rigorem, quaſi mutabilitatem exuta, immutabilis & inconcuſſa, in tranquillâ adſueti gaudij fruitione ſecurè perſeuerat; quippe quam nulla caſuum varietas, nulla ſpei titubatio, nulla felicium ac infelicium viciſſitudo vllatenus inquietat! ſemper imperturbabilis, impauida, inconcuſſa, inexpugnabilis. Sic eſt bona conſcientia propè impatibilis!

Geneſeos 44. in ſacco Benjamini ſcy- 5

phus principis Ioſephi vterini fratri inuenitur, quaſi furto ingratiſſimè ſublatus

Gen. 44. v.5. OEconomi ergò hæc verba leguntur: *Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet.*

Hebr. Pro τὸ *augurari*, Hebraicè eſt נִחֵשׁ *nachas*, quod ſignificat præſagire & diuinare, ſiue augurio, ſiue naturali ſagacitate, puta coniectare, rimari, & indagare.

Chald. Chaldæus Paraphraſtes vertit, *probare.* Adhæc Ruper-

Rupertus. tus lib. 9. in Geneſim cenſet τὸ *augurari* adſpectu hic ad Iuſephum, ſignificare idem quod prophetare, aut ſomnia petitè interpretari. Verùm Petrus Abbas Cellenſis in libello de conſcientiâ, ſic locum hunc

Bona conſcientia ſcyphus quo ... augur... ethicè commentatur: *Conſcientia bona eſt ſcyphus Ioſeph, in quo augurari & inebriari ſolet animus.* O bonum a bonæ conſcientia augurium! Quid boni non ſibi diuinet ac præ-

Petr. Cellenſ. ſagiat bona conſcientia? Adlatrent licet paſſiones, appetitus ſubſultet, ... tracta vita per pœnitentiam expuncta, ſtrideat Orcus, fremat Tyrannus, hiet inferni

barathrum

barathrum; bona conſcientia ſecura eſt, nil mali timet, bonum glorioſè, beatum præſumit. Eloquenter S. Bernardus lib. de interiore domo cap. 23. multa recenſet mala, quibus obſeſſa & oppugnata bona conſcientia, adhuc ſtat impauida: *Premat, ait, corpus, trahat mundus, terreat Diabolus, illa erit ſecura. Bona conſcientia ſecura erit, cùm corpus moritur; ſecura, cùm, anima coram Deo præſentabitur; ſecura, cùm in die iudicij antè tribunal terrificum iuſti Iudicis ſtatuetur. Cùm mundus omni volubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, tranſeat, nunquam marceſcit bona conſcientia. Subiiciatur corpus in pœna, in iniurijs maceretur, verberibus lanietur, equuleo diſtendatur, gladio trucidetur, crucis patibulo affigatur, ſecura erit conſcientia.* Bonus Ioſephus, qui in hoc bonæ Conſcientiæ Scypho, & hæc cuncta mala auſpicatò auertit, & omnia bona fauſtè ominatur. O caue, ne quiſquam conſcientiæ bonæ ſcyphum furetur! *Scyphus, quem furati eſtis; ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet. Conſcientia bona eſt ſcyphus Ioſeph.* Hic bonæ conſcientiæ ſcyphus omnia fauſtè ominatur.

S. Bernard.

Bona conſcientia cuncta mala auertit, bona cuncta fauſtè ominatur.

§. CXLII.

Verecundia eſt decoris auctarium, primitiæ virtutum, naturæ laus, vitiorum frenum, fomes probitatis, & illius purpura.

1\. Eloquenter Ambroſius: Ioſeph, inquit, cùm ſomniaſſet quòd Sol & Luna, & Stellæ adorarent eum, ſedulum tamen obſequium deferebat patri: caſtus itaque vt ne ſermonem quidem audire vellet niſi pudicum: humilis vſque ad ſeruitutem. *verecundus vſque ad fugam*, patiens vſque ad carcerem, remiſſor iniuriæ vſque ad remunerationem. *Cuius tanta verecundia fuit, vt comprehenſus à muliere, veſtẽ in manibus eius fugiens mallet relinquere, quam verecundiam deponere.* Et nuper antedixerat: *Vt enim in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adoleſcentibus verecundia, velut quàdam dote commendatur natura.* Profectò pudicitiæ flos verecundia valde in Suſannâ præniret, cuius ea verecundia fuit, qualis tantam pudicitiam decebat. In balneo propè comprehenſa à viris, veſtem in manibus eorum, & propriam vitam & famam in eorum linguis fugiens maluerit relinquere, quàm verecundiam deponere. Pudicitiæ in iuſtitio rea, faciem pudorata velat, ne colore virtutis adornata, adhuc placeat aduersùs pudoris propoſitũ. Hàc naturæ & gratiæ dote ſic commendata fuit, ſic in eà præfulſit verecundia, vt vel eius ſerui de eiuſdem participio *erubuerint*, ne quis ſit in Matronæ familiâ verecundiæ exors, quique vel mentitum inuerecundè facinus, genarum rubore non excipiat. *Poſtquam autem Senes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer*, quaſi verecundia Suſannæ in totam familiam exundarit, licèt tunc non effuſo ſoffuſo tamen ſanguine ad pudicitiæ ſuffragium Seruorum mores ex Hero æſtimantur.

S. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 17.

Iuueni & ſenibus verecundia confertur.

verſ. 27.

P. Didac. Celada in Suſannam.

2\. Luc. 7. Magdalena inuerecũdè iam pudica, & pudicè impudens, veniæ importunum adit conuiuij locum; & cenſoriũ Phariſæi ſupercilium, & conuiuarum faſtidia contemnens, infuſa lacrymis ingreditur. *Et ſtans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius.* Peccatrix mulier acceſſit non ad caput Domini, ſed ad pedes. Et quæ diu malè ambulauerat veſtigia bona quærebat. Priùs fudit lacrymas cordis, & lauit Domini pedes pudoratæ confeſſionis obſequio. Capillis ſuis terſit, oſculabatur, vnxit: tacita loquebatur, præ pudore nullum promebat ſermonem, ſed deuotionem palam oſtendebat. Sed dum *retrò* ad pedes, non ad caput accedit, verecundia mulieris publicatur: rubore ſcilicet pingit faciem ad placendi lenocinium. Eleganter Bernardus Serm. 86. in Cantica: *Verecundia*, inquit, *eſt gemma morum, virga diſciplinæ, ſoror continentiæ, lampas pudicæ mentis, expunctrix malorum & propagatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, & inſigne totius honeſti.* Longulum facerem, ſi Bernardi ſententias ſingulas, plenas acuminis, moralitatum plenas, & conceptuum ethicè grauidas, enucleare nunc vellem: ſat eſto eas deſcripſiſſe, & ad rem intendiſſe digitum. Eas enucleare periti Concionatoris labor eſto.

Luc. 7. v. 38.

Multæ ſententiæ cõglobantur, quæ verecundiam mirè commendant.

S. Bernard.

3\. In hoc 13. capite Danielis fraudulenta ſenum libido denarratur. Hi enim inſidias balneo meditari, feminam agreſſi, virum, virilémque repulſam inuenerunt. Alterâ autem die duo illi ſenes quammaturè iuridicundo adſunt; adeſt & accerſita Suſanna, ſed velo faciem obnupta, pudoris arbitrio. *At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſaciarentur decore eius.* An non hi barbaricè ſalaciſſimi ſenes pulchram Suſannam nuper in balneo ſeminudam aſpexerant? tunc, tunc quidem *ſaciari eius decore* abunde potuiſſent: vt quid velum, quod verecundia faciei oppandit, auferre exambiunt, quò eius venuſta pulchritudine nunc exacientur? Quid tunc naturalem Suſannæ decorem compriùs exaggerauit? Opinor, vicinæ mortis pauore & pallore deuenuſtatur pulchræ matronæ facies. Ita quidem. Sed turpe obiectum facinus obſcœnè fœdiſſimum, verecundiæ lenocinio mirè venuſtatem augebat ad placendi gratiam. Quod Bernardus nuper laudatus eleganter ediſſerit: *Rubor*, inquit, *ipſe genarum, quem fortè inuexerit pudor, quantùm gratiæ & decoris afferre vultus ſolet?* Scilicet hanc decoris gratiam, quam verecundiæ rubor genis ſuffuſus aſciuit, videre gliſcunt; verecundiæ lenocinio expoſitam & comptam ſpectare affectant, vt Suſannæ pleno decore exacientur. Non eſt plena ac perfecta feminæ pulchritudo, quam verecundia non adornat. Rubor ipſe genarum, quem ſuffundit pudicitia, & verecundia inhalat, & faciei implantat, exaggeratio pulchritudinis eſt, & venuſtatis emphaſis. Vnde hi Senes pulchritudinum malè arbitri, verecundam poriùs quàm ſeminudam videre pulchram Suſannam exambiunt. *Rubor ipſe genarum quem fortè inue-*

Hîc verſ. 32.

Verecundiæ rubor, multùm gratiæ & decoris afferre ſolet.

S. Bernard. ſuprà.

Cur Senes, qui ſeminudam viderãt Suſannam, eam ſine velo videre cupiunt.

 xerit

xerit pudor, quantùm gratia & decoris afferre vultui ſolet?

4. Eccli. 32. v. 14. Græcus. Ianſenius.

Syracides Eccleſiaſtici 32. hanc gnomen proponit: *Ante grandinem* (Græca *tonitruum,*) *præibit coruſcatio, & ante verecundiam præcedit gratia* Gratia (ait ibi Ianſenius) præit verecundiam, quia illi ſemper præſens eſt, & parata ad excipiendum illam: quomodo qui aliquem honoris cauſâ præcedit, illi ſemper adeſt paratus ad ſoccurrendum, ſi opus fuerit. Aut, *quia verecundia ſtatim de ſe diffundit gratiam*, ſicut tonitrum de ſe emittit coruſcationem. Benè Ianſenius: ſed optimè ad

Rabanus. *Cur verecũdia dicitur naturæ laus?*

rem inibi Rabanus: *Fulgor coruſcationis præibit pondus grandinis (tonitruum:) ſic etiam nitor gratiæ præcedit gratiam verecundiæ.* Itaque & *nitor gratiæ præcedere gratiam verecundiæ* dicitur; & *verecundia ſtatim de ſe diffundere gratiam.* Ad hunc locum forſan alludit S.

S. Bernard.

Bernardus ſerm. illo 86. in Cantica, dum de verecundiâ ait: Verecundia eſt *vitæ decus, virtutum primitiæ, naturæ laus.* Scilicet parùm foret, quòd verecundia, tanquam *virtutum primitiæ*, reliquas virtutes colore virtutis anteuertat, & gratiam earum rubore prælibet ſapore præcoquo, & tincturâ ſanctitatis præmaturè coloret: niſi etiam *laus naturæ* dicatur. Nimirùm natura humana de primordialis delicti contagio infamatur, quaſi nouercali odio filios deprauarit: aſt dum pudore ſcelus ſuffundit, & rubore illud patrandum feſtinatò prædamnat, velut quoddam ſemen virtutis illi adhuc ſubeſſe demonſtrat, dum impudentiam delinquendi arcet, & palam delinquere naturaliter erubeſcit præuento rationis officio. Quare verecundia ſententiosè dicitur à Bernardo, *vitæ decus, naturæ laus.*

5. Eccli. 26. v 19. Græcus.

Pergit idem Siracides Eccleſiaſtici cap. 26 *Gratia*, inquit, *ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata.* Pro *τὸ ſancta*, Græcè eſt, *fidelis*, quæ ſcilicet fidem Deo ac marito ſeruat caſtæ verecundiæ arbitrio. Mulier autem *pudorata* dicitur *gratia ſuper gratiam*, quia pudoris beneficio, ipſa omni Dei gratiâ, virtute, & ſanctitate cumulata, virum etiam ſuum abundè cumulat. Hæc autem gratia ſuper gratiam, quæ pudoris beneficio obuenit pudoratis, expoſuit Chryſoſtomus homil. 26. in Mat-

S. Chryſoſt. *Verecundia eſt vitiorum frenum, & virtutum fomes, ſeu fomentum.*

thæum, ſic fatus: *Pudor frequenter eſt frenum vitiorum.* ac ſi verecundo pudore, velut quodam lupatu petulantia vitiorum, & inſtigantium appetitionum inſanus furor refrenetur. Paſſiones inhibere, & frenare vitia, grandius verecundiæ elogium eſt, & homini maximè expetendum; ne in flagitiorum impudentium barathrum præcipiter rationis aurigatione contemptâ. Neque tantummodò pudor frenat vitia, & paſſiones continet:

S. Ambroſ.

Sed, vt ait Ambroſius lib. 1. offic. cap. 43. *Verecundia ab omni aliena luxu, ſobrietatem diligit, honeſtatem fouet.* Honeſtatis nomine omnis virtus innuitur. Verecundia porrò & vitiorum frenum, & *virtutum primitiæ, & fotus* eſt. Quid tam hominibus expetendum, quàm paſſionum frenum, & honeſtatis fomentum, ſeu virtutum fomes? Hinc *vitæ decus* verecundia nominatur.

6. Adhuc Eccleſiaſticus cap. 7. ita ſcribit: Noli diſcedere à muliere ſenſatâ & bonâ, quam ſortitus es in timore Domini: *Gratia enim Verecundiæ eius ſuper aurum.* Biblia Tigurina exſcribunt: *Nam venuſtas eius præſtantior eſt auro.* Sic eſt pretioſa Verecundiæ venuſtas! Quod inibi Cornelius ſic eruditè edisserit: *Verecundia in vxore magis rubet & rutilat quàm aurum. illius enim rubor eſt Virtutis tinctura, vt ait Diogenes: atque Arx pulchritudinis æquè ac caſtitatis, vt ait Diomedes.* Et ſanè Stobæus Serm. 31. narrat, quòd Pythias Ariſtotelis filia rogata, quónam colore pulcherrimè genæ pingerentur, reſponderit, *Colore Verecundiæ.* Vndè S. Gregorius Nazianzenus Orat. aduerſ. mulier. ambit. ſe ornantes: *Vnus*, ait, *color in mulieribus amabilis eſt, nimirùm, rubor ille quem Pudor gignit: quiquidèm à pictore noſtro* (Chriſto) *pingitur.* Et S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 18. *Pulchra virtus Verecundia, & ſuauis gratia:* &c Vnde concludit idem inibi Cornelius: *Hic igitur Rubor eſt purpura honeſtatis.* quaſi regia ſit virtus, quam *Ruboris purpura* adornat, inſignit, & regio throno ſumptuoſiùs ſublimat. Ecquis ruboris bonum erubeſcat?

Eccli. 7. v. 21. Tigurina. Cornelius. Diogenes apud Laertium. Diomedes apud Stobæ. ſerm. 72. *Addenſata verecundiæ prærogatiua.* S. Nazianz. S. Ambroſ. *Rubor eſt purpura virtutum.*

Talis eſt Verecundia, quæ peccatum præit, & præeundo vetat: nam alia ſera Verecundia peccato ſuccedanea, & illius commiſſi ſequela, nimis acerba eſt. De quâ Propheta Pſalmo 43. *Totâ die*, inquit, *Verecundia mea contra me eſt; & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Nimirùm tarda confuſio à peccato nata, quod hominem cæleſtibus diuinæ gratiæ veſtibus ſpoliat, nudúmque ac deformiter fœdum cælo ac inferis ſpectandum & ſubſannandum præbet. Poteſt fingi pudor maior, quam cùm ſe anima ſentit in oculis omnium voluntate ſua ſolitariam, nudam, exulem vitæ, hereditate exutam, gloriâ excluſam, inimicam Deo, ignium materiam æternorum, famulam Dæmonum, ludibrium hoſtium in omne æuum factam? O hanc peracerbè tardam peccati confuſionem, præpropera peccandi confuſio anticipet; & bona Verecundia verecundiam malam præeundo vetet. Animosè Anſelmus lib de Similit. cap. 190. *Si hinc*, ait, *peccati Pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & neceſſariò vni illorum haberem immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem. Mallem purus à peccato gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollutus cælorũ regna tenere.* Proh! tam eſt atrociter ſæuus *peccati Pudor*, & ſera Verecundia è commiſſo peccato crudeliter nata, vt deformior & acerbior inferno cenſeatur? Hiet licèt gehennæ barathrum, ſæuientibus flammis æternum ferale; tamen illius horror, mitior & expetibilior eſt, quàm *peccati Pudor.* De luxuriantibus Senum malè Iudicũ inſidiis ac minis, cernit Suſanna hinc dirum lapidum imbrem ſuum corpus atrociter tundentem; cernit ſuam, & ſuæ prælustris familiæ obſcœnam nimis infamiam; cernit funeſtam inhoneſtè mortem, ob ſeruatæ honeſtatis meritum; illinc *peccati Pudorem*; & ne hoc tormentum ſubeat, dire inhoneſtam præeligit mortem, mitiorem reputans illius horrorem, quam feralem *peccati Pudorem.*

7. Pſalm. 43. v. 16. *Peccati pudor eſt horribilior inferno.* Anſelm. Hic verſ. 22. & 23.

§. CXLIII.

§. CXLIII.

Crebra à ſeipſo mutatio, hominem deuenuſtat; immutabilitas, auguſtum Dei elogium eſt.

1\. *Senec. ep. 10. Miram eſt aut homo ſit ipſe per . . par ſibi, ac idem.*

MAximum hoc eſt (ait Seneca) & officium ſapientiæ & indicium, *vt ipſe vbique par ſibi, idémque ſit.* Nec dico ſapientem ſemper vno iturum gradu, ſed vnâ viâ. Vnam ſemel ad quam viuas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. Vitium eſt diuerſitas, & ſignum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem ſuum. Etiamnum dicam vndè ſit iſta inconſtantia, & diſſimilitudo rerum conſiliorúmque: Nemo propouit ſibi quid velit, nec ſi propoſuit, perſeuerat in eo, ſed tranſilit, nec tantum mutat, ſed redit, & in ea quæ deſeruit ac damnauit, reuoluitur. Quid eſt ſapientia? *Semper idem velle, atque idem nolle.* Neſciunt homines quid velint, niſi illo momento, quo volunt: in totum nulli velle aut nolle decretum eſt. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur. *Itaque pleriſque agitur vita per luſum.* Hactenus diſertiſſime pariter ac veriſſime Seneca.

Vita hominis per luſum agitur.

2\. *Tob. 5. v. 11. 12.*

Tobiæ 5. accerſitus è foro Azarias, id eſt, Raphaël Angelus, qui iuniorem Tobiam duceret in Mediam, ſeniorem Tobiam his verbis ſalutat: *Gaudium tibi ſit ſemper. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Sic eſt lux hominibus læta; vt ſine luce lætitia omnis exulet? Opinor, Tobiæ reſponſum precatiam Azariæ ſalutationem non exæquat. Cæco ſeni gaudium *ſemper* duraturum apprecatur Angelus: at bona lux eam videntibus, eáque perſpicaciter fruentibus, non ſemper gaudium affert. Sed eſto, *ſemper* afferret, & videntem exhilararet; nō ſemper lux adeſt: dies enim cum nocte vices reciprocat: luna enim cum Sole partitur imperium, & diei lux cum caligine noctis viciſſitudines alternat perpeti varietate, & commutatione diurnâ. Ergo adprecanti, vt *gaudium ſemper* habeat, inidoneè videtur reſpondere: *Quale gaudium mihi erit, qui lumen cæli non video?* Huc proculdubio alludit Auguſtinus in Pſalm. 89. *Noli ergo*, inquit, *velle gaudere in iſtis, ſed gaude in illâ luce, quæ non habet occaſum, gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus.* Nimirùm heſternus dies, qui præceſſit; & craſtinus, qui præcedet, hodierni diei lucem, quam videntur numero augere, egregiè minuunt, & mirè deuenuſtant; tum ne ſola & vnica ſit dies; tum vel maximè, quia etſi ortum habet, occaſum patitur: & dies qui albicantis auroræ ſplendore amicitur, lugubri tandem caligine in occaſu funeſtatur. Quis *gaudeat ſemper* in luce, quæ ex ſuo occaſu oritur; quæ orta ad ſuum properat occaſum? Tam inconſtanter conſtans varietas perpetuis mutationibus corporata, parere *ſemper gaudium* nequit. Ergo dumtaxat *gaude in illa luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus,* quæ non deuenuſtatur varietatis næuo, nec mutationibus temperatur, viciſſitudini ſemper obnoxia. Poſtquam mendaces malitioſè Senes Suſannam apud domeſticos adulterij accuſarunt, exſomnem mœſtiſſimè noctem Matrona traduxit. *Et facta eſt dies craſtina,* manè triſtior nocte; ad veſperum ipſo die hilarior.

Auguſt. Gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus.

Hic verſ. 27.

3\. *Pſalm. 4. v. 9. & 10.*

Regius Propheta Pſalmo 4. id precatur à Deo ſibi concedi: *In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Commentarius Græcus id de animi tranquillitate pulchre exponit, Theodoretus in Catenâ de proborum morte, Origenes ibidem de Chriſto in Paſſione à Diſcipulis deſerto, & ſolo in fide relicto. Docet enim Dauid, ſe Dei præſidio & prouidentiâ eſſe æquè ſecurum, ac ſi valido exercitu, & præſidiariis ſatellitibus ſtiparetur. A Deo enim venit hæc felicitas, quòd ſingulariter in ſpe conſtituamur, hoc eſt, quòd ſpes ſalutis noſtræ, in his quæ in nobis cælitùs ſunt ſingulariter nitatur, nec alienâ aliorum ope aut indigentiâ opus habeat. Eleganter ad hunc locum Chryſoſtomus ita ſcribit: *Quid eſt autem in idipſum? In meipſum, inquit, totus coactus & conuerſus, non in curas innumerabiles diuiſus, non quæ ſunt huius vel illius cogitans.* Quod explicatiùs inibi tradit Hugo Cardinalis: *In idipſum, id eſt, inuariabilis & immutabilis. Pax præſentis temporis non eſt in idipſum, quia ſæpe variatur & immutatur.* Itaque *in pace in idipſum* non requieſcit, qui mutabili pace, & variabili requie potitur. Vera pax, tranquilla requies vices non alternat, nec alternas viciſſitudines reciprocat. Niſi homo vbique ipſe, par ſibi, idémque ſit; niſi ex animoſo ſtrenuè propoſito, eadem velit, nolit eadem, ipſe ſemper, nunquam alius, hâc pace arcanâ *in idipſum* non fruitur, nec ſingulariter in ſpe conſtitutus eſt.

Græci Patres. Theodoret. Origenes. Corderius.

Pax in idipſum, eſt felicitas, quæ non alternat vices.

S. Chryſoſt.

Hugo Card.

4\. *Matth. 11. v. 7.*

Matthæi 11. Ioannis diſcipuli interrogationem de venturo Meſſiâ proponunt, & de prophetatis miraculis reſponſo accepto, diſcedunt. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: *Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* &c. Per arundinem vento agitatam, S. Gregorius homil. 9. in Ezechielem, intelligit inſtabilitatem. Arundo eſt doctrinæ inconſtantia, & morum leuitas, ad paſſionum auram flexilis, & de facili mobilis. Arundo igitur eſt inconſtantiæ & inconſtantis imago & ſymbolum, æque ac polypus, euripus, ventus, mulier. Vnde adagia: Polypi mentem habet: Euripus homo: Mulieris animus: vento, chamæleonte, Proteo mutabilior, cothurno verſatilior. Hanc non bonam inconſtantiæ ſuſpicionem, remouere à Ioanne ſeriò Chriſtus ſatagit, ne velut arundo cuilibet vento putetur flexilis. Audiendus eſt inibi incertus Chryſoſtomus: *Omnis homo carnalis, vacuus in fide, leuis in ſenſu, mollis in paſſionibus, arundo eſt.* Hanc arundineam hominis inconſtantiam eloquenter tradit Bernardus apud Tilmannum in 1. Corinth. 11. ſic fatus: *Ceterùm tu, cui firma ſatis propria ſalus nondum eſt, cui charitas adhuc aut nulla eſt, aut adeò tenera atque arundinea, quatenus*

S. Gregorius. Cornelius.

Imperfect.

S. Bernard. Tilmannus.

Inconſtantia hominem rationalem refingit in arundinem, cuili bet vento flexilem.

omni flatui cedat, omni credat ſpiritui, omni circumferatur doctrinæ vento: imò cui tanta eſt charitas, vt vltrà mandatum diligat proximum tuum pluſquam teipſum (attentiùs pende quæ ſubtexit verba) *& rurſum tantilla, vt contra mandatum fauore liqueſcat, pauore deficiat, perturbetur triſtitiâ, auaritiâ contrahatur, protrahatur ambitione, ſuſpicionibus inquietetur, conuiniys exagitetur, curis euiſceretur, honoribus tumeat, liuore tabeſcat.* Scilicet homo hiſce mutationibus corporatus, & varietatibus temperatus; ſic inconſtantiæ obnoxius, nunquam ipſe, ſemper alius, imò nunquam magis ipſe, quàm cùm à ſe alius; *Arundineus* homo eſt, & *arundo* potiùs quàm homo; de arundineâ citiùs mobilitate, quàm de rationali humanitate coalitus, homo varius, multiplex, à ſe monſtroſè diuiſus, mobilis potiùs arundo, quàm rationalis homo nuncupatur.

Iacobi 1. v. 17. Cornelius ibi.

5. Iacobi 1. Omne, inquit, datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Nempè apud Deum non eſt tranſmutatio in naturâ, eſſet enim quædam mors: Deus autem, qui eſt æternus, immortalis eſt. Vnde qui mutationem in Deo admitteret, mortem in eo inficiari non poſſet, quare non æternum, ſed mortalem Deum fingeret de mutationis infirmitate: *Omnis enim mutatio, quædam mortis imitatio eſt*, ait ſanctus Bernardus ſerm. 81. in Cantica. Cuius luculentam reddit rationem S Gregorius lib. 12. Moral. cap. 17. ſic fatus: *Quid mutabilitas, niſi mors quædam eſt? quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quaſi occidit quod fuerat, vt incipiat eſſe quod non erat. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: ipſa enim mutabilitas vmbra eſt, quæ quaſi obſcuraret lucem, ſi hanc per aliquas viciſſitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen vmbra viciſſitudinis intercidit.* Vnde in Canticis gemit ſponſa, donec *aſpiret dies*, æternitatis: & *inclinentur vmbræ*, mortalitatis & mutabilitatis. Itaque mutatio ſic eſt pernicioſè exitialis, vt mortem ſubornet: eſt enim *quædam mortis imitatio*: nam *dum rem quamlibet in aliud mutat, quaſi occidit quod fuerat, vt incipiat eſſe quod non erat.* Heu tot votorum ſtrages, tot conſiliorum mortes, tot rerum cadauera ab humanâ inconſtantiâ, quæ mera laniena eſt, & propoſitorum funus, mortis ac mortalitatis ſemper candidata!

S.Bernard.

S Gregor. *Mutatio, quædam funeſta mortis imitatio eſt.*

Cantic. 4. v. 6.

Iacobi 1. v. 17. *Dei natura antitheſibus explicatur, ne mutabilis cenſeatur.*

6. Redeat iterùm locus ſemel expenſus, aliter ad rem expendẽdus: *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Porrò apud Deum non eſt mutatio accidentalis; rerum enim varietas eſt, quæ Dei putatur euariatio; nempè quòd priùs voluit, poſteà nolit; vt amet quod priùs oderat: vt ignorare dicatur, quod anteà ſciuiſſe conſtat; quod irâ, metu, lætitiâ, gaudio, pœnitudine, aliáve paſſione agatur. Sapienter Auguſtinus lib. 1. Confeſſ. cap. 4. Deum alloquens, ita ſcribit: *Amas, nec æſtuas: zelas, & ſecurus es: pœnitet te, & non doles: iraſceris, & tranquillus es: opera mutas, & non mutas conſilium*, quod eſt diuinæ immutabilitatis ſacramentum, arcana conſtantiæ meta, & acerrimæ de mortalitate vindiciæ. Sine æſtu amat, ſecurus præcauet, pœnitens gaudet, tranquillus iraſcitur, omniſcius neſcit, beatus dolet, dolens lætatur, quaſi Dei natura ſit antitheſeos myſterium, ne vllam mutationem admittat immortalis Deitas.

S. Auguſt.

Pſalm. 101. v. 28. Corderi ibi. *Apud quem non eſt transmutatio, enim idem ipſe.*

Pſalmo 101. ſic occinit regius Vates, Deum modulatè alloquens: *Tu autem*, inquit, *idem ipſe es; & anni tui non deficient.* Scilicet immutabilis eſt: nulla enim quantumuis minima poteſt ei fieri acceſſio vel deceſſio; non ſubſtantiæ, non potentiæ, non magnitudinis, non perfectionis, non intellectionis, non volitionis; non loci, non ſitûs, non modi alicuius, qualiſcumque demùm is ſit. Deus enim *idem ipſe* ſemper eſt. Ratio autem huius immutabilitatis eſt; quia quicquid in ſe habet vel habere poteſt, habet actu per ſuam eſſentiam: vnde non poteſt ei noui aliquid accedere vel decedere, niſi eſſentia aliquo modo varietur, quæ prorsùs eſt immutabilis; vtpotè infinitè ſupra omne mutabile eleuata; alioqui non foret ſemper *idem ipſe*, ſed alius à ſeipſo. *Apud quem non eſt tranſmutatio*, ait Iacobus: vel vt excribit Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *Apud quem non eſt differentia*: non enim differt à ſeipſo, qui *idem ipſe* ſemper eſt. Non enim *deficiunt anni*, in eo qui *idem ipſe* eſt, fuit, atque erit. Nam ipſe Moyſi dixit: *Ego ſum qui ſum*, Hebraicè habetur: *Ego ſum qui ero.* Anni enim in eo qui non mutatur, abuſiuè dicuntur: Deus enim nunc integrè eſt, quod æternum erit: *Apud quem non eſt differentia.* Luculenter Bernardus ſerm. 51. in Cantica: *Deus eſt qui eſt: in ſuâ naturâ tam ſimplex, vt non habeat partes; tam vnus, vt non habeat numeros. Sapientiæ eius non eſt numerus.* Et alibi ſic addubitat: *Quid ſibi vult iſte abſque numero numerus? Si tria quomodo non numerus? Si vnum, vbi numerus? Sed habeo quid numerem; & quid non numerem ſubſtantia vna eſt, perſonæ tres.* In Deo eſt alter & alter; ſed adeò eſt vniſſimus, vt non ſit aliud & aliud: eſt enim ſemper *idem ipſe*: quia eſt per eſſentiam *æternus*, ſub quo attributo illum hîc inuocat Suſanna.

Iacobi 1. v. 17. S.Hieron.

Exod. 3.

S.Bernard.

Pſalm. 146 v. 5.

S.Bernard. l. 5. de conſid.

Quomodo in Deo detur numerus & non detur. Hic vers. 42.

---

§. CXLIV.

Arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat.

NEſcit homo gloriæ appetens, in quo gloria ſita eſt, quódve ſit veræ gloriæ argumentum. Verè ac bellè Seneca. *O quam ignorant homines cupidi gloriæ, quid illa ſit, & quemadmodum petenda!* Profectò ſi te videro celebrem ſecundis vocibus vulgi: ſi intrante te, clamor, plauſus, & pantomimica ornamenta obſtrepuerint, ſi totâ ciuitate te fœminæ puerique laudauerint, quid ni ego te miſerear, cùm ſciam quæ via ad iſtum fauorem ferat, quàm ſit falſata & infida humanæ gloriæ fides. Foris ſplendidè nitet, intùs ſordidè ſqualet. O quoties ipſæ delitiæ vexant, honor 1.

Seneca. *Ignorant homines cupidi gloria quid illa ſit, & quemadmodum petenda.*

honor vituperat, dignitas augit, & gloria reddit in...ium. Christiana ſolum philoſophia... verum bonum ... it, verà gloria po... ramque e peruerſo excudit, dum e... hilarat doloribus, ſiti ac fame ſaciat, dehoneſtamentis nobilitat, cruciatibus delectat, & calamitatibus feliciter beat. Sub his malis bonum latet, & virtutis ſumma v...ias agit.... Mundus ad hæc cæcus eſt, ... Euang...j collyrio moculetur. Sic diuina prouidentia in rebus humanis ludit!

Ioannis 20. Chriſtus Deus reſurrectionis gloria præfulgens, collegio Apoſtolorum videndus adeſt, nec iam Thomas deeſt: Venit Ieſus ianuis clauſis & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.* Thomas videbat tangebatque hominem, & confitebatur Deum, cuius diuinitatem non videbat neque tangebat, ſed per hoc quod videbat atque tangebat, illud iam remota dubitatione credebat. Et ſane mirabilſimum eſt, & attenta expenſione ligni limum, quòd Chriſtus vt ſe pręnbet De..., non tam gloriæ reſurrectionis, quas oculis cernebat Thomas, quàm cicatrices & ignominias paſſionis allegat; eáſque ſiſtit tanquam teſtes, quibus ſumptuoſiorem diuinitatis gloriam manifeſtè comprobet. Quâ de re ſic pulchre philoſophatur Emiſſenus homil. 9. de Paſcha: *Oſtendit ergo manus & latus*, inquit. *Neceſſarium enim erat vt manifeſtarum præſens expreſſio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem: quia ſplendor nouæ lucis priſtinam obduxerat veritatem, & agnitionem quodammodo claritas obſcurauerat. Viſis ergo cicatricibus reſpondit Thomas, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Nouo genere veſtigia vulnerum, Diuinitati præbent teſtimonium.* Ecce tibi auguſtè præclara Dominicæ Reſurrectionis claritas, ſi ignominioſe ac cruentæ abiectiſſimam Paſſionis caliginem obſcuret, ſplendorem diuinitatis in ... Chriſto non benè arguit, & malignè prodit. Ergo vt appareat Chriſti diuinitas in Reſurrectione, illius præluſtris claritas non obſcuret Paſſionis vulnera, ignominias, obſcuritatem; ſed potiùs cicatrices illuminet, vt dum luce Reſurrectionis cicatrices Paſſionis apparent, de harum obſcuritate manifeſtetur diuinitas corporati Verbi, qui eſt ſplendor Patris, lumen de lumine, & candor lucis æternæ. *Oſtendit ergo manus & latus. Neceſſarium enim erat vt manifeſtarum præſens expreſſio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem: quia ſplendor nouæ lucis priſtinam obduxerat veritatem, & agnitionem quodammodo claritas obſcurauerat.* Itaque claritas Reſurrectionis, nondum luce ſua obſcurat Paſſionis cicatrices obſcuriſſimas; ſed dum eas clarat & perſpicaciùs manifeſtat, diuinitatis in Chriſto ſplendorem e diuerſo illuſtriùs oſtendit. Sibi accinit idem Emiſſenus h... de Symbolo. *Confirmatio mortis, eſt dilatio reſurrectionis: & è contrario mortis veritas, reſurrectionis auctoritas eſt.* Et homil. 10. de Paſchâ adhuc luculentius: *Oſtendit ergo manus & latus, ne ſubito non eadem caro crederetur reſurrexiſſe, quæ paſſa eſt: ne cauſſam ipſam gloriæ, obſcuraret fortaſſe lux gloriæ, & ſplendor reſurrectionis, fidem obduceret veritatis.* Adeò autem magnus hic Doctor in hac cogitatione complacet, vt eamdem inculcauerit hom. 1. de Aſcenſione, ſic fatus: *Thomas perfoſſum conſpiciens latus, & per clauorum ſigna carnalia Deum eſſe teſtatus eſt. Tu in Deitate tuâ per huius agnitus cicatrices.*

3. Regum 17. ſæuiente fame per aridâ regionis ſterilitate, Elias Dei iuſſu ad mulierem Sarephtanam alendus mittitur. Surrexit ergo Propheta, & abiit in Sarephta Sidoniorum: cúmque ad portam ciuitatis perueniſſet, à muliere viduâ bucellam panis ſupplex petit. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ: *En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam* (coquam *illum mihi & filio meo.* Quæ verba elucidans S. Auguſtinus ſerm. 101. de Tempore, Allegoricè notat per *duo ligna* ſignificari crucem Chriſti: in eâ enim ſunt duo ligna, ſcilicet vnum erectum, alterum tranſuerſum. Et ſane mirum eſt, quod aliquid tranſuerſum inueniatur in perfectionis Euangelicæ perfectiſſimo ſymbolo, nimirùm in Chriſti Dei cruce omnibus imitandâ. Luculenter Anonymus lib. 3. hom. 8. cap. 4. *Vidua Sarephtana*, inquit, *ſic duo ligna colligit gemina dilectionis, quibus figuram facit ſanctæ crucis, lignis in tranſuerſum ſibi ſuperpoſitis. Non fit crux recta, niſi tranſuerſa ſint ligna diſpoſita. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia, & peruerſitas ipſa. Peruerſitas peruertit ligna, & fit non peruerſa, ſed recta crucis figura. Neſcientibus hominibus quicquid vult, facit Deus in hominibus.* O bona myſtice peruerſitas, ſine qua recta ſaluatoris crux conſtare non poteſt! Ecquis crederet, & ſibi ſeri perſuaderet ſummum Euangelicæ perfectionis, & rei Chriſtianæ negotium *peruerſitatibus* componi, & obliquitatibus conſtare: Rectiſſima peruerſitas eſt, quæ virtutum rectitudini, & diuinæ prouidentiæ ita obſequenter ancillatur. Vel peruerſitatibus ſumma virtus & perfectio conflatur, & conſtat? Quid tam obliquum, diſtortum ac peruerſum, quàm innocentia enormioris flagitij rea, quam purior caſtitas fœdioris propudij damnata? Verùm hæc Suſannæ tragœdia, felici tandem cataſtrophe, illius famam micantiùs clarat, pudicitiam nobilitat, & nobili auctario Matronæ virtutem mirè auget, & e peruerſo commendat: inde ſplendidior euadens, vnde credi poterat obſcurata. O præcoqua Dominicæ crucis ſacramenta iam olim in Suſannâ adumbrata! *Peruerſitas peruertit ligna, & fit non peruerſa, ſed recta crucis figura. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia & peruerſitas ipſa*, nec tantum aliena, ſed etiam propria. De quo aliàs.

3\. 3. Reg. 17. v. 11. S. August. Anonymus. Ad Rom. 8. v. 28. E peruerſitatibus lignorū fit crux rect. Hic verſ. 27. &c.

4\. Matthæi 11. his verbis Chriſtus Deus homines ad ſe allicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis* (Syrus, *qui feſſi eſtis*, *& baiulatis onera.* Arabicus, *labore attriti, & grauati*

Matth. 11. v. 28. Syrus. Arabicus.

grauati onere,) & ego reficiam vos. Et quomodo tanto onere grauatos & oppreſſus reficiet? Opinor, pondus, quo grauantur, minuendo, aut onus ex humeris deponendo. Imò dum nouum pondus ſuperponit, quæ eſt Euangelij antitheſis. *Tollite*, inquit, *iugum meum ſuper vos.* Laborantes ſcilicet ad refectionem inuitat, ad requiem prouocat oneratos; non tamen onus ſubtrahit, aut laborem: magis autem onere alio, alio labore, onus ſubleuat & laborem. Appoſite Bernardus epiſt. 141. ad Monachos: *In vià vitæ*, inquit, *quò citiùs, eò faciliùs curritur: & leue ſaluatoris onus quò creſcit ampliùs, eò portabilius eſt. Nónne & auiculas leuat, non onerat pennarum ſiue plumarum numeroſitas ipſa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplinam Chriſti, ſic ſuaue iugum, ſic onus leue quod deponimus, eò deprimimur ipſi; quia portat potiùs quàm portatur.* Mi[illegible] ſanè eſt vt in via virtutis, ad quam pedibus emetiendam ſic eſt homo tardus ac pergrauis, quò velocius, eò expromptius ac expeditius curtat; indéque laborem minuat, vnde credi poterat moleſtiùs prægrauari. *Quò citiùs, eo faciliùs currit.* Exinde per naturales virtutum conſequentias, graui iugo reficitur; onere non premitur, ſed leuatur: ſicut volucres plumeâ ſarcinâ agi[illegible]tatem fœnerant: iugum enim Chriſti, & eius onus *portat potiùs quàm portatur.*

Matth. 11. v. 29.
Via virtutis quò citiùs, eò feliciùs curritur.
S. Bernard.
Onus Chriſti portat potiùs quàm portatur.

5. Matthæi 25. in numeroſo illo omnium hominum theatro, præſentibus adhuc reprobis, de ore Chriſti Dei audient prædeſtinati: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Arabicus, *ante conſtitutionem mundi.* O quam ſuauis & beata electis accidet hæc Chriſti vox! Quantas illi agent gratias, quòd cæleſti felicitate beantur! quòd ante mundi conſtitutionem, empyreas cæli ſedes illis præparauerit. Sed, opinor, damnatiſſimis etiam reprobis paratæ ſunt; non vt illis beatè fruantur, ſed vt eiſdem acerbiùs excrucientur. Audiendus eſt hac de re Euſebius Emiſſenus hom. 2. de ſymbolo: *Omnes*, ait, *reſurrecturi ſunt, boni & mali. Iuſti, vt percipiant quæ meruerunt: Iniuſti, vt videant quæ perdiderunt, reportaturi ſecum primam pœnam alienæ beatitudinis conſcientiam.* Itaque olympia cæli gloria ante mundi conſtitutionem parata, vt æternum iuſtos ſeliciter, eſt *prima pœna* damnatorum, quâ è diuerſo infelicitatur. Hem! quis crederet, quòd empyrea cæli ſedes præparata à Deo ſit, vt ſit etiam *prima pœna*, quà miſeros damnatos acerbius excruciet? Infernalia gehennæ cruciamenta, in cæleſti Beatorum gloriâ dedicantur? O arcana rerum velut peruerſitas! ô profundum diuinæ prouidentiæ ſacramentum! Deus, Deus eſt, qui cicatricum ignominiis, ſuæ Diuinitatis gloriam probat, qui recta facit peruerſitatibus, qui nouo onere alleuat feſſos, qui empyreâ gloriâ infelicitat.

Matth. 25. v. 34.
Arabicus.
Aliorum beatitudo, prima damnatorum pœna eſt.
Emiſſenus.

6. Geneſeos 18. Angelos ſub humanâ ſpecie lauto hoſpi[t]io Abrahamus excepit. At illi hoſpitibus non ingrati, Saræ improli prolem certiſſime ſpondent. Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare riſit Sara? *Negauit* [illegible] *ara, dicens: Non riſi: timore perterrita.* E cur Angel[i] gratiæ ferunt, quod Sara rideat [illegible]um, hoc e[ſ]t, I[ſ]aacu[m] par[t]ura? Iſaac autem *riſum* ſignificare, ne[mo] eſt tam biblice imperitus qui neſciat. I[ll]o rideat Sara antequam Iſaacum, id eſt, [illegible] c[onci]piat; rideat cùm vterum gerit, Iſaaci grauida; corrideant illi quotquot prægnantem vident, quotquot peperiſſe audiunt, cernuntque in ſenectâ diu iam effœta, riſum lactare. Sed *negauit Sara, dicens: Non riſi: timore perterrita.* Quid metuit? cur timet [illegible] h[illegible] Hebræus Philo aliàs expenſus: *Sara ſe riſiſſe negauit, verita ne gaudium, quod* [illegible] *conuenit, ſolius Dei rem vſurpaſſe videretur.* Scilicet cum gaudium Deus largi[tu]s d[o]nat, cùm Abrahami fami[li]a ti[t]u læt[itia] [illegible] ſcit, de optatiſſimi Iſaaci ortu, quo to[ta] domus gaud[io] exundat; tunc velut [illegible] tus, expo[ſt]ulat de Saræ riſu; & q[uaſ]i Saræ riſum inuiderit, illum ſibi [illegible] pat, quaſi illum vberius vſurpet, [illegible] dunat.

Gen. 18. [illegible]
Iſaac [illegible] *riſus* [illegible] *Deus* [illegible]
[illegible]
quaſi ſuum [illegible] *vſurpat.*

§. · C X L V.

In laſciuo blandiùs amore, ſeriniùs durè furor latet.

GRatuita nobis videntur, quæ cariſſimè conſtant. Ea ſola putamus emi, pro quibus pecuniâ ſoluimus; ea gratuita vocamus, pro quibus nos ipſos impendimus: adeo nihil eſt cuique ſe vilius. Videamus hoc quod concupiſcimus, quanti deferatur: ſæpè maximum pretium eſt, pro quo nullum datur. Maximum Veneris pretium putantur monilia, veſtes, & nummi meretrici adamatæ dono elargita; nec computatur damnum corporis vniuerſi, quod impudicè meretricando impenditur: *Homo*, ait Clemens Alexandrinus, *ex homine naſcitur, & e[uelli]tur. Vide damni magnitudinem: totus homo per exinanitionem corporis abſtrahitur. Dicit enim, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne meâ. Homo enim tantum exinanitur ſemine, quantus videtur corpore; eſt enim generationis initium id, quod recedit.* Ecce tibi generatio, quæ tota libidine peragitur, magno hominis detrimento fit; & ſe à ſeipſo *euellitur*, ſéque euacuat ſeipſo, vt libidine deſpumata alius ex ipſo naſcatur. Quare de Veneris ſacrario fit, vt veneream crudelitatem, libido aduerſùs libidinoſum primò dedicet, ad quam in alios exercendam luxu blandè lenocinante duriùs efferatur, quaſi concupiſcentia, quò gratiùs mulcet, & voluptate male dulci ſibi blanditur, eò inhumaniùs in alios deſæuiat. Heu blandior libido duræ crudelitatis conceptaculum eſt; inde inhumanitatem fœnerataus, vnde credi poterat blanditiem mutuare! Nec mirùm, quod libido, cuius initium à crudelitate in ſeipſam eſt, ſic inſtiget ad ſæuitiam in alios: ſicque quod cœpit in humana blanditie, indu[it] ſæuius inhumanitate conſum[matu]r. 1

Homo [illegible] *nerat* [illegible] *ex h*[illegible] *naſ*[illegible] *en*[illegible]
Clem. [illegible] Pæd. [illegible] c. 10.
Gen. [illegible]
Blanda [illegible] *de in*[illegible] *crud*[illegible]

Hi nequam Senes blandæ concupiſcentiæ lenocinio 2.

lenocinio duriter crudeliſſimi, ob caſtum tenuium comminatam Suſannæ mortem atrociùs machinantur. Exſomni curâ immeritas Matronæ ſtrages totâ illâ nocte meditantur: & cruentæ ac probroſæ fraudis obſcura caligo præcurrit auroræ. Et facta eſt dies craſtina. Cúmque veniſſet populus ad
Hic verſ.28. Ioachim virum Suſannæ, *venerunt & duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam vt interficerent eam.* Quod enorme facinus quãtociùs ex qui ſolletter feſtinant. Proh fides, verita , At ea, æquitas! Et vbi eſt tenerrimus ille amor quo nuper Suſannam flagrantius deperibant? Vbi eſt amoris natura ad beneficentiam effuſior? Sic beneuolentia ferocit: Sic dilectio in vltrices tabidè itas ignobiliter degenerat: O mitiſſimam amoris venerei metamorphoſim, quâ humanior beneuolentia in odium belluinum ac inhumanum exprompte transformatur! Sapienter Plato poſtquam triplicem amoris differentiam diſtinxit, ſubdit: *Tres iſti amores tria nomina ſortiuntur; contemplatiui hominis, amor diuinus, actiui, humanus; voluptuoſi, ferinus dicitur.* Profectò voluptuoſus libidinis amor, vulgo putatur brutus, inſanus, pecuinus, cùm inſtar mutæ pecudis cæcâ veneris appetentia ſufflammatus ad voluptabilia exæſtuat. Ceterùm nõ dicitur fatuè pecuinus, ſed immaniter *ferinus*; quaſi perinde ſit *voluptuoſus* ac *ferinus* amor. Sic amans amore efferatur? Parùm eſſet, quòd amor eſſet in furoris confinio: niſi ipſe *voluptuoſus amor* ſic vicinaretur furori, ſic ferarum naturam exprimeret, vt *ferinus amor diceretur.* Vide hîc efferatum Senum amorem, qui ſic immaniter in dilectam ferocit, dum in dilectionis officinâ ſtrages procudit: *Voluptuoſi, ferinus amor dicitur.*

3. Geneſeos 39. ſtrenuus luctator Ioſeph adoleſcentulus inducitur, in eâ ætate ac formâ, quam eius domina affectuum ſeruula, perditiſſimè adamauit, Oculorum verborúmque pellacia, adoleſcentis continentiam validiſſime tentabat. Namque ipſa affectibus diuendita, voluptuoſis inceſſanter blanditiis charam Ioſepho caſtitatem emere ſatagebat. Tandem tenaci manu Ioſephi renuentis apprehenſâ laciniâ, eum ad ſtuprum pertrahebat. Ille verò veſte, id eſt, libidinis anſâ apud eam relictâ, vincit fugâ validam luxuriæ manum. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, familiam ſucclamando conuocat, & tanquam attentati lenocinij reum accuſat Ioſephum. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum: quem
39.v.19. furens ipſa in furorem agit: *His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valdè: tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.* Appoſitè ibi notat Chryſoſtomus: *Hoc modo ſe habet malitia, ſemper contra virtutem pugnat, & ei ſua peccata affricare & impingere vult, id quod & hæc faciebat, adoleſcentem quaſi intemperantem criminans, & ſe continentia larua induit, & dicit, propter hoc & illum veſtes reliquiſſe*, (quæ fuit etiam truculenta horum Senum fraus, dum ſuam incontinentiam caſtiſſimæ Suſannæ impingunt.) Quid tam amori peregrinum, quam ſuum ſceleſtiùs crimen in rem chariùs amatam mentitâ fide tegerere? Parùm hoc niſi ſqualorem carceris, & mortis reatum pudico adoleſcenti adultera moliretur. Tantæne amoribus iræ? Sicne amorum blandities in ſæuum furorem atrocitet obdutatur? Eleganter Seleucienſis Baſilius orat. 8. ita de hac re ſcribit: *Luxuria verò dux Diabolus amorem in iram conuertit, & ex impudenti deſiderio procudit arma, linguámque accuſatricem ſuſcitat.* Baſilio amiciſſimo adnuit Chryſoſtomus, ſic inibi fatus:

Dæmon ex impudenti amore procudit ſæuitiæ arma.

Baſil. Seleuc.

S. Chryſoſt.

Pudicum iuuenem, ait, *patrona appetit impudica, vt Diabolus, qui in eius necem fratres armauerat, contra eum armaret & feminam.* Ecce veneris amor in furorem impotenter crudeliſſimum è diuerſo conuertitur; & tenera blandè dilectio concupiſcentiæ lenocinio ſic inhumane ferocit, vt in deſiderij impudentis officinâ, ſæuitiæ arma atrociùs procudantur: indéque peramans Ioſephi mulicrcula ſtrages barbarice meditatur, vnde blanditias luxuriæ laſciuientis nuper cogitabat. Itaque parùm fuit Diabolo fraternum amorem contra Ioſephum armaſſe, niſi adulteræ etiam amorem oppidò flagrantiorem armaſſet. Sic ingens tenerè amor exaſperatus crudeliter furit: quaſi amor ſit odij officina, & ſæuitiæ conceptaculum: adeo vt infernale Diabolorum odium, fraterno ac femineo amore ad inſaniorem ſæuitiam abutatur. *Quare Diabolus, qui in Ioſephi necem fratres armauerat, contra eum armaret & feminam.*

Fraternus, ac femineus amor in Ioſephum à diabolo armantur.

Geneſeos 3. interrogatus de crimine ſerpens dæmon, hanc fraudulentæ ſuadelæ ſententiam audit: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* LXX. Interpretes addunt Hebraico, *Super pectus & ventrem gradieris.* Super hac ſententiâ multa multi & ad litteram & ad mores, & nos ſparſim non paucula dedimus. Hebræus Philo lib. 2. Allegor. LXX. Interpretes de more ſecutus, ſic locum tempeſtiuè elucidat: *Super pectus & ventrem gradieris: circa has enim partes ſtabulatur affectus hic, pectus ventrémque. Quando præſtò eſt materia copiáque voluptatis circa ventrem, & quæ ſub ventrem ſita ſunt: quando autem his caret, circa pectus, vbi ſedes iræ eſt. Amatores enim voluptatum, ſi his deſtituantur, iraſcuntur, & exacerbantur.* Vide hinc acerbiores crudeliter iras, concupiſcentiæ appendices, per malitiæ nexum, & notiſſimas vitiorum conſequentias: de facili potiò blandus amor, ſi exaſperetur, in ſæuiores iras impotenter degenerat.

4. Gen. 3. v. 14.

LXX. Interp.

Philo.

Amor exacerbatus in acerbum furorem degenerat.

Prouerb. 5. ſic iuuenes de frenandâ libidine Salomon erudit: Ne des, inquit, alienis honorem tuum: *& annos tuos crudeli.* Pro τῷ *crudeli*, LXX. Interpretes habent, *immitibus*; alij *inſanabili*, quæ vox & actiuè & paſſiuè accipi poteſt peridoneè: alij ex Hebræâ radicè, *ſæuis*; quod de *belluis efferatis* à Commentatoribus accipitur: & à Ianſenio, Caietano, & Rodolpho de meretrice intelligitur. Quaſi dicat: *Ne tradas annos tuos crudeli*, id eſt, amori voluptuoſe laſciuo, ſeu libidini,

5. Prouerb. 5. v. 9.

Ianſenius. Caietanus. Rodulphus.

quæ

quæ omni ferâ truculentior & immanior eſt. Salazar. Ita indidem Salazar, ad quod elucidandum S. Baſilius. aduocat illud Baſilij homil. 11. in Hexaëm. *Sub laſciuo amore belluinus furor latet.* *Se vtique ad eius bruta animantis indolem transformaſſe dicitur, cui vitiosâ imitatione affinem ſe reddidit, ac familiarem: quocirca non vna in nobis ſe collatebrant feræ, da igitur operam iſtiuſmodi feris vt imperes.* Itaque laſciuus amor, etſi gratè blandiri videtur voluptatis lenocinio, *crudelis* tamen dicitur, *& efferatis belluis* patiatur: nam in voluptuoſi amoris ſtabulo, ſeu potiùs immanium belluarum caueâ, *non vna in nobis ſe collatebrant feræ.* *Libidinis vulnus dicitur inſanabile.* Hem! Sic ferina plurium ſimul belluarum rabies in leni amoris laſciui lenocinio ſtabulatur, collatebrat, & ferocit. Sic *crudeli*, id eſt, *inſanabili* plagâ atrociter ſauit: Sic in venereo amore non dubiis characteribus belluinus & *inſanabilis* furor legitur: Quiſquis amorem non præcauet, furorem neſcius incurrit. Quod latè & eleganter multis ediſſeruit Chryſoſtomus homil. 15. ex variis in Matthæum locis.

6. Marci 6. v. 17. & 18. Marci 6. Herodes libidine maleſuadâ, ad arbitrium ſalaciſſimæ adulteræ, & filiolæ impudentes ſaltatricis, Ioannem Baptiſtam, Chriſti Dei Præcurſorem, & Prophetarum maximum, capite truncat: *Miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.* Præmium impudicæ ſaltatricis mors eſt Prophetæ, inhoneſtæ mulcedinis merces, & cruentum luxuriæ ſtipendium. Ferculum laſciniæ debitum, crudelitati quoque debebatur. *Blanda libido innumeras cruentè ſtrages edit.* Et ſane ſtrages, quas in Ioannem libido edit, edidit etiam in Herodianam familiam: nam ipſe Herodes ab Aretha victus, in Gallias exulat, accuſante eum Agrippâ Herodiadis fratre. Et filiæ procacitet ſaltatrici caput per glaciem amputatum, in ipſâ glacie ſaltitauit. Ecce quot in vnâ familiâ ſtrages vna libido edidit; vt blanditiis, ſic & excidiis adſueta. Hinc egregiè ſcriptum eſt a S. Zeno. S. Zenone Veronenſi, ſerm. de Pudicitiâ: *Concupiſcentia libidinis mercedem, vel maximè parentum, filiorum, maritorum, vxorúmque in mortibus poſuit.* O impie barbaricam blandæ libidinis ſæuitiam! Heu quot cædes luxuria atrociter edit! Tota madet familia, adulterij ſanguine cruentata.

§. CXLVI.

Triſtitia, triumphalis lætitiæ exilium eſt, cordis malignitas, irrationalis plaga, & puſillanimitatis ſordida matrix.

1. Lætitia ob rectè factum, elata magnificáque eſt; dum enim virtuti adridet, il am approbat, & animitus fundat, & vel ad ardua eius facinora perſtat alacris. Exin gaudere lætarique proprium & naturale virtutis eſt; angi verò, non ex dignitate eius, non magis Seneca l. 3. de Ira. c. 6. quam mœrere. Et ſanè *iracundia triſtitia comes eſt, & in hanc omnis ira vel poſt pœnitentiam, vel poſt repulſam reuoluitur.* Nec modò triſtitia eſt iracundiæ comes, ſed & reliqua vitia fouet, nutrit, incrementat. A mœſtitudine enim torpor virtutum eſt; & earum languor, triſtitiæ ſequela. Quanta vi [illegible] *Triſtitia [illegible]* non hebetat & [illegible] mœror. quæ vitia non ſuſtl[illegible] mniat, ſi forte inde aliqua affulgeat conſolatio: Sigillatim inde vitia aulmitus ſollicitat, & precarium ab eis ſolatium expoſcit: quare triſtitia prauitatum omnium matrix eſt, & fœcundum vitiorum conceptaculum. Nil pudet, dummodo mœrorem excutiat. Inde de virtutis tædio puſillanimis eſt ad bonum; & peruerſâ in malum [illegible] rate [illegible] nimoſius audet. Quid non a[illegible] in Gen 4 mœſtitudine obrutus. Nefanda [illegible] ſcelera, mœroris ſoboles eſt. Ab ignobiliter [illegible] a parente, quid nō impiū, inf[illegible], ac [illegible] neratum expectes: Hoſce natales agr[illegible] degeratio, quæ prauitas puſillanimitet [illegible], ab hac ignobili matrice ducit originem & triſtitiæ ſucco ad nefas omne fœcundatur. Triſtitia è Suſannæ repulſa [illegible] concepta, hos Hic male iudices, & [illegible], adegit ad tot ſceleruſe flagitia, atrociter [illegible] quæ durâ lapidatione, & ſtixione [illegible], aut ne [illegible] quidem expiarunt. Hæc ſcelera, hæc ſupplicia, proſus [illegible] ſtipendia ſunt. O [illegible] centum.

1 Reg. 1. Elcana vir [illegible], duas habuit vxores, Annam [illegible] *[illegible] triſtitiæ [illegible]* dilectam, & Phenennam liberis auctam. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes. Annæ autem dedit partem vnam *triſtis*, quia Annam diligebat. Pro τὸ *triſtis*, LXX. Interpretes excudunt, LXX. *ſecundum faciem*, Rabbi Ioſeph vertit, *partem R. I[illegible]* *irarum & triſtitiæ*; Pagninus *partem cum ira* Pagninus. *vel furore*, qua [illegible], quæ in *facie* apparere ſinitur, per [illegible] ac *furor*, quo mœſtus inſanè ſui impotens ferocit. De quò aliàs. Pergit facer Hiſtoricus, & Phenennam feliciter fœcundam, & inde accipientem plures *partes*, inducit inſultantem Annæ improli, quòd *vnam* dumtaxat *partem* acceperit. Porrò Anna flebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: *Anna, cur fles? & quare non comedis. & quam ob rem affligitur cor tuum?* Pro τὸ *quam ob rem affligitur cor tuum?* in Hebræo ſcribitur de futuro, *Quid* Heb[illegible] *male habebit cor tuum?* Nempè Annam diligens Elcana, non tam angitur de triſtitia, *Triſtit[illegible] minatur vexat.* quæ di[illegible] Annam tunc diuexat, quam de triſtitiæ in poſterum minis: *Quid malè*, inquit, *habebit cor tuum?* Imò e malo triſtitiæ ſucco, quid mali non bibat & hauriat. Mœſtitia quidem terra radix eſt [illegible] e quâ omnia mala pullulabunt. Hæc mala è mœrore impendentia, Elcana præcludere feſtinat. Alij autem ex Hebræo vertunt, *Quam ob* He[illegible] *rem malignatur cor tuum:* quaſi *cor affligi* & *Triſtitia [illegible] dus, mali[illegible] quæret* triſtari, perinde ſit ac *malignari*, ac [illegible] *cordis malignitas*, ſynonymum *afflictionis* ſeu triſtitiæ ſit. Quid ſceleroſius *cordis malignitate?* quid terra mœſtitudine nequius? E cordis *malignitate* omnia flagitia prurìunt, inteſtino ſcelerum omnium conceptaculo; idem de triſtitiâ putare licet. Totius malitiæ cumulus *in cordis malignitate* conſiſtit; qui ergo triſtitiam

non

non cohibet, cordis *malignitatem* exambit. Hinc iracundia, furor, fraus, ſæuitia, & reliqui morum peſtes oriuntur. Has caue cum Suſanna, captiuitatis triſtitiam fallente, iucunda florentis viridarij amœnitate: & præcipue Dei conuerſatione, in quâ a primis cunabulis inſtituta erat. Nemo in Suſannæ viridarium culpet, nec culpet balneos: aliqua honeſta recreatio omnes decet, præſertim in ſeliciter captiuos generoſe nobiles, ne triſtitiæ fluctibus male ſorbeantur, religionis & virtutis naufragio.

Pſalmo 4 ſic pangit regius Vates: Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ. *In tribulatione dilataſti mihi.* Hic Pſalmus a Græcis Patribus in Tituli expoſitione, *triumphalis* appellatur, ab hac proculdubio *dilatatione* Dauidi facta. Sed non conuenit inter Expoſitores, quæ ſit hæc *dilatatio.* S. Thomas de Dauide accipit *dilatationem* pro amplitudine poteſtate, quaſi regni *dilatatio* anxiam tribulatione mitigauerit. Lyranus capit pro maiori ſpatio loci, & pro maiori libertate huc illuc que excurrendi; ſcilicet hoſtibus, à quibus in arctum redigebatur, diſſipatis atque ſublatis. Sanè ˹eſt˺ moleſtum non amplo ſpatij loco coarctari! Chryſoſtomus in Catena accipit pro magnanimitatis dono in ipſis tribulationibus; ipſas enim patienti magnanimitas lenit & exarmat. Græcus Commentarius id explicat de virtutis incremento: virtus quippe ita animum *dilatat*, vt de rebus aſperis & difficilibus gaudeat. Hanc latitudinem inter anguſtias Dauid inuenerat, inuenerat & Suſanna, aiens, *Anguſtiæ ſunt mihi vndique,* cum demùm dicere potuit: *In tribulatatione dilataſti mihi*, id eſt, cùm in anguſtum eſſem redacta, nec modus euadendi adeſſet, quaſi eruptione factâ, mihi viam derepente aperuiſti, & per Danielem *dilataſti.* Cæterum Græci Patres in Paraphraſi apud Corderium, propiùs ad rem ſic locum exponunt: *In tribulatione dilataſti mihi. Non dixit, Tranſtuliſti tribulationes, ſed ijs manentibus dilatationem mihi præbuiſti. Tribulatio enim animam contrahit gaudium verò diffundit.* Accinit Chryſoſtomus ſuper eum Pſalmi locum: *Non dixit, non adduxiſti afflictionem, neque ſuſtuliſti tentationes ſed ſtare permiſiſti, & dilataſti mihi.* Quaſi dicat Propheta: Quantumuis anguſtiæ me vndique coarctent, tribulatio diutius premat, calamitas atrociùs vexet, ærumnæ vndequaque fatigent, tentationes viuaciùs vrgeant; dummodò abſit triſtitia, quæ cor anguſtè contrahit, auguſte victorialis exulto. Tribulationes *ſtare permiſiſti, ſed dilataſti mihi. Tribulatio enim animam contrahit, gaudium verò diffundit.* In anguſtâ tribulatione abeſt triſtitia, cùm per te mihi adeſt dilatati cordis alacritas. Quare tam longè abſum, vt tribulationibus anguſtier & tentationibus premar, cùm *dilatatio* triſtitiæ anguſtias excuſſerit, vt poſſim cum Paullo illas magnanimiter laceſſere, vincere, detriumphare; vnde hic Pſalmus inſcribitur *triumphalis*: ex *dilatatione* ... cùm abſit triſtitia, adſitque alacritas, ... ac magnanimus exurgo, vt intrepidus ... ˹tribulationes˺ ... am, vt alacris nil non audeam. Sic eſt profundus mœror animæ perniciosus!

P. Didac. Celada in Suſannam.

4\. Sic ˹Ecc˺les Eccleſiaſtici 25 ˹hanc˺ gnomen propoſuit: *Omnis plaga, triſtitia cordis eſt.* Cùm difficile videatur quo pacto triſtitia poſſit eſſe *omnis plaga*, Biblia Tigurina excribunt: *Summa plaga eſt mœror animi.* Syrus, *Omnis plaga non eſt ſicut plaga cordis.* quaſi triſtitia antonomaſtice dicatur, *plaga cordis* ſeu *animi*, hæcque vna cùm ſit, ſit etiam *omnis plaga*, nempe vna omnes: quod quidem imperuium explicatu eſt, quumodò triſtitia eſſe poſſit *ſumma* & *omnis plaga.* Profectò omnis plaga eſt triſtitia, quia homines inqui rerum æſtimatores, non tam re, quàm rerum opinione triſtantur, perturbanturque & anguntur non rebus, ſed iis, quas de rebus habent, opinionibus. O quoties, quibus lætamur, vota ſunt inimicorum; & quibus mœſte angimur, æquum eſſet lætantes exultare! Quare triſtitia noſtra, aculeus omnium plagarum eſt, quæ non morſicarent viſcera, ſi hac cuſpide exarmarentur. Mitto hæc, de quibus alias multa, ˹ſi˺que ad lectores nauſeam. Dicitur etiam *ſumma plaga mœror animi*, quia animum aut mentem acerbius ferit; partem enim rationalem ... ˹cruciat˺, & ... cruentat. Pulchrè S. Paullinus Epiſt ad Pammachium. Deus triſtitiam, inquit, *præcidat, quod immoderato & irrationali cruciatu mentem noſtram conficit, quódque diutiùs fragilitas noſtra non valet ſuſtinere.* Parum foret, quòd mœror *immodico* tormento animum vreret, niſi *mentem irrationali cruciatu* acerbius lancinaret. Triſtitia porrò *irrationali cruciatu* hominé alioqui rationalem vexat: nam triſtitia ab homine ſponte acceſſitur, dum mœrendi cauſſas vltrò affectat, aut conſideratione non minuit, quò mœrendi occaſiones excutiat. Ergò qui immodice mœret, propè obbruteſcit, & a rationalitate deſciſcit, cùm triſtitiæ *irrationali cruciatu* moleſte angitur. Quare Siracides Eccleſiaſtici 30. ſubtiliter monet: *Triſtitiam ne des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo.* Vbi ex Ianſenio recte notat Cornelius: Non dicit, inquit, Ne vmquàm habeas triſtitiam in animâ, ſed *triſtitiam ne des animæ tuæ:* hoc eſt, ne ſinas triſtitiã animo tuo dominari, aut ne vltrò eam tibi acceræs, & triſtandi cauſſam tibi præbeas. Dum enim triſte aliquid accidit, bonorum quæ adſunt cogitatione & expenſione, triſtitiæ materia ſuperanda eſt. Quid enim tam a ratione alienũ, quàm rationalẽ hominẽ *in conſilio ſuo ſemetipſum affligere?* hoc enim eſt *irrationali cruciatu* vltrò mentem vrere, & animum peracerbè excruciare.

5\. Prouerb. 17. ſic nos Salomon erudit: *Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa.* Prius hemiſtichium ſic nonnulli ex Hebræo vertunt, *Animus gaudens releuamen, ſeu eleuationem facit.* Nempe ſicut gaudium facit animi *eleuationem*, ſeu bonam elationem, quâ ˹e˺lata audacia ſe ſuprà ſe extendit & ˹erig˺it: ſic e contrario triſtitia, animi oſſa emaciat, animúmque contrahit, anguſtat, ac puſillum reddit: opponit enim animi *eleuationem*, ſeu elationem, quæ ˹eſt a˺ gaudio; animi contractioni ſeu puſillitati, quæ à mœrore venit. Sapienter moralis philoſophiæ Princeps lib. de vita beatâ cap. 5. *Animi,* inquit, *ægritudo in ſapientem virum non cadit:*

Eccli. 25. v. 17.
Tigurina.
Syrus.
S. Paullinus.
Triſtitia eſt irrationalis, & ſauciat rationem hominis conſilio ſuo.
Eccli. 30. v. 22.
Ianſenius.
Cornelius.
Prouerb. 17. v. 22.
Hebræus.
A gaudio, bona animi elatio eſt, à mœrore degener puſillanimitas.
Seneca

ſerena enim eius mens eſt, nec incidere poteſt quod illam obducat. Nihil æque hominem quàm magnum animus decet: non poteſt autem magnus eſſe idem, ſi mœror obducit & contrahit. Sic hominem mœror magno animo, ſeu magnanimitate viduat? *Eleuatio* ſeu elatio animi, quæ à gaudio eſt, & alacritate magnanimos facit; mœrore perit, à quo in puſillanimitatem degenerat. Ecce puſilli animi natales à triſtitiâ ſunt. Caue quiſquis magnus eſſe ambis. Accinit ſibi idem Salomon, aiens: *Mœror in corde viri humiliabit illum.* Pro τὸ mœror, LXX. interpretes habent, *terribilis ſermo.* O quam *terribilis* eſt animi mœror! vel magnanimum metu & pauore concutit, & ſordidè *humiliat.* Itaque loci ſenſus eſt: Angor ſeu *mœror viri,* quoâtumuis fortis & magnanimi, cor animúmque ſic anguſtat, deiicit, ſternit, & ad puſillanimitatem adigit, vt ad diffidentiam ſeu deſperationem præcipitet. Vide malignas triſtitiæ vires, & arcanum mœroris robur; prius hominem ſtrenuum magnanimitate exarmat, & puſillanimum reddit. Puſillanimis eſt, quiſquis mœſtus eſt.

Prouerb. 12. v. 25. LXX. Interp.

§. CXLVII.

Ex blando libidinis amore, atrocior iracundiæ rabies procuditur.

1. Seneca lib. 9. controu. 2. contou. multa ex his ſparſim habes. *Blanda libido eſt durioris ſæuitiæ conceptaculum.*

FLaminius Prætor inter cœnam à meretrice rogatus (quæ aiebat ſe hominem numquam decollari vidiſſe) vnum ex damnatis occidit. Accuſatur: Petagitur totus ordo ſupplicij, ne quid ſe meretrix negaret vidiſſe. O miſerum ſiquis meretricem offendit! O miſerum patrem-familias, ſi eius vxori aut filiæ meretrix inuidet, nihil petenti Prætor negaturus eſt! Vni fortaſsè adnutui homicidium donaret, qui blandiciis luxuriæ crudelitatem erudit. Numquam homicidium mulierum oculis oſtendi ſolet: iſta autè ex quo meretrix eſſe cœpit, plures vidiſſe cædes vero ſimile eſt. Gratulor tuæ prouinciæ, quòd deſiderante tale ſpectaculum meretrice, plenum carcerem damnatis habuiſti, vt innoxiis parceres. Quis non credat aut has ſæuitiæ ſtrages concupiiſſe meretricem, aut ſcortatorem Iudicem non feciſſe? *Virum nobiliſſimum & tantis honoribus functum, turpiter meretrix clementem feciſſet, crudelem fecit.* In eodem triclinio video Prætorem amantem, meretricem [illegible] tam, & cædem cruentam: meretrix Prætori, Prætor prouinciæ imperat: crudelitas vtique, libidinis efferato lenocinio.

2. Hi Iudices ætate ſenes, laſciuiâ iuuenes, perditiſſimè pulchram Suſannam deperibant: blanditiis ſibi Matronam aduertere ſedulò negotiantur, & omni lenocinio [illegible] ſtrangunt. O malum! blandus [illegible] amor, obſtinatè obdureſcit, & dilectionis gratia in crudeles iras degenerat, dum in amoris officina ſæui [illegible] fraudulenter excudit[illegible] protinus metamorphoſi [illegible] amor in ferinum odium exaſperatur, nec [illegible] ſubdulè iras falſo teſtimonio [illegible] noctis mora mitiganit. Et facta eſt dies craſtina. Cumque veniſſet populus ad Ioakim

Hic verſ. 28.

virum eius, *venerunt & duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam [illegible] eam interficerent:* & quod atrociter cogitarunt, abunde præſtiterunt. Amantes ſunt, an amentes, qui nuper blanditias, ſtrages nunc ſceleroſè intentant fraudulento mendacio? Sic eſt impudicitia barbariæ crudelis, vt ex amore arma ſæuientibus procudat! Audiendus eſt S. Cyprianus lib. de bono pudicit. vbi ita eloquenter ſcribit: *Impudicitia ſemper eſt deteſtanda, nec corporibus parcens nec animis: debellatis enim propriis moribus, totum hominem ſub triumphum libidinis [illegible] blanda priùs [illegible] plus noceat, dum placet; exhauriens rem cum pudore, hoſtis conſcientiæ frequenter veniens ad ſanguinem, cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientiæ bonæ, [illegible] na melioris ætatis, contumeliaque teris expugnat ſanguinis & familiæ fidem.* Ecce tibi *Impudicitia* in his ſenibus, prima nobilis [illegible] tis, populi Dei principibus, primò [illegible] *incendium conſcientiæ bonæ.* Heu [illegible] rum fuit mari[illegible] [illegible] Dein fuit *contumelia generis,* & qui [illegible] qui & ipſi & Suſanna prognati [illegible] h[illegible] *ranis fidem* [illegible], vetera [illegible], & [illegible] da [illegible] fraudulentem [illegible] te ea fuit [illegible] *melioris ætatis,* [illegible] tem [illegible], prudentia [illegible] bus id[illegible], conſpuit, [illegible] uit. Parum hoc, nisi foret libido, *Incontinentiæ frequenter veniens ad ſanguinem, infeſta rabies.* O bene! Porrò [illegible] tiæ *infeſta rabies,* ſic crudeliter efferatur, & inhumaniter ferocit, vt humano [illegible] dendo ſanguini atrociter inhiet. P[illegible] Senes, libidine molles, crudelitate duri, qui *impudicitiæ infeſtâ rabie* pudicam Suſannam, & impudicitiæ fraudulenter [illegible] eam, & cruentæ lapidationi mal[illegible] obnoxiam, [illegible] famæ & vitæ i[illegible] [illegible] [illegible] Profectò [illegible] *infeſta rabies* obſtinata implacabilis, impudicitiæ ſequela eſt, per [illegible] barbaricæ libidinis conſequentias. O caue ab infeſta impudicitiæ rabie!

S[illegible] 2. hæ voces impiorum [illegible] tur: Venite, & fruamur bonis quæ [illegible] & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, &c.* E[illegible] autem di[illegible] eſt, quid conſe[illegible] in ſe decernant: *Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.* Par[illegible] ſibi videntur cohær[illegible] hæ [illegible] es impiorum. Quid cor[illegible] d[illegible] quid herbaceæ frondeæ [illegible] pratentum laſciuiæ, quid blandè lu[illegible] libidini, cum *oppreſſione iuſti* [illegible] conditioni nec ſexui ac ætati d[illegible] pa[illegible]unt, q[illegible] amœnis libidinibus ſic [illegible] nde molle[illegible]? Audiendus eſt S. Auguſtinus in illud Pſal. 13. v. 1. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt,* &c. vbi ſic appoſite ad rem philoſophatur: *Ibi [illegible] luxuria [illegible] deſcrib[illegible]: Coronemus nos roſis, antequam marceſcant.*

S. Cyprian. Lib. [illegible] de [illegible] dic.

[illegible] S. [illegible]

Per iſtam deſcriptam latiùs luxuriam, quid ſequitur? Occidamus Iuſtum. Lenia videbantur iam dudum loqui, Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Quid delicatius, quid lenius? Sperares de hâc lenitate cruces, gladios? Noli mirari, lenes ſunt & radices ſpinarum. Siquis eas contrectet, non pungitur, ſed quo pungeris, indè naſcitur. Altè quidem Auguſtinus! Luxuria porrò ſe roſis coronat: roſæ autem ſpinas habent, ſed initio tenellas, & quæ nondum præ molli teneritudine pungunt attrectantes. Quòd ſi floridè roſea libido adoleſcat, teneræ nuper ſpinæ ſenſim adultæ, iam pungunt, lacerant, & cruentant attrectantes. Roſetum puta moraliſſimum luxuriæ ænigma. Cum roſis ſpinæ naſcuntur; in roſis radices ſpinarum latent: non pungunt, quia lenes ſunt radices ſpinarum, hactenùs ſpinæ non ſunt, ſed roſæ, quæ totâ florum gratiâ nitent, & ſuaue fragrant. Tantiſper ſpecta, & pulchrum roſetum iam adultum, videbis ſpinetum, quod attrectantes cruentè lacerat. Sic blandam libidinem cenſe, velut roſas, quæ ſunt lenes ſpinarum radices. Ergò blandam libidinem exaſperari in *rabiem infeſtam, noli mirari, lenes ſunt & radices ſpinarum: ſiquis eas contrectet, non pungitur; ſed quo pungeris, indè naſcitur.* Luculenter ſanè Auguſtinus!

Roſetum ... verti ... in ſpinetum, ænigma eſt ... luxuria.

4. Prouerbiorum 15. hanc ethicam gnomen proponit Salomon: *Vir iracundus prouocat rixas.* Græci codices aliter locum exſcribunt, ad rem præſentem opportunè: *Inhoneſtus eſt, qui aufert maturitatem.* Profectò horum nequam Senum *inhoneſtas*, canam eorum *maturitatem* ſic abſtulit, vt dignè exauctorari, ſub puero immaturè iudice arguantur, culpentur, puniantur. Et ſanè notatione digniſſimum eſt, quòd *vir iracundus* dū ſæuas prouocat rixas, *inhoneſtus* dicatur. Perindéne eſt *inhoneſtus*, ac *iracundus*? Quid iracundis cum inhoneſtate? Laſciua inhoneſtas in blanditiis tota eſt, tota deliciis vacat, à rebus aliis impunè feriata; iracundia autem blanditiarum exors, ad inimicum ſanguinem atrox hiat, & efferata implacabiles ſtrages meditatur. Quod eſt ergò *inhoneſtatis* cum *iracundiâ* participium, vbi tantum ſubeſt cognationis diuortium? Eleganter Caſſiodorus lib. 6. Variar. epiſt. vlt. *Vbi furoris, inquit, inſederit virus, libidinis quoque neceſſariò eſt incendium penetrant; quia tam ira quam libido ignis ſunt, & inflammant cor. Vndè ab vnâ ad aliam facilis eſt tranſitus.* O quàm de facili libido in iram degenerat! Teſtis eſt hæc Suſannæ, imò potiùs horum nequam Senum tragœdia. Libidinis enim igniculus facilè in his Senibus tranſiuit in odij, iræ, & ſæuitiæ igneum, qui inculpatæ Suſannæ parcens, in eos totus deſæuit. Libidinis ardor Senes hoſce ſalaciſſimos animitùs vrebat; ſed hic ipſe ignis in furorem aduerſus Suſannam conuerſus, ſic illos atrociter incendit, vt poſtmodum illius incendio deferbuerint in ſartagine torridi, Babyloniæ barbarico furore; adeò vt nec fas illis fuerit decineſcere in cognatas libidini fauillas, ſed frixione medullitùs eliquari.

12. 2. Regum 12. triumphalis Dauid, agreſti Ammonitarum phalange debellatâ, & expugnata Metropoli, eius ciues atrociter trucidat: *Populum quoque eius*, inquit, *adducens ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta: diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum: ſic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum Ammon.* Quomodolibet res ſe habeat (vt alibi adnotabamus) atrociſſimum fuit ſupplicium, & quod vel exacerbat aures. Et notat ibi Sanctius (chronologiam mihi dubiam hîc non examino) haſce ſtrages feciſſe Dauidem, cùm immoderatè indulgeret libidini, ergà pulchram Berſabeam feruentiùs æſtuanti. Et ſanè mitiſſimum fuit Dei phalangibus abuti ad cædes adeò atroces in exermi populo, qui manus cum armis dederat: *Etiamne militaris Venus caſtrenſibus flagitiis præſidet?* aiebat Arnobius lib. 4. aduersùs Gentes. Num in hâc cruentâ immaniter clade, Hebrææ gentis Proceres, *barbaricas libidines conſecrarunt?* Eſtne libido molliculè delicata, an atrociter dura, efferа, barbara? an è nimia teneritudine, barbarica, & efferatior. Hem! ſic mollitudo ferocit? Opinor, hi Senes ſalaciſſimè crudeles, nunc *barbaricas libidines conſecrarunt*, vt innoteſcat quàm diùs ſæuiat blandior Venus iudiciariis flagitiis barbaricè *præſidens*. Sub tali Præſide gaudet damnari Suſanna: à Venere enim quid niſi caſtitas damnari meruit?

Sanctius. *Blanda Venus crudelioribus flagitiis præſ.* *Arnobius.* S. Paullinus epiſt. 11.

6. Geneſeos 3. maleſuadus ille ſerpens, primordialis tragœdiæ auctor; hanc ſententiam è Dei ore audit. Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: *Super pectus tuum gradieris.* Solo repere cognatum eſt ſerpenti: indè ad myſticos ſenſus Philo ſermonem transfert, lib. 2. Allegoriarum, ad hæc Geneſeos verba, ſic fatus: *Super pectus & ventrem gradieris; circà has enim partes ſtabulatur affectus hic* (libido inquam) *pectus ventrémque: quando preſtò eſt materia copiáque voluptatum, circà ventrem, & quæ ſub ventre ſita ſunt. Quandò autem his caret, circà pectus, vbi ſedes iræ eſt. Amatores enim voluptatum, ſi his deſtituantur, iraſcuntur, & exacerbantur.* O nimis verè! quò enim quis appetentiùs & ardentiùs in cupitam fertur voluptatem, ſi eâ fraudetur, atrociùs in iras agitur, furore exſtuat, & ſtrages impotenter meditatur; quaſi in amoris officinâ feralis ira procudatur. O quàm ardentes ab his Senioribus depetitur Suſanna, quæ tenuitùs tales iras reſlauit! O quàm exarſit eorum furor, qui non tanguntur damnatæ innocentiæ ſenſu; quibus tot inclytè nobilium fama, vilis fuit, qui cruentà infamiſſimè lapidatione immeritâ non mouentur! Ira ex amore atrociùs ferocit. Caue.

Gen. 3. v. 14. Philo. *Repulſus amor in atroces impotenter iras crudeliter degenerat.*

§. CXLVIII.

Peccator eſt Dei opere, Diaboli voluntate; exlex inſoleſcit, immortalem animam mori facit, atque viuam gehennam portat.

Eloquentet Paullinus epiſt. 14. ad Celantiam: *Et nos, inquit, ſecuro ac bono animo ſumus, qui per ſingula quæque præcepta inhonorantes Deum clementiſſimum, ad iracundiam* 1. S. Paullinus.

prouocamus, eiúſque imperium ſuperbiſſimè contemnendo, in tanta maieſtatis inius iniuriam? Quid enim vnquam tam ſuperbum, quid verò tam ingratum videri poteſt, quàm aduerſus eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? Quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat, vt cauſſas habeat remunerandi? Heu ingratiſſimè & peruerſiſſimè fatuam hominis malitiam quæ Dei beneficiis offenſam armat, & ex donis arma in datorem procudit! Hem! ſceleroſiſſimum peruersè peccatorem quis condignè vituperet?

Deus ideò aliquid imperat, vt cauſſas habeat remunerandi.

2\. Oſee 11. Iſraëlem ſic beneuolè Deus alloquitur: Ego quaſi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & neſcierunt quòd curarem eos. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Adam hic accipi poteſt vel vt proprium nomen Protoplaſti, vel vt commune ſignificans *hominem.* Si vt proprium, ſenſus erit, quem dat Hieronymus. quaſi dicat: Sicut ex amore Adamum natura ſimul ac gratia, & amicitia meâ donaui, ita & vos poſteros eius donabo. Adam enim ex meâ gratiâ eſt veſter protogenes, & archigenes, id eſt, humanæ generationis princeps. Alij paſſim *Adam* accipiunt vt nomen commune, vertúntque *hominis.* Quaſi dicat: In funiculis quibus ſolent homines ligari & trahi, nempe amore & beneficiis, traham illos ad me. Chaldæus Paraphraſtes ſic locum exeribit, & emphaticè exponit: *Sicut mos eſt trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine charitatis.* Alte dicitur Deus attraxiſſe ad ſe homines, non fortitudine omnipotentiæ, ſed *charitatis fortitudine.* Quare autem Deus non velut violentâ omnipotentiæ vi, ſed placidæ charitatis fortitudine hominem attrahat ad ſe, eloquenter ediſſerit Emiſſenus homil. 11. de Paſchâ, ſic fatus: *Si homo de poteſtate Diaboli per Dei potentiam, & (vt ſic dictum ſit) per violentiam tolleretur, poterat Diabolus (qui hominem proprio vitio dedititium poſſidebat) aliquid rationis adferre, ac Deo dicere. Iuſte rerum arbiter, tuus quidem eſt homo per naturam, ſed meus cœpit eſſe per culpam: tuus per naturam, meus per inobedientiam qui maluit audire ſeductionem meam, quàm legem tuam.* Nota verba quæ ſubtexit: *Tibi debetur iure, mihi crimine: tuus eſt opere, meus eſt voluntate.* Vide hic barbaricam malitiæ inſolentiam. Totus homo Deo debetur iure creationis, & iure redemptionis totus. At malitiæ arbitrio, etſi non poteſt vtrumque ius declinare, vt vpoteſt, Dei ſe ſubtrahit dominio, & voluntate malo Dæmoni ſe totum mancipat. *Tibi debetur iure, mihi crimine: tuus eſt opere, meus eſt voluntate.* Quid tam abſurde ſceleroſum, & criminosè barbaricum, quàm qui totus Dei eſt, arbitrio & *voluntate* fiat Dæmonis, fœdiſſimo Dei creatoris ac redemptoris probro? Sic peccatorem Dei tædet! O bonitatem Dei, qui pietatis arte ingeniatur, hominem ſic attrahere, vt ad ſe non veniat vi omnipotentiæ coactus, ſed blanditiis charitatis allectus, ne petulanter malus Dæmon Deo inſultet: Homo *tuus eſt opere, meus eſt voluntate.* Has homo Diaboli voces peccando fabricat in malitiæ officina. O malitioſos nequiſſimè Senes, harum & ſimilium Diaboli vocum inſignes architectos!

Oſee 11. v. 4.

Cornel. ibi S.Hieron.

Chaldæus.

Emiſſenus.

Cur Deus hominem, non per omnipotentiam, ſed per amorem trahat?

Peccator eſt Dei opere, Diaboli voluntate.

Hic verſ. 28.

3\. Geneſeos 2. homini recèns condito, & in paradiſum delato, præcepit Deus: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. *In quocumque enim die comederis, ex eo, morte morieris.* id eſt, mortis certæ ſententiam & neceſſitatem incurres. Symmachus vertit, *Mortalis eris:* ita S.Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus. Itaque minatur hîc Deus Adamo peccanti mortem non tantùm corporis, & temporalem, ſed animæ ſpiritualem, & æternam in gehennâ, cámque certam & infallibilem. Adam ergò peccans, quoad corpus mox mortis neceſſitatem, quoad animam verò actu & reipsâ mortem incurrit. quod peccati malitiam valdè demonſtrat, & nimis exaggerat. Audiendus eſt hâc de re Euſebius Emiſſenus homil. de Pœnitent. Niniuit. vbi ſic eleganter ſcribit: Nullus nobis tam occultus inimicus eſt, quam caro noſtra. *Quæ dum improbis cupiditatibus fatigat animum, in æternam vtriuſque hominis pœnam Dei armat offenſam, & ſpiritus generoſitatem ſeruituti exterioris addicit dominante peccato. Cui vtique totam vim noſtro vitio miniſtramus, vt animam mori faciat, quam non poteſt facere immortalem.* Vbi nota, quòd peccatrix concupiſcentiæ pellacia, *Dei offenſam armare* perhibetur ad æternam vtriuſque hominis pœnam in inferno luendam, quaſi quodammodò exermis ſit offenſa, quam concupiſcentia nó armat: ſaltem quodlibet aliud vitium mitiùs inſtigat, nec ita obſtinatè ad offenſam allicit. Addit Emiſſenus, quod peccatum mortale *animam mori facit, quam non poteſt facere mortalem.* O arcanè ſtupenda peccati vis, vltra vires temerariè audax, quæ immortalem animam mori facere eualet! Quid tam inſuſpicabile, quàm immortali mortem afferre, & cogere ad mortem, qui mori non poteſt: Hic aliquis velut ſuperomnipotens humanæ malitiæ faſtus eſt.

Gen. 2. v.

Symmach. S.Hieron. S.Auguſt. Theodoret.

Concupiſcentia, Dei offenſam armare dicitur.

Emiſſenus.

Peccatum animam facit, nequit mortalem

4\. Geneſeos 6. Deus impudenter criminoſiſſimam hominum malitiâ pertæſus, ingruentem iam perdendæ terræ eluuionem intimat Noëmo. Tanti ſupplicij cauſſam ſacer Hiſtoricus his verbis publicat: *Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate.* Et ſi malum ſit in omni loco peccare, peſſimum tamen eſt in oculis Dei, antè tantam munditiam immundum eſſe. Mundi (ait Propheta) ſunt oculi tui, ne videant malum. Peccare, ſeu corrumpi in oculis Dei, nihil aliud eſt, quàm memorem Dei, ipſum offendere. Omnia enim vident oculi eius: ſed nos peccantes non ſemper illius memores ſumus. *Sperat autem ipſe, quòd nemo eius memor, poſſit peccare: cùm enim meminerit plaſmatoris beneficii, & redemptoris munifici, quomodo non retinebitur, ne eum offendat?* Hactenùs ibi Oleaſter. O! ſperat Deus, *quod nemo eius memor, poſſit peccare?* Præſens Dei memoria, vel poſſibilitatem ad peccandum eneruat? Audi Suſannam: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Hinc taxare licet primæuæ gentis nequitiam, quæ *coram Deo* delinquere, impudenter auſa eſt. Quare addit, *Repleta eſt iniquitate.* Quid eſt, quod dicitur *terra repleta iniquitate?* Hebræi apud

Gen. 6. v.

Sperat quod nemo eius memor poſſit peccare

Oleaſter.

Hic v.

Nouatinum,

Nouarinum, pro τῇ *iniquitate*, ex Hebræo fonte, *gehennam* ſubſtituunt. quaſi perindè ſit, repleri *iniquitate*, ac *gehennâ* repleri: & *gehenna* ſit, non modò iniquitatis ſequela, ſed & ſynonymum. Prob! iniquus non ſolum gehennæ infernalis reus eſt, ſed etiam portat viuam gehennam medullitùs æſtuantem, fumantem, vſtulantem? Sic iniquitas gehennæ vicinatur: ſic humana malitia eſt infernalis gehennæ bibula, vt repleri *iniquitate*, idem ſit ac *gehennâ* repleri? ... xinde exundante eluuione mundus mergitur; nec vaſtiſſimæ aquarum moles, & vndarum gurgites è cælo ruentes hanc flammantem gehennæ pyram interſtinguere valuerunt. O! viuam gehennam portare time!

... apud Nouarin. in Adagiis, n. 199

... viuam gehennam portat.

Regius Propheta Pſalmo 36. ſic occinit: Os Iuſti meditabitur ſapientiam. *Lex Dei eius in corde ipſius*; imò etiam cor in lege habet. De quo alias. Verùm S. Ambroſius in expoſitione huius Verſ. docet illa verba Apoſtoli, *Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis & peccatoribus*, debere intelligi de renouatione legis, quæ fit, quandò ſcribitur in tabulis. Lex enim nō ponitur in tabulis propter iuſtos, qui eam in corde fideliter retinent, iuxtà verba huius Pſalmi, *Lex Dei eius in corde ipſius*; ſed propter peccatores, qui ita viuunt ac ſi legem non haberent. Vnde idem Apoſtolus cum ait, *Sed iniuſtis*, Græcè poſuit, ἀνόμοις, id eſt, *exlegibus*. Audiendus eſt S. Bernardus Serm. 81. in Cantica, in perſonâ peccatoris ſic fatus: *Ego ille peccator, ille exlex, ille iniquus: peccator, quia peccaui, exlex quia voluntate perſiſto agere contra legem: nam mea voluntas ipſa eſt lex in membris meis, legi diuinæ recalcitrans: & quoniam lex Domini lex mentis meæ, ſicut ſcriptum eſt, Lex Dei eius in corde ipſius, per hoc & mihi ipſi meaipſius voluntas contraria inuenitur, quæ eſt iniquitas maxima. Cui enim non iniquus, qui mihi ſum? Qui ſibi nequam, ait, cui bonus?* O quàm hæc apprimè quadrant in hoſce Senes, vere exleges, ſed de iuuenili ſalacitate, tantùm habentes membrorum legem; quæ eſt iniquitas maxima.

Sapientiæ 5. poſt recenſitos impiorum mores perditiſſimè ſceleroſos, & eorum ſupplicia condignè pœnaliſſima, de vltore Deo ſubdit: *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Quid eſt, quod creaturas omnes obarmat aduersùs flagitioſos enormiter peccatores? *Et pugnabit cum illo Orbis terrarum contrà inſenſatos.* Atque, vt ait inibi Lyranus. *Omnibus creaturis vtetur ad afflictionem reproborum.* Itaque & Dei Zelus omnipotenter vindex, & totus orbis, omniſque creatura valide contrà peccatores, quaſi omnium hoſtes, obarmatur. O quanta improbis vindicta ingruit! ad plagarum exaggerationem; *inimici* appellantur: *Nemo* (ait Ambroſius ſerm. 18. in Pſalmum 118.) *enim grauior hoſtis, quàm qui omnium lædit Auctorem.* Nempe grauiſſimus totius orbis, & omnium creaturarum hoſtis eſt, & inimicus atrociter infenſiſſimus, qui dum peccat, Deum lædere præſumit. Hanc Auctoris ſui læſuram, omnis creatura vlciſci valenter exambit. Hoſtem proprium reputat, qui Auctori ſuo bellum indicere tentat, & eius iras audacter temerarius laceſſit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Canticorum 1. hæc ſponſi ad ſponſam ver- 7.
ba leguntur: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtiga gregum, & paſce hædos tuos.* Quaſi dicat: O Maria, *ſi ignoras te*, ſi maieſtatem tuam neſcis & magnitudinem, *egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos*: abi poſt peccatores, quorum vmbra & protectio es; qui tui, qui tibi commendati, ipſi tuo ductu, tuis precibus, tuis exemplis: *Tunc cognoſces & tu, velut ab vmbrâ magnitudinem tuam*. Hæc Nouarinus. Deiparæ magnitudinem im meatā, ex peccatorū magnitudine, velut corpus ab vmbrâ, metiri licet?

Cant. 1. v. 7.

Maria magnitudinem ex magnitudine peccatorum metiri licet.

Nouatin. in vmbr. Virg. l. 4. c. 14.

§. CXLIX.

Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam inhibere.

IRa, inquit Ariſtoteles, neceſſaria eſt; nec 1.
quicquam ſine illâ expugnari poteſt, niſi illa impleat animum, & ſpiritum accendat. Vtendum autem illâ eſſe; non vt duce, ſed vt milite; quod eſt falſum. Nam ſi exaudit rationem, & ſequitur quà ducitur, iam non eſt ira, cuius proprium eſt contumacia. Si verò repugnat, & non vbi iuſſa eſt, quieſcit, ſed libidine ferociáque prouehitur, tam inutilis animi miniſter eſt, quàm miles qui ſignum receptui datum negligit. Definit ira eſſe, quæ virtutis frenos, & rationis patitur lupatum: Ira, aut ira non eſt, aut præceps & indomita eſt. Profectò ſi ira ſemel cœperit ferre tranſuerſos, in vindictā, difficillimus ad rationem recurſus eſt. Quoniā nihil propè rationis eſt, vbi ſemel ira inducta eſt, iuſque illi aliquod volunt te noſtrâ datum eſt. Faciet de cetero quantum volet, non quantùm permiſeris. Et quidem minùs difficile eſt excludere pernicioſa, quam regere; & non admittere, quam admiſſa moderari. Nam cùm ſe in poſſeſſione vltrix ira poſuit, potentior rectore eſt, nec recidit ſe minuíve patitur. Commota enim ſemel & ad vltionem concuſſa mens, ei ſeruit, quo impellitur. Itaque animus ſi in vindictam iracundè ſe proiecit, non permittitur reprimere impetum. rapiat illum oportet, & in furorem ager.

Ariſtoteles. Seneca lib. 1. de Irâ, c. 9 & 10.

Quàm ſit ſui impotens, vltrix ira.

Geneſeos 27. Iacob aliàs ſimplex, dolo be- 2.
nedictionem patet nam præripit fratri natu maiori. Confeſtim adeſt Eſau, & coctos de venatione cibos inferens patri, dixit: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Cognitâ igitur Iacobi fraude, *Expauit Iſaac ſtupore vehementi, & vltrà quàm credi poteſt, admirans, ait*, &c. Multa multi ſuper hoc Iacobi *ſtupore* ſanè miriſſimo. Profectò ira tunc connaturalior affectus erat, aduersùs Iacobum, fraudulentum in fratrem, & impoſtorem aduersùs patrem. Iniuria vaſtè compoſita iram potiùs doli vltricem accendere debuit, quàm ſtuporem inertem. Græci codices pro τῷ *ſtupore*, ἔκστασιν *ecſtaſim* habent.

Geneſ. 27. v. 33.

Græcus.

bent. Quam tunc Iſaaci ecſtaſim ſic eluci-
S. Auguſtin. dat Auguſtinus inibi, quæſt. 8. ſic oppor-
tunè fatus: *Expauit Iſaac ſtupore vehementi. Græci habent ecſtaſim, vbi tanta commotio intelligitur, vt quædam mentis alienatio ſequeretur: ipſa enim propriè dicitur ecſtaſis. Et quia ſolet in magnarum rerum reuelationibus fieri, in hac intelligendum eſt factam eſſe ſpiritualem admonitionem, vt confirmaret benedictionem ſuam filio minori, cui potiùs iraſcendum fuit, quod*

Vltrix Iſaaci ira, ecſtaſi moraliſſimè præfocatur.

fefellerit patrem. Nimirùm quò vltrix ira iam iam meritò erumpens in Iſaaco, alioqui placido & miti, aduersùs charum etiam filium præfocaretur, ne illius impleret animum, & ad vindictam iracundè accenderet, non quælibet Dei admonitio diſpenſatur à diuinâ prouidentiâ, ſed quæ ſit *ecſtaſis*, & *mentis alienatio*. O bona eruditio, & ethicè ſaluberrima ad vim vltricis iræ probè æſtimandam! Scilicet Iſaacus placido erat ingenio præditus, & filij Iacobi peramans; ne ergo iracundiæ furore in filium præoccuperur, & iracunda vltionis libido illum à ſe extrahat, & à mente alienet, aliâ mentis arcanè alienatione, & diuinâ *ecſtaſi* præuenitur, & à ſe extrahitur, quò ſtupidus & inſenſilis ad iniuriam reddatur, ne benedictionem retractet, & in maledictionem iracundus reſingat. Idoneè ergo Iſaacus ecſtaſi, ſeu quâdam mentis alienatione præoccupatur, *vt confirmaret benedictionem ſuam filio minori, cui potiùs iraſcendum fuit, quod fefellerit patrem.* Tantæ molis eſt iras ſeueriùs vltrices cohibere, ne in vindictam acerbiorem atrociter erumpant!

3. Non dimittam innotatum ad hanc rem, quod quiſpiam curioſiùs ſciſcitari ac perquirere potuit, nempe quo pacto, quáve ratione Iſaacus, qui Iacobi fraude exaſperari cœpit, mitigatus ſit, & tranquillo ac benefico animo erga illum effectus. Expendenda vlterius

Geneſ. 27. v. 33. S. Auguſt. ſuprà.

ſunt ſacri Hiſtorici verba. *Expauit Iſaac ſtupore vehementi. &c.* quæ ſic inibi Auguſtinus exhibit: *Expauit autem Iſaac pauore magno valdè*, Res ſanè mira, & expenſione digniſſima. Quid tunc Iſaacus fraudulentâ iniuriâ offenſus, timeat, vt *pauore expaueſcat*: Opinor, ibi trepidat timore, vbi non erat timor. Pro-

Vltrix ira arcano pauore extinguitur.

fectò Iſaacus pater erat, & penes illum familiæ rectio, & benedictionis aut maledictionis diſpenſatio; quid igitur ab inermi & obſequentiſſimo timeat Iacobo, qui potiùs diræ maledictionis metu nuper angebatur? Scilicet Iſaacus, ne vltor iracundiæ furor in audacem efferueat vindictam, ecſtatico metu, & timido tunc arcanè *pauore expaueſcit*, vt dum concepti pauoris magnitudo, vltricis iracundiæ furorem præfocat, timore mitigetur, & iracundæ audaciæ inconſulta temeritas comprimatur. Quare vbi audax vindictæ furor erumpere debuit, Iſaacus ecſtatico *pauore expaueſcit*, quò arcani pauoris audacior vis valentiùs reprimatur. *Expauit autem Iſaac pauore magno valdè.*

4. 1. Regum 24. in tutiſſimis locis Engaddi latitat Dauid, fugiens Saülis iras. Aſſumens ergò Saül tria millia electorum virorum, perrexit ad inueſtigandum Dauid, etiam ſuprà abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perviæ ſunt. Et venit ad caulas ouium, erátque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. *Surrexit* 1. Reg. 24.
ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül v. 5. & 6.
ſilenter. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid (cor, id eſt conſcientia Dauidem percuſſit,) *eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saül.* Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos vt ſurgerent in Saül. Putat inibi Abulenſis Dauidem vltrice ira excitum ſurrexiſſe & iuiſſe ad Saülem eo animo vt eum occideret, non autem vt oram chlamydis dumtaxat præcideret; ſed in hac præciſione Deum illi cor immutaſſe, vt de voluntate hac licet non planè deliberatâ doleret. Saltem certum eſt, *cogitaſſe* Saülem occidere pronâ appetitûs inclinatione; repreſſiſſe autem & confregiſſe iracundiam vltricem virtute magnanimâ, quam Chryſoſtomus homil. 2. de

Abulen. ... Daui... ... quàm de... ... uath.

Dauide & Saüle his verbis deprædicat: *Saül* S. Chryſo.
egreſſus eſt è ſpelunca, egreſſus eſt autem poſt illum & Dauid, liberis oculis cælum intuens, ac tunc temporis magis exultans, quam cùm Goliath deieciſſet, ac barbari caput amputaſſet. Siquidem hæc illâ munificentior erat victoria, hæc magnificentiora ſpolia, hæc præda illuſtrior, hoc glorioſius trophæum. Et poſt pauca: *Itaque redijt non Barbari illius caput geſtans, ſed animi commotionem mortificatam, ſed iram eneruatam: neque hæc ſpolia repoſuit Ieroſolymæ, ſed in cælo, inque supernâ illâ ciuitate: nunc haudquaquam in choris obuiam veniebant fœminæ excipientes illum cum laudibus, ſed angelicus populus è ſublimi applaudebat, admirans eius humanitatem.* Eloquenter ſanè Chryſoſtomus vtramque victoriam componit, & hanc de vltrice iracundia iure meritò præfert.

Saül verò admiratus in orâ chlamydis repreſſam Dauidis iram, ait: *Et nunc quia ſcio* 1. Reg. 24.
quod certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in v. 21. & 22.
manu tua regnum Iſrael, iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum, &c. Vide hic quàm generoſam mentem de Dauidis ingenio auguſtiùs miriſſimo, Saül imbiberit. Pulchrè inibi idem Chryſoſtomus: *Iura mihi te non* S. Ch...
abolitarum ſemen meum poſt me. Hoſtem filijs ſuis reliquit tutorem, ſuáſque proles in illius deponit manus dum his verbis filiorum ac Dauidis manus apprehendens, Deum ſequeſtrum inducit.

Saül ... Daui... linqu... rum ... rem.

Sed vnde Saül certò coniectauit, quòd Dauid regnaturus eſſet? Alij aliter ſentiant, opinor ex regia indole, quâ magnanimiter iram aduersùs hoſtem inhibuit. Appoſitè Chriſtiano cothurno Gentilis Seneca: *Magni animi eſt* Seneca
proprium, placidum eſſe, tranquillum, & iniu- de ...
rias atque offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in irâ. Ferarum verò, nec generoſarum quidem præmordere & vrgere proiectos. Elephantes, leonéſque tranſeunt, quem impulerunt. Ignobilis beſtia pertinacia eſt. Addit ad rem belliſſimè: *Non decet Regem ſæ-* trai...
ua, & inexorabilis ira: non multum enim ſuprà repr...
eum eminet, cui ſe iraſcendo adæquat. At ſi dat ... ſpirat.
vitam meritis adimere, facit quod nulli, niſi rerum potienti licet: vita enim etiam ſuperiori eripitur, nunquam niſi inferiori datur: ſeruare proprium excellentis fortunæ, quæ nunquam magis ſuſpici debet, quam cum illi contigit idem poſſe quod

Deo.

Deo, cuius beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali. Sic vltrix ira regiam dignitatem exauctorat. Sic vel opilionem in Regem inaugurat? Vide quàm bi Senes inexorabili atrociter irâ, à regio Iudæ ſanguine ignobiliter degenerent, dum in Suſannam ſic inhumane ferociunt.

Michææ 5. ne putaretur Deus corporali natiuitate degeneraſſe à Deitatis faſtigio, mitigatus eius furor inducitur: *Et tu Bethlehem Ephrata*, inquit, *paruulus es in millibus Iuda. ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Locus difficilis, & à me nuper expoſitus in prælectionibus ſuper Euangelio Matthæi. Præſcripta autem Michææ verba ſic excribit, & elucidat Ambroſius epiſt. 18. *Et tu Bethlehem domus Ephrata; ex te enim exibit princeps, &c. Bethlehem domus panis eſt, Ephrata domus furorem videntis. Ecce tibi vbi crudelitas, ibi pietas: vbi pœna nocentium, ibi vniuerſorum redemptio.* Scilicet humana Christi Dei natiuitas, ne ignobiliter degener à Deitate putetur, in Bethlehem ſeu Ephratá dedicatur, vt in domo furoris pietas naſcatur; & vbi vindex ira efferuet, pia redemptio generose inauguretur. *Ephrata* diuino fomiti ſit furore, vbi atque vltricis iracundiæ minas; ſed dum nouo vocabulo in *Bethlehem* reformatur, io pietatem furor abit, & quod cœpit in ira, in generoſitate beneficentiæ conſummatur. Eleganter quidem Ambroſius.

---

§. CL.

Probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat.

1. Vulgatis olim & nunc querela eſt; eccur Iuſtos tolerat Deus ab Iniuſtis penè obrui? Sic pudiciſſima Suſanna ab impudiciſſimis Senibus ad probroſiſſimam cruentè mortem impudenter damnatur. Neſcit qui de hoc dubitat, tolerantiam eſſe religionis emphaſim, virtutis maieſtatem, & ſanctimoniæ titulum. Profectò magnæ ſanctitatis fortuna, humilis patientia eſt, & ſæuæ calamitatis ſuffragium. Iuuant ſaltem peſſimi patientiam optimorum; nec inutiles mundo ſunt, non inutiles aliis, quia ſibi. Proſunt expugnando iuſtos, proſunt ſaltem vt inanimes naturæ, & ſeruiunt chariſſimis Dei; vt æſtus, gelu, nix, quia incommodant. Dignitas electurum merebatur, vt non tantùm illi ſeruirent naturæ inanimes, ſed animatæ, ſed homines, nec valdè mirum ſi degeneres dignitate rationis: nam ſi naturæ bunæ ſeruiunt, non nimis erit, ſi & homines mali. Ab vtriſque ſuffragium exoptat plena virtus. *Surgunt procella flagni huius* (ait Auguſtinus) *vides malos florere, bonos laborare, tentatio eſt, fluctus eſt: & dicet anima tua, ô Deus, Deus, haeccine eſt iuſtitia tua, vt mali floreant, & boni laborent? & Deus tibi reſpondet, Haeccine eſt fides tua? haeccine tibi promiſſio? aut ad hoc Chriſtianus factus es, vt in ſeculo floreres?*

Matthæi 5. hæc Beatitudinum clauſula, diuinæ prouidentiæ vindex ponitur: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate*, &c. Gaudete in calumniis, & falſis teſtimoniis; exultare in dictis perſecutionibus, quibus aduerſum vos crudeliùs Tyranni deſæuiunt: vos iſta è peruerſo beant: *Diuina prouidentia* (ait Emiſſenus) *qua etiam malorum operibus benè vtitur, meliora de contrariis peragit: & ita iuſtas ordinat cauſſas, vt boni ex aduerſis proficiant, & ad pia tranſeant merita impietatis ingenia.... Nam quos per cruentiſſimum perſecutorem humiliauerat diabolus, exaltauit Deus: quos ille damnauit, iſte glorificauit: ille oppreſſit adimpleuit, hic præmiis: ille induxit mortem, hic ad vitam de morte perduxit.* Ecce impietatis ingenia, quæ potiùs dixerim ingenia pietatis, quibus diuina prouidentia in humanæ patientiæ officina, de perſecutorum impietate, patientium pietatem excudit, & beatam gloriam inde fabricat. Quis exhorreat perſecutorum ſæuitiam, & argutas torquendi artes, benè ſcius, quòd *boni ex aduerſis proficiunt, & ad pia tranſeunt merita impietatis ingenia*. Liceat perſecutori ferocienti nouas ingeniari pœnas, quibus immeritum patientem culpet, calumnietur, extorqueat; quò ſæuus magis eſt ad pœnam, eò eſt magis ingenioſus ad merita; atque è diuerſo felicius beat. *Beati eſtis cùm perſecuti vos fuerint.* 2. Matth. 5. v. 11. Euſeb. Emiſſ. homil 4. de Epiphan. *Ad pia tranſeunt merita, ſauiora impietatis ingenia.*

Actorum 7. Stephanus Spiritu ſancto plenus, plenæ Iudæorum ſynagogæ Chriſtum Deum annuntiat. *Et intendens in cælum, vidit gloriam Dei*, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Sed vnde Stephanus licet veridicus, Iudæis probet ſe Dei gloriâ potitum? Subdit ſacer Hiſtoricus: *Et eiicientes eum extrà ciuitatem lapidabant.... Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.* Sanè dum morientis Stephani proditur gloria, perſecutorum torquetur initia. Sed vnde proditur gloria lapidum è lutidis crepitantium ſaxorum vibicibus barbaricè inflictis? quid lapidibus cum Stephani beatâ gloriâ? Pulchrè Emiſſenus homil. de ſanctis martyr. Epiphodio & Alex. *Plurima*, inquit, *populorum Eccleſia etiam illâ ſanctificatione contenta ſunt, quam de Angelicis membris duri catenarum nexus contingendo rapuerint: vt quod fuit inſtrumentum pœnæ, ſit gloriæ teſtimonium, & dolorum materia tranſeat ad inſigne meritorum.* Itaque appoſitè Hiſtoriographus ſacer, gloriæ Stephani, quam intentus in cælum vidit, attexit duros lapides, quorum ſæuis ictibus inhumaniter occubuit, quò illam luculenter comprobet. Nam ſicut dolorum materia tranſit in inſigne meritorum: ita *quod fuit inſtrumentum pœnæ, eſt gloriæ teſtimonium.* Nimirùm publicandæ Stephani gloriæ ſæuientium lapidum adſit ſuffragium, & atrocioris pœnæ inſtrumentum. è peruerſo tranſeat in gloriæ teſtimonium, quod vel obſtinata Saüli peruicacia refragari non valeat. 3. Act. 7. v. 57. & 58. Euſebius Emiſſenus. *Inſtrumentum pœnæ. tranſit in gloriæ teſtimonium.*

Atrociter impudicas heſternæ diei minas, longior ſubſecuta nox mitigare non valuit. 4.

Sic eſt libido cruentè barbara! Primo mane adſunt tribunali duo illi Preſbyteri pleni iniquâ cogitatione aduersùs Suſannam, vt interficerent eam. *Et dixerunt coram populo:*

Hic verſ. 29. *Mittite ad Suſannam filiam Helciæ vxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus*, &c. Opportune idem Emiſſenus:

Euſeb. Emiſſ. *Suſanna fert quidem in ore iudiciū mortis; ſed in corde pretium immortalitatis.*

Producitur caſta veritas ad profanum tribunal, ab homine diſcutienda, ſed pro Deo teſtimonium redditura. Hæc ille in ſerm. de S. Romano martyre, qui de eodem ſic inibi eleganter ſcribit: *Rapitur felix reus ad beatam damnationem, ferens ſecum pretium, magnanimus & confeſſor intrepidus ferens ſecum in ore quidem iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis. Quæ eſt iſta rerum, & quam ſtupenda diuerſitas eſt? Corpus pro anima oppoſiturus vnus atque idem & pœna ſecum cauſſam portat, & gloria.* Quid Suſannæ accommodatius? De felici reatu beatè damnanda rapitur Heroina: producitur caſta veritas ad profanum Preſbyterorum tribunal: ſed magnanimiter intrepida Suſanna *fert ſecum in ore quidem iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis. Corpus pro anima opponens, & pœna ſecum cauſſam portat, & gloria.* Luculenter ſanè Emiſſenus.

5. In tribunali impudicè & cruentè profano ſiſtitur caſta veritas falſatæ inhoneſtatis rea. Virtutis color, verecundia inquam, diſcoopertam faciem venuſtiſſimam occupat. Non effunditur ſanguis, ſed ſuffunditur. Iuueniliter cana Senum libido de fruſtratione crudelior, cauſſæ præeſt. Stupri damnatur caſtiſſima Suſanna, quam non decebat niſi

Hic verſ. 43. *Suſanna felici periculo tutior, & illuſtrior.*

impudicis condemnari. *Ecce morior* exclamat. Confeſtim rapitur ad ſupplicium: & populus in ſinu apparat lapides, quibus armatæ manus, ſæuis eam ictibus contrucident. Adeſt præſtò Daniel, & funeſtiſſimam iniuſte tragœdiam felici cataſtrophe claudit. Sceleroſi Senes malè pereunt, caſtitas ſui vindex triumphat in Suſannâ. Lætatur populus de caſtitatis vindiciis, tota exultat proborum cognatio; ouat victorialis Matrona

Emiſſenus.

felici periculo illuſtrior, & de peruerſo opinatiſſima. Vnius diecula perbreui particulares tanta peraguntur, & Suſannæ & periclitatum, & victoriatum eſt: adeò vt prope dixerim

Emiſſ. ſerm. de S. Romano. *Victoria Suſannæ inucta principio, cōpendioſa beatitudo eſt.*

cum eodem Emiſſeno: *Peruenire ad victoriam, ſine bello conſummatione inuncta principio, compendioſa beatitudo eſt.* Itaque gaudet Suſanna (tantæ Matronæ adgaudeamus) de felicitate periculi ſui; inde illuſtrior euadens, vnde obſcœnè credi poterat denigrari. De periculo, vitæ & famæ ſalutem inuenit; & periculoſum diſcrimen incolumitati glorioſè impenſiùs militauit. Probroſa & cruenta cauſſa peragitur feſtinanter: & victoria iuncta bellandi principio, *compendioſa beatitudo fuit.* Quaſi actuoſior viuidè perſecutio, quæ atrocitates feſtinantiùs maturat & abbreuiat, *beatitudinis compendium ſit*: & quod in mortis periculo cœpit, per compendium in glorioſâ beatitudine conſummatur. O beatas Suſannæ calamitates! ô inopinatam probroſioris periculi felicitatem!

6. Matthæi 2. totâ regiâ vrbe Ieroſolymâ intrepidè clamant Magi: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt. Demum aduertens, nil ſibi de inuento puero Iudæorum rege, ſibi a Magis renuntiatum, *iratus eſt valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infrà ſecundùm tempus, quod exquiſierat à Magis.* Naſcente Chriſto luctus cœpit, non cælo, ſed mundo. Inducitur matribus lamentatio, Angelis exultatio, & glorioſè lugubris infantibus tranſmigratio. Deus eſt, qui natus eſt; innocentes illi debebantur victima, qui damnare venit delitioſam mundi malitiam. Agnelli debebant immolari, quia agnus debebat crucifigi, qui tollit peccata mundi: ſed oues vlulant matres, qui agnos perdunt ſine voce balantes. Sæua perſecutio, crudele ſpectaculum. Nihil tamen proficit impietatis audacia; quæ poteſt atrociùs ſæuire, ſed Chriſtum non poteſt inuenire. Putabat ſe infelix Tyrannus Domini Saluatoris aduentu regali ſolio detrahendum. Sed non ita eſt, ait Emiſſenus: *Non ad hoc venerat Chriſtus vt alienam inuaderet gloriam, ſed vt ſuam donaret: nec vt regnum terreſtre prariperet, ſed vt cæleſte conferret. Non inquam, venerat ad poteſtates dignitateſque rapiendas, ſed ad contumelias iniuriaſque perferendas. Non ad hoc venerat vt ſacrum illud caput ad diadema gemmatum, ſed ad coronam ſpineam prepararet. Non inquam, ad hoc venerat vt conſtitueretur ſupra ſceptra magnificus, ſed vt crucifigeretur illuſus.* Vide hîc quam nihili æſtimet Chriſtus quod aufert perſecutorum inuidia; & quod eorum crudelior rabies infligit, quam magni ducat. Ad hoc enim venit, *vt ſacrum illud caput ad coronam ſpineam prepararet.* Hem! Coronæ ſpinoſitatem, ſacra tempora cruente ac probroſe terebrantis, tanti æſtimat Chriſtus Deus? Ad ſpineam coronam ſe *praparare*, totum Chriſti negotium dicitur: Sic inſtrumenta acerbioris & probroſioris pœnæ, tranſeunt in gloriæ teſtimonium, & præluſtre Deitatis ſuffragium? Tam probroſum cruentè ludibrium, Redemptoris *compendioſa beatitudo eſt.*

Matth. 2. v. 16.

Emiſſ. [illegible] de M[illegible] *Chriſtus [illegible] nit, vt [illegible] caput ad [illegible] neam [illegible] prapararet.*

Iacobus Apoſtolus bono & alacri animo eſſe nos in tribulationibus iubet: *Omne*, inquit, *gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis*, &c. Quare Apoſtoli (ait Bernardus) *non modo patienter, ſed & libenter, verùm & ardenter ad tormenta, ſicut ad ornamenta, ad pœnas ſicut ad delitias properabant.* Hoc gaudium in tribulationibus, ſitum non eſt in ſenſu naturæ, quæ tribulatione ſentit dolorem; ſed in rationis per gratiam roboratæ exiſtimationem. Vnde ait, *Exiſtimate.* Diſertè ille quicumque: *Leuis eſt dolor, ſi illi nihil opinio adiecerit. Omnia ex opinione ſuſpenſa ſunt* Si velis, poteris ſæuæ perſecutionis, & duræ tribulationis mitigare dolorem, & in lætitiam conuertere, ſi inde iucundam & glorioſam animæ ſanitatem expectes. Audiendus eſt Emiſſenus, ne non ſit totius paragraphi comes & dux: *Si in oſſibus vulnus abſconditur, aut in viſcerum profunda demerſum eſt, auſteriorem poſcit vis occulta medicinam: vt vlceris magnitudo aut exuſtione*

7. Iacobi v. 2.

S. Bernard. ſerm. de [illegible] gen bon. *Dolor pellendus.*

Senec. ep. 78.

Emiſſ. hom. 10. ad [illegible] chos.

exuſtione ſupercuretur, & dolor dolore pellatur. O calamitatum dolore noxios animi dolores excutiamus! Iſtiuſmodi a cautere exuſtio, character ſalutis eſt.

---

§. CLI.

Fortuna moleſtè inconſtans eſt; ſimili inconſtantiâ laborat malitia, prauorum affectuum turbine in gyrum ſemper rotata.

1. ex Se- de vi- c.18. MAligna fortunæ, rara, imò nulla fides eſt: vices rotat rotatu perpeti, & ſuſque déque cuncta circumuoluit; atque ſcientes neſciósque pariter decipit. Hæc ſæpè homines dum non intelligunt, alienum fortunæ ſuæ vultum gerunt: ſicut plurimi quibus in circo aut in theatro deſidentibus, iam funeſta domus eſt, nec annunciatum malum. At Deus velut ex alto proſpiciens, videt quæ tempeſtates, aut immineant paullò tardius rupturæ nymbum ſuum, aut iam vicinæ felicem hominem etiam cum ſuis rapturæ ſint, ſi propiùs acceſſerint (ô quàm propè accedit his felicibus infeliciſſimè Senibus vitiorum vertigine actis, funeſta calamitas; & diræ in Suſannam ſententiæ fulmen, ipſos citiùs vſtulat, & ipſam ſeruat incolumem!) Quid porrò, nónne nunc quoque (etiam ſi id non ſentiebant) turbo quidam eorum rotabat animos, & dudum in ſublime alleuatos, nunc in infima alliſos, magno illos concuſſu trahit, agitat, & vſque ad ſtrages cruentas calamitosè raptat? Infortunata ſemper cunctis viciſſitudo fortunæ eſt: cùm grauat, premit; cùm adludit, deludit; cùm adridet, decipit. Adeò eſt lubrica, infida, & maligna fortunæ, ac vitiorum fides! Ecquis inconſtantiæ tutò ſe credat? O caue fortunæ rotam, & fortunæ adſimilem prauorum affectuum vertiginem, ne ad omnia vitia leuiculè rapteris! Leuiras viderur, & ſuccedentium malorum rara ac firma conſtantia eſt.

Sapientiæ 1. ita ſapienter ſcribitur: *Nolite,* inquit, *zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum.* Quæ verba ſic excribit Vatablus: *Ne affectetis mortem, errore vitæ veſtræ, nec operibus manuum veſtrarum accerſatis perniciem.* Et ſenſus eſt: Nolite *zelare*, id eſt, *affectare* ſeu *aſciſcere* mortem, vt ſolent qui aliquid valdè amant. Addit, *errore vitæ veſtræ,* id eſt, enormiter errando circa vitæ corporalis conſeruandæ rationes, & à fortuitis damnis ſeu paſſionibus tutelam. Belliſſimè Seuerinus Boëtius 2. de conſolat. Proſâ 3. quaſi exponeret præſcripta Sapientiæ verba: *Nolite affectare mortem, errore vitæ veſtræ,* inquit, *Etſi rara eſt fortuitis manendi fides, vltimus tamen vitæ dies, mors quædam fortunæ eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas, tu illam moriendo deſeras, an te illa fugiendo?* Ecce tibi de *vitæ errore* cauſſam *affectandæ aut accerſendæ mortis.* nimirùm homines pertæſi viuendo pati vices fortunæ, quam neſciunt fugere, nec poſſunt tolerare; ſuâ ipſi morte mortem fortunæ ingeniari præſumunt, & ſic extra eius aleam ſe conſtituere negotiantur: perinde enim eſt, ſi te fortuna, an tu fortunam deſeras. Adæquè fortunæ iure exemptus eris, ſi alterutro ex his modis, moleſtas illius viciſſitudines declines. *Vltimus vitæ dies, mors quædam fortunæ eſt.* Hem! tanti emitur fortunæ aſylum? Sic eſt peracerba humanæ vitæ cognata, vices alternans fortuitorum paſſio? Hoc etiam vitio vitia laborant, de cognatæ fortunæ inconſtantiâ, & vertigine affectuum meritò culpanda.

Celebris eſt illa Pſalmographi ſententia: 3.
In circuitu impij ambulant, quaſi circumagantur humanæ *natiuitatis rota,* quam fortuna Pſalm. 11. v.9.
exagitat. Vocat Salomon in Prouerbiis *rotam malorum,* vt quidam ex Hebræo vertunt. Iacobi 3. v.6.
Proh cæci & miſeri, quos continuus deerrando diuexat error, & fallit circuitus! Eleganter Bernardus lib. de diligendo Deo: *In circuitu,* ait, *impij ambulant, naturaliter appetentes vnde finiant appetitum, & inſipienter reſpuentes vnde propinquent fini. Fini, dico, non conſumptionis, ſed conſummationis. Quamobrem non beato fine conſummari, ſed conſumi vacuo labore accelerant.* Planè in circuitu ambulat, qui non beato fine *conſummari*, ſed vacuo explendorum appetituum labore *conſumi* accelerat. Eundem malorum circuitum apprimè his verbis Caſſiodorus elucidat, agens de circulo deſideriorum, quo humanus animus ad voluptabilia rotatur: *Dum poſt rei deſideratæ obtentum maiori ſe ſentit indigentiâ laborare, præoptata incipit faſtidire, & denuò in alterius rei ſuccenditur appetitus, non tamen ſatianda, ſed alterius falſæ felicitatis imaginatione fallenda. Hic eſt circulus impiorum.* Heu vitioſus impiorum circulus, quo animus vitiis deprauatus, à moleſtiâ ſpei, ad cupitæ poſſeſſionis faſtidium feſtinat! & inde rursùs ad nouas ſpes dulciter erectus, nauſeam pro ſatietate reperit: & quoniam non ſatietatem, ſed indigentiam ſentit, iterùm atque iterùm fallendus in circuitu fruſtrà quantocyùs properat: inde excitatus, vnde credi poterat retardari; dum tædium faſtiditæ poſſeſſionis oblitus, vlterioris atque vlterioris fiduciæ fraudes experiri intentat; ſicque non beato fine *conſummatur*, ſed vacuo labore *conſumitur*: quia *in circuitu impij ambulant.*

Impius ſuo circuitu non conſummari, ſed conſumi feſtinat. S. Bernard. Caſſiodor. *Circuitus impiorum à ſpe in faſtidium poſſeſſionis, & à faſtidio in ſpem.*

Siracides Eccleſiaſtici 33. *Præcordia fatui,* 4.
inquit, *quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis, cogitatus illius.* Syrus autem interpres Eccli. 33. v.5.
ſic locum emphaticè ſcribit: *Rota velox, cor* Syrus.
iniqui; & ſicut ſus omnes cogitationes eius: quoniam terrena, ſqualida, obſcœna, lutulenta ſunt illius vota, in quibus tanquam ſus in cœno perpetuò volutatur. Et quidem peridoneè aſſimilantur *rotæ*; quia iam lambunt terram, oſculantur puluerem, luto volutantur, cœno immergûtur, ſuper petris ſtrident; iam deprimuntur, confeſtim eleuantur, vt iterùm atque iterùm cadant rotatu perpeti, & inceſſanti vertigine. Huc adludere videtur Galfridus ſic moraliſſimè fatus: *Quemadmodum pingitur quatuor canthis rota Fortunæ, in quâ alius gloriatur eleuatus, alius deſcendit minorificatus; item infimus axe premitur, alius iterùm fertur ad aſtra: ſic humana mens interim à ſummo, id eſt, lunâ, in timore deſcendit, in mœrorem*

Suila impiorum mens rotam fortunæ æmulatur. quomodo? Galfridus in ad Coloſſenſ.

mœrorem iacet, ſurgit in deſiderio, ſtat in gaudio conſtituta: ſed vt rurſus in timore deſcendat, iaceat in mœrore; & totæ canthos æmulata, perpeti vertigine ſúſque déque circumuoluatur. *Præcordia ſtulti quaſi rota carri.* Sic impiorum mens, fortunæ viciſſitudines, & vitiorum inconſtantiam rotatione iugi impreſſiùs æmulatur!

5 *Sapientiæ 4. v. 12. Concupiſcentia inconſtantia, in alternandu vicibus conſtans.*

Sapientiæ 4. traditur quare iuſtus immaturâ ætate aliquando intereat, nempè ne malitia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, *& inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum.* Inconſtantia dicitur, impetus concupiſcentiæ, quo agimur, & rotamur ad voluptabilia. Pro inconſtantiâ *error* à quibuſdam excribitur. Sapienter quidem *error* concupiſcentiæ appellatur *inconſtantia*: quia licet *concupiſcentia* conſtanter ad voluptabilia quæuis ſibi propoſita feratur; inconſtantiſſimè tamen vni adhæret, quin mox hianter proſiliat in aliud, atque aliud perpetuo rotatu. Exinde *error concupiſcentiæ* nominatur *inconſtantia*: *Eſt errantium* (inquit Procopius) *cor inſtabile, ebriorúmque more cupiditatibus agitatur, & vacillat: quolibet enim ſpiritu circumagitur, & quod eſt in prouerbio, Rapiuntur cupiditatum turbine.* Sic eſt inrupta vitiorum fides, & eorum natura infidelis! In eo dumtaxat concupiſcentia conſtantiam ſeruat, vt in perpetuâ errorum viciſſitudine, & alternante ſemper affectuum inconſtantiâ conſtans ſit, neque à cognatâ inconſtantiâ hæc conſtantia concutitur. Iugi titubatione inceſſanter vacillat, & varietate conſtanti leuiculè nutat: quia de cognato errorum ingenio continuò *rapitur cupiditatum turbine.* Sic eſt malitia inſtabilis, de alternantis fortunæ æmulatione culpanda!

Procop. in c. 54. Iſaiæ. Inſtabilis eſt malitia, quia rapitur cupiditatum turbine.

6 *Gen. 8. v. 21.*

Geneſeos 8. hoc non bonum hominis elogium ſcribitur: *Senſus*, inquit, *& cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentiâ ſuâ*: Neque ad vnum mali genus hæc humani ſenſûs procliuitas agit, ſed ad omnia variè inſtigat. Quare huc alludi putatur cùm dicitur Matthæi 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Vide quo prauorum affectuum turbine humani affectus variè agitentur vago ſenſuum lenocinio. Idcirco Saluianus lib. 1. de Prouid. mortaliſſimè præcauet: *Non*, inquit, *vagi ſenſus per varia oblectamenta laſciuiant, ſola exultet anima corpore affecto, quaſi aduerſario ſubiugato.* Quaſi quilibet ſenſus, varius, & vagus, ac multipliciter vnus, ſiue plures vnus ſit ad malum. Quæ ſunt forſan *ſenſuum ingenia*, quæ alias cum Tertulliano culpauimus. Nam faſtidio poſſeſſionis deluſus, oblectamentum in ſpe malè acutus ingeniatur, & ſubtiliter de ſuo fingit: & ſic inceſſanter vagis ſenſuum deſideriis multimodâ varietate fruſtrà laſciuit.

Matth. 15. v. 19. Vagi ſunt ſenſus per varia oblectamenta. Saluianus. Tertull. l. de Animâ.

7 *1. Reg. 1. v. 1.*

1. Regum 1. *Fuit*, inquit, *vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana.* Vir *vnus*, id eſt, ſingularis, ſingulariter egregius & eximius, quaſi vnus è multis. Nec immeritò Elcana *vnus* dicitur, id eſt, in ſuis actionibus ſimplex, ſincerus, conſtans, ſemper idem, nunquam alius. Luculenter inibi Hugo Victorinus ait: *Benè dicitur vir vnus, non numero, ſed quia nunquam mutatur, nec de ſe alter efficitur.* Scilicet de Elcanâ, quaſi quid eximium & ſingulare notatur, quòd erat vir vnus, non numero, quaſi de aliis hominibus propè ambiguum ſit, an eorum aliquis ſit *vnus numero* ſecum. Sic a ſe *alter efficitur*, ſic moribus à ſe diſſidet, ſéque ipſum diffitetur, vt ferè anceps ſit, an ille ipſe ſit, qui re ipsâ eſt, an à ſeipſo alter. Sic eſt varietatibus temperatus, aut mutationibus corporatus! Sic eſt homo varius, & multiplex, & à ſe diuerſus, tot perſonas aſſumens, quot affectibus agitur. Sic eſt homo mutationibus obnoxius! Sapienter Seneca epiſt. 20. ſic hominum inconſtantiam vellicat, dum inconſtantiæ cauſſas exponit: *Maximum hoc eſt & officium ſapientiæ, & indicium, vt ipſe vbique par ſibi, idémque ſit. Nec dico ſapientem ſemper vno iturum gradu, ſed vnâ viâ. Etiam num dicam, vnde ſit iſta inconſtantia, & diſſimilitudo rerum, conſiliorúmque. Nemo ſibi propoſuit, quid velit: nec ſi propoſuit, perſeuerat in eo, ſed tranſilit; nec tantùm mutat, ſed redit, & in ea quæ deſeruit, ac damnauit, reuoluitur. Quid eſt ſapientia? Semper idem velle, atque idem nolle. Neſciunt homines quid velint, niſi illo momento, quo volunt: in totum nulli velle aut nolle decretum eſt. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur.* O nimis verè!

Hugo Vict. Elcana vir vnus dicitur, non numero, ſed quia non mutatur. Seneca. Cauſſa homo mutetur, & alter à ſe fiat.

§. CLII.

Inuidia eſt optimorum execratio, Goliæ gladius, amicitiæ cuius mortuus, & humanæ mentis infernus.

1 *S. Nyſſe. de vita Moy. Inuidia imperia donat conglobata.*

ELoquenter Nyſſenus hæc non bona inuidiæ conglobat elogia: *Inuidia*, inquit, *malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſſa, ignominiæ principium, mortifer ſtimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenoſa, tabes ſponte adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, inteſtinorum ignis. Hanc qui habet, non ſuis malis, ſed alienis bonis infelix eſt. Miluis ſimilis, quos cadaueribus paſci, & pretioſo vnguento emori, aiunt.* O fuge hunc malitiæ fomitem, & cunctæ bonitatis luem! Heu! quid tam infeliciter miſerum, quàm infelicitari felicitate alienâ, peruerſo bonorum abuſu? Sic nequam hi Senes, & propriâ libidine æſtuant, & vruntur Ioachimi felicitate, quem cum coniuge honeſtiſſima dehoneſtare ſatagunt. *Hic verſ. 19.*

2 *Geneſ. 27. v. 43.*

Geneſeos 27. agreſtis Eſaü minas atrociter ſpirat aduersùs fratrem Iacob, ob fraudem paternæ benedictionis arcanè furacem. Timet Rebecca minacem fraternæ cædis iram; & ſui Iacobi vitam & ſoſpitatem, eius moleſto peregrè exilio redimere ſollerter feſtinat: *Nunc ergo*, ait, *fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabiſque cum eo dies paucos*, &c.

Eadem

Eadem propè verba post largam benedictionem Iacobo pater Isaac sapienter inculcat, & filij à filio fugam persuadet. Caussam huius fugæ explicatiùs inibi tradit Chrysostomus: *Consurgens fuge ad Laban*, inquit: *Verisimile enim, quod separatio, & temporis processus poterit mitigare iram, & finire inuidiam, & obliuionem afferre eorum, quæ in furto benedictionis gesta sunt.* Opinor, consultissimi Patriarchæ non solùm inuidiam fratri Esaú auertere properant, sed & Iacobi inuidiam discessu euitare festinant. Ceterum Esaü suam benedictionem minori fratri erogatam inuidet; Iacobus autem maioratu, & benedictione nobiliter auctus, quid, cuive inuideat? Alto mysticè stilo Philo Iud. lib. de Prof. fug. hunc locū [illegible]bit, & exponit: *Tu vero puer fuge, &c. Fugiendū igitur hoc tēnore & quod pessimu, & quod optimum.... Nam cohabitatio cum malo nocet maximè, cum bono vero perfecto periculosa est. Itaque Iacob & ab Esaū fugit, & ablegatur à parentibus: fugit quidem vitium; sed non potest cum perfectâ virtute viuere.* Bona fuga, quæ vitandum sit inuidiam fratris geminatam. Nimirum Iacobi exilio cedebit præceptæ benedictionis inuidia: & Esau desistet inuidere ei, cui de paternæ domo absenti, & ærumnoso peregrè exilio, mi[illegible] [illegible] potuisset. *Puer* autem Iacob nondum adultus virtutum robore cuius adhuc nerui puerilis animæ sunt molliusculi, in ætate nimis tenerâ & delicatulâ; fugiat quod *pessimum*, ne contubernalis aspectus assimilia astricet vitia: fugiat etiam quod *optimum*, quasi immaturus sanctissimorum Patriarcharum conuersationi, ne aut pusillanimus à virtute deficiat, aut tanquam puer optimorum inuidiâ animitùs exæstuet. Sensim alibi in virtute proficiat, vt *optimorum* conuersationem & aspectum ferre possit, quin liuore inuidentiùs vratur. Puerilem bonitatem fascinat perfecta aliorum virtus, de inuidentiæ morbo malè aspectabilis. Fugiat ergo fratris Esaü inuidiam Iacobus, fugiat & suam, de optimorum aspectu periculosè timendam. *Fugiendum igitur & quod pessimum, & quod optimum.*

36. Psalmo 36. purpuratus Propheta sic durè aduersùs peccatorem pangit: Gladium euaginauerunt peccatores, vt deiiciant pauperem & inopem, & trucident rectos corde: *Gladius eorum intret in corda ipsorum. & arcus eorum confringatur.* Arcum peccatorum, ait S. Ambrosius esse mentem eorum, & sagittam verbum venenatum: *Considera*, inquit, *iurgantes peccatores, atque acerba iactantes insolentia, & criminationum opprobria proferentes; nónne si eos audias, dices: Gladium euaginauerunt peccatores? Quando sermo turpis tanquam de vaginâ petulanti ex ore profertur, quem cohiberi par fuit & recondi, extenderant arcum suum.* Bene quidem Ambrosius; sed opportunè doctissimus Idiota de morte lib. 5. *Nonnullos*, ait, *gladio inuidiæ premit: inuidia enim est gladius Goliæ, qui proprium magistrum occidit; quia inuidi antequam alios interficiant, gladio inuidia torquentur, vt de eis dicatur: Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Scilicet [illegible] [illegible] ma tanquam [illegible] uoriæ impedimenta exuit, & [illegible] ad [illegible] contra gigantem [illegible] pr[illegible] Dauidis funda perite circumdacta, Goliæ caput [illegible] plagam admittit, & animam de corpore [illegible], tantâque celeritate sensu mortis caruit. Sic [illegible] mortuus Goliath, sternitur superbæ loquentiæ commentum, alienigenarum t[illegible]s, & Hebræorum terror. Neque Dauid gladium infert in pugnam, inermis pugnator sublato Gigantis gladio, gladij dominum obtruncat, aduersis armis in vsus debitos versis. Cùm igitur Goliath gladium fabricaret, quem Hebræo sanguine putabat tentandum, id se in vsus Dauidis facere, & proprij iugulatoris baiulum in aduersarij habitu se Dauidi venire subs[illegible] [illegible]rabat. Goliæ similes puta inuidos, *Gladius eorum intrat in corda ipsorum*, qui arma fabricant, & proprij iugulatoris subsidio baiuli adsunt, & proprio gladio citius iugulantur: prima enim & acerbior plaga corda inuidorum sauciat, & enecat. Grandiloqui ferociunt vt Golias; sed Goliæ factum ac fatum improsperè æmulantur, hostibus suis è peruerso auxiliates. *Inuidia est gladius Goliæ, qui proprium magistrum occidit.*

Paullus ad Romanos 1. sapienter docet, Ethnicorum sapientissimos ante Christum, licèt Deum ex creaturis agnouerint, traditos tamen in reprobum sensum, & in abominanda scelera incidisse: Repletos, inquit, omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitia: *plenos inuidia, homicidio.* S. Basilius homil. de inuidiâ, subtiliter censet non casu, sed moralissimo consilio, homicidium inuidiæ subtexi, quasi cædes sit inuidiæ appendix, de absurdo vitiorum nexu: Inuidia, inquit, est, *Interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex Deo venientibus, demum ipsi Deo contraria. ... Eadem & Cain visus est admittere primus diaboli discipulus, inuidiam & cædem ab eo edoctus: quas & Paullus simul iunxit, inquiens: Plenos inuidiâ, cæde.* Hinc inuidus dicitur, *Mortuorū amicus*: nam funestâ aliorum morte, aut infelicitate felicitari se putat, tanquam viuentium ac felicium inimicus. Quod idem Basilius eleganter præmiserat: Inuidus, inquit, *vnam tantùm mali requiem expectat, si quando cui inuideat, ruentem fortè aspiciat. Hic finis odij, si miserum ex beato, infelicem ex æmulo videat. Tunc demum fœdus cum eo iungit, amicus efficitur, quando lacrymantem viderit, aut suos querentem casus, libentiúsque lugentem miseratur & plorat, quàm gaudēti collætetur, aut applaudat. Puerum filium post mortem extollit, verbis ornat, quàm fuerit formosus, quàm ingeniosus, quámque ad omnia accommodatus, cum viuo ne linguæ quidem vsum dedisset*, &c. Ecce quàm verè inuidus dicatur, mortuorum dumtaxat, & infelicium amicus; qui aliorum prosperæ fortunæ atrox bellum indixit. *Inuidia igitur genus est inimicitiæ instabile quidem, ac admodum insuperabile.*

Psalmo 17. sic conqueritur ærumnosus Propheta: Circumdederunt me dolores mortis: & terrores iniquitatis conturbauerunt me. *Dolores inferni circumdederunt me.* 2. Regum 22. v. 6. vbi hæc repetuntur, habetur, *Funes inferni*, pro quo Chaldæus Paraphrastes

Marginalia:

Inuidia est gladius Goliæ qui proprium magistrum occidit.

S. Ambrosius.

4. Ad Rom. 1. v. 29.

Inuidus diaboli est discipulus.

S. Basilius.

Inuidus, mortuorum ac infelicium amicus dicitur.

Inuidia est genus inimicitia instabile, & insuperabile.

5. Psalm. 17. v. 6.

2. Reg. 22. v. 6 Chaldæus.

[illegible] quæ in [illegible] primordio, [illegible] quæ ade [illegible], qua [illegible] medullitus liga, & *deſideria* [illegible] *decurſu* [illegible] obli[illegible] [illegible] læta & alac[illegible]ito, poſt [illegible] gratulati[illegible] [illegible]lato, mol[illegible] duræ [illegible] ſub tecta. Sed [illegible] [illegible] dominio [illegible] vxorem. [illegible] Hieronymum [illegible] lib. [illegible] Paul[illegible] [illegible] *latus es vxori?* [illegible] Qui *vxorem* [illegible], *& debitor dicitur, & ſeruus* [illegible], *& quod miſerorum* [illegible] *ligatus.* V[illegible] oculis connubiali[illegible] monſtrum, vbi pa[illegible], imò [illegible] ſecum pugnan[illegible] nuptiali [illegible] ſt[illegible] [illegible] obnoxium [illegible] & [illegible] excerp[illegible]um. O [illegible] [illegible], quo velut fu[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] velut nequam [illegible] Omnibt, [illegible], quam [illegible] [illegible] [illegible] ta [illegible] ræ [illegible] p[illegible].

4\. Communium [illegible] [illegible] Apoſtolus [illegible] aperte, [illegible] [illegible] *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* V[illegible] Apoſtolus *tribulationem carnis*, [illegible] liberorum, & familiæ onera: ad[illegible], rixas, iurgia, ze[illegible] [illegible] querelas, & reliqua [illegible] moleſtias nuptiarum [illegible]. Quæ [illegible] valde [illegible] præ[illegible]. breuiaait Apoſtolus [illegible] al[illegible]:

7\. [illegible]: *Alligatus es vxori?* [illegible] eſt, [illegible] [illegible] dicitur *alligatus* [illegible] tanquam [illegible] [illegible] ad ſtipitem [illegible] amens, [illegible] furorem noxium [illegible]? au[illegible] multorum [illegible] [illegible] vinc[illegible] Hic flectere [illegible] [illegible], quod Andreas C[illegible] [illegible] [illegible] Sanctæ C[illegible] [illegible] [illegible] *Crux eſt & vinculum coniug[illegible]* [illegible] [illegible] vir [illegible] *alligatus vxori*, non [illegible] infel[illegible] [illegible] [illegible]aricus [illegible] carcere, aut furioſus in vinculis; [illegible] patibulatus [illegible]: *Crux & vinculum coniug[illegible].* Probr[illegible], [illegible] [illegible] & cruent[illegible] pa[illegible] Chriſti [illegible], & compendio ſa tot[illegible] [illegible] clari[illegible] eſt; [illegible] [illegible] & mo[illegible] exp[illegible], [illegible], [illegible] velut [illegible] vinctus eſt. *Alligatus es vxori? Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. Nam crux eſt & vinculum coniugij.* [illegible] [illegible] obnoxi[illegible], [illegible]

9\. [illegible] fel[illegible] [illegible] & [illegible] Suſannæ [illegible], [illegible] non [illegible] pera[illegible] [illegible] Heu [illegible] [illegible] [illegible] ſſim[illegible] [illegible]!

Gen. 3. v. 20. [illegible] 3. *Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Heuam eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.*

P. D. Iac. Celada in Suſannam.

Heuam eo quod mater eſſet cunctorum viuentium. Heua [illegible] *viuens* [illegible] [illegible] *viuificans* [illegible] LXX [illegible] pro *Heua* [illegible], *vita.* [illegible] futura erat [illegible] nouorum [illegible] uentium. Bene ex Abulen[illegible] [illegible] Cornelius, quod *Eua* [illegible] *matrem omnium, non ſimpliciter, ſed* [illegible] *& miſeræ in hac mortali vita viuentium* Ac[illegible] Eucherius: *Eua*, inquit, *interpretatur calamitas.* [illegible] nouam nuptam ſapienter Adamus *calamitatem* appellauit: quod ad [illegible] ampl[illegible] Chryſoſtomus [illegible] 32. in cap. [illegible] Matth[illegible], [illegible] *calamitas. Quid autem*, inquit, *eſt aliud mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni colore depicta?* Intermitto nunc re[illegible] [illegible] vxorū vni teſſatim [illegible] [illegible] [illegible] & conc[illegible] [illegible] [illegible]cunda, q[illegible] coniugalis [illegible] crux ex[illegible]nitur. [illegible] pende autem luculentius & opp[illegible]rtuniu[illegible] [illegible] quo quaſi adludat dub[illegible] Chryſoſt[illegible] [illegible] *miſeriam & ærumnam* [illegible], [illegible] *tem*: quare *deſiderabilis calamitas* [illegible]. Ecce hu[illegible] [illegible]. Ne [illegible] ſit [illegible], *calamitatem* [illegible], quo [illegible] *deſiderabi*[illegible] [illegible] [illegible] re, & [illegible]. In [illegible] eſt miſera *calamitas*, [illegible] deliciarum ſpecies ad *deſiderij* appetentiam e peruer[illegible], dum *mali naturam, boni colore depingit.* Quid tam tragice miſerum, quàm men[illegible] *deſiderabilis boni* pergrato illi[illegible] [illegible] râ infel[illegible] calamitate cruciari? O[illegible] has nuptiarum [illegible] dias in cœl[illegible] [illegible] [illegible] bene [illegible]!

In nuptiarum calamitate, mali natura, boni colore depingitur.

Heluæus. LXX Interp. Abulenſ. Lyranus. [illegible] Eucherius. Imperfectum

5\. 1. ad Timoth. 4. ita ſcribit Apoſtolus: *In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, [illegible] ſpiritibus* [illegible], *& doctrinis Dæmoniorum, prohibentium nubere*, &c. Loquitur Apoſtolus contra Simonianos, Saturninum, & alios paſſim Hæreticos, qui dicebant nuptias non eſſe à Deo bono, ſed ma[illegible] [illegible] Diabolo inſtitutas, ac proindè natura ſua eſſe malas & [illegible], earumque vſu homine[illegible] [illegible] & maculari. Hanc hæreſim S. Irenæus lib. 1. [illegible] 3. his verbis [illegible] confutat: *A Saturnino & Marcione exorti, qui vocantur Continentes, abſtinentiam à nuptijs annunciarunt, fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & oblique accuſantes eum, qui maſculum & feminam ad generationē hominum fecit.* Errant, errant Hæretici, qui [illegible] nuptias quaſi à malo Dæmone inſtitutas. Profectò tot in eis tribulationes & in[illegible] damna [illegible], vt à Dæmonis hoſtilitate [illegible] eſſe [illegible]. Nuptiarū autem [illegible], & moleſtias, [illegible] vt connubia culpet, [illegible] vt continentiā ſuadeat, S. Baſilius Magnus lib. de Virgin. tradit, aie[illegible]: *Coniugij finem corruptionem, & iniurias eſſe conſiderans ex ipſo fine totam nuptiarum tragœdiam prudenti ratione colligit.* Bonæ ſunt nuptiæ: quis id ne[illegible] [illegible] priuilegio: melius eſt enim [illegible] quam vri. At coniugati tribulationem

1\. ad Tim. 4. v. 3.

S. Irenæus.

Baſil. apud Deza in Iacobi cap. 1. v. 21. §. 6.

bulationem carnis habebunt. In ſtadio mariti vxor ſtat & maritus [illegible] calamitatibus obæratus: alteruter, imò [illegible] que *totam nuptiarum tragœdiam* ſuſtineat neceſſe eſt. Coniugij principium, *corruptio* eſt: [illegible] etiam [illegible] *corruptio*, quâ nuptiæ fœcundantur, & ſordido conceptu, & partu [illegible] ſimo, O! quis *totam nuptiarum tragœdiam* exponere valeat? Anguſtior victus ad minimo [illegible] cum laborem [illegible] rget, partus horrendum exercitat, educatio moleſtat, zelotypia vrit, [illegible] git [illegible] ſa [illegible] les, quæ ſtudia in contraria pugnaciter diſtrahit. Ergò coniugalis vita, tragica dicitur ſic eſt moleſtiarum fertilis, præſertim ſi prolium infœcunda ſit: nam ſterilitas impı [illegible] s coniugatos angit, coniugium infelicitat, ſiquidem nuptiarum fine fraudat. Hinc ergo *totam nuptiarum tragœdiam prudenti ratione collige*, & earum cen [illegible] um adæque taxa.

Tota nuptiarum tragœdia enucleatiùs expenditur.

---

§. CLIV.

Obedientiæ dignitas imperialis, & velut omnipotens maieſtas.

1\. BEatus Petrus Damianus de Maiolo Cluniacenſi ita ſcribit: *In hoc ſancto viro euidenter oſtenditur, & vere virtus obedientiæ, & monachicæ mortificatio diſciplinæ. Verè in eo [illegible] uitur & imperialis patientiæ dignitas, & Apoſtolicæ humilitatis regnare maieſtas. Iuſſus enim Prioratus officiu abijcere, non contempſit [illegible] recipere, patienter & humiliter obediuit: vtrobique ſibimet mortuus, & conſummatæ obedientiæ loro constrictus, dum alienis omnino ſe ſub trauit imperijs, nullâ proprij ſenſus in ſe [illegible] incere vota permiſit.* Alto ſtilo obedientia dicitur, *maieſtas*, & *imperialis dignitas*: nam ei, qui hic exprompté in rebus arduis obedit, generoſus adeſt *maieſtas*, & *dignitas imperialis*. [illegible] a ſe perdifficile extorquet obſequium, ipſeque ſibi auguſtiùs imperat, quicquid illi Superior imperauit. Niſi forté qui [illegible] parere ſcit, *maieſtatem*, & *dignitatem imperialem* inaugurat, & ſibi fauſté ominatur: maieſtas porrò imperandi, in parendi ſcholâ [illegible] citur: & perfectius humiliter obſequium, ſublimiùs imperandi auſpicium [illegible].

B.Petr Dam. opuſc. 33. c 8.

Obedientiæ maieſtas, & imperialis dignitas. quare?

2\. Iſaiæ 9. Euangelicus hic Vates ſic prophetat de Christo: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: *Et [illegible] principatus ſuper humerum eius*: & vocabitur nomen eius Admirabilis, conſiliarius, &c. Quaſi dicat: Hic paruulus [illegible] naſcetur princeps, rex & imperator [illegible] li enim fuit Christus ab initio conceptionis ſuæ [illegible] ex [illegible] originis, [illegible] propter [illegible] Verbi. Certè [illegible] b [illegible] c [illegible]: *Quis, inquit, omnium Regum [illegible] ſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut in capite diadema, aut in manu ſceptrum. Sed ſolus Rex nouus nouorum ſeculorum Christus Ieſus nouam gloriam, poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit.* E [illegible] autem [illegible] idem notat Co [illegible] *humerus* in Scriptura [illegible] Chriſto tribuitur, [illegible] & ſubiectionem. V [illegible] e Pa [illegible] Chaldæus [illegible] verb: *Factus eſt principatus ſuper humerum eius, ſic exc* [illegible] & [illegible] *ſuſcepit legem [illegible] per ſe, vt [illegible] naret eam.* Quia auguſtior Christo [illegible] *principatus*, [illegible] bumeris [illegible] ſuſcepit, vt [illegible] ſeruiret. Siletur regalis [illegible], imperialis [illegible] prætereitur, [illegible] auguſtior a [illegible] omittitur, & humanitate nomen Regis humeri obedientia lege mon [illegible]. Tanta eſt obedientiæ *maieſtas*, & *dignitas imperialis* [illegible] vt [illegible] Pett. Damiano expendebatur. Vile & abiectum putas alterius [illegible] manda [illegible] *maieſtas* [illegible] *dignitas imperialis*, adeò [illegible] Chriſti *principatus* [illegible] est [illegible] obſeruata.

Tertullian. l.aduerſ. Iudæos. Christi principatus, & eius inſigne, eſt [illegible] quent [illegible] conſeruata.

Isaiæ 9.v.6.

Chaldæus Paraphraſt.

Lucæ 16. [illegible] motitur. & in ij ſit no [illegible] lep [illegible] & mendicus Lazarus [illegible] ab Angelis [illegible] & gl [illegible] collocatur. Diues autem [illegible] tormento, *vidit Abraham a longè, & Lazarum in ſinu eius.* Quæritur [illegible] Commentator [illegible], qui [illegible] Abrahæ [illegible] de Ammonio [illegible] u. *Sinus Abrahæ eſt [illegible], in quo [illegible] recipi [illegible], & [illegible] recipiuntur [illegible] pietatis Abrahæ [illegible] Patrum. poſt Christum eſt cælum, quod eſt paradiſus beatorum.* [illegible] A [illegible] L [illegible]: *In Abrahæ [illegible] mi, [illegible] quedam [illegible] quietis, [illegible] tatis* [illegible] Hr Abrahæ ſinu. Q [illegible] do [illegible] S. Hi [illegible] di [illegible], *Abrahæ Obedientiam, quam per immolationem [illegible] & circumci[illegible] Deo exhibuit, ſignificat quia Obedientia omnia bona conſeruat [illegible] etiam finis quo [illegible] gregaui [illegible]. Et dicitur Lazari minis [illegible] Obedientia, quæ materia præceptorum Dei eſt, intelligitur, quia ipſa omnia bona docet, [illegible] homo digito ſuo quæ [illegible] ulr, oſtendit. Lingua etiam propriam voluntatem, quæ communi [illegible] carnal [illegible] deſ [illegible] profert.* Itaque *propria voluntas* quæ [illegible] obedientiam negotiatur, [illegible] ſe [illegible] æſtuantem ore ſuffl [illegible] [illegible] contrario autem Obedientiæ [illegible] Abrahæ [illegible] ille [illegible] *quietis* [illegible] vi [illegible] *paradiſus* [illegible] est [illegible] deputat [illegible] bona [illegible], [illegible] *omnia bona conſeruant* [illegible] *Obedientis*, [illegible] bo [illegible] & [illegible] *ſtentaculum*, [illegible] Abrahæ *ſinus*, [illegible] patien [illegible] *quiet* [illegible] ſit, [illegible] virtutum omnium [illegible] *celum* [illegible] empyreæ gloriæ: [illegible] eſt [illegible] voluntas [illegible] q [illegible] D [illegible] ſe expo [illegible] & pericul [illegible] tum act [illegible] in dig [illegible] pompa [illegible] digito [illegible] *Lazari [illegible] Obedientia eſt,* [illegible] *digito ſuo quæ [illegible] oſtendit.* Hæc [illegible] Obedientiæ pot [illegible] dicentis ex [illegible] 3

A [illegible]

Ad Philippenſ. 4. [illegible] dicitur: *Omnia poſſum in eo qui me [illegible]* Ad Philipp. 4. v. 13.

... rcè eſt *εγω*, id eſt, *potens, fortis*, ... *ſum ad omnia*. Potentiæ arrogantia vl... humanas vires planè videtur, & omnipo... tentiæ ... gatio ſuprà hominis faſtum au... ... Ptolomæus autem conſultò addit, *In eo qui me confortat*, id eſt, qui intùs me corroborat, validum, & robuſtum facit, ſuggerendo ſcilicet animæ, menti, voluntati, quin & corpori ... vires, quibus gratiæ ſuæ obtemperans, tam magna audeam, & tam potenter exequar. Qua... ... ego, ego ille, qui in me, & ex me nihil ſum, nihil poſſum, ſi metior diuinæ gratiæ vires ad Deo obſequendum datas, quadam omnipotentiæ æmulatione *omnia poſſum*, quantumuis imbecillitatem & impotentiam meam agnoſcam. Sententioſè Emiſſenus quaſi ad hunc Pauli locum tacitè adludat, ſic fatur: *Pro obtemperandi ſtudio vires meas non interrogo: quia quod à ſummo Antiſtite imperari mihi video, poſſe me credo*. Scilicet perfecta obedientia non interrogat vires ..., propriam potentiam non examinat; & ... ſe impotens ſit, & impar viribus ad iuſſa exequenda, animoſus tamen ..., quaſi ... obſequij omnipotens ſit; nam *omnia poſſum* in eo qui imperat & ... obſequelam *confortat*. Ergò dicat qui que cum Paulo, cum Emiſſeno dicat: *Obtêperandi ſtudio vires meas non interrogo: quia quod imperari mihi video, poſſe me credo*. Quare *omnia poſſum in eo qui me confortat*. Profectò de inobedientiæ arbitrio venit, curioſa virium interrogatio, & malè acutum potentiæ noſtræ examen, quo ſemper homo ſibi videbitur obſequio impar. Perfecta autem obedientia, robur ad patendum ſufficiens ſemper inuenit, aut facit. *Quod imperari mihi video, poſſe me credo*.

v. 16. Geneſeos 2. Homo recèns formatus, in paradisum illicò transfertur; *præcepitque ei Deus dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo morte morieris*. Hinc grande inter Expoſitores litigium oboritur, quare Adamum Deus hoc mandato coſtrinxerit. Quid intererat, vt in tantâ edulium arborum copiâ, ab vnâ dumtaxat arbuſcula temperaret? Reliquæ mundi animantes permittuntur exleges viuere, & ſolus Homo liber & ingenuus, præcepto obſtringitur, & libertate imminuitur, & ſeruitutis charactere ... atur: Imò hinc vel maximè generoſa obedientiæ laus taxanda eſt. Eleganter Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, cap. 4. *Sed & legem*, inquit, *Dei bonitas erogauit, conſulens Homini, quò Deo adhæreret; ne non tam liber quàm abie...us videretur, æquandus famulis ſuis ceteris animalibus ſolutis à Deo, & ex faſtidio liberis: ... vt ſolus Homo glorietur, quod ſolus dignus ... et, qui legem à Deo ſumeret, vtique animal rationale, intellectus ſcientiæ capax, ipſâ quoque libertate rationali contineretur ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia*. Itaque lex Homini ... tellera fuit, qua ab animantibus ceteris ... exlegibus ingenue diſtinguerentur ... Libertati ſuæ reliqua animalia ... concupiſcentiæ licentia ... quò nullum rationis ſpe... ... Deo participiu denotatur. Homo ... tanquam rationis compos, cæli

P. Didac. Celada in Suſannam.

capax, Dei particeps, præceptum ... ſignitur, vt per generoſum ... Deo adulantius adhæreret obediendo cualeat. Exinde recèns creato quammaturè adeſt diuinum præceptum, ne illi de facili obſequio deſit parendi *auctoritas*, & obedientiæ *dignitas imperialis*, quâ ceteris animantibus generosè antiſtat. Ne autè Suſanna huius generoſæ dignitatis foret exors, à tenerâ ætate *erudita fuit ſecundum legem Moyſi*, quam per omnes ætatis gradus obſequentiùs obſeruauit. Adeò vt vel improbis Iudicibus incunctanter obedierit, & dicto citius acerba adfuerit tribunali præmaturè Phariſaico, ne vmquã non exprompte pareret Dei vices gerentibus. Maluit obediêdo damnari, quàm non obediens imperia Superiorum recuſare: indéque fraude euidentiùs detectâ, generoſos obſequij fructus retulit, ſoſpes, victrix, triumph... ... inter Heroïnas digne numerata, innocentiæ præluſtri cenſu. Hic verſ. 3. Hic verſ. 50.

6. Matth. 6. in Oratione Dominica iubemur poſtulare à Deo: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ*, Conſultò hanc tertiam petitionem præcedit ſecunda, *Adueniat regnum tuum*, quia, quò magis fit volũtas Dei, eò magis propagatur Dei regnum, dum plures illi ſe voluntariè ſubiiciunt. Magnus enim Dei honor, magnum Dei dominiũ & regnum eſt, vt omnes & omnia eius voluntati ſubſternantur, vtque in omnibus perfectè compleatur. Quod eloquenter Chryſoſtomus homil. 20. in Matth. adnotauit: *Vide autem*, inquit, *conſequentiam optimam. Quia enim concupiſcere docuit cæleſtia, per hoc quod dictum eſt, Adueniat regnum tuum, antequam ad cælum perueniatur, ipſam terram iuſſit fieri cælum, per hoc quod dixit: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ*. Itaque regnũ cælorum, ſeu beata cæli gloria poſtulari iuſſa, ſic putatur hominum deſideria ſuſſlammare, vt ... eam poſtulantibus *concupiſci* dicatur. Exindè cum poſcitur perfecta obedientia, qua ſic in terris obſequimur diuinæ voluntati, ſicut in cælis Beati obſequuntur, *ipſam terram iuſſit fieri cælum*, Hem! perfectũm obſequium diuinæ voluntati exhibitum, terram refingit in cælum: Quid Obedientiæ adulantiu, quàm quòd terram reformet in cælum?

Matth. 6. v. 10. *Cæleſtiũ gloria dum petitur concupiſcitur.* S. Chryſoſt. *Obedientia terram reſingit in cælum.*

§. CLV.

Exprompta obediendi voluntas, ferrea vincula in aurea mutat, ſenſum moleſtiæ furatur, & dignum Deo cenſum pendit; dum ſibi mandatum tanquam cibum intuſceerat.

1\. Zeno Citticus philoſophus celebratiſſimam Heſiodi ſententiam ſolebat inuertere. Cum enim ille primas tribuat ei, qui per ſe ſapiat, ſecundas, qui rectè admonenti obtemperet. Zeno ordine inuerſo ſic pronunciabat: *Optimus ille quidem, qui paret recta monenti. Sed probus ille quoque eſt, qui nouerit omnia per ſe*. Addebatque cauſſam quòd qui ex ſe noſcet omnia, nihil habet præter intelligentiam: at qui rectè monenti pareret, præter intelligentiã haberet etiam effectum: nam parere dicitur, qui quod didicit optimum

Laert. lib. 7 cap. 1. Heſiodus. *Obedientia ſcientia antiſtat.*

muin, etiam facit. Mera & ſola ſpeculatio virtutis, illius titubatio eſt; quandoquidem operatio, tamquam virtutum hypoſtaſis, illas obſequiu fundat, dum in opus deducit. Multiiugus operoſè virtutum effectus, obedientiæ ſtipendium eſt. Sententioſè dictum: Virtutibus dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Si inuitus pares, ſeruus es; ſi volens, Dei imperantis miniſter. Si velis quod iubetur, ipſe tibi iuſſiſti, & tuæ imperiali voluntati potiùs obſequeris. Quid ſubdito adulantius, quam ſubiectione imperare? Tantùm voluntariæ obedientiæ licet!

2. Pſalm. 149. v. 8. Pſalmo 149. magna Dei potentia prædicatur: *Ad alligandos*, inquit, *Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Per has compedes & manicas ferreas exponunt Interpretes Dei timorem: qui optimè per vincula pedum & manuum ſignificatur. Lex enim violatoribus incutit minas ſupplicij, illius autem terrore *Reges* etiam, & *Nobiles* continentur, quamtumuis alioqui de potentiâ inſoleſcant. Pulchrè ad rem Augu-S. Auguſtin. ſtinus ibidem: *Ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt; compedes ſapientiæ, vincula verbi Dei.* Prætereà opportunè addubitat, *Quare ergò vincula ferrea, & nō aurea? Ferrea ſunt quamdiu timent; ament, & aurea erunt.*

Obedientia arbitrio, legum vincula ferrea ſiunt aurea. Itaque Deus, ſummus rerum omnium Dominus, & hominum Rex ac moderator, vel *nobiles*, potentes, & *Reges*, præceptorum manicis & compedibus continet, *ne progrediantur ad illicita*, qui eſt legum ſcopus, & labor. Iſtiuſmodi autem legum vincula, negligenti, cunctanti, inuito, & ex mero ſuppliciorum timore obſequenti, *ferrea vincula* ſunt, quæ hominem velut reum in carcere reluctantem & inuitum continent, ne *ad illicita progrediatur*; & licentiâ libertatis inſolentes ad vitia exorbitent. Sed in amoris officinâ, huiuſmodi *vincula ferrea* in *aurea* vincula recuduntur, fiúntque *compedes ſapientiæ*, & *vincula verbi Dei.* Vide hîc bonæ voluntatis vim. Moleſtum & pergraue putas obligari legibus, quibus velut *ferreis vinculis* obſtringi & grauari quereris, voluntatis tuæ vitium eſt, quod in legem prauè regeris. Vltrò velis, quod iubetur; ſponte amplectere, quod imperatur, & mirâ virtutis metamorphoſi, *ferrum* tranſit in *aurum*; & quod erat moleſtum ac vile, tibi iucundum ac pretioſum erit. Sibi obſequij facilitatem, & obſeruandarum legum felicitatem inuidet, qui legum vincula *ferrea*, ſolius voluntatis arbitrio, in torquem *auream* commutare neglexerit. *Velis*, & poteris vincula *ferrea*, in *aurea* refingere: *Ferrea ſunt, quamdiu timent, ament, & aurea erunt.* Tantùm obſequio voluntario licet! Ergò contentiùs adnitamur voluntariè facere, quod vel coactè faciendum eſt, qui eſt opulentioris obedientiæ cenſus.

3. Pſal. 1. v. 2. Pſalmo 1. de homine virtutis eximie ſtudioſo, & indè in hac vitâ feliciter beato, ſic pangit Pſalmographus: *Sed in lege Domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Non dicit, quòd lex eſt in corde eius, ſed quòd eius cor ſeu voluntas in lege eſt. Quod Hugo Vict. inibi Hugo Victorinus acutè notauit: *Multi*, inquit, *habent legem in corde, ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem, cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui verò legem in corde habent, non cor in lege; hi portant legem, non portantur a lege: onerati ſunt, non adiuti, quia ſcientia, vbi non eſt charitas, grauat, non alleuat.* Opinor, lex in corde, cotai male oneri eſt, illúdque grauat grauì legum pondere: qui enim habet in corde legis duntaxat intelligentiam, illam pro nutu flectit, & quoquouersùm ducit, & tamquam pupillam, quaſi legis tutor, pro arbitrio tractat, & ſuam ſequitur opinionem, arbitratus eſſe legum intelligentiam; legem ad ſe flectens, ne ipſe ad legem flectatur. Hos appellat Tertullianus, *Legum tutores.* Ergò voluntas & cor debet eſſe *in lege*, vt voluntas legi flexilis, portetur à lege, illi vltrò cedat: & ſic non grauatè feret legem, ſed ab eâ facilè feretur. Vnde aliqui excribunt: *Sed in lege Domini voluptas eius*: qui enim *voluntate* paret, cum *voluptate* legi obſequitur: nam *portatur a lege*, non *legem portat.* Quod ex poſteriori eiuſdem Verſiculi hemiſtichio explicatius elucidatur: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte*: quæ verba ad hunc locum ſic exponit Ambroſius: *Lex enim voluntarios quærit; quia lex Domini irreprehenſibilis eſt, conuertens animas. Nemo autem conuertitur, niſi qui voluntate conuertitur. Voluntarius autem abſcondit, & ſenſum furatur laboris. Ideòque die ac nocte in lege meditatur: in quo non tam continua legendi poſtulatur intentio, quàm ſeruandæ legis affectus. Ille enim plenè meditatur, qui ipſi ſibi lex eſt, inſcriptum in corde ſuo opus intendens.* Profectò cuius *voluntas* in lege Domini eſt, in eâdem lege ſeruandâ eius *voluptas* reperitur, nullâ mixturâ moleſtiæ: *Voluntarius* enim *ſenſum laboris abſcondit, & furatur.* O bona parendi voluntas, quæ obedientiæ laborem, non ſolum *abſcondit*, ſed delicioſè *furatur*! O voluntas benè furax moleſtiarum, quibus obedientiæ iugum degrauari ſolet! Hæc pia laborum rapacitas, furtum laboris in iuſtitiæ æquitatem reformat; & quò *ſenſum laboris abſcondit ac furatur*, eò diuinæ legis obſequium adulantius negotiatur. Perfectio iuſtitiæ voluntario legum obſequio conſummata, huius *furti* ſtipendium eſt. Animoſa legis obſeruandæ voluntas, *ſenſum laboris furatur.*

[Margin: Tert. Apolog.; S. A[mbr.]; Qui volun[tatem] obe[dit] in lege, à lege portatur.; Qui [volun]tatem in lege [...] ſum in [...] de ſ[...]]

Matthæi 22. Phariſæi cum Herodianis Chriſtum captioſè interrogant, an liceat tributum dari Cæſari? Petit denarium, quod erat numiſma cenſûs, & ait illis: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. *Tunc ait illis: Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Eſto, cenſus nomine reddendum ſit Cæſari denarium, quem cenſum Deo pēdere debemus? Tertull. lib. de Idololatria, c. 15. *Reddite*, inquit, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, id eſt, imaginē Cæſaris Cæſari, quæ eſt in nummo; & imaginem Dei Deo, quæ in homine eſt; vt Cæſari quidem pecuniam reddas, Deo temetipſum.* Opportunè is Hebræus Philo lib. de Migratione Abrahami ita ſcribit: *Mens initiata pendit vectigal perfectè Deo, iuxta ſacras litteras: lex enim tributum eſt Domini.* Itaque ſubiectio diuinis legibus, cenſus eſt, cui vectigales naſcimur: & illarū exacta obſeruatio eſt tributū, quod Deo pendimus:

[Margin: Matt. 22. v. 21.; Tert.; Philo.]

Legis obſeruantia, cenſus eſt, quem Deo pendimus.

Lex tributum eſt Domini. Quare qui legem excutit, & eius obſeruantiam negligit, cenſum Deo debitum negat, eúmque ſuis vectigalibus furaciter defraudat. Qui tamquam exlex, legum licenter refractarius viuit, Dei dominium & regnum negat, & propè eſt, vt velut atheus Deum abneget, vel impiè temerarius in eum infidè rebellet. *Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo: lex enim tributum eſt Domini.* Igitur obſeruationis legum cenſum ſeu denarium Deo ſponte reddamus, huic enim pretio obærati ſumus. *Si ergò qui venditant*, (ait Tertullianus,) *prius nummum, quo paciſcuntur, examinant, ne ſcalptus, ne raſus, ne adulter: etiam Dominum credimus probationem prius inire.* O quàm exactè Deus obedientiæ nummum examinat, vt legalis obſeruantiæ cenſus ſumptuoſiùs pendatur! Quod examen veritus Propheta Pſalmo 118. dixit: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Nimis cuſtodiuit Suſanna, quæ non ſolùm Deo, ſed & improbis Iudicibus ad tribunal accerſita obtemperauit.

Obſeruantia velut nummus examinatur.

Tertullian. l. de Pœnit. c. 6.

118.

verſ. 30.

5. Ioannis 4. apud Samariæ puteum, præ itineris fatigatione Chriſtus æſtuat, eſurit, ſitit, Renuit tamen eſcas manducare, quas Diſcipuli apponebant, aiens: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.* A Chriſto diſcant Chriſtiani, quòd eorum *cibus* ſpiritualis debet eſſe obedientia Superioribus exhibita, quâ velut cibo animæ vitam ſuſtentent, ſpirituales vires reficiant ac roborent, & hominem faciant creſcere in virilem ac perfectam ætatem ſpiritûs & virtutis. Id autem totum præſtat *cibus* in ſubſtantiam aliti conuerſus, & homini medullitùs conuiſceratus. Quare à perfectò obediẽte debet Superior præcipiens, ſeu eius præceptum, non ſolùm menti ac voluntati implantari, ſed animitùs inuiſcerari, & in ſeipſũ conuerti. Audiendus eſt Iuo Carnotenſis in Sermone de Catenis S. Petri, ſic altè fatus: *De Petri gloriare præſentiâ, piis demulce obſequiis. Inuiſcera eum tibi reſponſionibus obedientiæ deuotiſſimus.* Scilicet Petrus, qui de Chriſti Dei ore audiuit, *Paſce oues meas, paſce agnos meos*, quo renunciatur ſummus orbis Antiſtes, & totius Dominicæ Eccleſiæ Præſul maximus, à quo leges, præcepta, & ſanctiones omnibus obſeruandæ; nobis *inuiſcerandus* eſt, & *piis demulcendus obſequiis.* Nempè Apoſtolica mandata (ſic & reliqua Superiorum iuſſa) velut *cibus*, à ſubiectis omnibus conuiſcerandus eſt, & in propriam ſubſtantiam conuertendus, quò noſtrum obſquium, non tam videatur oriri ex alieno inſtinctu, & externo Superioris imperio, quàm ex noſtro animitùs dictamine, ex pleno voluntatis noſtræ arbitrio, & toto cordis noſtri affectu, ex noſtrarum virium toto robore. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.* quod fit dum Superioris præcepta nobis *inuiſceramus*: exinde Præcipientem *piis demulcemus obſequiis, & reſponſionibus obedientiæ deuotiſſimis.* quaſi non alienâ vi, ſed toto noſtri arbitrij, & propenſiuris naturæ impetu pareamus. Euangelio accinit Propheta regius Pſalmo 118. ſic modularè pangens: *Os meum aperui, & attraxi Spiritum: quia mandata tua deſiderabam.* Ecce oris apertio *Spiritum*, quem eſurit, velut animæ cibum attrahit, vt diuina *mandata*, quibus hianter obedire deſiderat, opere exequatur. Appoſitè ibidem Origenes: *Merces igitur ſuppeditationis Spiritûs eſt executio mandatorum Dei; ita vt, dum nos dumtaxat os aperimus, illicò etiam ſpiritum e cælis attrahamus.* Oris apertio Spiritum è cælis attrahit ad expromtum mandatorum obſequium. Inuiſceratus enim Spiritus ore hauſtus, obſequij promptitudo eſt.

Ioan. 4. v. 34.

Iuo Carnot.

Ioan. 21. Superioris præceptum, [velut] cibus nobis conuiſcerandum eſt.

[Oris] apertio [Spiritu]m attrahit ad mandatorum obſequium.

[Pſal]m. 118. [v.] 131.

Origenes in Catenâ Corder.

P. Didac. Celala in Suſannam.

§. CLVI.

Mundum ſemper pauperibus abundare, cur Deus prouidit?

1. SCitè Chryſoſtomus: *Si paupertatem*, inquit, *abſtuleris. omnem vitæ conſeruationem ſuſtuleris, vitámque noſtram corruperis. Nec nauta, nec gubernator, nec agricola, nec ædificator, nec textor, nec calceamentorum ſutor, aut faber, nec ærarius, nec coriarius, piſtorve, nec alius quis horum erit artificum Qui ſi non fuerint, omnia vobis tranſibunt: nam nunc quidem quaſi magiſtra quadam optima paupertatis neceſſitas ad opera ſingulos compellit. Si verò diuites omnes eſſe deberent, omnes quoque deberent in otio viuere, & omnia corrumperentur.* Pergit in hanc ſententiam tom. 5. homil. de Diuitiis & paupert. *Tanta nobis inter nos vſus mutui neceſſitas à Deo ſollerti prouidentiâ conſtituta eſt, vt ſi etiam quis omnium hominum ſit ditiſſimus, ne ita quidem ſolutus eſt coniunctione hâc, & vt tenuiori opus non habeat. Neque enim diuitibus tantùm pauperes indigent, ſed & diuites pauperibus: & iſtis magis illi, quàm illis iſti.* Quod inibi latè probat Chryſoſtomus.

S. Chryſoſt. ſuper orat. Annæ.

Diuites pauperibus indigent. quarer

2. Matthæi 26. obmurmurante Iudâ, quòd pretioſum illud vnguentum, quo Chriſti pedes Magdalena piè vnxit, non vænit trecentis denariis, & datur pauperibus, ait Ieſus: *Pauperes ſemper habebitis vobiſcum.* Pauperibus enim ſemper mundus abundat. Quærit Cæſarius Arelatenſis homil. 22. cur Deus miſericordiâ omnipotenter diues, pauperes ſemper in mundo abundare prouidit: *Ideò*, inquit, *in hoc mundo Deus pauperes eſſe permiſit, vt omnis homo haberet, quomodo ſua peccata redimeret. Si enim pauper nullus eſſet, eleemoſynam nemo daret, indulgentiam nemo reciperet. Potuit enim Deus omnes homines diuites facere, ſed nobis per pauperum miſeriam voluit ſubuenire, vt & pauper per patientiam, & diues per eleemoſynam poſſint Dei gratiam* (alias *gloriam*) *promereri: nobis enim militat inopia pauperũ.... Ne ergò deſpiciamus pauperes, ſed magis eos deſideremus, & vltrò nos eis ingerere feſtinemus, quia miſeria pauperum medicina eſt diuitum.* Cognatus diuitum langor de diuitiarũ morbo, quo à regno cælorum arcentur, calamite pauperum, cui piè ſubuenis, de facili curatur; *miſeria pauperum, medicina eſt diuitum.* Gratulor diuiti, quod alienâ miſeriâ felix ſit. Potuit Deus omnes homines diuites facere; ſed ſi *pauper nullus eſſet, eleemoſynam*

Matth. 26. v. 11.

S. Cæſarius.

Diues pauperum miſeriâ felix eſt.

Nemóne diuitum, niſi per eleemoſynam recipit indulgẽtiam?

nemo daret, indulgentiam nemo reciperet: Audaciuſculè quidem Cæſarius. Si pauperes mundo deeſſent, diuitum nemo indulgentiam reciperet? Nullus aditus diuiti ad indulgentiam ſuppetit, niſi eleemoſyna? Quid exaggeratius? Vide quàm ſit in mundo neceſſaria dura pauperum egeſtas. Et homil. 9. ſibi idem Cæſarius conſonat, ſic fatus: Deus *pauperes ideò eſſe voluit, vt diuites haberent quomodo peccata ſua redimerent. Potuit enim Deus omnes homines diuites facere: ſed diuitibus voluit miſericordia locum prouidere.*

3. Danielis 4. bono ſomnij interprete, male ſibi ominatum nunciatur Nabuchodonoſori. Quam ob rem, ait Propheta, Rex conſilium meum placeat tibi, *Et peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* Quæ verba Arabicus Antiochenus vertit, *Peccata tua eleemoſynis inuolue,* vel *operi.* Arabica vox propriè dicitur de ſindone, quâ ſepeliendi inuoluuntur, vt peccata cum cadauere, eleemoſynæ cum ſindone conferantur, quaſi eleemoſynæ viua peccata perimant, & tumulent. Arabicus Alexandrinus ſcribit: *Remiſſionem pro peccatis tuis poſtula eleemoſynis, & operi.* quaſi eleemoſynæ ſint preces, quibus ſic peccatorum remiſſio petitur & impetratur, vt peccata velut cadauera ſepeliant. Ceterùm vltrà preces exorandæ veniæ, & ſepulcralem peccatorum ſindonem, vox redemptio audet, dum *peccata eleemoſynis redimenda* dicuntur. Audiendus eſt nuper laudatus Cæſarius homil. 1. præſcripta Danielis verba ſic elucidans: *Ego autem puto, quia Deus noſter pauperes in hoc mundo eſſe permiſerit, vt in pauperibus diuitum fidem probaret: vel in pauperum miſericordiâ diuitibus miſereretur, vt abundantibus boni operis ac redemptionis ſua occaſio non deeſſet, vt beneuolum locupletem etiam aliena inopia ditaret.* Hem! Num diuitum *fides* ſic titubat in opulentiæ lubrico, vt eleemoſynarum probatione indigeat, quo ſubſiſtere putetur? Eſt ne in diuitibus eleemoſyna, fidei eorũ hypoſtaſis? Sic opulentia, fidei titubatio cenſetur, niſi eleemoſynis altè fundetur? Dein opportunè opportunitas eleemoſynarum largiendarum diuitibus ſuppetit, *vt redemptionis ſua occaſio non deeſſet:* quaſi locupletibus duris ac immiſericordibus, niſi egenis largè eleemoſynas tribuant, redemptionis ſuæ deſit occaſio. O quàm de facili opulentiæ, ſuæ damnationis periculoſiſſimæ, redemptionis ſuæ occaſio ſuppetit! Velis, & te, tuáque peccata redimes. Indigentia aliena dum tuam humanitatem ad leuamen ſollicitat, expromptam propriæ redemptionis occaſionem perpetuò ſuggerit. Gratulare alienis mendicitatibus, quòd tuæ redemptioni inceſſanter militent. Eadem penè verba habet Euſebius Gallicanus homil. 10. ad Monachos.

Dan. 4. v. 24.

Arabicus.

Eleemoſyna dicitur ſepulcralis peccatorum ſindon.

Eleemoſyna fidem diuitũ probat.

S. Cæſarius Arelat.

Per eleemoſynam, redemptionis ſua occaſio diuitibus non deeſt.

Euſeb. Gallicanus.

4. Matthæi 25. de Chriſti ore audiunt electi in extremo iudicio, electos eſſe ad beatam cæli gloriam, quia opera miſericordiæ ergà ipſum Chriſtum beneficè exercuerunt. Ambigunt iuſti, quandò Chriſtum viderint eſurientem, & eum pauerint. Et reſpondens Chriſtus dicet illis: *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Ecce Chriſtus Deus mendico pauperi ſubeſt, quod eſt magnum præbendæ eleemoſynæ ſacramentum. Præclare Cyprianus tract. de Eleemoſynâ: *Quid*, ait, *potuit nobis maius Chriſtus edicere? quomodò potuit magis iuſtitia ac miſericordia noſtra opera prouocare, quàm quòd præſtari id dixit ſibi, quicquid egenti præſtatur & pauperi? vt qui reſpectu fratris in Eccleſiâ non mouetur, vel Chriſti contemplatione moueatur: & qui non cogitat in labore & egeſtate conſeruum, vel Dominum cogitet, in illo ipſo quem deſpicis, conſtitutum.* Aliam cauſſam ob quã Chriſtus Deus aſſumat pauperis perſonam, reddit eleganter Maximus Monachus in Expoſitione Liturgiæ cap. 25. ſic tempeſtiuè fatus: *Quoties enim, inquit, vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis..... Et, ſi pauper Deus eſt propterea quòd Deus pro nobis pauper factus ſe ad noſtram imbecillitatem demiſerit, & vniuſcuiuſque affectiones miſericorditer in ſeipſum ſuſcipiat* (Nota quæ alte verba ſubtexit,) *Et vſque ad ſeculi conſummationem pro modo & proportione vniuſcuiuſque paſſionis ſemper propter bonitatem, myſticè patiatur,* &c. Ecce aliam cauſſam nobiliſſimam, ob quam Deus arcanè prouiderit, vt in mundo pauperes abundent, duræ egeſtatis paſſionibus preſſi, nempè vt Chriſtus Deus paſſionem ſuam (vt vt poteſt) extendens, & pauperum laboribus, egeſtatibus, ac ærumnis dilatans, adhuc nunc, & vſque ad conſummationem ſeculi *myſticè patiatur.* Scilicet in Euchariſtiæ ſacramento myſterium Incarnationis ſuæ miro modo Chriſtus extendit, & Paſſionis ſuæ memoriam repræſentat: at dum calamitoſis pauperum paſſionibus ſubeſt, egeníque perſonam ſuſtinet, in patiente paupere *myſticè patitur.* Adeò vt quicunque benè pauper, dicere cum Paullo auderet poſſit: *Adimpleo ea, qua deſunt paſſionum Chriſti, in carne meâ pro corpore eius:* nam in pauperis corpore, ſemper Chriſtus *myſticè patitur.* Vide hîc magnum emolumentum ex eo quod in mundo pauperes abundent.

Math. 25. v. 40.

S. Cyprian.

Pauper non conſeruus, ſed Dominus pus...a ui eſt.

Maximus Mon.

In pauperibus vſque ad finem mundi Chriſtus myſticè patitur.

Ad Coloſſ. 1. v. 24.

Lucæ 16. *Erat*, inquit, *quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius* 5.
(diuitis epulonis,) *vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, qua cadebant de menſa diuitis.* Lazarus cenſu paupertimus, & indè mendicus; ſed patientiæ columna, & virtute ditiſſimus. Lazarus Hebraicè לָעֲזֵר *Laazar*, id eſt, *ad adiuuandum*, non tantùm quia inopiæ iuuamen ab aliis expoſcit, ſed quia per inopiam factus virtutum idea, virtutes exemplo afflat, ad quas capeſſendas adiuuat, factus earum magiſter egregius. Hunc præclarum paupertatis vſum Chryſoſtomus Antiochenis appoſitè commendauit: *Communes enim*, inquit, *praceptores, & calamitatum conſolatores, per orbem terrarum miſit pauperes Deus. Erutus eſt oculus tibi? at illi duo. Longo morbo laboraſti? at ille incurabili. Amiſiſti filios? at ille proprij corporis ſanitatem. Magnâ mulctatus es mulctâ? ſed nondum ad hoc redactus es, vt alterius indigeas.* Ecce quare pauperes Deus in mundo eſſe prouidit, ne inquam, deſint, virtutum præceptores, & inſtantium frequenter calamitatum conſolatores egregij.

Luc. 16 v. 20. & 21.

Hebræus.

Pauperes ſunt communes præceptores, & calamitatum conſolatores.

S. Chryſoſt. apud Euſebium in Theop. p. 1. l. 1. c. 5.

Virtutem videndo præcipiunt; elegantem iu ærumnis conſolationem, tacitâ diræ egeſtatis & infirmitatis voce, oculis eloquuntur. Vide arcanum Dei conſilium, dum Iudæos è patriâ extractos in exilium Babylonicum mittit, vt propriis facultatibus deſpoliati, & miſerè depauperati, virtutum *communes præceptores*, *& calamitatum conſolatores* exiſtant alto alienæ egeſtatis magiſterio: quo

Hier. c. 30. benè eruditus Ioachim Suſannæ maritus, & beneficentiam erga contribules egenos edidicit, & damnatæ immeritò coniugis calamitatem leniuit, & de alienâ miſeriâ propriam mitigauit: cùm hîc ſine querelâ Suſannæ ſuæ adeſt.

6. Eloquenter S.Leo ſerm. 4 Septimi menſis

S.Leo. Cur diuitibus pauperes nõ deſunt.

cap. 5. *Pauperibus vtique*, inquit, *potuit Deus, cuius ſunt omnia, neceſſariam conferre ſubſtantiam, & tales eis tribuere facultates, vt in nullo veſtris largitionibus indigerent: ſed & illis, & vobis multa virtutum materia defuiſſet, ſi nec illos ad patientiæ coronam inopia exerceret, nec vos ad miſericordiæ gloriam copia prouocaret. Mirabiliter autem prouidentia diuina diſpoſuit, vt eſſent in Eccleſia & ſancti pauperes & diuites boni: qui inuicem ſibi ex ipsâ diuerſitate prodeſſent, cùm ad æterna & incorrupta præmia promereada Deo gratias agerent accipientes, & Deo*

Pſalm. 9. 2. Cor. 9.

gratias agerent largientes: quoniam ſicut ſcriptum eſt, & patientia pauperum non peribit in æternum, &, Hilarem datorem diligit Deus.

---

§. CLVII.

Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quâdam beata impaßibilitatis æmulatione.

NAturali rationis ductu agens Senecâ de naturali hominis beatitudine in hac

Senec. ep. 46. Beatitudo hominis vita proprijs deſcribitur.

mortali vitâ, perirè cenſet, *beatum non eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit; ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum, & excelſum, & mirabilia calcantem. Qui neminem videt, cum quo ſe commutatum velit. Qui hominem eâ ſola parte æſtimat, quâ homo eſt. Qui naturâ ſolâ magiſtrâ vtitur, ad illius leges componitur, quomodo illa præſcripſit: cui bona ſua nulla vis excutit, qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus: quem aliqua vis mouet, nulla perturbat; quem fortuna cùm in eum quod habuit telum nocentiſſimum vi maximâ intorſit, pungit, non vulnerat, & hoc rarò. Nam cetera eius tela* (*quibus*

Inconcuſſa patientia beatitudinem æmulatur.

genus humanum debellatur) *grandinis more diſſultant, quæ incuſſa tectis, ſine vllo habitatoris incommodo crepitat, ac ſoluitur.* Grandis ſanè patientiæ laus, quòd dum naturalis humanæ vitæ beatitudo deſcribitur, perfecta inconcuſsè patientia proponitur. Sic velut inſenſilis patientia beatitudini vicinatur! Saltem illius æmula eſt.

2. Lucæ 21. præproperè inducitur à Chriſto, ſiue Antichriſtus in Eccleſiam ferociens, ſiue ferox Tyrannorum ſæuitia in Martyres immaniter cruenta, ſiue vtrumque: Iniicient, inquit, vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes in ſynagogas, & cuſtodias, trahentes ad Reges & Præſides. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus. Quid tam dirum? Sed nota minarum clauſulam: *In patientiâ* Lucæ 21. v. 19.

veſtra poſſidebitis animas veſtras. Patientia ergo eſt poſſeſſio animæ; quia patiens dominatur animo, eúmque in pace moderatur, flectit; & regit quocumque ei libet: motúſque impatientiæ reprimit, & iræ ſubſultus inhibet, ne exiliant; fortis & inconcuſſus, & propè inuulnerabilis cuiuis fortunæ telo. Pulchrè S.Gregorius hom. 35. in Euangelia: S.Gregor.

Per patientiã homo poſſidet quod eſt.

Ideirco, inquit, *poſſeſſio animæ in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium cuſtóſque virtutum patientia eſt: Per patientiam verò poſſidemus animas noſtras, quia cùm nobis ipſis dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus. Patientia verò eſt aliena mala æquanimiter perpeti.* Nimirùm hæc hominis æquanimitas in quantumuis aduerſá fortunâ, facit vt homo patiens, id ipſum quod eſt, incipiat poſſidere; alioqui quaſi ſui impotens, impatienter agitur ad læſionis & iracundiæ nutum. Hanc à patientiâ *æquanimitatem*, tanquam impaßibilitatis æmulam, egregiè commendat Gilbertus ſerm. 32. in Cantica, ſic fatus: Gilbertus.

Patientia inter iniurias ſtat illæſa, & propè inſenſilis.

Bona vnguenta impaßibilitas & patientia, per illam caro reſuſcitata lædi non poterit, per iſtam mens pia inter prouocationes & iniurias illæſa conſiſtit: per illam quieto & inconcuſſo iure carnis noſtra terram hereditate poſſidemus, per hanc verò ipſam animam: In patientia, inquit, veſtra poſſidebitis animas veſtras. Ipſa patientia quid aliud eſt, niſi velut quidam futura impaßibilitatis odor? Illic mala nulla inferuntur, hic verò patientiæ beneficio, etiam quæ illata ſunt, non ſentiuntur. Ecce tibi patientia, impaßibilitatis æmula, inter iniurias *illæſa* conſiſtit, æquanimitatis bono inuulnerabilis: nam patientiæ beneficio homo vulnera *illata non ſentit*, & carnificibus irridens, videt fluentem ſanguinem, in duris paßionibus propè impatibilis. Sic perſtat inconcuſſus & intrepidus ad plagas, ad iniurias, ad probra, quorum vel ſuſpicio ſapientem inquietare ſolitat.

1. Corinthiorum 6. grauatè admodum tu- 3.

lit Paullus, quòd aliquorum impatientia eò 1. Cor. 6. v. 7.

proceſſiſſet, vt Chriſtianus Chriſtianum coram infideli iudice ſiſteret, & cum eo acerbius contenderet: *Quare*, inquit, *non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* fraudem Græcè *damnum*. Itaque Græcus.

miratur Apoſtolus, Chriſtianos non vltrò *fraudes & damna* pati; nec *iniurias* atque contumelias æquanimiter tolerare: quaſi id maximè dedeceat Euangelio imbutos, & Chriſtianâ diſciplinâ ab Apoſtolis inſtitutos, qui iniuriarum patientiam de Chriſti ſcholâ didicerunt: *Non vtique* (ait Emiſſenus hom. 4. Euſeb. Emiſſ.

Patientia ſic fert iniurias, vt illatas non ſentiat.

ad Monachos) *ad requiem, ſed ad pugnam huc conuenimus, ad agonem proceſſimus, ad exercenda cum vitijs bella properauimus: vt ergo lingua gladios retundamus, non ſolum inuicem non inferamus iniurias, ſed nec ſentiamus illatas.* Saxeam hîc patientiam Apoſtolus præcipit. O miriſſima patientiæ vis quodammodo inuulnerabilis! ac ſi in re tolerantiæ, nos

 ſenſuum

ſenſuum munia dediſcere iubeat. Exanimalis naturæ eſt non *ſentire* quæ moleſtant, quæ dolorem faciunt, quæ vrunt, & lancinant: imò io viua cadauera nos de Euangelio refingere ambit Apoſtolus; cadauera ad inſenſibilitatem, viua ad meritum. *Non ſolùm inuicem non referamus iniurias, ſed nec ſentiamus illatas*, nempe ſic ſentiamus, vt nec in corde, ore, aut manu, doloris illati vlla ſigna tranſpareant: Sit ſenſus velut impaſſibilis, qui licèt ſentiat, de ſenſu tamen nihil patiatur, quo ſe quicquam pati demonſtret. Niſi fortè Euſebianæ ſententiæ ſenſus ſit: Et ſi Chriſtianus, qui verè Chriſtianus eſt, non poſſit non ſentire iniurias, cùm illi actu inferuntur; vſque eò autem debet intentiùs ſtudere illas confeſtim obliuiſci, & obliuione ac veniâ expungere; vt vltrà non *ſentiat illatas*. qui eſt aliquis tolerantiæ faſtus.

Sentiantur iniuria, dum inferuntur, non ſentiantur iam illata.

4. Pſalm. 4. v. 9. Pſalmo 4. regius Propheta poſtquam de hominibus, qui mundialium bonorum emolumento diuiſi ſunt, verba fecit; de ſe ait: Ego autem *in pace in idipſum dormiam & requieſcam*. Commentarius Græcus id de animi tranquillitate luculenter exponit. Quaſi dicat: Quamuis diuidantur alij, & ambitioſâ rerum temporalium auaritiâ multipliciter ſcindantur, & litigiis factionibúſque inquieti tumultuent; ego autem tolerantiæ aſſuetus, ſic ſum quietus, pacatus, ac ſerenus, ac ſi non forent mala, ſed malorum ſomnia, & inaniſſimæ ſomniorum phantaſiæ. Sic ad illa omnia ſum tranquillus, immutabilis, & intrepidè inconcuſſus. Audiendus eſt Hugo Cardinalis, qui ſic indidem locum exponit: *In pace in idipſum dormiam & requieſcam. In idipſum, id eſt, inuariabilis & immutabilis. Pax præſentis temporis non eſt in idipſum, quia ſæpè variatur & immutatur.* Scilicet pax, & animi tranquillitas, quam patientia non fundat, pacis titubatio eſt, quies inquietudini obnoxia, tranquillitas in turbulentiam degenerans. Pax autem, quæ eſt patientiæ fructus, inconcuſſa eſt in aduerſis, in tribulationibus pacata, in iniuriis inſenſilis, in calamitatibus ſerena, in tentationum ſæuitiâ inuulnerabilis, io contumeliis ſurda, & de tolerantiâ ſemper immutabilis. Hæc, hæc inquam, pax, & tranquilla ac imperturbabilis animi quies, quæ à patientiâ venit, pax *in idipſum eſt, id eſt, inuariabilis & immutabilis*, quæ impaſſibilitatis candidata, *pax præſentis temporis non eſt*. Sic eſt beatæ æternitatis æmula, de quietis tranquillitate ſecura.

Græcus comment.

Hugo Card.

Tranquillitas, quæ à patientia eſt, quies in idipſum dicitur.

5. Marci 4. v. 38. Marci 4. Chriſtus in naui mare traiiciens, facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur, & peſſum iret, certo vectorum naufragio. In tanto autem periculo, quo omnes miſerè angebantur, *erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens*. Sponte fuit à Chriſto aſſumptus hic ſomnus, naturalis tamen; vt augerentur venti, creſceretque tempeſtas, vt omnes viciniæ mortis horrore confusè perturbarentur, conſilij inopes. Tunc autē Chriſtus *in pace in idipſum dormit & requieſcit* ſecurus periculi; ac ſi illud neſciret, qui dormiebat corpore, Deitate vigilabat. Et quidem in tanto diſcrimine, quod ceteros ſic anxiè inquietat, *erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens*, vt quàm fuerit tranquillè pacatus denotetur, & tranquillitatis, quæ a perfectâ patientiâ eſt ideam proponat. Appoſitè Ambroſius lib. 2. de Iacob & vitâ beatâ cap. 6. *Perfecta*, inquit, *virtus habet mentis tranquillitatem & ſtabilitatem. Perfectorum eſt enim non facilè mundanis moueri, non turbari metu non exagitari ſuſpicione, non terrore concuti, non dolore vexari; ſed quaſi in littore tutiſſimo aduerſus inſurgentes fluctus ſecularium procellarum, mentem immobilem fidâ ſtatione placidare.* Ecce tibi ideam tranquilli animi, quem perfecta patientiæ virtus compoſuit. In pelago quaſi in portu ſtat; in procellâ tanquam in ſtatione fida; in naufragij periculo, ac ſi in plumeo lecto: quantumuis ingruant pericula, mugiat pelagus, remugiant venti atrociùs reflantes, æſtuent maria, ſtrideant rudentes, & ſciſſis compagibus cymba gemat horrendum, hiet naufragium, vortices ſorbeant; ſtat inconcuſsè *mens immobilis fidâ ſtatione placidata*. Sic velut inſenſilis, & impaſſibilitatis æmula ſtat flectineſcia, imperturbabilis, & tranquilla! Talis ſtat Suſanna in luxuriantium mendaciorum, & fraudum petulantium ſpumosè canâ procellâ; dum ſæui Seniorum vortices, vice inhoneſti naufragij, illam in portum appellunt proſpero errore, & cæca felicitate: affulgente enim veritate, & naufragium digeritur, & fida ſtatio ſtabiliùs fundatur. Euge, euge Suſanna feliciter naufraga.

Patientia in ſæuâ procellâ, velut in fidâ ſtatione mentem placidat.

S. Ambroſ.

Hic verſ. 30.

6. Matth. 5. v. 10. Matthæi 5. hæc Beatitudinum clauſula à Chriſto ponitur: *Beati*, inquit, *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Hæc octaua & ſumma eſt Beatitudo, in duræ paſſionis inconcuſsâ tolerantiâ conſiſtens. *Perſecutio* eſt pertinax inſectatio alicuius ad eum proterendum, quâ nullus datur quieti ac ſecuritati locus, ſed quouis genere, ſcilicet tam per calumnias, quam per afflictiones; tam per iniurias verborum, quàm verberum, patientis innocentia vexatur, excarnificatur, culpatur, opprimitur. Miriſſimum autem eſt, quòd dum quis tot in honore & corpore ſtrages ſæuiſſimas patitur, tunc *beatus* dicatur. Sic inter tot cruciamenta pacatus, tranquillus, ac ſerenè imperturbatus patiendo perſtat, vt beatitatem impaſſibilem æmuletur? Vbi angor? vbi dolor? vbi vulnera? vbi exuſtio? quis iſta indolenter beabit? O magnum beatæ patientiæ ſacramentum! Opportunè Emiſſenus hom. 10. ad Monachos: *Vlceris magnitudo exuſtione ſuperatur, & dolor dolore pellitur.* Et homil. de S. Blandinâ: *Diuerſa multimodæ crudelitatis ingenia, nouóſque cruciatus in ſemet Sanctorum pectora inuicta conſumunt, intolerandum pondus malorum contemnendo vincunt, & ſentiendo obtinent vt ſentire non poſſint.* Hoc eſt mirum patientiæ arbitrium: contemptu iniurias vincere, dolorem dolore pellere, vlcera exuſtione curare; & mala quæque acriùs ſentiendo, è peruerſo obtinere, vt ea *ſentire non poſſint*. O! ſic *patientiæ beneficio, mala, quæ illata ſunt, non ſentiuntur?* Quid ergo miror, ſi crudelior perſecutio, illam tranquillè patientem feliciter

Patientia arbitrium eſt, vulnere ſanare, & dolorem dolore pellere.

Emiſſ. 10. ad Monach.

Patiendo obtinetur paſſio non ſentiatur.

...tet bcet, & beat ſcilicet: *Beati qui perſecutionem patiuntur*

§. CLVIII.

Vnus homo per diſcordiam ſcinditur; per concordiam verò vniſſimè multiplicatur.

QVo alio (inquit Seneca) tuti ſumus, quam quòd mutuis iuuamur officiis? Hoc vno ... tior vita, contráque incurſiones ſubitas munitior eſt beneficiorum commercio. Fac nos ſingulos, quid ſumus? Præda animalium & victimæ, ac belliſſimus ac facillimus ſanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt: quæcumque vaga naſcebantur, & actura vitam ſegregem, armata ſunt. Hominem imbecillitas cingit, non vnguium vis, non dentium, terribilem cæteris fecit. Nudum & infirmum ſocietas munit. Duas res dedit, quæ illum obnoxium cæteris, validiſſimum facerent, Rationem, & ſocietatem. Itaque qui par eſſe nulli poſſet, ſi ſeduceretur, rerum potitur, ſocietas illi dominium omnium animalium dedit. Societas terris genitum in alienæ naturæ tr... imperium, & dominari etiam in mari iuſſit. Hæc morborum impetus arcuit, ſenectuti adminicula proſpexit, ſolatia contra dolores dedit. Hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam aduocare. Hanc ſocietatem tolle, & vnitatem generis humani, quâ vita ſuſtinetur, ſcindes. Hactenus ille, bellè pariter ac vere.

Matthæi 12. notatur Chriſti manſuetudo, & mitis, placidúſque, & lenis docendi ac corripiendi modus. Et hac de cauſsâ hoc ... teſtimonium Euangeliſta aduocat: *Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Eſt geminum prouer... ...um idem ſignificans, ſcilicet Chriſtum intime ... debiles non contentiosè cum clamoribus increpiturum & oppreſſurum; ſed ... manſuetudine, & patientia magis roboraturum. Per *arundinem quaſſatam*, intelligit Hieronymus homines calamitate perculſos ... ...ntes; S. Auguſtinus Chriſti & Eccleſiæ per... ...ſecutores. R... banus, *Quaſſate*, inquit, *gentes non ſunt contritæ, ſed in ſalutem reſeruatæ, nec Iudæi à vento agitati condemnati ſtatim, ſed ſupportati patienter.* Verùm S. Auguſtinus lib. 1. Quæſt. Euangel. q. 3 ap... te explicat, quare Iudæi per *arundinem quaſſatam* intelli...gantur, ſic ...tus: *Arundinem quaſſatam Iudæos dicit, propter quod & vnum erant, & ab inuicem diſcrepabant. In lino fumigante notandum, quia & ... ...rtum lumine facit putorem.* Itaque Iudæi qui ...um erat genere, ... ligione, politia; quia m... diſſ... ... & ... rum ... tio *ab inuicem diſcrepabant*, *arundo quaſſata* nominantur. Satis ... ſuper electas arbores, in ... & L... ... ... in ... officinâ refingi in ... *arundines*, vent... inconſtat... ... ...ntes vaga mobilitate, abſque vl... ... nisi *quaſſata arundini* com... ... Quid ... vilius, quid inconſtantius, quàm *arundo quaſſata*, contrita, ſemifracta, & obuiis pedibus proculcata? Tales puttare licet eos, qui cùm *vnum* erant, diſcordiæ malo iam *ab inuicem diſcrepant*. Moraliſſimè quidem Auguſtinus.

3. Salomon Eccleſiaſtæ 4. ſi ad amicam inuicem ſocietatem homines adhortatur: *Melius eſt ergo duos* (tres, aut plures) *eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.* Non parum ſudat Interpretum induſtria, vt voculæ *ergo*, quæ eſt notaillationis, energiam exponat. Scilicet dixerat præcedenti verſ. *Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, &c. in hoc quoque vanitas eſt.* Inde ... hic infert: *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum*: eſt enim antitheſis eius quod dixerat. Itaque ſolitaria vnitas, quæ diuortio à reliquis ſcinditur, eſt *vanitas*: at dualitas vel pluralitas ſociorum, fratrum, amicorum, eſt veritas, veráque fraternitatis iucunditas, tutela, felicitas, ex prompto iuuamine robuſta ... ...petabilis, ...ctrix quod inſtà abunde adſtruit. Poëtatur otioſa Veterum vana gloria, ſtrenuum ... illum Hiſpaniæ regem Geryonem fuiſſe tricorporem; aut quia tres fuere Geryones bello inclyti, aut quia vnus cùm eſſet, ita fuit robuſtus bellator, vt pro tribus, ipſiſque pugnaciſſimis hominibus computari potuiſſet, quaſi foret vnus plures. De quo, ſic fabulam reformans, Tertullianus ſcribit: *Geryon ter vnus.* Nempè virtuti, victoriis, ac triumphis Geryonis detrahi cenſuit Tertullianus, ſi Geryon vel corpore à ſeipſo ſcinderetur; vel tres forent Geryones re, non vocabulo diuerſi: nec in primum, ſecundum, ac tertium Geryonem diſpeſcere voluit hominem tot facinoribus inclytum; ſed *ter vnum* emphaticè dixit, ne *vnum* ſolitariè, & abſque aliorum ſocietate, & rerum geſtarum commercio diſſiſſet. *Vnus eſt, & ſecundum non habet...... & hoc vanitas. Melius eſt ergo duos* (vel tres, & ...) *eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.* Exinde vnus Geryon, non tres Geryones Hiſpanè, *Vulia por tres*,) ſed *Geryon ter vnus* nominatur, vt in hac ethicè fabuloſâ Heroüm triade, tanta innuatur vnanimitas & concordia, vt *Geryon ter vnus* nominetur.

A concordiâ facinorum. Geryon ter vnus dicitur.

Tertull. aliàs expenſus.

4. Hæc ſuper re ita ad rem præſentem eleganter philoſophatur Chryſoſtomus apud Maximum ſerm. 6. de Fraterno amore: *Nihil eſt concordiæ comparandum: vnus enim quaſi multiplicatur; ſi concordes fuerint duo aut decem, vnus non eſt vnus, ſed illorum quiſque duplex redditur, inueniéſque in decem vnum, atque in vno decem. Quòd ſi hoſtes illis uſpiam ſint, qui in vnum impetum fecerit, is quaſi in decem irruerit, ſic capitur. Eget vnus, ut non premitur egeſtate, nam maiori parte & numero inopia obumbratur: illorum vnuſquiſque viginti habet manus, ac viginti oculos, totidémque pedes, animas item decem: non enim ſuis tantùm, ſed illorum etiam membris quiſque vtitur in omnibus; ac ſi centum forent, idem rurſus contingeret. Idem apud Perſas & Romæ eſſe poteſt; quódque natura non poteſt, id amicitia poteſt. Si igitur mille habeas amicos, aut etiam duo millia amicorum, cogitare debes quo rurſus euadat numerus.*

S. Chryſoſt. Maximus.

Vnus homo per ſocialem concordiam vniſſimè multiplicatur.

Margin (left): 4. ... Matth. 12. ... 2.

Margin (right): Eccle. 4. v. 9.

uumerus. Hoc enim eſt admirabile, vnum milleſimum fieri: optabilius enim eſſet Solem nobis extingui, quàm amicis orbari. Longule, ſed belle Chryſoſtomus. Pergit indidem Dionyſius Carthuſianus:

Carthuſian. *Quot amicos pararis, tot oculos habes, quibus quæ velis, videas: tot conſilia, quibus de iis, quæ conducunt, conſultare & proſpicere poſſis. Non enim aliter ſe habet plurium amicitia, quàm ſi eis Deus vnum corpus habenti, multas daret animas, quæ omnes illi prouiderent & conſulerent.* Hinc Hebræis celebre eſt prouerbium: *Aut ſocietas, aut mors,* iuxta illud: *Vnus vir, nullus vir.* quare *Geryon ter vnus* perhibetur.

Hebræorum gnome: Aut ſocietas, aut mors.

5. Geneſeos 13. cum ſuper paſcuis rixarentur paſtores Lot cum Abrahæ paſtoribus, concordiæ ſtudioſus Patriarcha, terræ eligendæ optionem nepoti tribuit. Lot autem potiorem Sodomorum regionem: & exoſus velut filiale patruo obſequium, dulcem libertatem diuortio ſectatus, Sodomorum inquilinus ſeceſſit: *Diuiſique ſunt alterutrum à fratre ſuo.* Sed, o malum! commorante Lot in Sodomis, à quattuor Regibus Sodomæ expugnantur. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent: *Nec non & Lot & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.* Grandis ſane Loto calamitas! Tanti infortunij cauſſam ſagaciùs inueſtigat Chryſoſtomus homil. 35. in Geneſim, & hoc pœnaliſſimum ſupplicium in diſcordiæ ac diuiſionis culpam reiicit: *Ecce enim,* inquit, *vt* Lot *diuiſus eſt à iuſto, & putabat ſe in maiori eſſe libertate, & potiora ſe aſſecutum, & abundare, repentè factus eſt ſeruus, carens domo, carens & foco: vt diſcas quantum malum ſit diuiſio, & quantum bonum concordia... Quantò meliùs erat eum cum Patriarchâ viuere, & omnia ferre, vt ne concordia ſolueretur, quam ſeparatum, & electis potioribus, in tanta repentè pericula incidere, & in Barbarorum venire poteſtatem?* Ecce tibi diſcordiæ cauſſa eſt, potiorum appetitus, auaritiæ ſtudium, libertatis licentia impurus, & adſimiles alij affectus: at vice verſà, ſeruitus fuit diuiſionis merces; Barbarorum vilis ſubiectio, ſumptuoſum affectatæ libertatis pretium; & tot calamitatum illiadem Lot diuiſione emit. Verùm Patriarcha diuiſione non exgrex, fratris calamitatem reputans ſuam, indiuiſo adhuc ſocietatis nexu, velut alter ipſe Lot, & vnus ambo, in priſtinam opulentiam ac libertatem ſtrenuè vindicat. *Nihil eſt concordiæ comparandum, vnus enim quaſi multiplicatur, ſi concordes fuerint duo. vnus non eſt vnus, ſed illorum quiſque duplex redditur. Quòd ſi hoſtes illis aliqui ſint, qui in vnum impetum fecerit, is quaſi in decem irruerit, ſic capitur.* Sic per concordiam vnanimem Lotus adhuc erat in Abrahamo. Sic & Suſanna infidè calamitoſa, erat in *vniuerſis cognatis ſuis*, qui probroſi criminis obliti, illam proſequebantur ad tutelam; præſertim contribulis Daniel aduersùs Senes ſubdolis mendaciis ſalaciſſimè cruentos.

Gen. 13. v. 11.

Gen. 14. v. 12.

S. Chryſoſt.

Lot inurbana diuiſionis pretio, ſeruitutem emit.

S. Chryſoſt. allegatus ſuprà n. 4.

Hic verſ. 30.

6. Geneſeos 41. Ioſephus Ægypti princeps, ſuos fratres, qui è Palæſtinâ frumentatum ierant, tanquam infidos terræ exploratores culpat. Si pacifici, inquit, eſtis, *frater veſter vnus ligetur in carcere*, vos autem abite, & fratrem veſtrum minimum ad me adducite. Deinque *Tollens Simeon, & ligans illis præſentibus iuſſit miniſtris*, &c. Profectò cùm optionem fratribus cunctis conceſſerit, vt quemcumque vellent, carceri deſtinarent, incongruum videtur, vt ipſe Ioſephus exilio, carceri, & vinculis vnum præ reliquis Simeonem addicat. An Ioſephum optionis datæ cito pœnituit? Sane pœnitentia tanto Principe non digna! Putat mihi Chryſoſtomus, quòd Ioſephus *omnia hæc facit probans eorum mentem, & ſcire volens num & contra Beniamin tales fuerint, propterea Simeonem coram eis vinciri iubet, vt diligentes eos probet, vt ſciret num quam dilectionem erga illum haberent.* Itaque bonus Ioſeph, & fratrum amator, huiuſmodi ſtratagemate explorare cupit fratrum inter ſe concordiam, erga ſuum præſertim Beniaminum. Ceterùm ibi Abulenſis ſerio cenſet deſignatum fuiſſe à Ioſepho Simeonem. *Quia,* inquit, *non videbatur fraterno amori conuenire, vt ipſi de ſeipſis determinarent, vnum magis, quàm alium vinculandum, ſed magis quilibet eorum, ſe pro alijs offerre debere.* Nimirum Ioſephus aduertens, tam vrbanâ mutuo concordia fratres ſe inuicem diligere, vt prolixas moras conſultatione necterent, vter ſe carceri offerret, vt alium vinculis eximeret, vnum eligit Simeonem, qui forſan in ſua venditione præ reliquis extitit ne otioſior (vt ſuſpicatur Cornelius.) Tam à iuſtus Ioſeph ſocietate vult iuſtos omnes necti concordiæ vnitate.

Gene. 41. v.

S. Chr.

Abul.

Cornel.

---

§. CLIX.

Triſtitia immodica ſemper malitiatur, eſt ſpirituum nequiſſimus, Spiritum ſanctum contriſtat, & malè Spiritu ſancto operitur. quare?

1 SOllerter ſuccutiendus eſt mœror è ſinu, & purgandum pectus, ſeruandæ fores cordis, velut cùm ſæuit peſtis, ne ſine examine intret; vel ſi inexaminatus intrarit, quantocyùs extrudatur, ſi fieri poteſt, ſin minus leniùs mitigetur. Grauiſſimum iſtud malum eſt, vt ceterorum acies propè non feriant, niſi per iſtud: ſine triſtitiâ noſtrâ omnis noxa ferè innocens eſt; omne damnum ſine mucrone, hebes & rude. Nocumentorum energia, mœror eſt, virtutum titubatio, & malorum emphaſis. Cenſus doloris à mœſtâ imaginatione plerumque venit: deſine imaginari, & deſines contriſtari. Quare nulla noſtri doloris excuſatio eſt, niſi ignominia dementiæ; quòd tam iniqui felicitati noſtræ ſumus, vt eam locemus, aut in his quæ deſunt nobis, aut nocent; ſcilicet in his quibus neceſſariò ſumus miſeri. Si ho a qui is cares, computas damnum, toties triſtis eris, quoties lætus eſſe poteris, aut præſumis. Fruſtrà miſer eſt, cui felicitas poſſibilis, miſeria eſt; qui tot numerat mala, quot bona numerare poteſt; qui mala, quæ ſibi beneuolus mitigare ratione poterat, cogitando exaggerat.

Triſtitia ... excutienda.

[illegible] mœror [illegible] qua [illegible] & anima [illegible] Sc[illegible] [illegible] *[illegible]entem, tempus; ſapientes [illegible] liberat. Sapit qui non tri-[illegible] abſentia, ſed gaudet præſen-[illegible]

[illegible] Nolite [illegible] [illegible]tum ſanctum [illegible] eſt per [illegible] redi[illegible] in die redemptionis [illegible] [illegible] paſſi[illegible] ſed [illegible] dum [illegible] [illegible] & [illegible] offer[illegible] [illegible] influxum [illegible] [illegible] Spiritum ſanctum [illegible] eſt [illegible] ex perfe[illegible] [illegible] qui [illegible] eſt [illegible] [illegible] Spiritus [illegible] per [illegible] in [illegible] obis, quam [illegible] quam ibi [illegible] anima [illegible] [illegible] gratiam [illegible] & ca[illegible] [illegible] [illegible] pellere [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] *[illegible] mœrore [illegible] meditatur, & con-[illegible] [illegible] Nolite [illegible] Spiritum [illegible] qui habitat [illegible] ergo [illegible] Spiritum ſan[illegible]tum, qui habitat in te, ne forte derelinquat te.* Sc[illegible] [illegible] triſtitia noſtra, adeò eſt [illegible] [illegible] vitiorum [illegible] mœſtus *ſemper malitietur, & contri[illegible] Spiritum ſan-[illegible]tum,* qui eſſicitur ab eo *derelinquatur* [illegible] [illegible] [illegible] Spiritum [illegible] [illegible] [illegible] Sic eſt [illegible] [illegible] concep[illegible] *[illegible] malitietur.* Quid in [illegible] *ſemper* [illegible] Sic [illegible] [illegible] *[illegible] Spiritus ſanctus derelinquat* [illegible] [illegible] *derelictionis* [illegible]

Lucæ 4 [illegible] Evangeliſta: *In ſinagoga [illegible] homo habens dæmonium immundum,* [illegible] *[illegible] clamauit voce magna,* &c. [illegible] *erat [illegible] habens ſpiritum dæmonis immundi.* [illegible] [illegible] ſpiritus dæmonij, qui [illegible] [illegible] Nemo [illegible] [illegible] 54 [illegible] *qui [illegible] melancho[illegible]* [illegible] [illegible] *habet dæmonium immundum,* [illegible] & pro[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Evangeliſtæ

[illegible] *[illegible]tiam, quia [illegible] [illegible]tus.* [illegible] *[illegible]rum ſpirituum eſt peſſimum, & [illegible] ſeruis Dei. Triſtitia ſæcularis lædit, & conte[illegible] atque alli-dit ſeruos Dei. Spiritus enim ſanctum non ſuſ[illegible] triſtitiam carnalem.* Sc[illegible] [illegible] ex triſt[illegible] ur, & *humoribus mel[illegible] lic[illegible] an[illegible], habe[illegible] [illegible]tum dæmony* [illegible] be-[illegible] *[illegible] ſæcularis omnium malorum ſpirituum eſt peſſimum.* [illegible] [illegible] eſt [illegible] [illegible] dæmon[illegible] ad [illegible] [illegible] genus [illegible] mouet: at [illegible] omni [illegible] [illegible] ad [illegible] præ[illegible] de-ſpe[illegible] qui *Spiritus ſanctus* [illegible] *ſu[illegible] triſtitiam carnalem* [illegible] [illegible] *der[illegible]* Quare [illegible] *[illegible] omnium malorum ſpirituum eſt peſſimum,* & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Triſtitia omnium malorum ſpirituū eſt peſſimus.

4. S[illegible] [illegible] te[illegible] [illegible] *Triſtitiam* [illegible] [illegible] *perdit* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eneca[illegible] [illegible] [illegible] præ-[illegible] æterna. Triſtitia [illegible] carnis [illegible] [illegible] eſſe [illegible] [illegible] Chryſoſtomus [illegible] Olyn[illegible] *Triſtitia [illegible] animarum crudele torme[illegible] eſt, do-lor quidam inexplicabilis, & ſudicium omni iu-dicio vindicta[illegible] deterius. Nam & vermis eſt ſi-milis venenato non ſolummodò carnem, ſed & animam ipſam perimens, animam dilacerans, ſed & vires animæ conſumens:* [illegible] *nox, ac tene-bræ profundæ, & tempeſtas,* [illegible] *turbo: febris non apparens, omni igne validius incendens, & pugna requiem non habens.* Multa hic non benè tr[illegible] ti-tiæ [illegible] [illegible] Chryſoſtomus, quæ [illegible] fore [illegible] ad [illegible] ſtare.

Feb. 30. v. 14. & 24. *ex textu.* Corne ius. *Non bona triſtitia ejſi thecta conglobantur.*

S. Chryſ[illegible].

5. Iacobi 5. v. 13. [illegible] *[illegible]ſtatur, [illegible] quis [illegible]rum, oret.* [illegible] [illegible] [illegible] amicis, ab epulis, a [illegible], a fabulis, à delicijs, quò mœ-rorem [illegible] auertas: ſed ab orat[illegible] & [illegible] in Deo. Hoc triſtitiæ medium videtur [illegible] parabile: at ſi triſtitia fuerit im-mo[illegible], [illegible] homo profundè mœſtus, an ad [illegible] facile ad [illegible] ete [illegible] Bernardus de [illegible] benè viuendi, Serm. 11. *Oratio hominis qui ſemper eſt triſtis, non habet virtu-tem, nec poteſt aſcendere ad Deum. Vbi triſtitia fuerit cooperta ſpiritu ſancto, non ibi eſt accepta-bilis oratio, quia in [illegible] eſt, [illegible] non poteſt aſcen-dere ad Deum.* Neque qui *ſemper eſt triſtis,* & [illegible] *[illegible] Spiritu ſancto operit,* [illegible] eſt, [illegible] aliquo ſpirituali præter[illegible]

S. Bernard. *Tepidè orat, qui triſtitiam Spiritu ſancto cooperit, quare*

præt[illegible] [illegible], [illegible] operationis vim, qua [illegible] re [illegible], vt propè imme-

Mœror & ra-cio triſtitia in iucunda eſt. Anton. in Meliſſ. l. 1. c. 72. [illegible] Ergo non *Spiritus ſanctus* [illegible] eſt, ſpecie tenus ſpiritualis tatio, quæ [illegible] tam ſæcularem foueat & augeat, ſed [illegible], metus, & [illegible] ſuperducenda eſt, quæ triſtitiam fallit, mitiget, excantet. *Thoraci tunicam, triſtitia vi[illegible] mentem & rationem inducere oportet.* Quod pri[illegible] len-

Hic verſ. 30. ter hic præſtitit Suſannæ cogi[illegible], dum bonâ ſpe illam ad ferale etiam iudicium comitatur.

6. Iacobi 5. v. 13. Græcus. Vel aliter: *Triſtatur aliquis veſtrum, oret.* Pro τῷ *triſtatur*, Græcè eſt κακοπαθεῖ, id eſt, *patitur, vexatur, affligitur.* Por[illegible] triſtitia, voluntarius eſt dæmon: hoc autem genus dæmon orim non eiicitur, niſi in or[illegible].

Cornelius. S. Chryſoſt. *Triſtitiam ſi auferas, nemo ferè à dæmone lædi poterit.* Eleganter mihi Cornelius ex Chryſoſtomo ſerm. 2. & 3. de Prouidentiâ: *Dum ergo, inquit, triſtaris, noli captare ſolatia ab amicis, ab epulis, à muſicis, à fabulis, ſed ab oratione & colloquio cum Deo. Porrò omni diabolicâ actione potentior ad nocendum eſt mœroris ſpiritus: Dæmon enim quemcumque ferè ſuperat, per mœrorem ſuperat: eum ſi auferas, nemo à dæmone lædi poterit,* quaſi tota infernalis potentiæ ac lætitiæ vis, ſiue per externum vim, ſiue per aſtum fraudulentum animi tui contra hominem, de triſtitiæ armamentario eualet, & de mœroris valentiâ potenter armatur. Quare ſi triſtitiam precibus excuſſeris, dæmonem exarmaſti. Quod infra §. 16[illegible]. enucleatius expenditur.

7. Prouerb 15. v. 13. Complutenſ. LXX. Interp. Origenes. S.Chryſoſt. Salomon Prouerbiorum 15. hanc gnomen proponit: *Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deyicitur ſpiritus.* Pro τῷ *exhilarat faciem*, Complutenſ. *viret*, LXX. *Cordis læti facies floret*; Origenes, *florida eſt*. Vnde ſanctus Chryſoſtomus in homi[illegible]. *Quod non datur pariter ſecundum Deum, & ſecundum mundum gaudere,* ſic ait. *Iuſtorum lætitia vera eſt animæ pariter ac corporis recreatio, & perpetuæ fruitionis præſagium & flos.* Itaque lætitia eſt beatæ gloriæ *flos*, pet[illegible] etuam Dei fruitionem

Lætitia eſt beatæ gloriæ flos.

A triſtitiâ obſole[illegible]it, & mœſtificatur ſpiritus. Tigurina. Vatablus. B. Antiochus hom. 25. de Triſtitia. tanquam fructum parturiens Poſterius autem hemiſtichium, *in mœrore animi deyicitur ſpiritus*; Tigurina vertunt, *langueſcit ſpiritus*. Vatablus, *frangitur, obſcuratur, aut perit, & obſoleſcit ſpiritus.* Tempeſtiuè B. Antiochus: *Auerte à te triſtitiam, & ne contriſtes Spiritum ſanctum qui in te habitat, ne fortè recedat à te.... Triſtitia Spiritum ſanctum mœſtificat.* De quo alias vbertim agebamus.

---

§. CLX.

Ambitioſæ veſtis vana gloria vapulat; rude, nec tam indumentum, quàm tegumentum, innocentiæ ſuffragium eſt.

1. B. Petr. Dam. opuſc. 29. c. 3. *Superſtitioſus niter veſtium culpatur.* Beatus Petrus Damianus [illegible] nos ſubtiliter [illegible]. Tu itaque iam [illegible] velut putri[illegible] morbi lethalis [illegible] & pre[illegible] arum veſtium ap[illegible] mach[illegible] languidæ ment[illegible] quippe languor eſt anima[illegible] ſuperu[illegible] ſo [illegible] alis an[illegible] nitore gaudere. [illegible] iam

ſi [illegible] Spiritus, [illegible] ſit [illegible] quod per exteriorem ornat[illegible] [illegible] patet, [illegible] ſentire in mo[illegible] dell[illegible] colebant [illegible] conc[illegible], quod [illegible] Sapiens [illegible] : *In [illegible] tu ne glorieris*. Illos ergo ve[illegible] concupi[illegible] quâ coram oculis Dei perpetu[illegible] [illegible] fallacis ac fraudulæ huius [illegible] tranſitoriæ. [illegible] ille [illegible] pulchra iuuenta ful[illegible] Suſann[illegible] & pulchra Matr[illegible] [illegible], qui corpus tegat [illegible] oculos [illegible] potius, qu[illegible] [illegible] pulchra [illegible] [illegible] vetuſtas [illegible] bus, ſed Deo pu[illegible] ſuit. T[illegible] Suſanna fuit.

Matthæi [illegible] veſtibus [illegible] Chriſtus [illegible]. Ne ſollic[illegible] veſti [illegible] quid man[illegible], neque [illegible] quid [illegible]. Non ne anima plus [illegible] [illegible] *corpus plus quam veſtimentum* [illegible] valde [illegible] contra anxiam & [illegible] [illegible] nem [illegible] temporalium, [illegible] [illegible] ve[illegible]ſimili ad id qu[illegible] eſt [illegible]. Quaſi dicat: Deus qui no[illegible] corpus [illegible] imò ex nihilo formauit, [illegible] tinue co[illegible] uat, & ju[illegible] ſemp[illegible] vtique [illegible] quæ minora [illegible] puta veſtes, ſine quibus corpus n[illegible] ſte. Itaque [illegible] ſed [illegible] non ita ſemper in [illegible] hominum [illegible] Audiendus eſt Chryſoſtomus hom. [illegible] in Ioannem: *Si quis tibi optionem pr[illegible], an egregium corpus, & bonæ habitudinis, [illegible] cie præſtans, vili tamen indutum veſte; an [illegible] & morbis implicitum, ornatum tamen auro, pulchritudine cultum malles? nonne naturalem corporis pulchritudinem veſtimentis præferres? In corpore hoc ſanè præfertur, in animâ contra: quam qui turpem, informem, & nigram habet, putat ſe auri ſplendore emendare.* Sal[illegible] quod ſuper hac re dubit[illegible], & velut ambi[illegible] Doctor, [illegible] pretioſarum [illegible] æſtimatio [illegible] apud homines taxat[illegible] qu[illegible] apud [illegible] tanto in pretio ſit [illegible] textiles, & g[illegible] vt [illegible] corpus, poſſe *emendare* præ[illegible] hunc pretioſ[illegible] veſtium cenſu, ſic ma[illegible] æſtimat, vt animam *turpem, informem, & nigram putet ſe auri ſplendore emendare*, [illegible] ſtum pre[illegible] *emendare*. Vide quam inſan[illegible] [illegible] æſtimat[illegible] Eni[illegible] ſtu[illegible] pet[illegible] [illegible] emendat, [illegible] [illegible] deformitatem, & pompæ a[illegible] biam ex [illegible]. Indigna pl[illegible] ſto: Veſtis [illegible] emendat, emendare animum [illegible] tus [illegible] trumque dete[illegible].

3. Regum 2. Ac[illegible] ex [illegible] phat regem [illegible] Syriæ, & de [illegible] [illegible] lere

3. Reg. 22. v. 10.

conſulere decreuerunt. *Rex autem Iſraël, & Ioſaphat rex Iuda, ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo veſtiti cultu regio, in areâ iuxtà oſtium portæ Samariæ, & vniuerſi Prophetæ prophetabant in conſpectu eorum.* Nimirùm quadringenti circiter Prophetæ mendacia prophetabant: nam malus Spiritus nuper dixerat ad Dominum: *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius*: & quod iniquè promiſit abundè præſtitit. Quærunt ſagaciter Interpretes, quid tot Prophetas perſtrinxerit, & ad falſitatem induxerit, adeò vt vel Michæas, veridicus alioqui veri Dei Propheta, illis primò aſſenſerit, & annuerit mendacio eorum re non benè hactenùs exploratâ? Vnde vel in Prophetis tanta mendaciorum colluuies? ecquod fuit tot mendaciorum conceptaculum? B. Petrus Damianus Opuſc. 29. cap. 1. præſcriptum locum ſic ad rem ſingulariter exponit:

B. Petr. Dam.

Rex Iſraël, & Ioſaphat rex Iuda ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo veſtiti cultu regio, in areâ iuxtà portam Samariæ, & vniuerſi Prophetæ in eorum conſpectu mendacia prophetabant. Auctor quippe mendacij fucati cultus delectabatur illecebris, & adumbrati decoris aſpectu per ora prophetantium officinas fabricauerat falſitatis. At contra, cùm idem Achab comminantis Eliæ dura verba perciperet, ac impendentem ſuis ceruicibus diuini furoris gladium territus formidaret, Scripturâ teſte, Scidit veſtem ſuam. &c.

[…] ve- […] per ora […] […] fa- […] falſi- […]

Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd veſtis cultior, etiam in Regibus ac viris principibus, ſic perſtringat Prophetarum mentem, & in eorum cordibus ſic mendacia implantet, fucati cultus & mentiti decoris illecebris, vt huiuſmodi exquiſitior veſtium cultus *per ora prophetantium officinas fabricauerit falſitatis*, Hem! ſic mentitus veſtium decor, & ſplendidior politè cultus, tamquam mendaciorum architectus mendacia fabricat, & afflat mentiendi libidinem, vt vel ora Prophetarum inficiet? Quare idem rex Achab, cùm alias ad ſeueriores Prophetæ minas, regias ſcindit veſtes, & ſplendidiorem deponit cultum, & veritatem meruit audire, aſſentiri veritati, & Dei minas auertere ambitioſo veſtium ſqualore.

4. Geneſeos 27. mendacium ſiue myſticum ſiue verum, Rebeccæ in ſuum Iacobum amor callidè architectatur. Portò benedicendus à patre maior Eſaü aberat venationis cauſſâ: tunc Rebecca ad ſaporē Iſaaci hœdinam condit:

Geneſ. 27.

Et veſtibus Eſaü valdè bonis, quas apud ſe habebat domi, induit, eum, id eſt, Iacobum, qui ſic primogenito Eſaü benedictionem præripuit, magno ei hicè veſtium ſacramento. Quâ ſuper re, ſic ad rem præſentem idem Petrus Damianus philoſophatur:

Petr. Dam. […] 29. c. 2.

Eſau, inquit, planè veſtes valdè bonas domi retinuit; ſed his alter nudatus primatum paternæ benedictionis obtinuit. Iacob namque, qui quaſi ſub Euangelicâ doctrinâ prius non duas tunicas habuit, ſimplex etiam veſtimentum poſtmodum in oratione quæſiuit. Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi veſtimentum ad operiendum, erit mihi Dominus in Deum: Ecce tibi Iacob, opulentæ Matris deliciolum, ſimplicem veſtem habet, & ſimplicem à Deo precibus expetit, præcoquâ frugalitate Euangelij doctrinam anteuertens, vbi *duas tunicas*

Matth. 10. v. 10.

Geneſ. 28. […]

[…] ob ve- […] ldè bo- […] paternâ Benedictione, […] illorum ſuf- fragio vi- duatur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

habere Diſcipulis prohibetur. Eſaü autem veſtium pompâ delectatus, præter veſtem quâ communiter induebatur, *veſtes valdè bonas* domi ambitioſè retinet: exinde nō modò exheres fieri metuit; ſed ſuarum veſtium culto lenocinio clàm cooperante, digniùs exheredari, dum ſuarum veſtium blandimento ſumptuoſo, optatiſſimâ Benedictione viduatur. Quare exheredem fieri, veſtis cultioris pretium eſt: & Eſaü veſtibus valdè bonis, repulſam à paternâ Benedictione mercatur, dum exquiſiti cultûs ſuffragio exheredatur.

1. ad Timoth. 6. ſic illum de veſtium frugalitate Paullus inſtituit: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.* Ad legem naturæ viuit, qui ſimplici veſte, & alimoniâ contentus, eſcarum & veſtium ambitioſam luxuriem negligit. Verùm idem Petr. Damianus loco nuper indicato, ſic ad rem præſentem addubitat: *Quid eſt*, inquit, *quòd Apoſtolus ait Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus? Cur enim cum dicit, Habentes alimenta, non protinus addidit & veſtes; ſed tantummodò cum premittit; Habentes alimenta, præſtò ſubiungit, Et quibus tegamur? Cur hoc, niſi vt perſpicuè doceat, nos debere tam deſpicabilibus operimentis indui, quæ digna non ſint Veſtium vocabulo nuncupari?* Ecce tibi Apoſtolorum cum Petro Princeps, Eccleſiæ apex ſublimiſſimus, diſcipulo Timotheo iam Epiſcopo, ſeriò præcipit, vt adeò deſpicabilibus vtatur veſtimentis, vt nec *Veſtium* nomen mereantur, ſed tegendi dumtaxat corporis modeſto pudori deſeruiant. Viderint nunc, qui quaſi tuendæ auctoritatis fucato titulo, ſumptuoſioribus veſtimentis luxuriantur, & frugalem Dignitatem ſeculari pompæ cogunt deſeruire. Non tam veſtitos, quàm tectos Apoſtolus Chriſtianos cupit. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus.* tegumenta dicit, non veſtimenta: quò pretioſarum veſtium vapulet vanagloria, Paullini oris verbere dehoneſtata. 5.

1. ad Tim. 6. v. 8.

B. Petr. Dam.

Tegumenta, nō veſtimenta nos indui Apoſtolus cupit.

Geneſeos 39. Ioſephus pulchellus iuuenis, inuidiæ pretio à fratribus venditur, & principi viro in Ægypto ſeruit, ingenuo planè ſeruitio. Eius Hera libidinis ſeruituti addicta, iuuenem malè deperit, & ad ſtuprum ſollicitat femineâ intemperantei pellaciâ. Inhoneſtum facinus Ioſephus vrbanè refutat. At illa libidinis refugam ſollertius perſequens, cùm ſolum fortè inueniſſet, *apprehensâ laciniâ veſtimenti eius* libidini intentiùs blanditur, vt ſopitum igniculum redaccendat. Ioſephus autem *relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foràs*. Audio Ioſephum *pallio* amiciri, & eius *veſtimentum laciniâ* laxum; nec pretioſum ac politum indè putauerim, ſed vilem ac deſpicabilem veſtem, mancipio tegendo potiùs quàm ornando idoneam; & tamen illam tunc repudiauit, quò ſuam caſtè frugalitatem euidentiùs comprobet. Eleganter Cyprian. lib. de Bono pudicitiæ, ita ſcribit: *Propter tanti facinoris audaciam ipſas veſtes relinquens, & corporis nudi ſinceritatem habiturus innocentia veſtem.* Nimirùm mulier ſalaciſſimè luxurians, Ioſephi veſtes in iuuenilis laſciniæ argumentum allegat: Ioſephus verò veſtē laciniosam relinquit, 6.

Geneſ. 39. v. 12.

Laciniosa veſtis ſiſtitur ad libidinis teſtimonium.

S. Cyprian.

Nudis tunica, quæ non tam eſt veſtimentum, quàm operimentum, accitur ad innocentiæ ſuffragium.

& ſimplici tunicâ, noo tam veſtitus, quàm tectus diſcedit, vt ſinceritatem corporis decenter tecti, & ſeminudi, non veſte laciniosâ adornati, ſiſtat ad innocentiæ ſuffragiuin. Itaque ipſa corporis ſeminudi, & ſeruili tunicâ tecti ſinceritas, à Iuuene aſſumitur, & *habetur innocentia teſtis.* Nempe quandò laſciuiens mulier illius veſtes allegat ad luxuriæ ſuffragium, Iuuenis ſeminudus, rudioris tunicæ non tam veſtimento; quàm operimento tectus, ſuam frugaliter continentiam comprobat. Idcircò conſultiſſimè *ipſas veſtes relinquit*, *corporis* ferè *nudi ſinceritatem habiturus innocentia teſtem.* Laciniosa veſtis inducitur luxuriæ teſtis; ſeruilis ac rudis tunica, quæ non tam eſt indumeotum, quàm tegumentum, accitur ad innocentiæ ſuffragium.

§. CLXI.

Nuditas eſt innocentiæ ſuffragium, paradiſi ingreſſus; & cæli claudendi atque aperiendi arbitra.

1. Clem. Alex. lib. 2. Pædag. c. 10.

SCitè Clemens Alexandrinus: *Oportet*, inquit, *id quod tegitur, ex tegumento oſtendere, ſe eſſe eo melius; vt templo imaginem, & corpore animam, & Veſte corpus. Nunc autem contrà omninò, ſi corpus earum venundetur, nunquam mille drachmas inuenerit; vnam autem veſtem mille talentis ementes, ſe eſſe veſtibus inutiliores & viliores arguunt.* Adeſt iuſtitio velatâ facie Suſanna: libido Iudicum velamen pretioſum detegit; detegit & arcana iuſtitia, vt palàm omnibus appareat, quàm ſit Matronæ facies pretioſior pretioſo velo, quo pudicè obtegitur: appareret etiam anima (ſi fieri poſſet) pretioſior corpore, quo veſtitur. Nuda anima ſumptuoſiori pretio æſtimabilior eſt corpore continenter venuſtiſſimo: venuſtiſſima facies, rubore, id eſt, colore virtutis decenter ornata, velo pretioſo pretioſior eſt. Itaque diſcooperiri, ſubducto faciei velo Suſanna iubetur: nam *oportet, id quod tegitur, ex tegumento oſtendere, ſe eſſe eo melius.* Velata Matronæ facies pulchram de rubore pudicitiam non probaret; probat diſpcooperta, cùm de nuditatis cenſu pretioſior apparet: non enim iam nunc de velaminis coniecturâ, ſed de nudâ facie, æquæ æſtimationis iudicium ſumitur.

Id quod tegitur, tegumento melius & pretioſius eſſe oportet.

Hic verſ. 32.

2. Ioannis 21. fruſtrà piſcantibus Diſcipulis, de littore Chriſtus dicit, quòd ad dexteram mittant retia. Miſerunt: & iam non valebant rete extrahere præ immenſâ piſcium

Ioan. 21. v. 7. multitudine. Tunc à virgine Ioanne virgo Chriſtus agnoſcitur; qui confeſtim Petro dixit: Dominus eſt: & ſtatim Petrus, *tunicâ ſuccinxit ſe (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare.* Mirum ſanè eſt, quòd qui in naui nudus erat, veſtem aſſumat vt natando ſe proiiciat in mare. Imò ſi in naui foret veſtimentis indutus, illis ſe exuere debuiſſet, vt

S. Chryſol. ſe in mare demergat. Eleganter Chryſologus Serm. 78. ita locum elucidat: *Mirum & verè mirum, quia qui naui nudatus eſt, in mare ſe demergit indutus: quia innocentia nunquam non nuda eſt; & reatus ſemper refugit ad velamen.* Silicet Petrus nupertimæ negationis benè ſibi conſcius, aut fide vacillaturus in vndarum officiosâ patientiâ (ſi fortè tunc accidit titubatio) coràm Chriſto Deo nudus apparere recuſat; nam reatûs humani latibulum (quod aſylum ponant,) veſtis eſt, & malitiæ velamen: nuditas autem innocentiæ ſuffragium. Vndè Petrus de pœnitentiâ flebili negationis veniam præſumens, innocentiam recuperaſſe coràm humanis oculis fateri audet. At nuditatem, tamquam innocentiæ veſtem, coràm Chriſti Dei oculis, nec in mari merſus confidit aſſuмere; ſed peccatorum veſtem induit, ſuum reatum agnoſcens, etiam inter maris fluctus, vbi veſtis peregrinatur: *quia innocentia nunquam non nuda eſt: & reatus ſemper refugit ad velamen.* Hic verſ. 32. Quare dum Iudices, etſi iniquiſſimi, à Suſannâ *velamen* auferunt, eius innocentiam è peruerſo publicant, & ſuam potiùs nequitiam ſuggillant.

Nuditas innocentiæ ſuffragium eſt: nam reatus confugit ad velamen.

Geneſeos 3. Adamus leuiculâ ambitioſiùs palati voluptate innocentiam ornatiſſimè inueſtem nundinatur. Cúmque cognouiſſent ſe eſſe *nudos* conſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata. Deìn ſciſcitatus, vbinam eſſet, reſpondit: *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* Cui dixit Deus: Quis enim indicauit tibi quòd *nudus* eſſes, niſi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? Et poſt dutiùs vibratam in ambos ſententiam, *Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos:* & ad exilium paradiſi perpetuò damnantur veſtiti, qui antè nudi erant paradiſi incolæ. quaſi nudos paradiſus admittat, veſtitos refutet. Pulchrè Ambroſius Serm. 20. in feſto S. Michaëlis: *Ideò*, inquit, *nudi in ſeculo naſcimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum; vt nudi quoque & expediti ad cæli ianuam properemus. Vſque adeò enim nuda virtus apta cælo eſt, vt quamuis iuſtus, quamuis ſanctus* (loquitur de adoleſcente illo diuite) *aurum vel diuitias poſſidens, non poſſit eſſe perfectus: talem enim voluit adoleſcentem illum Dominus ad paradiſum redire, qualis Adam fuerat de paradiſi ſublimitate deiectus. Nudus enim Adam incola paradiſi fuit.* Itaque nuditate ornatus Adam, quaſi paradiſeæ veſtis ornamento excultus, & alumnus innocentiæ, & paradiſi accola fuit. At vbi primùm ad amictum confugit nuditatis pudore, paradiſo exulat: non enim paradiſus niſi nudos admittit. Vndè nuditate non ornatus, ad paradiſum redire non eualet. Eleganter S. Nilus lib. Aſcet. *Fecit quoque Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Nuditatem*, inquit, *a Deo tanquam eximium decus acceptum tantiſper cuſtodiuit, dum violati pœna præcepti veſtimentorum illi neceſſitatem impoſuit. Nam quamdiu cum aduerſariis ad diuinam legem perfringendam illum adhortantibus conflixit, nudus quaſi athleta in ludorum cauea conſiſtebat: vbi autem victus eſt, atque a certamine depulſus, meritò indutus eſt, cum certandi virtute, nuditate quoque reiectâ.* Appoſitè quidem.

3.

Gen. 3. v. 21.

S. Ambroſ.

E paradiſo Homo veſtitus eyicitur, nec ad illum niſi nudus redibit.

S. Nilus.

4. Iob cap. 1. Diabolorum phalanges de inferno armatæ, Patriarchæ innocentiam tot tragœdiis labefactare validè adnituntur. *Iob 1. v. 21.* Tunc ſurrexit Iob, & *ſcidit veſtimenta ſua*, & tonſo capite corruens in terram, adorauit, & dixit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Quid eſt *illuc*, quò tandem reuertetur? & ad quem regreſſum, nuditate ſe inſtruit? De matris vtero *nudus* egreſſus eſt? *nudus* etiam ad ſepulcralem terram, tamquam ad communem matrem redibit: & indè etiam ad paradiſum, à quo cum Adamo eiectus *nudus* reuerti ſpe certâ prædicit: *Talem enim voluit illum Dominus ad paradiſum redire, qualis, Adam fuerat de paradiſi ſublimitate deiectus. Nudus enim Adam incola paradiſi fuit.* Nempe quiſquis eſt innocentiæ riualis, & cæleſtis paradiſi candidatus, veſtimenta Adami reiiciat, & eius nuditatem cum Iobo exambiat, vt viam redeundi ad paradiſum inueniat, & paradiſi ianuæ illi vltrò operiantur. Veſtitis paradiſi valuæ clauduntur, quæ veſtitos reiiciunt: nudis autem bifores panduntur: paradiſea enim felicitas nudos expetit, nudos fouet ac recreat; veſtitos faſtidit, & quaſi veſtium nauſeâ quantocyùs repellit. Ergò è Iobi ſcholâ diſcamus hoc tædium veſtimentorum reiectaneû, quò regreſſum in paradiſum, nuditatis ſuffragio negotiemur. *Nudus enim Adam incola paradiſi fuit.* Bona nuditas, paradiſi via, auſpicium, ſuffragium, obſes, quo paradiſus certò oppigneratur.

Nuditas paradiſi ingreſſum oppignorat.
S. Ambroſ. ſupra.

5. 4. Regum 2. cùm Elias & Eliſeus vltrà Iordanem pergerent, & incedentes ſermocinarentur; ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque: & aſcendit Elias per turbinem *in cælum.* Et Eliſeus non vidit eum ampliùs: apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* Benè eſt. Eliſeus Magiſtri abſentiam velut mortem ægrè ferat, & funeſtæ triſtitudinis indicium *ſciſſione veſtium* oſtendat: ſed quid eſt, quòd Elias *in cælum aſcendens* ſuum demittit pallium? Num paradiſi aut cæli porta Eliam pallio amictum non caperet? Sic eſt cæli porta arctiùs anguſta, vt veſtitum Prophetam non capiat? An nuditas cæli aperiendi atque claudendi arbitrium eſt? Opportunè Chryſoſtomus lib. de Conſubſt. Filij: *O rem mirabilem!* inquit, *nec veſtem quidèm habuit, & cælum clauſit, ob hanc ipſam nimirùm cauſſam, cælum clauſit, quia veſtem non habuit. quia nihil hic poſſedit, idcircò multam exhibuit poteſtatem, cùm labra tantùm diduxiſſet, vt innumeri à cælo theſauri laberentur, effecit. O ſanctum os, cui fontes imbrium inerant! O vocem bonis innumeris ſcaturientem!* Itaque Elias *in cælum aſcendens*, nouus paradiſi inquilinus, benè ſcius, nuditatis ſuffragio toties clauſiſſe cælum, vt ſibi nunc illud aperiat, in aſcenſu pallium dimittit, vt ſic nudus, peruium cæli ingreſſum ſibi panderet. quaſi inueſtis nuditas ſit cæli arbitra, & cæli ad nutum clauigera. In viâ ad paradiſum conſultò abiicit pallium: Adam enim veſtitus, paradiſi limine arcetur: & olim nudus in paradiſo impunè verſatur. *Nudus enim Adam incola paradiſi fuit.*

4. Reg. 2. v. 13.
S. Chryſoſt.
Eliam ingreſſurus paradiſum, pallium dimiſiſſe, vt nuditatis ſuffragio intret.
Ad nuditatis arbitrium, cælum aut aperitur, aut clauditur?

6. Canticorum 5. vocem ſponſi ad ianuam pulſantis audit ſponſa: & licet hactenùs ſponſi ſui peramans ciuiliſſimè induceretur; nunc velut inciuili renutu, & repulsâ nimis inurbanâ, illius præſentiam refutat, aiens: *Expoliaui me tunicâ meâ, quomodò induar illâ?* *Cant. 5. v. 3.* Friuola videtur iſtiuſmodi excuſatio: benè enim ſponſa ſcit, quomodò induatur rursùs exutâ ſemel veſte: neque id nimis graue eſt, quod frequentat quotidie. Quin & eiuſmodi interrogatio quandam veſtium aſſumendarum impoſſibilitatem inſinuat, aut ſaltem difficultatem ſuperatu permoleſtam. Quò difficilior eſt externi corticis ſenſus litteralior, eò in ſenſu myſtico plus occulti ſucci moraliter latere præſumitur. Luculenter S. Ambroſius lib. de Iſaac & animâ, cap. 1. *S. Ambroſ.* *Expoliaui me tunicâ mea, quomodò induar illâ?* idest: *Exui tunicam illam pelliceam, quam acceperunt Adam & Eua poſt culpam, tunicam corruptela, tunicam paſſionum, &c. quomodò induar illa:* Bona ſanctæ Sponſæ nuditas, quæ Adami innocentiam æmulatur. Quæ dudùm exuerat tunicam pelliceam, tunicam quæ præuaricationem prodit, quæ ſtatû innocentiæ negat, quæ vitium arguit, quæ corruptelam ſignificat; tunicam pelliceam, quâ homo paradiſi exul, mundo velut metallo datur: quæ tandiu inueſtis nuditatis lenocinio placuit ſponſo cæleſti; quopacto abiiciens inculpatæ nuditatis ornamentum, veſte ſe induat? *Expoliaui me tunicâ meâ, quomodò induar illâ?* Superficie tenùs inurbana excuſatio, medullitùs autem cultè moraliſſima. Nuditas enim eſt innocẽtiæ ſuffragium, reatus confugit ad velamen: è paradiſo Adam veſtitus eiicitur, neque ad illum niſi nudus quiſquam admittitur: nuditas porrò paradiſi ingreſſum oppignerat; & nudus Propheta velut cæli arbiter cõſtituitur Quid ergò mirum, ſi cæleſtis ſponſi peramans ſponſa, depoſitas refutet veſtes, & hanc nuditatem intentiùs exambiat, quà inueſtis ſuo ſponſo ſumptuoſiùs adſit. *Expoliaui me tunicâ meâ, quomodò induar illâ?*

Impoſſibile ſibi putat ſponſa exutam veſtem rurſùs induere. quare?

---

§. C L X I I.

Nudum ſpoliare veſtibus, ethicum proficientium ſacramentum eſt.

Anguſta innocentia eſt, incipere bonum eſſe, imò & in virtute proficere, rei nouitas plus ſe putat virtutis habere: quàm habet. 1. Chriſtiana philoſophia quantò latiùs officiorum patet, quàm progredientium etiam cenſus de ſe æſtimat? Quàm multa Euangelij pietas, patientia, humanitas, liberalitas, conſtantia, & fides exigunt? Adiice nunc inuictum muneribus animum, & in tanto auaritiæ certamine, numquam ſuppoſitam manum lucro. Adiice nunc victûs parſimoniam, ieiuniorum famem, ſermonis modeſtiam: aduersùs minores humanitatem, aduersùs maiores reuerentiam, & indefeſſum virtutis ſtudium. Poſt hoc ipſe te conſule, conſcientiam poſtmodùm interroga, veráne an falſa ſint, quæ in hoc tuo profectu experiris. Vtrumlibet fortaſsè credes, vera eſſe, vel falſa. Vera quidem; quia hucuſque

Numquam tuta aut tota bonorum operum fides.

verè tuua profectus pertingit, & has virtutes animo impreſſiſti: Falſa autem; quia vlterior ſtrenuè profectus, retroacta quaſi imperfecta obnubilat, & abſcondit. Si verè proficis, quæ hactenùs feciſti, tibi vilia, imperfecta, ac propè nulla erunt comparatione ſequentium, ad quæ animoſiùs adſurgis. Hanc morum gnomen tibi impreſſiùs excude: Numquam tuta & tota bonorum operum fides. Inde ex futuris pendens, retroacta vilipendes.

2. Canticorum 5. hæc Sponſi vox ad Sponſæ ianuam pulſantis auditur: Aperi mihi ſoror
Cant. 5. v. 3. mea, amica mea. Reſpondet ſponſa: *Expoliaui me tunicâ meâ, quomodo induar illâ?* Et dum cunctanter ſurgit, vt fores aperiret, iam ſponſus declinauerat, & aliò tranſierat. Sed dum illum intempeſtâ nocte per vrbem ſollicita quæreret, ait: Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem; percuſſerunt
Cant. 5. v. 7. me, & vulnerauerunt me: *Tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Pro τὸ *pallium*,
Hebræus. Hebraicè eſt *theriſtrum*, vt vertunt L X X.
LXX. Interp. hoc eſt, peplum ſeu velum, quo ſponſæ nobiles caput & humeros obuelant, in ſignum pudoris. Subtiliter S. Gregorius Nyſſenus homil. 12. in Cantica, præfata verba eluci-
S. Nyſſenus, dans, ſic addubitat: *Paullò antè teſtimonium ſponſæ perhibetur, quòd immunis ſit ab omni velamine, cùm in eius perſonâ dicitur: Exui tuni-*
Quomodo ſponſa, quæ tunicâ exuit, adhuc palliũ habere dicatur. *cam meam, quomodo induam illam? Hîc rursùm ait ipſa, ademptum ſibi eſſe peplum, ſiue theriſtrum. Quî ergo nudata veſtimentis omnibus peplum adhuc habet, quod ei nunc cuſtodes ciuitatis adimant?* Huic argutæ obiectioni ſic confeſtim Nyſſenus reſpondet: *Nónnam fortè de verbis hiſce perſpicitur, quantum ab eo tempore rursùm in ſublime pergendo profecerit? Nam ea quæ iam antè tunicam veterem exuerat, & ab omni pallio immunis erat, vſque adeò ſeipſâ fit ſuperior, vt ad priora comparatâ hâc recenti puritate non exuiſſe antehac pallium videatur: ſed rursùs inueniat poſt nudationem illam, quod deponat. Sic adſcenſus ad ſublimitatem illam diuinam ſemper aliquid oſtendit rei craſſæ, præter id quod quouis tempore deprehenditur. Idcircò tunicæ illius prioris ademptio, collata cum præſenti puritate, rursùm & ipſa quaſi quoddam velamentum tollitur ab illis, qui eam reperiunt.* Vacat elocutio noſtra, cùm Nyſſeni facundia ſuum acumen expendit, elucidat, & adornat. Ecce tibi ſponſa, quæ dudùm tunicâ exutâ, affectuum nuda ſibi videbatur, in illâ nuditate peplum ſe habere iam videt, quo ab inurbanis furaciter cuſtodibus ſpolietur. O arcana nuditas, quæ ſic veſtita poſtmodùm apparet, vt in ipſâ nuditate auferendum pallium tranſpareat? Qui retroactam vitiorum nuditatem, de nouo profectu perſpicaciùs iam videt, amictam videt
Hic verſ. 32. nuditatem. Veſtem, quam Suſanna ad balneas exuit, nunc ad iudiciarium velamen aſſumit, quo adhuc exui iubetur.

3. Iob 22. Non ſatis ſibi cohærere videtur
Iob 22. v. 6. Eliphaz, qui Iobo audacter exprobrat: *Nudos ſpoliaſti veſtibus.* Quaſi dicat, tantam eſſe in Iobi animo duritiem, barbaramque auarè tyrannidem, vt non ſolùm ab illis, qui veſtibus abundabant, tegumenta detraxerit, ſed etiam à nudis. *Sed cùm nudus expoliari non poſſit* (ait ibibi Gregorius) *quærendum nobis eſt, quomodo priùs nudi, & poſt ſpoliati memorantur? Sed ſciendum eſt, quia* S. Gregor. l. 16. Moral. c. 3.
omnis, qui cordis puritate perfruitur, eo ipſo quo duplicitatis (id eſt, profundioris ſapientiæ, & perſpicacioris prudentiæ) *in ſe tegumentum non habet, nudus eſt.* Nempè *Nudum ſpoliare veſtibus, ſacramentum proficiendi eſt.*
qui viæ ſpiritualis curriculum incipiunt, incipientium more, ambitioſo pœnitentiæ ſqualore, ſqualorem peccatorum extergunt, & *cordis puritate* ſibi fulgere videntur: ſed dum hi in virtute nouitioli, vltrà progrediuntur; & in proficientium catalogo cenſentur, oculatiori iam ſapientiâ aut duplicitate præditi, quod nuper reputabant nudum, iam vident ſqualidis affectionibus veſtitum; & expoliare ſe poſſe, imò & debere putant. O! ſic ſub nuditate retrò inſpectâ, iam quæ latebant veſtimenta, tranſparent? Sic virtus, dum proficit, piè auara, poteſt *nudos veſtibus ſpoliare?* Sic nuper ſponſæ, quæ nuper tunicam exuerat, pallium potuit auferri. Non abſimili ethicæ
locutionis emphaſi, dixit Oſee cap. 2. *Ne* Oſee 2. v. 3.
fortè expoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundùm diem natiuitatis ſuæ. Ad quem locum, de hâc expolianda nuditate, Ioannes Phe-
lippæus, multa adaggerat Sanctorum Pa- Phelippæus.
trum teſtimonia, quæ ad rem moralem non facile digeras.

Gentium Doctor ad Romanos cap. 8. ita 4.
ſcribit: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Ad Rom. 8.
tribulatio? an anguſtia? an fames, an nudi- v. 35.
tas? Quænam eſt hæc *nuditas*, quam vulgari habitu decenter indutus Paullus ſic laceſſit? Origenes hunc locum allegoricè enarrans lib. 7. Commentariorum in Epiſt. ad
Romanos, ſic appoſitè ſcribit: *Me nuditas* Origenes.
non confundit. Indutus ſum enim Dominum Ieſum Chriſtum, & habitaculum noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui ſpero. Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem. Quaſi dicat:
Nuditas non confundit Paullum, qui æternam gloriæ veſtem expectat. Hæc opinata nuditas non verecundiæ iniuriam offert: me nuditas non offendit, quam toties non benè veſtitam aduerto, quoties vltrà in virtute proficio: quaſi vlterior in virtute progreſſus ſit priſtinæ nuditatis veſtiendæ opifex aut officina. Porrò tandem ſpero me beatâ cæli gloriâ veſtiri, vt illam numquam exuam. *Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem.* Nam corruptibile ac mortale exuendum eſt, & nudum relinquendum, vbi glorioſam incorruptibilitatis & immortalitatis veſtem induamus. Quaſi dicat: Quoties in vitâ ſpirituali proficimus, retroacta quæ bene nuda putabantur, melius veſtimus; quæ vltrà proficiendo rurſus nudamus, & iterùm veſtimus: quouſque veſte mortali ac corruptibili prorsus exutâ, gloriæ veſtibus æternùm induamur. Quare nunc in hâc vitâ, quæ beatam immortalitatis veſtem expectat, *me nuditas non confundit.*

Paullus ad Galat. 3. *Quicunque*, ait, *in Chri-* 5.
ſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Nempe Ad Galat. 3.
copioſam Chriſti gratiam, dona, virtutes per v. 27.
meam prædicationem accepiſtis in baptiſmo, iis quaſi veſte circumfuſi & amicti eſtis,

hanc

hanc veſtem bonis operibus conſeruate, *vt conuerſatio veſtra quaſi veſtis ſplendida ſit ſanctitas Chriſti & chriſtianitatis*, ait Anſelmus. Verùm Eulogius Alexandrinus, à Chriſtophoro, quem ille ſanctiſſimum vocat, de nonnullis interrogatos apud Photium, & hâc quidèm Quæſtione inter alias ſecundâ: *Quomodo intelligendum eſt, quod Apoſtolus alibi dicit, Chriſtum habitare in cordibus noſtris. Alibi vero: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis, cùm magnum ſit diſcrimen inter Tabernaculum & Indumentum? Veſtis enim ſummam tantùm cutem tangit; tabernaculum verò totum recipit.* Sic reſpondet, vt facilitatem oſtendat maiorem exuendi Chriſtum, ad eámque nuditatis miſeriam dilabendi, quàm peruium ſit excutere, dum intimè inhabitat in cordibus noſtris. *Habitat enim, vt ipſe Paullus docet, ſapientia Dei in iis, quibus imperat, & qui in illo radicati & ſuperædificati ſunt. Induit autem Chriſtum, qui illum poſteà rurſùm exuere poteſt. Quapropter meritò de radicatis in eo dicitur, illum habitare in eis; aliis autem indumentum ſit, quibus tegumentum præbet.* &c. Itaque Sanctorum corda, in quibus altè radicatus, & velut conuiſceratus eſt Chriſtus, eius dicuntur Tabernaculum. At illius, qui cùm Chriſtum induerit (cùm *veſtis ſummam tantùm cutem tangat,*) illum non difficulter exuit, Chriſtus dicitur indumentum. Pudenda hæc nuditas hominem meritò confundit, ſed quam rurſùs veſtiat ſplendido Chriſti amictu. Hic Eulogij Alexandrini locus moralitatum grauidus, ad alia alibi themata forſan enucleabimus illum hic perſtrinxiſſe ſufficiat.

S. Anſelm. ibi.

Photius.

Eulogius Alexandr. ad Epheſ. 3. v. 17.

Chriſto induti dicitur, qui facile illum poteſt exuere.

6. Prouerbiorum 31. de ſtrenuâ illâ viragine, & matronalium virtutum ideâ ſcribitur: Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: *Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Chaldæus Paraphraſtes, & Pagninus pro τὸ *duplicibus* ſcribunt *coccinum*: quaſi omnes veſtiri ſint veſtibus coccineis. Verùm indecorum videtur, vt hæc Matrona viles ancillas operibus lanæ linique addictas, ac ſeruos agrorum culturæ deputatos, veſtiat pretioſo cocco. Igitur Vulgatus meliùs vertit, *duplicibus*: Hebræum enim *ſcanim* deſcendit a שני *ſcana.* id eſt, *mutare, iterare, geminare.* Caſſianus collat. 14. cap. 8. legit ex LXX. interpretibus: *Omnes enim qui apud eam ſunt, veſtiti ſunt dupliciter.* Addit Indidem Cornelius, *Rurſùm duplicibus accipi poteſt pro multiplicibus*: & meritò quidèm, cùm Hebræum verbum ſignificet *mutare.* Profectò moraliſſimè hæc Matrona ſedulæ virtutis exemplar, ſuos alūnos *multiplicibus* induit veſtimentis, quæ ſubinde *mutant.* Nam in virtute nouitiolus, qui putat ſe nudum vitiis & affectibus, dum vlteriùs proficit, ſe aliâ, & rurſùs aliâ veſte indutum deprehendit, quàm obnixiùs exuere inceſſanter ſatagit. Hæ ergò nouæ, multiplices, ac variæ veſtes, à nouis profectùs perſpicaciâ ſunt; quibus nudatis, aliæ atque aliæ nouæ veſtes apparent, quouſque cæleſtis gloriæ veſtibus æternùm induantur, mortali nuditate ſumptuoſiùs exutâ, vbi veſtes *mutandæ* non ſunt: nec vlla erit nuditas, ſub quâ noua veſtis exuenda lateat.

Prouerb. 31. v. 21.

Chaldæus.

Pagninus.

Quare virtus vestit Matrona domeſticos ſuos multiplicibus ve[illegible]

H[illegible]

Caſſianus.

LXX. Interp.

Cornelius.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CLXIII.

Laſciuus pulchritudinis amor, odio, & ſæuitiæ confinis eſt.

ECquid iuuit Suſannam pulchritudo ſua, quæ attraxit amorem Senum, nec ab eorum eam iniuriâ vindicauit. Parum profuit ſpecies venuſtiſſimæ puellæ, quam etſi amor non illuſit, illuſus riualium amor propè vitâ excluſit. Falſa oſtendit Suſanna magnorum Philoſophorum de pulchritudine oracula. Plato pulchritudinem dixit *priuilegium naturæ*: hoc naturæ non bono priuilegio malè Suſanna ferè periit. Diogenes eam *donum diuinum* vocauit, ſed publico oſtentui propudioſè lapidanda exponitur. Demoſthenes primum bonorum venuſtatem celebrauit, *diuinam dignitatem in corpore humano* dixit: ſed vide quàm funeſte cæleſtis dignitas in tertis tractatur. Carneades *regnum ſine ſatellitio* formam appellat, cui exermi parent omnes etiam armati: ſed vel contrà Senes nunc ſatellitio indigeret. Melancomius idem æſtimauit *pulchritudinem & felicitatem*: diuerſiſſimæ autem monſtrantur ſcelere Seniorum pulcherrimam infelicitantium Suſannam. Theophraſtus putauit decorem eſſe *diſſimulatam fraudem, ſiue fraudulentum ſilentium*: ſed nequiſſimâ Seniorum fraude impetitur. Theocritus eam dixit, *pulchrum damnum.* Heu quale! dum Senum riualium blandus amor, in odium infeſtum recuditur. Sic libido ſui refuga in crudelitatem refingitur, & ſuum *damnum pulchritudo* accerſit. 1.

Conſule Euſebiū Strom. 4 cap. 15.

Conglobata pulchritudinis elogia.

Stat pulchra Suſanna caſtitatis potiùs quàm adulterij rea, in libidinis conſiſtorio coràm Iudicibus fruſtrà ſalaciſſimis: *At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſaciarentur decore eius.* Aduenerat Suſanna velo obnupta, vel quia aderat propudioſi ſceleris rea, vel vt pulchritudinem ſibi noxiam vindicaret, vel puniret Magiſtratus, negans illis conſpectum ſui. Nouam aliam cauſſam hîc excogitauit Lyranus, Theocrito forſan adnuens: *Erat enim cooperta, ſcilicet, amicorum conſilio, vt vel ſic* Senes iudices *ſaciarentur decore eius, id eſt, vt non videntes eius pulchritudinem, minùs inflammarentur de eâ, & ſic non accuſarent eam crudeliter.* Pulchrum ſolleiter arbitrium, plenum artis, ingenij plenum, & moralitatum fœcundum; nempe velo diſſimulare, aut celare pulchritudinem, ne ſpectatorum crudelitatem extimulet. Hem! crudelem amorem viſa pulchritudo ſuſcitat; inuiſa autem, & velo obrecta, amoris cognatam crudelitatem mitigat. O *pulchrum* pulchritudinis *damnum*! porrò fruſtratus amor in iras exaſperatur, & in crudelitatem è peruerſo degenerat, arcano venuſtatis lenocinio. O infelix pulchritudinis felicitas, quæ aut inuita amatores obſcœnos ſuſtinet, aut crudeles perſecutores patitur! Profectò à pulchritudinis tyrannide natales crudelitatis ſunt. Qui ardenter amat, ardentiùs & ferocit. Quod amori adimitur, crudelitati detrahitur: inopia amoris, exilium crudelitatis eſt. 2.

Hic verſ. 32.

Lyran. ibi.

Viſa pulchritudo crudelitatem extimulat.

3\. Sapientiæ 2. hæc impiurum vox auditnr: *Nullum pratum ſit, qnod non perſtranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuria noſtra.* Ceterùm pro τὸ *nemo noſtrum exors ſit luxuria noſtra*, Græcè ſcribitur, *Nemo noſtrum exors ſit ἀγερωχίας*, id eſt, *inſolentia, luxuria, magnanimitatis, ſuperbia*; Vatablus, *petulantia*; Compluteni. *ſtrennitatis*; alij opportuniùs, & explicatiùs, *ferocia noſtra.* Quaſi dicant: Quiſque noſtrum expromat ſuam luxuriam, cupidinem: & indè petulantiam, inſolentiam, ferociam: quiſque ſe ſtrenuum virum oſtendat in blandâ libidine, pariter ac in durâ inſolenter ferociâ: valenter & potenter indulgeamus noſtræ lubentiæ noſtróque animo, vt quicquid illi lubet & libet, idem liceat, ac licenter, petulanter & ferocitet id ipſum expleamus. Scilicet notant animum ſuum effrenem ad omnes cupidines explendas, qui duos maximè affectus & paſſiones continet, ſcilicet amorem ardorémque voluptatis, ac iram, petulantiam, inſolentiam, ferociam ad proſternendum illos, qui fruendæ voluptati obſiſtunt. Amor enim rei cupitæ acuit iram in eos qui obicem obtendunt, ac ferociam in eos quos ſpoliare quis vult, vt habeat vnde ſuo ventri & veneri, aut pompæ & faſtui ſatisfaciat. Tandem præſcriptum Sapientiæ locum inibi Cornelius noſter elucidans, concludit: *Quare cupido ſæua eſt; & quò magis gliſcit cupido, eò magis & quaſi pari paſſu creſcit ira & ſæuitia.* Exindè moraliſſimè ſacra Scriptura eodem ipſiſſimo verbo *luxuriam* aut libidinem, ac *inſolentiam, petulantiam*, ac *ferociam* violenter impotentem expreſſit. Ah! libidinis ac ferociæ tam arctus eſt indiuiduè nexus, vt nec vocabuli diuortio diſſocientur! *Nemo noſtrum exors ſit luxuria noſtra*, id eſt, *inſolentia, petulantia, magnanimitatis, & ferocia noſtra.* Blandiùs Suſannam deperibant hi Senes, & pariter durè ac inſolenter in eam ferociunt: in amplexus æquè ac cædem illius impotenter hiant. Nam *quò magis gliſcit cupido, eò magis creſcit ira & ſæuitia.* Sic è perverſo libido ferociæ bibula eſt, crudelitate imbuta, & ad ſtrages prona!

Sap. 2. v. 8. & 9.
Græcus.
Vatablus.
Complutenſ.
Cornel. ibi.
Quò magis gliſcit libido, eò magis creſcit ſæuitia.
Cornelius.
Hic verſ. 28. &c.

4\. Poſtquam impij inibi laſciuientes, dixerunt: *Coronemus nos roſis* antequam marceſcant, nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, &c. quo verborum ſumptuoſo apparatu ſuam petulanter libidinem exponunt, & amplificant; ſtatim ſubdunt, verba, quæ parùm cohærere videntur: *Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterani vereamur canos multi temporis.* Libidinis comes eſt crudelitas, ſæuitia, tyrannis. Hinc voluptuoſa cupido eſt peracerbè crudelis: res ſanè diuerſiſſima. Quid roſeis coronis ad luxum vernantibus, cum hâc ſæuâ ferociâ, & tyrannide petulanti in exermes pauperes, viduas, pupillos, ſenes canis venerandos? O pacatiſſimas libidinis roſas, ſpinis crudelitatis male armatas, & aculeis ſæuitiæ peiùs cruentas! Ideóne roſis luxurioſè coronantur, vt crudeliter ſæuiant? Vide nunc mihi, vt roſæ in ſpinas tranſeant, & libido in crudelitatem. Pulchrè Auguſtinus in Pſalm. 52. paullò poſt explicationẽ tituli, ita ſcribit: *Poſt illam deſcriptam latiùs luxuriam (Coronemus nos roſis,) quid ſequitur? Occidamus pauperem iuſtum, &c. Lenia videbantur iam dudum loqui: Coronemus nos roſis antequam marceſcant. Quid delicatius? quid lenius? Sperares de hâc lenitate cruces, gladios? Noli mirari, lenes ſunt, & radices ſpinarum. Siquis eas contrectet, non pungitur; ſed quo pungeris inde naſcitur.* Quid lenius luxurie? quid cupidine blandius? quid laſciuiâ delicatiùs? ſed ex hâc miti roſatum radice, acerbiùs cruenta ſpinoſitas naſcitur: & vbi primùm coronantur mitibus luxuriæ roſis, ſtatim crudeliter armantur, meditantur ſtrages, intentant excidia, quibus inculpatam candidè innocentiam male concidant, & probroſè cruentent. Sic luxuriæ roſæ cum ſæuitiæ aculeis naſcuntur. Libidinis roſa in ſe blanda eſt; ſed in cognatis ſibi ſpinis dura, peracerba, cruenta. O caue ab huius roſæ ſpinoſâ gratiâ! Quare poſt deſcriptam delicatam impiorum luxuriem, quàm durè ferociat, confeſtim ſubdit.

Sap. 2. v. 10.
Delicata roſa, ſpinoſitate durè cruenta eſt.
S. Auguſt.
Delicata luxuria durè & crudelè ferocit.

5\. Nemo hîc non miratur hoſce Senes libidine molles, ſæuitiâ prædutos, obſtinatâ atrociùs rabie aduersùs nuper tenerè adamatam Suſannam duriùs ferociiſſe. Cúmque ad conſiſtorium veniſſet populus, *Venerunt & duo Presbyteri pleni iniquâ cogitatione aduersùs Suſannam, vt interficerent eam.* Et quod crudeliter excogitarunt & minati ſunt, abundè implere conati ſunt. Sic eſt crudelitas libidini cognata! Sententioſè dixit Cyprianus: *Cupiditatum infeſta rabies.* Sic furit blandior cupiditas, vt in *rabiem* acta, chariſſima quæque *infeſtet*? Tempeſtiuè Zeno Veronenſis Serm. de Pudicitiâ, ita de Impudicitiâ ſcribit: *Inicit amorẽ, paullò poſt odiũ de amore factura.* Quod (ô malum!) his ſalaciſſimis Senibus contrà Suſannam contigit, dum placidus amor degenerauit in odium infeſtiſſimum. Addit Zeno: Impudicitia *poſt negotium perpetratum odit & ſeipſam cum illo, quem vicerit.... Hac libidinis mercedem vel maximè parentum, filiorum, maritorum, vxorúmque in mortibus poſuit.* Quid inhumanius, crudelius, atrocius? O lene ſæuitiæ monſtrum, quod in chariſſimorum ſtragibus *mercedem ponit*!

Hic verſ. 28.
S. Cyprian. de bono Pudicitiæ.
S. Zeno.
Libido blandum amorem recudit in odium infeſtum.
Chariſſimorũ excidium eſt libidinum merces.

6\. Impia Iezabel, vagâ pulchritudine, & crudelitate notiſſima, innocentem ac pium Naboth infidè perimere iubet. Dei iuſſu talionem minatur Elias etiam marito Achab regi Iſraëlis. Ergò 3. Regum 22. in bello mortuus eſt Rex, & perlatus in Samariam: ſepelierúntque Regem in Samariâ, *& lauerunt currum eius in piſcinâ Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.* Pro τὸ *habenas*, LXX. Interpretes, & Ioſephus vertunt, *meretrices. Meretrices*, inquiunt, *lota ſunt in ſanguine eius.* Sic etiam excribit Ambroſius, & in lib. de Nabuthe Iezraëlitâ cap. 11. ita ſcribit: *Quid ſibi autem vult, quòd Meretrices lauerunt ſe in ſanguine eius, niſi fortè vt meretricia quadam in illâ feritate fuiſſe Regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries?* Quaſi in tantâ regis Achab, & reginæ Iezabel feritate, & crudeli impiè ſæuitiâ, quâ immeritum Naboth falſato teſtimonio atrociùs peremerunt; eorum meretriciam libidinem Ambroſius

3\. Reg. v. 38.
LXX. Interp.
Ioſeph.
S. Ambr.
Libido furit, & crudeliter ſæuit.

ſius odoratus ſit. Ac ſi nihil niſi effuſior laſcioia, ſic ferocire potuiſſet. Appoſitè dixit Tertullianus Apologetici cap.22. *Adſpirantio dæmonum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentijs fœdis, ac ſæuis libidinibus cum erroribus varijs.* Ecce tibi operâ dæmonum laſciuus agitur *furoribus fœdis, ac ſæuis libidinibus.* Sic libidini coæquatum eſt, crudeliter *ſæuire*, & *fœdè furere?* O blanda atrociter libidinis ſæuitia!

Tertullian.

7. Amos 1. ita ſcribitur: *Conteram vectem Damaſci, & diſperdam habitatores de campo idoli, & tenentem ſceptrum in domo voluptatis.* Barbarum, miſerum, & tragicum regnum tenent voluptuarij. *Domus voluptatis*, libido eſt: libidinem enim *Metropolim vitiorum* vocat Clemens Alexandrinus ſtrom. 2. Carnis voluptas, ſæuus Tyrannus eſt, tenens vitiorum metropolim, irarum conceptaculum, & furoris ac vindictæ officinam. In hac *domo voluptatis*, & *vitiorum metropoli* tyrannidem libido exercet, ſæuiſſimis legibus, barbarico ritu, & *furoribus fœdis* metuenda. Ab hoc ſæuo libidinis furore nec mitiſſimus Dauid exemptus fuit, vt alibi multis ethicè velitabamur: Reges enim ſæuitiæ libidinum malè ſubiecti ſunt.

Amos 1. v. 5.

Clem. Alex. *Libido eſt crudelium vitiorum metropolis.*

§. CLXIV.

Pulchritudo veſtium ornatu, & fucorum lenocinio exculta, egregiè vapulat.

1. ELeganter Nazianzenus (de Nonnâ ſuâ, an de noſtrâ Suſannâ? *Illa eſt*, inquit, *quæ cùm aliæ mulieres ob formæ elegantiam tum natiuam, quàm fictam & adſcititiâ gloriari, atque animis efferri ſoleant; ipſa contra, hunc vnam, quæ in animâ, diuinâque imagine ſiue tuendâ, ſiue pro viribus repurgandâ, poſita eſt, pulchritudinem agnoſcebat; pictos autem, & arte quæſitos ornatus ad ſcenicas mulierculas abijciebat.* Dei imaginem, quam ſupremus artifex in eius animâ delineauerat gratiæ penicillo, cultiùs in dies ipſa colorare, & formoſiùs adornare ſategit, contenta natiuæ pulchritudinis vrbanâ veſte. Portò Suſannæ meracior & muratior pudicitia adulterinos fucos, & quæſita ampliandæ venuſtatis lenocinia, velut meditationem adulterij, ſcenicis mulierculis relinquebat; ne ſpectatorum oculis tacitam deceptionem, & continentiæ detrimenta propinaret, & ornatæ pulchritudinis veneno aëra toxicaret. Ornatior autem feminæ pulchritudo, non aliis dumtaxat, ſed & ſibi etiam periculum creat. Mulier comptiùs *pulchra* (ait Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum) *citò adamatur: difficile autem cuſtoditur quod plures amant: nihil tutum eſt, in quod totius populi vota ſuſpirant: alius formâ, alius artificio, alius facetijs, alius liberalitate* (alius inſidiis, fraude, & minis, velut hi nequam ſenes iudices) *ſollicitat. Aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod vndique inceſſitur..... Omnis quantumuis circumſpecta & prudens cuſtodia luditur.* Cuſtodiam hi Senes è latibulo fruſtrà deluſerunt; ſed magnanimam pulchræ Suſannæ pudicitiam, timore Dei potentet armatam, non expugnarunt: nam mulierem aggreſſi, virum inuenerunt, id eſt, maſculâ conſtantiâ inexpugnabilem Heroinam.

S. Nazianz. orat. 19. *Fucato pigmentis fa[...] mulierculis ſceni[...] probat.*

[...]con. [...]ata pul[...] [...]a vn[...] [...]ue inceſſi[...] [...]vnde [...]aliquando) [...]pugnatur.

2. Accerſita adeſt tribunali Suſanna; pulchritudinis, an caſtitatis rea, neſcio; opinor, rea caſtæ pulchritudinis. Sic eſt inſolens pulchritudo caſta, vt ſeuero Seniorum iudicio emendari debeat? Adeſt, inquam; ſed pulchra eius facies, non radiante micantiùs flamine, ſed velo funeſto obtegitur, timens rurſùs per decorem placere. *At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius.* Flebant igitur ſui; & flebilis ipſa, faciem pudore perfuſa, ſuſpiciens in cælum, pulchrè illacrymat; qui eſt totus cenſus fucorum, quibus Matrona comptiùs ornatur. De ſuâ Gorgoniâ, pulchrâ Matronarum ideâ, ſic orat. 11. Gregorius Nazianzenus excribit: *Non illam aurum arte ad eximiam pulchritudinem elaboratum ornauit, non flaua coma tum apparentes, tum ſublucentes, non crinium nodi & impoſtura, pretioſum caput ſummis tum infamiis ſcenam efficientium, non circumfluentis & pellucidæ veſtis magnificentia, non lapidum ſplendores & gratia propinquum aërem colorantes, ac formas lumina circumfundentes, non pictorum artes & præſtigia, ac vilis, & paruo conſtans pulchritudo, terreniſque fictor in contrarium fabricans, inſidioſiſque coloribus Dei figmentum obducens, & per honorem infamiam inurens, ac diuinam formam meretricium procacibus oculis idolum proponens, vt adulterina pulchritudo naturalem imaginem, quæ Deo ac futuro æuo ſeruatur, ſurripiat. Verum cùm externos multos & varios mulierum ornatus cognitos haberet, nullum tamen moribus ſuis, atque intus condito ſplendore præſtantiorem agnoſcebat.* A cultu veſtium, ad faciei fucos gradum faciens, ſic ad rem ſcribit, Suſannam potiùs deſcribens: *Vnus illi rubor placebat quem pudor affert, vnus candor quem paris abſtinentia. Nam pigmenta & fucos, & viuas tabulas, & fluxam formæ venuſtatem ſcenicis & triuialibus relinquebat, quibus probrum ac dedecus eſt erubeſcere.* Sibi idem concinit Nazianzenus lib. aduersùs mulieres ambitioſiùs ſe ornantes: *Vnicus color in mulieribus amabilis eſt, nimirum rubor ille, quem pudor gignit, qui quidem à pictore noſtro pingitur. Dabimus etiam, ſi ita libet, & alterum, nempè vt pulchritudini pallorem aſciſcas, Chriſtique laboribus intabeſcas, atque & precibus & lacrymis, & diurnis nocturniſque peruigilijs te ipſam maceres. Nam hæc remedia non virginibus tantùm, ſed etiam coniugatis proſunt. Colores verò relinquamus his mulierculis, quæ cœno ſuo iuuenes in rabiem agunt.* Longulè quidem. Sed quid nunc Suſannæ accommodatius? Obuium eſt ſingulas Nazianzeni ſententias enucleatiùs expendere. Ad alia pergimus, ne longum faciam.

Hic verſ. 32.

S. Nazianz. *Ornatuum & pigmentorum vana gloria, multis vapulat.*

Facialis Suſannæ fucus, eſt pudoris rubor, & albor abſtinentiæ, & lacrymarum gemma.

3. Matthæi 6. Cùm ieiunatis, inquit, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: *Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.* τὸ *exterminant*, S. Hilarius vertit, *conficiunt*; Syrus, *corrumpunt*; alij, *oblitterant*, & velut è medio tollunt. Notat ibi Cornelius, quod Græcum verbum ſignificat, *quaſi*

Math. 6. v. 16. S. Hilarius. Syrus. Græcus. Cornelius.

è conſpectu tollere, velut quæ fucis vtuntur, celant faciem ſuam. Quod videtur mutuaſſe ex

Origenes. Origene hom. 4. in Matthæum: *Tales*, inquit,

Deus mulierē pinxit, ipſa autem fucorum lenocinio ſe in meretricem emendat. *ſunt quædam mulieres, quæ album, & nigrum, & rubicundum ſuper facies ſuas inducunt, eas exterminantes;* quaſi fœditatis, aut mentiti decuris teas, ipſæmet mulierculæ facies ſuas exulare cogant. Addit Origenes exilij ſeu exterminij reatum: *Fucos aſciſcunt, quaſi ſapientiores plaſmatore ſuo, tanquam non benè illum fecerit vultum, tanquam non prudenter iſtam faciem conſtituerit, Creatoris opus volunt emendare.* Quantum verò ſit crimen, hæc *emendandi* di-

S. Ambroſ. uini operis audacia, luculenter tradit Ambroſius lib. 6. Hexaëm. cap. 8. ſic fatus: *Pictus es homo à Domino Deo tuo: bonum habes artificem, noli bonam delere picturam, non fuco, ſed veritate fulgentem, non ceruſsâ, ſed gratiâ. Dic mihi, ſi ſuprà artificem aliquem inducas alterum, qui opus illius ſuperioris nouis operibus obducat, nonne indignatur ille, qui opus ſuum adulteratum eſſe cognouerit? Noli tollere picturam Dei, & picturam meretricis aſſumere: graue enim eſt crimen, vt putes, quòd melius tu homo, quàm Deus pingat*: & inde ſic impiè inſoleſcas, vt ambias *Creatoris opus emendare.* Sed vide obſcœnum *emendationis* ludibrium: Deus mulierem pinxit; & tu fucorum lenocinio, in *meretricem emendas?*

4. Ioannes Apoſtolus Apocalypſis 12. Et vi-

Apocal. 12. v. 3. ſum eſt, inquit, aliud ſignum in cælo (in aëre inquam) *Ecce draco rufus*, habens capita ſeptem, & in capitibus eius diademata ſeptem: & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli. Draco iſte aut diabolus eſt de in-

Cornelius. ferno veniens, vt vult Cornelius; aut per draconem intelligitur tota diabolorum reſpu-

Alcazar. blica, vt mauult Alcazar. Dicitur autem *rufus*, id eſt, flammeus ſeu ignitus, quaſi πυῤῥὸς dicatur à πῦρ, id eſt, igne, vt alludat ad igneos ſerpentes: neque enim de gehennâ aliter quam *rufus* aut flammeus veniret.

S. Hieron. Opportune Hieronymus in epiſt. ad Lætam: *Nec capillum*, inquit, *irrufes, & ei aliquid de*

S. Cyprian. *gehennæ ignibus auſpiceris.* Quod ex Cypriano videtur Hieronymus mutuaſſe: ſic enim ſcribit lib. de diſciplinâ & habitu virginum: *Crines tuos inficis malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris, quales in in-*

S. Nazianz. *ferno ſunt futuri.* Et S. Gregorius Nazianze-

Irrufati capilli aliquid de gehenna ignibus præferunt, & auſpicantur. nus oratione illâ 11. de laudibus Gorgoniæ: *Non ars pictorum*, inquit, *ac fucus, pulchritudóque vilis, quam infernus fecit artifex, qui Dei figmentum fraudulentis abſcondit coloribus, & honoris gratiam dedecorat.* Sicut infernalis Draconis *rufus* color, de gehennæ fornace eſt; ita flammei, & *irrufati* crines de gehennalis incendij tincturâ ſunt. Irrufata capillatura inferni habitus eſt, viderint quæ capillos ſic inficiunt & colorant, an *præſagium* futuræ damnationis flammeo capite præferant, & *rufo Draconi* de gehennâ venienti habitu conformentur. Vereor, vereor equidem, ne flammeus capillorum color, de gehennæ ſcintillâ *irrufetur*, præcoquo futurorum auſpicio. Dum natiuum colorem fraudulenter abſcondis gratiâ venuſtaris, colorem gehennæ *rufum* manifeſtas. Leue putas, graue inferni præſagium, & gehennæ auſpicium?

Nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris. Si non erubeſcis de mendacio, time de infauſto.

Geneſeos 38. diu cunctatur Iudas, & nu- 5.

ptias Thamaris cum Sela, moroſiùs protelat. Gen. 38. v. 15.

Nunciatumque eſt Thamari, quod ſocer eius Iudas aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ, depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit *theriſtrum*, & mutato habitu ſedit in biuio itineris. *Quam cùm vidiſſet Iudas ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* Non modica inter expoſitores lis eſt, vnde Iudas Patriarcha, vir aliquì minimè mali ſuſpicax, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: nam honeſtæ etiam mulieres theriſtro vtebantur. Appoſitè Tertul- Tertullian.

lianus de cultu femin. cap. 12. *Thamar illa, quæ ſe expinxerat, & ornauerat, idcirco ſuſpicioni viſa eſt quæſtui ſedere.* Quare faciei lenocinia fucis aſciſcant, ornatiores veſtes, & floridos vultuum colores aduocent ad placendi gratiam, niſi ad amorum pellaciam? Quid agunt in corpore caſto ceruſſa, & minium, & tot venena colorum, niſi & ſe proſtituere, & viros æſtuante libidine faſcinare? *Adulterium vultûs, adulterium totius oppignerat.* Verè pariter

ac bellè Ambroſius lib. 1. de virginibus: *De* S. Ambroſ.

adulterio vultûs meditantur adulterium caſtitatis. Vultûs adulterium, caſtitatis adulterium oppignerat: vnde *Thamar illa, quæ ſe expinxerat, & ornauerat, idcirco ſuſpicioni viſa eſt quæſtui ſedere.* Profectò ſemper eſt vera illa

Salomonis gnome: *Fallax gratia, & vana eſt* Prouerb. 31.

pulchritudo: fallax, quæ raró libidine viduatur: *Lis eſt cum formâ magna pudicitiæ.* Fallax, Naſo. v. 30.

quia pulchra Iudith de cælo potiùs quam de placendi arte exculpta, *fraus Holofernis* appel- S. Aug. expenſ.

latur; in ſeruis, in ſpectatorum oculis nimis intuita. Fallax, ſiquidem *pulchritudo eſt obliuio* S. Hier. apud Cornel.

rationis, ait Hieronymus. Fallax: ergo falli cupiunt hi nequam Senes; & dum pulchrum Suſannæ vultum reuelare iubent, ſuos oculos *Pulchritudinis non bene ... eligunt ad denſantem*

velari exambiunt. Sententiosè Petrarcha: Petrarch. l. 1. de

Pulchritudo eſt velum oculis, laqueus pedibus, viſcus alis, vt non facilè vera diſcernas. Eſt hoſtis domeſticus, raptor quietis, materia laboris, tormentum libidinis. Hæc, naturalis pulchritudo, remed. vtri. fortunæ.

mera, & (vt ſic loquar) cruda; quid non mali faciat pigmentis condita, & omni amatoriæ artis lenocinio comptiùs ornata?

§ CLXV.

Excuſatio eſt, perizomatis Adæ aſſumptio, peccati ad ſe conuerſio, tenebra tenebrans, armatura diaboli, & impudentiæ matrix.

AMbitio latendi, peccatum dum pertinaciter excuſat, veroſimiliùs prodit. 1.

Folijs tegitur, quiſquis excuſationibus malitiam abſcondit. Pellucida eſt veritas; etiam cùm excuſationibus obtecta non apparet, tranſparet. Præuaricantur Adam & Eua mandatum Dei, leuiculo gulæ blandimento ineſcati, & aperti ſunt oculi amborum, quò flagitium abſconſione celent, & excuſationibus obuoluant.

Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, *Conſue-* Gen. 3. v. 7.

runt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata. S. Bernard.

Sed friuolum nimis tegmen (ait Bernardus) *quæ-* apud Tilm.

ris anima miſera, prorsùs inutile tegumentum ibi.

folia

folia ſunt iſta quæ conſuis. Operiunt, ſed non calefaciunt. Celant vulnera, ſed non ſanant. An verò diu tegere poterunt? Abſit. Fluunt certè, & effluunt folia: ad primum radium Solis ſiccabuntur, & diſperget ea flatus tenuis auræ. Nihil enim occultum, quod non reueletur. Caducis foliis obtegitur, & frondeo amicitur velamine, qui friuolis excuſationibus malitiam abſcondit. De Bernardi ſcholâ eruditus Petrus Bleſenſis, præſcriptum Geneſeos locum ſic elucidat: *Quidam allegantes excuſationem in peccatis, veteris Adæ perizomata præferunt.* Dei oculis frondeum tegumentum fruſtrà oppanditur. Imò ipſa perizomata, culpam, quam abſcondere ambiunt, perſpicaciùs produnt, & eiuſmodi veſte denudant, cùm pudoris è præuaricatione enati ignominiam produnt. Malè ergo malitiam ſuam Adamus obuelat. Benè autem ſuam innocentiam publicat Suſanna velamine: nam cùm vel obiectæ turpitudinis verecundum pudorem præfert, impudicum crimen excuſſit: nam publicât honeſtatem, qui obtendit verecundiam. Non excuſat ore obiectum facinus, quod facialis lingua pudoris, colore virtutis meliùs excuſabat. Velum ergo non excuſationis, ſed pudoris facinori oppandit Suſanna.

Matth. 10. v. 26.

Petr. Bleſ. *Excuſatio Adæ perizomatis ſ. aſſert.*

Hiſt. Suſ. 32.

2\. Geneſeos 3. Præuaricatori Adamo adeſt Deus vindex. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: *Vbi es?* Qui ait; Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & *abſcondi me.* Quaſi dicat, ait Ambroſius: *Vbi eſt tua benè ſibi conſcia confidentia? timor iſte culpam fatetur, latebra præuaricationem. Vbi es ergo? non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu? quò te deduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum, quem antè quærebas?* Malè ergo ac fatuè poſtmodum Adamus excuſat, quod veſtiens pudorem, & Deum fugiens, vel inuitus fatetur. Sed eius excuſationem audiamus:

Ambr. l. de ... c. 14.

12\. *Dixitque Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Iuſtus in principio accuſator eſt ſui: nobis Adam iam poſt peccatum concupiſcentiâ, ſuperbiâ, & ſui amore plenus, præit quærere excuſationes in peccatis. Deinde culpam in vxorem ſe pellicientem, quin & in ipſum Deum, qui talem ei dedit vxorem, deriuat. In quam rem grauiter exclamat Saluianus lib. 4. de Prouidentiâ: *O cæcam impudentiam! ô ſacrilegam temeritatem! Non ſufficit nobis, quòd peccatis innumerabilibus inuolui, rei Deo in omnibus ſumus, niſi & accuſatores Dei ſimus. Ecqua, rogo, homini ſpes erit, qui ipſum accuſat iudicem accuſandus?* Minùs forſan deliquit Adamus, cùm diuinitatem arroganter ambiuit, quàm cùm ſuum flagitium licenter excuſauit. Ibi enim altam de Deo mentem imbibit, cui eſſe ſimilis affectauit. At cùm ſe excuſat, ſuam in Deum culpam refundit; quo nil tam atrociter enorme, nil tam ſacrilegè impium. Impiè enim ſumma bonitas humanis culpis maculatur. Adami vſurpatrix, innocentiæ arrogantia, meta fuit delinquendi, dum ſuum ſcelus retorſit in Deum. O ſacrilegum excuſationis ingenium, quod Deum culpat, vt ipſum culpæ exſors reputetur. Sic temerariè audet culpas excuſandi

... oris ... deſperationem negotiatur. Saluian.

libido? Hæc ſuæ culpæ excuſatio, deſperationi confinis, deſperationem negotiatur: *Ecqua, rogo, hominis ſpes erit, qui ipſum accuſat iudicem accuſandus?*

Geneſis 4. inuidiæ œſtro exagitatus altè mœret Cainus, & enormiore ſcelere fratris ſui Abeli cædem animitus verſat. Dixitque Dominus ad eum: Nónne ſi benè egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus *peccatum* aderit? *Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* LXX. Interpretes ſic præſcriptum locum excribunt: *Quieſce, ad te erit conuerſio eius* (peccati, quod præceſſerat, ita Catholici contrà Caluinum,) *& tu dominaberis illius.* Quæ eſt hæc peccati ad hominem *conuerſio*, Dei ore commendata? Freculphus tom. 1. Chron. lib. 1. cap. 8. ſecutus LXX. Interpretum tranſlationem, ita eam ſubtiliter elucidat, ad rem præſentem peridoneè: *Quieſce, ad te enim conuerſio eius, & tu dominaberis illius. Poteſt quidem ſic intelligi, ad ipſum hominem conuerſionem eſſe debere peccati, vt nulli alij quam ſibi ſciat tribuere quòd peccat: hæc enim eſt ſalubris medicina, & veniæ petitio congrua; tunc enim dominabitur quiſque peccato, ſi id ſibi non defendendo præpoſuerit, ſed pœnitendo ſubiecerit.* O bona mali peccati ad hominem *conuerſio*! Conuertatur ad te ingenuâ confeſſione peccatum; ne ſi extrà te per excuſationem foràs exeat; ſic exeundo, & altiùs tibi conuiſceretur, & animitus peracerbe inſigatur. Palam confitere peccatum tuum, & eiuſmodi conuerſione ad te, illud abs te protinus excuſſiſti. Sic peccati conuerſio ad ipſum hominem, culpam alienat, & ipſius culpæ per excuſationem alienatio, illam è diuerſo ad ſe attrahit, & medullitus inuiſcerat. Res planè ænigmati ſimilis, quòd peccati ad hominem conuerſio, ſit peccati abalienatio, & illius exilium; auerſio autem per excuſationem, illud è peruerſo malè reſorbet, & peiùs conuiſcerat.

3\. Gen. 4 v. 7.

LXX. Interp.

Freculphus.

Conuerſio peccati ad hominem, illud, quia non excuſat, auertit, quemod ...

4\. Pſalmo 138. ſic concinnè Deum Dauid alloquitur: *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur.* Multa multi ſuper his tenebris, quæ cæce tenebrantur, & obſcuriùs caligant, aut claræ diei ad inſtar nitidè prælucent. Symmachus ſic locum excribit: *Neque tenebræ erunt tenebroſæ ſuper te, & nox ſicut dies lucebit.* Quæ ſunt tenebræ ſeu nox, quæ cùm nocturna tenebra ſit, & cæcè obſcura, ſuam obſcuritatem dediſcit, & in diei fulgores ſe fingitur? Opinor, hæ tenebræ peccata ſunt, quæ ſicut excuſatione obſcuriùs tenebrantur, ita ingenuâ confeſſione clareſcunt. Audiendus eſt indidem Auguſtinus, qui ſic locum excribit, & exponit: *Quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te: Tu ergo,* ait, *noli tenebrare tenebras tuas; nam Deus illas non tenebrat, ſed magis illuminat, quia dictum eſt in alio Pſalmo: Deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autem tenebrant tenebras ſuas, quas Deus non tenebrat? Homines mali, homines peruerſi, cùm peccant vtique tenebræ ſunt, dum non confitentur peccata ſua quæ fecerunt, ſed inſuper defendunt, tenebrant tenebras ſuas. Ergo iam ſi peccaſti, in tenebris es, ſed confitendo tenebras tuas mereberis illuminare tenebras tuas, defendendo autem tenebras tuas tenebraris tenebris*

Pſalm. 138. v. 12.

Symmach.

S. Auguſt.

Pſalm. 17. v. 29.

Culparum tenebræ excuſatione tenebrantur, confeſſione illuminantur.

bris tuis. Et quomodo euades à duplicibus tenebris, qui in ſimplicibus laboras? Itaque peccata dum confiteris, illuſtras; & eiuſmodi confeſſione tenebroſa nox culpæ præclatè dieſcit; quaſi culparum tenebra obſcutè inuiſa plus obtenebretur, & de publicatione nitorem fœneret. Et quidem excuſatio dum peccata abſcondit, *tenebras obtenebrat*, multiplicat, addenſat, exaggerat: culpas dum defendit, prodit: errores dum excuſat, accuſat, & tenebras tenebris cæcat. O! culpas excuſare, illarum obtenebrandarum cæcum arbitrium eſt. Sibi inuidet veniam, qui culparum caliginem per confeſſionem claram non illuminat, ſed excuſationibus tenebrat. Sic alibi expendebamus quod de Behemoth, id

Iob 40. v. 17. eſt, Diabolo ſcribitur: *Protegunt vmbra vmbram eius.* Sanè vmbra & corpus ſequitur, & quædam illius imago eſt: ſic qui excuſationibus obſcutè inumbrat peccata, aliqua Diaboli vmbra eſt, atque Diabolorum aſſecla, ſeu imago.

Qui peccata excuſat, quadam Diaboli vmbra eſt.

5\. Pſalmo 140. ſic Propheta Deum precatur:

Pſalm. 140. v. 4. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Cuſtodiam ori expetierat, ne in peccati excuſationes

Græci Patr. erumpat. Græci Patres in Commentario, negotium excuſationis ad cogitationem transferunt: *Ne declines cor meum in ſermones malos, ad cogitandum cogitationes iniquas.* Alij

Genebrard. apud Genebrardum ibi vertunt: *Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad operandum operationes in impietate.* Nempe excuſationis malitiam, quam linguæ vulgatus attribuit, Græci menti, ſeu cogitationibus attribuunt; alij verò ad operationem referunt, quaſi peccatorum excuſatio linguam toxicet, mentem & cogitationes conſtupret, & opera malignè deprauet, adeò vt nihil ſit in homine ab hac peſte immune, quod peccati excuſatio non corrumpat. Hominis enim mens, lingua, manus, hoc excuſationum telo à Diabolo exarmantur, & expugnantur. Sapienter inibi

Excuſatio mentem, linguam, & manus deprauat.

Græci Patr. Græci Patres: *Ad excuſandas excuſationes, &c. Hæc enim potiſſima eſt via perditionis, quando anima quæ peccauit, excuſſo timore, excogitat aliquas excuſationes..... Malum quidem eſt peccare: hoc autem facit grauius impudentia poſtquam peccaueris. Hæc eſt armatura Diaboli: cùm enim ſciat confeſſionem eſſe peccati ſolutionem, perſuadet animæ vt ſit egregiè impudens.*

Excuſatio ex pudore delicti, impudentiam parturit. En non bonus pudor confitendi peccati, eſt excuſationum architectus, qui *impudentiam* ædificat in peccatore; impudentia autem *armatura* Diabolorum eſt, à quâ nil in homine tutum. Heu verecundia excuſationum matrix, *impudentiam* parturit: & inde mentem, linguam, & manus, id eſt, totum hominem ſceleroſiùs deprauat. O male ſubtiles excuſationum argutias, omnium ſcelerum matrices.

6\. 2. Regum 12. ſub illâ ouis parabolâ, Nathan

2\. Reg. 12. v. 13. Propheta Dauidem impudici & cruenti ſceleris arguit. Audito autem flagitio, protinùs *dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.* Dicit peccaſſe Domino, hoc eſt, in Dominum, contra Dominum, idque coram Domino, eo vidente & intuente; eſto coram hominibus id ipſum celarim & abſconderim: non vltrà perſeuerabo abſcondere, nec excuſationibus celabo. Inde veniam confeſſioni contiguam feliciter meruit. Eleganter Ambroſius 1. Apol. Dauid, cap. 2. *Ille Rex tantus,* inquit, *& potens, ne exiguo quidem momento manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam: ſed præmaturâ confeſſione, atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac diuitem, qui, ſi arguatur alicuius culpæ reus, non moleſtè ferat?* Profectò poſtquam Propheta Dauidem commiſſi ſceleris arguerat, ille confeſſus eſt peccatum ſuum; cur ergo dicitur *præmatura confeſſio?* An quia non priùs aliquam excuſationem obtendit? Alij aliter ſentiant.

Cur Dauidis confeſſio poſt reprehenſionem, præmatura dicitur. S. Ambroſ.

---

§. CLXVI.

Triſtitia, Diabolorum armamentarium eſt, gehennæ æmulatio, ſpiritus perverſè nequiſſimus, & dubiæ ſpei titubatio.

ELoquenter S. Paulinus ad Pamachium: 1.
Scriptura diuina, inquit, quæ producere nos lacrymas quaſi euaporando dolori permittit, termino quoque deſignato præſcribit tempora, cùm dicit: Amaritudinem luctûs vno ferendam die. O diuitiæ bonitatis Dei! quàm pia id ipſum ſollicitudine noſtri cauet, non pietatis propenſæ inuidus, ſed infirmitatis noſtræ conſcius, & omnis immodici temperator, lacrymas in mortuo produci iubet, amaritudinem verò lugendi vno tantùm die claudit. Illud porrigi ſinens, quo relaxatur dolor, & anima reſpirat: iſtud verò præcidens, quod immoderato & irrationali cruciatu mentem noſtram conficit, quódque diutiùs fragilitas noſtra non valet ſuſtinere. Sed hoc pleniùs ipſa ſuo verbo pietas Dei explicat, ſubiicit enim: Et conſolare inatute propter triſtitiam. Hactenus ille.

S. Paul. Eccli. 38. v. 17. *Exiguo tempore clauditur triſtitia ne nimium conficiat.*

Siracides Eccleſiaſtici 25. pulchram illa iomorum gnomen proponit, quò ab hominum 2.
pectore mœrorem arceat: *Omnis plaga triſtitia cordis eſt.* Tigurina habet: *Summa plaga eſt mœror animi.* quaſi dictio *omnis*, pro *ſumma* & maximâ accipienda ſit, vt ſignificetur ſummam plagam & vulnus eſſe triſtitiam cordis. Triſtitia enim cordis & dolor animi, velut plaga eſt & vulnus animi, ſimilitudine ſumptâ à vulneribus corporis: quia ſicut hæc lædunt corpus, ita mœror lædit animum, eúmque exedit & cruciat. *Hanc ergo ſummam plagam & maximum vulnus eſſe dicit, quòd cum illo nullus corporis cruciatus ſit conferendus, & minùs ſit curabilis.* Ita inibi Ianſenius. Ceterùm Syrus interpres magis vulgato adhæret, nec dictionem *omnis* omittit, ſic locum excribens: *Omnis plaga non eſt ſicut plaga cordis.* quaſi triſtitia non tantùm ſit ſumma & maxima plaga, ſed *omnis plaga*, & quidem cordis, animi inquam. quaſi triſtitiæ plaga animum non modò exedat & cruciet, ſed moraliter culpet, ſitque velut criminum artifex, &

Eccli. 25. v. 17. Tigurina. *Triſtitia plaga difficile curabilis.* Ianſenius. Syrus.

& diabolica ſcelerum officina. Opportunè Chryſoſtomus lib. 3. de Prouidentiâ: *Omni, ait, Diabolicâ operatione pernicioſior eſt immodica mœroris magnitudo. Nam quos Dæmon ſuperat, per mœrorem ſuperat. Quòd ſi mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali, & incommodi tibi ab eo continget.* Ecce tibi quo pacto triſtitia non ſolùm ſumma & maxima cordis plaga, ſed etiam *omnis plaga* dicatur: ſiquidem *quos Dæmon ſuperat, per mœrorem ſuperat. Quòd ſi mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali ab eo continget.* Vide quàm ſit triſtitia hominibus pernicioſa; ſiquidem ita putatur infernales dæmonas obarmare ad hominum perniciem, vt ablato mœrore, impotenter exermes inueniantur ad lædendum. Ab hoc infelicitèr triſti, & funeſtè tragico affectu eſt, omnis plaga a dæmonibus infligenda. Auaritia de inopiæ triſtitiâ naſcitur; de ſeruandæ continentiæ mœrore libido ad voluptates armatur; de mœſtitudine iniuriæ tolerandæ iracundia æſtuat, furit vindictæ ardor; de vitæ ingloriè priuatæ mœſtâ impatientiâ, gloriæ fomes accenditur, & ambitionis hiantia fatiſcit alacris, dignitatum anhela. Itaque hominis triſtitia male animum morſicans, eſt Diabolorum armamentarium, ſpontanea gehenna, Dæmonis officina, tentationum artifex, vitiorum ſeminarium, conceptaculum culparum, ſcelerum fomes, Tartarorum arbitrium, malitiæ opifex, gratiæ aborſus, facinorum illecebra, & viuax ad nequitiam omnem lenocinium. Adeò vt *ſi mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali à Dæmone continget: nam quos Dæmon ſuperat; per mœrorem ſuperat.* Quare *omnis plaga triſtitia cordis eſt.*

S. Chryſoſt.

Si mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali à dæmone continget.

3. Pſalmo 9. ſententioſè Propheta pangit: *Dum ſuperbit impius, inceditur pauper.* Optimè hoc verbum *incendi*, ab Interpretibus etiam vſurpatur pro tribulatione, quam inualidi ac pauperculi à ſuperbis diuitibus patiuntur. Quò forſan ſpectat illud Iſaiæ: *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum.* Vbi Commentatores putant fabrum eſſe Diabolum, qui halitu ſuo prunas ardere facit, & vaſa fingit, id eſt, homines potenter ſuperbos inſtigat, quibus tanquam ſuæ inuidiæ & improbitatis inſtrumentis vtitur ad Inualidorum exitium ſeu incendium. Non autem conuenit inter expoſitores, quódnam ſit hoc genus calamitatis, quod Diabolus halitu ſuo in igne ſufflat, & incendium nominatur. Luculenter Theodoretus: *Dum ſuperbit impius, inceditur pauper*, inquit: *Admodum concinnè hoc verbum Inceditur, mœrentibus accommodauit. Nam ardentibus ſimiles ſunt, qui dolore afficiuntur, & velut quemdam fumum, per os gemitum emittunt.* Conſultiſſimè dicitur pauper, & mundialium ac cæleſtium bonorum inops, qui *mœrore inceditur*; incendio enim illo æſtuat, vritur, decinereſcit, quod Diabolus halitu ſuo pernicioſè ſufflammat. Itaque qui triſtitiæ igne medullitus ardet, præcoquam gehennam animitus portat; & dum per impatiens os, gemitum funeſtè emittit, incendij fumum exhalat malè euaporando mœrori. Proh! Sic eſt pœnalis mœſtitiæ angor, vt infernalem gehennam, & gehennalem illius *fumum* æmuletur?

Pſal. 9. v. 23. Abbis 2.

Iſaiæ 54. v. 16.

Theodoret. in Catenâ Græcor. Pat.

Triſtitia infernalem gehennam, & gehennalem illius fumum æmulatur.

4. Prouerbiorum 17. ſic monet Salomon: Animus gaudens ætatem floridam facit: *Spiritus triſtis exiccat oſſa.* Pro ἡ *ſpiritus triſtis*, Theodotion legit, *Spiritus compunctus.* Cui ſententiæ accinere videtur Hippocrates lib. 2. de Morbis, vbi ita ſcribit: *Cura in viſceribus, veluti ſpina eſſe videtur, atque illum pungere.* Quò etiam ſpectaſſe videtur Propheta, dum ait: *Conuerſus ſum in ærumnâ meâ dum configitur ſpina, id eſt, triſtitia*, vt ad præſcriptum Prouerbiorum locum noſter Salazar exponit. Sic animum triſtitia pungit, ſauciat, cruentat moleſtâ mœroris ſpinoſitate præcordia acerbiùs morſicante? Sic ſollicitè mœſtus angor, triſtitiæ ſpinam ſeu aculeum ſemper configit? O inceſſanter perpetuam mœſtorum crucem! Ceterùm Aquila maiori cum emphaſi locum excribit, dum pro *ſpiritus triſtis*, habet, *ſpiritus peruerſus.* Quò adludere videtur Hermas in Paſtorali Mand. 10. ſic fatus: *Triſtitia omnium ſpirituum nequiſſimus eſt, & peſſima ſerui Dei, & omnium ſpiritûs exterminat, & cruciat Spiritum ſanctum.* Fallor, niſi energumenum, ſeu nequam ſpiritibus agitatum dicat eum, qui profundâ mœſtitudine agitur. (Quâ ſuper re non pauca alibi dedimus) hoc enim videtur ſignificare: *Triſtitia omnium ſpirituum nequiſſimus eſt:* & ſpiritus triſtis, *ſpiritus peruerſus*, ab Aquilà nominatur: quaſi homo triſtis ſpiritu nequiſſimo ac peruerſo animitus agitetur. Quare *ſi mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali à Dæmone continget: nam quos Dæmon ſuperat, per mœrorem ſuperat*, vt nuper èx Chryſoſtomo expendebamus.

Prouerb. 17. v. 22. Theodotion. Hippocrat.

Pſalm. 31. v. 4.

Salazar. *Triſtitia ſpina ſemper configitur.*

Aquila.

Hermas. *Homo triſtis ſpiritu peruerſo ac nequiſſimo agitatu.*

5. Siracides Eccleſiaſtici 38. ita ſalubriter nos erudit: *A triſtitiâ feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem.* Scilicet reddit rationem cur dixerit conſolationem admittendam ad vitandam triſtitiam; quia, inquit, à triſtitiâ fit vt mors feſtinanter & ante tempus adueniat, *ipſáque triſtitia vires hominis tegit, ita vt ſe non prodant, ſed obſcurentur, ac ſupprimantur; flectitque ceruicem hominis, ita vt curuus ac triſtis incedat, eique omnem fiduciam eripiat*, ait inibi Ianſenius. Itaque triſtitiam hominis *cooperire virtutem*, eſt eam ſic obſcurare ac ſupprimere, vt *omnem fiduciam eripiat.* Quam expoſitionem Ianſenius mutuaſſe videtur ab Anſelmo Laudunenſi, qui in Gloſſâ interl. ita locum elucidat: *A triſtitiâ animæ deſperanti feſtinat mors, & obſcurat virtutem bonæ actionis.* Grande quidem malum triſtitia eſt, quæ & virtutem mœroris nubilo obſcurat; & *omnem fiduciam eripiens, animæ deſperationem* ſolleter negotiatur. Eheu! Sic eſt funeſtus anxiè mœror deſperationi confinis? Sic eſt dubia ſpei titubatio? Inde, opinor, in tam probroſè acerbâ calamitate, Suſanna non dicitur mœſta aut triſtis; ſed triſtitiæ exprimitur indicum, nempe oris velamen, vt eruditè obſeruat noſter Mendoça in lib. 1. Reg. c. 1. verſ. 18. ſect. 3. num. 5. Inidoneè enim triſtis induceretur, quæ etiam in funeſtâ illâ tragœdiâ, *erat cor eius fiduciam habens in Domino.*

Eccl. 38. v. 19.

Ianſenius ibi. *Triſtitia virtutem obſcurat, & ſpem fugat.*

Anſelm. Laudeoſ.

Hic verſ. 32.

Hic verſ. 35.

Vbi

Vbi enim triſtitia eſt, fiducia vix eſſe poteſt. Sic eſt triſtitia, virtutum exterminium!

6\. Salomon Prouerbiorum 15. ſic nos erudit:

Prouerb. 15. v. 13. Pagninus. Syrus. Hebræus.

Cor gaudens exhilarat (Pagninus, *decorat*; Syrus, *pulchrum reddit corpus*) *faciem: in mœrore animi deycitur ſpiritus.* Pro τὸ *deycitur*, Hebraicè eſt, *obſcuratur.* eſt egregia antitheſis. Porrò ſicut gaudium *decorat faciem*, & *pulchrum reddit corpus*: ita triſtitia faciem *obſcurat*, decolorem, turpem, fœdámque reddit. O, corporeæ etiam pulchritudinis riuales, triſtitiam excutiant: mœror enim diſtortæ fœditatis lenocinium eſt. Quin & pro τὸ *in mœrore animi deycitur ſpiritus*, Vatablus habet, *In mœrore animi frangitur, perit ſpiritus.* Sapienter Chryſoſtomus epiſt. 3. ad Olympiadem: *Triſtitia*, inquit, *tinea eſt, non oſſium tantum, verùm etiam mentis; & perpetuus carnifex, non latus fodiens, ſed animi vires labefactans.* Ergo quiſquis virtutem amat, & virtutis perfectionem exambit: imò & qui infernalem gehennam vitare cupit, generoſo animo, & ſtrenuo vigore debet violentas impreſſiones, & aſſultus mœroris deuitare, ne ſpiritus *frangatur*, & *pereat*, per triſtitiæ *carnificis* violentiam. Heu! quid triſtitiam, id eſt, *perpetuum carnificem* foues? Sibi vtramque felicitatem inuidet, qui tetræ mœſtitudini habenas laxat. Denique Vatablus etiam vertit, & verſione exponit: *In mœrore animi obſoleſcit, & perit ſpiritus*, per peccatum, inquam. Audiendus eſt S. Baſilius magnus orat. 12. de Mœrore: *Nimia*, inquit, *triſtitia auctor peccati eſſe ſolet, cùm mœror mentem ſubmergat, conſily inopià vertiginem afferat, penuria cogitationis animum ingratum generet.* Ecce tibi, mœror eſt *auctor peccati* (ô grande malum!) mentis naufragium, conſilij inopia, cogitationis penuria, animi vertigo. Sic *in mœrore animi deycitur, obſoleſcit, & perit ſpiritus.*

Triſtitia eſt diſtorta fœditatis lenocinium.

Vatablus.

S. Chryſoſt.

Triſtitia eſt carnifex, qui ſpiritum fodicat, & frangit.

Vatablus.

S. Baſilius. Nimia triſtitia eſt auctor peccati, & mentis vertigo.

---

§. CLXVII.

Dei populus piâ Suſannæ compaſſione tangitur: exinde nonnulla commiſerationis attexuntur elogia.

1\. OPtauerim, vt Principes, omnéſque viri potentes aliquando priuati ac pauperes fuiſſent: non enim ſatis miſeretur, qui numquam miſer fuit. *Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui*: benefica porrò commiſeratio, non tam accipientibus, quàm dantibus prodeſt; ne non proſit omnibus, dum non cauſſam, ſed fortunam ſpectat; nec miſeri improbitatem, ſed calamitatem: dat enim non moribus, ſed homini: & commiſeratur ſine ſui miſeriâ, quam non attrahit, cùm eam potiùs à miſero extrudere ſatagit. Sanè commiſeratio alacri animo alienis lacrymis, non accedit: dat manum naufrago, exuli hoſpitium, egenti ſtipem, ægro medicinam, vincto libertatem, periclitanti opem, cadaueri etiam nocentiſſimo ſepulturam; quin iſtiuſmodi pia commiſeratio has ſibi miſerias mutuet, quas potiùs compaſſione à ſe, & ab aliis longiùs ablegat. Imò dum aduerſæ aliorum fortunæ intercedit, bonam ſibi fortunam auguratur, & propè extrà fortunæ aleam ſe collocat. Sic commiſeratio dum alienam miſeriam accerſit, cum alienâ propriam arcet. Hinc à Sanctis olim & nunc miſeratio tanto ſtudio colitur, & laudibus celebratur: & Dei populus tantâ commiſeratione Suſannæ calamitate tangitur, & piè conlacrymat. *Hic verſ. 33.*

Publ. Mim. Compaſſionis laus.

2\. Sanctus Iob 31. poſtquam ſuam in miſeros omnes beneficam commiſerationem multimodè publicauit, cauſſam reddit: *Quia*, inquit, *ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Hebræa apud Caietanum: *Quia* miſeratio *à pueritijs meis grandiuit me tanquam pater*, Tigurina verò: *Nam à primis annis educauit me velut parens, & quamprimùm editus ſum in lucem, eam mihi vitæ magiſtram conſtitui.* Nimirùm quaſi parùm Iobo foret, beneficam miſerorum compaſſionem appellaſſe ſororem vterinam, aiens, *Ab vtero matris meæ egreſſa eſt mecum*; eandem etiam appellat *patrem*, imò & *parentem*, ne non etiam eſſe mater videatur: appellat etiam *ducem ac magiſtram*; quaſi cognato naturæ ductu, & velut naturali gratiæ magiſterio, commiſerationem arripuerit, hauſerit, expreſſerit, quò expromptiùs ac fauentiùs beneficè miſeris compateretur. Luculenter ibidem Gregorius ſcribit: *Hanc* (commiſerationem) *à Deo, & quod idem eſt, à natura dicit conceſſam Iobo, quaſi hoc opus à præclara naturæ indole prouenerit, non ab ipſius acquiſita virtute. Miſeratio etſi eius fuerit arbitry, vt cum ipſo proficeret, liquet tamen, quòd eius arbitry non fuit, vt cum ipſo de vtero exiret. Conſtat ergo quia ſuæ virtuti nihil tribuit, qui profectò teſtatur, quia hoc ex Conditoris munere accepit.* Sed idem ſtatim penſandum eſſe dicit, quod Iobus addit: *Creuit mecū. Nonnulli*, inquit, *quoad ætatem creſcunt, quoad innocentiam decreſcunt. Electis verò cùm foris ætas corporis, intus, ſi dici liceat, creſcit ætas virtutis.* Scilicet ſatis non fuit Iobo multimoda arctiùs cum beneficâ commiſeratione cognatio, niſi naturali eius indoli medullitùs impreſſa, expreſſaque dicatur, quò arctiorem cum illa animitùs nexum exponat, & quàm ſibi ſit congenita & inolita publicet. Non quòd à virtute non ſit, quod à naturali gratiâ eſt; ſed quòd manifeſtet quàm ad illam ſit proclinis, & de facili expromptus. Itaque Iobo ſic naturalis videtur fuiſſe commiſeratio, à quâ ſic ad leuandas miſerorum ærumnas impellebatur intrinſecus, ſicut ad venandum canis, ad currendum equus, ad volandum auis, ad canendum aliquæ auicularum ſpecies. A quibus actionibus ſi quis hæc animalia remoretur, interno ipſius naturæ impulſu eluctantur, & quæ ab aliis opponuntur impedimenta, toto corporis conatu ſubmouent. Sic de conuiſceratà ſibi compaſſione Iobus gloriatur! & Dei populus in Suſannæ tragœdiâ.

Iob 31. v. 18.

Caietanus. Tigurina. Iobi cognata multimoda cum beneficâ compaſſione.

S. Gregor.

De conuiſceratâ ſibi commiſeratione Iobus gloriatur. Virtus habet ætatem.

3\. Matthæi 7. hæc Euangelicæ diſciplinæ gnome proponitur: *Omnia*, inquit, *quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis Hæc eſt enim lex, & Prophetæ.* Salubris ſanè beneficentiùs eruditio, quæ de ſe bonitatem alteriùs penſat & taxat. Qui enim cogitat

Matth. 7. v. 12.

vt

vt ea alteri faciat quæ ipſe ſibi ab altero fieri expectat, penſat nimirùm vt malis bona, & bonis meliora reddat. Benè eſt, id Chriſtus Deus nouâ Euangelij lege ſanciat; ſed quo pacto hæc præceptio, Moyſis *lex* erit, & multiplex Prophetarum oraculum compendio abbreuiatum? Opinor, noſtra commiſeratio, alienæ commiſerationis lex erit, & ſimilis compaſſionis mandatum. Pulchrè Nazianzenus Orat. de Pauper. amor. *Condolentiam,* inquit, *velut latâ lege ſanxit ex eâdem nimirùm infirmitate ad pietatem & humanitatem erudita.* Itaque tua ergà alios condolentia ſeu commiſeratio, aliorum compaſſionis ergà te, velut lata lex eſt, quâ alios ad conſimilem miſerationem obligas. Commiſerationem, quam aliis munificè impendis, velut pietatis reciprocæ Legiſlator, aliis ergà te ſancis. Aduerſùs alios durè immiſericors, illis immiſericordiæ legem imponit. Sibi inuidet, qui aliis non miſerendo, eamdam ſui commiſerandi legem ſancire negligit. Cui beneficam Iobi de compaſſione indolem natura auarè negauit, eam obliget latâ compaſſionis lege, quæ commiſerationis legem reciprocet: *Condolentiam velut latâ lege ſanxit, ex eâdem nimirum infirmitate ad pietatem & humanitatem erudita:* nam *omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Propheta.*

S. Nazianz.

Propria commiſeratio commiſerationis legem ſancit, & reciprocat.

4. Iobus cap. 29. Eliphazi ſordidam immiſericordiam malè obiectanti, ſic reſpondet: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi. Eò quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor. *Benedictio perituri ſuper me veniebat.* Quam ſententiam LXX. Interpretes ſic reddunt: *Benedictio pereuntis ſuper me veniat,* quaſi optanter aut deprecanter id dixerit. Nempe, Quæ à me, propter beneficam commiſerationem, illis benedictio accidit, eadem mihi eueniat. Hiſpanè, *El bien que les hice, eſſe me venga.* Caietanus contendit legendum de futuro, *Veniet.* quaſi vel fauſtè ominetur, vel prophetet eamdem fore ſibi, quam aliis exhibuit compaſſionem. Ceterùm Vulgatus, *Benedictio perituri* habet, & vox originalis ſignificat interitum eius, qui in ſummo vitæ, rerúmque diſcrimine verſatur, & certò *periturus* credebatur, niſi illi, ſicut & ceteris gregatim ac publicè Iobus adfuiſſet, illúmque benignâ commiſeratione ſeruaſſet. Appoſitè Lactantius lib. 6. Diuin. Inſt. cap. 10. *Summum,* inquit, *inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui diſruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt.* Benè humanitas benignior, & benefica ergà omnes compaſſio, nexus eſt, qui cunctos homines ligat, & plures vnum facit; quod qui diſruperit, dum perituro per commiſerationem non adeſt, *nefarius & parricida exiſtimandus eſt:* nam ſe, & *periturum* perdit, qui humanitatis, & compaſſionis exlex, periclitanti perhumaniter non ſubuenit. Prohſſic immiſericors, & commiſerationis exors, *nefarij parricidij* reus eſt? *Benedictio perituri ſuper* condolentem & compatientem *veniet.*

Iob 29. v. 13. LXX. Interp.

Caietanus.

Summum hominum vinculum eſt condolens humanitas.

Lactant.

Commiſerationum exors ſuper perituro, parricidij reus eſt.

5. Apocalypſ. 3. Laodiceæ Eccleſiæ Epiſcopus ſic acerbè reprehenditur: *Quia dicis: quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo; & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cæcus, & nudus, &c.* Vnde tanto Epiſcopo tam fatuè cæca ſui ignoratio, vt cùm eſſet *miſer & miſerabilis*, id eſt, aliorum opis, & commiſerationis indigus, ignoranter putaret, ſe *nullius indigere?* Belliſſimè Lactantius nuper laudatus, quaſi ad præſcripta verba tacitè adluderet, ea de incommiſeratione videtur exponere, aiens: *Nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat.* Itaque Epiſcopus iſte immiſericordiæ videtur argui, tamquam beneficæ compaſſionis expers, cùm dicitur apud ſe exiſtimaſſe seriò *nullius indigere*, cùm vel indè eſſet *miſer & miſerabilis*, & aliorum commiſeratione digniſſimus: quia *nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam negat.*

Apocal. 3. v. 17.

Nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam negat.

Lactant. l. 6. Diuin. Inſt. c. 10.

Siracides Eccleſiaſtici 38. Fili, inquit, in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare..... *Amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam.* Alibi aliorsùm non ſemel expendebamus, cur honeſtam ac debitam compaſſionem, vnâ dumtaxat die claudat, nec vltrà commiſerationis lacrymas permittat. Hunc locum verſans S. Paullinus Epiſt. ad Pamachium, ſic exclamat: *O diuitiæ bonitatis Dei! quàm piâ id ipſum ſollicitudine noſtri cauet, non pietatis propenſæ inuidus, ſed infirmitatis noſtræ conſcius.* Vel perſtrictim notare & aduertere, Deum non inuidere commiſerationi ergà miſeros, ſumma commiſerationis laus eſt: ſic enim auguſtè commiſeratio excellit, ſic videtur ſingulare Dei elogium, vt Paullinus cenſuerit præcauendum, humanæ commiſerationi Deum minimè inuidere. Quid exaggeratius? 6.

Eccli. 38. v. 17.

Humanæ commiſerationi Deus non inuidet.

S. Paullinus.

Exodi 2. ferali Regis edicto tandem obtemperant parentes Moyſis, & in fiſcellâ ſcirpeâ infantulum incluſum, ripæ fluminis credunt. Pharaonis filia videns in carectu innatantem fiſcellam, miſit vnam de puellis ſuis, & allatam aperiens, *Cernénſque in eâ paruulum vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic:* & ignotæ matri puerulum lactandum præbuit; quem poſteà in filium adoptauit, cuius commiſerationis arbitrio improles femina principem prolem, quam non fecit, inuenit. *Mirabilis* (inibi exclamat Lyranus) *Moyſis educatio à filiâ Pharaonis, qui Hebræos infantes iubebat interfici.* Sic eſt commiſeratio ad auxiliandum potens, vt vel à parricidâ pietatem extorqueat. Sic compaſſio Tyranni barbaricè ſæuientis furorem mitigat? S. Auguſtinus in Catenâ luculentiùs idem expendit: *Nouum miraculi genus, fecit miſericordiam filia parricida.* quaſi prodigij adinſtar ſit, quòd efferi hominis legitima proles parentem humanitate deſueſcat. Verùm compaſſionis vis tanta eſt, tantáque procliuitate in eam humana natura propendet, vt abrumpens cognationis vincula, de ſpectaculo miſerabili miſerationem extorqueat: *Fecit miſericordiam filia parricida.* 7.

Exod. 2. v. 6.

Gens etiam inhumanè barbarica, compaſſione tangitur.

Lyranus.

Prauos parentum mores, filij difficilè dediſcunt.

S. August.

§. CLXVIII.

Compaſſio in oculis prælucet; & tot patitur cruces & martyria, quot proximus damna: cuius expers, reliqua peccata ad damnationem exaggerat.

1. Vir de naturâ atque Euangelio ſapiens, & de fraternâ pietate perfectus, hanc ſibi vitam proponere, ſic ſecum agere debet: Ego diuitias & præſentes & abſentes æquè contemnam, nec ſi aliobi iacebunt, triſtior; nec ſi circà me fulgebunt, animoſior, niſi ad aliis opitulandum. Ego fortunam nec ad me venientem ſentiam, nec recedentem: recedentem autem ab aliis piè ſentiam, & de fortunis meis opem ſentient. *Ego terras omnes tamquam meas videbo, meas tamquam omnium. Ego ſic viuam quaſi ſciam aliis me natum, & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim meliùs genere negotium meum agere potui? Vnum me donauit omnibus, vni mihi omnes. Quicquid habeo nec ſordidè cuſtodiam, nec prodigè ſpargam. Nihil magis poſſidere me credam, quàm benè donata*: non numero, nec pondere beneficia, nec vllâ niſi accipientis indigentiâ perpendam. Numquam id mihi multum erit, quod indigus & miſer accipiet. Si opes mihi ſuppetant, meis opibus illius inopiam ſubleuabo. Sin minùs opem feram fauore, conſilio, exemplo; ſaltem miſeriæ compaſſione. Nemo ad id pauper eſt, neque dum compatitur, exiguum fert ſubſidium miſero, dum eiuſdem miſeriæ participium ſuſcipit. Alleuiatur onus, quod non iam vnus, ſed duo vnus portant, & ambo idem. Exors videtur naturæ humanæ, ſi quod alius patitur, & ipſe pati poterat, immiſericors non compatitur. Nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat.

Seneca de vitâ beatâ, cap. 20.

Miſericordia & compaſſio ergà miſeros erudiuntur.

2. Matthæi 18. rex ille Euangelicus, cùm cœpiſſet rationem ponere cum ſeruis ſuis, ſeruo debitori decem millium talentorum, rogatus habere patientiam, piiſſimus totum remiſit debitum, vltrà debitoris vota compatienter miſericors. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Quod cùm Domino renunciatum fuiſſet, vocauit illum, & ait: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me, *Nónne ergò oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum. Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis.* &c. Multis hic tractant Interpretes de acerbitate (quæ fortè nimia videri poſſet) quâ hic Rex, alioqui bonus, & valdè miſericors (quippe qui centum viginti milliones ſeruo rogauti dimiſerit, ob tantæ calamitatis compaſſionem) immiſericordem ſeruum tractauerit; ſiquidèm debitum iam remiſſum, iterùm ad ſolutionem computat, dum iubet eum *venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat*, & vſque ad vltimum quadrantem reddi. Grandis ſanè rigor; ſed quo punitur immiſericordiâ eius, qui de proximo non compatitur, nec de aſſimili calamitate piè condolet. Sapienter Chryſoſtomus homil. 3. ad popolum Antiochenum: *Peccata noſtra*, inquit, *ſic grauiora faciemus, omni nos excuſatione priuantes; acerbè enim aliena exquirentes, in ſuis exceſſibus nullam inquam veniam nanciſcitur. Non enim tantum quale fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit, ſed quamdam magnam & ineuitabilem additionem a iudicio in conſeruum facto accipiet. Sicut enim humanus, & mitis, & clemens maiorem peccatorum grauitatem ſuccidet; ita acerbus, crudelis, & implacabilis, magnum proprium pondus peccatis apponet.* Itaque ſcitè Chryſoſtomus nunc omittit, an hic ſeruus durè immiſericors, dùm ſuum debitum ſibi reddi, ita diſtrictè exigit, grauiter peccauerit, an non? Saltem ex hâc parabolâ liquidè conſtat, quòd qui dodùm ex Regis piâ compaſſione, inopinatam totius debiti ſolutionem, etiam non petitam facile inuenit: poſteà poſtquam immiſericors compaſſionem conſeruo non exhibuit, nec tactus eſt calamitatis condolentiâ, quaſi indè creuerit decem millium talentorum debitum, & furti peccatum exinde enormius ſit, tametſi alioqui iam remiſſum, diſtrictiſſimè nunc exigitur. *Non enim tantum quale fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit, ſed quamdam magnam & ineuitabilem additionem a iudicio in conſeruum facto accipiet.* Proh! compaſſionis exors, & ſui ſceleris *excuſatione* viduator, & *ineuitabilem additionem* peccato accumulat? Notare iuuat (procùl calumnia) quod huius parabolæ vis tenet in iure humano, non in diuino; niſi fortè aut durior immiſericordia compaſſionis expers, aut barbara ingratitudo, ſceleroſa cenſeatur, & indè tanti ſupplicij rea.

S. Chryſoſt.

Homo compaſſionis exors, contra reliqua peccata rigorem armat.

Cornelius ind idem.

Paullus ad Galatas 2. ita de ſe ſcribit: *Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Quæ eſt hæc crux, in quâ Paullus *Chriſto confixus cruci* perhibetur? An eſt eadem crux, in quâ Chriſtus crucifixus eſt? An hæc crux, charitas eſt, placidè peracerba, & voluntariè crudelis? Ita communiter Interpretes. Verùm opportunè Anonymus homil. 7. cap. 1. ita ſcribit: *Virtus compaſſionis eſt figura crucis. Huic affixus Apoſtolus erat, cùm dicebat: Quis infirmatur: & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Piè peracerba crux eſt compaſſio, quæ tot clauis compatientiam figit & ſauciat, quot miſeriis proximus quiſque angitur. Apoſtolus *Chriſto confixus eſt cruci*, quia patienti Chriſto ipſe compatitur: imò dum reliquorum fidelium paſſiones per compaſſionem patitur, quaſi vnus plures multis crucibus fixus eſt, à quibus non refigitur, donec patientibus opem ferat. O quot cruces vna compaſſio incruentè patitur! Viuos martyres condolentia facit, & eò multipliciùs cruciat, quò vitam diutiùs reparat, dum atrociùs crucifigit. *Virtus compaſſionis eſt figura crucis. Huic affixus Paullus erat.* &c. Quid magnanimitas Chriſtiana nunc ad martyria hiat? tot cruces, quot

3\.

Ad Galat. 2. v. 19. & 20.

Anonymus.

2. Cor. 11. v. 29.

Compaſſio tot cruces patitur, quot proximus miſerias ſuſtinet.

quot miſerias alienas condolentia inueuit, aut facit. O martyrium exprompte obuium, & de facili parabile!

4 Iudith 2. Nabuchodonoſor truci ingenio turbulentus, ad immaniſſimas ſtrages armat Holofernem Aſſyriæ militiæ ſtrenuum Ducem. Egredere, inqoit, aduersùs omne regnum Occidentis, & contrà eos præcipuè, qui con-

Iudith 2. v. 6. tempſerunt imperium meum. *Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam ſubiugabis mihi.* Eſto, atrox Imperator compaſſionem cordis ſeriò veret, quomodo oculorum compaſſinoem cohibere poterit? Profectò oimis compaſſionem extimulat viſa oculis aliorum calamitas, vndè Biblia Go-

Biblia Goth. thica ſic locum exeribunt: *Non parcet oculus meus*: id eſt, ego abſens non parcam, etſi tu ſpectatæ oculis calamitati præ compaſſione peperceris. Sanè compaſſio in oculis maximè prælucet. Dilucidè Raymundus Abbas Cel-

Raymund. Celleuſ. Oculorum proprietates ſeptem. lenſis de ocul. myſt cap. 12. *Oculus*, inquit, *in eminentiori loco corporis locatur, pro toto corpore ſpeculatur; ea qua ſunt ab eo diſtantia, non ſibi adhærentia contemplatur; ſeneſcente corpore deficit, & debilitatur; ceteris membris dolentibus, tanquam compatiens lacrymatur; pilos habet in palpebris, quorum quantitas non augetur; magna in eo reputatur macula, qua in cete-*

Oculus eſt compaſſionis Index & idea. *ris membris modica cenſeretur.* Itaque oculus in eminentiori parte corporis locatur, tanquam princeps & præclarior illius portio: & cùm aliquod membrum patitur quidpiam graue & acerbum, cùm reliqua membra vix, aut ne vix quidem condoleant; oculus ſtatim condolet, & *tanquam compatiens lacrymatur.* adeò ad cuiuſlibet membri dolorem dolenter illacrymat, & funeſtè exacerbatur. Quare

Hic verſ. 23. hîc cum lacrymante Suſannâ populus Dei compaſſione collacrymat. Nec iam videt ad compaſſionem mala propria, quàm aliena: *Ea qua ſunt ab eo diſtantia, non ſibi cohærentia contemplatur.* Vnde barbaricè inhumanus Nabuchodonoſor quaſi diras ſtrages diffidat vel de oculis Holofernis excidis ſpectantibus, ait, *Non parcet oculus meus vlli regno*, & ſi tuus ſpectatis calamitatibus indulgenter pepercerit. Quaſi dicat: Mihi indignanti de abſentiâ gratulor, ne oculis meis ſtrages videns, indè calamitoſis compatiens forſan indulgere cogat, & non merentibus veniam dare pio compaſſionis lenocinio.

5. 2. Cor. 11. v. 29. 2. Corinth. 11. ſic Paullus ſcribit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandilizatur, & ego non vror?* Scilicet, quis dolet, & affligitur, & ego non doleo, noo affligor? Quis ſcandalum patitur, & ego noo igneſco, incen-

Compaſſio ergò abiectiſſimis, ſicut in neceſſarios, & magnos. dor, ardeo, tum dolore quaſi meum eſſet malum, quod ſubit proximus cùm ſcandalizatur; tum zelo, vt illum curem, & ſcandalum quantocyùs tollam. Et moraliſſimè notat

Chryſoſt. Chryſoſtomus illud *quis*, ſic fatus ibi homil. 20. *Hoc erat*, ioquit, *quod tribulabat ipſum, & angebat, ac ſauciabat eius mentem, quòd in ſingulos infirmus hac pateretur, quicumque illi eſſent. Non enim de maioribus quidèm dicebat, minores*

Compaſſio quaſi ſpongia, damna aliena ad ſe trahit. *autem deſpiciebat, ſed etiam abiectum inter neceſſarios ponebat. Ideò dicebat, quis infirmatur? quiſquis fuerit.* Quomodò autem Paullus cuiuſcumque infirmitate ipſe per condolen-

P. Didac. Celada in Suſannam.

tiam infirmaretur, exponit Gregorius homil.

32. in Euangelia: *Quis infirmatur, & ego non in-* S. Gregor.

firmor? inqoit, *Quia in ſe trahebat damna infirmitatis alienæ.* Nimirùm Paulli compaſſio ſic erat miriſſimè arcana, vt velut ſpongia, ſubiecta quæque humida ad ſe trahit, & vdore ad ſe attracto exucca reddit, ac ſicca: ſic Paulli compaſſio alienas ad ſe trahebat infirmitates & paſſiones, & quoſcumque infirmos ac patientes, infirmitate & paſſiooe liberabat. *In ſe trahebat damna infirmitatis alienæ.* Amor, 6.

magnes amoris vulgò dicitur: at compaſſio Compaſſio in charitatis officinâ, Martyres cudit.

alienæ paſſionis eſt magnes; & condoleotia, magnes eſt alieni doloris, quem ſui immiſericors, ab aliis lambit & ſugit, vt in quoſque miſeros ſit eximiè miſericors, & magno ſui damno redimat alienum: quare condoleotiâ, cuiuſuis proximi indolentiam mercatur.

Adeò vt dixerit Bernardus in Sententiis: *Tri-* S. Bernard.

plex eſt genus martyrÿ, vnum in ſanguinis effuſione, alterum in carnis maceratione, tertium in proximi compaſſione. O bona cōpaſſio, quæ in charitatis officinâ Martyres cudit! Hem! quod in patiente tribulatio eſt, in compatiente Martyrium dicitor? Sic compaſſio cruciatus incrementat condolentiæ arbitrio?

---

§. CLXIX.

Impudica manus, vinculum luxuriæ eſt, attaminans libidinis contagio, quod attigerit impudicè.

SApienter Magnus Baſilius: *Quandiu*, in- 1.

quit, *inualida atque immatura ſunt ad natu-* S. Baſilius de verâ Virg.

ralem actum corporis membra, lex quoque peccati feriata eſt, atque ignorantiam fortaſsè dixerit quiſpiam naturalis operis ineſſe membris. At vbi pubeſcere cœperint, atque ad id munus, ad quod facta ſunt, eſſe per ætatem idonea, nullum prorſus membrum eſt, quod cum lege magiſtrâ nitatur ignorantiâ eius ad quod effectum eſt, peccati poſſit obtendere. Verum & labia norunt ad quid Membrorum ad luxuriam ingenia malè acuta.

amantibus accommodata ſint, ad quem vſum inſtituta: & membra ſingula, ſexúſque alterius mēbra, non minùs quam ſeipſa, per naturam norunt: nam ſi naturam illorum ignorarent, nec actum quidem ipſorum, & officium concupiſcerent; quæ ſunt malè acuta membrorum ingenia, à pobertate ad luxum cæco naturæ magiſterio auidiùs perdocta, arcanâ qoâdam concupiſcentiæ ſympathiâ, & naturæ ad tactionem reciproco adnutu, qui ex quopiam adtactu ſerpit in concupiſcentiæ pruritum, & in libidinem perditiſſimè propagatur, aliquâ Veneris conſenſione, niſi feſtinato cautè renutu quantocyùs refutetur. O caue has laſciuiæ ſcintillas, quas alterius ſexûs leuior attactus perniciosè flabellat!

Venuſtiſſima æquè ac pudiciſſima Suſan- 2.

na, caſtitatis rea (nam dum vitiorum præſcribit licentia, peccat qui rectè facit) adeſt canæ libidinis impuriſſimo conſiſtorio. Præſunt crudeliter ſalaciſſimi iudices, non legum, ſed fraudum peritiſſimi: & quæ benè aderat velata, ne in eius venuſtatem oculis incurrerent; malè diſcooperitur, vt ſpectato decore

ſaltem luxurientur. *Conſurgentes autem* iidem Hic verſ. 34. & 35.

 duo

duo Presbyteri, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit in cælum. Horum ſuffragio benè tunc mutuò cohærente, & malè ad fraudes compoſito, decepti populi inconſulto adſenſu, diræ, cruentæ, ac infamiſſimæ lapidationis ſententiam audit Suſanna: quam longulâ ad Deum oratione excepit, quâ ſuam palàm innocentiam profitetur. Quâ in re digniſſimum obſeruatione eſt, & ſanè mitiſſimum, quod quiſpiam non bonos, ſed antiquos & acutus Aotot ethicè obſeruauit. Nempè quòd Suſanna etiam cùm inducitur puella tenera ac delicata nimis, probroſiſſimæ & acerbiſſimæ mortis ſententiam ſiccis oculis audit; cùm verò *Presbyteri poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius*, probè noſcens eorum intemperantiam, tonc, tunc quidèm funeſtè *fleuerit*, & infuſa lacrymis coràm ingemuerit. Quò pudiciſſimè denotauit, inſincerum Seniorom attactum fuiſſe illi graoiorem & acerbiorem, quàm ioiuſta, crudelis, & atrox ſæuæ lapidationis ſententiâ. O Soſanna, patientiæ columna, caſtitatis idea, & pudicitiæ meta. Scilicet parum fuit, quòd præ clandeſtino adulterio mortem attociorem maluerit, niſi quæ ad mortis noo fleuit ſententiam, vel ad capitis attactum flebilitet oplorarit.

Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleuit ad Senum attactum.

3\. Eccleſiaſtes cap. 7. Luſtraui, inquit, vniuerſa animo meo, vt ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem: & vt cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium, & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqoeus venatorum eſt, & ſagena cor eius, *vincula ſunt manus illius.* qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccatot eſt, capietur in illâ. Præſcripta verba, *Vincula ſunt manus illius*, Paraphraſtes Cbaldæus ſic exponit: *Ligataque manus eius ſic, vt non faciat opus.* Aqoila verò ita excribit: *Vincta ſunt manus eius.* Et quomodò mulier vinctis manibus, in eiſdem manibus habet viocula, quibus liget, & vinculis irretiat? Opinor, viuctæ ac ligatæ manus mulieris inidoneæ ſunt, quæ alios ligare ac vincire poſſiot. An noo ſolutæ quemquam expeditiùs illaquearent, & faciliùs irretirent? Scilicet ipſæmet manus, quæ vinctæ ligatæque ſunt, vincula etiam ſunt, quæ ligant, vinciunt, & intricant, quæ tangunt. Appoſitè inibi Thaumaturgus in Metaphraſi: *Vincula ſunt manus illius*, inquit, *Sic autem animo conſtitutus, in hac deuolutus ſum, vt mortiferà cupiditate correptus, mulierem cognoui. Cor etenim eius pertranſeuntes irretit, ac ſi vel manum tantùm manui connexuerit, non minùs ſtrictè retinet, quàm ſi vinculis conſtrictos traheret.* Ecce quomodò *ligata manus mulieris, ſic vt non faciant opus*, eſſe *vincula* pethibentur, quibus velut catenis arctè nectunt, intricãt, conſtringunt, O nexom cæcè inextricabilem! O manuales luxuriæ tricas, quibus velut arctiſſimis vinculis, & ferreis catenis, maſculus libidine victus, moliebriter vincitut! *Si vel manum tantùm manui connexuerit, non minùs ſtrictè retinet, quàm ſi vinculis conſtrictos traheret.* Heu nimis verè.

Eccl. 7. v. 27.

Chaldæus. Aquila.

Muliebris manûs attactus, vincula ſunt. quomodo?

S. Gregorius Thaumat.

4\. Geneſeos 39. in caſtitatis palæſtrâ inducitur luctator adoleſcentolus Ioſeph, in eâ conditiooe, ætate, ac fotmâ, quæ temperaotiam prodat, quæque voluptatis violentiâ facilè capiatur. Taceo prouocatrices mulieris artes, fucum, verba, veſtes, oculorum pellaciam, lecythos vogoentarias ſe naribus ioſinuantes, animæ per aotes obſidionem, naturales corporis infractiones, quibus illa exſomni affectu pulchri adoleſcentis temperantiam prædari ſperabat. Etat autem Ioſeph pulchrâ facie: & poſt multos ſeruitij dies, *iniecit Domina ſua oculos* in eum. Ille autem blandum oculorum nictum ſcuero tenutu conſtanter refutauit. Accidit autem quâdam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque atbitris faceret: *Et illa, apprehenſâ laciniâ veſtimenti eius diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foràs.* Scilicet quæ oculis ac verbis fruſtrà negotium libidinis tractauerat, tactu perficere confidentet adnititur, æſtimans femineas *manus* eſſe *vincula*, qoibus conſtrictum traheret. Quâ ſuper re ſic Baſilios Seleucienſis Otat. 8. pulchrè philoſophatur: *Apprehenſâ laciniâ. &c* inquit: *Illa manus in eum iniecit armatas libidine.* Et infrà: Ioſeph *tenacibus manibus retentam permittens veſtem, libidinis effugit anſas.* Pergit Ambroſius lib de Ioſeph Patriarchâ, cap. 5. *Quomodò*, inquit, *domina, quæ ſeruulo libidinis incentiua præſtabat? Ille dominus, qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis vincula non ſenſit.* Nempè feminæ manus, *faces* luxuriæ æſtuantis, & *vincula*, quibus ſtringit affectum, ſententioſè appellauit. Et poſt pauca: *Qui relicto in manu eius, pallio*, ait: *Reliquit tanquam non ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat: & aliena indicauit, quæ, tactu impudica poterant comprehendi. . . . . Teneri veſte potuit, animo comprehendi non potuit: ac ne ipſa quidem verba diu paſſus eſt. Contagium enim indicauit ſi diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua tranſirent. Itaque veſtem exuit, crimen excuſſit.* Multas Ambroſius & Baſilius ſententias densè pariter & acutè conglobant, ad thema præſens oppottunas, quas cuique ethicè enucleate pronum eſt. Sat eſto illaa hîc exeripſiſſe, & acumeo perſtrictim adnotaſſe.

Geneſ. 39. v. 12. Veſtis adoleſcentis manu tacta, mulieris impudicitia culpatur.

Baſil. Seleuc.

S. Ambroſ.

Itaque Ioſeph relicto in manu adulteræ pallio fugit. Cumque vidiſſet mulier veſtem in manu ſuâ, & ſe eſſe contemptam, ſucclamans familiam euocat, & attentatum à Ioſepho ſtuprum egregiè mentitot felici ſuadelâ. *In argumentum ergò fidei retentum pallium oſtendit marito:* qui nimiùm credulus, iram adulteræ meritam, aduersùs pudicum adoleſcentem conuertit. Hanc hiſtoriam elocidans Seleucienſis Baſilius ſapienter admiratur, qoòd cùm adultera pallium impudicè contactum oſtenderet in mano ſuâ retentum, ſuam pudicitiam fecerit veroſimilem; cùm potiùs de tactionis peſtifero contagio intemperantem demonſtraret: *Illa*, inquit, *veſtem oſtentans fidem facit. O inexpectatam maledicentiam! O inſaniam barbaricam! cùm pallij, quo manus accuſantur, ſit geſtatrix, lingua accuſanti creditur.* O fatuam è peruerſo eredulitatem, quâ linguæ potiùs, quàm veſti impudicâ manu Intemperanter attactæ, continentia creditur! Male libidinem expiat lingua, quam manus aceuſat. 5.

Geneſ. 39. v. 16.

Baſil. Seleuc. Veſtis impudicè attacta, impudicitiâ veriùs quàm lingua loquitur.

Pudica

Pudica non eſt, quæ veſtem impudicè attactam manu geſtat. Pudicus eſt, qui vel pallium intemperanter contactum reliquit, ne illius contagio caſtitas periclitaretur. Linguato tacitè clamore tacta impudicè veſtis ſtuprum euulgat, quamuis lingua intemperanter garrula, & impudenter mendax, impreſſæ impudicè manûs indicia deludere fruſtrà præſumat. O peruerſam credulitatem, quæ caſtitatem credit linguæ, quam incontinentiæ manus veroſimiliùs culpat. *Illa veſtem oſtentans fidem facit: cum pallij, quo manus accuſantur, ſit geſtatrix, lingua accuſanti creditur.*

6. Geneſ. 39. v.12. Redeat iterùm expenſus locus, ad rem aliter expendendus: *Et illa, apprehensâ laciniâ veſtimenti eius diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foràs.* Profectò caſtus eximiè Ioſephus, qui dudùm impudicæ mulieris obſcœna verba non ſemel excuſſerat, excutere pallium de eius manu impunè poterat viribus præualens: cur ergò attactam laſciuè veſtem relinquit? timétne à contactâ veſte? Eloquenter Ambroſius lib. 1. de Pœnit. cap. 13. hâc ſuper re ita philoſophatur: *Vidit hunc* feminæ *ignem Ioſeph, quandò eum adulterij cupida mulier allocuta eſt: voluit eum capere ſermone, miſit laqueos labiorum ſuorum: ſed pudicum virum ligare non potuit. Soluit enim vincula mulieris vox pudoris, ſermo grauitatis, habena cautela, fidei cuſtodia, caſtimonia diſciplina. Capere igitur eum retibus ſuis impudica non potuit: miſit manum, & apprehendit veſtem eius, vt nodum ſtringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatum retia ſunt, manus eius amoris Nodus eſt. Sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec Nodo: excuſſa veſtis, ſolutus eſt Nodus.* Itaque feminæ attactus, libidinis *nodus* eſt: ecquis eum extricet? Ioſeph, pulchellus, & iuuenis euaſit.

S. Ambroſ. Femina attactus, libidinis nodus eſt.

7. Prouerb. 6. v.28. & 29. Prouerbiorum 6. Numquid poteſt homo, inquit, *ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cùm tetigerit eam.* Notat ibi Cornelius, de attactu, non de coïtu ſermonem eſſe; & quòd hinc ſumpſit gnomen ſuam Ben-Sira alphabeto 1. littera *daleth*, aiens: *Abſtrahe carnem tuam à muliere gratioſà, tamquam à carne prunarum*, id eſt, tamquam à corpore, vel aceruo & congerie prunarum. Aut potiùs caro mulieris vocatur *caro prunarum*, quia inſtar prunarum riuales eius accendit & adurit. quaſi caro mulieris non tam caro ſit quàm prunæ ardentes. *Ipſa ergò eſt ignis carneus, aut caro ignita*, vt inibi Cornelius exponit.

Mulier eſt ignis carneus, aut caro ignita. Ben-Sira. Cornelius.

---

§. CLXX.

Terrena mundialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt.

1. EXuccum nimis eſt mundiale bonum, & gaudij inops: in anhelo deſiderio per abſentiæ moleſtiam, placet; vix adeptum iam diſplicet, & deluſis fruendi ſpebus, poſſeſſio vertitur in tædium. A deſideriorum cupiditate, in adeptionis faſtidium perpetuò itur in mundialium bonorum curriculo: *Mala pro bonis petenti* (ait Seneca,) *periculoſum eſt aſſequi; vt feras cum labore periculóque venamur, & captarum quoque illarum ſollicita poſſeſſio eſt: ita etiam habentes magnas voluptates in magnum malum euaſere. Quæ quò plures, maioréſque ſunt, eò ille minor, ac plurium ſeruus eſt, quem vulgus felicem appellat.* O quàm malignum bonum eſt, quod de abſentiâ deſideriis placet; de poſſeſſione, placendi gratiam dediſcit! Hinc perpetua deſideriorum fraus. O male hiantia horum nequam Senum deſideria, quæ capitali manuum attactu leuiculè conſolantur. Hinc Suſannâ incolumi, eorum feſtinata damnatio titulatur.

Senec. de vitâ beatâ.

Malignum bonum eſt, quod de abſentiâ deſiderijs placet.

Hic verſ. 34.

2. Pſalmo 77. Dei populus in eremo nauſeat ad Manna cæleſte & carnes anhelo ore eſurit. Et Deus *pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.* Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, *& deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos.* Adepti ſunt plus quàm optanter deſiderauerunt: tantùm non etiam ſuprà neceſſitatem lautitias exhibens. Non itaque fruſtati ſunt iis quæ concupiuerunt. Sacietas autem deſideriorum, pœna fuit deſiderantium exquiſitas in eremo delicias. Moraliſſimè Drogo Hoſt. Serm. de Dominicæ paſſion. Sacramento: *Ne pluas*, inquit, *ſuper nos coturnices Domine, Deſideria carnis noſtra; quæ non niſi duobus cubitis leuantur à terrâ, quia non attingunt dona Spiritus Sancti. Ne pluas ſuper nos ſicut puluerem carnes, quia caro puluis eſt, & in puluerem deducit; & ſicut arenam maris volatilia pennata, quia gaudet edacitas, pennulas mouet, ſed mox in arenam maris conuertitur: gaudet luxuria, modicum volitat; ſed mox in arenam maris tranſit: omnis dulcedo carnis in amaritudinem finit, modicùm leuans infelicem animam, ſed mox aggrauans in arenam.* Longulè, ſed bellè *deſideria carnis noſtra* pœnaliſſimè caſtigata prodit. Nam vt ait Gregorius lib. 15. Moral. cap. 10. hunc locum elucidans: *Maioris iracundia eſt, cùm hoc tribuitur, quod male deſideratur.*

Pſalm. 77. v.29. & 30.

Pœnaliſſimè conceditur, quod de terrâ deſideratur.

Drogo. Corder. ibi.

S. Gregor.

3. Ad Coloſſ. 3. v.2. Paullus ſic Coloſſenſes admonet: Si conſurrexiſtis cum Chriſto; quæ ſurſùm ſunt *quærite*, vbi Chriſtus eſt in dexterâ Dei ſedens: *quæ ſurſùm ſunt ſapite, non quæ ſupèr terram.* Nempè ſeriò nos hortatur Apoſtolus, vt *quæramus* mente, ſtudio, omnique deſiderio, curâ, ſollicitudine, & conatu, non bona terrena, quæ deorsùm, ſed quæ *ſurſum* ſunt, id eſt, cæleſtia & æterna bona. Multus eſt S. Bernardus toto Serm. 6. de Aſcenſione, vt ad cæleſtia anhelemus, ne *præoccupatus ſecularibus deſiderijs animus*, ad æterna parùm inueniatur idoneus. Porrò qui cæleſtia *ſapit*, æterna *quærit*, beatam cæli gloriam ſpebus anticipat. Qui verò terrenis deſiderijs immergitur, & deſideriorum hiantiâ torquetur, & obtentione punitur. Quod eleganter Auguſtinus ſerm. 15. de diuerſis, ediſſerit: *Omnis*, inquit, *terrena poſſeſſio ſupplicium eſt cupiditatis, vt in ipſis bonis crucietur animus, cui viluit, qui tanta largitur.*

S. Bernard.

S. Auguſt.

Terrena poſſeſſio ſupplicium eſt deſiderij.

largitur. O nimis verè, ſapiénſque nimis ſopplicium! Nempe deſiderium iucundâ ſpei moleſtiâ malè hiat ad mundialium bonorum poſſeſſionem: benè ergo ipſa inordinati deſiderij cupiditas, pœnaliſſimâ poſſeſſione rei cupitæ mulctetur; vt ipſa cupiditas non tam bonum deſiderare, quàm deſiderium votis velle punire videatur, dum terrena poſſeſſio, deſiderij ſupplicium eſt. Mitior eſſet alia pœna, quæ longiùs terrenis deſideriis abeſſet, ipſis ergò deſideriis ſupplicium pœnale ſubſit; & adeptio rei cupitæ, dum cupiditatem voluptate froſtrat, deſiderantem poſſeſſione diſcrucier. *Omnis terrena poſſeſſio ſupplicium eſt cupiditatis*, vt pœna ſit culpæ coætanea, & ſimul cum deſiderij terreni culpâ votum ſupplicij naſcatur.

4. Sapientlæ 4. dilectus & electus à Deo, immaturâ morte rapi dicitur, ne malitia mutaret intellectum eius, & ne mundialium bonorum fictio deciperet animam illius: *Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum.* Eſt autem faſcinatio propriè (vt indidèm notat Lyranus) *illuſio ſenſuum*; ſed tractum eſt hoc nomen ad ſignificandum omnem deceptionem. Hæc autem *ſenſuum illuſio* obſcurat bona, quia frequenter facit ea apparere mala, ſicut & mala ſpecie bonitatis pingit. Exindè inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum; quia vehementia paſſionis peruertit iudicium rationis, & *illuſio ſenſuum* deſideria decipit, caſſâ fruitione fruſtrà hiantia. Eloquenter Caſſiodorus Tract. de Amicitiâ hunc locum exponit: *Dum poſt rei deſideratæ*, inquit, *obtentum maiori ſe ſentit indigentiâ laborare, præoptata incipit faſtidire; & denuò in alterius rei ſuccenditur appetitûs. Hæc eſt mola Samſonis, quam deciſis virtutum crinibus, & effoſſis prudentiæ oculis circumuoluit. Hoc ſignificauit Sapiens eàm dixit: Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum.* Faſtidioſa rei deſideratæ poſſeſſio, pœnaliſſimum deſideriorum ſupplicium eſt. Faſcinatio nugacitatis, ſiue *ſenſuum illuſio*, terrena deſideria boni ſpecie colorat, ſed moleſta poſſeſſionis cupitæ ſtatim nauſea caſtigat votum, & ad exundantiam pœnæ in aliam atque aliam deſideriorum hiantiam inſtigat, quò molam Samſonis, deciſis virtutum crinibus, & effoſſis prudentiæ oculis pœnaliſſimè circumuoluat; *dum poſt rei deſideratæ obtentum maiori ſe ſentit indigentiâ laborare.* Proh! quid rei deſideratæ cupitâ poſſeſſione paupertinas moleſtè indigentias multipliciter propagas? Terrena deſideria arctiùs circumſcribe, & abundè felix eris.

Sap. 4. v. 12.

Lyranus.

Caſſiodorus.

Rei deſideratæ faſtidioſus obtentus, indigentias moleſtè multiplicat.

5. Redeat iterùm ſemel expenſos Pſalmographi locus, aliter ad rem expendendus. *Deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos.* Præſcripta verba ſic elucidat S. Gregorius lib. 15. Moral. cap. 12. Nam *ſæpè peruerſus quiſque quantò citiùs peruenit ad deſiderium, tantò faciliùs rapitur ad tormentum.* quaſi citò peruenire ad deſideriorum poſſeſſionem, ſit citiùs rapi ad tormentum. Quod pulchro exemplu cap. 10. explicuerat, hoc ipſum thema ſic perelegan-

Pſalm. 77. v. 29. & 30.

S. Greg. l. 15. Moral. c. 12.

ter elucidans: *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos*, inquit: *Nam quantò citiùs malum votum impleri permittitur, plerumque tantò celeriùs punitur. Vndè ergò hypocrita feſtinè multiplicatur vt potens ſit, indè agitur cum celeritate ne ſit: quia & arbuſta quæ tardiùs creſcunt, annoſa perdurant: & quæ temporis breuitate proficiunt, celeriùs areſcunt: & quaſi cùm feſtinant eſſe, tendunt ad non eſſe.* Quid verius? quid vel de ipsâ experientiâ incredibiliter notius? Quantò citiùs malum deſiderium impletur, tantò celeriùs malè deſiderans, deſiderij poſſeſſione acerbiùs caſtigatur. Nam cùm *omnis terrena poſſeſſio ſupplicium ſit cupiditatis*; quò magis deſideriorum obtentio acceleratur, eò feſtinantiùs peracerbum acceſſitur ſuppliciũ, quaſi acerbitatem de acceleratione mutuetur. Nõ ſecùs ac arbuſta, quæ de cognato naturæ deſiderio, temporis breuitate adoleſcunt, & feſtinanter proficiunt, breuioris æui ſunt, & celeriùs areſcunt, *quaſi cùm feſtinant eſſe, tendunt ad non eſſe*: ſic deſideria terrena cùm hiantiùs poſſeſſionem ſuſpirant, & illam velociùs accerſunt, in illâ, & cum illâ areſcunt, pereunt, tumulantur: nam deſideriorum velocitas, ad non eſſe poſſeſſionis quantocyùs feſtinat, dum obtentam poſſeſſionem caducam reddit; & ad non eſſe feſtinare cogit: nam rem deſideratam in deſideriorum ſupplicium refingit, *quaſi cum feſtinant eſſe tendunt ad non eſſe.* Luculenter ſanè Gregorius.

Terrena deſideria arbuſtis celeriùs proficientibus comparantur quare?

Prouerbiorum 13. hanc gnomen proponit Salomon: *Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.* Hebraicè ſic locus exctibitor: *Iuſtus comedit ad ſacietatem animæ ſuæ*, id eſt, *deſiderij ſui*, ait Vatablus, *hoc eſt, deſiderium ſuum explet.* Benè quidèm ad ethicam eruditionem, *ſacietas animæ ſuæ*, dicitur, *ſacietas deſiderij ſui*: nam Iuſtus deſideria, ad quæ auide hiat, abundè explet: ſunt enim Deſideria ſucci plena, quorum impletione adipatur, & ſaturatur. *Venter autem impiorum inſaturabilis*, Hebraicè, *deficiet*; LXX. Interpretes, *Anima impiorum egena.* Scilicet alia atque alia bona hianti deſiderio percupit, exoptat, anhelat; ſed caſſo deſiderio, & appetentiâ *egenâ inſaturabilis.* Dionyſius Carthuſianus ſic inibi locum exponit: *Venter autem impiorum inſaturabilis, id eſt cor eorum terrenis rebus non ſatiatur* (adeò enim ſunt euanidæ, vt earum potiùs *ſitim bibat*, vt ex Emiſſeno aliàs expendebamus) *imò inſtar hydropicorum, quò plura acquirunt, eò plura deſiderant, ac ſicut hydropicis creſcit ex potu ſitis, ſic ipſis ex adeptione creſcit affectio.* Et ſanè conſultò rerum mundialium deſideria, egeno, ſeu egeſtati comparantur, *Anima impiorum egena*: nam, vt ſententioſè ait Seneca: *Inopi pauca deſunt, auaro omnia.* nempè auaritiæ nomine deſignatur ambitioſa humanæ felicitatis appetentia, & *inſaturabilis* auaritia. Carthuſiano adnuit indidèm Hugo Cardinalis, ſic fatus: *Venter autem impiorum inſaturabilis. Venter impiorum eſt cupiditas, quæ inſatiabilis eſt. Et multis de cauſſis eſt inſatiabilis. Prima eſt quia non habet fundum: eſt enim quaſi ſaccus pertuſus.* Heu! ſic deſiderata mundi bona, vix tandem poſſidentur, cùm ſtatim effluunt, elabuntur, &

6. Prouerb. 13. v. 25.

Hebræus.

Vatablus.

Hebræus.

LXX. Interp.

Carthuſia.

Emiſſenus.

Quare deſideriorum appetentia dicitur inſaturabilis

Seneca.

Hugo Card.

Qui mundialia deſideria implet, vacuat atque adimpletur.

& nauſeam poſſeſſoris fugiunt? Aliam cauſ-
ſam addit: *Quia omnia huiuſmodi concupita vana ſunt, & potiùs faciunt vacuitatem, quàm* Gen.1.v.2. *repletionem, iuxta illud Geneſis: Terra autem erat inanis & vacua.* Quiſquis mundialium bonorum deſideria implet, vacuitate adimpletur. O vacua plenitudo, quæ omnium pectora vacue implet!

---

§. CLXXI.

Qui benè iurat, adſtantes quaſi neminem putat; qui peierat, ſolum tunc recordatur Dei, quem fideiuſſorem falſi aduocat: indéque falce acerbiùs punitur.

1. Matth.5.v.34. CHriſtus Deus ſic in Diſcipulis Eccleſiam erudit: *Ego autem dico vobis non iurare omninò, &c. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non: quod autem his ampliùs eſt, à malo eſt.* Chromatius. Quæ verba ſcribens Chromatius Aquileienſis Epiſcopus, ait Chriſtum prohibuiſſe fidelibus iuramentum, quia eorum verba *ita ſemper debent eſſe vera, vt pro iuramento habeantur.* Et ſubdit eleganter: *Iuramenti cauſſa eſt, quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum eſt loquatur.* Qui verum loquitur, iurare dicitur. *Et ideò Dominus inter iuramentum & loquelam noſtram nullam voluit eſſe diſtantiam: quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœnâ damnatur, dicente Scripturâ: Os quod mentitur, occidit animam.* (Nota quæ ſubtexit verba.) Prouerb.14.v.5. *Quiſquis ergo verum loquitur, iurat: quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentitur.... Sic à Deo qui verax eſt & mentiri neſcit, quicquid dicitur pro iuramento probibetur: quia verum eſt omne quod loquitur.* Itaque interpretatiuè iurat, qui verum loquitur, id eſt, aſſequitur id ſimplici aſſertione, quod alius qui iurat, aſſequitur iuramento. Imò ſæpè fidem quam iuramento adſtruit, iurando deſtruit: quia religionis velamine, mendacij fraudem diſſimulare putatur. Sic iuramentum hi Senes nuncupaſſe videntur, dum ad teſtimonium religiosè deponendum, *poſuerunt manus ſuas ſuper caput Suſanna.* Hic verſ.34. O impium ſcelus! adſtantem multitudinem decipere potuerunt, Deum fallere non poſſunt: frequens autem hominum multitudo tanquam nemo eſt, vbi Deus adeſt.

2. Geneſeos 31. agreſtis Labani ita deſæuit, irritâ idolorum inquiſitione: & aſperioribus Dei minis in generum Iacobum humanè miteſcit. Ergo ait Laban: Veni, & ineamus fœdus: vt ſit teſtimonium inter me & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: dixitque *fratribus* ſuis: Afferte lapides: qui congregantes fecerunt tumulum. Cùm ergo iuratum fœdus ineunt, dixit Gen.31.v. Laban ad Iacob: *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit.* Et ſic per Deum Abraham & Deum Nachor, nuncupatum eſt iuramentum. Grandius hinc litigium inter Commentatores ſuboritur, quomodo Laban verè dicere potuerit, *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt*, cùm liquidò ex ſuperioribus conſtet, magnam cognatorum turbam hinc inde adſtare. Aderat Laban cognatis ſuis densè ſtipatus: adeſt & Iacob cum numeroſâ filiorum ſeruorúmque familiâ. Quid eſt ergò, Nemo præter Deum adeſt? An omnes cognatos tanquam neminem reputat? An vbi familiæ caput adeſt, reliqui familiares velut nemo cenſentur? An vbi Deus præſens aduocatur, reliqui homines ſicut nemo putantur? Subtiliter ad rem S. Auguſtinus S. Auguſt. quæſt.99.in Geneſim, hac ſuper re ita ſcribit: *Quid eſt, quòd dicit Laban: Vide, nemo nobiſcum eſt? niſi fortè propter teſtificationem Dei, quem ita habere deberent, tanquam nemo cum eis eſſet, quem teſtimonio eius adiungerent.* *Quando iuratur coram hominibus, nemo adeſt præter Deum. quare?* Profectò religiosè Laban rem Dei tractat, & iuriſiurandi religionem de aduocati Dei præſentiâ veneratur. Eſto Gentilis hac in re Chriſtianorum magiſter. Scilicet vbi Dei teſtificationem iuramento nuncupat, etſi frequens hominum turba vtrimque adſit, omnes tanquam neminem deputat. Iurandus Deus iuranti omnes, & omnia eſt. Adſtantes omnes, plures vnus eſt, nempe qui iurat, quaſi iuramentum diuinæ atteſtationis ſacramento annullauerit omnes nullificamine arcano. Deus enim hominum conſortium ad iuratæ fidei veritatem reſpuit. Vbi Deus teſtis eſt, hominum teſtimonium planè vacat: & ſic nemo præter mutuò iurantes adeſſe perhibetur: *Nemo nobiſcum eſt, propter teſtificationem Dei, quem ita habere deberent, tanquam nemo cum eis eſſet.* Cum his periuris ſenibus totus populus præſens eſt, ſolus Deus non eſt; quia non tam teſtis, quàm vindex periurij adeſt.

3. Iſaiæ 48.v.1. Iſaias cap.48. has querelas Dei, Dei populo proponit: Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſraël, *Qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſraël recordamini non in veritate, neque in iuſtitia.* Itaque Iſraëlitis Propheta exprobrat, quòd vitâ & motibus auitæ religionis & Dei penitus obliti, tantummodo Dei *recordantur* ad iurandum & quod falſum eſt & iniuſtum, vt rapinas, vſuras, iniquos contractus, dolos ac fraudes ſanctiùs videantur adſtruere. Ad hunc Iſaiæ locum forſan adludit S.Chryſoſtomus apud Antonium in Meliſſâ ſerm. de iureiur. ſic opportunè fatus: S.Chryſoſt. *Anton. apud Th. Hibern.* *verbo*, Iuramẽtum, *fides Auctorem appellet.* *Sycophantæ mendacium vendunt: alios alij fallentes iuramenta conſumunt; & ſolummodò inter iurandum Dei meminerunt.* Pulchrè quidem hos ſycophantas Senes deſcribit ac vellicat, qui cùm *euertiſſent cor* Hic verſ.9. *ſuum, & declinaſſent oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum*, vitamque tanquam Athei aut Idololatræ agerent, veri Dei obliuione impiâ degeneres; ad fallaciſſimas cruentè fraudes atteſtationis falſatæ religione obfirmandas, Dei meminerunt. *Qui in fraude iurat, indicat ſolum inter iurandum Dei memorem eſſe.* O doloſos impiè Sycophantas, & malitioſos fraudum architectos, qui reliqua Dei ſui ſui oblitos, & prauè immemores, *Dei Iſraël recordantur non in veritate, neque in iuſtitia*, quandoquidem, *ſolummodo inter iurandum Dei meminerunt.* Moraliſſimè è iuramentis indicium morum captandum eſt de ſcholâ Chryſoſtomi. Nempè qui in pernicioſâ fraude, & dolo malo falſa-

tus iurat, vſque adeò impius & velut Atheos
cenſendus eſt, vt einſmodi iuramento do-
cumentum præbeat, in reliquis Dei imme-
morem, *ſolummodò inter iurandum Dei meminiſſe.* Heu nimis verè!

4. Matthæi 23. Chriſtus Deus ſic acerbè ſu-
Matth. 23. v.16.& 17. per iuramenti religione Scribas & Phariſæos
reprehendit: Væ vobis duces cæci, qui dici-
tis: *Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt*
(ad nihil obligatur:) *qui autem iurauerit in
auro templi, debet. Stulti & cæci: Quid enim
maius eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat
aurum.* Aurum templi vocat aurum, quod
offertur & iniicitur in gazophylacium tem-
pli. Stolida auariſſimè dementia: nam tem-
plum Dei, tanquam ipſius ſedes ac domus,
eſt numine plenum; & quod gazophylacij
aurum ſanctificat. Cur ergo domus Dei, ſiue
templum ſine auro, quod attinet ad iura-
menti obligationem, tanquam nihil æſtima-
Iuramentum aduocat Deū fideiuſſorem. tur? Quid Dei templo, Deóve opus eſt auro
ad iuramenti religionem? Fortè auariſſimi
Scribæ & Phariſæi aurum gazophylacij exi-
gunt ad Dei vadimonium in iuramento nun-
S.Chryſoſt. cupato. Audiendus eſt Chryſoſtomus in c.3.
Actuum Apoſtol. homil.9 *Vnde igitur*, inquit,
*ingreſſum eſt iuramentum? quando mala creue-
runt, quando omnia ſimul ſurſùm ac deorſùm
facta ſunt, quando ad idololatriam inclinauerunt;
tunc ſanè, quando infideles apparuerunt, Deum
vocabant teſtem, quaſi fideiuſſorem dantes dictis
ſatisfacturum. Iuramentum enim eſt fideiuſſio,*
Cur Phariſæi iuramentum per aurum templi adſtruunt. *vbi mores fidem non habent. Vbi primùm taxa-
tur is qui iurat, ſi ei fides non habeatur abſque
fideiuſſore, & fideiuſſore maximo: & quia tam
parum homines ſibi mutuum credunt, non homi-
nem quærunt fideiuſſorem, ſed Deum.* Imò Scri-
bæ & Phariſæi tam parum magno fideiuſſore
Deo fidunt, vt niſi Dei templum ſit gazo-
phylacij auro opulentum, iuramenti religio-
nem tanquam irritam, caſſam, ac nullam
reputauerint. Deus Deive templum numine
plenum, inidoneum ad fideiuſſionem eſt,
niſi fideiuſſio auro templi, id eſt, altero di-
uinæ fideiuſſionis vadimonio rata ac firma
habeatur? O impium auariſſimè ſcelus, iu-
ramenti abuſu execrabile! Hunc Matthæi lo-
cum nuper litteraliſſimè exponebamus: liceat
nunc illum ſic ad mores flectere.

5. Zachariæ 5. Et conuerſus ſum, inquit, &
Zachar. 5. v.1.&c. leuaui oculos meos: *& vidi, & ecce volumen
volans.* Et dixit ad me: *Hæc eſt maledictio quæ
egredietur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis
iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur.* Alij pro τὸ
Symmach. LXX.Interp. Arabicus. *volumen* legunt, *capitulum*, vel *ſummam*, vel
compendium. At LXX. Interpretes, & Arabi-
cus Alexandrinus vertunt, *falx volans*, quæ
ſcilicet demetat & ſuccidat malè iurantes:
falx enim ſymbolum eſt acerbæ punitionis,
S.Chryſoſt. ſtragis, & excidij. Tempeſtiuè Chryſoſtomus
homil. 15. ad Populum: *Non ita pungit enſis
ac iuramenti natura: non ſic occidit gladius ſicut*
Cur per falcem volantem, malè iurantium pœna ſignificatur. *iuramenti plaga.* Idque probat ex falce, quam
in domos iurantium hìc vidit Propheta Per-
gir hom.27. ita fatus: *Falx volans velociſſimum
vltionis incurſum ſignificat iuramentum ſequen-
tem; multorum vero cubitorum longitudo & la-
titudo, vehementiam indicat & magnitudinem
malorum. At, ex cælo volare ſignificat è ſuperno
tribunali iudicium ferri* (ſicut hìc hiſce periuris
Senibus Daniel publicat:) *falcata verò forma,* Hic verſ.55.
*ineuitabilem ſupplicij ſortem. Sicut enim quo-
cumque falx incurrerit, non ſolum ſecum arripit,
verùm & caput amputat, ita & pœna iuranti-
bus ingruens eſt difficillima, nec priùs abſiſtit,
quàm quod ſuum eſt perfecerit.* Quare huius
falcis pœnaliſſimæ tanquam ſynonymum po-
nitur ſuppliciorum *volumen volans*, ſiue illo-
rum abbreuiatum *compendium.* quod malo
ſuo ocyſſime hi Senes experti ſunt. O caue
male iurantium pœnaliſſimum *compendium!*

Matthæi 5. de cæli ſcholâ ſic Chriſtus 6.
Deus homines inſtituit: Audiſtis, inquit, Matth. 5.
quia dictum eſt antiquis: Non periurabis. v.37.
Ego autem dico vobis, non iurare omnino
neque per cælum, &c. *Sit autem ſermo veſter,
eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantiùs
eſt, à malo eſt.* τὸ *malo* accipit Theophylactus
in maſculino genere, id eſt, à Diabolo, qui
tanquam choragus malitiæ omniſque mali,
hominem inſtigat vt fruſtrà iuret. Et ſanè *Apud quoſdam, ſimpliciter dicere,*
quiſquis Chriſto non obſequens, iurat, ſuam *iurare eſt.*
diffitetur veracitatem, quam iurando ad- S.Bernard.
ſtruere ſatagit. S. Bernardus epiſt.38. à ſin-
cera veracitate commendans Comitem
Theobaldum, hanc Chriſti Dei ſententiam
ſic elucidat: *Et quidem, ait, in alijs Principibus
ſi quando verbum leuitatis aut etiam falſitatis
deprehendimus, nec mirum reputamus. At verò
apud Comitem Theobaldum, Eſt & non, nequa-
quam omninò patienter audimus: cui, vt dicitur,
Simpliciter dicere, iurare eſt; & leue menda-
cium, graue periurium imputatur. Plurima
quippe virtutum inſignia, quæ veſtram pluri-
mùm nobilitant dignitatem, & veſtrum per or-
bem clarum reddunt, ac celebre nomen, præcipuè
laudatur in vobis veritatis conſtantia.* Generosè
præeuntem nobiliter ſequere.

---

§. CLXXII.

Vir eximiè ſanctus, velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodò reformat.

MVndialis voluptas ac gloria, hominum 1.
vulgò pectora votis implent: moleſtia, Euſebius de
paupertas, inglorìa, ſuos etiam habent riua- Arte vol.l.2.
les, præſertim è noſtris. Quem magis oble- c.19.
ctauit vita, quàm Apollonia præoptauit mor-
tem; impatientia diuináque concupiſcentiâ
præripuit: Nemo diuitiis lætior quàm Sera-
pion Sindonita paupertate; ſine ære, ſine
perâ, ſine pelle lætus: & ne quid poſſideret,
nec ſe, ſe vendidit; & ne vel non ſuus aliquid
ſuum haberet, pretium ſeruitutis reſtituit,
gratis eſſe alienus voluit. Bis ſe vendidit, vt
mercaretur dominos. Nemo hilarior gloria-
tione, quàm Alexius opprobriis. Nun ſatis *Sanctorum*
duxit pro ambitione ſuæ contemptionis à *proceres pia*
quibuſlibet deſpici, ſed à quibus ſuſpiciendus *quadam virtutis libidine*
erat. Quid de voluptatibus dicam, quarum *agebantur.*
diligens faſtidium præcurrit ſatietatem, con-
fundit famem? Nullæ ita inferſerunt huma-
num cor, vt cruciatuum helluo fuit Lauren-
tius. Ipſum latus, quod non ita obſonaue-
rant incendia, petiit accommodari, vt con-
ditet

diret flamma gratum pulmentum doloris. Æqua tunc fuit tormentorum gula, ac voluptatum hactenus repulſa. Non fuit ſatis libidini patientiæ ſuæ quoduis tormentum, niſi aliquâ piâ libidine quæque honeſta proſequeretur. Adeò vt velut carnis exlex, aut carne in ſpiritum quodammodo reformatâ per arcanam virtutis metamorphoſim, dicere
Pſalm. 83. v. 3. poſſet cum Prophetâ: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, & emortuis voluptatibus inſultauerunt.

2. Thren. 3. v. 28. Threnorum 3. Bonum, inquit, eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Leuauit, inquam, iugum multiiugæ tribulationis, & abdicatæ inceſſanter voluptatis.
Rabanus. Rupertus. Rabanus, Rupertus, & alij paſſim olim legebant: *Quia leuauit ſe ſuper ſe*, ſcilicet à terrenis ad cæleſtia, à carnalibus ad ſpiritualia. Quaſi dicat: Seipſum ſupergreſſus librauit ſe à terrâ in cælum, à carne ad ſpiritum, ab infirmitate ad robur.
S. Bernard. *Vir ſanctus ad ſtrepitum carnalium deſideriorum ſurdus eſt.* S. Bernardus ſerm. de S. Petro & Paullo: *Leuauit ſe ſuper ſe, id eſt, inquit, cùm adoleſcens eſſet, & lubrica ætatis ſentiret ardores, ſenem induit, relinquens quod erat, aſſumens quod non erat: leuauit ſe ſuper ſe, quia non reſpexit ad ſe, ſed ad illum qui eſt ſuper ſe: ſedebit enim & tacebit etiam modò à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi. Felix anima quæ linguas iſtas non exaudit, audiat licèt.*
Hic verſ. 2. (Audiuit quidem, ſed non exaudiuit Suſanna, ab adoleſcentiâ virtutibus innutrita.) Mirum ſanè eſt, hic ſuprà ſe eleuatum, vt in luxuriante iuuentute vitiorum igniculis ſufflammatâ, ad carnis ſe ardores inſenſilem exhibuiſſe, quaſi carnis exlex, aut exors carnis foret, immuniſque *à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi.* Ad hæc Ieremiæ verba
S. Gregor. proculdubio adludere videtur Gregorius lib. 7. Moral. cap. 15. ſic ad rem eleganter fatus:
Vir ſanctus mente extrà carnem fieri decertans, penè ipſa quæ tolerat, ignorat. *Cuncta, inquit, quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus, per deſpectum iacent. Nam ſuper ſe interiùs rapti, in alto animam figunt, & quæque in hac vitâ patiuntur, quaſi longè infrà labentia, atque à ſe aliena conſpiciunt; atque, vt ita dixerim, dum mente extrà carnem fieri decertant, penè ipſa quæ tolerant, ignorant. Nam velut in magni vertice montis ſiti, præſentis vitæ gaudia plenè deſpiciunt: eáque ipſos per ſpiritualem celſitudinem tranſcendentes, ſubiecta ſibimet intùs vident, quæcumque per carnalem gloriam foris tument.* Benè dicitur, quòd *leuauit ſe ſuper ſe*, qui vltrà ſe poſitus, quaſi foret à carne immunis, & carnis paſſionibus exemptus, *mente extrà carnem fieri decertat*; & ac ſi eſſet à collegio carnis extraneus, nauſeat ad carnis voluptabilia, & *penè ipſa quæ tolerat, ignorat.* O quàm multa quàm paucis Gregorius compendiauit!

3. Ad Rom. 8. v. 8. & 9. Ad Romanos 8. ita Paullus ſcribit: Sapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta: nec enim poteſt. *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Si quotquot in carne ſunt, Deo placere non poſſunt; exuenda ergo ac deponenda caro eſt, vt Deo placere poſſimus. Opinor autem, niſi per mortem non viduamur carne. Sed quomodo dicit, ipſos in carne non eſſe, ſed in ſpiritu? an forſan caro in ſpiritum conuerſa eſt? Difficilis ſanè ac peregrina metamorphoſis videtur, & fabulis quam ſimillima.
Audiendus eſt indidem Chryſoſtomus homil. 13. S. Chryſoſt. *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Quid? num corpus noſtrum diſcerpemus? num è carne excedemus, Deo vt placeamus? quid? homicidáſne fieri nos cenſes ad virtutum ſtudium à te deductos?* Sapienter æquè ac eleganter reſpondet Chryſoſtomus: *Carnem hic non corpus appellat, neque corporis ſubſtantiam, ſed vitam carnalem, mundanam, voluptate & luxu defluentem: quæ hominem ipſum quantuſcumque eſt, carnem eſſe facit. Quemadmodum enim qui ſpiritu erecti, ac veluti volatiles viuunt, ij & corpus quoque ſpirituale efficiunt: ſic qui à ſpiritu ſunt auerſi, ventri autem ac voluptati ſeruiunt, ij & animam carnem efficiunt; non ſubſtantiam quidem immutantes, ſed illius nobilitatem perdentes.* *Non tantùm homo ſpiritualis dicitur, ſed etiam caro ſpiritualior redditur. quomodo?* Et poſt nonnulla: *Vt intelligas, Chriſtum non ſolùm extinxiſſe peccati incendium, ac tyrannidem oppreſſiſſe; ſed & carnem ſpiritualiorem reddidiſſe.* Itaque ſicut qui vitam viuit carnalem, *caro* eſſe dicitur, iuxta illud: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*: ita qui ſpiritualem viuit Gen. 6. v. 3. vitam, ſic à corporeis voluptatibus alienus eſt, vt *corpus quoque ſpirituale efficiat*, quaſi iam excorporatus carnem exuerit, non ſubſtantiam quidem immutans, ſed carni mutuans elogia ſpiritûs, illam ipſam in ſpiritum reformat. Quid tam expetibile, quàm vt virtutis ac mortificationis ſtudio, caro intermittens vitiorum lenocinium, reſumat ſpiritûs elogia, nec ſuum contagium allinat menti, ſed ſimul cum illâ virtutis otium ac negotium peragat, è peruerſo auxiliaris? Præluſtris ſanè Chriſti prædicatio, qui *non ſolùm extinxit peccati incendium, ac tyrannidem oppreſſit, ſed & carnem ſpiritualiorem reddidit.* Hinc Suſanna olim Chriſtiana præcoqua, Hic verſ. 34. & 35. ſiccis oculis mortis ſententiam audit, quæ ad Senum attactum illacrymat; acerbiùs ferens virorum contingi manibus, quàm exitiales lapidum imbres. *Sic carnem ſpiritualem reddiderat!*

4. Ioan. 1. v. 14. Ioannes 1. totam diuinæ corporationis œconomiam hac ſententiâ compendiauit: *Verbum caro factum eſt.* *τὸ caro* hîc, vti paſſim in Scripturâ per Synecdochen Hebræis familiarem, ſignificat totum hominem: quaſi dicat. *Verbum factum eſt caro*, id eſt, Filius Dei factus eſt homo. Similì modo potuiſſet S. Ioannes dicere: *Verbum Dei factum eſt anima*, id eſt, homo animatus & viuus. Opinor, ad diuinæ incarnationis pompam tanto myſterio dignam, congruentiùs foret, vt *anima* diceretur, quàm *caro*: maluit tamen Euangeliſta oſtendere quantum Dei benignitas, noſtri amore, pro nobis ſeſe exinanierit; ſcilicet quòd Deus factus ſit *caro* abiectiſſima & infima, vt nos ex carne per concupiſcentiam & peccatum corruptiſſimâ, fieremus quaſi Dij & Filij Dei, ipſique Deo conſanguinei, ita ex Cyrillo & Chryſoſtomo ibidem S. Cyrillus. S. Chryſoſt. Cornelius. Aliam opportunè rationem adducit Auguſtinus epiſt. 120. ad Honoratum: Cornelius. S. Auguſt.

O homines, inquit, *nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei, quia & ipſe Filius Dei, hoc eſt, Verbum Dei caro factum eſt, & habitauit in nobis: reddite vicem, efficiamini ſpiritus, & habitate in illo, qui caro factus eſt, & habitauit in nobis.* Scilicet caro vniuerſatim de cognato vitiorum lenocinio, apud homines malè audit, quaſi periculoſa de virtutum hoſtilitate, & pugnâ contra ſpiritum. Ergo Dei Filius non dicatur factus *anima*, ſed *caro* factus, vt carnis ignominiam (licet à labe contagionis exemptam) aſſumens, quin deſinat eſſe Deus, ſpem carnalium hominum erigat, vt Dei filios fieri obnixiùs contendant. Quaſi dicat: Dei Filius caro factus eſt; *reddite vicem, efficimini ſpiritus, nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei.* Nemo iam exiuceps carnem cauſetur, ex quo audiuit de conſultiſſimo Euangeliſtæ ore: *Verbum caro factum eſt.*

Verbum dicitur caro factum, ne propter carnem homo, Dei filium fieri deſperet.

5.
Ad Coloſſ. 3. v. 5.

Ad Coloſſeuſes 3. ita ſcribit Apoſtolus: *Mortui enim eſtis*, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quid ergo ex eo qood homines videt in Adamo mortuos, Paullus infert? *Mortificate ergo*, inquit, *membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam*, &c. Sed obiiciunt Interpretes, Si Paullus verſ. 3. dixerat, *Mortui eſtis*, quomodo ſtatim hîc verſ. 5. dicit: *Mortificate membra veſtra?* Quæ ſunt hæc *membra*, quæ poſtquam homines in Adamo mortui ſunt, ſunt *mortificanda*, quaſi adhuc viueſcant? Opinor, cum proceribus Interpretum, hæc *mortificanda membra* eſſe carnem ipſam, carníſque appetitiones, nempe libidinem, concupiſcentiam, &c. hæc enim ſunt quaſi membra veteris hominis, id eſt, terreſtris Adæ, in qoo mortui ſumus; ſed per carnis mortificationem in Chriſto viuificandi, vt in nobis manifeſtetur vita Ieſu, & in illo, & per illum viuamus, mundo, carni, & concupiſcentiæ mortui. S. Gregorius magnus exponens illud 1. Regum 2. *Dominus mortificat & viuificat*, ſic ad rem eleganter ſcribit: *In his verbis etiam ordo notandus eſt: priùs quippè mortificare dicitur, deinde viuificare; quia niſi ſeculo,* (carni etiam, & concupiſcentiæ) *moriamur, Deo viuere non valemus. Vnde is qui ſe mortificatum & viuificatum meminerat, loquebatur dicens: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuebat, ſed non mundi vitâ, quia dicebat: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Mortificatum ergo & viuificatum eſſe, eſt præſentia nulla concupiſcere, & æterna deſiderare.* Itaque homo & in Adamo, & per propria peccata ac vitia mortuus, carnem, carniſque membra ſtrenuè mortificare adnitatur, vt carni, carnalíque concupiſcentiæ per mortificationem mortuus, Deo viuat; dum emortua concupiſcentiis carnalibus caro, velut carnem deſueſcens, in ſpiritualem transformatur. *Quemadmodum qui ſpiritu erecti, & veluti vitales viuunt, ij & corpus quoque ſpirituale efficiunt*, vt ex Chryſoſtomo nuper dicebamus.

Cornel. ibi.

1. Reg. 2. v. 6.
S. Gregor.
Homo per peccatũ mortuus, mortificandus eſt, vt viuat.

S. Chryſoſt.

***

§. CLXXIII.

Modica delicta, præſertim iterata, non modicè nocent.

1.
S. Chryſoſt. homil. 14. in ad Epheſ.
Leuis culpa offert Diabolo aditum, quem ſenſim amplificat.

QVandiu lapides benè compacti ſunt (ait Chryſoſtomus) *nihilque vacuum inter ſe habent, firmi & infracti perſtant: ſi verò vel foramen acûs dumtaxat, quod vtrinque penetret, aut ſciſſura, quæ capilli locum habeat, fieri contigerit, omnia diſſoluuntur, ac pereunt. Ita & Diabolus donec compacti quidem, ac benè compoſiti fuerimus, nihil ſuorum omninò poterit inferre. Quamprimùm verò vel modicum nos relaxare poterit, non aliter quàm quaſi quidam torrens toto impetu infundi tur. Nam vbique illi ſolus dumtaxat initÿs opus eſt. Si verò nactus fuerit initium nocendi, omnia ſibi ſubinde ſuopte ingenio vaſtat, & amplificat.* Ne leue videatur, magnum Dæmoni aditom demum pandere. Leues rimulas ſagaciſſimè perſcrutatur, & ſollerter obſeruat, per eáſque ſenſim ſe totum latè infert. Quiſquis vel leuem aditum Diabolo dare negligit, quin illum confeſtim obturet, citò fiet Diabolorum hoſpitium. Maceriæ rimulas torrens quærit, quas ſenſim ſubruens, magno impetu feratur, & amplificato alueo, omnia miſerè deuaſtat. O caue à veniali culpâ, quæ vel anguſtum aditum Diabolo pandit, mox amplificandum, miſerrimâ conſcientiæ ruinâ!

2.
Eccli. 19. v. 1.

Sudata eſt illa Siracidis gnome, Eccleſiaſtici 19. *Qui ſpernit modica, paullatim decidet.* Patres Eccleſiæ, & paſſim Commentatores adaptant peccatis leuibus: quaſi dicat: Qui ſpernit peccata leuia & venialia, ſenſim defluet, & tandem incidet in grauia & lethalia. Vnde ſeriò monent fideles omnes, vt ſtudioſè defectus veniales etiam minimos caueant. S. Auguſtinus lib. 1. de Moribus Eccleſ. c. 24. *Quid*, inquit, *proferri manifeſtius contra iſtam dormitationem animi poteſt, per quam fit vt non ſentiamus quaſi minutatim ſerpentem perniciem, quàm illud quod à Propheta dictum eſt: Qui ſpernit modica, paullatim decidet? De quá ſententiá ſi opportunum eſſet feſtinantibus, copioſiſſimè diſputarem: atque id ſi à nobis nunc ſuſceptum munus flagitaret, fortaſsè demonſtraremus quàm ſint alta myſteria, quæ impertiſſimi & ſacrilegi homines deridendo, non illi quidem paullatim iam decidunt, ſed magno lapſu præcipites eunt.* Geminatum culparum leuium elogium non bonum poblicat: Primum, quòd *non ſentimus quaſi minutatim ſerpentem perniciem.* Quis caueat malitiam, quæ ſenſim ita ſerpit, vt *non ſentiatur?* O, ingenia ſenſuum ne ſopita ſint, qoominùs hanc perniciem minutatim ſerpentem, & præſentiant, & ſentiendo vigilanter excutiant. Inſenſilis malitia, nocentior pernicies eſt. Caue cum Suſannâ, quæ ſic grauatè tulit leuem capitis attactum, vt ad illum illacrymarit, quæ ſiccis oculis mortis ſententiam audiuit innoxia. Secundò addit Auguſtinus, quòd leuibus colpis adſuetus, non modò *paullatim iam decidit, ſed magno lapſu præceps it*: nam qui paullatim cadere incipit in loco decliui, vix, aut ne vix qoidem vſque ad infimiſſimam ruinam ſe

S. Auguſtin.
Magna eſt venialium culparum pernicies, quarum ad illam inſenſiles ſumus.

Hic verſ. 34. & 35.

Per leues culpas irreuocabili deſſu ruimus ad grauest

Euſeb. Gall. ſe tenere ac ſiſtere eualet. Eleganter Euſebius Gallicanus homil. in initio Quadrageſimæ, ita fatur: *Qui minima ſpernit, paullatim decidit. Difficile eſt vt non cadere in grauia permittatur, qui minùs grauia non veretur. Periculoſus morbus eſt malæ conſcientiæ vſus, & irreuocabilis ad deteriora deſcenſus.* O! qui leues culpas frequenter & aduertenter admittit, *paullatim decidet magno lapſu præceps irreuocabili deſcenſu?* Quid tam ſceleroſè minax, quàm non *ſentire*, cùm ad *magnum lapſum*, & *irreuocabilem deſcenſum* paullatim, & quaſi per ſuos gradus *præceps* ruit. Ergo cum Suſannâ ſollicitè minima præcaue flebili horrore.

3\. Iſaiæ 43. v. 24. S. Hieron. LXX. Interp. *Dei miſericordia laborat, vt peccatores à ſuâ iuſt. defendat.*

Iſaiæ 43. hæc Dei vox auditur: *Seruire me feciſti peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Iuxta S. Hieronymum LXX. Interpretes ita vertunt: *In peccatis tuis defendi te, & quaſi hyperaſpiſtes ſcutum me pro te ira Dei oppoſui.* Perinde ac ſi Deus clemens & parcens pugnet contra ſe, ſuámque iuſtitiam flagitantem vt iuſtâ vindictâ peccata & peccatores plectat. Addit Hieronymus ibi explicans hanc LXX. Interpretum verſionem: *Quaſi labor ſit Dei & laſſitudo defendere peccatores.* Hic verò Dei labor, quo in hominum peccatis fatigatur, ſic ad rem luculenter indidem exponit Oleaſter:

Oleaſter. *Quantum Deus in ſuſtinendis leuibus hominum culpis laboret.*

Quàm nihil ſunt ea quæ propter Dominum facimus, aut patimur; & quàm multa & grauia, quæ ipſe patitur pro nobis, optimè hîc nobis ipſe oſtendit. Plus enim Dominus ſuo modo laborat, peccatum vnum noſtrum etiam minimum ferendo, quàm ſint omnes labores quantumcumque graues, quos ferimus propter peccata noſtra; expende quantum malum peccatum ſit, quod facit Deum laborare, & ſeruire. Leuem dicimus noxam, in quâ ſuſtinendâ ſic *laborare & laſſari* Deus dicitur? Sic vel de peruerſo Dei armat offenſam, quam homo tanquam leuem negligit, & præ leuitate contemnit? Plus laborat Deus ſuſtinendo *Minima peccata* hominum, quàm homo ob culpas grauiſſimas, & acerbiſſimas pœnas illarum appendices. Hinc taxa quàm graue malum, leue peccatum ſit. (Loquitur Propheta de Deo anthropopathῶs.

4\. Eccli. 7. v. 34. Cornel. Cornelius ibi.

Eccleſiaſtici 7. ſalubriter nos admonet Siracides: *De negligentiâ tuâ purga te cum paucis.* Græcè pro τῇ *negligentiâ*, ſcribitur, *de delicto ignoranter commiſſo.* Quaſi dicat: Paucos adhibe ſocios vel teſtes cùm victimam offers pro purgatione vel exigui delicti: tum vt famæ tuæ & pudori conſulas: in ſacrificio enim debebat fieri confeſſio delicti, eáque particularis: tum, vt aliis ſis exemplo, ne eos confeſſione tui delicti ſcandalizes, & ad illud imitandum publicatione inuites. At Vuerricus inibi putat adludi ad illud Pſalmi 16.

Pſalm. 16. v. 14.

Domine à paucis de terrâ, diuide eos in vita eorum, ſic opportune fatus: *Omninè*, inquit, *ſi de negligentia nos purgamus, de paucis eſſemus: nunc autem quoniam non modo minima, ſed & maxima negligimus, longè à paucis de terra diuiſi ſumus.* Proh! inter paucos de terrâ computatur, qui de *negligentijs*, & culpis leuibus ſe emaculare ſatagit? Sic gregatim leuia peccata negligimus? Ecquis eſt, qui animitus computet, quàm grauatè ferat Deus vel minimis culpis offendi? quámque in leuibus peccatis ſuſtinendis grauiter laboret? O, exſomni curâ potiùs laboret homo, vt inter hoſce pauculos computetur, qui vel minimas *negligentias* præcauent, vel negligenter non cautas, ambitioſo pœnitentiæ ſqualore emaculant, & crebrò confeſſione expiant.

De paucis eſt, qui negligentias præcauent, & expiat.

1\. ad Corinthios 1. ſic Paullus ſcribit: *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem,* &c. id eſt, penitiùs diſquirite, & attentiùs conſiderate rationem & modum vocationis veſtræ, & inſtituti ad quod vocati eſtis. Diſtrictior enim eſt Euangelij diſciplina, quàm in illo vel modica negligere debeatis. Mundum fugimus, ne mundi fuligine denigremur, etſi flammâ non comburamur. Mundum fugimus; nihil ergo mundi nobis ſuperſit: *Nos illi laudabiles eremitæ* (ait Emiſſenus,) *qui extrà mundum nos credimus, mundum intra nos incluſum tenemus. Ac ſic animæ illæ quæ poſſeſſio efficiuntur ſeculi, non poſſunt effici regnum Dei. Ideóque fratres, videte vocationem veſtram. Venire quidem ſic ad eremum, ſumma perfectio eſt: non perfectè in eremo viuere, ſumma damnatio eſt. Quid prodeſt, ſi in loco quies teneatur, & inquietudo in corde verſetur? ſi in habitatione ſilentium ſit, & in habitatoribus vitiorum tumultus, & colluctatio paſſionum?* Heu in eremo non perfectè viuere, ſed de certamine cum paſſionibus adhuc viuaciùs ſubſultantibus, crebrò leuia peccata negligenter admittere, *ſumma damnatio* reputatur? ad hoc barathrum repetitus lapſus paullatim præcipitat? O time, quiſquis virtutem amas!

5\. 1. Cor. 1. v. 26.

Emiſſenus de Epiphan. homil. 4. *Non perfectè in Euangelij perfectione viuere, ſumma damnatio eſt.*

6\. Deuter. 30. v. 11. &c.

Deuteronomij 30. poſt latam Dei legem, hæc illius clauſula auditur: *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſuprà te eſt, neque procul poſitum,* &c. vt poſſis dicere: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre: *vt poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt?* Quaſi dicat: Quod ego præcipio, non ſuprà te eſt; ſit in corde, & erit ad manum. Scio hominum vires: non potes ergo te excuſare, aiens: Illud non poſſum attingere, quia ſuprà vires meas eſt, atque adeò vltra poſſibilitatem. Eleganter Emiſſenus hom. 8. ad Monachos: Propter amorem Domini noſtri, ait, ad relinquendos dulces affectus, & chara pignora fortiſſimi fuimus, iucundiſſimos piiſſimorum vultus parentum quaſi odiſſemus, ita fugimus. *Bellum quodammodo pietati ipſi indiximus; & nunc ad declinandas Negligentias, ad expugnãda leuiſſima vitia infirmi ac deſides ſumus: in abdicanda ſeculi iucunditate tam magna præmiſimus, & nunc obtrectare, moueri contra vilia, inſuper & in hominem iraſci, & ſcandalizari, hæc vincere impoſſibile, ac ſupra humanam putamus eſſe virtutem. Sed quòd nunc in minoribus cedimus, per vitia noſtra ipſi nos accuſamus. Docemus enim quod quicquid nunc agimus, non impoſſibilitatis eſt, ſed teporis.* Tepor itaque noſter in *declinandis negligentijs, & expugnandis leuiſſimis vitijs, impoſſibilitate* malè excuſatur. Inuidioſus es tibi, naturæ, & gratiæ, cùm deſidiam tuam, & iners virtutis ſtudium, *impoſſibilitatis* penicillo coloras. Non velle eſt in cauſa, & non poſſe prætenditur. Enaluiſti

Pietas religioſa ipſi pietati bellum quodammodo indicit.

Euſeb. Emiſſ.

Ad euitãdas veniales noxas aduertenter factas impoſſibilitas malè prætenditur.

patrare ardua virtutis facinora, gratiæ officioſitate alacris, & ad vitandas leues noxas aduertenter admiſſas, *impoſſibilitatem* cauſaris? Velis, & poteris.

7. 1. Cor. 5. v. 6. Præclara Apoſtoli vox eſt, quæ in prouerbium celebritate percrebuit: *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit*; exiguo enim acore reſperſa, tota tumet, & inacreſcit.

Petr. Dam. Appoſitè Petrus Damianus Apolog. cap. 7. perſtringens Religioſos, qui pauculas pecunias apud ſe retinebant, dicentes rem eſſe modicam: *Si tenuiſſima*, inquit, *veneni ſtilla pondo oleris aheno diffunditur, nónne totum, eſculentum licet, edulium prorſus abominabile indicatur? Si ergo perexigua mala, largiſſima ſæpiùs bona corrumpunt; quo pacto te de lenocinante conſcientia iactas, quia minimum eſt, quod contra profeſſionis tuæ propoſitum priuatâ proprietate poſſideas? Nam iuxta Apoſtolum: Medicum fermentum totam maſſam corrumpit.* O! modicus defectus, minuta veneni ſtilla reputatur, quæ eſculenta ac poculenta omnia non modicè toxicat?

Modica noxa fermento, & ſtilla veneni aſſimilatur.

---

§. CLXXIV.

Sic cauenda ſunt minora peccata & vitia, ac maiora; quæ à minoribus ſemper incipiunt.

1. S. Iſid. Peluſ. SApienter nos admonet S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 324. *Vide quæſo*, inquit, *quomodo affecti erimus, qui coram tota humanitate, & Angelorum pulchritudine cauſſam dicemus: cùm præſertim omnis etiam inuerecundia locum non reperiet; peccatis nos, velut vmbra corpus ſolet, conſequentibus.* Sicut vmbra quodlibet opacum corpus conſequi ſolitat; ſic humanum corpus terris affectibus & paſſionibus materiatum, peccatum conſequi ſolet. Caue igitur vt nigram lethalis peccati vmbram faciat corpus tuum: præcaue etiam vt ſubnigram, & planè fuſcam ac luridam venialis noxæ aduertenter admiſſæ, vmbram facias; ne in vmbram mortis paullatim degeneret; & plus trahens à corpore, corporeiſque vitiis, totam in te virtutum pulchritudinem obſcuret, fœdet, ſordidet. O, vel vmbram peccati time, quò poſſis apparere coram Angelicâ ſplendide venuſtate, illámque de fulgoribus æmulari.

Vmbra etiam peccati, quam corpus facit, timenda eſt.

2. Matth. 5. v. 3. Ægyptius. Cornelius. Matthæi 5. hæc nona retrò ſeculis vox auditur: *Beati pauperes ſpiritu*: (Ægyptius *in ſpiritu*) *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Beati hîc dicuntur *pauperes* non omnes, nec qui inuitè, aut miſerabili mendicitate ſunt pauperes, aut ex vana gloriâ, aut ex liberiùs philoſophandi ſtudio, vt Diogenes, Ariſtides, & Crates Thebanus: ſed *ſpiritu*, ſiue *in ſpiritu*, id eſt, laudabili voluntate à Spiritu ſancto inſpiratâ: cùm ſcilicet paupertas propter Deum & regnum cælorum ſpontè quæritur, aut ſuſcipitur. Triplices itaque ſunt pauperes, primò cenſu, vt mendici; ſecundò non cenſu, ſed ſpiritu, vt Abraham, qui cenſu erat diues, ſed ſpiritu & affectu pauper; tertiò cenſu & ſpiritu, vt Religioſi, qui ex amore paupertatis eam vouent, & bonis omnibus ſe abdicant. Sed ſciſcitari sagaciùs lubet, quare huic paupertatis beatitudini præ reliquis, addatur τὸ *in ſpiritu*. An non luctui, eſuriei, mititati, &c. addi etiam debuit, *in ſpiritu*? Niſi fortè, qui malè luget, & peiùs eſurit, & inconſultè miteſcit, indifferenter beatur. Opinor, habendi apperentia viuaciùs ad habendum inſtigat; adeò vt vel minima ardenter concupiſcat: quare *in ſpiritu* habenda eſt, quò aminitus reſecetur, euellatur, extirpetur. Quâ de re ſic ad rem præſentem opportunè Euſebius Emiſſenus homil. 4. ad Monachos philoſophatur: Nihil, inquit, habere, interdum res neceſſitatis eſt: nihil verò cupere, res virtutis, ideò hunc ſibi ſpecialiter modum religioſus debet imponere, vt tantum habeat, quantum neceſſitas poſcit, non quantùm cupiditas concupiſcit. *Habendi enim amor niſi ad integrum reſecetur, ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis: & niſi ex corde atque affectu pauper ſis, paupertas ipſa non virtus, ſed miſeria indicanda eſt.* O bene! Sic ſtrenue repugnandum eſt minimis cupiditatibus, & paruis animi vitiis ſic animosè obſiſtendum; quia modica interdum immodicè ad ſe prolectant, & importunè ac viuaciſſimè conſenſum alliciunt, trahunt, arpagant. Non eſt paruus hoſtis, de quo ita pugnaciter victoriandum eſt. Vitiorum fibras homini medullitus intertextas reſecare, Herculei roboris facinus eſt: faciliùs Gordium nodum, quam hæc minutula fila extrices. Carnes animi (vt ſic loquar) illis adhæreſcentes ſimul euelles. Sic nobis vitia medullitus conuiſcerantur! *Habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis.* Idem de vitiis reliquis iudicium eſto, tametſi in re cupiditatis hic affectus viuacior & ardentior ſit: quapropter in re paupertatis notanter exprimitur.

Euſeb. Emiſſ.

Habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis.

Non hîc morabor Interpretes, an illa vox 3.
Canticorum 2. ſponſi an ſponſæ ſit: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Cant. 2. v. 15. Aſtuta fraudulenter animalcula procul à ſpecioſe floridâ vineâ ſponſus arcenda ſatagit, ne morſu aut halitu illius fructum malè depopulentur. Aſt vulpes paruulæ parum nocebunt. Quin nec vulpes paruulæ nec grandiores nocent vineæ florenti, quæ non tam frondes ac flores carpunt, quàm vuas iam mitiùs maturas. Hoc dubium proponit Sanctius inibi num. 73. Sanctius. his verbis: *Atqui, dices, cur ſponſus ideò capi vulpeculas iubet, quia vinea floret, ſi florenti vinea vulpis infeſta non eſt? Reſpondeo, hoc eſſe prudentis patris familias prouidum conſilium: nam cùm in vinea florente ſeſe iam oſtenderet ſpes vbertatis; ne poſtquam erumpentes tunc vuæ matureſcerent, in illas fugax illud animal inſiliret, extingui iubet maturè, ne poſtea nihil proficeret ſera prouidentia.* Scilicet exiguæ videntur vulpeculæ, & inde læſura minùs cauenda; præſertim cùm floribus minimè paſcantur vulpeculæ: hinc tamen magis elucet cura prouida ac ſollers, quæ vult exiguas etiam vulpes capi, id eſt, exiguos defectus maturè abigi, & præfocari, & ſi non morſu, ſed halitu tunc vel tantillum noceant. *Nam in re ſpirituali à minimis quoque cauendum eſt;* Idem Sanct.

A vulpeculis paruis maximè cauendum, cum vinea floret.

maximè

maximè ſi eius ſint natura, vt augeri poſſint, vt idem inibi Sanctius aduertit. Quare vulpeculæ etſi paruæ, iam *demoliri vineas* dicuntur, non quia florentem vineam tunc deuaſtent, ſed quia vel leuis læſura non leuiter lædit, cùm grauiorem oppigneret. Sic vulpinus leuium noxarum aſtus præcauendus eſt, ne ſenſim conſcientiam *demoliatur*, quæ velut cultior vinea ſponſo floret. S.Chryſoſt. Aptè Chryſoſtomus hom. in Pſalmum 6. *Quando ergo*, inquit, *paruam animi perturbationem ſuſceperis, ne eam neglexeris, quòd parua ſit, ſed conſidera quòd id, quod ex eâ alitur, maxima mala parit...... Nam ſi fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius. Ne ſimus ergo in paruis peccatis ſocordes, ſed ea reprimamus cum magnâ vehementiâ, vt liberemur à maioribus, & bona futura conſequamur.*

Purpuratus Vates ſic occinit Pſalmo 136. Pſalm. 136. v. 9. Filia Babylonis miſera. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Per Babylonem, nequitiæ principatum Propheta intelligit; & inſigniter beat, qui eius *paruulos* ad petram allidat, id eſt, malè concidat, & penitus perdat. Ariſtoteles 6. Politic. Sapienter dixit Ariſtoteles, *Puſillum malum non attenditur*: puſillum autem malum non eſt, quod de Babylone, id eſt, de malitiæ metropoli ortum habet, etſi modicum videatur: & qui illud præfocat, illidit, ac perimit, *beatus* prædicatur. Miriſſima ſanè eſt populi Dei ira, quæ velut parcens adultis, in *paruulos* Babyloniæ deſæuit: S. Auguſtin. *Qui ſunt* (ait Auguſtinus) *paruuli Babylonia? Naſcentes malæ cupiditates. Sunt enim qui cum vetere cupiditate rixantur.* Hieron. Et S. Hieronymus ad Euſtoch. de cuſtodiâ virginit. *Dum paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia (ne zizania creſcant,) elidatur in ſemine. Audi Pſalmiſtam dicentem: Filia Babylonis miſera: beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petram: petra autem erat Chriſtus.* Totus hîc Prophetæ furor ſæuit in paruulos, in paruulos moraliſſimè ferocit: nam puſillum malum vt non attenditur, ſic contemnitur; & inde totam malitiam Babylon per puſilla & minima incautis inſtillat. Grandioribus malis cognatus eſt horror: caue à puſillorum minis, ne ſenſim grandeſcant, & conſuetudine inſoleſcant.

Cur in paruulos Babylonis, potiùs Propheta deſæuit?

5\. Matth. 5. v. 20. Matthæi 5. hac de re ſic nos ſalubriter admonet Chriſtus: *Qui ergo ſoluerit* (violarit & tranſgreſſus fuerit) *vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* In comperto eſt, leuia quædam eſſe in lege veteri; & licet à Deo præcepta eſſent, tamen obligaſſe tantùm leuiter ad peccatum veniale, omninò veriſimile eſt. Qui ergo hæc minima violauerit, & ſuo exemplo violanda docuerit, *minimus vocabitur in regno cælorum*, id eſt, in Eccleſiâ. Nimirùm Chriſtus in τὸ *minimus* alludit ad τὸ *minimis mandatis*: ludit enim amphibologicè, ſed eleganter in voce *minimus*. Quaſi dicat: Qui *minima* mandata, tanquam vilia, & nullius momenti obſeruare negligit, & contemptim violatione tractat; hic, hic inquam, in Eccleſia, *Minimus vocabitur*, vltimus habebitur, vilis reputabitur, contemptui erit in cælis, quaſi hominum poſtremus. Vnde ſanctus Chryſoſtomus, & ex eo Theophylactus, *minimus* interpretatur *nullus*. S.Chryſoſt. Theophyl. Qui enim aſſiduè mandata *minima ſoluit*, tam parum diſtat, vt magna violet, vt ferè iam *nullus* in regno cælorum cenſeatur. Sapienter Auguſtinus lib. 1. de ſerm. S.Auguſtin. Domini in monte, cap. 15. & 16. apud Catenam: *Mandata autem minima*, inquit, *ſignificantur per vnum iota, & vnum apicem. Qui ergo ſoluerit, & docuerit ſic, ſecundùm quod ſoluit, minimus vocabitur in regno cælorum. Et fortaſsè ideò non erit* (in regno cælorum, inquam,) *quia ibi niſi magni eſſe non poſſunt.* Sic aſſidua minimorum violatio, Magnorum tranſgreſſioni vicinatur, vt voculam *fortaſſè* appoſuerit Auguſtinus, de illius damnatione aut ſalute anceps. Sic eſt periculoſum legis vnum iota, aut vnum apicem negligenter ſoluiſſe!

Qui minima violat, minimus aut nullus dicetur. quare?

At dices: Qui mandata *minima* ſoluit, 6. *minimus*, ſiue *nullus* dicitur in regno cælorum, Matth. 5. v. 20. quaſi eiuſmodi violatione à cæleſti regno præmaturè excluſus: ergo perinde eſt, *minima* mandata ſoluere, ac maxima violare; peccatum veniale aduertenter committere, ac lethale ſcelus flagirioſè patrare. Non ita ſanè. S. Bernard. Appoſitè Bernardus de ordine vitæ, ſub finem: *Mens Deo dicata ſic caueat minora vitia, vt maiora: quia à minimis incipiunt, qui ad maxima prorumpunt.* Hæc Bernardus, à S. Iſidoro benè edoctus de Normâ S.Iſidorus. bene viuendi: *Qui*, ait, *verba mala non reprimit, ad noxia citò tranſit: & qui minima non reſpuit, in maxima valdè prorumpit: minorum námque culpa maiorem generat. Particulatim creſcunt vitia, & dum parua non cauemus, in magnis prolabimur. Minora itaque deuita, & ad maiora non deuenies.* Benè monentem ſequere. Hæc minimorum defectuum cautela diligens & attenta, maximè elucet in Suſannâ; Hîc verſ. 34. & 35. quæ ad capitis attactum, quem vitare non potuit, opplorat; & probroſæ mortis ſententiam ſiccis oculis audit; quaſi grauatè magis illud tulerit.

Sic minora vitia, ac maiora ſunt cauenda. quare?

§. CLXXV.

Euangelica perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt.

1\. Plin. lib. 35. cap. 10. PRothogenes Rhodi viuebat, quò cum Apelles adnauigaſſet, auidus cognoſcendi opera eius famâ tantùm ſibi cogniti, continuò officinam petiit. Aberat ipſe, ſed tabulam magnæ amplitudinis in machinâ aptatam picturæ, anus vna cuſtodiebat. Hæc Prothogenem foris eſſe reſpondit, interrogauítque à quo quæſitum diceret. Ab hoc inquit Apelles: arreptóque penicillo lineam ex colore duxit *ſumma tenuitatis* per tabulam. Reuerſo Prothogeni, quæ geſta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus cõtemplatum *ſubtilitatem*, dixiſſe Apellem veniſſe: non enim

Apelles in tenuiſſimâ lineâ, Prothogenem vincit.

cadere in alium tam *abſolutum opus*; ipſúmque alio colore *tenuiorem lineam* in illâ ipsâ duxiſſe, præcepiſſéque abeuntem, ſi rediſſet ille, oſtenderet, adiicetétque, hunc eſſe quem quæreret: atque ita euenit; reuertitur enim Apelles, ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens ampliùs *ſubtilitatis* locum. At Prothogenes victum ſe confeſſus, in portum deuolauit hoſpitem quærens. *Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi, omnium quidem, ſed artificum præcipuo miraculo.* Hæc Plinius. Vbi vides aſpectabile argutioris peritiæ argumentum, nun in tabulæ amplitudine, ſed in lineâ tenuiſſimè ſubtiliori meritò ſuſpici, & poſteritati admirandum & æmulandum conſultiùs tradi. Tradit etiam Scriptura ſacra tabulas Patriarcharum, & ſanctiſſimarum Heroidum, quas vel in minimis (quibus abſolutior perfectio conſtat) admiremur, & pro virili æmulari adnitamur. Hoc conſilio poſt aliquot Heroïnas matronali virtute inclytas, Suſannam proponimus, vitâ comite daturus reliquas; vt vel de minimis, id eſt, de tenoiſſimis & ſubtiliſſimis earum lineis, virum ſanctitate perfectum in nobis operando, in aliis adhortando delineemus. Porrò in te virtutis quod cenſetur tenuiter minimum, abſolutiſſimæ perfectiunis cenſus eſt. Non tabulæ amplitudo Prothogenis, ſed Apellis ſubtilior linea, ideale artis miraculum reputatur.

Conſummata rei perfectio, rebus minimis ac tenuiſſimis conſtat.

2. Prouerb. 7. v. 2.

Salomon Prouerbioru͂ 7. ſic nos ſalubriter adhortatur: *Fili ſerua mandata mea, & viues: & legem meam quaſi pupillam oculi tui.* Senſus eſt: Tam tibi cordi & curæ ſit legis exactiùs obſeruandæ diſciplina, quàm eſt pupilla oculi, quam vt teneram pupulam & virgunculam ſummè diligis, & magnâ ſollicitudine cuſtodis. Addit inibi Cornelius: Sicut pupilla licet parua, in ſe res omnes, quin & cælum mundúmque contiuet & comprehendit: ſic lex & diſciplina licèt in rebus paruis ac minutulis ſita videatur, tamen in ſe continet omnem honeſtatem, omnem virtutem, omne bonum, quin & cælum & beatam æternitatem, perennémque felicitatem, & omnium ſanctitatum conſummatam perfectionem.

Cornelius.

Saluianus.

Conſcientia, ſicut oculi pupilla, leui pulwiſculo no͂ leuiter læditur.

Eleganter Saluianus lib. 3. de Prouidentiâ ita ad rem philoſophatur: *Perfecta & ſinceriſſima ſanctitatis volens cultores ſuos facere Saluator, iuſſit ab his cautiſſimè etiam minima vitari; & vt quàm pura eſt pupilla oculi, tam pura eſſet Chriſtiani omnis vita: vt, ſicut ſaluâ intuitus incolumitate pulueris labem in ſe oculus non reciperet; ſic vita noſtra labem in ſe penitus non haberet.* Pretioſe tenera eſt pupillæ valetudo, & magnâ ſollertiâ vel tenuis puluiſculus arcendus eſt, ne læſuram non modicam faciat; ſic minutula labes præcauenda eſt, & conſcientia velut oculi pupilla tractanda. Profectò ſi ita exactè cuſtodierimus legem Dei, vt pupillam oculi, ipſe Deus viciſſim cuſtodiet nos vt pupillam oculi ſui, iuxta illud Zachariæ: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quæ ſanè res eſt miræ conſolationis, ſpei, aliquique inæſtimabilis. Quocirca pro ea inſtanter orat Dauid, aiens: *Cuſtodi me vt pupillam oculi;* Hebraicè, *quaſi pupillam filiam oculi.* Pupilla

Zachar. 2. v. 8.

Pſalm. 16. v. 8.

Hebræus.

enim eſſe videtur filia oculi, quia in eo, & quaſi ex eo enata, imaginem filiolæ ſeu virgunculæ repræſentat. O quàm exſomni cuſtodiâ filia virgo à parentibus cuſtodiri ſolitat! ſic vel minutior labecula præcauenda eſt.

Lex, velut virgo ſeruanda eſt.

3. Matth. 10. v. 14. Cornelius.

Matthæi 10. ſic Chriſtus Apoſtolos ad prædicandum mittendos inſtituit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Et quicumque non receperint vos, neque audierint ſermones veſtros: *exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris,* vel ſandalia excalceando, eáque inter ſe collidendo, vt puluis ex iis excutiatur: vel ſandalia applodendo ad terram, aut ea affricando ad lapidem, vel lignum aliquod, vt puluerem extergerent. Et notat Abulenſis quæſt. 83. bis id faciendum, ſemel in vrbe, iterùm extra vrbem. Quare res excutiendi pulueris adeò minuta, tam ſeriò à Chriſto Diſcipulis iubetur? Plures cauſſas adaggerant ſancti Patres, & interpretum Proceres, & nos aliquas ſpatſim ethicè dedimus. Sanctus Hilarius ibi, ſic fatur: *Excutite puluerem de pedibus veſtris. Exiſtenti enim in loco, cum loco videtur eſſe communio. Totum ergo quod eſt illius domus excuſſo puluere pedum, relinquitur: nihilque ſanitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigiis mutuatur.* Nota cautelam vel in re minutiſſimâ, & quæ videri poſſet nimia aut ſupernacua. Nempe locus, vbi peccatores habitant, adeò debet eſſe ſuſpectus de ſceleroſi contagij aliquâ communione, vt non tantùm declinandus ſit, ſed & puluis illius ſemel & iterùm è pedibus excutiendus. Addit exaggeratiùs, *Nihilque ſanitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigiis mutuetur.* Cùm enim Apoſtoli gratiam ſanitatum accepiſſent à Chriſto, cautè timetur, ne ſi fortè eorum *veſtigia* operentur *ſanitates*, vel in re miraculi aliqua communio intercedere videatur; quæ miraculi patratores quodammodo culpet. Timeat ergo *pupilla* puluerem, quem vel *pes* excutere iubetur. O, virtus perfecta ſic eſt in minimis cauta!

Abulenſis.

Vel puluis vrbis peccatricis excutiendus eſt, quare?

S. Hilarius apud Caten. S. Thomæ.

4. Pſalm. 118. v. 4. S. Auguſt.

Pſalmo 118. ſic legiſlatorem Deum Dauid alloquitur: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Benè indidem addubitat Auguſtinus, à quo reliqui exinceps Commentatores: *Quid eſt, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Vtrùm nimis præcepiſti, an nimis cuſtodiri? Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobilémque ſententiam dictum videtur. Ne quid nimis. Si enim hoc verum eſt, vt ne quid nimis fiat, quomodo verum eſt quod hic dicitur, Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis? Quando Deus aliquid vel nimis præciperet, vel cuſtodiri nimis vellet, ſi omne nimium reprehenſione dignum eſſet.* Reſpondet inibi Origenes, in Catena Græcorum Patrum apud Corderium: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Eſt vehementer & eſt placidè cuſtodire mandata Dei. Vel vehementer præcepis Deus cuſtodiri mandata ſua*, putà placidè à nobis. Itaque *τὸ nimis*, & appellat ſuprà Deum præcipientem *vehementer*, & ſuprà hominem obedientem *placidè*. quaſi Deus *vehementer*

Origenes. Corderius.

Mandata nimis cuſtodire, eſt placidè obtemperare.

vehementer expetat. vt eius præceptis *placidè*, non coactè, non externâ vi impulſi, non reluctantes obtemperemus. Hinc illud ſudatum

S. Auguſtin. ſerm. 71. de Tempore. Auguſtini de Iſaaco vinculis ligato, vt non reluctans, ſed *placida* foret victima: *Vincitur innocens hoſtia, ne offerentis deuotio putaret ſe minus aliquid exhibere, ſi impatientia doloris victima calcitraret.* Abrahamus portò Dei mandarum *nimis* cuſtodire ſatagit, ideſt, perdifficili imperio *placidè* obtemperare; adeò vt nec in ipsâ victimâ ſignum doloris, aut impatientiæ motus appareat, ſed Deo per omnia *placidè* obtemperet. Vide quàm de his minimis ſit ſollicitus Patriarcha, benè ſcius; quòd ſumma perfectio nec labeculam admittit: quippe quæ teculis minutiſſimis

Pſalm. 118. v. 8. S. Hieron. conſummatur. Quare ſubdit Propheta: *Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſqnequaque*; S. Hieronymus, *non me derelinquas vſque nimis*. Ille vſque ad nimietatem deſeritur, qui non ſolùm deuotione ſenſibili, ſed etiam fœcunditate ſpiritûs, & obſequij alactitate viduatur: adeò vt mœſtus ac ſegnis præceptum opus dumtaxat exequatur, ſpecie tenus bonum, animitus deuotionis exuccum, & inetum virtutis cadauer. Dum ergo ſic operor, *nimis* me derelictum gemo.

5. Match. 5. v. 20. Matthæi 5. ſic ad Euangelicam perfectionem Chriſtus Diſcipulos erudit: *Qui ergo*, inquit, *ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis..... minimus vocabitur in regno cælorum.* Quæ ſunt maodata maxima? quænam hæc minima? Et ſanè qui hæc violat & tranſgreditur, etſi *minima* dicantur, *minimus* in regno

Theophyl. cælorum oominatur. Theophylactus *τὸ minimus* interpretatur *nullus*; quia in regno cælorum non niſi magni eſſe poſſunt, vtpotè Reges cæli, filij Dei, & coheredes Chriſti. *Minimum* dicitur, quod in cælo *minimum*, aut

S. Chryſoſt. *nullum* facit? S. Chryſoſtomus homil. 16. in Matthæum, ita ſcribit. *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, &c. Non pro veteribus legibus hoc dixit, ſed pro his, quæ ipſe erat præcepturus, quæ quidem minima vocat, licèt*

Chriſti mandata dicitur minima, quia vſque ad minima obſeruari expetit. *magna ſint.* Putare aliquis poſſet, legis Moſaicæ iamiam abrogandæ præcepta dici *minima*, quò Euangelij mandata tacitè dici magna videantur. Non ita quidem, ſed ſua præcepta Chriſtus appellat *mandata minima*, licèt reapſe magna ſint; quia in *minimis* etiam obſeruari debent: nec *iota vnum*, aut *vnus apex* prætereundus eſt, qui non exactiùs obſeruetur. Quaſi dicat: Perfectos virtute, & ſanctitate conſummatos cupio Euangelij alumnos: ne ergo putetis erga magna duntaxat Euangelicam virtutem verſari; Euangelij negotium, etiam minimorum otium eſt. Mandata *minima*, & mandatorum conſequentias, imò & eorum obſeruandorum præuiam cautelam vobis indico; quæ ſiquis non diligenter obſeruarit, ſed oſcitanter violarit, in regno cælorum *minimus*, id eſt, *nullus* erit: qui enim *minima* contempſerit, Euangelicæ perfectionis exors erit: qui modica ſpreuerit in re virtutis, grauiora ſenſim committet; leuis enim culpa, grauioris lenocinium eſt. Profectò Dei gratia nuſquam magis, quàm in minimis tota eſt. Quod in Sanctorum Proceribus, & nunc in

P. Didac. Colada in Suſanna.

Suſannâ, matronalium virtutum ideâ cernere licet. Captiuitatis moleſtiâ, & regendæ numeroſæ familiæ operoſo negotio penè obruta, animi cauſsâ frequentat topiarium; ſed domeſticum, & poſtquam turba receſſerat. Balnea adit, vt Babylonicum æſtum leuet; ſed vel ancillas modeſtia ſequeſtrat, ianuis clauſis ſolitaria. Adeſt tribunali impuro, ſed velata, ne alienos oculos admittat. Admittere cogitur in capite impudicas Senum iudicum manus; ſed pudicè opplorat: & quæ ſiccis oculis mortis ſententiam audit, ad attactum leuem & inuitum illacrymat. Sic erat Su- Hic verſ. 34. & 35.
ſanna in minimis tota, etiam cùm de vitâ & honore res erat!

---

§. CLXXVI.

Vocalis lacryma rem miſericordiæ iure ſuo vendicat ſibi; & gehennæ incendium lacrymantibus extinguit.

Miſer homo flenda patrare ſcit, flere 1.
neſcit: *Quis*, inquit Auguſtinus, *ſtupris* S. Auguſtin.
deditus, flagitijs inuolutus, lauat per ſingulas ſerm. 7. in
noctes lectum ſuum? Neſcit flere, qui flenda Pſalm. 118.
committit, & cùm ſit ipſe lacrymabilis, non habet pœnæ lacrymas ſuæ. Innocens Suſanna flere Hic verſ. 35.
ſcit, nocentiſſimi Senes flere neſciunt. Vindex Suſannæ fletus innocentiam inuenit; innocentiam propè faceret in nocentiſſimis Veteratoribus, ſi fleuiſſent: ingruentes ipſis lapides fletu ſiſterent, & flammeam meritò, quam ſubiere, frixionem, lacrymarum extinguerent naufragio. Sanè fletus eſt culpæ naufragium, & pœnæ redemptio. Plorat inuidenda Suſanna, & flebilis Senum nequitia ſiccis oculis ſtat alacris. Flebilis eorum alacritas, meritò inuideat Matronæ fletui; quod tragœdiæ cataſtrophe veraciter cóprobauit.

Peccator flenda patrare ſcit, flere neſcit.

Pſalmo 38. Dauid tot calamitates ſuſti- 2.
nendo defeſſus, ſic flebilis Deum orat: *Exaudi* Pſalm. 38.
orationem meam Domine, & deprecationem v. 13.
meam: auribus percipe lacrymas meas. Seniuum permutatio confuſam doloris vehementiam ſubindicat. Opinor, cæcæ ſunt aures ad videndas lacrymas; & ad eas percipiendas oculi ſurdi ſunt; ad videndas verò perſpicaces. Niſi fortè adeò exundabat fletus, vt non guttatim lacrymæ per genas irent, ſed lacrymarũ riuuli ex oculis caderent. Sic forſan auribus percipi lacrymæ poſſent; ſed non vocalem ſonum, ſed ſtrepitum confuſaneum edidiſſent. Imò vocalem & linguatum ſonum fletus edit: *Auribus percipe lacrymas meas*, ait Propheta. Quæ verba ſic Petrus Damianus elucidat: *Qui enim*, B. Petr. Dam.
inquit, *non oculis attendi, ſed auribus percipi la-* de Perf. Mon.
crymas poſtulat, voces ineſſe lacrymis manifeſtè opuſc. 13. §.
deſignat. Lacrymæ nempè cùm in conſpectu pij 12. de lacrymis.
Iudicis ſupplicant, nihil haſitant; ſed ſic miſericordiam, tanquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant, & impetraſſe ſe quod petierant, confidenter exultant. Nimirùm precarius lacrymarum clamor linguatus eſt: ſua lacrymis vox ſubeſt, adeò potens ad impetrandum, vt res miſericordiæ, lacrymarum iure in negotium iuſtitiæ reformetur. Portò cum lacrymæ *in conſpectu pij Iudicis ſupplicant*,

A lacrymis res miſericordiæ redditur iuſtitiæ negotium.

cum lacryma in conſpectu pij Iudicis ſupplicant, miſericordiam tanquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant; quaſi rei dominium acquiratur lacrymarum pretio, & iuſtè piâ furacitate rei expetitæ poſſeſſionem inuadant. Vnde fletus de re quam ſupplicat, ac ſi eam iam poſſideret, *confidenter exultat*, & ſibi exultim gratulatur. O! præproperè flenti Suſannæ de incolumitate gratulemur: redemptrices enim lacrymæ ſoſpitatem anticipant, vt apud pium Iudicem, rem miſericordiæ quaſi iure ſuo præhabeant, & præmaturum dominium lacrymarum titulo poſſideant. O Suſanna lacrymando triſtiſſimè mœrens, de incolumitate quaſi iam obtenta *confidenter exulta*: ceſſat mœſtè illacrymandi cauſſa, cùm lacrymæ è diuerſo *exultationem* parturiant, cùm rei cupitæ gratiam, *tanquam rem proprij iuris ſibimet vendicent*. Et quidem laudatus hic Auctor de Suſannâ nuncupatim agit; ibi enim præſcripſerat: *Quid Suſannam memorem? quæ mox vt ad lacrymarum patrocinium confugit, protinus de manibus ad mortem ſe trahentium rapitur, in falſorum caput teſtium damnationis ſententia vertitur, & ſic per ſpiritum iunioris pueri ſanguis innoxius liberatur.*

Mœſta lacrymæ de impetratione exultent.

3\. Iob 40. de Behemoth Diaboli ſymbolo, ita ſcribitur: *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.* Ad quæ verba proculdubio adludit Petrus Cellenſis lib. de Panibus c. 12. ſic eleganter fatus: *Flumina omnia ſorbet, ſed hanc tantū aquā non ſorbet. Rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aquâ; dentes excutiuntur, fauces perforantur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur.* Vide quàm ſit hæc lacrymarum aqua Dæmonibus exitialis. Eneruis redditur Dæmon lacrymarum aquulâ potatus. Exinde ait Petrus Damianus nuper allegatus: *Lacrymantes equidem oculi Diabolum terrent, & ſic lacrymarum crumpentium expauet impetum, ac ſi procelloſi nimbi grandinem, vel furentium vndique ventorum effugiat tempeſtatem.* Lugubris placide lacrymulâ ab oculis ſudata, dum leniter æque ac ſilenter per genas it; tempeſtas ingruit Diabolis procelloſa, atrox periculum, & pauor exanguis. Per τὸ *fluuium*, noſter inibi Sanctius *torrentem* intelligit. Vnde appoſite ſubdit Damianus cauſſam, ob quam ſic lacrymas Dæmones expaueſcant: *Sicut ſpumoſi Torrentis*, inquit, *cumulus ſuperueniens cunctus alueum ſordibus purgat, ſic lacrymarum profluentium curſus ex mente fluens, & Diabolica verſutiæ ſemina, & omnes ſordentium vitiorum peſtes eliminat.* Appoſite quidem Damianus ediſſerit quam paueat Dæmon, & quàm Dæmonem cruciet humanus fletus, qui conſcientiæ inolitas ſordes ſic emaculat. Et nota, ſententiosè dixiſſe, id præſtare lacrymæ curſum, non tam ex oculis, quàm *ex mente fluentis*. Alibi forſan enucleabitur quare aſpectabiliores lacrymæ, non tam è flebilibus oculis, aut tenero deuotionis affectu, quàm *ex mente fluere*, quaſi lacryma ſit intellectûs & mentis proles; aut vera ſapientia ſit lacrymarum conceptaculum, & illarum fœcunda matrix. Generoſæ quàuerſi lacrymæ, quas *mens* parturit! Plura ſignificat quàm dicit Damianus.

Iob 40. v. 18.
Pet. Cellenſ.
Lacrymarum aqua Dæmonibus exitialis eſt. quare?
S. Petr. Dam.
Sanctius.
Non tam ex oculis, quàm ex mente fluant lacrymæ.

4\. Lucæ 15. hæc Chriſti vox auditur: *Dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Nunc præſertim appellantur Angeli *Dei*, Dei inquam, qui eſt *animarum amator, earúmque ſalutē ſitit*, ait ex Euthymio Cornelius. Quid Deus in pœnitente *ſitit*, cui potato ſic Angeli adgaudent? S. Bernardus ſerm. 68. in Cantica ita ſcribit. *Gaudent Angeli ad pœnitentiam peccatoris. Deliciæ Angelorum lacrymæ meæ.* Has Angelorum delicias, quas oculis pœnitens peccator propinat, Deus *ſitit* ad Angelicæ in cælis gloriæ nobile auctarium. Quin & ad cruciatuum apoſtatæ Angeli pœnaliſſimum incrementum. Luculenter idem Petrus Cellenſis lib. de Panibus cap. 12. *Satan*, inquit, *tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam, quàm lacrymam noſtram; acriúſque contriti cordis lacrymâ, quàm flammâ infernalis incendij torquetur.* O ſulphureas malo Dæmoni pœnitentium lacrymas! O arcana rerum antitheſis! Aqueus lacrymarum vdor paſſionum ardorem refrigerat, & interſtinguit inteſtini fomitis igniculum, qui eſt gehennæ ſcintilla; ipſa autem illa eadem lacryma gehennalem infernalis Diaboli pyram arcanè exufflat, ardenter ſufflammat, & acriùs accendit. Vel potiùs ipſa lacryma, alterum Diabolorum incendium eſt, & infernalis pyræ acrius nutrimentum, quo acerbiùs Dæmones concremantur. Suam tolerat Dæmon flammam: at *lacryma noſtra* Dæmoni intolerabilis eſt, illius impatientia, & cruciatuum hyperbole. O per humanas lacrymas Deo Angeli in cælis adgaudeant, & infernalis Diabolorum cruciatus & vlulatus accreſcat! Qui non illacrymat, Deo & Angelis nouum gaudium inuidet, & nouam pyram malo Dæmoni inſidus ſubtrahit.

Lucæ 15. v. 10.
Euthymius.
Cornel. ibi ad verſ. 7.
Ob noſtras lacrymas Deo adgaudent Angeli.
Pet. Cellenſ.
Lacryma noſtra, intolerabilius Diabolorum incendium eſt.

5\. Matthæi 3. exibat ad Ioannem Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane Videns autem multos Phariſæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, *Quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Quaſi dicat, ait ex Maldonato, Cornelius: Quis demonſtrauit vobis, vt Dei iudicium & *gehennam* timeatis, quam antea non credebatis, vel non timebatis? Vnde tanta in vobis per pœnitentiam mutatio? Itaque futura Dei *ira*, quam per pœnitentiam fugiunt, Ipſa infernalis *gehenna* eſt, quam ſibi pœnitentiæ lacrymis interſtingunt. Appoſitè Bernard. *Vtinam nunc*, inquit, *daret quis capiti meo aquas, & oculis meis lacrymarum fontes. Fortè enim non reperiret ignis exurens, quod interim fluens lacryma diluiſſet.* Ecce tibi lacrymæ pœnitentibus interſtingunt gehennam, eámque Dæmonibus redaccendunt. Res planè mitiſſima, quod eadem lacryma arcanâ quadam vi gehennæ ardorē quem adimit pœnitentibus, Diabolus reſtituat, & ſic quod detraxit, mirè compenſet. quod eſt magnū lacrymarū ſacramentum. quaſi rationabilis ac pœnaliſſimus gehennæ ignis, ſapiens ſupplicij aut impunitatis arbiter, quod illacrymantibus indulget, acrius

Matth. 3. v. 7. & 8.
Maldonatus.
Cornelius.
S. Bernard. ſerm. in illud Iob 5. v. 19. In ſex tribulationibus, &c.
Gehenna ignis lacrymantibus extinctus, dæmonibus accenditur lacrymarum vi.

actius Dæmonibus eroget : & illa eadem flamma plorantibus nulla, diabolis vna multiplex ſit, dum de lacrymarum ardore illos vltulet peracerbius.

6. *Pſalm. 6. v. 7.* Pſalmo 6. hæc flebilis Prophetæ vox auditur : Laboraui in gemitu meo, *lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* *S. Hieron.* S. Hieronymus ex Hebræo legit, *Natare faciam lectum meum.* *Vatablus.* Vatablus verò, *Natare facio.* Tam largè fleo, flebóque, vt præ lacrymarum copiâ lectus meus lauari, imò & natare poſſit fletu meo. *Rigatio*, ait *S. Auguſt.* Auguſtinus *ad interiora permanat, quod ſignificat fletum vſque ad cordis intima.* Ad rem præſentem opportunè *S. Chryſoſt.* Chryſoſtomus, aliter locum exponit hom. 5. de Pœnitentiâ : *Rogum*, inquit, *peccatorum extinguimus, non iam aquis* *Lacryma extinguunt peccatorum rogum.* *nalibus, ſed paruis cum lacrymis: multus enim peccati ignis, atque modica extinguit eum lacryma: nam lacryma rogum extinguit peccatorum. Teſtatúrque ſanctus David, quantum lacrymarum virtus poſſit : Lauabo*, inquit, *per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Nam & ſi lacrymarum vbertatem voluiſſet oſtendere, ſatis fuerat dixiſſe, lacrymis meis ſtratum meum Rigabo : quare ergo præuenit, lauabo? vt oſtendat lauacrum & purgatorium peccati* *Lacryma eſt peccati purgatorium.* *lacrymas eſſe.* Vide hîc quantum arcana lacrymarum virtus poſſit : eſt enim lacryma velut baptiſmus & lauacrum, atque *purgatorium peccati* : cúmque multus ſit *peccati ignis, modica extinguit eum lacryma.* Quin & abſtruſa lacrymarum vis, de gehennâ fumantem & ardentem *peccatorum rogum extinguit.* Nec mirum, quòd lacryma quæ lacrymantibus gehennale inferorum incendium interſtinguit, *peccatorum extinguat rogum*, qui fortè ille ipſe eſt, aut illius fœcunda matrix, aut non dubius obſes. O quàm eſt pyræ gehennali vicinus & cognatus *peccatorum rogus!* Hunc lacrymis extingue ; & illum extinxiſti.

§. CLXXVII.

Lacryma animarum fœcunditas eſt, peccatorum ſpongia, legatus ad Deum, immerata promiſſio, ſpiritus ouans, & gazarum cæleſtium locuples cenſus.

1. *B. Petr. Dam. opuſc. 13. c. 11.* *Lacrymarum mador animam rigat, & fœcundat.* Lacrymarum encomiaſtes ſic Petrus Damianus excribit : *Lacrymarum mador animam omni labe purificat, & ad proferenda virtutum germina noſtri cordis arua fœcundat. Sæpe namque miſerabilis anima velut ſub pruinali glacie comas & foliorum ornamenta deponit : & recedente gratiâ ipſa ſibi derelicta, tota remanet arida, & quaſi decidentium florum videtur decore nudata. Sed mox vt lacrymæ ex munere intimi Inſpectoris eruperint, protinus hæc eadem anima reuireſcit, torporis ignaui frigore ſoluitur : & tanquam arbor verna Auſtri fomite recaleſcens, rediuiuo virentium ſuarum flore veſtitur.* itaque lacrymarum mador, viror animi eſt, fertilitatis fomes, flos virtutum, & fœcundus earum prouentus. Sterileſcit anima, quæ hoc cæleſti oculorum rore non madet. Sibi inuidet cæleſtes in terrâ fructus, qui genas hoc imbre non rigauit.

P. Didac. Celada in Suſanna.

2. *Pſalm. 50. v. 5.* Pſalmo 50. regius Propheta lacrymis madidus, has voces ſingultibus interceptas edit : Ampliùs laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me. Protinus impetrandæ veniæ cauſſam ſubdit : *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me* (id eſt, *coram me*) *eſt ſemper.* O generoſam animam (exclamat inibi Chryſoſtomus.) *S. Chryſoſt. homil. in Pſ. 50. poſt med.* Adeò peccatum obliuioni minimè mandauit, vt etiam ipſum, tametſi condonatum, litteris prodiderit. Siquidem in conſcientia, non ſecus atque in picturâ, mulierem eam, quam adulterio ſubdiderat, ſingulis diebus proſpiciebat. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Ego illud video ; tu (ô Deus) illud ne videas. Ego litteris mando ; tu illud oblittera. Vide enim quid fiat. Si tu illud memoriâ tenes, Deus è memoriâ abiecit. Si te illius obliuio capiat, Deus illius meminit. Ego enim ſum, ait ipſe per Prophetam, qui deleo iniquitates tuas, & earum non recordabor.* *Si homo peccata ſua videt, Deus illa non videt, quo ſenſut* *Iſaiæ 43. v. 25.* Et paullò pòſt idem Chryſoſtomus, exponit quomodo peccata delenda ſint, & quo Dei inſtrumento oblitteranda : *Peccata tua in libro ſcripta ſunt : ſpongiæ autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte ; & oblitterantur. Lacrymas mitte ; & purus illic liber inuenitur. Magna peccatorum ſpongia ſunt lacrymæ. Magna lacrymarum vis eſt.* *Lacryma comparantur ſpongiæ. Illacrymans Martyribus comparatur.* (Dein lacrymantem Martyri comparat : hic enim è venis ſanguinem mittit, ille lacrymas è corde per oculos.) Profectò *ſpongia* chartam delet, bibula humoris, illud ad ſe attrahendo, & ſenſim abſumendo : ſic & lacrymæ velut attrahunt ad ſe flenda peccata, illáque abſumunt, & ſic ea è noſtrâ conſcientiâ quaſi è libro delentes, peccata diluunt, & peccatorem lauant, & purè emaculant. O lacrymarum aqua, quæ lauas, & non lauaris! Idonea peccatorum *ſpongia*, humanarum ſordium mundities, malitiæ expunctio, & conſcientiæ nuper ſqualidæ puriſſimus nitor. Securè ad te peccatorum ſqualorem attrahis & combibis, vt illum expungas, ac diluas. O ſalutare peccati naufragium, & felix peccatorum portus.

3. *Iſaiæ 38. v. 3.* Iſaiæ 38. Ezechias audito feſtinæ mortis nuncio è Prophetæ ore, conuertit faciem ſuam ad parietem, lacrymarum bonum erubeſcens; & *fleuit Ezechias fletu magno.* Et protinus factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens : Vade & dic Ezechiæ : Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Ecce ego adyciam*, &c. lib 4. Reg. cap. 20. additur: *4. Reg. 20. v. 4.* *Antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrij, factus eſt ſermo*, &c. Ex quo apparet quantam habuerint vim lacrymæ Ezechiæ, & quàm Dei animus mollis ſit ad flebilem lacrymarum vocé, quem tam citò ad miſericordiam flectunt miſerorum gemitus. Hinc inibi Galfridus exclamat: *Galfridus in alleg. apud Tilmannum.* *Quam feſtinus & fidelis legatus eſt lacryma ſupplicantis!* Hunc *legatum* Rex terræ ad cæli Regem flebilis mittit; & lacryma de plorantis maxillis ſubitò ad empyreá curiam & ſolium aſcendit feſtinus, fidelis, & peritus orator, qui *Lacryma eſt feſtinus & fidelis ad Deum legatus.* incunctanter Regis vitam feliciter negotiatur: & bonum nuncium auſpicatò obtentum,

ore Prophetico protinus renunciat. Sibi inuidet quæ exoptat bona, qui lacrymas benè negotiatrices identidem ad Deum non ſubmittit. *Quàm feſtinus & fidelis legatus eſt lacryma ſupplicantis!* Hos etiam legatos hîc

Hic verſ. 35.

plorans Suſanna in cælum mittit, quibus negotium tragicè deſperatum, felici ac feſtinato euentu flebilis abſoluit; & ipſa imponis ponitionem in aduerſarios reuoluit. O quàm de facili lacrymas, velut feſtinos ac fideles legatos poſſumus ad Deum ſubmittere! Hinc illud Ambroſij in Pſalmum 37. *Lacrymæ funduntur, quæ ſolent legationem ſuſcipere pro delictis.*

S. Ambroſ.

4\. Idem Propheta Euangelicus cap. 61. Spiritus Domini ſuper me, inquit, ad annunciandum manſuetis miſit me, vt conſolarer omnes lugentes: *Vt ponerem fortitudinem*, (ſic habent multi codices) *lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Benè eſt, mittatur Propheta vt omnes *lugentes* conſoletur, & luctum refingat in gaudium.

Iſaiæ 61. v. 3. *Immetata promiſſio lugentibus proponitur.*

Sed quid eſt, quòd ſubdir, *vt ponerem lugentibus?* Sic habet vulgatus cum Hebræo, Græco, & Chaldæo. Quidnam *lugentibus ponat?* An vt ponat *fortitudinem?* Iam vox *fortitudo* expuncta eſt, vt vidimus. Quin & fortitudo non eſt antitheſis lacrymarum, quarum tanta eſt vis, vt vim inferat cælo. Opinor, nihil in ſpecie & nuncupatiui promittitur; ſed tantùm dicitur, *Vt ponam lugentibus*, vt arbitrio lugentium relinquatur quicquid à Deo velint impetrare lacrymarum obſequio. Immetata ponitur promiſſio, quæ nollo clauditur termino; vt qui luget, eligere licentiùs andeat, & audentiùs præſumat adipiſci quicquid ſpes audax maluerit. Ceterùm Cornelius indidem cenſet ſuſpenſum nec indefinitum eſſe verborum ſenſum; ſed intelligendum eſſe, vt *ponerem lugentibus*, ſcilicet coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, *pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Minimè abnuo. Sed non dimittam innotatum, quòd Chaldæus Paraphraſtes pro τὸ *ſpiritu mœroris*, vertit, *ſpiritum ouantem*, quaſi perinde ſit flebilis *ſpiritus mœroris*, ac *ſpiritus ouans*, & feſto iam plauſu triumphum agens. Parum foret, quòd mœſtè illacrymans, poſtmodum *ouaret*; in ipſis etiam lacrymis *ouationem* exultim auſpicatur. Adeò certò ſibi ſpondet obtinere, quod mœſti luctûs piâ ambitione peroptat. Sic & Suſanna flebilis alit *ſpiritum ouantem*, quo hoſtibus deuictis actutum feliciſſimè triumphat. Euge Suſanna victorialis Heroina, quæ à mœſto luctu *ouationem* auſpicaris.

Hebræus. Græcus. Chaldæus.

Flebilis ſpiritus eſt ſpiritus ouans.

Cornelius.

Chaldæus.

Hic verſ. 35.

5\. Lucæ 22. Petri infidam ter negationem, galli cantus excepit; & recordatus eſt verbi Domini, ſicut dixerat: Quia priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. *Et egreſſus Petrus forâs fleuit amarè.* Quare fleuit? quia turpiſſimæ illi ternæ negationis culpa obrepſit. Petrus doluit & fleuit, quia errauit vt homo; commune quòd labitur, fidei & fiduciæ quòd lacrymatur. Lacrymæ lauent delictum, quod poſt malè fidam conſtantiam, voce pudor eſt confiteri. Lacrymæ veniam non poſtulant, ſed merendo impetrant. *Doce nos Petre* (ait ibi Ambroſius) *quid tibi profuerint lacrymæ tuæ? ſed docuiſti illicò, nam qui lapſus es antequam fleres, poſtquam fleuiſti erectus es, vt alios regeres, qui teipſum ante non rexeras.* Tantùm lacrymis licet! Adeò vt addiderit Ambroſius: *Petrus tentatus eſt, vt negaret: negauit, vt fleret.* Alte dictum! Nempè, execrabilis Petri negatio à Deo permiſſa eſt, vt ſumptuoſius ex lacrymis bonum Petrus conſequeretur. Grande malum trina infidè negatio; pretioſius bonum ingis exiode ploratio. Negauerit, iterúmque iterúmque negauerit Chriſtum Petrus, quò plus fletu redimeret, quàm committens flenda perdiderat. *Nam qui lapſus eſt antequam fleret, poſtquam fleuit, erectus eſt, vt alios regeret, qui ſeipſum non rexerat.* Sic eſt lucroſum lacrymarum commercium! Ergo *Petrus negauit, vt fleret.*

Lucæ 22. v. 62. *Petrus dicitur Chriſtum negaſſe, vt fleret.*

S. Ambroſ.

S. Ambroſ. in cap. 4. Lucæ.

Lucæ 7. mulier illa in ciuitate & Euangelio famoſa, importuna conuiuio, veniæ opportuna, pudicâ inuerecundia pie impudens; & ipſa ſpurcis libidinibus fœtida, attulit alabaſtrum vnguenti odoratiſſimi; *& ſtans retro ſecus pedes eius* (Ieſu) *lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat*, &c. 6.

Lucæ 7. v. 38.

Pulchrè Auguſtinus hom. 23. inter 50. *Acceſſit non ad caput Domini, ſed ad pedes. Et quæ diu malè ambulauerat, veſtigia recta quærebat.* Et indidem Ambroſius: *Bonæ lacrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lauare delictum, ſed etiam verbi cæleſtis rigare veſtigium, vt greſſus in nobis eius exuberent.* Et præſcripſerat: *Ideo non lauit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lacrymis nos lauemus.* Sed vellem, vt hoc flebilis balnei ſpectaculum propiùs & attentiùs contemplemur. S. Cyprianus tractatu de Ablutione pedum, ita ſcribit: *Vſa eſt capillis pro linteo, oculis pro catino, lacrymis pro baptiſmo: cor contritum erupit in lacrymas, fides lauit, charitas vnxit: caput pro ſuppedaneo ſtrauit, crinibus circumfuſis pedes ſacros inuoluit & terſit. Nihil ſibi de ſe retinens, totam ſe tibi deuouit.* Et quomodo hæc mulier nihil ſibi de ſe retinet, ſed totam ſe Chriſto impendit illacrymante obſequio? Eſto, lacrymas fundat, quibus Chriſti pedes incipiat rigare; at dum dominicos pedes ſuis lacrymis copioſè infuſos, capillis ſuis extergit, auara lacrymarum fuſas lacrymas ſedule reſumit bibulâ capillaturâ lacrymarum largiter effuſarum auare furaci.

S. Auguſtin.

S. Ambroſ. *Cur Chriſti pedes Magdalena lacrymis lauat.*

S. Cyprian.

7\. Belliſſimè Chryſologus ſerm. 93. *Et capillis capitis ſui tergebat*, inquit: *In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat vnda, vt ſuâ fronte* (aptiùs forſan *ſuo fonte*) *mulier in nouum baptiſma ſuorum dilueret illuuiem peccatorum.* Scilicet, videri poſſet hæc mulier lacrymarum effuſiùs prodiga, cùm plenis lacrymarum riuulis ex oculis largiter profluentibus, Chriſti pedes largiter irrigabat. Aſt in ipsâ lacrymarum effuſione, tam pretioſas eſſe lacrymas experta eſt, vt illas protinus extergat, & reſumat *Capillis capitis ſui tergebat. In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat vnda.* O pie furax lacrymarum auaritia, quæ benè Chriſti pedibus infuſas lacrymas, in caput ſuum refluere ſatagit, ne forte vnquam capiti ſuo deſit fons lacrymarum, quas ſic eſſe pretioſas experta eſt. Qui eſt locuples lacrymarum cenſus. Non reſumit ſibi, quod ſibi adſeruet

S. Chryſol.

Magdalena piè auara lacrymarum, effuſas lacrymas reſumit.

ſeruet auarè, ſed vt lacrymas quas effusè impenderat, iterùm (ſi fieri poſſet) effuſiùs eroget, ne capiti ſuo effundendæ lacrymæ vmquam deſint. Exindè lacrymas capillis capitis ſui tergit, vt in ſuum ipſius caput lacrymarum *vnda refluerèt*, quò in ipſo perennatet lacrymarum fons: ne cogeretur dicere
Ierem. 9. v. 1. cum Propheta: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte.*

---

§. CLXXVIII.

Sacro textu duce, adhuc conglobata lacrymarum elogia prædicantur.

1. SAnctus Chryſologus elucidans illud di-
Lucæ 7. v. 38. S. Chryſol. ſerm. 93. *Lacrymarum conglobata elogia.* ctum Lucæ de Magdalenâ, *Lacrymis cœpit rigare pedes eius*, ita eloquenter ſcribit: *En mutatur ordo rerum, pluuiam terra cælum dat ſemper: ecce nunc rigat terra cælum: imò ſuper cælos, & vſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lacrymarum: vt iuxtà Pſalmiſtam & de aquis fletuum cantetur illud:*
Pſalm. 148. v. 4. *Et aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini. O quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latâ diuinâ promulgatione ſententiam.* Quid exaggeratius?

2. Matthæi 5. ſic lacrymæ beantur. *Beati qui*
Matth. 5. v. 5. *lugent; quoniam ipſi conſolabuntur.* Sanctus hîc luctus accipitur; opponitur enim ridentibus, & gaudio omnique mundanâ proſperitate diffluentibus, quibus vt beatis mundus applaudit, & quibus Chriſtus *væ* dicit. Auguſti-
S. Auguſt. *Qui luget, beatus eſt in ſe, luget in re.* nus verò in Pſalmum 85. ſic addubitat. *Lugentes, & beatos dicis? videlicet beatos in ſe, lugentes in re.* Nimitùm qui luget, extrà ſe exit, & à ſe peregrinatur, & ſui profugus aut exul, *in re* quâ angitur, luget; *in ſe* autem iucundè, beatur, dum fletu flebilia declinat, cælum oppignerat, & beatum redimit gaudium. Bellè
S. Chryſol. Chryſologus Sermone 97. *Lacrymæ*, inquit, *peccata baptizant..... Iucundæ ſunt lacrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt.* Luctoſa mortalibus emptio, quæ beatum immortalitatis
Suſanna luctu gaudium immortalitatis emit. gaudium mercatur. Bonum commercium; quod breui luctu immortale gaudium redimit. Dum Suſanna certò ad mortem damnanda, funeſto ſiſtitur tribunali, *flens ſuſpexit in cælum*, & de fletu non modò mortem declinare, ſed vitam inuenire, imò & mercari *immortalitatem* præſumit, *Iucundæ ſunt lacrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt.* Scilicet Suſanna morti proxima, & tantùm non mortua, lacrymarum artificio, immortalitatis candidata redditur, dum luctu *gaudium immortalitatis emit.* Appoſitè quidem Chryſologus.

3. 2. Machabæorum 1. cùm in Perſidem Dei populus captiuus duceretur, Sacerdotes acceptum ignem de altari conſeruati ſunt in puteo alto & ſicco. Poſt multos verò annos redux Nehemias cum nepotibus ſacerdotum, ignem inibi quærunt; & *non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam*: & iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia quæ poſita erant, iuſſit
2. Machab. 1. v. 22. Nehemias aſpergi ipſâ aquâ. Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, *accenſus eſt magnus ignis, ita vt omnes mirarentur.* Res ſanè mirissima, quòd ex *aqua craſſâ magnus ignis accendatur.* Quæ eſt hæc aqua mirisſimè arcana, quæ ſic ignem magnum accendit? & quis eſt magnus hic ignis mirisſimè arcanus, qui ex aquâ rediuiuus accenditur? Opinor, hæc aqua quæ ignem accendit, aquam lacrymarum ſymbolicè adumbrat, & abſtruſum illius ſacramentum eſt. Profundè S. Macharius ſuis dictabat, vt in eius vitâ legitur:
Ploremus fratres, inquit, *& producant oculi noſtri lacrymas, antequam eamus hinc, vbi lacrymæ* S. Machar.
noſtra corpora comburant. Ecce lacrymarum myſterium. Lacrymarum enim aqua, nunc in hâc vitâ flebilibus oculis effuſa, *gehennam extinguit* (vt nuper è Chryſologo excripſimus) Ceterùm arcana huius aquæ vis, ea eſt, vt *Damnatorum lacrymæ, eorum corpora comburunt arcanâ vi.* S. Chryſol.
illa ipſa quæ hîc effuſa *extinguit gehennam*, in inferno acerbiùs & vberiùs effuſa, vi miriori damnatorum *corpora comburat.* quaſi lacrymæ ibi effuſæ, reproborum pyra ſit, ardentior gehenna, gehennale incendium, aut pœnaliſſimum illius auctarium, quo miſera damnatorum corpora acriùs vſtulantur, comburuntur, & è peruerſo ardent. Hæc *aqua craſſa* gehennæ *magnum ignem accendit, ita vt omnes mirentur*: nam hæc lacrymarum aqua, quam afflictorum corda per oculos puriſſimè eliquant, è diuerſo *gehennam extinguit.* O rationabilis fletus, punitionis aut impunitatis arbiter! O ſulphureas, & malè ignitas lacrymas, quæ damnatorum corpora pœnaliùs comburunt!

Geneſeos 3. præuaricator Adam hanc pri- 4.
mæui ſceleris pœnam audit ex Dei ore: *Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi*
ne comederes, maledicta terra in opere tuo. No- Gen. 3. v. 17.
tat Procopius, Abulenſis, Perer ius, & alij, ter- Procopius. Abulenſis.
ram hic maledici non abſolutè, ſed *in opere* Pererius.
tuo, quia ſcilicet tibi, O Adam, eam laboranti & ſudanti, pauculos & malignos fructus da- Aquila.
bit. Verùm Aquila & Chaldæus Paraphraſtes Chaldæus.
habent: *Maledicta terra propter te*, Theodo- Theodotion.
tion, *Maledicta terra in tranſgreſſione tuâ.* Vtcumque res ſe habeat. Saltem terra maledicitur. Vndè Alcuinus quæſt. 10. in Geneſim,
ſubtiliter addubitat: *Quare Creator in Adæ* Alcuinus.
maledicto, terræ maledixit, non aquis? Reſpondet: *Quia de terra fructu contrà interdictum manducauit homo, non de aquis bibit: Et quòd prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum, quod de fructu terræ contraxit homo.* Itaque terra Dei maledicto feritur; non aqua, quæ in *Deus, terræ, nō aquis maledicit, ob baptiſmum, & redemptrices lacrymas.*
baptiſmo & lacrymis peccata hominum abluit. Procùl ab aquâ vllum Dei maledictum; imò incumbente Dei ſpiritu foueatur, & nobilitetur; quippè quæ in lacrymis vim reconciliatricem obtinet. Nempe aquæ, quæ primæuæ culpæ culpas appendices abluunt & emaculant, longè abſint a Dei maledicto, quæ tantam Dei benedictionem in ſe conbibunt, &
ſibi conuiſcerant. *Prædeſtinauit Deus in aquis* *Redemptrices*
abluere peccatum. Indè ſudato elogio *redem-* *lacrymæ.*
ptrices lacrymæ perhibentur. Lacrymæ enim pretium peccati eſt, peccatorum naufragium, conſcientiæ balneus, & repetita culparum redemptio.

Ezechielis 9. dixit Dominus: *Tranſi per* 5.
mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: & ſigna Ezech. 9. v. 4.

tus iurat, vſque adeò impius & velut Atheos cenſendus eſt, vt eiuſmodi iuramento documentum præbeat, in reliquis Dei immemorem, *ſolummodò inter iurandum Dei meminiſſe.* Heu nimis verè!

4. Matth. 23. v. 16. & 17.

Matthæi 23. Chriſtus Deus ſic acerbè ſuper iuramenti religione Scribas & Phariſæos reprehendit: Væ vobis duces cæci, qui dicitis: *Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt* (ad nihil obligatur:) *qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci: Quid enim maius eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum.* Aurum templi vocat aurum, quod offertur & iniicitur in gazophylacium templi. Stolida auariſſimè dementia: nam templum Dei, tanquam ipſius ſedes ac domus, eſt numine plenum; & quod gazophylacij aurum ſanctificat. Cur ergo domus Dei, ſiue templum ſine auro, quod attinet ad iuramenti obligationem, tanquam nihil æſtimatur? Quid Dei templo, Deóve opus eſt auro ad iuramenti religionem? Fortè auariſſimi Scribæ & Phariſæi aurum gazophylacij exigunt ad Dei vadimonium in iuramento nuncupato. Audiendus eſt Chryſoſtomus in c. 3. Actuum Apoſtol. homil. 9 *Vnde igitur,* inquit, *ingreſſum eſt iuramentum? quando mala creuerunt, quando omnia ſimul ſurſùm ac deorſùm facta ſunt, quando ad idololatriam inclinauerunt: tunc ſanè, quando infideles apparuerunt, Deum vocabant teſtem, quaſi fideiuſſorem dantes dictis ſatisfacturum. Iuramentum enim eſt fideiuſſio, vbi mores fidem non habent. Vbi primum taxatur is qui iurat, ſi ei fides non habeatur abſque fideiuſſore, & fideiuſſore maximo: & quia tam parum homines ſibi mutuum credunt, non hominem quærunt fideiuſſorem, ſed Deum.* Imò Scribæ & Phariſæi tam parum magno fideiuſſore Deo fidunt, vt niſi Dei templum ſit gazophylacij auro opulentum, iuramenti religionem tanquam irritam, caſſam, ac nullam reputauerint. Deus Deíve templum numine plenum, inidoneum ad fideiuſſionem eſt, niſi fideiuſſio auro templi, id eſt, altero diuinæ fideiuſſionis vadimonio rata ac firma habeatur? O impium auariſſimè ſcelus, iuramenti abuſu execrabile! Hunc Matthæi locum nuper litteraliſſimè exponebamus: liceat nunc illum ſic ad mores flectere.

Iuramentum aduocat Deū fideiuſſorem.

S. Chryſoſt.

Cur Phariſæi iuramentum per aurum templi adſtruunt.

5. Zachar. 5. v. 1. &c.

Zachariæ 5. Et conuerſus ſum, inquit, & leuaui oculos meos: *& vidi, & ecce volumen volans.* Et dixit ad me: *Hæc eſt maledictio quæ egredietur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur.* Alij pro τὸ *volumen* legunt, *capitulum*, vel *ſummam*, vel *compendium.* At LXX. Interpretes, & Arabicus Alexandrinus vertunt, *falx volans*, quæ ſcilicet demetat & ſuccidat malè iurantes: falx enim ſymbolum eſt acerbæ punitionis, ſtragis, & excidij. Tempeſtiuè Chryſoſtomus homil. 15. ad Populum: *Non ita pungit enſis ac iuramenti natura: non ſic occidit gladius ſicut iuramenti plaga.* Idque probat ex falce, quam in domos iurantium hîc vidit Propheta Pergit hom. 27. ita fatus: *Falx volans velociſſimum vltionis incurſum ſignificat iuramentum ſequentem; multorum verò cubitorum longitudo & latitudo, vehementiam indicat & magnitudinem malorum. At, ex cælo volare, ſignificat è ſuperno tribunali iudicium ferri* (ſicut hîc hiſce periuris Senibus Daniel publicat:) *falcata verò forma, ineuitabilem ſupplicij ſortem. Sicut enim quocumque falx incurrerit, non ſolum ſecum arripit, verùm & caput amputat; ita & pœna iurantibus ingruens eſt difficillima, nec prius abſiſtit, quam quod ſuum eſt perfecerit.* Quare huius *falcis* pœnaliſſimæ tanquam ſynonymum ponitur ſuppliciorum *volumen volans*, ſiue illorum abbreuiatum *compendium.* quod malo ſuo ocyſſimè hi Senes experti ſunt. O caue male iurantium pœnaliſſimum *compendium!*

Symmach. LXX. Interp. Arabicus.

S. Chryſoſt.

Cur per falcem volātem, malè iurantium pœna ſignificetur.

Hîc verſ. 55.

Matthæi 5. de cæli ſcholâ ſic Chriſtus Deus homines inſtituit: Audiſtis, inquit, quia dictum eſt antiquis: Non periurabis. Ego autem dico vobis, non iurare omnino neque per cælum, &c. *Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.* τὸ *malo* accipit Theophylactus in maſculino genere, id eſt, à Diabolo, qui tanquam choragus malitiæ omniſque mali, hominem inſtigat vt fruſtrà iuret. Et ſanè quiſquis Chriſto non obſequens, iurat, ſuam diffitetur veracitatem, quam iurando adſtruere ſatagit. S. Bernardus epiſt. 38. à ſincera veracitate commendans Comitem Theobaldum, hanc Chriſti Dei ſententiam ſic elucidat: *Et quidem,* ait, *in alijs Principibus ſi quando verbum leuitatis aut etiam falſitatis deprehendimus, nec mirum reputamus. At verò apud Comitem Theobaldum, Eſt & non, nequaquam omninò patienter audimus: cui, vt dicitur, Simpliciter dicere, iurare eſt; & leue mendacium, graue periurium imputatur. Plurima quippe virtutum inſignia, quæ veſtram plurimùm nobilitant dignitatem, & veſtrum per orbem clarum reddunt, ac celebre nomen, præcipuè laudatur in vobis veritatis conſtantia.* Generosè præeuntem nobiliter ſequere.

6. Matth. 5. v. 37.

Apud quoſdam, ſimpliciter dicere, iurare eſt. S. Bernard.

---

§. CLXXII.

Vir eximiè ſanctus, velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodò reformat.

MVndialis voluptas ac gloria, hominum vulgò pectora votis implent: moleſtia, paupertas, ingloria, ſuos etiam habent riuales, præſertim è noſtris. Quem magis oblectauit vita, quam Apollonia præoptauit mortem; impatientia diuináque concupiſcentiâ præripuit: Nemo diuitijs lætior quam Serapion Sindonita paupertate; ſine ære, ſine perâ, ſine pelle lætus: & ne quid poſſideret, nec ſe, ſe vendidit; & ne vel non ſuus aliquid ſuum haberet, pretium ſeruitutis reſtituit, gratis eſſe alienus voluit. Bis ſe vendidit, vt mercaretur dominos. Nemo hilarior gloriatione, quàm Alexius opprobrijs. Non ſatis duxit pro ambitione ſuæ contemptionis à quibuſlibet deſpici, ſed a quibus ſuſpiciendus erat. Quid de voluptatibus dicam, quarum diligens faſtidium præcurrit ſatietatem, confundit famem? Nullæ ita infarciunt humanum cor, vt cruciatuum helluo fuit Laurentius. Ipſum latus, quod non ita obſonauerant incendia, petiit accommodari, vt condiret

1. Euſebius de Arte vol. l. 6. c. 19.

Sanctorum proceres pia quadam virtutis libidine agebantur.

dicet flamma gratum pulmentum doloris. Æqua tunc fuit tormentorum gula, ac voluptatum hactenus repulſa. Non fuit ſatis libidini patientiæ ſuæ quoduis tormentum, niſi aliquâ piâ libidine quæque honeſta proſequeretur. Adeò vt velut carnis exlex, aut carne in ſpiritum quodammodo reformatâ per arcanam virtutis metamorphoſim, dicere

Pſalm. 83. v.3.

poſſet cum Prophetâ: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, & emortuis voluptatibus inſultauerunt.

2. Thren. 3. v.28.

Threnorum 3. Bonum, inquit, eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Leuauit, inquam, iugum multiiugæ tribulationis, & abdicatæ inceſſanter voluptatis.

Rabanus. Rupertus.

Rabanus, Rupertus, & alij paſſim olim legebant: *Quia leuauit ſe ſuper ſe*, ſcilicet à terrenis ad cæleſtia, à carnalibus ad ſpiritualia. Quaſi dicat: Seipſum ſupergreſſus librauit ſe à terrâ in cælum, à carne ad ſpiritum, ab infirmitate ad robur.

S.Bernard.

Vir ſanctus ad ſtrepitum carnalium deſideriorum ſurdus eſt.

S. Bernardus ſerm. de S. Petro & Paullo: *Leuauit ſe ſuper ſe*, id eſt, inquit, *cùm adoleſcens eſſet, & lubricæ ætatis ſentiret ardores, ſenem induit, relinquens quod erat, aſſumens quod non erat: leuauit ſe ſuper ſe, quia non reſpexit ad ſe, ſed ad illum qui eſt ſuper ſe: ſedebit enim & tacebit etiam modò à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi. Felix anima quæ linguas iſtas non exaudit, audiat licèt.*

Hic verſ.2.

(Audiuit quidem, ſed non exaudiuit Suſanna, ab adoleſcentiâ virtutibus innutrita.) Mirum ſanè eſt, ſic ſuprà ſe eleuatum, vt in luxuriante iuuentute vitiorum igniculis ſufflammatâ, ad carnis ſe ardores inſenſilem exhibuiſſe, quaſi carnis exlex, aut exors carnis foret, immuniſque *à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi.* Ad hæc Ieremiæ verba

S.Gregor.

procul dubio adludere videtur Gregorius lib. 7. Moral. cap. 15. ſic ad rem eleganter fatus:

Vir ſanctus mente extrà carnem fieri decertans, penè ipſa quæ tolerat, ignorat.

Cuncta, inquit, *quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus, per deſpectum iacent. Nam ſuper ſe interiùs rapti, in alto animam figunt, & quæque in hac vitâ patiuntur, quaſi longè infrà labentia, atque à ſe aliena conſpiciunt; atque, vt ita dixerim, dum mente extrà carnem fieri decertant, penè ipſa quæ tolerant, ignorant. Nam velut in magni vertice montis ſiti, præſentis vitæ gaudia plenè deſpiciunt: ſéque ipſos per ſpiritualem celſitudinem tranſcendentes, ſubiecta ſibimet intùs vident, quæcumque per carnalem gloriam foris tument.* Benè dicitur, quòd *leuauit ſe ſuper ſe*, qui vltrà ſe poſitus, quaſi foret à carne immunis, & carnis paſſionibus exemptus, *mente extrà carnem fieri decertat*; & ac ſi eſſet à collegio carnis extraneus, nauſeat ad carnis voluptabilia, & *penè ipſa quæ tolerat, ignorat.* O quàm multa quàm paucis Gregorius compendiauit!

3. Ad Rom.8. v.7. & 9.

Ad Romanos 8. ita Paullus ſcribit: Sapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta: nec enim poteſt. *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Si quotquot in carne ſunt, Deo placere non poſſunt; exuenda ergo ac deponenda caro eſt, vt Deo placere poſſimus. Opinor autem, niſi per mortem non viduamur carne. Sed quomodo dicit, ipſos in carne non eſſe, ſed in ſpiritu? an forſan caro in ſpiritum conuerſa eſt? Difficilis ſanè ac peregrina metamorphoſis videtur, & fabulis quam ſimillima. Audiendus eſt indidem Chryſoſtomus homil. 13. S.Chryſoſt. *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Quid? num corpus noſtrum diſcerpemus? num è carne excedemus, Deo vt placeamus? quid? homicidáſne fieri nos cenſes ad virtutum ſtudium à te deductos?* Sapienter æquè ac eleganter reſpondet Chryſoſtomus:

Non tantùm homo ſpiritualis dicitur, ſed eius caro ſpiritualior redditur. quomodo?

Carnem hic non corpus appellat, neque corporis ſubſtantiam, ſed vitam carnalem, mundanam, voluptate & luxu defluentem: quæ hominem ipſum quantuſcumque eſt, carnem eſſe facit. Quemadmodum enim qui ſpiritu erecti, ac veluti volatiles viuunt, ij & corpus quoque ſpirituale efficiunt: ſic qui à ſpiritu ſunt auerſi, ventri autem ac voluptati ſeruiunt, ij & animam carnem efficiunt; non ſubſtantiam quidem immutantes, ſed illius nobilitatem perdentes. Et poſt nonnulla: *Vt intelligas, Chriſtum non ſolùm extinxiſſe peccati incendium, ac tyrannidem oppreſſiſſe; ſed & carnem ſpiritualiorem reddidiſſe.* Itaque ſicut qui vitam viuit carnalem, *caro* eſſe dicitur, iuxta illud: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*: Gen.6.v.3. ita qui ſpiritualem viuit vitam, ſic à corporeis voluptatibus alienus eſt, vt *corpus quoque ſpirituale efficiat*, quaſi iam excorporatus carnem exuerit, non ſubſtantiam quidem immutans, ſed carni mutuans elogia ſpiritûs, illam ipſam in ſpiritum reformat. Quid tam expetibile, quàm vt virtutis ac mortificationis ſtudio, caro intermittens vitiorum lenocinium, reſumat ſpiritûs elogia, nec ſuum contagium allinat menti, ſed ſimul cum illâ virtutis otium ac negotium peragat, è peruerſo auxiliaris? Præluſtris ſanè Chriſti prædicatio, qui *non ſolùm extinxit peccati incendium, ac tyrannidem oppreſſit, ſed & carnem ſpiritualiorem reddidit.* Hinc Suſanna olim Chriſtiana præcoqua, Hic verſ. 34. & 35. ſiccis oculis mortis ſententiam audit, quæ ad Senum attactum illacrymat; acerbiùs ferens virorum contingi manibus, quàm exitiales lapidum imbres. *Sic carnem ſpiritualem reddiderat!*

Ioannes 1. totam diuinæ corporationis 4. œconomiam hac ſententiâ compendiauit: Ioan.1.v.14. *Verbum caro factum eſt.* *τὸ caro* hîc, vti paſſim in Scripturâ per Synecdochen Hebræis familiarem, ſignificat totum hominem: quaſi dicat. *Verbum factum eſt caro*, id eſt, Filius Dei factus eſt homo. Simili modo potuiſſet S. Ioannes dicere: *Verbum Dei factum eſt anima*, id eſt, homo animatus & viuus. Opinor, ad diuinæ incarnationis pompam tanto myſterio dignam, congruentiùs foret, vt *anima* diceretur, quàm *caro*: maluit tamen Euangeliſta oſtendere quantum Dei benignitas, noſtri amore, pro nobis ſeſe exinaniuerit; ſcilicet quòd Deus factus ſit *caro* abiectiſſima & infima, vt nos ex carne per concupiſcentiam & peccatum corruptiſſimâ, fieremus quaſi Dij & Filij Dei, ipſique Deo conſanguinei, ita ex Cyrillo & Chryſoſtomo ibidem S.Cyrillus. S.Chryſoſt. Cornelius. Cornelius. Aliam opportunè rationem adducit Auguſtinus epiſt. 120. ad Honoratum: S.Auguſt.

O

O homines, inquit, *nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei, quia & ipſe Filius Dei, hoc eſt, Verbum Dei caro factum eſt, & habitauit in nobis: reddite vicem, efficiamini ſpiritus, & habitate in illo, qui caro factus eſt, & habitauit in nobis.* Scilicet caro vniuerſatim de cognato vitiorum lenocinio, apud homines malè audit, quaſi periculoſa de virtutum hoſtilitate, & pugnâ contra ſpiritum. Ergo Dei Filius non dicatur factus *anima*, ſed *caro* factus, vt carnis ignominiam (licet à labe contagionis exemptam) aſſumens, quin deſinat eſſe Deus, ſpem carnalium hominum erigat, vt Dei filios fieri obnixiùs contendant. Quaſi dicat: Dei Filius caro factus eſt; *reddite vicem, efficimini ſpiritus, nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei.* Nemo iam exinceps carnem cauſetur, ex quo audiuit de conſultiſſimo Euangeliſtæ ore: *Verbum caro factum eſt.*

Verbum dicitur caro factum, ne propter carnem homo, Dei filium fieri deſperet.

5. Ad Coloſſenſes 3. ita ſcribit Apoſtolus: *Mortui enim eſtis*, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quid ergo ex eo quod homines videt in Adamo mortuos, Paullus infert? *Mortificate ergo*, inquit, *membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam*, &c. Sed obiiciunt Interpretes, Si Paullus verſ. 3. dixerat, *Mortui eſtis*, quomodo ſtatim hîc verſ. 5. dicit: *Mortificate membra veſtra?* Quæ ſunt hæc *membra*, quæ poſtquam homines in Adamo mortui ſunt, ſunt *mortificanda*, quaſi adhuc viueſcant? Opinor, cum proceribus Interpretum, hæc *mortificanda membra* eſſe carnem ipſam, carníſque appetitiones, nempe libidinem, concupiſcentiam, &c. hæc enim ſunt quaſi membra veteris hominis, id eſt, terreſtris Adæ, in quo mortui ſumus; ſed per carnis mortificationem in Chriſto viuificandi, vt in nobis manifeſtetur vita Ieſu, & in illo, & per illum viuamus, mundo, carni, & concupiſcentiæ mortui. S. Gregorius magnus exponens illud 1. Regum 2. *Dominus mortificat & viuificat*, ſic ad rem eleganter ſcribit: *In his verbis etiam ordo notandus eſt: priùs quippè mortificare dicitur, deinde viuificare; quia niſi ſeculo*, (carni etiam, & concupiſcentiæ) *moriamur, Deo viuere non valemus. Vnde is qui ſe mortificatum & viuificatum meminerat, loquebatur dicens: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuebat, ſed non mundi vitâ, quia dicebat: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Mortificatum ergo & viuificatum eſſe, eſt præſentia nulla concupiſcere, & æterna deſiderare.* Itaque homo & in Adamo, & per propria peccata ac vitia mortuus, carnem, carníſque membra ſtrenuè mortificare adnitatur, vt carni, carnalique concupiſcentiæ per mortificationem mortuus, Deo viuat; dum emortua concupiſcentiis carnalibus caro, velut carnem deſueſcens, in ſpiritualem transformatur. *Quemadmodum qui ſpiritu erecti, & veluti vitales viuunt, ij & corpus quoque ſpiritale efficiunt*, vt ex Chryſoſtomo nuper dicebamus.

Ad Coloſſ. 3. v. 5.

Cornel. ibi.

1. Regum 2. v. 6.

S. Gregor. *Homo per peccatû mortuus, mortificandus eſt, vt viuat.*

S. Chryſoſt.

***

---

§. CLXXIII.

Modica delicta, præſertim iterata, non modicè nocent.

1. QVandiu lapides benè compacti ſunt (ait Chryſoſtomus) *nihilque vacuum inter ſe habent, firmi & infracti perſtant: ſi verò vel foramen acûs dumtaxat, quod vtrinque penetret, aut ſciſſura, quæ capilli locum habeat, fieri contigerit, omnia diſſoluuntur, ac pereunt. Ita & Diabolus donec compacti quidem, ac benè compoſiti fuerimus, nihil ſuorum omninò poterit inferre. Quamprimùm verò vel modicum nos relaxare poterit, non aliter quàm quaſi quidam torrens toto impetu infunditur. Nam vbique illi ſolis dumtaxat initijs opus eſt. Si verò nactus fuerit initium nocendi, omnia ſibi ſubinde ſuopte ingenio vaſtat, & amplificat.* Ne leue videatur, magnum Dæmoni aditum demum pandere. Leues rimulas ſagaciſſimè perſcrutatur, & ſollerter obſeruat, per eáſque ſenſim ſe totum latè infert. Quiſquis vel leuem aditum Diabolo dare negligit, quin illum confeſtim obturet, citò fiet Diabolorum hoſpitium. Maceriæ rimulas torrens quærit, quas ſenſim ſubruens, magno impetu feratur, & amplificato alueo, omnia miſerè deuaſtat. O caue à veniali culpâ, quæ vel anguſtum aditum Diabolo pandit, mox amplificandum, miſerrimâ conſcientiæ ruinâ!

S. Chryſoſt. homil. 14. in ad Epheſ. *Leuis culpa offert Diabolo aditum, quem ſenſim amplificat.*

2. Sudata eſt illa Siracidis gnome, Eccleſiaſtici 19. *Qui ſpernit modica, paullatim decidet.* Patres Eccleſiæ, & paſſim Commentatores adaptant peccatis leuibus: quaſi dicat: Qui ſpernit peccata leuia & venialia, ſenſim defluet, & tandem incidet in grauia & lethalia. Vnde ſeriò monent fideles omnes, vt ſtudioſè defectus veniales etiam minimos caueant. S. Auguſtinus lib. 1. de Moribus Eccleſ. c 24. *Quid*, inquit, *proferri manifeſtius contra iſtam dormitationem animi poteſt, per quam fit vt non ſentiamus quaſi minutatim ſerpentem perniciem, quàm illud quod à Propheta dictum eſt: Qui ſpernit modica, paullatim decidet? De quâ ſententiâ ſi opportunum eſſet feſtinantibus, copioſiſſimè diſputarem: atque id ſi à nobis nunc ſuſceptum munus flagitaret, fortaſſe demonſtraremus quàm ſint alta myſteria, quæ impertiſſimi & ſacrilegi homines deridendo, non illi quidem paullatim iam decidunt, ſed magno lapſu præcipites eunt.* Geminatum culparum leuium elogium non bonum publicat: Primum, quòd *non ſentimus quaſi minutatim ſerpentem perniciem.* Quis caueat malitiam, quæ ſenſim ita ſerpit, vt *non ſentiatur?* O, ingenia ſenſuum ne ſopita ſint, quominùs hanc perniciem minutatim ſerpentem, & præſentiant, & ſentiendo vigilanter excutiant. Inſenſilis malitia, nocentior pernicies eſt. Caue cum Suſannâ, quæ ſic grauatè tulit leuem capitis attactum, vt ad illum illacrymarit, quæ ſiccis oculis mortis ſententiam audiuit innoxia. Secundò addit Auguſtinus, quòd leuibus culpis adſuetus, non modò *paullatim iam decidit, ſed magno lapſu præceps it*: nam qui paullatim cadere incipit in loco decliui, vix, aut ne vix quidem vſque ad infimiſſimam ruinam ſe

Eccli. 19. v. 1.

S. Auguſtin. *Magna eſt venialium culparum pernicies, quòd ad illam inſenſiles ſumus.*

Hic verſ. 34. & 35.

Per leues culpas irreuocabili deſcenſu ruimus ad grauem

Euſeb. Gall.

ſe tenere ac ſiſtere eualet. Eleganter Euſebius Gallicanus homil. in initio Quadrageſimæ, ita fatur: *Qui minima ſpernit, paullatim decidit. Difficile eſt vt non cadere in grauia permittatur, qui minus grauia non veretur. Periculoſus morbus eſt mala conſcientia vſus, & irreuocabilis ad deteriora deſcenſus.* O! qui leues culpas frequenter & aduertenter admittit, *paullatim decidet magno lapſu præceps irreuocabili deſcenſu?* Quid tam ſceleroſè minax, quàm non *ſentire*, cùm ad *magnum lapſum*, & *irreuocabilem deſcenſum* paullatim, & quaſi per ſuos gradus *præceps* ruit. Ergo cum Suſannâ ſollicitè minima præcaue flebili horrore.

Iſaiæ 43. v. 24. S. Hieron. LXX. Interp. Dei miſericordia laborat vt peccatores à ſuâ iuſtitiâ defendat.

3. Iſaiæ 43. hæc Dei vox auditur: *Seruire me feciſti peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Iuxta S. Hieronymum LXX. Interpretes ita vertunt: *In peccatis tuis defendi te, & quaſi hyperaſpiſtes ſcutum me pro te ira Dei oppoſui.* Perinde ac ſi Deus clemens & parcens pugnet contra ſe, ſuámque iuſtitiam flagitantem vt iuſtâ vindictâ peccata & peccatores plectat. Addit Hieronymus ibi explicans hanc LXX. Interpretum verſionem: *Quaſi labor ſit Dei & laſſitudo defendere peccatores.* Hic verò Dei labor, quo in hominum peccatis fatigatur, ſic ad rem luculenter inàidem exponit Oleaſter: *Quàm nihil ſint ea quæ propter Dominum facimus, aut patimur; & quam multa & grauia, quæ ipſe patitur pro nobis, optimè hic nobis ipſe oſtendit. Plus enim Dominus ſuo modo laborat, peccatum vnum noſtrum etiam minimum ferendo, quàm ſint omnes labores quantumcumque graues, quos ferimus propter peccata noſtra; expende quantum malum peccatum ſit, quod facit Deum laborare, & ſeruire.* Leuem dicimus noxam, in quâ ſuſtinendâ ſic *laborare & laſſari* Deus dicitur? Sic vel de peruerſo Dei armat offenſam, quam homo tanquam leuem negligit, & præ leuitate contemnit? Plus laborat Deus ſuſtinendo *Minima peccata* hominum, quàm homo ob culpas grauiſſimas, & acerbiſſimas pœnas illarum appendices. Hinc taxa quàm graue malum, leue peccatum ſit. (Loquitur Propheta de Deo antropopathôs.

Oleaſter. quantum Deus in ſuſtinendis leuibus hominum culpis laboret.

Eccli. 7. v. 34. Græcus. Cornelius ibi.

4. Eccleſiaſtici 7. ſalubriter nos admonet Siracides: *De negligentiâ tuâ purga te cum paucis.* Græcè pro τῇ *negligentiâ*, ſcribitur, *de delicto ignoranter commiſſo.* Quaſi dicat: Paucos adhibe ſocios vel teſtes cùm victimam offers pro purgatione vel exigui delicti: tum vt famæ tuæ & pudori conſulas: in ſacrificio enim debebat fieri confeſſio delicti, eáque particularis: tum, vt aliis ſis exemplo, ne eos confeſſione tui delicti ſcandalizes, & ad illud imitandum publicatione inuites. At Vverricus inibi putat adludi ad illud Pſalmi 16. *Domine à paucis de terrâ, diuide eos in vita eorum,* ſic opportunè fatus: *Omninò,* inquit, *ſi de negligentiis nos purgamus, de paucis eſſemus: nunc autem quoniam non modò minima, ſed & maxima negligimus, longè à paucis de terra diuiſi ſumus.* Proh! inter paucos de terrâ computatur, qui de *negligentiis*, & culpis leuibus ſe emaculare ſatagit? Sic gregarim leuia peccata negligimus? Ecquis eſt, qui animitus computet, quàm grauatè ferat Deus vel minimis culpis offendi? quámque in leuibus peccatis ſuſtinendis grauiter laboret? O, exſomni cura potiùs laboret homo, vt inter hoſce pauculos computetur, qui vel minimas *negligentias* præcauent, vel negligenter non cautas, ambitioſo pœnitentiæ ſqualore emaculant, & crebrò confeſſione expiant.

Pſalm. 16. v. 4. Vverricus.

De paucis eſt, qui negligentias præcauet, & expiat.

1. Cor. 1. v. 26.

1. ad Corinthios 1. ſic Paullus ſcribit: 5.
Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, &c. id eſt, penitiùs diſquirite, & attentiùs conſiderate rationem & modum vocationis veſtræ, & inſtituti ad quod vocati eſtis. Diſtrictior enim eſt Euangelij diſciplina, quàm in illo vel modica negligere debeatis. Mundum fugimus, ne mundi fuligine denigremur, etſi flammâ non comburamur. Mundum fugimus; nihil ergo mundi nobis ſuperſit: *Nos illi laudabiles eremitæ* (ait Emiſſenus) *qui extrà mundum nos credimus, mundum intrà nos incluſum tenemus. Ac ſic anima illa quæ poſſeſſio efficiuntur ſeculi, non poſſunt effici regnum Dei. Ideóque fratres, videte vocationem veſtram. Venire quidem ſic ad eremum, ſummæ perfectio eſt: non perfectè in eremo viuere, ſumma damnatio eſt. Quid prodeſt, ſi in loco quies teneatur, & inquietudo in corde verſetur? ſi in habitatione ſilentium ſit, & in habitatoribus vitiorum tumultus, & colluctatio paſſionum?* Heu in eremo non perfectè viuere, ſed de certamine cum paſſionibus adhuc viuaciùs ſubſultantibus, crebrò leuia peccata negligenter admittere, *ſumma damnatio* reputatur? ad hoc barathrum repetitus lapſus paullatim præcipitat? O time, quiſquis virtutem amas!

Emiſſenus de Epiphan. homil. 4. Non perfectè in Euangelij perfectione viuere, ſumma damnatio eſt.

Deuter. 30. v. 11. &c.

Deuteronomij 30. poſt latam Dei legem, 6.
hæc illius clauſula auditur: *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſuprà te eſt, neque procul poſitum,* &c. vt poſſis dicere: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre: *vt poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt?* Quaſi dicat: Quod ego præcipio, non ſuprà te eſt; ſit in corde, & erit ad manum. Scio hominum vires: non potes ergo te excuſare, aiens: Illud non poſſum attingere, quia ſuprà vires meas eſt, atque adeò vltra poſſibilitatem. Eleganter Emiſſenus hom. 8. ad Monachos: Propter amorem Domini noſtri, ait, ad relinquendos dulces affectus, & chara pignora fortiſſimi fuimus, iucundiſſimos piiſſimorum vultus parentum quaſi odiſſemus, ita fugimus. *Bellum quodammodo pietati ipſi indiximus; & nunc ad declinandas Negligentias, ad expugnãda leniſſima vitia infirmi ac deſides ſumus: in abdicanda ſeculi iucunditate tam magna præmiſimus, & nunc obtrectare, moueri contra vilia, inſuper & in hominem iraſci, & ſcandalizari, hæc vincere impoſſibile, ac ſuprà humanum putamus eſſe virtutem. Sed quòd nunc in minoribus cedimus, per vitia noſtra ipſi nos accuſamus. Docemus enim quòd quicquid nunc agimus, non impoſſibilitatis eſt, ſed teporis.* Tepor itaque noſter in *declinandis negligentiis, & expugnandis leniſſimis vitijs, impoſſibilitate* malè excuſatur. Inuidioſus es tibi, naturæ, & gratiæ, cùm deſidiam tuam, & iners virtutis ſtudium, *impoſſibilitatis* penicillo coloras. Non velle eſt in cauſa, & non poſſe prætenditur. Eualuiſti

Pietas religioſa ipſi pietati bellum quodammodo indicit.

Euſeb. Emiſſ.

Ad euitãdas veniales noxas aduertenter factas impoſſibilitas malè prætenditur.

pattare

patrare ardua virtutis facinora, gratiæ officioſitate alacris, & ad vitandas leues noxas aduertenter admiſſas, *impoſſibilitatem* cauſaris? Velis, & poteris.

7. 1.Cor.5.v.6. Præclara Apoſtoli vox eſt, quæ in prouerbium celebritate percrebuit: *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit*; exiguo enim acore reſperſa, tota tumet, & inacreſcit. Petr.Dam. Appoſitè Petrus Damianus Apolog. cap. 7. perſtringens Religioſos, qui pauculas pecunias apud ſe retinebant, dicentes rem eſſe *Modica noxa fermento, & ſtillæ veneni aſſimilatur.* modicam: *Si tenuiſſima*, inquit, *veneni ſtilla pondo oleris aheno diffunditur, nónne totum, eſculentum licet, edulium prorſus abominabile indicatur? Si ergo perexigua mala, largiſſima ſæpiùs bona corrumpunt; quo pacto te de lenocinante conſcientia iactas, quia minimum eſt, quod contra profeſſionis tuæ propoſitum priuatâ proprietate poſſideas? Nam iuxta Apoſtolum: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* O! modicus defectus, minuta veneni ſtilla reputatur, quæ eſculenta ac poculenta omnia non modicè toxicat?

§. CLXXIV.

Sic cauenda ſunt minora peccata & vitia, ac maiora; quæ à minoribus ſemper incipiunt.

1. S.Iſid.Peluſ. SApienter nos admonet S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 324. *Vide quæſo*, inquit, *quomodo affecti erimus, qui coram tota humanitate, & Angelorum pulchritudine cauſſam dicemus: cùm præſertim omnis etiam inuerecundia locum non reperiet; peccatis nos, velut vmbra corpus ſolet, conſequentibus.* *Vmbra etiam peccati, quam corpus facit, timenda eſt.* Sicut vmbra quodlibet opacum corpus conſequi ſolitæ; ſic humanum corpus terris affectibus & paſſionibus materiatum, peccatum conſequi ſolet. Caue igitur vt nigram lethalis peccati vmbram faciat corpus tuum: præcaue etiam vt ſubnigram, & planè fuſcam ac luridam venialis noxæ aduertenter admiſſæ, vmbram facias; ne in vmbram mortis paullatim degeneret; & plus trahens à corpore, corporeiſque vitiis, totam in te virtutum pulchritudinem obſcuret, fœdet, ſordidet. O, vel vmbram peccati time, quò poſſis apparere coram Angelicâ ſplendide venuſtate, illámque de fulgoribus æmulari.

2. Matth. 5. v. 3. Ægyptius. Cornelius. Matthæi 5. hæc noua retrò ſeculis vox auditur: *Beati pauperes ſpiritu*: (Ægyptius *in ſpiritu*) *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Beati hîc dicuntur *pauperes* non omnes, nec qui inuitâ, aut miſerabili mendicitate ſunt pauperes, aut ex vana gloriâ, aut ex liberiùs philoſophandi ſtudio, vt Diogenes, Ariſtides, & Crates Thebanus: ſed *ſpiritu*, ſiue *in ſpiritu*, id eſt, laudabili voluntate à Spiritu ſancto inſpiratâ: cùm ſcilicet paupertas propter Deum & regnum cælorum ſpontè quæritur, aut ſuſcipitur. Triplices itaque ſunt pauperes, primò cenſu, vt mendici; ſecundò non cenſu, ſed ſpiritu, vt Abraham, qui cenſu erat diues, ſed ſpiritu & affectu pauper; tertiò cenſu & ſpiritu, vt Religioſi, qui ex amore paupertatis eam vouent, & bonis omnibus ſe abdicant. Sed ſciſcitari sagaciùs lubet, quare huic paupertatis beatitudini præ reliquis, addatur τὸ *in ſpiritu.* An non luctui, eſuriei, mititati, &c. addi etiam debuit, *in ſpiritu?* Niſi fortè, qui malè luget, & peiùs eſurit, & inconſultè miteſcit, indifferenter beatur. Opinor, habendi appetentia viuaciùs ad habendum inſtigat; adeò vt vel minima ardenter concupiſcat: quare *in ſpiritu* habenda eſt, quò animitus reſecetur, euellatur, extirpetur. Quâ de re ſic ad rem præſentem opportunè Euſebius Emiſſenus Euſeb Emiſſ. homil. 4. ad Monachos philoſophatur: Nihil, inquit, habere, interdum res neceſſitatis eſt: nihil verò cupere, res virtutis, ideò hunc ſibi ſpecialiter modum religioſus debet imponere, vt tantum habeat, quantum neceſſitas poſcit, non quantùm cupiditas concupiſcit. *Habendi enim amor niſi ad integrum reſecetur, ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis: & niſi ex corde atque affectu pauper ſis, paupertas ipſa non virtus, ſed miſeria iudicanda eſt.* *Habēdi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis.* O bene! Sic ſtrenue repugnandum eſt minimis cupiditatibus, & paruis animi vitiis ſic animosè obſiſtendum; quia modica interdum immodicè ad ſe prolectant, & importunè ac viuaciſſimè conſenſum alliciunt, trahunt, arpagant. Non eſt paruus hoſtis, de quo ita pugnaciter victuriandum eſt. Vitiorum fibras homini medullitus intertextas reſecare, Herculei roboris facinus eſt: faciliùs Gordium nodum, quam hæc minutula fila extrices. Carnes animi (vt ſic loquar) illis adhæreſcentes ſimul euelles. Sic nobis vitia medullitus conuiſcerantur! *Habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis.* Idem de vitiis reliquis iudicium eſto, tametſi in re cupiditatis hic affectus viuacior & ardentior ſit: quapropter in re paupertatis notanter exprimitur.

Non hîc morabor Interpretes, an illa vox 3.
Canticorum 2. ſponſi an ſponſæ ſit: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Cant.2.v.15. Aſtuta fraudulenter animalcula procul a ſpecioſè floridâ vineâ ſponſus arcenda ſatagit, ne morſu aut halitu illius fructum malè depopulentur. Aſt vulpes paruulæ parum nocebunt. Quin nec vulpes paruulæ nec grandiores nocent vineæ florenti, quæ non tam frondes ac flores carpunt, quàm vuas iam mitius maturas. Hoc dubium proponit Sanctius inibi num. 73. Sanctius. his verbis: *Atqui, dices, cur ſponſus ideò capi vulpeculas iubet, quia vinea floret, ſi florenti vinea vulpis infeſta non eſt? Reſpondeo, hoc eſſe prudentis patris familias prouidum conſilium: nam cùm in vinea florente ſeſe iam oſtenderet ſpes vbertatis; ne poſtquam erumpentes tunc vuæ matureſcerent, in illas ſagax illud animal inſiliret, extingui iubet maturè, ne poſtea nihil proficeret ſera prouidentia.* Scilicet exiguæ videntur vulpeculæ, & inde læſura minùs cauenda; præſertim cùm floribus minimè paſcantur vulpeculæ: hinc tamen magis elucet *A vulpeculis paruis maximè cauēdum, cùm vinea floret.* cura prouida ac ſollers, quæ vult exiguas etiam vulpes capi, id eſt, exiguos defectus maturè abigi, & præfocari, & ſi non morſu, ſed halitu tunc vel tantillum noceant. *Nam* Idem Sanct.
in re ſpirituali à minimis quoque cauendum eſt;

maximo

maximè ſi eius ſint natura, vt augeri poſſint, vt idem inibi Sanctius aduertit. Quare vulpeculæ etſi paruæ, iam *demoliri vineas* dicuntur, non quia florentem vineam tunc deuaſtent, ſed quia vel lenis læſura non leuiter lædit, cùm grauiorem oppigneret. Sic vulpinus leuium noxarum aſtus præcauendus eſt, ne ſenſim conſcientiam *demoliatur*, quæ velut cultior vinea ſponſo floret. Aptè Chryſoſtomus hom. in Pſalmum 6. *Quando ergo*, inquit, *paruam animi perturbationem ſuſceperis, ne eam neglexeris, quòd parua ſit, ſed conſidera quòd id, quod ex eâ alitur, maxima mala parit...... Nam ſi fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius. Ne ſimus ergo in paruis peccatis ſocordes, ſed ea reprimamus cum magnâ vehementiâ, vt liberemur à maioribus, & bona futura conſequamur.*

S.Chryſoſt.

4\. Purpuratus Vates ſic occinit Pſalmo 136. Filia Babylonis miſera. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Per Babylonem, nequitiæ principatum Propheta intelligit; & inſigniter beat, qui eius *paruulos* ad petram allidat, id eſt, male concidat, & penitus perdat. Sapienter dixit Ariſtoteles, *Puſillum malum non attenditur:* puſillum autem malum non eſt, quod de Babylone, id eſt, de malitiæ metropoli ortum habet, etſi modicum videatur: & qui illud præfocat, illidit, ac perimit, *beatus* prædicatur. Miriſſima ſanè eſt populi Dei ira, quæ velut parcens adultis, in *paruulos* Babyloniæ deſæuit: *Qui ſunt* (ait Auguſtinus) *paruuli Babyloniæ? Naſcentes mala cupiditates. Sunt enim qui cum vetere cupiditate rixantur.* Et S. Hieronymus ad Euſtoch. de cuſtodiâ virginit. *Dum paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia (ne zizania creſcant,) elidatur in ſemine. Audi Pſalmiſtam dicentem: Filia Babylonis miſera: beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petram: petra autem erat Chriſtus.* Totus hîc Prophetæ furor ſæuit in paruulos, in paruulos mortaliſſimè ferocit: nam puſillum malum vt non attenditur, ſic contemnitur; & inde totam malitiam Babylon per puſilla & minima incautis inſtillat. Grandioribus malis cognatus eſt horror: caue à puſillorum minis, ne ſenſim grandeſcant, & conſuetudine inſoleſcant.

Pſal.136. v.9.
Ariſtoteles 5.Politic.
S.Auguſtin. lib.
Hieron.
Cur in paruulos Babylonis, potius Propheta deſæuit?

5\. Matthæi 5. hac de re ſic nos ſalubriter admonet Chriſtus: *Qui ergo ſoluerit* (violarit & tranſgreſſus fuerit) *vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* In comperto eſt, leuia quædam eſſe in lege veteri; & licet à Deo præcepta eſſent, tamen obligaſſe tantùm leuiter ad peccatum veniale, omninò veriſimile eſt. Qui ergo hæc minima violauerit, & ſuo exemplo violanda docuerit, *minimus vocabitur in regno cælorum*, id eſt, in Eccleſiâ. Nimirùm Chriſtus in τὸ *minimus* adludit ad τὸ *minimis mandatis*: ludit enim amphibologicè, ſed eleganter in voce *minimus*. Quaſi dicat: Qui *minima* mandata, tanquam vilia, & nullius momenti obſeruare negligit, & contemptim violatione tractat; hic, hic in-

Matth. 5. v.20.
Qui minima violat, minimus aut nullus dicitur. quare?

P.Didac.Celada in Suſannam.

quam, in Eccleſia, *Minimus vocabitur*, vltimus habebitur, vilis reputabitur, contemptui erit in cælis, quaſi hominum poſtremus. Vnde ſanctus Chryſoſtomus, & ex eo Theophylactus, *minimus* interpretatur *nullus*. Qui enim aſſiduè mandata *minima ſoluit*, tam parum diſtat, vt magna violet, vt ferè iam *nullus* in regno cælorum cenſeatur. Sapienter Auguſtinus lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 15. & 16. apud Catenam: *Mandata autem minima*, inquit, *ſignificantur per vnum iota, & vnum apicem. Qui ergo ſoluerit, & docuerit ſic, ſecundùm quod ſoluit, minimus vocabitur in regno cælorum. Et fortaſsè ideò non erit* (in regno cælorum, inquam,) *quia ibi niſi magni eſſe non poſſunt.* Sic aſſidua minimorum violatio, Magnorum tranſgreſſioni vicinatur, vt voculam *fortaſsè* appoſuerit Auguſtinus, de illius damnatione aut ſalute anceps. Sic eſt periculoſum legis vnum iota, aut vnum apicem negligenter ſoluiſſe!

S.Chryſoſt.
Theophyl.
S.Auguſtin.

At dices: Qui mandata *minima* ſoluit, *minimus*, ſiue *nullus* dicitur in regno cælorum, quaſi eiuſmodi violatione à cæleſti regno præmaturè excluſus: ergo perinde eſt, *minima* mandata ſoluere, ac maxima violare; peccatum veniale aduertenter committere, ac lethale ſcelus flagitioſè patrare. Non ita ſanè. Appoſitè Bernardus de ordine vitæ, ſub finem: *Mens Deo dicata ſic caueat minora vitia, vt maiora: quia à minimis incipiunt, qui ad maxima prorunnt.* Hæc Bernardus, à S. Iſidoro benè edoctus de Normâ benè viuendi: *Qui*, ait, *verba mala non reprimit, ad noxia citò tranſit: & qui minima non reſpuit, in maxima valdè prorumpit: minorum námque culpa maiorem generat. Particulatim creſcunt vitia, & dum parua non cauemus, in magnis prolabimur. Minora itaque deuita, & ad maiora non deuenies.* Benè monentem ſequere. Hæc minimorum defectuum cautela diligens & attenta, maximè elucet in Suſannâ; quæ ad capitis attactum, quem vitare non potuit, opplorat; & probroſæ mortis ſententiam ſiccis oculis audit; quaſi grauatè magis illud tulerit.

6\.
Matth. 5. v.20.
Sic minora vitia, ac maiora ſunt cauenda. quare?
S. Bernard.
S.Iſidorus.
Hîc verſ.34. & 35.

---

§. CLXXV.

Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt.

Prothogenes Rhodi viuebat, quò cum Apelles adnauigaſſet, auidus cognoſcendi opera eius famâ tantùm ſibi cogniti, continuò officinam petiit. Aberat ipſe, ſed tabulam magnæ amplitudinis in machinâ aptatam picturæ, anus vna cuſtodiebat. Hæc Prothogenem foris eſſe reſpondit, interrogauitque à quo quæſitum diceret. Ab hoc inquit Apelles: arreptóque penicillo lineam ex colore duxit *ſummæ tenuitatis* per tabulam. Reuerſo Prothogeni, quæ geſta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus cõtemplatum *ſubtilitatem*, dixiſſe Apellem veniſſe: non enim

1\.
Plin. lib.35. cap.10.
Apelles in tenuiſſimâ lineâ, Prothogenem vincit.

cadere in alium tam *abſolutum opus*; ipſúmque alio colore *tenuiorem lineam* in illâ ipsâ duxiſſe, præcepiſſéque abeuntem, ſi rediſſet ille, oſtenderet, adiiceretque, hunc eſſe quem quæreret: atque ita euenit; reuertitur enim Apelles, ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens ampliùs *ſubtilitatis* locum. At Prothogenes victum ſe confeſſus, in portum deuolauit hoſpitem quærens. *Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi, omnium quidem, ſed artificum præcipuo miraculo.* Hæc Plinius.

Conſummata rei perfectio, rebus minimis ac tenuiſſimis conſtat.

Vbi vides aſpectabile argutioris peritiæ argumentum, non in tabulæ amplitudine, ſed in lineâ tenuiſſimè ſubtiliori meritò ſuſpici, & poſteritati admirandum & æmulandum conſultiùs tradi. Tradit etiam Scriptura ſacra tabulas Patriarcharum, & ſanctiſſimarum Heroïdum, quas vel in minimis (quibus abſolutior perfectio conſtat) admiremur, & pro virili æmulari adnitamur. Hoc conſilio poſt aliquot Heroïnas matronali virtute inclytas, Suſannam proponimus, vitâ comite daturus reliquas; vt vel de minimis, id eſt, de tenuiſſimis & ſubtiliſſimis earum lineis, virum ſanctitate perfectum in nobis operando, in aliis adhortando delineemus. Porrò in re virtutis quod cenſetur tenuiter minimum, abſolutiſſimæ perfectionis cenſus eſt. Non tabulæ amplitudo Prothogenis, ſed Apellis ſubtilior linea, ideale artis miraculum reputatur.

2. Prouerb. 7. v. 2.

Salomon Prouerbiorũ 7. ſic nos ſalubriter adhortatur: *Fili ſerua mandata mea, & viues: & legem meam quaſi pupillam oculi tui.* Senſus eſt: Tam tibi cordi & curæ ſit legis exactiùs obſeruandæ diſciplina, quàm eſt pupilla oculi, quam vt teneram pupulam & virgunculam ſummè diligis, & magnâ ſollicitudine cuſtodis.

Cornelius.

Addit inibi Cornelius: Sicut pupilla licet parua, in ſe res omnes, quin & cælum mundúmque contioet & comprehendit: ſic lex & diſciplina licèt in rebus paruis ac minutulis ſita videatur, tamen in ſe continet omnem honeſtatem, omnem virtutem, omne bonum, quin & cælum & beatam æternitatem, perennémque felicitatem, & omnium ſanctitatum conſummatam perfectionem.

Saluianus. *Conſcientia, ſicut oculi pupilla, leui puluiſculo nõ leuiter læditur.*

Eleganter Saluianus lib. 3. de Prouidentiâ ita ad rem philoſophatur: *Perfecta & ſinceriſſima ſanctitatis volens cultores ſuos facere Saluator, iuſſit ab his cautiſſimè etiam minima vitari; & vt quàm pura eſt pupilla oculi, tam pura eſſet Chriſtiani omnis vita: vt, ſicut ſaluâ intuitûs incolumitate pulueris labem in ſe oculus non reciperet; ſic vita noſtra labem in ſe penitus non haberet.* Pretioſè tenera eſt pupillæ valetudo, & magnâ ſollertiâ vel tenuis puluiſculos arcendus eſt, ne læſuram non modicam faciat; ſic minutula labes præcauenda eſt, & conſcientia velut oculi pupilla tractanda. Profectò ſi ita exactè cuſtodierimus legem Dei, vt pupillam oculi, ipſe Deus viciſſim cuſtodiet nos vt pupillam oculi ſui,

Zachar. 2. v. 8.

iuxta illud Zachariæ: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quæ ſanè res eſt nutæ conſolationis, ſpei, gaudiique inæſtimabilis.

Pſalm. 16. v. 8. Hebræus.

Quocirca pro eâ inſtanter orat Dauid, aiens: *Cuſtodi me vt pupillam oculi;* Hebraïcè, *quaſi pupillam filiam oculi.* Pupilla enim eſſe videtur filia oculi, quia in eo, & quaſi ex eo enata, imaginem filiolæ ſeu virgunculæ repræſentat. O quàm exſomni cuſtodiâ filia virgo à parentibus cuſtodiri ſolitat! ſic vel minutior labecula præcauenda eſt.

Lex, velut virgo ſeruanda eſt.

3. Matth. 10. v. 14. Cornelius.

Matthæi 10. ſic Chriſtus Apoſtolos ad prædicandum mittendos inſtituit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Et quicumque non receperint vos, neque audierint ſermones veſtros: *exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris*, vel ſandalia excalceando, eáque inter ſe colliدendo, vt puluis ex iis excutiatur: vel ſandalia applodendo ad terram, aut ea affricando ad lapidem, vel lignum aliquod, vt puluerem extergerent.

Abulenſis. *Vel puluis vrbis peccatricis excutiendus eſt, quare?*

Et notat Abulenſis quæſt. 83. bis id faciendum, ſemel in vrbe, iterùm extra vrbem. Quare res excutiendi pulueris adeò minuta, tam ſeriò à Chriſto Deo Diſcipulis iubetur? Plures cauſſas adaggerant ſancti Patres, & interpretum Proceres, & nos aliquas ſparſim ethicè dedimus.

S. Hilarius apud Caten. S. Thomæ.

Sanctus Hilarius ibi, ſic fatur: *Excutite puluerem de pedibus veſtris. Exiſtenti enim in loco, cum loco videtur eſſe communio. Totum ergo quod eſt illius domus excuſſo puluere pedum, relinquitur: nihilque ſanitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigijs mutuatur.* Nota cautelam vel in re minutiſſimâ, & quæ videri poſſet nimia aut ſuperuacua. Nempe locus, vbi peccatores habitant, adeò debet eſſe ſuſpectus de ſceleroſi contagij aliquâ communione, vt non tantùm declinandus ſit, ſed & puluis illius ſemel & iterùm è pedibus excutiendus. Addit exaggeratiùs, *Nihilque ſanitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigijs mutuetur.* Cùm enim Apoſtoli gratiam ſanitatum accepiſſent à Chriſto, cautè timetur, ne ſi fortè eorum *veſtigia* operentur *ſanitates*, vel in re miraculi aliqua communio intercedere videatur, quæ miraculi patratores quodammodo culpet. Timeat ergo *pupilla* puluerem, quem vel *pes* excutere iubetur. O, virtus perfecta ſic eſt in minimis cauta!

4. Pſalm. 118. v. 4. S. Auguſt.

Pſalmo 118. ſic legiſlatorem Deum Dauid alloquitur: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Benè indidem addubitat Auguſtinus, à quo reliqui exinceps Commentatores: *Quid eſt, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Vtrùm nimis præcepiſti, an nimis cuſtodiri? Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobilémque ſententiam dictum videtur. Ne quid nimis. Si enim hoc verum eſt, vt ne quid nimis fiat, quomodo verum eſt quod hic dicitur, Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis? Quando Deus aliquid vel nimis præciperet, vel cuſtodiri nimis vellet, ſi omne nimium reprehenſione dignum eſſet.*

Origenes. Corderius. *Mandata nimis cuſtodire, eſt placidè obtemperare.*

Reſpondet inibi Origenes, in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Eſt vehementer & eſt placidè cuſtodire mandata Dei. Vel vehementer præcepit Deus cuſtodiri mandata ſua*, putà *placidè* à nobis. Itaque τὸ *nimis*, & appellat ſuprà Deum præcipientem *vehementer*, & ſuprà hominem obedientem *placidè*. quaſi Deus

vehementer

vehementer expetat. vt eius præceptis *placidè*, non coactè, non externâ vi impulſi, non reluctantes obtemperemus. Hinc illud ſudarum

S. Auguſtin. ſerm. 73. de Tempore.

Auguſtini de Iſaaco vinculis ligato, vt non reluctans, ſed *placida* foret victima: *Vincitur innocens hoſtia, ne offerentis deuotio putaret ſe minus aliquid exhibere, ſi impatientia doloris victima calcitraret.* Abrahamus portò Dei mandatum *nimis* cuſtodire ſatagit, id eſt, perdifficili imperio *placidè* obtemperare; adeò vt nec in ipsâ victimâ ſignum doloris, aut impatientiæ motus appareat, ſed Deo per omnia *placidè* obtemperet. Vide quàm de his minimis ſit ſollicitus Patriarcha, benè ſcius, quòd ſumma perfectio nec labeculam admittit: quippe quæ reculis minutiſſimis

Pſalm. 118. v. 8. S. Hieron.

conſummatur. Quare ſubdit Propheta: *Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque*; S. Hieronymus, *non me derelinquas vſque nimis*. Ille vſque ad nimietatem deſeritur, qui non ſolùm deuotione ſenſibili, ſed etiam fœcunditate ſpiritûs, & obſequij alacritate viduatur: adeò vt mœſtus ac ſegnis præceptum opus duntaxat exequatur, ſpecie tenus bonum, animitus deuotionis exuccum, & merum virtutis cadauer. Dum ergo ſic operor, *nimis* me derelictum gemo.

5. Matth. 5. v. 20.

Matthæi 5. ſic ad Euangelicam perfectionem Chriſtus Diſcipulos erudit: *Qui ergo*, inquit, *ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis..... minimus vocabitur in regno cælorum.* Quæ ſunt mandata maxima? quænam hæc minima? Et ſanè qui hæc violat & tranſgreditur, etſi *minima* dicantur, *minimus* in regno

Theophyl.

cælorum nominatur. Theophylactus τὸ *minimus* interpretatur *nullus*; quia in regno cælorum non niſi magni eſſe poſſunt, vtpotè Reges cæli, filij Dei, & coheredes Chriſti. *Minimum* dicitur, quod in cælo *minimum*, aut

S. Chryſoſt.

nullum facit? S. Chryſoſtomus homil. 16. in Matthæum, ita ſcribit. *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, &c. Non pro veteribus legibus hoc dixit, ſed pro his, quæ ipſe erat precepturus, quæ quidem minima vocat, licèt*

Chriſti mandata dicuntur minima, quia vſque ad minima obſeruari expetit.

magna ſint. Putare aliquis poſſet, legis Moſaicæ iamiam abrogandæ præcepta dici *minima*, quò Euangelij mandata tacitè dici magna videantur. Non ita quidem, ſed ſua præcepta Chriſtus appellat *mandata minima*, licèt reapſe magna ſint; quia in *minimis* etiam obſeruari debent: nec *iota vnum*, aut *vnus apex* prætereundus eſt, qui non exactiùs obſeruetur. Quaſi dicat: Perfectos virtute, & ſanctitate conſummatos copio Euangelij alumnos: ne ergo putetis erga magna duntaxat Euangelicam virtutem verſari; Euangelij negotium, etiam minimorum otium eſt. Mandata *minima*, & mandatorum conſequentias, imò & eorum obſeruandorum præuiam cautelam vobis indico; quæ ſiquis non diligenter obſeruarit, ſed oſcitanter violarit, in regno cælorum *minimus*, id eſt, *nullus* erit: qui enim *minima* contempſerit, Euangelicæ perfectionis exors erit: qui modica ſpreuerit in re virtutis, grauiora ſenſim committet; leuis enim culpa, grauioris lenocinium eſt. Profectò Dei gratia nuſquam magis, quàm in minimis tota eſt. Quod in Sanctorum Proceribus, & nunc in

P. Didac. Celada in Suſanna.

Suſannâ, matronalium virtutum ideâ cernere licet. Captiuitatis moleſtiâ, & regendæ numeroſæ familiæ operoſo negotio penè obruta, animi cauſsâ frequentat topiarium; ſed domeſticum, & poſtquam turba receſſerat. Balnea adit, vt Babylonicum æſtum leuet; ſed vel ancillas modeſtia ſequeſtrat, ianuis clauſis ſolitaria. Adeſt tribunali impuro, ſed velata, ne alienos oculos admittat. Admittere cogitur in capite impudicas Senum iudicum manus; ſed pudicè opplorat: & quæ ſiccis oculis mortis ſententiam audit, ad attactum leuem & innitom illacrymat. Sic erat Suſanna in minimis tota, etiam cùm de vitâ & honore res erat! Hic verſ. 34. & 35.

---

§. CLXXVI.

Vocalis lacryma rem miſericordiæ iure ſuo vendicat ſibi; & gehennæ incendium lacrymantibus extinguit.

5. S. Auguſtin. ſerm. 7. in Pſalm. 118.

MIſer homo flenda patrare ſcit, flere neſcit: *Quis*, inquit Auguſtinus, *ſtupris deditus, flagitijs inuolutus, lauat per ſingulas noctes lectum ſuum? Neſcit flere, qui flenda committit, & cum ſit ipſe lacrymabilis, non habet pœnæ lacrymas ſuæ.* Innocens Suſanna flere

Hic verſ. 35. *Peccator flenda patrare ſcit, flere neſcit.*

ſcit, nocentiſſimi Senes flere neſciunt. Vindex Suſannæ fletus innocentiam inuenit; innocentiam propè faceret in nocentiſſimis Veteratoribus, ſi fleuiſſent: ingruentes ipſis lapides fletu ſiſterent, & flammeam meritò, quam ſubiere, frixionem, lacrymarum extinguerent naufragio. Sane fletus eſt culpæ naufragium, & pœnæ redemptio. Plorat inuidenda Suſanna, & flebilis Senum nequitia ſiccis oculis ſtat alacris. Flebilis eorum alacritas, meritò inuideat Matronæ fletui; quod tragœdiæ cataſtrophe veraciter cõprobauit.

2. Pſalm. 38. v. 13.

Pſalmo 38. Dauid tot calamitates ſuſtinendo defeſſus, ſic flebilis Deum orat: *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.* Senſuum permutatio confuſam doloris vehementiam ſubindicat. Opinor, cææ ſunt aures ad videndas lacrymas; & ad eas percipiendas oculi ſurdi ſunt; ad videndas verò perſpicaces. Niſi fortè adeò exundabat fletus, vt non guttatim lacrymæ per genas irent, ſed lacrymarũ riuuli ex oculis caderent. Sic forſan auribus percipi lacrymæ polient; ſed non vocalem ſonum, ſed ſtrepitum confuſaneum edidiſſent. Imò vocalem & linguatum ſonum fletus edit: *Auribus percipe lacrymas meas*, ait Propheta. Quæ verba ſic Petrus Damianus elucidat: *Qui enim*,

B. Petr. Dam. de Perf. Mon. opuſc. 13. §. 12. de lacrymis.

inquit, *non oculis attendi, ſed auribus percipi lacrymas poſtulat, voces ineſſe lacrymis manifeſtè deſignat. Lacrymæ nempè cùm in conſpectu pij Iudicis ſupplicant, nihil hæſitant; ſed ſic miſericordiam, tanquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant, & impetraſſe ſe quod petierant, confidenter exultant.* Nimirùm precarius

A lacrymis res miſericordiæ redditur iuſtitiæ negotium.

lacrymarum clamor linguatus eſt: ſua lacrymis vox ſubeſt, adeò potens ad impetrandum, vt res miſericordiæ, lacrymarum iure in negotium iuſtitiæ reformetur. Portò cum lacrymæ *in conſpectu pij Iudicis ſupplicant*,

cùm lacryma in conſpectu pij Iudicis ſupplicant, miſericordiam tanquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant; quaſi rei dominium acquiratur lacrymarum pretio, & iuſtè pià furacitate rei expetitæ poſſeſſionem inuadant. Vnde fletus de re quam ſupplicat, ac ſi eam iam poſſideret, *confidenter exultat*, & ſibi exultim gratulatur. O! præpropere flenti Suſannæ de incolumitate gratulemur: redemptrices enim lacrymæ ſoſpitatem anticipant, vt apud pium Iudicem, rem miſericordiæ qoaſi iure ſuo præhabeant, & præmaturum dominium lacrymarum titulo poſſideant. O Suſanna lacrymando triſtiſſimè mœrens, de incolumitate quaſi iam obtentà *confidenter exulta*: ceſſat mœſtè illacrymandi cauſſa, cùm lacrymæ è diuerſo *exultationem* parturiant, cùm rei cupitæ gratiam, *tanquam rem proprij iuris ſibimet vendicent*. Et quidem laudatus hic Auctor de Suſannâ nuncupatim agit; ibi enim præſcripſerat: *Quid Suſannam memorem? quæ mox vt ad lacrymarum patrocinium confugit, protinus de manibus ad mortem ſe trahentium rapitur, in falſorum caput teſtium damnationis ſententia vertitur, & ſic per ſpiritum iunioris pueri ſanguis innoxius liberatur.*

Mæſta lacryma de impetratione exultant.

3\. ¹ Iob 40. de Behemoth Diaboli ſymbolo, ita ſcribitur: *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Ad quæ verba proculdubio adludit Petrus Cellenſis lib. de Panibus c. 12. ſic eleganter fatus: *Flumina omnia ſorbet, ſed hanc tantũ aquã non ſorbet. Rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſà fuerint hac aquâ; dentes excutiuntur, fauces perforantur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur.* Vide quàm ſit hæc lacrymarum aqua Dæmonibus exitialis. Eneruis redditur Dæmon lacrymarum aquulà potatus. Exinde ait Petrus Damianus nuper allegatus: *Lacrymantes equidem oculi Diabolum terrent, & ſic lacrymarum erumpentium expauet impetum, ac ſi procelloſi nimbi grandinem, vel furentium vndique ventorum effugiat tempeſtatem.* Lugubris placide lacrymulà ab oculis ſudata, dum leniter æque ac ſilenter per genas it; tempeſtas ingruit Diabolis procelloſa, atrox periculum, & pauor exanguis. Per τὸ *fluuium*, noſter inibi Sanctius *torrentem* intelligit. Vnde appoſitè ſubdit Damianus cauſſam, ob quam ſic lacrymas Dæmones expaueſcant: *Sicut ſpumoſi Torrentis*, inquit, *cumulus ſuperueniens cunctis alueum ſordibus purgat, ſic lacrymarum profluentium curſus ex mente flentis, & Diabolica verſutiæ ſemina, & omnes ſordentium vitiorum peſtes eliminat.* Appoſitè quidem Damianus ediſſerit quam paueat Dæmon, & quàm Dæmonem cruciet humanus fletus, qui conſcientiæ inolitas ſordes ſic emaculat. Et nota, ſententiosè dixiſſe, id præſtare lacrymæ curſum, non tam ex oculis, quàm *ex mente fluentis*. Alibi forſan enucleabitur quare aſpectabiliores lacrymæ, non tam è flebilibus oculis, aut tenero deuotionis affectu, quàm *ex mente fluere*, quaſi lacryma ſit intellectûs & mentis proles; aut vera ſapientia ſit lacrymarum conceptaculum, & illarum fœcunda matrix. Generoſæ quidem lacrymæ,

Iob 40. v. 18.

Pet. Cellenſ.

Lacrymarum aqua Dæmonibus exitialis eſt. quare?

S. Petr. Dam.

Sanctius.

Non tam ex oculis, quàm ex mente fluens lacryma.

quas *mens* parturit! Plura ſignificat quàm dicit Damianus.

4\. Lucæ 15. hæc Chriſti vox auditur: *Dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Nunc præſertim appellantur Angeli *Dei*, Dei inquam, qui eſt *animarum amator, earúmque ſalutẽ ſitit*, ait ex Euthymio Cornelius. Quid Deus in pœnitente *ſitit*, cui potato ſic Angeli adgaudeut? S. Bernardus ſerm. 68. in Cantica ita ſcribit. *Gaudent Angeli ad pœnitentiam peccatoris. Deliciæ Angelorum lacryma mea.* Has Angelorum delicias, quas oculis pœnitens peccator propinat, Deus *ſitit* ad Angelicæ in cælis gloriæ nobile auctarium. Quin & ad cruciatuum apoſtatæ Angeli pœnaliſſimum incrementum. Luculenter idem Petrus Cellenſis lib. de Panibus cap. 12. *Satan*, inquit, *tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam, quam lacrymam noſtram; acriúſque contriti cordis lacrymà, quàm flammâ infernalis incendij torquetur.* O ſulphureas malo Dæmoni pœnitentium lacrymas! O arcana rerum antitheſis! Aquens lacrymarum vdor paſſionum ardorem refrigerat, & interſtinguit inteſtini fomitis igniculum, qui eſt gehennæ ſcintilla; ipſa autem illa eadem lacryma gehennalem infernalis Diaboli pyram arcanè exufflat, ardenter ſufflammat, & acriùs accendit. Vel potiùs ipſa lacryma, alterum Diabolorum incendium eſt, & infernalis pyræ acrius nutrimentum, quo acerbiùs Dæmones concremantur. Suam tolerat Dæmon flammam: at *lacryma noſtra* Dæmoni intolerabilis eſt, illius impatientia, & cruciatuum hyperbole. O per humanas lacrymas Deo Angeli in cælis adgaudeant, & infernalis Diabolorum cruciatus & vlulatus accreſcat! Qui non illacrymat, Deo & Angelis nouum gaudium inuidet, & nouam pyram malo Dæmoni infidus ſubtrahit.

Lucæ 15. v. 10.

Euthymius. Cornel. hic ad verſ. 7.

Ob noſtras lacrymas Deo adgaudent Angeli.

Pet. Cellenſ.

Lacryma noſtra, intolerabilius Diabolorum incendium eſt.

5\. Matthæi 3. exibat ad Ioannem Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane Videns autem multos Phariſæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum. *Quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ* Quaſi dicat, ait ex Maldonato, Cornelius: Quis demonſtrauit vobis, vt Dei iudicium & *gehennam* timeatis, quam antea non credebatis, vel non timebatis? Vnde tanta in vobis per pœnitentiam mutatio? Itaque futura Dei *ira*, quam per pœnitentiam fugiunt, ipſa infernalis *gehenna* eſt, quam ſibi pœnitentiæ lacrymis interſtingunt. Appoſitè Bernard. *Vtinam nunc*, inquit, *daret quis capiti meo aquas, & oculis meis lacrymarum fontes. Fortè enim non reperiret ignis exurens, quod interim fluens lacryma diluiſſes.* Ecce tibi lacrymæ pœnitentibus interſtingunt gehennam, eámque Dæmonibus redaccendunt. Res planè miriſſima, quod eadem lacryma arcanà quadam vi gehennæ ardoré quem adimit pœnitentibus, Diabolus reſtituat, & ſic quod detraxit, mirè compenſet. quod eſt magnũ lacrymarũ ſacramentum. quaſi rationabilis ac pœnaliſſimus gehennæ ignis, ſapiens ſupplicij aut impunitatis arbiter, quod illacrymantibus indulget,

Matth. 3. v. 7. & 8.

Maldonatus. Cornelius.

S. Bernard. ſerm. in illud Iob 5. v. 19. In ſex tribulationibus, &c.

Gehẽna ignis lacrymantibus extinctus, dæmonibus accenditur lacrymarum vi.

actius

actius Dæmonibus eroget : & illa eadem flamma plorantibus nulla, diabolis vna multiplex ſit, dum de lacrymarum ardore illos vltulet peracerbius.

6\. Pſalmo 6. hæc flebilis Prophetæ vox auditur : Laboraui in gemitu meo, *lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* S. Hieronymus ex Hebræo legit, *Natare faciam lectum meum.* Vatablus verò, *Natare facio.* Tam largè fleo, flebóque, vt præ lacrymarum copiâ lectus meus lauari, imò & natare poſſit fletu meo. *Rigatio,* ait Auguſtinus *ad interiora permanat, quod ſignificat fletum vſque ad cordis intima.* Ad rem præſentem opportunè Chryſoſtomus, aliter locum exponit hom. 5. de Pœnitentiâ: *Rogum,* inquit, *peccatorum extinguimus, non iam aquis multis, ſed paruis cum lacrymis: multus enim peccati ignis, atque modica extinguit eum lacryma: nam lacryma rogum extinguit peccatorum. Teſtatúrque ſanctus Dauid, quantum lacrymarum virtus poſſit : Lauabo,* inquit, *per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Nam & ſi lacrymarum vbertatem voluiſſet oſtendere, ſatis fuerat dixiſſe, lacrymis meis ſtratum meum Rigabo : quare ergo præuenit, lauabo? vt oſtendat lauacrum & purgatorium peccati lacrymas eſſe.* Vide hìc quantum arcana lacrymarum virtus poſſit : eſt enim lacryma velut baptiſmus & lauacrum, atque *purgatorium peccati* : cúmque multus ſit *peccati ignis, modica extinguit eum lacryma.* Quin & abſtruſa lacrymarum vis, de gehennâ fumantem & ardentem *peccatorum rogum extinguit.* Nec mirum, quòd lacryma quæ lacrymantibus gehennale inferorum incendium interſtinguit, *peccatorum extinguat rogum,* qui forte ille ipſe eſt, aut illius fœcunda matrix, aut non dubius obſes. O quàm eſt pyræ gehennali vicinus & cognatus *peccatorum rogus!* Hunc lacrymis extingue ; & illum extinxiſti.

Pſalm. 6. v. 7.
S. Hieron.
Vatablus.
S. Auguſt.
S. Chryſoſt.
Lacryma extinguunt peccatorum rogum.
Lacryma eſt peccati purgatorium.

§. CLXXVII.

Lacryma animarum fœcunditas eſt, peccatorum ſpongia, legatus ad Deum, immediata promiſſio, ſpiritus ouans, & gazarum cæleſtium locuples cenſus.

1\. LAcrymarum encomiaſtes ſic Petrus Damianus excribit : *Lacrymarum mador animam omni labe purificat, & ad proferenda virtutum germina noſtri cordis arua fœcundat. Sæpe namque miſerabilis anima velut ſub pruinali glacie comas & foliorum ornamenta depoſuit : & recedente gratiâ ipſa ſibi derelicta, tota remanet arida, & quaſi decidentium florum videtur decore nudata. Sed mox vt lacrymæ ex munere intimi Inſpectoris eruperint, protinus hæc eadem anima reuireſcit, torporis ignaui frigore ſoluitur : & tanquam arbor verna Auſtri fomite recaleſcens, rediuiuo virtutum ſuarum flore veſtitur.* Itaque lacrymarum mador, viror animi eſt, fertilitatis fomes, flos virtutum, & fœcundus earum prouentus. Sterileſcit anima, quæ hoc cæleſti oculorum rore non madet. Sibi inuidet cæleſtes in

B. Petr. Dam. opuſc. 13. c. 11.
Lacrymarum mador animam rigat, & fœcundat.

P. Didac. Celada in Suſanna.

terrâ fructus, qui genas hoc imbre non rigauit.

2\. Pſalmo 50. regius Propheta lacrymis madidus, has voces ſingultibus interceptas edit : Ampliùs laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me. Protinus impetrandæ veniæ cauſſam ſubdit : *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me* (id eſt, *coram me*) *eſt ſemper.* O generoſam animam (exclamat inibi Chryſoſtomus.) Adeò peccatum oblitioni minimè mandauit, vt etiam ipſum, tametſi condonatum, litteris prodiderit. Siquidem in conſcientiâ, non ſecus atque in picturâ, mulierem eam, quam adulterio ſubdiderat, ſingulis diebus proſpiciebat. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Ego illud video ; tu* (ô Deus) *illud ne videas. Ego litteris mando ; tu illud oblittera. Vide enim quid fiat. Si tu illud memoriâ teneat, Deus è memoriâ abiecit. Si te illius obliuio capiat, Deus illius meminit. Ego enim ſum, ait ipſe per Prophetam, qui deleo iniquitates tuas, & earum non recordabor.* Et paullò pòſt idem Chryſoſtomus, exponit quomodo peccata delenda ſint, & quo Dei inſtrumento oblitteranda : *Peccata tua in libro ſcripta ſunt : ſpongiæ autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte ; & oblitterantur. Lacrymas mitte ; & purus illic liber inuenitur. Magna peccatorum ſpongia ſunt lacrymæ. Magna lacrymarum vis eſt.* (Dein lacrymantem Martyri comparat : hic enim è venis ſanguinem mittit, ille lacrymas è corde per oculos.) Profectò *ſpongia* chartam delet, bibula humoris, illud ad ſe attrahendo, & ſenſim abſumendo : ſic & lacrymæ velut attrahunt ad ſe flenda peccata, illáque abſumunt, & ſic ea è noſtrâ conſcientiâ quaſi è libro delentes, peccata diluunt, & peccatorem lauant, & purè emaculant. O lacrymarum aqua, quæ lauas, & non lauaris! Idonea peccatorum *ſpongia*, humanarum ſordium mundities, malitiæ expunctio, & conſcientiæ nuper ſqualidæ pnriſſimus nitor. Securè ad te peccatorum ſqualorem attrahis & combibis, vt illum expungas, ac diluas. O ſalutare peccati naufragium, & felix peccatorum portus.

Pſalm. 50. v. 5.
S. Chryſoſt. homil. in Pſ. 50. poſt med.
Si homo peccata ſua videt, Deus illa non videt, quo ſenſu?
Iſaiæ 43. v. 25.
Lacrymæ comparantur ſpongiæ.
Illacrymans Martyribus comparatur.

3\. Iſaiæ 38. Ezechias audito feſtinæ mortis nuncio è Prophetæ ore, conuertit faciem ſuam ad parietem, lacrymarum bonum erubeſcens; & *fleuit Ezechias fletu magno.* Et protinus factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens : Vade & dic Ezechiæ : Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Ecce ego adyciam,* &c. lib 4. Reg. cap. 20. additur: *Antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrij, factus eſt ſermo,* &c. Ex quo apparet quantam habuerint vim lacrymæ Ezechiæ, & quàm Dei animus mollis ſit ad flebilem lacrymarum vocé, quem tam citò ad miſericordiam flectunt miſerorum gemitus. Hinc inibi Galfridus exclamat: *Quam feſtinus & fidelis legatus eſt lacryma ſupplicantis!* Hunc *legatum* Rex terræ ad cæli Regem flebilis mittit; & lacryma de opplorantis maxillis ſubitò ad empyreá curiam & ſolium aſcendit feſtinus, fidelis, & peritus orator, qui incunctanter Regis vitam feliciter negotiatur; & bonum nuncium auſpicatò obtentum,

Iſaiæ 38. v. 5.
4\. Reg. 20. v. 4.
Galfridus in alleg. apud Tilmannum.
Lacryma eſt feſtinus & fidelis ad Deum legatus.

ote Prophetico protinus renunciat. Sibi inuidet quæ exoptat bona, qui lacrymas benè negotiatrices identidem ad Deum non ſubmittit. *Quàm feſtinus & fidelis legatus eſt lacryma ſupplicantis!* Hos etiam legatos hîc

Hic verſ. 35. plorans Suſanna in cælum mittit, quibus negotium tragicè deſperatum, felici ac feſtinato euentu flebilis abſoluit; & ipſa impunis punitionem in aduerſarios reuoluit. O quàm de facili lacrymas, velut feſtinos ac fideles legatos poſſumus ad Deum ſubmittere!

S. Ambroſ. Hinc illud Ambroſij in Pſalmum 37. *Lacrymæ funduntur, quæ ſolent legationem ſuſcipere pro delictis.*

4\. Idem Propheta Euangelicus cap. 61. Spiritus

Iſaiæ 61. v. 3. Domini ſuper me, inquit, ad annunciandum manſuetis miſit me, vt conſolarer omnes lugentes: *Vt ponerem fortitudinem*, (ſic

Immetata promiſſio lugentibus proponitur.

habent multi codices) *lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Benè eſt, mittatur Propheta vt omnes *lugentes* conſoletur, & luctum refingat in gaudium. Sed quid eſt, quòd ſubdit, *vt ponerem lugen-*

Hebræus. Græcus. Chaldæus. *tibus?* Sic habet vulgatus cum Hebræo, Græco, & Chaldæo. Quidnam *lugentibus ponat?* An vt ponat *fortitudinem?* Iam vox *fortitudo* expuncta eſt, vt vidimus. Quin & fortitudo non eſt antitheſis lacrymarum, quarum tanta eſt vis, vt vim inferat cælo. Opinor, nihil in ſpecie & nuncupatim promittitur; ſed tantùm dicitur, *Vt ponam lugentibus*, vt arbitrio lugentium relinquatur quicquid à Deo velint

Flebilis ſpiritus eſt ſpiritus ouans. impetrare lacrymarum obſequio. Immetata ponitur promiſſio, quæ nullo clauditur termino; vt qui luget, eligere licentiùs audeat, & audentiùs præſumat adipiſci quicquid ſpes

Cornelius. audax maluerit. Ceterùm Cornelius indidem cenſet ſuſpenſum nec indefinitum eſſe verborum ſenſum; ſed intelligendum eſſe, vt *ponerem lugentibus*, ſcilicet coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, *pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Minimè abnuo. Sed non

Chaldæus. dimittam innotatum, quòd Chaldæus Paraphraſtes pro τὸ *ſpiritu mœroris*, vertit, *ſpiritum ouantem*, quaſi perinde ſit flebilis *ſpiritus mœroris*, ac *ſpiritus ouans*, & feſto iam plauſu triumphum agens. Parum foret, quòd mœſtè illacrymans, poſtmodum *ouaret*; in ipſis etiam lacrymis *ouationem* exultim auſpicatur. Adeò certò ſibi ſpondet obtinere, quod mœſti lu-

Hic verſ. 35. ctûs piâ ambitione peroptat. Sic & Suſanna flebilis alit *ſpiritum ouantem*, quo hoſtibus deuictis actutum feliciſſimè triumphat. Euge Suſanna victorialis Heroina, quæ à mœſto luctu *ouationem* auſpicaris.

5\. Lucæ 22. Petri infidam ter negationem,

Lucæ 22. v. 62. galli cantus excepit; & recordatus eſt verbi Domini, ſicut dixerat: Quia priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. *Et egreſſus Petrus*

Petrus dicitur Chriſtum negaſſe, vt fleret.

foràs fleuit amarè. Quare fleuit? quia turpiſſimæ illi ternæ negationis culpa obrepſit. Petrus doluit & fleuit, quia errauit vt homo; commune quòd labitur, fidei & fiduciæ quòd lacrymatur. Lacrymæ lauent delictum, quod poſt malè fidam conſtantiam, voce pudor eſt confiteri. Lacrymæ veniam non poſtulant, ſed merendo impetrant. *Doce nos Petre* (ait

S. Ambroſ. inibi Ambroſius) *quid tibi profuerint lacrymæ tuæ? ſed docuiſti illicò, nam qui lapſus es antequam fleres, poſtquam fleuiſti erectus es, vt alios regeres, qui teipſum ante non rexeras.* Tantum lacrymis licet! Adeò vt addiderit Ambroſius:

S. Ambroſ. in cap. 4. Lucæ. *Petrus tentatus eſt, vt negaret: negauit, vt fleret.* Altè dictum! Nempè, execrabilis Petri negatio à Deo permiſſa eſt, vt ſumptuoſius ex lacrymis bonum Petrus conſequeretur. Grande malum trina infidè negatio; pretioſius bonum ingis exinde ploratio. Negauerit, iterúmque iterúmque negauerit Chriſtum Petrus, quò plus fletu redimeret, quàm committens flenda perdiderat. *Nam qui lapſus eſt antequam fleret, poſtquam fleuit, erectus eſt, vt alios regeret, qui ſeipſum non rexerat.* Sic eſt lucroſum lacrymarum commercium! Ergo *Petrus negauit, vt fleret.*

Lucæ 7. mulier illa in ciuitate & Euange- 6.

lio famoſa, importuna conuiuio, veniæ op- Lucæ 7. v. 37.

portuna, pudicà inuerecundia piè impudens; & ipſa ſpurcis libidinibus fœtida, attulit alabaſtrum vnguenti odoratiſſimi; *& ſtans retro ſecus pedes eius* (Ieſu) *lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat*, &c.

S. Auguſtin. Pulchrè Auguſtinus hom. 23. inter 50. *Acceſſit non ad caput Domini, ſed ad pedes. Et quæ diu malè ambulauerat, veſtigia recta quærebat.*

S. Ambroſ. Et indidem Ambroſius: *Bona lacrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lauare delictum, ſed etiam verbi cœleſtis rigare veſtigium, vt greſſus in nobis eius exuberent.* Et præſcripſerat: *Ideò non lauit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lacrymis nos lauemus.*

Cur Chriſti pedes Magdalena lacrymis lauat.

Sed vellem, vt hoc flebilis balnei ſpectaculum propiùs & attentiùs

S. Cyprian. contemplemur. S. Cyprianus tractatu de Ablutione pedum, ita ſcribit: *Vſa eſt capillis pro linteo, oculis pro catino, lacrymis pro baptiſmo: cor contritum erupit in lacrymas, fides lauit, charitas vnxit: caput pro ſuppedaneo ſtrauit, crinibus circumfuſis pedes ſacros inuoluit & terſit. Nihil ſibi de ſe retinens, totam ſe tibi deuouit.* Et quomodo hæc mulier nihil ſibi de ſe retinet, ſed totam ſe Chriſto impendit illacrymante obſequio? Eſto, lacrymas fundat, quibus Chriſti pedes incipiat rigare; at dum dominicos pedes ſuis lacrymis copioſè infuſos, capillis ſuis extergit, auara lacrymarum fuſas lacrymas ſedulè reſumit bibulâ capillaturâ lacrymarum largiter effuſarum auarè furaci.

7\. S. Chryſol. Belliſſimè Chryſologus ſerm. 93. *Et capillis capitis ſui tergebat*, inquit: *In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat vnda, vt ſuâ fronte* (aptiùs forſan *ſuo fonte*) *mulier in nouum baptiſmu ſuorum dilueret illuuiem peccatorum.*

Magdalena piè auara lacrymarum, effuſas lacrymas reſumit.

Scilicet, videri poſſet hæc mulier lacrymarum effuſiùs prodiga, cùm plenis lacrymarum riuulis ex oculis largiter profluentibus, Chriſti pedes largiter irrigabat. Aſt in ipsâ lacrymarum effuſione, tam pretioſas eſſe lacrymas experta eſt, vt illas protinus extergat, & reſumat *Capillis capitis ſui tergebat. In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat vnda.* O pie furax lacrymarum auaritia, quæ benè Chriſti pedibus infuſas lacrymas, in caput ſuum refluere ſatagit, ne forte vnquam capiti ſuo deſit fons lacrymarum, quas ſic eſſe pretioſas experta eſt. Qui eſt locuples lacrymarum cenſus. Non retinuit ſibi, quod ſibi adſeruet

ſeruet auarè, ſed vt lacrymas quas effuſè impenderat, iterùm (ſi fieri poſſet) effuſiùs erogeret, ne capiti ſuo effundendæ lacrymæ vmquam deſint. Exindè lacrymas capillis capitis ſui tergit, vt in ſuum ipſius caput lacrymarum *vnda reflueret*, quò in ipſo perennaret lacrymarum fons: ne cogeretur dicere cum Propheta: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte.*

Ierem. 9. v. 1.

---

§. CLXXVIII.

Sacro textu duce, adhuc conglobata lacrymarum elogia prædicantur.

1. Sanctus Chryſologus elucidans illud dictum Lucæ de Magdalenâ, *Lacrymis cœpit rigare pedes eius,* ita eloquenter ſcribit: *En mutatur ordo rerum, pluuiam terra cælum dat ſemper: ecce nunc rigat terra cælum: imò ſuper cælos, & vſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lacrymarum: vt iuxtà Pſalmiſtam & de aquis fletuum cantetur illud: Et aqua quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini. O quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant cælum, terram diluunt, extingunt gehennam, delent in omne facinus latâ diuinâ promulgatione ſententiam.* Quid exaggeratius?

Lucæ 7. v. 38. S. Chryſol. ſerm. 95. Lacrymarum conglobata elogia. Pſalm. 148. v. 4.

2. Matthæi 5. ſic lacrymæ beantur. *Beati qui lugent; quoniam ipſi conſolabuntur.* Sanctus hìc luctus accipitur; opponitur enim ridentibus, & gaudio omnique mundanâ proſperitate diffluentibus, quibus vt beatis mundus applaudit, & quibus Chriſtus *væ* dicit. Auguſtinus verò in Pſalmum 85. ſic addubitat. *Lugentes, & beatos dicis? videlicet beatos in ſe, lugentes in re.* Nimitùm qui luget, extrà ſe exit, & à ſe peregrinatur, & ſui profugus aut exul, *in re* quâ angitur, luget; *in ſe* autem iucundè, beatur, dum fletu flebilia declinat, cælum oppignerat, & beatum redimit gaudium. Bellè Chryſologus Sermone 97. *Lacrymæ,* inquit, *peccata baptizant..... Iucundæ ſunt lacrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt.* Luctuoſa mortalibus emptio, quæ beatum immortalitatis gaudium mercatur. Bonum commercium; quod breui luctu immortale gaudium redimit. Dum Suſanna certò ad mortem damnanda, funeſto ſiſtitur tribunali, *flens ſuſpexit in cælum*, & de fletu non modò mortem declinare, ſed vitam inuenire, imò & mercari *immortalitatem* præſumit, *Iucundæ ſunt lacrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt.* Scilicet Suſanna morti proxima, & tantùm non mortua, lacrymarum artificio, immortalitatis candidata redditur, dum luctu *gaudium immortalitatis emit.* Appoſitè quidem Chryſologus.

Matth. 5. v. 5. S. Auguſt. *Qui luget, beatus eſt in ſe, luget in re.* S. Chryſol. *Suſanna luctu gaudium immortalitatis emit.*

3. 2. Machabæorum 1. cùm in Perſidem Dei populus captiuus duceretur, Sacerdotes acceptum ignem de altari conſtutati ſunt in puteo alto & ſicco. Poſt multos verò annos redux Nehemias cum nepotibus ſacerdotum, ignem inibi quærunt; & *non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam*: & iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia quæ poſita erant, iuſſit Nehemias aſpergi ipsâ aquâ. Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, *accenſus eſt magnus ignis, ita vt omnes mirarentur.* Res ſanè mitiſſimâ, quòd ex *aquâ craſſâ magnus ignis accendatur.* Quæ eſt hæc aqua mitiſſimè arcana, quæ ſic ignem magnum accendit? & quis eſt magnus hic ignis mitiſſimè arcanus, qui ex aquâ rediuiuus accenditur? Opinor, hæc aqua quæ ignem accendit, aquam lacrymarum ſymbolicè adumbrat, & abſtruſum illius ſacramentum eſt. Profundè S. Macharius ſuis dictabat, vt in eius vitâ legitur: *Ploremus fratres,* inquit, *& producant oculi noſtri lacrymas, antequam eamus hinc, vbi lacrymæ noſtra corpora comburant.* Ecce lacrymarum myſterium. Lacrymarum enim aqua, nunc in hàc vitâ flebilibus oculis effuſa, *gehennam extinguit* (vt nuper è Chryſologo excripſimus) Ceterùm arcana huius aquæ vis, ea eſt, vt illa ipſa quæ hîc effuſa *extinguit gehennam*, in inferno acerbiùs & vberiùs effuſa, vi miriori damnatorum *corpora comburat.* quaſi lacrymæ ibi effuſæ, reproborum pyra ſit, ardentior gehenna, gehennale incendium, aut pœnaliſſimum illius auctarium, quo miſera damnatorum corpora acriùs vſtulantur, comburuntur, & è peruerſo ardent. Hæc *aqua craſſa* gehennæ *magnum ignem accendit, ita vt omnes mirentur*: nam hæc lacrymarum aqua, quam afflictorum corda per oculos puriſſimè eliquant, è diuerſo *gehennam extinguit.* O rationabilis fletus, punitionis aut impunitatis arbiter! O ſulphureas, & malè ignitas lacrymas, quæ damnatorum corpora pœnalius comburunt!

2. Machab. 1. v. 22. S. Machar. *Damnatorũ lacrymæ, eorum corpora comburunt arcanâ vi.* S. Chryſol.

4. Geneſeos 3. præuaricator Adam hanc primæui ſceleris pœnam audit ex Dei ore: Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, *maledicta terra in opere tuo.* Notat Procopius, Abulenſis, Pererius, & alij, terram hic maledici non abſolutè, ſed *in opere tuo*, quia ſcilicet tibi, O Adam, eam laboranti & ſudanti, pauculos & malignos fructus dabit. Verùm Aquila & Chaldæus Paraphraſtes habent: *Maledicta terra propter te,* Theodotion, *Maledicta terra in tranſgreſſione tuâ.* Vtcumque res ſe habeat. Saltem terra maledicitur. Vnde Alcuinus quæſt. 10. in Geneſim, ſubtiliter addubitat: *Quare Creator in Adæ maledicto, terræ maledixit, non aquis?* Reſpondet: *Quia de terra fructu contrà interdictum manducauit homo, non de aquis bibit: Et quòd prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum, quod de fructu terræ contraxit homo.* Itaque terra Dei maledicto feritur; non aqua, quæ in baptiſmo & lacrymis peccata hominum abluit. Procùl ab aquâ vllum Dei maledictum; imò incumbente Dei ſpiritu foueatur, & nobilitetur; quippè quæ in lacrymis vim reconciliatricem obtinet. Nempe aquę, quæ primæuæ culpæ culpas appendices abluunt & emaculant, longè abſint à Dei maledicto, quę tantam Dei benedictionem in ſe conbibunt, & ſibi conuiſcerant. *Prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum.* Indè ſudato elogio *redemptrices lacrymæ* perhibentur. Lacryma enim pretium peccati eſt, peccatorum naufragium, conſcientiæ balneus, & repetita culparum redemptio.

Gen. 3. v. 17. Procopius. Abulenſis. Pererius. Aquila. Chaldæus. Theodotion. Alcuinus. *Deus, terræ, nõ aquis maledicit, ob baptiſmum, & redemptrices lacrymas.* *Redemptrices lacrymæ.*

5. Ezechielis 9. dixit Dominus: *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: & ſigna*

Ezech. 9. v. 4.

Tau ſuper frontes virorum gementium. Symmachus, *ſigna*, vel *pone notam*; Arabicus, *ſigna ſignaculum inter oculos virorum qui gemunt.* Eru-
S. Hieron. Origenes. Tertullian. S. Ambroſ. S. Auguſt. Clem. Alex. Cornelius. Syrus. *Inter oculos plorantium ſcribitur* tau, *id eſt*, innocens es, viues.
ditè notant Hieronymus, Origenes, Tertullianus, Ambroſius, Auguſtinus, Clemens Alexandrinus, & alij paſſim apud Cornelium, literam *tau* ſignificare crucem, cuius olim figuram referebat. Quocircà Syri codices hîc pro ſigna *tau*, legunt, ſigna *crucem*. Sed quæres, cur legentes iubet ſignari *tau*? Scilicet quidam cenſent *tau* ſignificare, *viues*. Alij perinde eſſe, ac *innocens*, ac proinde dignus, qui in vitâ ſeruetur. Hebræi apud Origenem cenſent ſignificare eum, *qui legis præcepta compleuerat.* Conſultiſſimè hoc ſignum liberationis iubetur imprimi *inter oculos virorum qui gemunt*, & vbertim illacrymant. Quaſi lugenti è cælo dicatur, *Viues, innocens es, legis præce-*
Hic verſ. 35. *pta compleueras.* Nimirùm Suſanna diræ mortis ſententiæ iam iam addicta, *flens ſuſpexit in cælum*, è quo mittitur Angelus, qui ſignet *tau inter oculos gementium*, ac *flentium.* Itaque in ipſo Suſannæ fletu deſcriptum legitur: *Legis præcepta compleueras, innocens es, viues.*

6. Geneſeos 1. ſecundâ mundialis opificij die,
Geneſ. 1. v. 6. dixit Deus: *Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.* S. Hieronymus
S. Hieron. Hebræi. & doctiſſimi Hebræorum putant, *firmamentum* Hebraicè ſignificare expanſionem, ab Hebræo verbo *raka*, quod ſignificat expandere, diſtendere, & diſtendendo firmare ac ſolidare rem aliquam, quæ priùs fluida erat. Ita-
Petrus ſibi infirmus, à fletu fit omnium Firmamentum.
que cæli *firmamentum* à re fluidâ, putà aquis, coalitum, ſpiſſatum & firmatum eſt. Hoc itaque *firmamentum* ex aquis addenſatum, aquis innatans, & cui innatant aquæ, opinor, lacrymarum aquas adumbrat. Quâ ſuper re au-
S. Ambroſ. diendus eſt Ambroſius Serm. 47. de Petri lacrymis ſic eleganter fatus: *Petrus fidelior factus eſt poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideò maiorem gratiam reperit, quàm amiſit, tamquam bonus enim Paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi antè infirmus fuerat, fieret omnibus Firmamentum, & qui ipſe in interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei ſtabilitate fundaret.* Bonæ lacrymæ, quibus Petrus vndequaque madens, qui ſibi nuper infirmus fuit, *fit omnibus Firmamentum.* A lacrymis Petrus ſe ſtabilit, & firmitatem ſibi mutuat, & ceteros ſtabilitate fundat, & ſic ſe ſuprà reliquos altè ac beneficè ſublimat, vt ſublimitate beneficâ, fidelium *omnium Firmamentum* eſſe, ac dici mereatur. Abſentia lacrymarum, fidei titubatio fuit, & infidelitatis pignus: ac ſic à fletu firmus ac flecti-neſcius exurgit, vt *ceteros fidei ſtabilitate fundet, factus omnium Firmamentum.*

7. Pſalmo 55. Dauid fugiens Saülis iras iniu-
Pſalm. 55. v. 9. ſtè peracerbas, totus infuſus lacrymis ſic
Hebræus. Deum flebilis alloquitur: *Poſuiſti lacrymas*
Nebienſis. *meas in conſpectu tuo.* Nebienſis ex Hebræo,
Campenſis. *Poſuiſti, lacrymas meas in libro tuo:* Campenſis
Tigurina. verò, *Poſuiſti lacrymas meas in rationibus tuis;* Tigurina, *in rationario tuo.* Nempe in *rationario*, ſeu *rationibus* Dei ſtudiosè reponuntur lacrymæ; quia rationi, etiam diuinæ conſentaneum eſt, vt ſemper lacrymæ impetrent,
Symmachus. quod à Deo expetunt. Viuaciùs rem Symmachus expreſſit: *Poſuiſti lacrymas meas contrà te.* Quaſi dicat: O Deus, piè audent lacrymæ ad tuæ Iuſtitiæ tribunal accedere, & ab eâ decernendum peracerbum rigorem mitigare; imò in miſericordias conuertere, etſi in contrarium velut adnitatur tuæ iuſtitiæ rationabilis rigor. Sic audenter piè præſumunt lacrymæ in diuino tribunali: *Poſuiſti lacrymas meas contrà te.* *Suſanna lacryma de ore Iudicis ſententiam rapit.*
Tempeſtiuè Petrus Cellenſis lib. de Panibus cap. 12. *O lacryma*, inquit, *tua eſt potentia, tuum eſt regnum. Tribunal Iudicis non vereris, amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium imponis: quandoque ſententiam rapis, etiam ab ore Iudicis. Audes vbi timet Angelus: Non eſt qui te perturbet ab ingreſſu ſecretorum, ab interpellatione pro culpis reorum; non eſt qui accedere vetet. Sola ſi intraueris, numquam tamen ſola, vel vacua redibis.* O lacryma, ſi tua eſt *potentia*, & tuum eſt regnum, quid flebilis Suſanna in tribunali damnata timeat, benè ſcia, quòd *ſententiam rapis de ore Iudicis?* Illacrymans Matrona de iniquorum *Iudicum ore ſententiam rapit*, & impunis ipſa, in ipſorum capita pœnaliſſimam punitionem conuertit. Sola ad tribunal accedit, lacrymæ redemptricis patrocinio tuta; & *accuſatoribus ſilentium imponens*, de felici funeſtæ litis exitu, ſibi præproperè gratulatur. *O lacryma, tua eſt potentia, tuum eſt regnum; tribunal Iudicis non vere-*
ris. Addit alto ſtylo idem inibi Petrus Cel- 8.
lenſis: *Aqua hæc, aut facit, aut inuenit paradi-* Petr. Cellenſ.
ſum. Hem! Lacryma, aut inuentrix, aut opifex paradiſi eſt? profectò Adam è paradiſo expulſus, illius riualis propè adſtat, ſi fortè viam ad illum inueniret. Angelus autem igneo ac verſatili gladio regreſſum vetat. O Adam, ſi lacrymas effudiſſes, & Angelum placares, & paradiſum inueniſſes: nam *hæc* lacrymarum *aqua, aut facit, aut inuenit paradiſum.* Quid eſt, *facit?* Lacryminiſne ineſt ars & potentia *faciendi paradiſum.* Hanc ſcientiam faciendi paradiſos ambiuit Adam (vt nonnullis placet) quandò *ſcientiam boni & mali* ſuperbiendo affectauit. Nū quod ſuperbiendo Adamus ambiuit, cælitùs lacrymis ſubeſt? *Facere paradiſum*, de ingenio lacrymarum eſt? O paradiſeas lacrymas, paradiſi architectas! *Lacryma paradiſum, aut inuenit, aut facit.*

§. CLXXIX.

Mundana immodicè triſtitia, inferni candidata eſt. Spiritûs boni cruciatus, mæror, obſcuritas; & Satanæ triumphus.

SAnctus Paullinus in epiſt. ad Pamachium, 1.
ſic eleganter ſcribit: Scriptura diuina, quæ S. Paullin.
producere nos lacrymas quaſi euaporando dolori permittit, termino quoque deſignato præſcribit tempora cùm dicit, amaritudinem
luctûs vno ferendam die. O diuitiæ boni- Eccli. 38. v. 17.
tatis Dei! quàm piâ id ipſum ſollicitudine noſtri cauet, non pietatis propenſæ inuidus, ſed infirmitatis noſtræ conſcius, & omnis immodici temperator, lacrymas in mortuo produci iubet: amaritudinem verò lugendi vno tantùm die claudit. Illud porrigi ſinens, quo relaxatur dolor, & anima reſpirat; iſtud verò præcidens, quod immoderato *Triſtitia immedica culpatur.*

rato & irrationabili cruciatu mentem noſtram conficit, quódque diutiùs fragilitas noſtra non valet ſuſtinere. Sed hoc pleniùs ipſa ſuo verbo pietas Dei explicat, ſubiicit enim: Et conſolare maturè propter triſtitiam. A triſtitiâ enim feſtinat mors, & cooperiet virtutem. Hæc ille. *Eccli. ſuprà.*

2. Geneſeos 42. in communi illâ ſterilitate, fame perit familia Iacobi; qui cunctatiùs renuit ſuum Beniaminum cum fratribus mittere in Ægyptum: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: *ſiquid ei aduerſi acciderit in terrâ, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* Id eſt: ſiquid aduerſi Beniamino in itinere contingat, efficietis, vt ego ſenex mœrore & mœſtitiâ moriar, quinimò ſenio meo accelerabitis mortem. S. Auguſtinus q. 142. in Geneſ. ſic addubitat: *Et deducetis ſenectam meam cum triſtitiâ ad infernum. Vtrùm ideò ad infernum, quia cum triſtitiâ?* Ah! tantum triſtitiæ licet? Profundè Chryſoſtomus lib. 3. de Prouid. *Omni*, inquit, *Diabolicâ operatione perniciosior eſt immodica mœroris magnitudo. Nam quos Dæmon ſuperat, per mœrorem ſuperat. Quod ſi mœrorem ſuſtuleris, nihil omninò mali & incommodi tibi ab eo continget.* Bene timet ab immodico mœrore *infernum*, qui noſcit triſtitiam omni *diabolicâ operatione* nocentiorem eſſe. Non me latet quid *inferorum* aut *inferni* nomine hîc iacet Hiſtoricus intelligat: ſequor autem ductum Auguſtini hâc ſuper ſignificatione peritè ambigentis: ad rem porrò ethicam, non litteraliſſimum, ſed moraliſſimum ſenſum elucidamus: præſertim cùm magnus doctor Chryſoſtomus magno doctori Auguſtino adludere videatur.

Geneſ. 42. v. 38. *Triſtitia eſt inferni candidata.* *S. Auguſt.* *S. Chryſoſt.* *Triſtitia eſt omni diabolicâ operatione pernicioſior.*

3. Matthæi 24. Chriſtus Deus in anteloquio de funeſto Ieroſolymæ excidio tragicè ineluctabili, fugam præmonet tamquam vnicum calamitatis aſylum. Qui in agro eſt, inquit, non reuertatur tollere tunicam ſuam, Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. *Orate autem vt non fiat fuga veſtra hieme vel ſabbato:* erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet. *Hieme*, quia in eâ ob frigus, niues, pluuias, lutum, ventos, aliáque aëris ac viarum incommoda, fuga eſt difficilis, & ægris ac ſenibus ſæpè impoſſibilis aut lethalis. *Sabbato*, quia in eo Iudæis non licebat vltrà mille, imò vltrà ſeptingentos paſſus ambulare. Huic litterali expoſitioni aliam myſticam his verbis eleganter Auguſtinus ſubdit lib. 1. qq. Euang. q. 37. *Quod ait: Orate ne fiat fuga veſtra hieme vel ſabbato, id eſt, ne impedimento aliquo detineamini: quia & hieme, imbribus vel frigore; & ſabbato, in quo proficiſci non licebat, impediebatur quis ab itinere.* Addit ad rem opportunè: *Vel aliud, ne in triſtitiâ aut lætitiâ rerum temporalium quis inueniatur à die illâ.* Ah! ſic eſt tragicè funeſtum & ineluctabile malum, in hieme, id eſt *triſtitiâ* rerum temporalium, à die illâ inueniri? Sic immodicus mœror omnes euaſionis ac ſalutis vias occludit, & barathrum perditionis oppandit? Non mirarer, lætitiam in voluptatibus, in mondiali felicitate, & fortunâ fauentiùs adridente, proſperi exitûs offendiculum reperiri. At triſtitia, de non abſimili boni exitûs aleâ etiam infamatur. Qui habenas mœrori laxat, quaſi in curru ſine aurigatore ad virtutis ruinam, & funeſtum vitæ exitum feſtinus ruit. *Orate, ne in triſtitiâ aut lætitiâ rerum temporalium quis inueniatur à die illâ.* Sic fugam à perditione mœror claudit! In tam inopinatâ atrociter calamitate, quid mirum ſi Suſanna ſemel fleuerit: *ſed flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino*, qui alacritatem, fiduciæ ſequelam, animitùs illi adſpirauit; ne mœſtitudine abſorberetur. Hic verſ. 35.

Matth. 24. v. 20. *S. Auguſt.* *Fugam à perditione triſtitia claudit.*

4. Paullus ſic monet Epheſios cap. 4. Nolite locum dare diabolo. *Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei: in quo* (per quem) *ſignati eſtis in diem redemptionis.* Proculdubiò adludit Paullus ad illud Iſaiæ: *Ipſi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum ſancti*, vel vt Græca habent, *Spiritum-ſanctum eius.* Profectò in Spiritum-ſanctum non cadit triſtitia, ira, aut vlla paſſio; ſed antropopathῶs dicitur contriſtari cùm offenditur, cùm ſe & ſuam gratiam ab homine ſubtrahit, dū acerbiùs ſceleroſos punit. Sed non conuenit inter Expoſitores, quodnam ſit hoc ſcelus aut vitium; quod Spiritum-ſanctum *affligere*, & *contriſtare* perhibetur. Nonnulli Interpretes quædam ſingularia vitia indigitant; alij quælibet indifferenter peccata vniuerſatim deſignant. Hermas autem in Paſt. mand. 10. fortè ad hæc loca adludens, ita ſcribit: *Triſtitia omnium ſpirituum nequiſſimus eſt, & peſſima ſeruis Dei, & omnium ſpiritus exterminat, & cruciat Spiritum-ſanctum.* Subdit infrà: *Indue ergo hilaritatem, quæ ſemper habet gratiam apud Dominum. Omnis enim hilaris vir bonè operatur, & bona ſapit; vir autem triſtis mala facit; quia triſtem facit Spiritum ſanctum.* Itaque quaſi parum foret dixiſſe de immodicâ diu triſtitiâ, quòd *omnium ſpirituum nequiſſimus* eſt, & quaſi Diabolorum nocentiſſimus; & quòd *omnium ſpiritus exterminat*, quaſi bonos ſpiritus, id eſt, Angelos ab hominibus alienet, à ſe abigat, & velut expuat; addit quòd *triſtem facit Spiritum-ſanctum*, & quòd *Spiritum-ſanctum excruciat.* quæ Paulli & Iſaiæ prope verba ſunt. Quod niſi magnum malum Spiritum-ſanctum *contriſtare, affligere, & cruciare* poteſt? O ab immodicâ triſtitiâ caue, quæ infernum præmaturè accerſit, quæ cælum impiè vellicat!

Ad Epheſ. 4. v. 30. *Iſaiæ 63. v 10.* *Græcus.* *Triſtitia Spiritum-ſanctum contriſtat, & excruciat.* *Hermias.*

5. Regius Vates Pſal. 76. ſic occinit: Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, *& ſcopebam ſpiritum meum.* Genebrardus pro vò *ſcopebam*, habet *vexabam, fatigabam, moleſtiâ afficiebam ſpiritum meum.* Athanaſius, *mœrebat*, ſeu *afficiebatur triſtitiâ.* Titelmanus verò *ſcopabam*, à *ſcopâ*, ſeu *ſcopis* eſſe autumat. Scilicet velut ſcopis Propheta verrebat, ac mundabat ſpiritum ſuum. Verùm opinor, fortè per antiphraſim dici, per triſtitiam, ſpiritum ſcopari, aut mundari, quod proprium eſt ſpiritualis gaudij. Audiendus eſt nuper laudatus Hermas Paulli diſcipulus lib. 2. Paſtoral. mandato 3. *Æquanimis*, inquit, *eſto, & patiens, & omnium operum nequiſſimorum dominaberis: & operaberis omnem iuſtitiam. Quòd ſi patiens fueris* (id eſt, mœſtitiæ exors in tribulationibus,)

Pſalm. 76. v. 7. *Genebrard.* *Titelman.* *S. Athanaſ. apud Lorinum.* *Hermas.*

Vbi abeſt triſtitia, Spiritus ſanctus dicitur mundus, & non obſcurari.

bus,) *Spiritus-ſanctus, qui habitat in te, mundus erit, & non obſcurabitur ab aliquo nequiſſimo ſpiritu. ſed gaudens dilatabitur, & epulabitur, in vaſe in quo habitat, & apparebit Domino hilaris in pace magnâ.* Ecce tibi à ſpirituali gaudio ſeu hilaritate, munditіes, & nitor ſpiritûs, qui habitat in te: quaſi ab immodicâ triſtitiâ inquinetur, ſordeſcat, obſcuretur, & ſqualeat ſpiritus. Quare Propheta per ſpirituale gaudium *ſcopebat*, ſeu *ſcopabat*, ideſt, mundabat ſpiritum ſuum: *Spiritus ſanctus, qui habitat in te, mundus eris, & non obſcurabitur, ſed gaudens dilatabitur.* Multa expendi procliue eſt in hoc Hermæ loco, qui ſi de Spirito-ſancto intelligatur, humano more loquitur magnus hic Doctur, & Paulli diſcipulus.

6. 2. Corinthiorum 2. quempiam Apoſtolus acri reprehenſione contriſtauerat: nunc triſtitiæ medicinam facit, aiens: Sufficit illi obiurgatio hæc: *ita vt econtrariò magis donetis, & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.* Quæ verba ſic exponit Ambroſius lib. 1. de Pœnitentiâ, cap. 17. *Debemus cauere ne remedium noſtrum fiat eius* (Satanæ) *triumphus. Circumuenimur enim ab eo, ſi per nimiam triſtitiam pereat qui poteſt liberari per indulgentiam.* Cautè diſpenſanda eſt triſtitia, ne remedium peccantis, trophæum Diabolo erigat, & mœſtitudo Satanæ *triumphum* conſtruat. Heu quot quantáque mala in triſtitiæ officinâ cuduntur! De mundanâ immodicè triſtitiâ loquimur: nam bona pœnitentium triſtitudo, beati gaudij conceptaculum, pignus, & obſes eſt.

2. Cor. 2. v. 7.

S Ambroſ. *Triſtitia noſtra fit Satanæ triumphus.*

7. Siracides Eccleſiaſtici 26. his verbis homines erudit: *Diuitis*, inquit, *& pauperis cor bonum in omni tempore vultus illorum hilaris.* Quaſi dicat: Quandò hominis ſiue diuitis, ſiue pauperis egeſtate oppreſſi, *cor bonum*, id eſt, tranquillum, ſerenum; iucundum; lætum eſt, tunc pariter *in omni tempore* (Tigurina, *ergà Dominum*; quaſi lætitia quæ *erga Dominum* eſt, *in omni tempore* perduret: nam lætitia, quæ de mundo & eius concupiſcentiâ eſt, lubrica, fugitiua, atque euanida eſt) vultus illorum erit hilaris, ſerenus, & lætus: quia hilaritas cordis in hilaritatem oris & vultûs ſe exerit. Senſus eſt: Nec opes, nec honores, nec epulæ, nec quid aliud quantumuis proſperum, facit hominem felicem; ſicut nec pauperies, ignobilitas, fames, ſitis, infelicem; ſed lætitia, vel mœſtitia cordis & vultûs hominem felicem aut infelicem excudunt; quaſi infelicitatis conceptaculum, triſtitia ſit; & felicitatis cenſus, lætitia. Itaque (vt peritè inibi adnotauit Cornelius,) *Cor bonum ſumitur pro læto & iucundo. Pſalmo 132. Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum! Ex aduerſo, Matthæi 6. ait Chriſtus: Sufficit diei malitia ſua, id eſt, mœſtitia, & afflictio ſua.* Ecce tibi, ſicut *bonum* ſumitur pro læto, hilari, iucundo; ſic *malum* antonomaſticè pro triſtitiâ, afflictione, & mœſtitudine accipitur. Sic eſt funeſtè mala, triſtitia? ſic eſt mœſtitia infeliciter tragica, vt *mali* nomen ſibi vendicet?

Eccli. 26. v. 4.

Tigurina. *Lætitia ergà Dominum, lætitia omni tempore eſt.*

Mali *nomen ſibi antonomaſticè triſtitia vendicat.*

Cornelius. Pſalm. 132. v. 1. Matth. 6. v. 34.

§. CLXXX.

In cæleſti curiâ ritè allegat ſpes noſtra; quæ in fugâ à Deo, ad Deum confugit: quæ dum piè præſumit; ſi arrogantia non eſt, fides dicitur.

SEntentioſè è Sapientibus quiſpiam: Plura mala ſunt, quàm bona: diminutè adhuc Pindarus putauit vni bono duo mala adiuncta. Vnam cibi voluptatem præcedit fames, ſequitur grauedo. Sepiunt mala bonum: ſed ſi alia vagè errantia mala penſemus, nulli cohærentia bono, numero ſuperant innumero. Quid, quæſo, magis in frequentiâ omnium, magis in vſu, quàm pati, quàm labores, infortunia, caſus aduerſi, morbi, iniuſtitiæ, inuidiæ, teſtimonia falſatâ fide noxia, perſecutiones aut palam aut ex inſidiis ſæuientes, mala denique ſiue quæ putes, ſiue quæ ſunt? Ceterùm ſuperfluunt mala timori noſtro, non omnia potenti conſumere: non ſufficiunt bona Spei noſtræ, quæ ſi Deo ſubnixa, animosè audet, ipſa etiam mala recudit in bona, arcano bonorum auctario. Bona ſanè ſpes, quæ mala reformat, & è peruerſo bona auget, addenſat, propagat. At in malis ſperare bonum, & nocens poteſt, ſed niſi innocens nemo ſolet. Audacia ſpei ab innocentiâ eſt: ſed nocens etiam quaſi per errorem piè ſperare audet; & aliquandò ſperata impetrat: nam immerata Dei bonitas & omnipotentia, cui ſubnititur, vltrà hominum merita ſuperefluit. Accerrima virtus eſt ſpes: ergò nec eam vltima neceſſitas excutiat. 1.

Euſeb. lib. 5. de Arte vol. c. 20. Pindarus.

Accerrima ſpes, mala recudit in bona. ergò nunquã excutienda eſt.

Caſtitatis potiùs quàm ſtupri rea ſiſtitur Suſanna in tribunali ſalaciſſimè iniquo. Conſurgentes autem duo Presbyteri laſciuâ auctoritate crudeles, ad atrocioris ſuffragij pompam, poſuerunt manus ſuper caput eius. Comminatum iniquè teſtimonium auditura Suſanna, & in eo cruentæ lapidationis nymbum, *flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* E cælo Suſanna expectat iuſtitiam, quam qui *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum*, illi negabant in terrâ. Illuc miſit oculos, vbi cor habebat. Per oculos ſubit cupiditas Senum; per oculos Suſanna innocens ſugit è cælo, ocularis falsò teſtimonij repulſam. Ideò ſuſpexit cælum Suſanna, quia cor illuc miſerat, *fiduciam habens in Domino.* Hàc ſolà ſperat, vbi nulla erat ſperandi ratio, niſi ipſa humani deſperatio auxilij: opportunè auxiliatur Deus, vbi homines auxiliari aut nequeunt, aut nolunt. Diuinam opem tacens inuocat. Magnus innocentiæ læſæ clamor eſt; etiam ſine vocibus ad cælum peruenit, elinguis auditur. Eloquenter Ambroſius: *Suſanna*, inquit, *dum tacet in iudicio, melius locuta eſt oraculo, & ideò Prophetam meruit defenſionem, quæ propria vocis non quæſiuit auxilium.* Imò quæſiuit, non voce querula, ſed ſpe tacitâ. Tempeſtiue inſertus Auguſtinus Serm. 11. ad Fratres in eremo: *O Spes cæleſtis curiæ*, inquit, *in te regnat charitas, quæ credit omnia, omnia ſperat. O fratres mei, quis hominum poteſt mentem ſeruorum Dei infirmare, ſi apud Deum Spes cæleſtis pro eo allegat?* 2.

Hic verſ. 35.

Hic verſ. 9.

S. Ambroſ. l. de Ioſeph. cap. 5. *In cæleſti curia pro innocentiâ demum Suſannâ Spes allegat, & cauſſam vincit.*

S. Auguſtin.

Nempe

Nempe caſtiſſima Suſanna ab impudicè ſceleroſis Iudicibus, apud Hebræi populi tribunal, ad crudeliſſimam iniuſtè cædem damnatur in terrâ, ore tacito ad *cæleſtem curiam* mittit ſpem negotiatricem egregiam, vt in diuino æquiſſimè tribunali, pro eius innocentiâ & ſoſpitate meliùs *alleget*. Vicit, vicit Suſanna, cùm ore tacito in terris indefenſa, *erat cor eius fiduciam habens in Domino*: nam curialiſſima negotiosè ſpes, optima innocentiæ aduocata, ritè eius cauſſam ſuſcepit, & ſic peritè diuinæ iuſtitiæ ac clementiæ iura eloquenter pro eâ *allegauit*, vt abrogans humanam ſententiam, diuina ſententia eam quantociùs abſoluerit, & ad talionis pœnam Iudices condemnauerit. Sic peritè in cæleſti curiâ pro nobis ſpes celeſtis *allegat*?

3. Pſalm. 138. v. 7.

Pſalmo 138. regius Propheta ſceleroſi flagitij conſcius, & conſilij inops, fugæ tamen ſpem à Deo vindice præcludit, aiens: *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tuâ fugiam?* Hoc argumento probat peccatorum neminem ſic poſſe fugere, vt euadat ſcientiam Dei? quia videlicet Deus vbique eſt, & omnia penetrat. Vnde fit vt nullus ſit locus, ac ne cogitati quidem poſſit, quem Deus non repleat, in quo præſens diuinæ mentis perſpicax amplitudo non reperiatur. Propheta, inquit Chryſologus, *videt per totum mundum nuda Dei oculis delicta conſiſtere, non celum, non terram, non maria, non abyſſum, non ipſam noctem Deo velare poſſe peccata.* Nullum ergò ſuppetit latibulum, in quo Deum ſceleris vindicem fugere poſſit. Imò ſi peccator ſperare in Deo ſcit, effugium illi adeſt de facili opportunum. Subtiliter Auguſtinus de Verbis Domini Serm. 4. cap. 2. *Quò ibo*, inquit, *à ſpiritu tuo, & à te quò fugiam, niſi ad te?* Multa ſanè pauciſſimis! Nempè dum ſibi malè conſcia mens, timoris calcare ſtimulata, Deum fugere ſatagit, Deum eualebit fugere, ſi ſpei arbitrio ad Deum ipſum confugiat. Deum, quem timor fugit, refingit ſpes in opportunum latibulum, & tutum effugium quod eſt magnum ſpei ſacramentum. *Quò ibo à ſpiritu tuo, & à te quò effugiam, niſi ad te?* Ille ipſe, quem fugis, in ſpei officinâ, in fugæ aſylum excudes.

S. Chryſol. ſerm. 2.

Quò fugiendum eſt à Deo, niſi ad ipſum Deum?

S. Auguſt.

4. 1. Cor. 15. v. 28.

1. Corinth. 15. multis adſtruit Apoſtolus Dominicæ reſurrectionis fidem, quò ſpem noſtram indè erigat, *vt ſit Deus omnia in omnibus*. S. Hieronymus in epiſt. ad Amandum ſic præſcripta Paulli verba elucidat: *Quod Apoſtolus ait, Vt ſit Deus omnia in omnibus, hoc ſenſu accipiendum eſt. Dominus, atque Saluator noſter nunc omnia non eſt in omnibus, ſed pars in ſingulis: verbi gratiâ, in Salomone, ſapientia; in Dauide, bonitas; in Iob, patientia; in Daniele, cognitio futurorum; in Petro, fides, in Phinees & Paullo, zelus; in Ioanne, virginitas, in ceteris, cetera.* Ita quidèm actu ſingula, ſed ſpe cæleſti erit omnia, quibus indigemus, quæ hinc inde ſollerter quærimus. Appoſitè Auguſtinus Serm. 4. de Verbis Domini, cap. 4. *Erit tunc Deus omnia in omnibus*, inquit: *nec erit vlla infelicitas, quæ nos exerceat, ſed felicitas ſola, quæ paſcat. Ipſe autem paſtor noſter, Deus noſter: ipſe potus noſter, Deus noſter: honor noſter, Deus noſter: diuitiæ noſtra, Deus noſter. Quæcumque hic varia quæris, ipſe tibi vnus omnia erit*, poſſeſſione quidèm in cæleſti patriâ; hic autem in ſpe cæleſti. Adeò vt ſingula variè diſperſa, quæ in creaturis, vel à creaturis *quæris*, arbitrio ſpei in vno Deo iunctim inuenias. Sitis, & fameſcis? bonâ ſpe potum anticipa, & eſcas præmorde. Contumelioſè dehoneſtatus ſquales? bonâ ſpe probrum auerte, & honores apprehende. Calamitatum infortuniis naufragus iactaris? bonâ ſpe naufragium digere, & portum ſoſpes tene. Tenuit Suſanna, quæ ſpei ope, de periculo inuenit ſalutem. In deploratiſſimo diſcrimine, nec parentum, nec cognatorum implorat opem innocentiæ auxiliarem: nam *quæcunque hic varia quæreret, ipſe* Deus illi *vnus omnia erat*, poſſeſſione quidèm in cælis; in terrâ autem præcoquo ſpei ſubſidio exprompte ad omnia parato. Appoſitè Cyprianus in Epiſt. ad Demetr. *Cùm in ſenſu*, inquit, *doloris ſit omne quod punit, pœnam de aduerſis mundi ille ſentit, cui & lætitia & gloria omnis in mundo eſt. Nullus iis dolor eſt de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum.* quaſi bona ſpes ad omnia mundi aduerſa, velut impatibilem reddat benè ſperantem.

S. Hieron.

S. Auguſt.

Spei beneficio Deus etiam eſt hic omnia in omnibus. quomodo?

Spes in Deo, velut impatibilem reddit hominem.

S. Cyprian.

5. Iudith 9. v. 17.

Iudith cap. 9. facinus aggreſſura vltrà humanum faſtum, ſic fiducialiter Deum alloquitur: Deus cælorum, *exaudi me miſeram deprecantem, & de tuâ miſericordiâ præſumentem.* τὸ *præſumere*, poſſe etiam in bonam partem vſurpari, inibi obſeruabam, & in cap. 6. verſ. 5. ad illud, *Præſumentes de te.* Sat magnum animoſioris ſpei elogium eſt, *præſumptionis* vocabulo denotari, quò fiduciæ præniteat eminentia. Audiendus eſt Auguſtinus Serm. 5. in Appendice de diuerſis: *Ex malo ſeruo*, inquit, *factus eſt bonus filius: Ideò præſume non de operatione tua, ſed de Chriſti gratia. Gratia enim ſaluati eſtis, Apoſtolus ait. Non ergò hic arrogantia eſt, ſed fides. Ergò attolle oculos ad Patrem, & dic, Pater noſter. Bona præſumptio, ſed moderata.* Itaque bonæ ſpei præſumptio, quæ diuinâ gratiâ ſubnititur, bona ac moderata *præſumptio* eſt: & dum ad Patrem Deum oculos animosè ſperando, & benè præſumendo attollit, non eſt *arrogantia, ſed fides*. Num bona ſpei *præſumptio*, quæ *arrogantia* non eſt, *fides* eſt? Sic bona ſpes certò ſecura eſt, vt dicatur ſpei noſtræ fides? Sed hac ſuper re aliàs vberrim agebamus.

Auctor in Iudith c. 6. v. 5.

S. Auguſt.

Ad Epheſ. 2.

Num bona ſpei præſumptio, quæ arrogantia non eſt, fides eſt?

6. Pſalm. 65. v. 20.

Pſalmo 65. ſic pangit regius Vates: *Benedictus Deus*, inquit, *qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.* Mitiſſimus quidèm nexus inter noſtram orationem, & Dei exaudientis miſericordiam. An id dicit Propheta, quia miſericordia Dei ab oratione hominis quodammodò pendet? Profectò locus hic quàm maximè commendat fiduciam miſeriæ deprecandæ: ſi enim non ceſſat humana oratio, diuinæ miſericordiæ exhibitio non ceſſabit. Appoſitè S. Auguſtinus inibi: Deus, inquit, *quod conceſſurus eſt, etſi differt, non aufert, ſecuri de pollicitatione ipſius, non deficiamus orando: proptereà dixit: Benedictus Deus, qui non amouit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me. Cùm videris non amotam à te deprecationem tuam, ſecurus eſto, quia non eſt à te amota miſericordia eius.* O quàm benè hæc orationis anchora ſpem noſtram fundat; cùm

Securus eſto de miſericordiâ Dei, ſi ab homine non deſit oratio.

S. Auguſt.

non amota deprecatio, miſericordiæ *ſecuritatem* negotietur! *Securus eſto* de miſericordiâ, ſi à te non eſt amota deprecatio. Profectò ſecuritas non tam videtur fiduciæ illex, quàm fruitionis lenocinium. Hunc nexum inter humanam deprecationem, & diuinam exanditionem ſeu miſerationem, prædicat eleganter Bernardus in Pſalmum, *Qui habitat*, elucidans illa verba, *Clamabit ad me, & ego exandiam eum*, ſic fatus: *Hoc pactum miſericordia & miſerationis, niſi enim hac, & ſimilia diceret, quis non diffideret? Nunc autem apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine* (Nota quæ ſubſcribit verba:) *Dulcis lex, qua meritum exanditionis in clamore conſtituit poſtulationis.* Pulchra quidèm ſententia, & quæ Suſannæ fiduciam in precibus ſitam, mirè fundat.

Velut lege latâ, meritum exanditionis in clamore conſtituitur poſtulationis.

S. Bernard.

§. CLXXXI.

Eſto quilibet lenis ſua calamitatis interpres.

1. Miſerrimum eſt ſine cauſſâ miſerum eſſe. Multum imaginationi licet, vanagloriâ, aut metu ſtimulatæ. Crudelioris imprudentiæ res eſt, falsò ſuſpicatas moleſtias accerſere, & anticipare. Quid iuuat ſine miſeriâ miſerum eſſe, & phantaſiâ delirante aduerſùm ſe terriculamenta fingere? O canos pueros, inanis eſt veſtra indignatio cùm falſatâ exiſtimatione inſanitis, non eſt ira, ſed quaſi ita eſt: *ſicut puerorum, qui ſi ceciderunt, terram verberari volunt, & ſæpè nec ſciunt quidèm cui iraſcantur, ſed tantum iraſcuntur ſine cauſſâ & ſine iniuria, non tamen ſine aliquâ iniuriæ ſpecie, nec ſine aliquâ pœna cupiditate. Deluduntur itaque imitatione plagarum, & ſimulatis deprecantium lacrymis placantur, & falsâ vltione falſus dolor tollitur.* Fruſtrà ſæuit in ſe malus calamitatum interpres, qui ſiniſtram in partem ſuſpiciones perniciosè agit, terro rerum commentario: Illúmque male vexant tacitæ iræ, querelæ, anxietates, metus, auerſations introrſus verſæ, quæ pertinaces ac frequentes vitam inaniter inquietant, & viſcera fruſtra corrodunt. Prudentis eſt non anticipare pœnam venturam, ſed venientem meditatione lenire, excutere ſi poſſit, ſin minùs mentem diuertere, in meliùs interpretari, patientiâ iniuriam mitigare. Quid iniuriam, pœnam, dolorem aſſiduâ inaniter imaginatione, ſæuus tui lanius, amplificas, incrementas, exaggeras? Dexteram in partem ſtrenua calamitatis commentatio eſt. Eſto ergà te pius, qui de alienâ impietate expoſtulas: ſi ita dolorem non tolles, ſaltem mitigabis.

Seneca lib. 1. de Irâ, c. 2.

Eſto quilibet ſua calamitatis lenis interpres.

2. Lucæ 23. vbi ventum eſt in Caluariæ locum, Chriſtus Deus clauis manus pedéſque dirè terebrantibus, cruci figitur. *Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.* Pro immaniſſimis tortoribus obnixiùs Patrem orat, non quia non poſſet ipſe crudele facinus relaxare, ſed vt nos pro perſequentibus orare doceret. Audiendus eſt autem Auguſtinus, qui Tract. 31. in Ioannem, perſtrictim exponens hæc Lucæ verba, ſic perbellè ad rem ſcribit: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat quòd ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur. Multum eſt quod illis conceſſum eſt, & ab ipſis, & pro ipſis, vt nemo de ſui peccati dimiſſione deſperet. Mortuus eſt Chriſtus pro nobis, ſed numquid à nobis? At verò illi viderunt Chriſtum ſuo ſcelere morientem: & crediderunt in Chriſtum ſuis ſceleribus ignoſcentem.* Longulè, ſed bimembris ratio breuiùs explicari non potuit. Quid tam arduum, quàm pro illis petere à Patre veniam, à quibus tam ſcelerosè cruentam adhuc accipiebat iniuriam? Vide autem idealem Chriſti prudentiam, quam ediſſerit Auguſtinus: *Non attendebat quòd ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.* O moratiſſimam Chriſti attentionem omnibus (vt vt poſſumus) imitandam; ne attendamus ad id, quod iniuriam exaſperat, & dolorem exacerbat; ſed ad id, quod nos decet, quod noſtri muneris eſt, quod nobis expedit honeſtiùs facere. Quod vt præſtemus, mentem diuertere oportet, nec attendere, *quod ab ipſis moriebatur*, quod ab ipſis iniuſtè patiebatur, quod mala pro bonis ingratiſſimè rependebant. Addit autem peridoneè ad rem Auguſtinus, quòd conſultiſſimè dixit Chriſtus: *Pater ignoſce illis, vt nemo de ſui peccati dimiſſione deſperet.* Si enim hi, qui Chriſtum Deum reipsâ crucifixerunt, fuerúntque atrociſſimi Deicidæ; & reliqui qui moraliter illum occiderunt, ad flagitij enormitatem penſiculatiùs attenderent, de veniâ forſan deſperarent: dum autem attentiùs cogitant, Chriſtum Deum veniam pro ipſis in ipsâ cruce popoſciſſe, & eorum ignorantiam allegaſſe, animos inde reſument, & ſpem audacter erigent ne de dimiſſione deſperent.

Lucæ 23. v. 34.

S. Auguſt.

Chriſtus non tam attendebat, quòd ab ipſis, ſed quòd pro ipſis moriebatur.

Siracides Eccleſiaſtici 30. ſic nos ſalubriter admonet: *Triſtitiam ne des anima tua, & non affligas temetipſum in conſilio tuo.* Quam ſententiam ſic alij excribunt: *Ne dederis animam tuam mœrori, & ne afflixeris teipſum propter conſilium tuum.* Petitè notat Ianſenius, quòd non dicit: Ne vmquam habeas triſtitiam in animâ (id enim humanæ imbecillitati impoſſibile eſt;) ſed, *triſtitiam non des anima tua*, & *propter conſilium tuum ne afflixeris teipſum*: quòd fit quandò conſultò triſtitiam tibi accerſis, & triſtandi cauſſas præbes, morosè animo verſas, & vltrò pericula exſorbes, & calamitatem conſilio tuo exaggeras, quas diuertere, excutere, & expuere ſatiùs foret. Dum enim triſte aliquid accidit, bonorum quæ adſunt cogitatione & expenſione, triſtitiæ materia conſiliosè ſuperanda eſt, vt non permittatur animo noſtro dominari. Itaque ſapienter monet Siracides, vt nemo *conſilio* ſuo ſit periculosè miſer; ſed conſilio ſuo miſeriam extenuet, & euacuet. Semper verum illud Epicteti in Enchirid. cap. 1. *In noſtrâ poteſtate eſt opinio, appetitio, deſiderium, auerſatio, & qualibet noſtra actiones.* Eheu non re, ſed rerum opinione laboramus! *Homines* (pergit idem) *perturbantur non rebus, ſed iis, quas de rebus habent, opinionibus.* Rationem reddit Plutarchus lib. de Exilio: *Exilium*, ait, *ignominia, bonorum amiſſio; vt contrà corona, magiſtratus,*

3.

Eccli. 30. v. 22.

Ianſenius.

Nemo prudens iudicio ac conſilio ſuo eſt miſer.

Epict. c. 1. & 10. apud Cornel. ibi.

Plutarch.

magiſtratus, primique conſeſſus, non ſuâ naturâ, ſed noſtro ipſorum iudicio affligendi vel delectandi modum habent. Quod Plutarchus dixit *noſtro iudicio*, dixit Siracides, *conſilio tuo.* Quid tam ſtultè inhumanum, quàm
Hic verſ. 35. *iudicio* ac *conſilio* ſuo eſſe miſerum? Quid iuuat abſinthium relambere, aut naufragium vltrò vorare; & non potiùs iudicio ac conſilio digerere, aut expuere? Illud valentiori ſpe Suſanna digeſſit, & in felicitatem, ſoſpitatem, & gloriam è peruerſo refinxit.

4. Geneſeos 41. poſtquam Pharao vtrumque ſomnium Ioſepho narrauit; ille peritus futurorum arbiter, per ſeptem nitidè pulchras boues, & per totidem fœdè macras, ſeptem ſterilitatis ac fœcunditatis annos
Geneſ. 41. v. 29. & 30. interpretatur. *Ecce*, inquit, *ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſâ terrâ Ægypti: quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram.* Continua hæc, inuicémque ſuccedens ſeptennis fertilitas & ſterilitas,
Ægyptus in ſterilitate obliuiſcitur antiquæ abundantiæ. non aſtrorum aut naturæ vi, ſed Dei, Nilum ſeptennio priori laxantis, poſteriori retinentis, operâ effecta eſt. vnde neque ab Aſtrologis, ſed a ſolo Deo præcognoſci & prædici potuit. Dionyſius Carthuſianus appoſitè exponit illud, *Obliuioni tradetur cuncta retrò abundantia*: difficile enim videtur, quòd Ægyptij in tantâ ſequentis ſeptennij fame, & annonæ penuriâ, prorsùs obliti fuerint abundantiæ nuper præce-
Carthuſian. dentis. Sic ergò locum interpretatur: *Vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia. hoc eſt, omnis victualium copia, quæ præceſſit in annis fertilitatis, Dicitur obliuioni tradita, quia ſic periit quaſi numquam fuiſſet: vel quia homines ſic erant circà acquirenda neceſſaria occupati, quòd non cogitabant de aliis rebus.* Prudenter obliuioni traditur retrò abundantia, & florens nuper abundè proſperitas, ne abundantiæ memoria, penuriæ præſentis calamitatem exaggeret. Conſultè ergò in acquirendis neceſſariis ad victum ſic toti occupantur, ne recordatio vbertatis nuperrimæ, præſentis inopiæ malum fruſtra incrementer, & ſenſum penuriæ augeat. Sic igitur Ægyptus angitur diræ ſterilitatis calamitate, *vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia.* Niſi fortè imprudenter id fecerint: debet enim qui mala patitur, in memoriâ verſare, bona antè recepiſſe, & humanam vitam rerum viciſſitudine obnoxiam: & ſic præſentis mali acerbitatem mitigare.

5. Nuper dixerat Siracides, *Non affligas temetipſum in conſilio tuo*, vt expoſuimus ſupra numero 3. Hæc etiam moleſtiſſima conſilia, quibus angebatur Dauid, excu-
Pſalm. 12. v. 2. tere ſatagit, aiens: *Quandiu ponam conſilia in animâ meâ, dolorem in corde meo per diem.* Alij excribunt, *die ac nocte*,
Græci Patr. id eſt, ſemper, inceſſanter conſiliis meis
Falſatæ rerum opiniones, conſilia haberi & nominari ambiunt. me exacerbo, & dolore diſcrucior. Appoſitè Græci Patres in Paraphraſi ibi: *Quandiu ponam conſilia, in anima mea, dolorem in corde meo per diem, vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me, &c. Cùm dies noctéſque conficiar, cogitationes voluens & reuoluens, aliquando quidem clementiam adipiſci ſpero; aliquando verò ambigo; interdum verò meliores ſpes abijcio, ac deſpero.*
P. Didac. Celada in Suſannam.

Mirum ſanè, quòd has peracerbas cogitationes, quibus dirè angebatur, *conſilia* appellat. Qui iſtiuſmodi cogitationes voluit ac reuoluit animo, & ſic acriùs vritur, *conſilia* tractare putat; ſed meræ inſidiæ ſunt, quibus ad deſperationem ſenſim impellitur. Falſatæ rerum opiniones ſunt; & *conſilia* nominari, & haberi præſumunt, quò impunè fallant incautos. O caue!

Ad Romanos 4. ita de Abrahami fide 8.
ſcribit Apoſtolus: qui contra ſpem, in ſpem Ad Rom. 4. v. 20. & 21.
credidit, vt fieret Pater multarum gentium .... & non infirmatus eſt fide nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum: & emortuam vuluam Saræ: *In promiſſione Dei non haſitauit diffidentiâ, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: pleniſſimè ſciens quia quæcumque promiſit, potens eſt & facere.* τὸ non *haſitauit*, Græcè [illegible], *non diiudicauit, non diſquiſiuit*, quomodò ſcilicet id fieri poſſet, quòd Græcus.
ipſe in ſenectâ prouectiori, de vulua ſterilis Saræ diu effœta, optatam prolem ſuſciperet. Ecce qualis quantáque fuerit fiducia ſpéſque Abrahæ in Deo ſuo: nam licèt plures, ipſæque perarduæ difficultates, quæ menti ſeſe cateruatim obiiciebant, diffidentiam negotiari prætenderent; rationes ipſe humanas prudenter excutiens, & animo piè obſtinato refutans, quod ipſe peroptabat, & Deus ſpondebat, conſtanter fore cenſe- *Ne argutiarum ſubtilitate, triſtem diffidentiam negotiere.*
bar. Quod inibi homil. 8. peritè Chryſoſtomus adnotauit: Abraham, inquit, *robuſtus factus eſt fide: quomodò fortis exiſtit? fidei, non cogitationibus rem ipſam commiſit.* Scilicet Abrahamus ad humani ingenij argutias, rem tamquam nimis arduam exaggerantis, prudenter extitit cæcus, vt ad Dei promiſſionem, & prolem deſideratam benè oculatus foret. Exindè *non haſitauit*, nempè non *diſquiſiuit*, non *dijudicauit*; ſciens quia Deus quæcumque promiſit, *potens eſt & facere.* Ecquis niſi hæretico priuilegio, Dei omnipotentiam neget? & tamen ſpes ſæpè vacillat. Verùm Spei animoſitas omnipotentiam ſpectat. Huc alludit S. Chryſoſt.
Sanctus Fulgentius lib. 1. ad Monimum: S. Fulgent.
Ideò, ait, in Dei promiſſis nulla eſt falſitas, quia in faciendis nulla Omnipotentis eſt difficultas. O bona noſtræ ſpei menſura! Sed de hoc aliàs. *Animoſior ſpes omnipotentiam ſpectat.*

---

§. CLXXXII.

Vero gaudio bonum deſiderium, ac ſpes cæleſtis exundant; & ſeculari lætitiâ minimè viduantur.

Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſâ, ſed s.
fallaci voluptate delectare potiùs pu-

 tantur,

tantur, quàm reapſe delectant; pecunia ſcilicet, dignitas, libido, gula, potentia, & iſtiuſmodi alia complura, ad quæ generis humani luſcoſa æſtimatio, & cæca cupiditas obſtupeſcit; quia de abſentiâ dulceſcunt, gratè ſperantur, ambiuntur iucundè; ſed cum labore poſſidentur, cum inuidiâ conſpiciuntur, eóſque ipſos, quos exornant, adæquè & premunt; plus minantur, quàm proſunt. Lubrica, & incerta ſunt!, & dulces illarum ſpes inſuaui faſtidio puniunt; neque vnquam benè tenentur, quæ poſſeſſorem ſagaciſſimè fugiunt. Et ſanè vt nihil de tempore futuro timeatur, ipſa tamen magnæ felicitatis tutela nimis ſollicita eſt. Sic mundialium bonorum felix poſſeſſio, felicitatis inops eſt: vt de fallaciâ expectationis fit, quòd ſpe delectet, quod faſtidioſâ & ſollicitâ poſſeſſione moleſtat. Proh humana cupiditas de malignâ rei deſideratæ delectatione delectationem poſſeſſionis emendicare ambit, paupertinâ nimirùm gaudij venâ deluſus, inceſſanti experientiæ ludibrio, quæ eſt voluptatum fraus, & aſſiduum appetentiæ ludibrium.

Voluptas potiùs in illius ſpe, quàm in poſſeſſione adridet.

2. 1. Petri 1. priores poſterioréſque Chriſti glorias dicit mundo euangelizatas, *Spiritu ſancto miſſo de cælo, in quem deſiderant Angeli proſpicere.* Eum enim videndo, vident pariter Patrem, & Filium; omnium enim vna eſt eſſentia, & hâc viſione Angeli beantur. In Græco nunc non eſt *εἰς ὃ, in quem*, vt legit Vulgatus interpres; ſed *εἰς ἃ, in qua*, & refertur ad Chriſti paſſiones & poſteriores glorias, *vt ſignificetur Angelos mirè delectari viſione humanitatis Chriſti, eiúſque plagarum, & ſtigmatum ſacrorum*, vt ibidem noſter Menochius commentatur. At Chriſti plagas & ſacra ſtigmata Angeli intuitiuè & perſpicaciſſimè vident. Et ſecundùm Vulgati ſenſum electiorem, de beata Angelorum viſione Petrus loquitur: quo igitur pacto eam appellat deſiderium? Profectò Dei beata viſio, qua Angeli Deo fruuntur, eſſentialiter tentio Dei eſt, & illius poſſeſſio; quare ergò ſummus Eccleſiæ Doctor, & Euangelicæ, empyreæque ſapientiæ Magiſter, de Angelis videntibus Deum, eóque fruentibus, ait: *In quem deſiderant Angeli proſpicere?* Deſiderium porrò rei deſideratæ abſentiam importat; quæ ſi deſit, iam deſiderium non eſt, ſed in quoduis aliud nomen tranſit. Mitiſſimum ergò eſt, viſionem beatam, quæ eſſentialiter eſt poſſeſſio, deſiderij nomine nuncupari. Opinor, more humano Petrus loquitur, & ethicè homines erudire, quàm ſit delectabilis beata Dei poſſeſſio, dum illam nuncupat deſiderij vocabulo. Sic viluit apud homines rei optatæ poſſeſſio de illius cognato faſtidio; ſic delectabilitas in ſpe, ac deſiderio dulceſcit, vt ad exponendam ſummam beatitudinis delectationem, quæ eſſentialiter poſſeſſio eſt, eam non poſſeſſionem, ſed deſiderium appellet. Alto ſtilo Galfridus ſic loquitur de Beatis, qui empyrea cæli gloria fruuntur: *Semper*, inquit, *illic deſiderant, & lætantur, vbi nulla ſit anxietas in deſiderio propter affluentiam gaudij; & propter iuge deſiderium, nullum in delectatione faſtidium.* Scilicet magnus hic Doctor ſubtiliter conſiderat ſummam delectationem, quæ eſt in beata Dei fruitione, & fatus humano more, vt ab eâ faſtidium ableget, deſiderium ſine anxietate eam nominat, quò gaudij affluentiam, & ſummam delectationis exuberantiam exponat. quaſi beata poſſeſſio extrudat deſiderij anxietatem, & à deſiderio mutuet gratiam placendi ſine faſtidio. Arcana eminenter mixtura, ne delectabilior poſſeſſio excludat gratiam deſiderij, in quo apud homines totus delectationis cenſus conſiſtit, cùm in ſenſu voluptabilium, faſtidium potiùs quàm voluptatem inueniant. Exindè in Deum *deſiderant Angeli proſpicere.*

1. Petri 1. v. 12.

Græcus.

Menochius. Chriſti ſtigmata ſacra deſiderant Angeli proſpicere.

Beatitudo deſiderij condicitur ad beatæ poſſeſſionis gratiam. quomodo?

Galfr. in ad Coloſſ. 1.

3. Romanos ſuos vult Paullus, ſollicitudine non pigros, Spiritu feruentes, Domino ſeruientes, *Spe gaudentes.* Tantorum enim bonorum quæ ſuis fidelibus Deus in cælo præparauit expectatio ingens parit gaudium, dum empyreas delicias præcoquo deſiderio anticipant, & ſpe anticipata prælibant. Spei enim alacritas, pia quadam præſumpti gaudij ambitione, beatæ delectationi præcurrit; & eam è terris dulciter prælibat, qua in cælis iugiter ſaturabitur. Hinc Paullus cupit, vt fideles ſint *ſpe gaudentes*: & quidem Philo vocat *ſpem gaudium antè gaudium.* quaſi ſpei gaudium ſit beati gaudij felix auſpicium, obſes, nexus; vel potiùs velut præproperè beata beatæ gloriæ inchoatio, dum temporali gaudio æternatura cæli gaudia feliciter anteuertit. Hâc ſpe Suſannæ fides lætâter erecta, & fidenter alacris, calamitatem fefellit: *Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.*

Ad Rom. 12. v. 12.

Semantur ſpes appellatur gaudium ante gaudium.

Philo apud Cornel. ibi.

Hic verſ. 35.

4. Prouerbiorum 16. ita ſcribit Salomon: *Eruditus in verbo reperit bona; & qui ſperat in Domino, beatus eſt. τὸ verbum* Hebraico, & indè Biblico idiomate, pro re etiam accipi conſueuit. Quare LXX. Interpretes exſcribunt: *Intelligens in negotiis, inuentor bonorum; & qui confidit in Domino beatiſſimus.* Itaque ſperans in Domino, non ſolùm beatus, ſed & *beatiſſimus* nuncupatur. Quod Hebraicè viuaciùs exprimitur: *intelligens ſuper verbum, reperiet bonum; & confidens in Domino, beatitudines eius.* Quæ ſunt iſtæ à ſpe *beatitudines*? Itáne ſpes beatitudinem multiplicat, vt *beatitudinum* matrix nominetur? Appoſitè ibidem Caietanus: Vigens, inquit, acumine intelligendi, ſiue interpretando verba, ſiue penetrando res, inueniet bona & ex actis & ex rebus intellectis: vt experientia quotidiana teſtatur in vitis doctis excellenti ingenio præditis: *Verùm multò felicior eſt ſperans in ſummo Deo; quoniam ipſe beatus hic in ſpe, poſteà in re erit.* Ecce geminata beatitudo, quam *Beatitudines eius* appellat Hebræus; quaſi duæ beatitudines ſperanti cognatæ ſint, altera qua *hic in ſpe beatur*, altera qua beabitur in re. Quare iure merito *ſpei, gaudium antè gaudium* nominatur: iam enim nunc beata cæli gaudia prælibat, & ſpe feliciter anticipat: *quoniam ipſe beatus hic in ſpe, poſteà in re erit.* Exinde *confidens in Domino, beatitudines eius.* Hem! ſic eſt ſpes beatitudinum glorioſè fœcunda? non illa Hæreticorum

Prouerb. 16. v. 20.

LXX. Interp.

Hebræus.

Sperãs in Domino, beatitudines am. quomodo?

Caietanus.

ticorum ſucilla, exucca, ſterilis; ſed quæ illi bona opera cum Suſannâ ſolleriet adſociat.

5. Ecli. 2. v. 9. Siracides Eccleſiaſtici cap. 2. de ſpei gaudio ſic magnificè loquitur: *Qui timetis Dominum ſperate in illum; & in oblectationem veniet vobis miſericordia.* quaſi oblectatio in Dei miſericordiâ beneficiorum gravidâ, à ſpe ſit. E Græco textu ſic locum eſcribit & exponit Ianſenius: *Qui timetis Dominum, ſperate in bona, & in lætitiam ſeculi, & miſericordia.* (Græcus. Ianſen. ibi.) *Quibus*, inquit, *verbis ſignificatur pios in rebus aſperis & acerbis ſpem meliorum ſuſcipere debere, & animo præſumere illud ſolatium & gaudium, quod à miſericordiâ Domini profectum, nullum vnquam finem eſt habiturum.* Itaque ſpes noſtra ſic debet eſſe ſtrenua, & alacriter audax, vt *animo præſumat illud ſolatium & gaudium*, quo in cælo iuſtus æternùm beabitur quaſi læta iuſtorum ſpes, tam ſtrenuè debeat audere, empyream beatitudinis lætitiam prægustando, vt ferè in *præſumptionem* nobiliter degenerare videatur. (Spes. cæli gaudia præſumit, & lætitiam ſeculi.) Ceterùm ad redundantiam gaudij, quo ſpes exundat, non tantùm dicitur benè ſperans *præſumere* cæleſte gaudium in cælo futurum, & quod ex beneficâ Dei *miſericordiâ* nunc in tertia accipit; ſed etiam percipere *lætitiam ſeculi* perhibetur. quaſi qui erectâ animosè ſpe bona cæleſtia ſperat, non modò beatitudinis ſumma gaudia prælibet, ſed etiam *ſeculari lætitiâ*, ad quam mundus moleſtâ expectatione ſuſpirat, minimè defraudetur. Scilicet mundi voluptas adeò eſt gaudij ieiuna, vt hîc *dolor* dicatur; gaudium autem quo ſpes eſundat, etiam *ſeculari lætitiâ* minimè viduatur. (Hic verſ. 10.) Heu, malè lætatur, qui non benè ſperat: qui autem benè ſperat, & cæleſti, & terrenâ lætitiâ vbertim gaudet.

6. Ad Hebr. 6. v. 18. & 19. Paullus in Epiſt. ad Hebræos, ita ſcribit: *Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut ancheram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus*, &c. Peritè notat indidèm Cornelius, quòd Syri & Arabes, ſpem vocant ותקה *vataca*, quaſi dicant firmitatem, robur, ſoliditatem ותק *vatac* enim ſignificat *vincere*, *firmare*, *roborare*, indéque *confidere* & *ſperare*, quaſi ſpes ſit victrix. (Cornelius. Syrus. Arabs.) (Spes & victoria, ſynonyma ſunt.) Cùm autem dicitur, quòd ſpes incedit vſque ad *interiora velaminis*, adludit Apoſtolus in templo Salomonis ad *ſanctum Sanctorum*, quod ſignificat Eccleſiam triumphantem in cælis. Porrò *velamen* aut ſignificat cælum, vt vult Theophylactus: aut, vt alij malunt, obſcuritatem, obuelationem, & arcanum gaudiorum cæli, quæ hîc quaſi per ænigma & velamen fidei obſcurè tantùm, & eminus ſpectamus. (Theophyl.) *Interiora* autem ſunt, ipſa Dei beata viſio, omniſque Beatorum gloria. Itaque nobis propoſita Spes ducit ad *interiora velaminis*, id eſt, ad empyream Beatorum gloriam, quam nunc quodammodò prælibat Spes victrix. (Spes adhuc in mundo, cæli gloriam velut prægustat.) Quâ ſuper re ita S. Chryſoſtomus eleganter ſcribit: *Cùm adhuc*, inquit, *ſimus in mundo, & nondum exceſſerimus, oſtendit iam eſſe in promiſſis: nam per Spem iam ſumus in cælis.* (S. Chryſoſt.) Nimirùm animoſa Spes adeò fidenter præſtolatur, & piè præſumit de promiſſo beatitudinis gaudio, & optatâ cæli gloriâ, vt licèt *ſperans adhuc ſit in mundo*, quaſi in cælum coloniam duxerit præmaturus cæli inquilinus, *per Spem iam eſt in cælis.* Idcircò forſan idem Paullus ait, *Expectantes beatam ſpem*, vbi cæleſtem gloriam, Spei nomine indigitat. (ad Titum 2. v. 13.) Et alibi *Spe gaudentes*: alioqui Spei moleſtias nemo ignorat. Benè ergò *Spes* perindè eſt ac *vincere*, ſeu *victrix*: exindè triumphali Eccleſiæ accenſeri perhibetur. (Ad Rom. 12. v. 12.)

§. CLXXXIII.

In re virtutis eſt etiam pia aliqua meritis pertinacis obſtinatio.

1. STrenua quorundam virtus adeò velut immeratè excellit, vt quaſi virtutis metas nimis creſcendo tranſilierit, de vitiorum confinio ipſis vitij vocabulis propè denotetur. Sic Martyrum conſtantiam magnanimam, *obſtinationis* vocabulo efferri alibi ex Tertulliano tradidimus. (Tertullian.) Sic de Theclâ coràm crudeliſſimo ac ſalaciſſimo iudice Alexandro ſiſtendâ, Baſilius Seleucienſis eloquenter excribit: *Nunc autem immitis atque indomita Virginis meus hoſtem reddebat infeſtiorem, non ſolùm iniurioſè tractatum, ſed etiam deſpectui habitum, & quorum improbâ cupiditate flagrabat, prorſus deluſum. Virgo igitur iudicio oblatâ intrà ſe gaudebat; iudiciúmque illud iam victoriam appellabat, & certaminum martyrij ſui additamentum.* (Baſil. Seleuc. lib. 1. de vita S. Theclæ.) Sic pia Virginis in virtute obſtinatio, *immitis*, atque *indomitæ* elogium meruit: quippè quæ ſibi de illo reatu exultim gratulabatur, quæ iudicium recudebat in triumphum, & atrociores pœnas martyrij *additamentum* magnanimiter reputabat. (Cur S. Thecla, immitis & indomita nominatur?)

2. Geneſeos 6. Noëmi ætate tota humani generis vniuerſitas ad impietatem vergebat, & vnâ conſpiratione contra creatorem acie compoſitâ nulla quantumuis importuna & barbara prætermiſſa eſt audacia: verùm omnes impietatis viæ ſecabantur, & iniibantur, ac ipſius improbitatis conſuetudo nouabatur. (Baſil. Seleuc. orat. 5.) Audaciâ verò & crudelitate velut armis animum vndique muniebant, ac in mutuam perniciem vtebantur. Quæ enim iniuſtitiæ ſpecies, qui modus intemperantiæ non inter eos verſabatur? quæ legum prauitas non apud eos pro lege ſtatuebatur? Virium corporis immodici in earum datorem per mentis elationem, crudelem tyrannidem, & libidinis inſolentiam erant iniurij. Tunc erat terræ corruptela, viuax peſtis, contagioſa lues: ſed in Noëmum (mirum!) non ſerpſit. *Noë verò inuenit gratiam coràm Domino.... Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* (Geneſ. 6. v. 8. & 9.) O qualis, quantáque fuit Noëmi virtus, à communi tunc contagio immunis! Quâ ſuper re ſic philoſophatur S. Baſilius in Conſtit. monaſt. cap. 21. *Atque etiam*, inquit, (S. Baſilius.)

Noë fuit ad rem virtutu obduratus, & piè pertinax.

quit, *Noë iuſtus ille, cùm in illâ peſſimorum hominum colluuie verſaretur, non dixit Deo propterea oportere ſe exire de mundo quòd* reliqui omnes improbi eſſent; ſed eò magis more generoſi ac fortis *athleta ad hæc conoaleſcens ſe obdurauit, & in profundiſſimo vitioſitatis pelago pietatem à tempeſtate incolumem conſeruauit: neque vllà in re Domino prorsùs repugnans fuit, ſed patientià tolerantiáque pietatis nauigium in mediis impietatis fluctibus tutatus eſt.* Nimirùm in tantà feraliſſimi ac ſalaciſſimi æui colluuie vitiorum, virtus Noëmi non poſſet emergere, niſi ſe ad illam *obduraſſet.* O mira etiam in te virtutis *obduratio*, quà homo ad vitia flecti-neſcius, ad virtutem penè obſtinatus exiſtit. Ad hanc piam obſtinationem per diuturnæ patientiæ ac tolerantiæ rigores erudimur. Eſto Pharao non bonæ obdurationis meta; ſit Noëmus etiam emphaſis ſanctæ *obdurationis*, & piæ obſtinationis idea.

3. Iob cap. 13. ſe exhibet optimum pietatis athletam, patientiæ columnam, & alacris

Iob 13. v. 15. & 16.

ſpei exemplar ſingulare: *Etiam ſi occiderit me*, inquit, *in ipſo ſperabo ..... & ipſe erit ſaluator meus.* Quaſi dicat: Hoc primùm ſtatuo, ne quis me putet agi deſperatione præcipitem, aut de diuinâ clementiâ minùs æquè ſentire. Hoc itaque primùm velim cogitetis, etiam ſi iugulo meo ferrum intentet Deus & nihil ſit propiùs, quàm mors iam iam ab ipſo comparata, nõ tamen abiiciendam eſſe ſpem quam in ipſius clementiâ collocaui. Atque ideò ſpe flecti-neſciâ confirmatus & alacer, quem iam iam interfecturem videro, potiùs

Ad bonas ſpes pertinax animus eſt.

Seneca lib. 7. de Benefic. c. 31.

ſaluatorem reputabo. Indè è diuerſo fiduciam præſumens, vndè credi poterat abiicienda. Perbellè Philoſophorum diſertiſſimus æquè ac moraliſſimus, quaſi inſcius adluderet ad Iobi tragœdias, ita ſcribit: Neminem ad excitandas domos ruina deterruit, & cùm penates ignis abſumpſit, fundamenta repentè adhuc area ponimus, & vrbes hauſtas ſæpiùs eodem loco condimus. *Adeò ad bonas ſpes pertinax animus eſt.* Gratulor ſapientiſſimo Philoſopho, quòd in re virtutis bonam etiam animi *pertinaciam* prædicauerit. Procùl, ô procùl ſit puſillanimus timor, qui in vltima etiam calamitate ſpem alacrem excuſſit. Porrò mens altè concepta de bonitate diuinâ, ſic metum excantat, ſic alit fidem, & fiduciam adipat, vt bonam ſpei *pertinaciam* excudat, abuſu vocabuli laudatiorem. *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo; & ipſe erit ſaluator meus.* Sic bona ſpei pertinacia ad virtutem obduratur, vt quem iure poſſet tamquam *occiſorem* timere, reputet *ſaluatorem.*

Hic verſ. 35.

Piè pertinax fuit Suſannæ ſpes viriliter alacris, quam nec periculum deploratiſſimum excuſſit.

4. Iob cap. 5. ita ſcribitur: In vaſtitate & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis. Hoc poſterius ſententiæ hemiſtichium iterùm exegeticùs repetens, conſe-

Iob 5. v. 23.

ſtim ſubdit: *Cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtia terra pacifica erunt tibi.* Id eſt: Terræ beſtiæ, quarum eſt Idumæa regio feraciſſima, timori tibi non erunt. Erit enim tibi ſociale pactum cum feris, quæ in ſaxorum cauernis, & ſcrupeis abditè ſpelæis ſibi parauere cubilia, ne vmquam pacem & otium inquieterent; ſed quantumuis in alios ſæuiant, & inhumaniter ferociant, velut domitæ ac cicuratæ, & à tuis incommodis abſtineant, & obſequio humaniſſimè adulentur. Quod ipſe Iobus de feris ipſis aſſiduè benemeritus, procuIdubiò expertus

Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 3.

erat. Sententiosè idem Philoſophus nuper laudatus: Officia etiam, inquit, feræ ſentiunt. Nec vllum tam immanſuetum animal eſt, quod non cura mitiget, & in amorem ſui vertat, Leonum ora à magiſtris impunè tractantur. Elephantorum feritatem vſque in ſeruile obſequium demeretur cibus. *Adeò etiam quæ extra intellectum atque æſtimationem beneficij ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis euincit.*

Ingenij, vel vitij ferocitatem aſſiduitas meriti pertinacis euincit.

O bona benemerendi *pertinacia*, quà ſic homo obduratur aſſiduo beneficentiæ ſtudio, vt obſtinatam belluarum feritatem domet, & ad humanitatis obſequium mitiget. Ad vitiorum caſtra *meriti pertinacis* vocabulum videtur deficere, quo exaggeratiorem virtutis excellentiam viuaciùs exponat. Scilicet nomen vitij, quod ad malum male *pertinax* eſſe ſolitat, *meriti* ſignificantior emphaſis eſt, & magnanimæ virtutis meta. Sic ingenij vel vitij feritatem *aſſiduitas meriti pertinacis euincit?*

Ruth 1. pulchra olim Noëmi, Iam vetu- 5.
la, vidua, illiberis, paupercula, in patriam flebiliter redux; Vtrique in viâ nurui reditum in patriam multis ſuadere intentiùs nititur (Piè, an impiè nuper inibi tractababamus) De facili Orpha infidè repedauit, Rutha verò conſtantia magnanima ad ſuos reditum obnixiùs recuſat, & charæ ſocrui comes adhæret. *Videns ergò Noemi, quòd ob-*

Ruth 1. v. 18.

ſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltrà reditum perſuadere. Obſtinato quidem animo eſſe, hic ſumitur pro perſeuerantiſſimo, ac flecti-neſcio animo eſſe; ſeu pro firmiſſimo, conſtantiſſimo, & obfirmatiſſimo, vt LXX. interpretes indicant. Hebraicè ſignificantiùs habetur: *Seipſam vehementer obfirmauit, ac obſtinauit ad proficiſcendum.* Hinc eminet & apparet inclyta Ruthæ virtus, animique

LXX. Interp. Hebræa.

Bona Ruthæ ſeipſam vehementer obſtinauit.

magnitudo, & religio præluſtris, quæ patriam, parentes, amicos, facultates, omnia denique qualiacumque habere poterat, quibúſque aſſueuerat, vitæ commoda, ſuo in ſuam Noëmi & Deum, ad quem tendebat, amori poſthabuit: ſéque ad omnes, quicumque deinceps in viâ, in peregrinâ terrâ, inter ignotos, accidere poſſent, caſus comparauit, obfirmauit, obſtinauit. *Seipſam*, inquit, *vehementer obſtinauit.* O bona obſtinatio, quam pia in virtute pertinacia, ad magnanimam religionis conſtantiam fundat, firmat, obdurat. Hem! ſic *vehemens obſtinatio pertinacis meriti* militat ſanctitati, & potenter ad facinora virtutis præmunit? Sub nomine vitij, virtutum emphaſis micantiùs tranſlucet, & intolerabilis bonorum magnitudo, ad quæ Rutha hic gentilitatem erudit. Quod indidem Strabus Fuldenſis in Gloſſa adumbrari cenſet:

Videns

Gloſſa.

Videns quòd obſtinato animo,&c. inquit: *Gentilis populus obſtinato animo prædicatores ſequitur in terram ſanctam, & in ciuitatem Dei Bethlehem.* Bona piiſſimè obſtinatio, piarum obſtinationum matrix, & maſculæ magnanimiter pertinaciæ fœcundiùs grauida, ad religioſam profanæ Gentilitatis ſequelam. Aſpectabilis hæc obſtinatio pudore ſuffundat delicatulam quorundam virtutem de facili flexilem, quæ potiùs virtutis titubatio dici poteſt.

6. Matthæi 5. poſtquam Chriſtus Deus beatæ gloriæ coronam per contraria textam, & glorioſas cæli beatitudines humanis infelicitatibus (vt putantur) conſtare denuntiat, per nouam de cælo allatam politiam, mundo hactenùs inuiſam, addit: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùm vos mentientes.* Summa ergo Euangelicæ perfectionis eſt, pro Chriſto, pietate, & virtute patienter, generosè, & hilariter magnanimà tolerantia iugiter ſuſtinere calumnias, probra, ſcommata, dicteria, ceteráſque iniurias verborum, carcerum, & verberum. Quid non tolerauit, toleráтque Chriſtianiſmus de Chriſti exemplo, & Chriſtianæ diſciplinæ obſequio? Profundo ſtylo Tertullianus lib. de ſpectaculis, cap. 1. *Quamquam ſi ita eſſet*, inquit, *tam apto conſilio, tanta obſtinatio diſciplinæ debebat obſequium.* Scilicet pia Chriſtianæ diſciplinæ *obſtinatio*, hoc præeunti, & prædocenti Chriſto debebat *obſequium.* Nec mirum ſi pia *obſtinatio* diſciplinæ a Tertulliano commendetur, ſi *fidei obſtinatio* ex Tacito à Pamelio inibi recenſetur. Ad *omne malum* iugiter ac patienter ferendum, velut *obſtinatio* exigitur.

Matth. 5. v. 11.

Pia Chriſtianæ diſciplinæ obſtinatio, Chriſti obſequio debetur.

Tertullian.

Tacitus. [...]lius.

---

§. CLXXXIV.

Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit.

1. QVædam falſa, veri ſpeciem præferunt, dum veriſimilitudo falſum veri ſpecie apparenter colorat. Dandum ſemper eſt tempus. Veritatem enim dies aperit: & mens ſinceriùs attenta, iudicij fallaciam cunctando & ſcrutando deprehendit. Hæreat ergò cenſura iudicij ſuſpenſa, vt mens veritatem ſæpè ambiguam ad aurium margines percolet, excuſſà fæce mendacij. Vtrumque vitium eſt, & omnibus credere, & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius. Iututum autem ſemper eſt, Deo dicenti aut promittenti non credere, quantumuis difficile videatur: Deo enim ſubnixa fides, per ardua fertur quaſi, per errorem; ſed non errandi protsùs ſecura: Dei enim veritas, virgo eſt, quam nulla conſtuprat falſitatis ſuſpicio: exindè nimis eſt tenera veritatis ſeu fidelitatis valetudo. Dubia omnia inuenias, leuia, ſuſpecta, multiformia: veritatis autem ac fidelitatis vna vis, vna facies eſt. Sic Deus ſimpliciſſimus & vniſſimus, adæquè & fideliſſimus eſt; impenſiúſque ſtudet vt fidelis ſemper in promiſſis inueniatur, ne veridici famam ancipiti ac dubiâ æquiuocatione nundinetur. Portò *fides, vt anima, vndè abijt, eò nunquam redit*, ille quicumque ſententiosè dixit.

Deus ſeruanda fidelitatis mirè ſtudioſus.

P.Didac.Celada in Suſannam.

Publ.Mim.

2. 2. Regum 24. dixit rex Dauid ad Ioab principem exercitûs ſui: *Perambula omnes tribus Iſrael à Dan vſque Berſabee, & numera populum, vt ſciam numerum eius.* Cunctando Ioabus imperio Regis obſequitur; incunctanter verò adeſt Gad propheta, acerbus vanægloriæ vindex, & triduanæ peſtis minas vibrat, quæ Hebræorum ſeptuaginta millia confeſtim ſauciauit lethali contagio. Grande hinc inter Expoſitores litigium oboritur, quare non grauis (quantùm apparet) Regis vanagloria, & ambitionis faſtus, ſic duriùs punitur? Tantúmne crimen eſt, numerare ſubiectos, vt ſic acerbam vindictam extorqueat? Ambitioſa populi numeratio, tot ſtrages condignè ediderit? Multa multi ſuper hâc quæſtione argutè difficili, quam Theodoretus q. 37. in lib. 2. Regum his verbis extricat: *Quoniam*, inquit, *diuinis promiſſionibus erat contraria eiuſmodi numeratio: Abrahamo enim dixerat Deus vniuerſorum: Faciam ſemen tuum ſicut arenam, quæ eſt in littore maris, quæ non numerabitur propter multitudinem, eà de cauſsà nominauit eam Satanæ cogitationem, vt quæ ſit contraria promiſſioni.* Compertum ſanè eſt, quòd cùm pollicetur Deus Abrahæ & Iacobo, eorum poſteritatem, nempè Hebræum populum fore ſicut arenam maris, *quæ non numerabitur propter multitudinem*; vel potiùs, *quæ præ multitudine numerari non poteſt* (vt habetur in Dei promiſſione, Geneſ. 32. v. 12.) eſſe modum loquendi, & cognatam Hebræo, Latino, ac Hiſpano idiomati hyperbolen, quæ mentita argutè ſuperadiectione rem exaggerat: non enim populus Hebræus infinitam, atque adeò innumerabilem hominum multitudinem reapſe continebat; ſed valdè numeroſam hominum multitudinem, quæ verè innumerabilis non erat, & numerari ac ſupputari à Ioabo potuit. Hinc tene Theodoreti acumen, quo de fidelitate Dei vindicias agit. Scilicet Deus Patriarchis promiſerat, Hebræum populum tantâ augendum multitudine, vt *non numerabitur*, vel *numerari non poterit*; quem cùm Dauid numerat, læſuram facit fidelitati diuinæ, populi innumerabilitatem olim pollicenti, tametſi id pollicitum ſit per hyperbolen, & familiarem in modo loquendi exaggerationem. Nimirùm Deus adeò exactè, velut ſcrupulosè ſuam tractat fidelitatem, illámque tam ſeriò vindicat, vt numeratum fuiſſe populum, quem promiſerat fore innumerabilem, tot hominum ſtragibus vindicarit; ne quod per exaggerationem promiſſum erat, non exactè impleſſe aliquando videatur: quod præſtitum eſt ad diuinæ fidelitatis redundantiam nobiliùs publicandam. Sic grauatè fert Deus, ſicque acerbè punit eum, cuius cauſsâ putatur, vel promiſſionum ſe hyperbolen non exactiùs impleſſe.

2. Reg. 24. v. 2.

Theodoret.

Geneſ. 32. v. 12.

Geneſ. 32. v. 12.

Grauatè fert Deus publicari vel hyperbolen in promiſſionibus non impleſſe.

3. Ioannis 19. ſic narratur de Chriſto Deo in cruce patibulato, & iam iam morti proximo: *Sciens*, inquit, *Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergò poſitum erat aceto plenum. &c.* Connaturale fuit Chriſtum in cruce ſitire, vt Cyrillus adnotauit: caro enim ſanctiſſima maximis doloribus exiccata, humido etiam radicali tantâ ſanguinis effuſione conſumpto, ſiti torquebatur peracerbâ. Ceterùm, vt alibi aliundè addubitauimus, Euangeliſta non ſatis ſibi cohærere videtur, dum ſeriò affirmat, à Chriſto iam *omnia* conſummata eſſe; deeſſe tamen Scripturam ab eo *conſummandam*: vtrumque ex alterutro redarguitur, aut conſummatam eſſe Scripturam, ſi omnia conſummata erant; aut ſi Scriptura nondùm conſummata erat, eatenùs omnia conſummata non fuiſſe. Et quidèm Scripturam adamuſſim implere, adimplendorum à Chriſto pars potiſſima cenſebatur. Nam Hebræo populo omnia in figurâ contingebât; figuratum autem veritas, & præcedentium vmbrarum corpus, Chriſtus fuit, tamquam typi antitypus fideliſſimus. Quomodò igitur omnia impleta eſſe dicuntur, ſi Scriptura nondùm completa erat, quâ dicitur in Pſalmo: *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*? Grande quidèm inter Expoſitores litigium, & quod nemo hactenùs dirimere eualuit. S. Auguſtinus præſcripta Pſalmi verba elucidans, metaphoricè locum exponit, ſic opportunè fatus: *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti meâ potauerunt me aceto. Factum eſt quidèm ad litteram, & Euangelium hoc nobis indicat. Sed intelligendum eſt, hoc ipſum quòd non inueni conſolantes, hoc ipſum quòd non inueni qui ſimul contriſtaretur, hoc fuit fel meum, hoc mihi amarum, hoc acetum fuit. Amarum propter mærorem, acetum propter eorum vetuſtatem. Namque legimus illi quidèm oblatum fel, ſicut Euangelium loquitur; ſed in potum, non in eſcam.* Itaque ex ſententia Auguſtini (quam nuper multis examinauimus) cùm Chriſtus Dominus præfata verba protulit, *omnia* iam conſummauerat, quia hæc prophetia de felle & aceto impleuerat metaphoricè, quo ſenſu eam Dauid in Pſalmis antedixerat. Ceterùm tametſi eam iam ſic impleuerat eo ſenſu quo prædicta erat; eam tamen adhuc ad litteram implere ſatagit, dicitque, *Sitio*, quò illi acetum reipsâ propinetur, & phyſicè conſummet, quod ſatis conſummauerat, cùm in Prophetæ ſenſu id metaphoricè impleuerat; & ſic vltrà conſummationem conſummaret; & prophetiam iam rigorosè impletam, adhuc litteraliùs perficeret, & ſuprà perfectionem impleret. Idcircò moraliſſimè *ſciens quia omnia conſummata ſunt, Scripturam conſummare* adhuc ſatagit, non contentus metaphoricè implere (ad fidelitatis redundantiam) quod metaphoricè implendum litteraliter prophetatur. Porrò qui vel promiſſas hyperboles cupit implendas, contentus non eſt promiſſa implere metaphoricè, niſi vltrà fidem ea phyſicè conſummarit.

Ioann. 19. v. 28.

S. Cyrill. lib. 12. c. 35.

Quod Chriſtus metaphoricè impleuerat, adhuc implere ſatagit.

Pſalm. 68. v. 22.

S. Auguſt.

4. 1. Regum 1. tandem Annæ precibus iamquam ſemine, ethicè gignitur optatiſſimus Samuel: & dum pater eius Elcana cum familiâ aſcendit in templum, Anna tenuit aſcendere donec ablactaretur infans. Et ait ei Elcana vir eius: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: *Precórque vt impleat Dominus verbum ſuum.* Non leue apud Commentatores dubium exoritur, quodnam fuerit hoc verbum. Porrò ſi ſacerdotis Heli verba, verba Domini eſſe interpretemur, tantùm dixit Heli: *Deus Iſraël det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum.* Petitio autem erat de accipiendo filio, quem iam, licèt ſterilis pepererat. Quod nam igitur eſt hoc Dei verbum, quod adhuc implendum ſupereſt. Neſcio quas ex diuino oraculo reuelationes ſuper naſcituro Samuële poëtantur Rabbini è proprio cerebro, quas communiter refutant Interpretes. Quid ergò eſt, *Impleat Dominus verbum ſuum*, quod tibi liberaliter promiſit? Reſpondet Abulenſis, Gloſſa, & Caietanus, hoc Dei verbum, eſſe votum ipſius Annæ. Quaſi diceret Elcana: *Impleat Dominus*, ſeu perducat ad exitum votum, quod ei nuncupaſti. Fauent LXX. Interpretes transferentes: *Firmet Dominus quod exiit ab ore tuo.* Audiendus eſt inibi Caietanus, qui ſic indidèm locum exponit: *Impleat Dominus verbum ſuum. Incertum an verbum Heli Pontificis ad Annam appelletur verbum Iehouah? an votum vxoris, quia directè tendebat ad Deum, appelletur verbum Iehouah.* Hoc dubio, opinor, rem præſentem indubiè tetigit Caietanus. Scilicet iuxtà verbum Pontificis, ſterilis Anna à Dei liberalitate acceperat filium Samuelem: ipſa autem vltrà liberaliſſimam Dei promiſſionem cogitabat, præſumebátve ſe accepturam, nempe fore, vt filius Samuël Deo ab infantiâ dedicatus, inaugurareretur in Prophetam præluſtriſſimum. Hoc *vxoris votum*, quod ipſa vltrà Dei promiſſionem de filio ei dando præſumebat, Elcana maritus, Dei verbum ſeu promiſſionem appellat. Nimirùm ſic ſubmiſſimè ſentit de liberalitate, veritate, ſeu fidelitate diuinâ, vt quod de eâ vxor præſumpſit, Dei *verbum* ſeu promiſſionem nominet. Sic Dei fidelitas etiam vltra promiſſa exundare ſolitat, vt quod accipiens ſeu accepturus votis præſumpſit, Dei verbum, ſeu diuina promiſſio nominetur. Siquidèm (vt nuper diximus) vel promiſſionum diuinarum hyperbolen, vel litteraliſſimam impletionem, cùm ſufficeret metaphorica, ſumma Dei fidelitas implere ſoleat, ad veritatis diuinæ redundantiam. Hâc etiam fiduciâ nunc Suſanna erigitur, & felicem tragœdiæ cataſtrophen adhuc ſperat. Exindè confeſtim adeſt Daniel propheta, qui Suſannæ vota cumulatiùs adimpleat. Benè ſperat Suſanna in cauſâ propè deſperatâ, imò & deploratâ, vindicias agens de fidelitate Dei vltrà vota veracis. Puer Senes diiudicat, impubes canitiem arguit, & falſarii teſtimonij conuinctis, & damnat; cogitque ſubire pœnas, quas turpe mendacium malitiosè architectatur.

1. Reg. 1. v. 23.

Infrà v. 17.

Rabbini.

Abulenſ. Gloſſa. Caietanus.

LXX. Interp.

Caietanus.

Quod vltrà Dei promiſſionem præſumunt, Deus promiſſo præſtaret.

Hìc verſ. 35.

§. CLXXXV.

§. CLXXXV.

Spes noſtra ad magnanimam animoſitatem de Suſanna exemplo eruditur.

1. Iſaiæ 6.v.13. ISaiæ ad populum panidè conſternatum, pulchra vox eſt: *Dominum exercituum ipſum ſanctificate.* Sed quomodo Dominum Deum exercituum, exertà vi omnipotentem, panidi homines *ſanctificare* poterunt? Reſpondet inibi Cornelius: *Id facietis ſperando in ipſum, ipſi vos veſtráque committendo. Diſce hic Deum ſanctificari per ſpem. honoratur enim eius bonitas, potentia, & fidelitas, ſi illi nos noſtráque credamus, qui vnus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.* O quam magnificè hic Suſanna inhoneſtiſſimæ neci addicta, dum ſpem non excuſſit, ſed animoſè & magnanimiter ad cælum ſubrigit; Deum, Deique bonitatem *honorat*, & *ſanctificat*: nam in tanto vitæ diſcrimine, *flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.*

Cornelius. Spes humana Deum honorat & ſanctificat.

Hic verſ. 35.

2. Exodi 13.v.3. Exodi 13. Hebræo populo iam iam egredienti ex Ægypto hæc Moyſes mandat: *Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Ægypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto.* Nondum Deus in manu forti, & fortitudine omnipotenti eduxerat populum ſuum de Ægypti ſeruitute; & Moyſes non ait, *educet*, ſed *eduxit*? Eos iam eduxerat, cùm adhuc eſſent in Ægypto, & pro liberatione gratitudinem exigit? Opinor, beneficium accipiendum, & voto hiante optatiſſimum, res non gratitudinis, ſed ſpei ſeu fiduciæ negotium eſt. Audiendus eſt inibi Lipomanus in Catenà ſic fatus: *Gratitudinem autem duplicem Deus exigit pro beneficio redemptionis ex Ægypto, memoriam ſcilicet beneficij ſempiternam, fiduciámque in Dei omnipotentiam & beneuolentiam* (addit luculentiùs,) *vt fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle.* Profectò Deum *poſſe* omne bonum hominibus præſtare, res fidei eſt, quam fideles omnes indubiè tenere debent; id enim eſt Deum eſſe omnipotentem credere: at Deum expetitum bonum donare *velle*, non fidei, ſed ſpei negotium eſt: quid eſt ergò, quòd Moyſes pro deſideratiſſimo beneficio nondum exhibito, & gratitudinem exigit, & fidem ſeu fiduciam expetit? *Exigit memoriam beneficij ſempiternam, fiduciámque in Dei omnipotentiam & beneuolentiam, vt fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle.* Enimverò ſuſpecoſa ambiguitas, non an Deus *poſſit*, ſed an Deus *velit*, titubatio ſpei eſt, & fiduciæ languor: at homines (cum Tertulliano, velut *facientes fidem ſpei noſtræ*) adeò erectâ fiduciâ bonum optatum a Deo ſperare debemus, *vt fideles credamus omne bonum Deum poſſe & velle*, quæ eſt fiduciæ hyperbole, & exaggeratior fidei meta. Exinde pro beneficio præſtando, & fiducia erecta optatiſſimo, & aliqua fides & gratitudo præmaturè exigitur.

Lipomanus.

Spes fiducia credit, Deum poſſe & velle quod ſperamus.

Tertullian. Abb. expectat.

3. Iudith 9. v.17. Iudith 9. hæc Heroïna prægrande facinus aggreſſura, maſculâ fortitudine audax, ſic obnixiùs Deum ſupplex orat, ambitioſo ſacci & cineris ſqualore fidentiùs erecta: *Deus cælorum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tuâ miſericordiâ præſumentem.* Nempè Deum orat, vt ſe imbecille miſeram, & graue opus molientem, & Dei tantùm protectione fretam, ſuo foueat, & confirmet auxilio. Sed quid eſt, *de tuà miſericordia præſumentem*? De Deo etiam præſumere fas eſt? Ceterùm τὸ *præſumentem*, poſſe etiam ſumi in bonam partem (tametſi ſæpiùs in malam vſurpetur) probabam olim in Iudith cap. 6. verſ. 5. vbi aiunt Bethulienſes ad Deum: *Non derelinquis præſumentes de te.* Singulariter autem hæc verba commentatur hic Carthuſianus, aiens: *De tua miſericordia præſumentem: quia per te facere ſpero, quod meis viribus me poſſe implere diffido.* Ac ſi humilis diffidentia de ſe & ſuis viribus, ſit piè erecta *præſumptio* de miſericordiâ diuinâ. Quaſi Iuditham & Suſannam de ſuis viribus in tam arduâ cauſsâ diffidere, ſit erectiùs de Deo præſumere. Audiendus eſt B. Petrus Damianus, qui ſerm. 52. hac ſuper re ita ſcribit, ac ſi commentaretur illa Iudithæ verba, *Et tua miſericordia præſumentem: Ala eſt ſpes. Hæc eſt quæ fragiles animos erigit ad ſuperna, quæ tædium expectationis leniget, quæ præſumit de miſericordia iudicis, & in diuinæ pietatis obuerſatur palatio.* Nomine audaciſſimæ *præſumptionis* ſpes profundè nominatur, vt vel vitij nomine pia eius audacia denotetur; quò vel de vitij temeritate, quàm ſit ad ſperandum audax innoteſcat. Quis niſi audaciſſimus *de iudicis miſericordia præſumat*? Annon velut pia quædam *præſumptio* eſt *credere, omne bonum Deum poſſe & velle*?

Diffidentia de ſuis viribus, pia quædam de Deo præſumptio eſt.

Auctor in Iudith. Carthuſian.

Erectior ſpes piè de Deo præſumit.

B. Petr. Dam.

4. Ad Philip. 4. v. 4. Ad Philippenſes 4. hæc Apoſtolus ſcribit: *Gaudete in Domino ſemper: iterùm dico, Gaudete.* Putat Theophylactus, *gaudere in Domino*, eſſe lætari in afflictionibus; alij, gaudere in *ſpe*, & *præmio*. Quaſi in tribulationibus gaudendum ſit ſemel de promiſſione & ſpe, iterum de præmio, ac ſi Chriſtiana ſpes non ſit ſollicitudine anxia, ſed læta & gaudens, ac ſi iam rem ſperatam præproperè delibarit. Opportunè S. Auguſtinus in vigiliâ Natiuit. ſerm. 4. *Gaudete*, inquit, *in Domino ſemper, iterùm dico, Gaudete. Gaudete de exhibitione, iterùm gaudete de promiſſione: quoniam & res plena gaudio, & ſpes plena gaudio eſt. Gaudete quia iam percepiſtis dona ſiniſtra: gaudete, quia expectatis præmia dextera.* Itaque & gaudendum eſt in rei optatæ *exhibitione*, & iterum gaudendum de *promiſſione*, ad quam alacri ſpe hianter arrigimur: quoniam & ipſa res exhibita plena gaudio, & illius *ſpes plena gaudio eſt*, quaſi ſpes rem expetitam iam momorderit, & præproperè delibarit guſtu præcoquo. Moleſtis ſpei laboribus, & anxiè ſuſpensâ expectatione mundus ſuos ambitioſè alumnos torqueat; Chriſtiana autem ſpes, Dei bonitate ſubnixa, dum piæ *præſumptionis* nomen ambit, quaſi frui iam cœperit, *plena gaudio eſt*, ac ſi credat, *omne bonum Deum poſſe & velle.*

Theophyl. Cornelius.

S. Auguſt. Et res exhibita, & illius ſpes plena gaudio eſt.

5. Zachar. 9. v. 12. Propheta Zacharias cap. 9. afflictum Dei populum his verbis alloquitur: *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei, hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.* Per τὸ *munitionem*,

intelligit arcem, ſeu præſidium, in quo à tot calamitatibus tuti ſint. Ceterùm cùm afflictos Iſraëlitas bono animo eſſe iubeat, & erectâ fiduciâ ſperare meliora adhortetur, *Iſidor. Clar.* illos vocat *vinctos ſpei*. Clarius & alij cenſent vocari *vinctos ſpei*, quos ſpes ipſa vincit & deuincit Deo, qui totam ſalutis ſpem ponunt in Deo, ideóque ſuâ ſpe ita ei colligati ſunt, vt ab eo toti pendeant, quia præter illum nil ſperant, nec aliam vitæ ſpem habent. Idoneè quidem. Sed forſan *vinctos ſpei* vocat eos, qui velut vinctam ſeu ligatam habent ſpem, nec animoſiùs, vt par eſt, de bonitate Dei ſperare audent; cùm Deus noſter adeò ſit largiter beneficus, vt vltrà promiſſa, atque ſpem noſtram benefacere ſoleat. Vnde his *vinctis ſpei duplicia*, id eſt, multiplicia *reddere* dicitur. Præclarè indidem Arias Monta- *Montanus. Vincti ſpei dicuntur, quorum ſpes vltrà promiſſa non audet.* nus ſic locum exponit: *Vincti ſpei, &c. Nam quamquam illis*, inquit, *promiſſæ ſalutis obſcura admodum cognitio maneat, certa tamen ſpes ex diuinorum oraculorum lectione ſupereſt: quibus multò plura atque præſtantiora, quàm dici poſſint, beneficia accipienda eſſe Vates declarauit, Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. Quamquam enim plura hodie in hoc reſponſo, quæ ſuperiùs dicta ſunt, promiſſa beneficia acceſſerint, reipsâ tamen, cùm præſtanda fuerint, expectationem tuam longè multam ſuperatura ſunt...... Ea verò quæ hodie annunciata ſunt, quamquam magna hactenus fuerint, expectatione tamen adhuc amplificantur, neque verò ita etiam dicendo amplificata, rem ipſam, cùm exhibebitur, æquare poſſunt.* Ecce tibi cur ſpes fidelium ſæpè *vincta* ſeu ligata dicatur; quia non certò ſperat rem optatam; aut ſaltem vltrà illam nec votum nec ſpes audet. *Neque verò ita etiam dicendo amplificata, rem ipſam cùm exhibebitur, æquare poſſunt.* O! malè *vincitur* & ligatur ſpes, vt citrà vota exoptet; quandoquidem vota vltrà promiſſiones amplificando, *neque rem ipſam cùm exhibetur æquare poteſt.*

6. Regius Vates Pſalmo 141. Clamaui, inquit,
Pſalm. 141. v. 6. ad te Domine, dixi: *Tu es ſpes mea, portio mea*
in terra viuentium. Quæ verba ſic elucidat
Corderius. S. Chryſoſt. Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum
Spei arbitrio, omnipotentiâ nobis auxiliarem adſciſcimus. apud noſtrum Corderium: *Vides*, inquit, *quomodo mala eum minimè obruerint, ſed magis erexerint & extulerint? Etenim cùm in ſumma eſſet inopia agnouit manum inuictam & vires omnipotentes, dicens, Tu es ſpes mea. Humana omnia defecerunt, tempeſtas eſt omni auxilio ſuperior. Et tamen etiam ſi hæc apud homines deſperata ſint, tibi tamen omnia ſunt facilia.* Hæc afflicti Dauidis verba, eius neptis Suſanna tunc funeſtè calamitoſa vſurpare poterat: nam cùm propè eſſet vt tempeſtate obrueretur, & humana auxilia prorsùs deficerent, ſpei arbitrio, Dei *agnouit manum inuictam, & vires omnipotentes, dicens, Tu es ſpes mea.* Quaſi ſpei noſtræ ſubſit tota omnipotentiæ vis, quæ in Suſannæ liberatione hactenus deſperatâ eminet & apparet. Cete- *B. Petr. Dam.* rùm B. Petrus Damianus ſerm. 21. ſic ad rem præſcriptum locum exponit: *Terra autem noſtra, vbi ſpei noſtræ radix innititur, illa profectò eſt, de qua per Pſalmiſtam dicitur: Portio mea in terra viuentium. Si ergo vt infructuoſa arbores areſcere nolumus, ſi ſecuribus excidi, ac deputari ignibus inutiliter formidamus, in illa ſupernorum ciuium patria, ſpei noſtræ radix ſemper inhæreat, vt ad proferendos bonæ operationis fructus, in robur fortitudinis firmiter conualeſcat.* *Spei noſtræ radix, cælo et cæleſtibus innitatur.* O! non areſcat, quiſquis ſucco radicis æternæ alitur & fouetur. In terra viuentium, nempè in illâ ſupernorum ciuium patriâ, *ſpei noſtræ radix* hæreat & innitatur; vt ſic homo ſpebus ſuffultus, pietate vernet, frondeat, floreat, autumnet beatæ gloriæ fructibus. In terrâ viuentium, *ſpei noſtræ radix innitatur*; nam quæ mundialibus rebus ac auxiliis ambitioſè adhæret, opis indiga, & auxilij inops, ſucco radicis æternæ deſtituta, planè areſcit, & inde ſecuribus & flammis deſtinatur. Ergo *ſpei noſtræ radix*, non terræ, ſed cælo adhæreat, & cæleſtibus ſubnitatur.

---

§. CLXXXVI.

Virtus, etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio animitus ſemper exultat.

NE virtus putetur mœſtè tetrica; nolo 1.
virtutis ſtudioſo vnquam deeſſe læti- *Ferè ex Senecâ.*
tiam: volo illam illi domi naſci. Naſcetur, ſi modò intra ipſum ſit. Ceteræ hilaritates frontem remittunt, non implent pectus, leues ſunt: niſi fortè tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Non eſt ibi vera lætitia, vbi non eſt animus alacer, & fidens, & ſuper omnia erectus. Mihi crede, res ſeuera eſt verum gaudium. Ad verum ac ſolidum gaudium ſpecta, *Virtus ſereno ac ſolido gaudio animitus ſemper exultat.* & de tuo ſecurè gaudebis; non de fortuitis & aduentitiis, quæ fortunæ volubilitate vices rotant, & gaudium vertunt in planctum. Quid eſt autem hoc? de ſe ipſo gaudere, & ſui optimâ parte; hoc ſolidum & ſerenum gaudiũ eſt. Hæc viri boni lætitia, tuta, & tota eſt; enata ex conſcientiâ bonâ, ex honeſto propoſito, ex rectis actionibus, ex fortuitorum contemptu, ex continuo pietatis ſtudio, ex placido vitæ & perpetuo tenore, vnam premenſis viam ad beatam cæli gloriam, cui auidè inhiat. Cunctis tragœdiam imminentem flentibus, tantùm flet Suſanna cùm ſalaciſſi- *Hic vers. 35.* mis Senum manibus caput contrectatur ſuum, inhoneſtatis occaſionem vetita. Ad probroſam verò innocenter mortem ſtat alacris, verè Abrahamides Heroïna, Patriarchæ æmulatione, de ſereno arcano animitus gaudio aſpectabilis: *erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Quod ex iam iam dicendis elucidabitur.

Geneſeos 22. optatiſſimâ prole auctus, tot 2.
benedictionum ſeu felicitatum herede, exul- *Geneſ. 22.*
tat Abrahamus. Dulciſſimis æternæ poſteri- *v. 13.*
tatis ſpebus obſes vnicus erat Iſaacus: & ecce Patris manu & gladio immolari iubetur. Stringit enſem intrepidus Patriarcha, vt paternam manum filij præceptâ iugulatione cruentet; cùm Angeli vox de cælo ſonat: Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam. *Leuauitque Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem,*

quem

quem aſſumens obtulit, holocauſtum pro filio. Quis non collætetur Abrahamo, illique exultim gratuletur de hac filij ſoſpitate inopinatâ? Exultet Patriarcha in Iſaaci ſui incolumitate: *riſus* nomen demonſtret ſeruati, vel potiùs tenati Iſaaci, dum nuper pij parentis mœſtitudo, viuas primogeniti exequias funeſtè celebrarat. Apage ab Abrahamo vnquam triſtitia, etiam in lugubri filij cæde. Eloquenter

S. Zeno Ver. *In periculo, & periculi liberatione ad æquè gaudet Suſanna!* Zeno Veronenſ. ſerm. 2. de Abraham: *A filio,* inquit, *ad agnum tranſtulit dextram, ſemper lætus & gaudens: nec mutatus eſt vultus eius, cùm eſſet victima commutata. In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, qui aliam victimam procurauit.* Nunquam *doluit* Abrahamus, cùm ſerus pater effectus, deſideratiſſimi & optimi filij carnifex efficitur? Sic eſt perfecta virtus mœroris neſcia, *vt ſemper lætus & gaudens,* nec mœreat cùm filij iugulū petit, nec frontem nouitet remittat, cùm de filio ad agnum tranſtulit dextram! Sic altè gaudet, qui in tantâ triſtitiæ occaſione animitus hilareſcit, qui de ſuo, non de alieno gaudet! Ad Abrahamum primò, dein ad Suſannam verè Abrahamidem, extendere liceat illam Chriſti Dei

Ioan. 16. v. 22. ſententiam: *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Licuit de Abrahamo dici: *A filio ad agnum tranſtulit dextram, ſemper lætus & gaudens:* liceat de Heroinâ Abrahamide dici: *A Suſannâ ad Senes transfertur probroſa cruentæ cædis pœna, ipsâ ſemper lætâ & gaudente: nec mutatus eſt vultus eius cùm eſſet victima commutata.* Tantum interiori gaudio licet! Quod ex attexendis ampliùs clarabitur.

3. Pſalm. 2. v. 11. Regij Pſaltis ſententioſè pulchra vox eſt: *Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.* Poſterius huius verſiculi hemiſtichium, ſecum pugnare, ſaltem parùm ſibi cohærere videtur. Difficilis porrò nexus eſt exultationis lætæ cum tremore: *tremor* namque magni timoris vi corpus ipſum cócutit, & horrore afficit; *exultatio* autem frontem remittit, dilatat præcordia, ſpem erigit, & proſpera cuncta vultu ſpondet. Sanè tremenda exultatio eſt, quæ exultationem copulat cum tremore, re quidem diuerſiſſimâ.

S. Hilarius. Quâ ſuper re ita inibi philoſophatur Hilarius, quo ſolet acumine: *Ne,* inquit, *Tyrannici terroris hic metus eſſe fidelium crederetur, ad id quod dixerat, Seruite Domino in timore, adiecit, Et exultate ei, vt metum ſeruitutis, gaudij exultatio temperaret; cùm ipſe timor cauſſam lætitiæ per conſcientiam ſeruitij fidelis afferret.* Pende attentiùs quæ opportunè ſub-

In bono viro idoneus eſt nexus tremoris cum exultatione. texit verba: *Porrò autem ne libertas gaudij fines congruæ moderationis excederet, ita ſubdit: Exultate in tremore, quia perienloſa ad obliuionem timoris eſſet libera à tremore lætitia. Atque ita hæc Prophetici eloquij ratio ſeruata eſt, vt ſeruitutem timor detineret, timorem exultatio moderaretur, & exultationem tremor conſequens contineret.* O quàm eſt abunde plena boni viri exultatio, qui non modo in cauſſis timendi exultim hilareſcit; ſed ne plena exultatio nimis exuberet, & modeſtiæ terminos effuſiùs tranſcendat, illi immiſcetur *tremor,* qui cognato rei aduerſæ horrore, *exultationem contineret.* Scilicet *tremor* & horror germano nexu *exultationi* copuletur, quam non excutit, ſed moderabitur. Sic enim medullitus iuſto conuiſceratur lætitia, vt in tremoris concuſſione, & horroris conſortio, adhuc gaudium exultet: *Exultate ei cum tremore.*

Ad Romanos 14. ita ſcribit Apoſtolus: 4.
Non eſt regnum Dei eſca & potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Ad Rom. 14. v. 17. Paullus hîc & alibi *regnum Dei* vocat gratiam, per quam Deus regnat in nobis, atque ius ad beatitudinem æternam acquirimus. Gratia ergo dicitur *regnum Dei* inchoatiuè, quia per gratiam incipit Deus regnare in nobis, & quia gratia eſt inchoatio regni cæleſtis, in quo Deus plenè & perfectè regnabit in nobis. Inchoata ergo beatitudo regni Dei, & gaudium beatæ gloriæ de inconcuſſâ perennitate æmulum, non inuenitur in eſcâ & potu, id eſt, in voluptabilibus ſeculi, in quibus homines voluptatem & lætitiam quærunt; ſed in re virtutis, nempè in iuſtitiâ, pace, & ſpirituali gaudio. Pulchrè Bernardus: *Non* S. Bernard. apud Euſeb. hom. 19. *eſt regnum Dei eſca & potus,* attexit: *ſed iuſtitia, & pax, & gaudium. Attendis,* inquit, *& intendis, quia gaudium in fine eſt. Sic fatui filij Adam præcipiti ſaltu iuſtitiam tranſilientes & pacem, rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis? Nemo enim eſt qui gaudere non velit. Non ſtabit, & non erit illud: quia ſicut non eſt pax impijs, ſic nec gaudere impijs dicit Dominus. Non ſic impij, non ſic: ſed prius eſt iuſtitiam facere, pacem inquirere, & ſic demum apprehendere gaudium, imò à gaudio comprehendi.* Scilicet peccatorum lætitia, gaudij inops eſt: voluptabilia frontem remittunt, non implent pectus, fugitiuâ exultatione ludunt, & ſectatoribus fruſtrà illudunt. Imò nec duraturum & perenniter inconcuſſum gaudium (quæ eſt beatæ gloriæ felix inchoatio) inuenitur in his, qui in virtute proficere incipiunt; ſed poſt *iuſtitiam,* poſt *pacem,* & poſt reliquas virtutes, *gaudium* ponitur, tanquam earum finis, & clauſula, & beatæ gloriæ de inconcuſſâ perennitate auſpicium.

Inconcuſſa lætitia virum eximiè iuſtū comprehendere ambit. *Rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis? Prius eſt iuſtitiam facere, pacem inquirere, & ſic demum apprehendere gaudium, imò à gaudio comprehendi.* Quid eſt, *comprehendi à gaudio,* niſi vndequaque gaudio amplecti, & lætitiâ penetrati? Quod expreſſit Propheta, dicens: *Circumdediſti me lætitia.* Pſalm. 29. v. 12. vbi Hugo Cardinalis: *Dixit, Circumdediſti,* Hugo Card. *vt notet magnitudinem lætitiæ, quæ potiùs continet ſuos poſſeſſores, quàm contineatur ab eis.* Vir perfectè bonus non quærit gaudium, ſed ab eo quæritur: non ambit lætitiam, ſed ab eâ ambitur. *Circumdediſti me lætitia.* Non quæſita lætitia iuſto adeſt, non vocata venit. Neque tantùm de rebus iucundè proſperis gaudet; ſed de rebus etiam improſperis & ærumnoſis è peruerſo lætatur; ſiquidem ab ipſo *gaudio comprehendi* ambitur. Sic Abraham, ſic & Suſanna *ſemper læta & gaudens,* & mortis cauſſam agit, & à mortis cauſſâ liberatur; *nec mutatus eſt vultus eorum, cùm eſſet victima commutata.* Quid mirum, inconcuſſa vtrumque *lætitia circumdat,* ambit, & *comprehendit.*

Regius Propheta Pſalmo 32. Iudæos patriâ 5.
extorres, & hoſtili captiuitate ærumnoſos, Pſal. 32. v. 1.

ſic

ſic affatur: *Exultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.* Chariſſimâ patria exules, opibus ſpoliatos, dirâ ſeruitutis calamitate oppreſſos *exultare* iubet? Ita ſanè; ſed *in Domino*, dum eos appellat *iuſtos*. Eleganter inibi

Græci Patr. *Iuſtos, Dei locus eſt; & Deus eſt capax iuſti locus.*

Græci Patres in Commentario: *Exultate iuſti in Domino. Quaſi dicat: Non in vobis ipſis, neque in re quapiam mundanâ, ſed in Domino confiſi exultate. Porro vox Exultationis, ſerenam quandam & hilarem animi conſtitutionem inſinuat in his qui lætitiâ tali digni ſunt. Quemadmodum enim locus Iuſtorum Dominus eſt, in quo dum ſunt lætantur; ſic & illi locus ſiunt Domino, vti peccator locum dat Diabolo.* Græcis

S. Baſilius. Corderius.

Patribus luculenter annuit S. Baſilius in Catenâ apud Corderium, ſic fatus: *Ex illâ impiorum obſcurâ & breui lætitiæ imagine omnem iuſtorum ſtatum perſpicito, quo illi æquabiliter & indeſinenter in Deo delectantur..... Ceterùm quaſi locus quidam iuſtorum capax, eſt Dominus; in quo qui exiſtit, neceſſe omninò eſt vt lætetur & gaudeat.* Res ſanè mirisſima, quòd immenſe immenſitati Dei locus dicatur vir iuſtus, quaſi immenſum Deum vndequaque ambiens & circumdans, *circumdetur lætitiâ*, quâ velut contenta diuinitas in locum ſuum vbertim exundat.

6. *Qui in Deo quaſi in loco capaci exiſtit, vel in aduerſis neceſſe eſt vt gaudeat.*

Quid non in terris glorioſè beatum, iuſtus Deo cunſinis, non inde exhauriat? Quin & *quaſi locus quidam iuſtorum capax, eſt Dominus; in quo qui exiſtit, neceſſe omninò eſt vt lætetur & gaudeat. Exultate iuſti in Domino. Vox Exultationis, ſerenam quandam & hilarem animi conſtitutionem inſinuat.* Quid tam hilariter lætum, ac ſerene iucundum, quam Deo vndequaque ambiri? Furit tyrannus Babylonius, captiuitate opprimit, ſpem excutit libertatis? *In Deo, quaſi loco Iuſtorum capaci, qui exiſtit, neceſſe omnino eſt vt lætetur & gaudeat.* Ferocit nequam Senum crudelis ſalacitas, & barbara libido impias probroſè ac cruentè ſtrages minitatur Suſannæ immeritæ? *In Deo, quaſi loco iuſtorum capaci, qui exiſtit, neceſſe omninò eſt vt lætetur & gaudeat.* O quàm ſerenè & inconcuſſè lætatur, qui in quantumuis aduerſis, *neceſſe omnino eſt vt gaudeat!* Nimis audet vocula *neceſſe*, quæ eſt probationis emphaſis.

---

§. CLXXXVII.

Qui dolenter Deum quærit, de eo inuento ſibi exultim gratuletur.

1. *In Deo quærendo, triſtitia ac lætitia arcana mixtura.*

QVi Deum dolenter quærit, propè iam gaudenter inuenit. Sanè non miſcentur contraria: atque adeò triſtitiæ ac lætitiæ fueri prodigioſa mixtura. At dum Deus quæritur, dolenter mœret homo ob abſentiam Dei; & ſimul gaudenter lætatur; quia ipsâ inquiſitione, quâ abſentem quærit, de ipſo propè inuento, velut de iam mirè præſente lætatur. Res diuerſiſſimas, triſtitiam nimirùm & lætitiam nexus mitiſſimus copulat; ne diuinæ abſentiæ merita deſit triſtitia, & ne eius inquiſitioni, ipſius propè iam inuenti lætitia deſit. Itaque quod in triſti cœpit dolore, in arcanâ lætitiâ conſummatur; & antequam plenè inueniat quem quærit, iam inuenti felicitatem anticipat, & præcoquâ iam præſentis lætitiâ auſpicatur. quod eſt magnum Dei dolenter quærendi ſacramentum.

Regius Vates Pſalmo 104. ſic modulatè 2.
homines adhortatur: *Lætetur cor quærentium* Pſalm. 104.
Dominum. Quærite Dominum, & confortamini: v. 3. & 4.
quærite faciem eius ſemper. Parùm ſibi Propheta cohærere videtur, cùm in ſollicitudine quærendi Deum, lætitiam inuenire præſumit. Quare Euſebius in Catenâ Græcorum Patrum ſic inibi locum exponit: *Lætetur cor quærentium Dominum, &c. In ipſa quæſtione, & quæ inquiſitionem ſequitur inuentione, diuinam lætitiam percipias.* Verùm enimverò dum adhuc Deum homo quærit, lætandum Propheta iubet, cùm potiùs tunc qui quærit, de auidè quæſiti, & nondum inuenti Dei abſentiâ, angitur, triſtatur, & dolet. Quod Beata Deipara, Euangelicæ perfectionis idea, ore ſimul & opere docet, ſic nuper perditum puerulum Ieſum alloquens piè querula voce: *Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Quæ verba ſic indidem exponit Origenes hom. 18. *Oportet*, inquit, *qui quærit Ieſum, non negligenter, non tranſitoriè quærere, ſicut quærunt nonnulli, & ita inuenire non poſſunt. Nos autem dicamus: Dolentes quærebamus te, & cùm hoc dixerimus, ad laborantem animam noſtram, & cum dolore quærentem reſpondebit: Neſcitis quia in his, quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?*

Euſeb. Cæſ. Lucæ 2. v. 48. Origenes.

Qui Deum dolens amittit, lætanter quærit, & inuenit.

Itaque qui Ieſum dolet amiſſum, & de eo abſente anxiè triſtatur, etiam dum adhuc abſentem quærit, in ipsâ inquiſitione, ac ſi iam inuenerit, exultim lætatur. quaſi triſtitia amittendi, & quærendi dolor, lætitiam è diuerſo operetur, ſitque gaudij arcanè fœcundus: ſicque prærutus amittendi dolor, dum amiſſum & abſentem quærit, gaudium inuentionis anticipat, vt ipſa inquiſitio, inueniendi gaudium prælibet, & optanter quæſitam boni præſentis fruitionem anteuertat. Ergo *lætatur cor quærentium Dominum*, quoniam eum *dolentes quærunt*. Sic amittendi dolor, vel inquiſitionis gaudium oppignerat, & arcanâ lætitiâ è diuerſo exundat.

Canticorum 5. inurbanam inerter ſponſæ 3.
repulſam, pertæſus ſacet ſponſus, ſe confeſtim abſentat, & aliò feſtinus declinat. Ad ſe autem rediens ſponſa, feſtinato properat ſponſum quærere: *Quæſiui*, inquit, *& non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.* Mox curſitans per ciuitatis vias & plateas, ſollicita ſponſum ſuum quærit. Inuenerunt me, inquit, cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. Sponſa autem & pallio violenter exuta, & malè vulnerata dolenter ſponſum quærens, à filiabus Ieruſalem ſciſcitatur de ſponſi ſui inuentu. Quæ ſic reſpondent: *Quò* Cant. 5. v. 17.
abijt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Inidoneè videtur reſpondiſſe chorus puellarum, quæ anxiùs quærenti ſponſæ de ſuo ſponſo, quia à ſe declinauerat, nec illum diligenter quæſitum inueniebat, reſpondent,

Quò abijt dilectus tuus? quò declinauit? Profectò ſi id ſciret ſponſa, non oberraret per vicos & plateas ciuitatis, illum perquirens, ſed illò rectâ pergeret, quò inueniendum ſciret. Ab interrogante ſponſâ idem quod interrogarat, interrogant? Hoc dubium non parum negotij faceſſit Interpretibus.

Sanctius. *Quòd ſi* (ait inibi Sanctius) *beatas mentes, aut Angelos, aut perfectos certò viros in hoc puellarum choro conſideres, de loco rogant, in quo ſit, non quia ipſi dubitent, ſed vt reipsà doceant.* Sed id nuſquam ſponſam docent: tantùm quærentem ſponſam, de eo quod ipſa quæſierat, interrogant, quaſi ipſa ſponſa ſciret, vbi ſit ille quem quærit, & de quo interrogat, vbi ſit, quem quærit, & quærendo interrogat.

Sponſa ſponſum quærens, interrogatur, vbinam ſponſus ſit. quærit

Scilicet cùm Ieroſolymitanæ puellæ vident ſponſam algentem hibernæ noctis frigore, *pallio* violenter nudatam, à violentis *cuſtodibus percuſſam*, & dolenter *vulneratam*; ipſæ à ſic quærente conſultiſſimè interrogant, vbi ſit ille, quem ſic dolens quærit, quaſi angori, triſtitiæ & dolori in ſponſâ quærendo ſubſit quæſitus ſponſus, aut illius certò inueniendi felix auſpicium. Quaſi dicant: Quæ ſic anxiè, dolenter, ac tot incommodis quæris ſponſum, fruſtrà vbi ſit interrogas, cùm ipſa potiùs interroganda ſis: apud illum enim cæleſtis ſponſus eſt, qui ſic illum quærit: quare à ſic quærente potiùs interrogamus, vbi ſit ille ſic dolenter quæſitus. Moraliſſimè ergo Ieroſolymitanæ puellæ id ipſum à ſponſâ rurſùs interrogant.

4.
Pſalm. 104. v. 4. Pſalmo illo 104. ſic nos modulatè regius Propheta adhortatur: *Quærite Dominum & confortamini: quærite faciem eius ſemper.* quaſi valido iuuamine, & virium confortatione opus habeat, qui ſedulus Dominum quærit.

Euſebius. Præſcripta verba ſic Euſebius exponit in Græcorum Patrum Catenâ: *Adhuc magis eos corroborat, dicens: Quærite Dominum, & confortamini. Hoc autem robur illis addicit, vtpotè opus habentibus fortitudine.*

Heſychius. Quod explicatiùs inibi ediſſerit Heſychius: *Vult eum,* inquit, *qui Dominum quærit fortitudinem animi aſſumere per continentiam voluptatum.* Scilicet ille Dominum certò inuenit, qui eum quærit continens ſe à lætitiâ voluptatum, & gaudij exors, alacer ſubit eiuſmodi inquiſitionis ærumnas.

Heracleot. Addit Heracleota in Græcorum Patrum Commentario: *Non ſemel,* inquit, *ſed per totam vitam quærite: ſic enim inexpugnabiles eritis ab ipſo confortati.*

Qui inexpugnabilis eſt moleſtijs Dei quærendi, feliciter eum inuenit.

Vide quàm egeat *confortari* qui Deum quærit, ad exantlandas eiuſmodi inquiſitionis ærumnas, & obuias dolenter calamitates; vt *inexpugnabilis* de diuinâ confortatione reddatur. Non expetit vt inſenſilis ſit ad quærendi paſſiones, ſed vt *inexpugnabilis* reddatur: tanta enim ærumnosè tolerabit, & aduerſa dolenter patietur, vt *confortatione* validâ indigeat, ne cadens animo ſpem mœſtus excutiat.

S. Auguſt. Patheticè Auguſtinus lib. 15. de Trinitate cap. vlt. *Domine Deus meus,* inquit, *vna ſpes mea exaudi me; ne fatigatus nolim te quærere, ſed quæram faciem tuam ſemper ardenter. Tu da quærendi vires, qui inueniri te feciſti, & magis magiſque inueniendi te ſpem dediſti.* Nempè multiugæ ærumnæ, & moleſtus angor & dolor in quærendo Deum (quod illius inueniendi arbitrium eſt) ſic quærentes *fatigare* ſolet, & quærendi *vires* debilitare, vt ab eo quærendo deſiſtant; tu ergo, ô Deus, eas vires præbe, & robur medullitus ingere, vt eo valenter confortatus, *inexpugnabilis* reddar, & ſic feliciter te inueniam. Porrò mœſtus quærendi labor, quo quis *fatigatus* à quærendo Deum malè deſiſtit, ſi maſculâ vi valenter toleretur, ſolers Dei inueniendi arbitrium eſt, & illius iam inuenti felix auſpicium, quod hîc *flens* Suſanna experta eſt. Hic verſ. 35.

5.
Ioann. 20. v. 15. Ioannis 20. Maria Magdalene recedentibus Diſcipulis adhuc ſtabat ad monumentum plorans, & Ieſum quærens. Et conuerſa retrorſum vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat quia Ieſus eſt. *Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? quem quæris?* Tu tibi es cauſſa plorandi, quæ Chriſtum lacrymis quæſitum, à te iam inuentum non credis, & præſentem non agnoſcis. Ploras quia Chriſtum non vides? crede quòd non abeſt à lacrymosè quærente, & videbis: adeſt enim Chriſtus, nec vnquam iis à quibus ſic quæritur, deeſt. Ceſſent iam lacrymæ, quibus egebas ad eum quærendum, & eiſdem lacrymis de eo inuento exultim gratulare, quòd ſic quæſitum inueneris. Benè quæſitum, certò inueniſti, ſed inueniſſe neſcis, quia de lacrymante inquiſitione diffidis. Ergo benè illi dicitur: *Quid ploras? quem quæris?* quaſi fruſtrà quærat, quem lacrymis quæſitum iam inuenerat. A monumento diſcedunt Apoſtoli eo inuiſo, quem ſiccis oculis quærunt: tu verò quæ ſic plorando quæris, ſagaci lacrymarum ſolertiâ, iam feliciter inueniſti.

Magdalena, quem cum multis lacrymis quærebat iam inuenit.

S. Bonauent. Scitè Bonauentura ſermone 64. ita ſcribit: *Ideò Magdalena priùs eum inuenire promeruit, quia cum multis lacrymis quæſiuit. Vnde Dominus dicit ei: Mulier, quid ploras? quem quæris? Vnde ſtatim ſequitur, quomodo cognouit eum;* non quomodo inuenit: iam enim inuenerat, & coram præſentem cernebat, quem *cum multis lacrymis quærebat.*

6.
Pſalm. 33. v. 11. Pſalmo 33. ſic nos erudit purpuratus Vates: Diuites, inquit, eguerunt & eſurierunt: *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Scilicet quiſquis Deum ita ſolerter quærit, vt nibil aliud præter eum velit, in eúmque omnes curas ſuas fidenter reiiciat, eum ſibi ſemper nutritium & patrem optimum experietur, nec vllo vnquam minuetur bono; ſed quæcumque deſiderat, ſiue ad alendum ſufficienter corpus, ſiue ad animam cælicis dotibus exornandam, & ſpiritualibus eſcis adipandam, diuite cornu ſibi affatim affundi à Deo ſentiet. Perfectionis enim diuitiæ ita hanc Dei inquiſitionem implent, vt Deum quærentium neminem fruſtratum relinquant.

Qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia conſequi.

Quid ſit autem Deum inquirere, ſiquidem ei, qui eum quærit, nil boni deeſt, nullo bono imminuitur, *omni bono* exundat; luculenter exponit S. Cyrillus Alexandrinus indidem in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium: *Inquirentes Deum,* inquit, *hoc eſt, eius veſtigia conſequi ſatagentes, & ea perficere volentes quibus ipſe lætatur, ſcilicet, cuiúſque virtutis habitum ambientes, nunquam indigebunt. Nam eos, tanquam qui benè* S. Cyrillus. Corderius.

agere

agere decreuerint, ſequetur apud Deum & diues caleſtium bonorum diſtributio, & terreſtrium bonorum participatio. Scilicet *inquirentes* Deum, qui non minuuntur *omni bono*, ſed omni bono affatim exundant, hi ſunt qui *Dei veſtigia conſequi ſatagunt.* O magnanimam ſtrenuæ virtutis animoſitatem! Quis Dei *veſtigia conſequi* præſumat? Idcircò per quaſdam virtutis conſequentias ſubinfert, eos qui Deum ſic quærunt, virtutem non quomodocumque quærere, ſed *ambire.* O! Deum quærere, virtutis *ambitio* eſt? O quàm multa hoc vno verbo compendiauit Cyrillus!

Deum quærere, virtutis ambitio eſt.

§. CLXXXVIII.

Quod plures peritè conſulunt, & decernunt, facilè vel vnus ſedulò actuoſus exequitur.

Caſſiod. l. 8. var. epiſt. 9. *Perita ad gubernandum prudentia, per alios quærenda & habenda eſt.*

1. ELoquenter Caſſiodorus: *Magna eſt*, inquit, *infinitáque prudentia, quam nemo ſic aſſequitur, vt eam non neceſſariè, & per alios quærere videatur. Senes ipſi conſilys ſapientiam diſcunt, & à maturis in commune quæritur, quod pro omnium vtilitate tractatur. Solatium curarum frequenter ſibi adhibent maturi Reges, & hinc meliores æſtimantur, ſi ſoli omnia non præſumant. Quòd ſi longæui Domini ſubiectorum ingenys adiuuantur, conſultè relaxamus ætatis noſtræ breues ferias, vt ſuis incrementis deuota proſperius, robuſtior ad impery pondera ſuſtinenda conſurgat.* Profectò inter inſaniam publicam, & hanc quæ medicis traditur, nil intereſt, niſi quòd hæc morbo laborat, illa opinionibus falſis. Altera cauſſas furoris traxit ex valetudine; altera, animi mala valetudo eſt. Curanda eſt hæc peſtis canis Seniorum conſiliis. Malè vniuerſaliter audit, *Aſtuta ſapientia*; at hæc opinionum ſanitas, per conſiliarios maturos, quaſi per medicos facienda eſt: Porrò cum prudentibus conſiliariis *deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.* Mora in conſilioſè deliberando, feſtinata operis exequendi energia eſt. Adſit Princeps capeſſendo conſilio, & illi exequendo inſtantiùs Miniſtros vrgeat.

Publ. Mim.

2. Geneſos 11. veſana hominum arrogantia ſic inſoleſcit, vt arcem moliri præſumeret, cuius faſtigium cælis ſe altè inferat. Superbiæ tantæ ambitio inſolens, Numen tangit, ne cœptum opus ad cæli inuidiam vltrà faſtigietur. Ait ergo Deus: *Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras.* Sunt hæc verba Dei, quaſi conſultantis, & inſanam hominum machinationem & ſuperbiam deteſtantis. Putant aliqui Deum hìc loqui Angelis, & Angelos adiuuiſſe hanc linguarum confuſionem. Alij cenſent Deum Patrem hìc loqui, non quidem alteri cuipiam Deo, vt Apoſtata Iulianus obiiciebat, ſed Filio, & Spiritui ſancto. Ceterùm obſeruare licet, quòd cùm Deus priùs dixerit, *Venite, deſcendamus, & confundamus*, pluratiuo id vocabulo exprimitur: cùm verò hoc conſultum executioni mandatur, facet Hiſtoricus ſcribit, *Diuiſit eos Dominus.* Scilicet multi ad conſiliū aduocantur, quod vnus tandem exequitur. Quâ ſuper re ita philoſophatur Auguſtinus, ſic fatus: *Venite*, inquit, *deſcendamus, & confundamus linguas eorum, ne audiat vnuſquiſque vocem proximi: vtrum ad Angelos Dominus hoc dixiſſe intelligatur, an ſecundum illud accipiendum eſt, quod in exordio libri legitur: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Nam & poſtea dicitur ſingulari numero, quia ibi confudit Dominus labium terræ: ſicut & illic, cùm dictum eſſet: Faciamus ad imaginem noſtram: in conſequentibus tamen non dictum eſt: Fecerunt, ſed, Fecit Dominus.* Vide conſultoris prudentiæ ideam, ſemel & iterùm conſilioſe propoſitam, ad hominum eruditionem. Deus enim ad deliberandum & decernendum conſultatione non eget, quâ homines maximè indigemus. Nimitùm cogatur conſilium, conſultores aduocentur, de re agendâ conſilioſâ ſagaciter prudentiâ deliberetur: & quod multorum ſuffragio ſic decernitur, vnus potiſſimè exequitur. Scilicet quod de prudenti plurium conſilio faciendum decernitur, vel vnus exequi valet. Quod verò vnus tantùm decreuit, nec plures forſan exequi poterunt, quantumuis prudentiâ & potentiâ æualeant. Pluriſaria conſilij capeſſendi peritia, quæ per moram adornat deliberationem, ſic facile reddit exequendum opus, vt vel vnus dumtaxat ad executionem ſufficiat. Conſilioſè decreta à multis, dum vnus exequitur, nō tam vnus, quàm vnus plures exequitur; nam plurium conſultorum multiplex ſuffragium nimis eſt actuoſum, & faciendum opus expedit. Sudet peritè pariter ac operoſè conſilium, vt illius executor ab ardui operis difficultate feriatur. Exinde ideali eruditione, plurium conſilium, vnus duntaxat exequitur. *Venite, confundamus, &c. & poſtea dicitur ſingulari numero, quia ibi confudit Dominus labium terræ.* Benè admonet Auguſtinus, benè monentem ſequere.

Gen. 11. v. 7. & 8.

S. Auguſtin. l. 1. qq. ſuper Geneſ. q. 2.

Gen. 1. v. 26. & 27.

Quod plures peritè conſulunt, facilè vnus exequitur.

3. Geneſeos 3. præuaricatorem Adamum, ne de ligni vitæ eſu vitam perpetuet, Deus è paradiſo eiecit: *Et collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Vndique Cherubinis obſeptum paradiſum ad arcendum hominum introitum, quidam Commentatores ſeriò cenſent, quò vndecumque aditus arceretur. Expenſione autem digniſſimum eſt, quòd cùm plures Cherubini præpoſiti fuerint ad cuſtodiendam paradiſi viam, profundo Dei conſilio, vnum tantùm gladium habuerint. Profectò hi Dei Præpoſiti, qui appellantur Cherubim, conſilioſè admodum obibant munus ſuum: Cherubim enim ſcientiæ plenitudinem ſignificat, interprete Hieronymo. Scitè Oleaſter in annotat. litterali indidem: *Cherubim*, inquit, *plurale eſt nomen: vnde videtur, quòd non vnicum, ſed multa collocauerit...... Cherub interpretatur multitudo ſcientiæ.... Verſatilis poſſet littera hæc meliùs ſic verti: Et acies glady verſa ad cuſtodiendam viam ligni vitarum. Vnde gladius videtur fuiſſe vnius acuminis.*

Gen. 3. v. 24.

S. Hieron. *Oleaſter.*

Cuſtodes Cherubim plures, vnum tantum gladium habent. quare

acuminis. Ecce tibl hos Cherubinos paradiſi Præpoſitos, plures fuiſſe, vt illum vndequaque obſiderent ad cuſtodiam; inſuper ſcientiâ, prudentiâ, ac conſilio aſpectabiles: & tamen plures cùm fuerint, & ſapientiâ conſultiſſimi, vnus dumtaxat illis gladius à Deo porrigitur, imò & *gladius vnius acuminis*: vt miniſterij obeũdi expromptior executio, ad vnum vnius aciei gladium deuoluatur. Hem! Sic ſapientiâ, conſilio, ac dignitate plures, ad executionem, vnum vnius acuminis gladium geſtant? Ad conſilioſam ſapientiam dignitate & conſilio ſunt Cherubini plures; ad munus verò promptè obeundum, quaſi plures vnus, vno vnius aciei gladio armatus eſt.

4. Pſalm. 20. v. 12.

Regius Propheta Pſalm. 20. ſic pangit: Inueniatur *manus tua* omnibus inimicis tuis: *dextera tua* inueniat omnes qui te oderuut. Quoniam decliuauerunt in te mala: *Cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire*. Cùm Dauid loquitur de exequendo Dei opere, quod diuina prouidenria conſilioſè decreuit, vna Dei manus dextera deſtinatur. Quando verò de impiorum conſilio, opere exequendo agit, etſi plures ad conſiliandum numeret, ad illud exequendum, ſeu opere *ſtabiliendum*, multos pariter recenſet. *Cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt* opere *ſtabilire*. Vbi nota, quòd *conſilia* operoſè felici operis conſiliati executione, *ſtabiliri* dicuntur: quaſi ſubſecuto opere roboretur, ſtabiliatur, ac firmetur prævium illius conſilium. Ceterùm cùm plures ad conſiliandum ſeu deliberandum concurrerint; & ſimiliter plures ad illud opere exequendum, quin alicui ſpeciatim ſumma rei exequendæ cura ſit demandata, qui illos ad opus faciendum dirigat, & vrgeat, ait, *Cogitaſſe conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire*, ſeu, vt opportunè Symmachus excribit: *Cogitauerunt cogitationes impoſſibiles*. Ecce tibi, quæ nuper dicebantur *conſilia*, iam meræ *cogitationes* nominantur: quare etiam appellantur *impoſſibiles*, quia impij ſine ductore, cateruatim & confuſim ea impetu exequi feſtinant.

Conſilia, quæ pluris conſultè exequuntur, cogitationes impoſſibiles nominantur.

Symmach.

5. Iudith. 2. v. 2.

Iudith 2. Nabuchonoſor occiduas debellaturus prouincias, *Vocauit omnes maiores natu, omnes duces ac bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui*. Dixitque *cogitationem ſuam in eo eſſe*, vt omnem terram ſuõ ſubiugaret imperio. Quod dictum cùm placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuæ, quem innumeris copiis armatum, ad conſilium exequendum dimiſit. Benè eſt, placuerit conſiliariis omnibus Regis *cogitatio*, quæ de maturâ plurium deliberatione in *conſilium* abiit. Sed quid eſt, quod *myſterium conſilij* ſui nominatur? An quia conſilium, quiddam ſacroſanctum ac diuinum à ſapientibus putatur? Mallem, vt ipſe Rex præeſſet conſulti operis executioni præſtandæ, vt ſicut conſilium in deliberatione dicitur *myſterium*, ſic etiam *myſterium* in executione foret. Verùm Græci codices explicatiùs tradunt, quàm fuerit Rex conſulti operis executioni ſedulus; ſic enim LXX. Interpretes excribunt: *Et factum eſt, vt conſummauit conſilium ſuum, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem virtutis ſuæ, & dixit ad eum: Ecce tu egredieris, &c. Quoniam egrediar in furore meo ſuper eos; & operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ.... Quoniam viuens ego, & imperium regni mei: locutus ſum, & faciam hæc in manu meâ. Et tu autem non tranſgredieris vnum quid ex verbis Domini tui, ſed perficiens perficies, ſicut præcepi tibi: & non cunctaberis facere hæc.* Sic ſedulò actuoſa conſilij ſui executione, ſacrum conſilij ſui ipſe *myſterium* implet. Adeò vt niſi arcanum diuinioris conſilij ac omnipotentiæ ſacramentum, Regem ac Holofernem cælitùs inhibuiſſet pulchrâ Iudithæ fraude, impleto *conſilij ſui myſterio*, omnia depopulatus eſſet, dum ſic actuoſus conſilio exequendo incumbebat Rex. Profectò hæc ex omnis ſollicitudo, & ſollers cura, adimplendi conſilij myſterium eſt, & exequendi operis ſacramentum. Hæc ſi deſit, caſſa, inanis, & ridicularia eſt, ſedula conſultorum peritia, opera parturiens infelici ſemper aborſu. Vide hîc hos veteratores Senes, quod ſemel ſagaciùs deliberauerunt, prauè aſtuto conſilio, quàm vno animo, ore, opere, executioni mandare ſedulò curarint: Niſi enim cælitus ſic actuoſum diſſiparetur conſilium, luctuoſam tragœdiam innocens Suſanna miſertimè conſummaſſet. Hic verſ. 36.

Myſterium conſilij conſummata ſedula rei deliberatæ executio.

LXX. Interp.

P. Didac. Celada In Suſannam.

6. Prouerb. 11. v. 14.

Prouerbiorum 11. Vbi non eſt gubernator populus corruet: *Salus autem, vbi multa conſilia*. Peritè Saluſtius ad Cæſarem: *Ego, inquit, ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes vſque eò proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt. Vbicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere, paullò poſt immutata opes, deinde ademptum imperium, poſtremò ſeruitus impoſita eſt.* Tanti quidem intereſt conſiliorum prudentia, vt Reipublicæ felicitas, vel euerſio in eâ vertatur. Conſilia autem non numero, ſed maturitate æſtimanda ſunt; quæ res in paucis quàm in multis faciliùs reperitur. Itaque multa conſilia ſunt conſilia probatiſſima, etſi paucorum. De quo aliàs.

Saluſtius.

Regnorum proſperitas à conſiliorum peritiâ pendet.

---

§. CLXXXIX.

Maledica contumelia contemptim ſurdis cæcè auribus excipienda; quippè quæ mendacium ſuum potiùs loquitur.

1. Politico-Chriſt. p. 2. c. 7.

NOn eſt viri magni curioſiùs in maledicas de ſe linguas diſquirere; minùs, in illas ſæuire: ferre illas magnorum eſt, & ſolo ſe contemptu in illas armare, nec vlla certior victoria, nulla generoſior, & quæ virum ſuum loquitur. Et quis prudens omnium ore & calamis, dicta factáque ſua probanda ſperet? Stultitiæ hoc extremæ eſt. Prudentiæ eſt non offendi liberiore locutione: imò gloriari debet quiſquis patitur linguas, quæ ferè in magnos venena ſua iaculantur, vt in firmiſſima quæque ſæuiunt fulmina, tranſeunt mollia, vt indigna robore ſuo, vt ſignum rei magnæ ſit, linguas tuliſſe, & materiam factum liberioris locutionis, non eunt illæ in humi ſerpentia; magnum ferè ſit in quod incurrant: & libertatis ſuæ

Maledicæ de ſe linguæ, ferendæ ſunt, & contemptu vincendæ.

præmium putant, incurriſſe in magnos. Sua ſanè cuique, vt caput, ita & ſtat lingua, præſcindere has debeat, & præſcindere adeò hominum omnium linguas omnes, vt inter elingnes viuat, ne percutiatur linguis, quiſquis loquendi ſecare libertatem volet, & vt ſecet linguas, ferer oculos, nec effugiet iudicia. Vndique linguæ tela in omnes iaciuntur; inuicti eſſe poſſumus, inconcuſſi non poſſumus. Seniorum linguis concinnè mentientibus, validè Suſanna concutitur, quas inuicta ſilentio vicit, vt ſæpè aliàs ex Ambroſio notabamus.

Hic verſ. 36. S. Ambroſ.

5. Numerorum 22. Balac Moabitarum rex magno ſtudio ac pretio Balaam Prophetam è Meſopotamiâ accerſit, vt Dei populo maledicat: *Manè*, inquit, *facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.* Caietanus indidem ſic peritè notat: *Intuitus eſt extremam partem populi. Non eſt in Hebræo, Partem, ſed dumtaxat quòd vidit inde extremitatem populi. Sed ſubiecta teſtantur quòd ita vidit extremitatem, vt videret populum ſecundùm omnes extremitates illius.* Vide hîc aſtutiſſimi Regis inimicam vafritiem, Balaamum, conductum expetitæ maledicentiæ architectum, in ardui montis faſtigio locat, è cuius ſupercilio maledicendum Dei populum deſpiciat, dum non tam illum proſpicit, quàm eius dumtaxat *extremitates* ſeſe inferentes in Gentilium populorum confinia profaniſſima. Callidum malitiæ ingenium fuit, lacinias dumtaxat, ſeu *extremitates* populi Dei conſiderandas offerre, vt optatiſſimam Vatis maledicentiam negotietur. Eloquenter S. Baſilius homil. de Inuidiâ ita ſcribit: *Iniquum profectò, id quod laudabile potiſſimum fuerit, alicuius peioris gratiâ manifeſti occultare, & virtutem ex vicinitate vitij (ſi quod fortè reperitur) calumniari. Fortitudinem audaciam potiùs appellat: modeſtum verò, ſine ſenſu hominem: iuſtum, immitem, & nimiùm ſeuerum: prudentem, aſtutum: magnificum, vaſtum: liberalem, vt prodigum taxant: domeſticè frugalem, auarum dicunt. Denique omnis virtutis ſpecies, in vicina vitiorum nomina, nuſquam calumniâ rebus laudatis deficiente;* qui eſt malè acutus maledicentiæ genius, qui *extremitates* rei laudabilis ad vituperationem oſtentat, vt de confinio vitiorum eas apparenter culpet. Tolerabiliùs foret ſimplex ac ſincerum mendacium, quod nudam falſitatem garrulè iactaret, non de vitij confinio adulteratâ fide veſtitam. Pernicioſiùs nocet, quod aſtutiæ penicillo ad credibilitatem maledicentia colorat. Heu quoties de ſordidis *extremitatibus*, totius rei iudicium fertur, quod linguæ effrenis licentia petulanter garrit; ſed planè abſque fide: nam veritas deludit falſatam maledicentiæ ſpeciem; mendacium dies arguit, & patientia calumniæ technas meliùs quàm ita pandit. Ipſæ maledicorum exaggerationes creſcendo detumeſcunt, & deſpumata maledicentia, ſicut bullæ, ſenſim euaneſcit. Veriſimilitudo, quam detractio mendax, de vitiorum confinio mutuat, victrice ſemper veritate deluditur, & mendacium ſuum tandem loquitur. O ride fictas linguarũ tragœdias, quas felix demùm cataſtrophe vertit proſperat.

Numer. 22. v. 41.

Caietanus.

Spectata populi extremitates, Balaamus contra illum maledicentiam negotiantur.

S Baſilius. *Maledicentia virtutes de vitiorum cõfinio calumniatur; ſed ſine fide culpat.*

1. Regum 17. Philiſthæus ille minas atrociter ſpirat: & terror ipſe Hebrææ gentis vires debilitat, frenat, frangit: hoſtilis aſpectus giganteâ arrogantia toruus, Iſraëlitas vel armatos de ſtatione deturbat. Minax Gigantis ſuperbi loquentia cunctos territat. Audiens autem Saül, & omnes Iſraëlitæ ſermones Philiſthæi ſtupebant, & metuebant nimis. Dauid autem regiis armis tanquam victoriæ impedimentis exutus, fundâ & lapide armatus ad duellum alacris procedit: Ibat autem Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid; & dixit ad eum: Numquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me in baculo? Et *maledixit* Philiſthæus Dauid in diis ſuis. *Dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtijs terræ.* Hæc dixit ſtertoreâ voce prodigioſa illa & vaſta bellua minaciter ferox, maledicentiæ atque arrogantiæ plena, quaſi omnem iam ſpe victoriam deuoraſſet; & alia plura verba refert Chryſoſtomus, quæ in laceſſendo & contemnendo Dauide videri potuit effutiiſſe. Dauid autem benè ſcius, quòd Philiſthæi terror maledico ore hactenus præmonſtratus, victoriam ſibi præſtruebat, nec pili quidem minarum contumeliam facit; imò (vt argutè Baſil. Seleucienſis meditatur) illis auditis, dixit audacter: *Maledicam illam Philiſthæi linguam, victoriæ pignus teneo.* O felix è peruerſo augurium! Sic inimica hoſtiliter maledicentia contemptim audita, patienter audienti victoriam ſpondet. O inopinatus felicitatis obſes, qui auſpicatò proſperitatem oppignerat! *Maledicam illam Philiſthæi linguam, victoriæ pignus teneo.* Sic malum, quod de aliis maledicus ore effutit, ſibi infauſtè ominatur. Sic detrahenti eſt improſpera maledicentiæ garrulitas, vt & maledicum culpet ac feriat; eum verò, cui maledicè detrahitur, ſoſpitet, proſperet, fortunet? Geminâ detractor ſauciatur plagâ, nempè & ſuâ infauſtè ruinâ, & alienâ proſperè fortunâ, quam maledicendo ſumptuoſiùs negotiatur: *Maledicam illam Philiſthæi linguam, victoriæ pignus teneo.* 3.

Maledicam Philiſthæi linguam, tanquam victoriæ pignus tenet Dauid.

1. Reg. 17. v. 44.

S. Chryſoſt. hom. de Dauid & Goliath.

Baſil. Seleuc. orat. 15.

Leuitici 19. Moyſis ore Deus vetat: *Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum: ſed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus.* Sic eſt ſceleroſum maledicere *ſurdo*, qui maledictum ſeu contumeliam non audit? Imò ſceleſtius crimen videtur audienti maledicere, qui criminatione contumelioſâ, & probroſâ calumniâ vellicatur. Surdus porrò, velut nemo eſt ad contumelias, quas oppilata audientia deludit. Auditam intermittit Moyſes maledicentiam; & velut mutam, quia caret aurium ſenſu, ſic criminoſè culpat, ſic acerbè punit, vt ſeuerum illius vindicem Deum fore minetur? Tropologicè Gregorius: *Surdo*, inquit, *maledicere, eſt abſenti & non audienti derogare.* Bona quidem ſurditas, quam de iniuriati abſentiâ mutuatur. Caueat ſuſurro, ne dum garrulus hanc ſurditatem curat, conſcientiam ægriùs vulneret incurabili vindictæ plagâ. Litteraliſſimè Cornelius: *Non maledices ſurdo*, inquit: *Quia hoc valdè inhumanum eſt; vt ei qui ſe defendere nequit, iniuriam irroges.* Pueriliter æquè ac impotenter ſæuus eſt, 4.

Leuit. 19. v. 14.

S Gregor. 3. p. paſtor. Admon. 36.

Cornel. ibi.

qui

qui iniuriam irrogat ei, qui eam vlciſci non eualet: quaſi maſcula & robuſtior iniuriari potentia, offenſoris iniuriam minuat; illíque inde detrahat, vnde credi poterat inhibenda. Idcirco *ſurdo maledicere*, de cæcâ ad defenſionem, vltionémve ſurditate, criminoſiùs cenſetur, & Dei vindictam ſeueriùs prouocare. *Sed & perſonant culices, ne in tenebris quidem aurium cæci, tubam pariter, & biantium oris illius oſtende*, altè dixit Tertullianus. Nempè venenata *oris biantia* male ſauciat; euulgatæ maledicentiæ *tuba perſonat*, & infamia ocularè increbreſcit, dum maledici detractores nec cæcis, nec ſurdis parcunt, ipſi *ne in tenebris quidem aurium cæci*. Scilicet maledici oculatiſſimè *cæci*, & ſurdiſſimè ſeu abſurdiſſimè *auriti*, nec cæcè ſurdis parcunt, quin eis coram detrahant, & quaſi aurium cæcos ac ſurdos tractant; aduerſus Dei edictum: *Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum.* (Sic ethice velitari, & accommodatitiè ludere liceat in loco pleno emphaſis, ingenij pleno.) Vide hîc quàm grauatè Deus ferat, & quàm eum acerbè prouocet maledica contumelia in ſurdum fruſtrà iactata, quam ipſe *aurium cæcus*, nec videt, nec audit; ad illam prorſus inſenſilis. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens; & non habens in ore ſuo redargutiones.*

Cur ſurdo contumelias non audienti, ſic ſeuerè maledicere prohibuerit Tertullian. l. de Animâ, c. 10.

37. v. 14. & 15.

5. Pſalm. 14. v. 3. & 4.

In Pſalmo 14. Dauid interrogat, quiſnam ingreſſurus ſit Dei tabernaculum? Reſpondet: Qui non egit dolum in linguâ ſuâ, nec fecit proximo ſuo malum: *Et opprobrium non accepit aduersùs proximos ſuos. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.* Quid eſt, quòd hic vir eximiè iuſtus *opprobrium aduersùs proximos ſuos non accipere* dicitur? nimirùm, ſi fortè illi conuitium aut opprobrium à petulanti linguâ impactum fuerit; illud contempſerit, quaſi non *acceperit* illud; quare illud non regeſſit, ſed æquo animo tulerit. Pulchrè Hilarius ad eum locum: *Non eſt igitur*, inquit, *opprobrium aduersùs proximos iacendum; ſed, ſi quid in his iniurioſum, ſi quid petulans, ſi quid incontinens deprehenditur, ſine exprobrationis amaritudine, blandimento dictionis eſt corrigendum. Hoc humilitas, hoc ſui diffidentia, quæ validiſſima fiducia cuſtos eſt, curat: ne ſit admonitio contumelia, ne ſit emendatio opprobrium, ne ſit doctrina conuicium.* Idoneam reddit cauſſam Chryſoſtomus homil. 11. in epiſt. ad Romanos: *Nam quando viciſſim conuicia regeris, vinceris, non ab homine; ſed, quod turpius eſt, ab illibero illo affectu. Si verò tacueris, vincis, & trophæum figis, & innumeros acquiris qui te coronent, quique conuicium ipſum mendacij damnent.* Hinc inter vtrumque hemiſtichium nexus opportunè idoneus apparet, quem ibi Hugo ſubtiliter adnotauit: *Vel aliter*, inquit, *poteſt exponi, vt iungatur ei, quod immediatè præcedit, opprobrium non accepit: id eſt, detractor deductus eſt ad nihilum, quia non audet detrahere coram ipſo, qui non accipit opprobrium dictum de proximo ſuo.* Nam ſi non eſt auditor, qui detractionem foueat, detractor deeſt, deficit, tabeſcit; & cùm detrahere deſinit, quia non accipitur de ore eius opprobrium aduersùs proximos; ſtatim *ad nihilum deducitur.* Nempè, quaſi quorumdam vita detractionibus conſtet, vbi detractio deficit, deficit ſimul eorum vita, & *ad nihilum rediguntur.*

S. Hilarius. *Conuicianti conuicium non reddendum.*

S. Chryſoſt. *Vincit, & trophæum erigit, qui conuicium non regerit.*

Si auditor deſit, detractor ad nihilum redigitur. Hugo Card.

P. Didac. Celada in Suſannam.

---

§. CXC.

Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe malè diuiſus: quare oportet, vt de multis vnus fiat.

1. DVo quædam (ait S. Bernardus) *in intentione, quam faciem animi eſſe diximus, neceſſaria requiruntur, res & cauſſa, id eſt, quid intendas, & propter quid; & ex his ſanè duobus animæ decor vel deformitas indicatur...... Intendere quaſi in Deum, ſed non propter Deum, hypocritæ planè anima eſt; cuius etſi vna facies decora videtur, quòd ad Deum qualicumque intentione reſpiciat, ipſa tamen ſimulatio omne decorum in eâ exterminat, & magis per totum ingerit fœditatem.* Anguſtè exiguus eſt hominis decor, vnam *faciem* venuſtare ſcit, duplicem neſcit. Nam eo ipſo quòd in vno homine duplex ſit facies, de duplicitatis dolo, vtraque deformis ac fœda eſt. Sic eſt animi duplicitas pulchræ virtutis exilium, vt multiplicatione fœdetur. Homo vnus, animo decorus eſſe poteſt, duplex eſſe non poteſt, verſuto duplicitatis arbitrio deformis, & ipſâ ſui multiplicatione fœdiſſimus. Sanè homo aut vnus eſt, aut deforme monſtrum eſt. Quilibet horum Senum vnus duplex deformiter eſt; vnus corde, ore alter: animitus libidinis ſalaciſſimè reus; externo ore æquiſſimus pudicitiæ vindex, & acerrimus pietatis aſſertor. Geminata hæc *facies*, duplicitatis arbitrio fœdiſſimè deformis eſt.

S. Bernard. ſerm. 40. in Cantica. *In vno homine duplex facies, decora non eſt: deformis ſemper eſt.*

Hîc verſ. 36. &c.

2. Iſaiæ 40. hæc auditur vox clamantis in deſerto: *Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.* Pro τὸ *parate*, nonnulli exſcribunt, *angulate viam Domini*; Foretius verò, *date faciem*, hoc eſt, ſpeciem viæ Domini. Ceterùm non valdè cohærere videtur, vt quæ dicta eſt vna *via*, ſtatim *ſemita* pluratiuo nomine ſignificetur. An vna eadémque via plurium ſemitarum diuortium eſt? Quæ eſt hæc vna *via*, quæ plures *ſemitæ* ſunt? Moraliſſimè Hugo Victorinus tit. 55. lib. 1. Miſcell. *Via vitæ mandatum iuſtitiæ. Primo homini aperta fuit via ad vitam breuis, & leuis. Nunc autem redeuntibus ad vitam via demonſtrantur pro vnâ multa, pro breui longa, pro leui laborioſa.* Mox elucidat ſuam ſententiam exponens quomodo hæc via, vna plures ſit, ſic ad rem ſubdens: *Sic enim dignum fuit vt homo, dum adhuc vnus erat, haberet viam ſingularem, propinquus breuem, iuſtus leuem. Nunc autem diuiſus multiplicem, remotus longam, peccator grauem. Concupiſcentia diuiſit hominem, iniquitas abalienauit, mortalitas debilitauit. Nunc ergo prima via eſt, vt ad ſemetipſum redeat, & de multis vnus fiat: deinde pergat ad ipſum, qui eſt ſuper ipſum. Prima via eſt de multis ad vnum multiplex: ſecunda via eſt de vno ad vnitatem*

Iſaiæ 40. v. 3. Hebræus.

Foretius.

Hugo Vict.

Concupiſcentia hominem multiplicat: ergo è multis vnus fiat.

ſimplex. Intermittamus nunc ſemitas, quæ plures ſunt, longæ, arduæ, difficiles: porrò *concupiſcentia diuiſit hominem*; adeò vt vitiorum arbitrio vnus plures ſit, multiplicatus in tot perſonas, quot paſſionibus agitur, quot peccatis ſeruit, quot concupiſcentiis ancillatur. Hæc enim omnia hominem fœcundè multiplicant, & malitioſè in multos partiuntur, congenitæ ſimplicitatis pernicioſâ iacturâ, & vnitatis detrimento. *Concupiſcentia diuiſit hominem: nunc ergo prima via eſt, vt ad ſemetipſum redeas* (per has plures ſemitas) *& de multis vnus fiat.* Extrà ſe eſt, qui duplex eſt, & à ſeipſo duplicitate diuiſus, à ſe longè alienatur concupiſcentiæ arbitrio, & vitiorum diuortio. Quid boni, quid non mali ſperes ab eo, qui extrà ſe poſitus, à ſe abalienatus eſt? Prima ergo & potiſſima via ad virtutem eſt, & illius compendium, vt homo duplicitate depoſitâ, & fraudulentâ ſui multiplicatione, *de multis vnus fiat.* Quiſquis vnus non eſt, monſtrum verſutæ nequitiæ eſt. Quò magis deteſtere hos multarum facierum Senes, ſubdolè multiformes, inſidæ duplicitatis malè reos.

3\.
Prouerb. 8. v. 31.

Prouerbiorum 8 Deo aderat Dei ſapientia, quando præparabat cælos, quando vallabat abyſſos, quando æthera ſurſum firmabat, & ſextiduo mundiale opificium peregit; cuius finis & clauſula recens creatus homo fuit. Cum eo, inquit, tunc eram cuncta componens: *Et delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum: & delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Nempe ego ſapientia cum Deo omnia moliens, tum in ipsâ rerum adeò pulchrarum creatione, tum

LXX. Interp.
Dei Filius ludit, hoc eſt, puer Dei eſt, & cum eo vnum.

poſt eam *orbe perfecto* (vt habent LXX. Interpretes,) conſiderans iugiter omnium rerum per me côditarum perfectionem, decorem & ordinem, perpetim delectabar in hoc intuitu & contemplatione, & continuo longóque aſpectu. Sed quid eſt *ludens*, ſemel & iterùm

Beda.
Salonius.

inculcatum? Beda cum aliis *ludens*, id eſt, *gaudens.* Rationem inibi reddit Salonius: *Ludebat enim*, inquit, *per ſingulos dies Filius, id eſt, gaudebat ſe eſſe vnum, id eſt, vnius ſubſtantiæ cum Patre à principio ex diebus æternitatis.* Adludit

Cornelius.

ad pueros (notat ibi Cornelius,) quorum mox vt nati ſunt, proprium eſt *ludere*: vnde *παῖς*, id eſt, puer, dicitur à *παίζω*, id eſt *ludo.* Itaque Filius Dei, quaſi puer æterni Patris inducitur, puer, inquam, innocentiâ & ſimplicitate, duplicitatis experte, cum quo velut cum puero *ludebat, id eſt, gaudebat ſe eſſe vnum.* Ceterùm alij *τὸ ludere* in rerum primordio, & recenti mundi opificio, adſpectu ad Adamum dici putant; quaſi tunc præ ſimplicitate & innocentiâ duplicitatis exorte, eſſet Dei puer, cum quo *luderet* (quod eſt proprium puerorum)

S. Irenæus.

hoc eſt, lætanter ageret. Idcirco Irenæus lib. 3. aduerſ. Hæreſes cap. 37. de Adamo ait: *Quoniam indolem, & puerilem amiſerat ſenſum, & in cogitationem peiorem venerat*, ad exilium gratiæ & paradiſi damnatur. Accinit Hebræus

Philo.

Philo, alibi à nobis expenſus: *Deus poſtquam vidit animam vergentem ad calliditatem, meritò è paradiſo.* Nempè cum Adamus præuaricator amiſsâ innocentiæ ſimplicitate, deſiuit eſſe puer Dei, quo cum velut cum puero *ludebat*, deſiitque eſſe vnus, & vergens ad calliditatem multiplex, varius, ac verſipellis erat, è paradiſo eiicitur; quippè qui *indolem, & puerilem amiſerat ſenſum.* Vnde ceſſauit Deus cum eo velut cum ſuo puero *ludere*, id eſt, lætari & delitiari in paradiſo. Quò adludere

Hominē Dei ludo eſſe factum ipſius eſt optimum. quare?

videtur Plato, de academiâ Scripturarum tantiſper eruditus, ſententioſè aiens, hominem *Dei ludo fictum eſſe; atque id ipſius optimum eſſe.* Scilicet primum hominem *Dei ludo*

Plato apud Dotam in epiſt. Iacob. c. 5. v. 8.

fictum, hoc eſt, tanquam Dei puerum factum, puerili indole & ſenſu præditum, eſſe hominis *optimum*: quia peſſimum fuit, quod ad calliditatem vergens, ſimplicitate amiſsâ, à ſe diuiſus eſt, & vnus plures factus, non bonâ ſui multiplicatione bianimis & multiformis.

4\.
Pſalm. 11. v. 3.

Regius Propheta Pſalmo 11. ſic tragicè occlamat calamitatibus penè obrutus: *Saluum me fac Deus*, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: *Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt.* Oſtendit quomodo diminutæ ſunt veritates, dum non integræ, proferuntur, ſed permiſtæ mendaciis, amphibologiis, ac fallaciis, aliud ſentiendo, aliud loquendo, quæ appellat *labia doloſa*,

Chaldæus.
Cordetus.

vel vt habet Chaldæus Paraphraſtes, *labium diuiſionum*, quòd nimirùm à corde longiſſimè diſiungatur; vt homines intelligamus non veros, nec ſinceros, ſed duplices, quorum intimus animi ſenſus mirificè à ſermone diſſentiat. Quod oſtendunt ea quæ proximè ſubiungit: *In corde & corde locuti ſunt.* Quo-

Symmach.

rum ſenſum Symmachus illuſtrat ſuâ verſione, cùm ait, *In corde alio atque alio*, hoc eſt, duplici, quales pingit Apoſtolus Iacobus *du-*

Iacob. 1. v. 8.
Labium diuiſionū, quòd corde alio atque alio loquitur, porta inferi dicitur.

plices animo, id eſt, bianimes, bicordes. Sunt igitur *labia diuiſionum*, quæ os à corde animóque diuidunt; vel potiùs *diuiſionum*, quòd ipſum cor partiuntur, & ex vno duo faciunt, quod Symmachus dixit, *in corde alio atque alio*; & quod homines de duplicitate facit bicordes, aut multicordes. Quo quid nequius?

Homerus.

Scitè Homerus cæcè oculatiſſimus, Iliade 9. *Inimicus*, inquit, *mihi ille æquè ac inferi porta, qui aliud quidem in mente recondit, aliud verò eloquitur.* Ecce tibi, qui habent *labium diuiſionum, & in corde alio atque alio* loquuntur, & à

Græci Patr.

Græcis Patribus hîc in Commentario, *intolerabiles* dicuntur; & *inferi porta* ab Homero appellantur. Num dicuntur *inferi porta*, per quas ipſi iam in infernum ingrediuntur? an per quas ſuo commercio nequiſſimo conuictores ſuos ingredi obnixiùs impellunt? Profectò ad inſtar inferni eſt cum eiuſmodi hominibus agere, & eorum duplicitatem fraudulentam pati. Quare verſans Propheta inter iſtiuſmodi homines, quibus eſt *labium diuiſionis, & corde alio atque alio* loquuntur, opportunè clamat: *Saluum me fac Deus*, quaſi iam *portis inferi* appropinquaret.

5\.
Gen. 4. v. 6.

Geneſeos 4. reiectaneas Caïni fruges ſibi oblatas, renutu Deus excepit; opimas autem Abeli victimas gratanter acceptat, quod grauatè admodum tulit Caïnus. *Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Caïnanam iram, & cadentem vultum, de profundâ mœſtitudine mihi exponit

S. Chryſoſt.

Chryſoſtomus: Vidit Dominus Caïn, inquit,

ſupra

ſupra modum mœſtum, & , vt ita dicam, à triſtitiæ fluctibus ſubmerſum iri. Nimirùm Caïn inuidiæ morbo correptus, diuiſus fuit, & alius ſibi, fratti alius, alius Deo erat: & inde enata fuit hæc alta mœſtitudo: quam, ſi ad ſe rediens, ſibi & aliis vnus foret, & illam proculdubiò excuſſiſſet, & in lætam hilaritatem commutaſſet. Opportunè Propheta regios: *Lætetur cor meum*, inquit, *vt timeat nomen tuum.* Pro τὸ *lætetur*, Aquila vertit, *vnicè ac ſolitariè ſit cor meum*; Symmachus, *aduna cor meum*; Hieronymus, *vnicum fac cor meum.* O ſynonyma moraliſſime peregrina! *Lætari*, perinde eſt, ac *adunatum*, vel *vnicum cor* habere? Duplicitas cordis, mœſtitiæ matrix, comes, aut ſequela eſt. Nec mirum, quòd diuiſio cordis, illius triſtitia ſit, & cordolium mœſtitudinem afferat; & calamitates triſtitiæ appendices, quas anteuertere Deus in Caïno intentat. O bona è cordis ſimplicitate lætitia!

Qui vnum cor habet, expers triſtitiæ eſt, ſemper lætus. — Pſalm. 85. v. 11 — Aquila. — Symmach. — S. Hieron.

Pſalmo 77. de Deo erga Iſraëlitas, & largiùs benefico, & duriùs acerbo, ſic pangit Propheta: *Tranſtulit* (Græcè *abſtulit*) *Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſuâ Africum.* Nempe vt explicaret Propheta mutaſſe Deum eo vſque aſſuetum gubernationis modum, & pro ſalubri ſeuerioris diſciplinæ *Auſtro*, ſuauem blandéque flantem Africum induxiſſe, ac ſi diceret: Commutauit tranſpoſuitque ventos *in virtute ſuâ*, ſiue, vt legit Hieronymus, *in fortitudine ſuâ*, omnipotentiæ ſcilicet ſuæ vi, & conatu adhibito, loco *Auſtri Africum* induxit. Sed opinor, non valido omnipotentiæ adniſu opus fuit: nam vt indidem expoount Græci Patres in Paraphraſi, *Idem dicit Africum & Auſtrum: eſt enim idem ventus.* Imo inde ſapientior Dei omnipotentia micantiùs eminet, & apparet; ſiquidem Deus eodem vento, eádemque re, & fauentius mulcet, & acerbiùs punit. Niſi malis, adeò hominem ſibi eſſe diſſimilem, & amiſſâ ſimplicitate multiplicem, varium, & à ſe diuerſum; vt illâ ipsâ re, quâ nuper gratiſſimè mulcebatur, nunc atrocius mulctetur. Hem! Sic idem homo eſt ipſe alius? Imò nunquam magis ipſe, quàm cùm alius. Caue a duplicitate.

...m. 77. — *Eadem re ... & fauentiùs mul... & acerbiùs punit.* — ...ron. — ...ci Patr. ... Cor... — *... ventus contraria ...pratur.*

§. CXCI.

Improborum vituperium nihil differt à laude: ſicut laus improborum nihil differt à vituperio.

1. *Qui à malis laudatur, malitiæ ſuſpectus eſt.* — Laërt. lib. 6. 1.

SIt tibi tam triſte laudari à turpibus, quàm ſi lauderis ob turpia. Lætior eſto, quoties diſplices malis; & malorum de te æſtimationes prauas, veram tibi laudationem adſcribe. Sectator epularum non de benè viuente, ſed de benè paſcente laudabilem profert ſententiam. Antiſthenes Athenienſium Philoſophus, audiens ab improbis quibuſdam ſe magnificè laudatum eſſe, *Vereor*, inquit, *ne quid imprudens fecerim mali.* Sentiens à talibus neminem laudari, niſi ob inſignia malefacta: nam perrarò contingit, vt aliquis, quæ moribus ſuis contraria ſint, laudare velit. Quare opinatiſſima ſapientum gnome eſt: Non minùs laudatoris inſpiciendos eſſe mores, quàm eius, qui laudatur. Bellè dictum: Æqua laus eſt, & a probis probari, & ab improbis improbari. In cauſſâ eſt, morum diſcordia.

P. Didac. Celada in Suſannam.

2. Matth. 5. v. 11.

Matthæi 5. hæc Beatitudinum clauſula legitur: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, ... & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me: gaudete, & exultate*, &c. Mirum ſane eſt, & valde mirum, quòd probroſa maledicentia, quæ diffamiam ore negotiatur, feliciter beare perhibetur. Nec beatitudinem duntaxat de futuro ſpondet, ſed dicto citiùs illam operatur. Neque tantùm alienæ maledicentiæ muta patientia noſtra de malo quouis contumelioſè exprobrato, id præſtat; ſed quæ *omne malum* immeritè effutire falſatâ fide temerariè audet, ſic feliciter beat. Hem! *omnis mali* impudenter iactati patiens auditoria, non tantùm non infamat, ſed è peruerſo beat, & cumulatiùs felicitat? Qui ergo ſunt iſti, qui maledicendo benedicunt, qui bonam famam contumeliis *omne malum* procaciter mentientibus amplificant? Appoſite indidem Hugo Cardinalis: *Beati eſtis*, inquit, *cùm maledixerint vobis homines, quia peccatores. In hoc enim peccant homines quia maledicunt: & hoc eſt ſignum quòd illi quibus maledicunt ſunt boni & beati: peccatores enim laudant ſibi ſimiles.* Nimirùm illorum abſurdior maledicentia beatè condecorat, & famam ornatius venuſtat, quorum laus probroſiùs dehoneſtaret, & famam turpius conſtupraret. Non ſunt ad diffamiam numerandi maledici, nec detractores numero, ſed vitâ computandi. Æſtimanda ſunt iudicia, non calculis numeranda. Non boni vituperonum mores, probroſa vituperia, in clariſſimam laudem refingunt; quaſi bona aut mala vita laudantis vituperantíſve, ſit totus laudis aut vituperij cenſus. Exinde quorumdam laus nihil differt à maledicto. Suſpice Euangelij Heroas maledicentiæ ſuffragio opinatiſſimos: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis* (peccatores,) *& dixerint omne malum aduerſum vos.* Suſpice Heroïdem Suſannam maledicè falſato nequam Presbyterorum teſtimonio beatiùs tandem feliciſſimam; inde defæcatiorem mutuans claritudinem, vnde luculentiùs credi poterat obſcurari.

Hugo. — *Improborum vituperia conuinnant laudem præclariorem.* — Hic verſ. 36. &c.

3. Pſal. 9. v. 24. aliàs 3.

Pſalmo 9. ſic occinit regius Vates: Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant. *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator*, &c. Notat hìc benè Ianſenius coniunctionem *quoniam*, ſic accipi poſſe vt reddat cauſſam verſiculi præcedentis; nempè quòd meritò homines impie ſceleroſi *comprehendantur in conſilijs* ſuis nequiſſimis, quia adeò eos non pœnitet ſuorum malorum, vt de illis etiam glorientur, & ab aliis laudari ſe patiantur in malis ſuis; imò & iſtiuſmodi laudes ambitioſiùs expetant. Præſcripta verba, *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ*, &c. ſic exſcribuntur apud Chryſoſtomum inibi: *Quoniam hymnum dixit* (dicique ſibi ambiuit) *ſuper cupiditate animæ ſuæ, & auarus benedicent, infamauit Dominum.* Ita in ſuis Notis e Græco Chryſoſtomi textu ibi vertit Corderius noſter; & bellè

Ianſenius. — S. Chryſoſt.

addit: Non dixit: Quia peccauit peccator; ſed, *Quoniam laudatur*, & benedicitur, id eſt, quoniam ita peccauit, vt peccata ſuæ laudis materiam voluerit exhibere, & propter illam laudari & benedici, inde *exacerbauit Dominum peccator*; vel vt ex Chryſoſtomo excripſimus, *infamauit Dominum*. Videlicet parùm foret, quòd laus peccatoris peccatori exhibita, illum, cui exhibetur, minimè nobilitet, ſed potiùs dehoneſtet (quid enim turpiſſimo peccatori, niſi alterius peccatoris turpitudo arrideat?) quin & Deum ipſum *infamat*, quaſi Deus laudatæ nequitiæ gratanter annuat; illiúſque laudes dum negligit inultas, fouere, nutrire, & adipare videatur, longanimæ patientiæ abuſu pro laude reputato: quod non modò laudatum peccatorem, ſed Deum etiam ipſum *infamat*; laude ſcilicet in diffamiam conuerſâ, de peruerſè arcanâ malitiæ metamorphoſi. Itaque cùm *laudatur peccator in deſiderÿs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur*, ipſe iniquus eiuſmodi laude turpiter infamatur; tantaque eſt eius infamia, vt eam in Deum reuerberet: *Infamauit Dominum peccator*, dum peccatorem dilaudat.

Corderius.

Laudatio peccatoris, & peccatorem laudatum, & Deum infamat.

4. Eccleſiaſtici 15. opinatiſſimè vulgata Siracidis vox eſt: *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Dixerat peccatores non eſſe memores Dei: itaque quoniam obiici poterat, peccatores & mendaces etiam aliquando de Deo loqui, eáque de re alios docere; ideò ſubiicit (ait inibi Ianſenius:) Non eſt ſpecioſa laus Dei in opere peccatoris, hoc eſt, etiamſi in ore eius inueniatur, non eſt tamen ibi ſpecioſa, nec decet eam ibi eſſe, *quia dedecoratur vel admixtione vanitatis & falſitatis, vel ſaltem vitæ improbitate*. Proh! ſic improbi encomiaſtæ mores cum laudatione miſcentur, & de laudatoris vitâ prauitatem combibunt: Quare meracior Chriſtianæ diſciplinæ veritas propè excluſa eſt à priſcâ Sapientum Philoſophiâ, ne Euangelij prædicatio de aliquâ cum eorum motibus mixturâ citiùs deuenuſtetur. Antiqui enim ſapientes vera quæque aut aliunde commendant, aut alioſùm ſubornant, cum maximâ iniuriâ veritatis, quam efficiunt aut adiuuari falſis, aut patrocinari. Hinc videtur criminoſa philoſophicæ præſtantiæ ambitio, quare à Chriſtianiſmi prædicatione extruſa ſit; & è Palæſtinæ lacubus accita, probè inculpata piſcatorum ruditas. Specioſior enim eſt laus in ore benè morati piſcatoris, quàm in ore eruditi peccatoris. Quod ſententioſè ediſſerit Tertullianus ex ad Coloſſ. 2. *Siquidem & ab Apoſtolo*, inquit, *iam tunc Philoſophia concuſſio veritatis prouidebatur. Athenis enim expertus linguatam ciuitatem, cum omnes illic ſapientiæ, atque facundiæ caupones deguſtaſſet*. Et mox opportuno ſarcaſmo, theſim præſentem hac clauſulâ illuſtrat: *Deliquit, opinor, diuina doctrina, ex Iudæâ potiùs quàm ex Græcia oriens, errauit & Chriſtus piſcatores citiùs quàm ſophiſtam mittēs*. Scilicet mauult Chriſtus Deus, ſui, ſuique Euangelij encomiaſtes, & ſinceros prædicatores eligere, rudes litteris adæquè ac vitiis piſcatores, in agreſtibus operoſè lacubus enutritos, quam in Athenis; vrbe garrulè linguatâ, eruditos argutè ſophiſtas, innocentiæ ac veræ virtuti ignotos, ambitioni ac vitiis quam notiſſimos. *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: quia dedecoratur vel admixtione vanitatis & falſitatis, vel ſaltem vitæ improbitate*. Malè contraria miſcentur.

Eccli. 15. v. 9.

Cornel. Ianſ.

Laus Euangelÿ veroſimilior eſt in ore bene morati piſcatoris, quàm eruditi peccatoris.

Tertullian. l. de Animâ, c. 3. ad Coloſſ. 2. v. 4.

Geneſeos 4. factum eſt vt offerret Cain de 5.
fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. *Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit*. S. Chryſoſtomus inibi præſcripta verba ſic exponit: *Aſpexit*, inquit, *Deus ad Abel, accepit, gratum habuit, laudauit. Ad Cain autem, & ad ſacrificia eius non attendebat*. Bonus Abel, & bona eius munera, qui Deum meruit laudatorem. Ad Caïni verò ſacrificium de reiectaneis oblatum, nec attendit Deus; quantò minus eius laudem promeruit. Nec ideò Cain laude vacuus inuenitur, idoneum encomiaſtem nactus. Eleganter Seleucienſis Baſilius orat. 4. ita ad rem ſcribit: *Tu Ari.... deſine Caini ſacrificium, dum laudes occinis, imitari*. Profectò reprobatiſſimus Cainus, omnium ore execratus, vituperatus ſatis nunquam fuiſſet, niſi a Patriarcha Hæreticorum, Diuinitatis conſtupratore, orbis lue, Antichriſti vmbra, propè Eccleſiæ tumulo, Ario inquam, ſumptuoſius foret commendatus. Ceterùm ſingulari verborum emphaſi ait Baſilius, quòd laudatio parùm ab imitatione diſtat; quaſi morum ſimilitudo, ſicut imitatorem inuenit, ſic laudatorem faciat. Profectò laudatio, dum rem laudatam magni æſtimat, diſſimulata imitamenti æmulatio eſt. Quis niſi Arius Cainum laudet, laudando æmuletur, æmulatione impreſſiùs imitetur? Ergo æqua laus eſt, & à probis probari, & ab improbis improbari: laudari autem ab improbis, improbitatis teſſera eſt. Porrò ſicut improborum vituperium nihil differt à laude; ita laus improborum nihil differt à vituperio.

Gen. 4. v.

S. Chryſ.

Baſi. l. ... Cainum laudat ... vituperat

Ioannis 4. nouo admirationis genere mu- 6.
lier, quæ ad puteum Samariæ meretrix aduenerat, a Chriſti fonte caſta regreditur. Statim iam indicante Domino ſua peccata recognoſcens confitetur, Chriſtum annunciat Saluatorem, & relinquens aquæ vaſculum ad ciuitatem non fert hydriam, ſed refert ore gratiam. Venite (inquit ad conciues) & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæ feci: *Numquid ipſe eſt Chriſtus?* Sic mulierem ſufflammauerant Chriſti verba, vt nihili ducens omnia quæ in terrâ ſunt, non veretur confuſionem aut ignominiam, & propudio a ſui cordis ſecreta corā pandere. *Numquid ipſe eſt Chriſtus?* Vbi Euthymios egregie ait: *Hæſitando loquitur, tanquam addubitans, vt ab illis detur ſententia*. Ipſa minimè hæſitabat, ſed firmiter credebat Ieſum eſſe Meſſiam; ſed conſcia ſuæ libidinis, quam latè publicarat, & noſtræ diu prauitatis, indignam ſe fide reputans, noluit ſuo ore ſuffragari veritati, ne de impuritate vitæ refragari videretur, & fidem, quam adſtruebat verbis, moribus deſtruere. *Animaduerte* (ait Chryſoſtomus) *immenſam mulieris ſapientiam, neque affirmat Chriſtum eſſe, neque reticet, noluit ſe huius opinionis auctorem, &c.* Scilicet

Ioan. 4. 29.

Euth. ibidem. Timet Samaritana ſui ore Saluatoris laudem ferre, quaſi

S. Chryſoſt. ibi.

prudenter

prudenter præcauet, ne ſuæ viræ notiſſimum propudium, rei credibilitatem conſtupraret, & ne laus è putido ore profluens, parum à maledicto differret: vnde iſtiuſmodi opinionis eſſe *auctor* conſultiſſimè recuſauit.

---

§. CXCII.

Qui inimicis parcit, Dei bonitatem æmulatur, & virginem ſine hoſtilitate victoriam reportat.

Dam. 45.

FIliorum Dei ſtemma eſt, ait Petrus Damianus, *vt læſi non lædamus, & benefaciamus lædentibus. Magnum quidem, & vltrà hominem eſt aſperitatem verborum & verberum non ſolum pati, ſed & non reddere. Illud verò maius eſt, & diuinum quiddam ſapit: Benefacite his qui oderunt vos. Magiſter noſter, & Dominus Chriſtus filius Dei, & lædentes patienter tulit, & benefecit lædentibus: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Conſidera beneficium dum fel ori, claui manibus, lancea lateri apponerentur ab inimicis, os, & manus, & latus agebant pro inimicis.* Itaque quaſi parum foret *manibus* cruentè perforatis benefacere diris carnificibus eas terebrantibus, & peracerbâ paſſione hoſtiliter ſæuientibus, *ore* fellibus amaricato illis veniam poſcit; & *latere* inhumaniùs lancinando, cauſſam inimicorum corde agit: ne aliqua Chriſti læſura non ſit ergà hoſtes benefica, & proprio ſingulariter beneficio vacaret, peruerſo gratus officio, quod *diuinum quiddam ſapit.* O eiuſmodi ergà inimicos beneficentiam è Chriſti ſcholâ & exemplo diſcamus, qui eſt pulcher Chriſtianorum character, & Euangelicæ perfectionis meta. Sat fuit Suſannæ tot retrò ſeculis antè Chriſtum natæ, probroſæ ac cruentæ mortis hoſtile damnum patienter tuliſſe, nec obiectum in Senes inimicos crimen regeſſiſſe, vt verè potuit. Se coràm Deo ſincerè excuſat, non vel in ſui criminis excuſationem, accuſat Senes tanti flagitij potiùs reos, & auctores, nè aliquod vindictæ ſpecimen vllatenùs exhiberet, Chriſtiana præcoquo, Euangelicæ ergà inimicos beneficentiæ ſapore. Pulchre incertus Chryſoſtomus: *Diligite inimicos veſtros, &c. Non tantùm pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandauit, quàm pro nobis: non quia digni ſunt, vt diligantur ab aliquo; ſed quia nos non ſumus digni, vt aliquem odiamus.* Quemquam odiſſe Suſannam planè dedecebat.

…ſti …on …ergà inimicos beneficia

…ut odio …, cur …gradus eſt

Hic verſ. 37.

Math. 5.

2\. Match. 5. 45. Matthæi 5. hæc Suis nouit Chriſtus mandat: Diligite inimicos veſtros. &c. vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, *Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.* Iubet itaque vt in dilectione inimicorum imitemur Deum, qui impiis hoſtibus ſuis benefacit, dando eis ſolem, pluuiam, fruges, fructus, &c. Deus enim tam celſi eſt animi, vt quamtumuis impij & blaſphemi ſint homines, nullam iniuriam & læſionem ſibi factam putet, nullam enim ſentit, nil de honore & gloria ſuâ perdidiſſe exiſtimet. Item iam impaſſibilis eſt, vt nulla in eum cadat ira & vindicta; ac tam bonus ac clemens, vt ſua dona effundat in inimicos. Benè eſt, ſua dona in inimicos effundat; ſed cur ea tunc appellat nuncupatim ſua, aiens: *Qui ſolem ſuum oriri facit.* &c. An beneficia quæ probis ac frugi hominibus largitur, *ſua* non ſunt? Opinor, omnia ſunt Dei, eúmque tamquam ſuum opificem & auctorem cognoſcunt; ſed nuncupatim ea vindicat ſibi, & velut ſua explicatiùs agnoſcit, cùm ea inimicis impenduntur, & iniuriis ſibi hominibus erogantur, ac ſi tunc proprium Dei peculium eſſe ac dici meruerint de immeritâ beneficentiâ ergà inimicos. Dein Cornelius vrget ex Auguſtino τὸ *Solem ſuum*, id eſt, à ſe factum, *vt hinc commoneamur quantâ liberalitate inimicis noſtris ex præcepto eius præſtare debeamus, quæ nos non creauimus, ſed ex munere eius accepimus.* vt hinc compenſetur diuina ergà inimicos beneficentia. Porrò Deus (vt aliàs expendebamus) minùs quàm homo videtur amare inimicos; eos enim ſuo amore facit amicos: non ita homo, qui diligendo inimicum, diligit eum, a quo odio habetur, & à quo adhuc iniuriis prouocatur. Iſtiuſmodi ergò dilectio videtur in homine difficilior; facilior autem beneficentia; quæ de alieno dat, non de ſuo erogat, ſicut Deus, *qui Solem ſuum oriri facit.* &c. Subtiliter quidem Auguſtinus.

Sol Dei dicitur. Dei iniquis illuminat

S. Auguſt. Cornelius.

3\. Audienda ſunt vota Paulli ad Philipp. 4. *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.* Hæc pax eſt, inquit Anſelmus, quâ in ſeipſo pacatus & quietiſſimus eſt Deus, cuius natura pax: hæc, inquam, pax (quæ exuperat omnem *ſenſum*, cùm impaſſibilis ſit) cuſtodiat corda veſtra, veſtros ſenſus, & intelligentias veſtras, vt Deo ſimilem pacem cum hominibus habeatis, iniuriarum obliti, & velut inſenſiles nullo earum ſenſu commoti, nec intelligentia ſeu mente de vindictâ cogitetis. Belliſſimè S. Cyprianus Serm. 6. in explanat. orat. Domin. *Voluntas*, inquit, *Dei eſt, quam Chriſtus docuit, & fecit: verecundia in verbis, in factis iuſtitia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, iniuriam facere non noſſe, & factam tolerare poſſe, cum fratribus pacem tenere.* Nimirùm pulchra pax, & Chriſtiana pacatè concordia cum fratribus tenetur, cùm quis iniuriam tolerare ualet. Parum hoc eſt, plus pie audet mititas pacatè Euangelica, nempe adeò velut inſenſilem eſſe ad iniuriarum dolorē, vt penè ſenſu careat, dum æmulatione Dei, eius *pax exuperat omnem ſenſum*; & ſic hominis pacifici *cor & intelligentiam cuſtodit*, vt dicatur *iniuriam facere non noſſe.* Quid tam iniuriarum ſenſu vacuum, quàm qui offenſam pati noſcit, & offenſori *iniuriam facere non noſcit.* Tam altâ in iniuriis pace fruitur, vt non modò eum non inquietet iniuria; ſed nec eius vltio in mentem venerit. Parum eſt offenſis non turbari ad vindictam inſtigatum, ſi vel vltio illi in mentem venerit, & nouerit ſe poſſe vindicari. Incogitata vindicta Euangelicæ pacis cenſus eſt, & Chriſtianæ pacis meta. Impreſſior autem vltionis cogitatio, pacis titubatio, & vindictæ periculum eſt. 5.

Ad Philip. 4. v. 4.

S Anſelm. ibi.

S. Cyprian.

Perfectè pacificum, iniuriam [illegible] rependere non noſcit.

Ad Romanos 12. hâc ſuper re ita Gentium doctor philoſophatur: Si fieri poteſt,

inquit, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, &c. Nota totius ſententiæ clauſulam, & morum gnomen opinatiſſimam: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* A *malo*, id eſt, ab impatientiâ iniuriæ illatæ, cuius læſuræ ſenſu illâ paſſus inſtigatur ad ſimilem aut grauiorem læſionem inimico inferendam. Eſto, vindicare ſe non ſit actus fortitudinis, ſed abiectionis & timiditatis: nam, vt ait Ambroſius: *Vincitur ab inimico, non vincit, qui ſe vindicat*: at quo pacto, qui iniuriam paſſus, pacis amore non ſe vindicat, *vincere* dicitur, cùm pugna non præceſſerit? dicitur enim nullo modo iniuriatori repugnaſſe. Quæ eſt ſine pugna victoria, quæ victoriæ non implet elogium? Luculenter Emiſenus homil. in Litaniis: *Quæ, inquit, hoc manus agit, quòd magnificus dominator rerum, cùm à nobis ad iracundiam viſibiliter prouocatur, inuiſibiliter ad clementiam temperatur? Quis hoc miſeris tribuit, quòd furor neſcit iraſci, & nouo genere ſcit victor ſine interceſſore miſereri? Expugnatoris tui ferrum quale producitur ad pugnam, tale reconditur in vaginam: qualis eſt antè bellum, talis eſt poſt triumphum.* Attentiùs nota quæ ad rem verba ſubdit: *Ac ſic fortiſſimus tanti moderatoris exercitus vincere ſciuit, hoſtis eſſe neſciuit.* Hic, hic inquam, in-e[illegible]tus triumphus eſt, & victoria virgo. Qui inimicis beneuolè pariter ac beneficè parcit, *vincere ſcit, hoſtis eſſe neſcit.* Quid auguſtius.

ad Roman. 12. v. 21.

S. Ambr. l. 1. Offic. c. 36.

Parcens inimicis, vincere ſcit, hoſtis eſſe neſcit.

Emiſſenus.

5. Sed iuuat aliter ad rem iſtiuſmodi victoriam exponere, atque oſtendere quo pacto in veniâ inimicis largitâ, cùm inueniatur victoria, bellum ſit, & pugna præceſſerit, & quidem acerrima. *Noli*, inquit, *vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Profectò qui inimicis parcit, vincit, vincit, ſed ſeipſum, dum offenſus eſt, pugnaciſſimum repugnatorem, ne detur offenſori venia, ſed vſque ad ſtrages vltio repetatur. O quàm durus vindictæ exactor eſt animus iniuriis offenſus, & qui pugnaciſſimè aduerſus veniam repugnat prædurâ repugnantiâ contumax. Galfridus exponens illud Sapientiæ 4. *Quàm pulchra eſt caſta generatio cum charitate!* (ſic pro *claritate*, ipſe legit cum aliis,) ita ad rem ſcribit: *Caſtitas & charitas faciunt hanc pulchritudinem. Sine alterâ enim corpus in putredinem defluit: ſine altera verò animus inextinguibilem ſibi flammam de ardore ſuæ obſtinationis accendit. Quod ne contingat, Dominus Diſcipulos admonens, ait: Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal caſtitatis, ne corpora libidine corrumpantur. Pacem charitatis, ne corda diſſenſione ſcindantur.* Ecce tibi iniuria, in eam parientis animo, *Obſtinationem*, ingerit, quâ veniam inimico dare valentet repugnet, & pugnaciùs reluctetur Pertinax ſanè bellum eſt, quod aduersùs animum *obſtinatum* geritur: illum autem edomare, frangere, vincere, & ad inimicum veniam obſequêter trahere, triumphalis victoria eſt, ad quam nos Paullus hortatur, dicens: *Noli vinci à malo, ſed Vince in bono malum* Ei porrò, qui inimicis ignoſcit, atque benefacit, de ſe *obſtinato* pugnaciſſimè victoriatum eſt.

ad Rom. 12. v. 21.

Sapiẽt. 4. v. 1. Galfridus.

Qui inimicis parcit, de ſe obſtinato victoriam reportat.

6. Geneſeos 22. Iſaacus ſpei ſoboles, tot promiſſionum hæres, & parentum deliciolum, iubetur immolari, & quidem à parente. Iam pius carnifex innocentis victimæ iugulum vibrato gladio petebat: ecce Angelus Domini de cælo clamauit: *Ne extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam: nunc cognoui quòd timeas Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Nunc reipſa expertus ſum, quòd timeas, id eſt, ames, colas, venereris Deum, illíque per omnia obſequaris, & placere ſtudeas; ſiquidèm propter me filio tuo vnigenito *non pepercisti*. Magnum planè fuit hoc Abrahami facinus, & cunctis ſeculis opinatiſſimum, quo vnigenito ſuo *non pepercit*: Parce inimicis, & illud penè exæquaſti. Acutè Rupertus lib. 4. de Victor. Verbi Dei, cap. 27. *Ratio, ait, docet non multo minoris eſſe meriti pepercisse inimico propter Deum, quàm non pepercisse vnigenito filio propter Deum.* Quid tam difficile, quam filio dilectiſſimo propter Deum non parcere? Sed quid tam arduum, quàm parcere offenſori inimiciſſimo? Pulchrum amoris ac odij parallelum proponitur: alterutri reluctari, totas animi vires obnoxiùs Deo intentas requirit. Abrahamus tenerum cohibuit amorem, & quaſi in odium degenerare nobiliter fecit: Qui verò inimicis parcit, durum odium reprimit, & in pium beneficè amorem conuertit. Luculenter Rupertus.

Genef. 22. v. 12.

Qui [illegible] parcit, [illegible] bam[illegible] pene [illegible] quare.

Rupertus.

---

§. CXCIII.

Ne viuacior turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas flabellat.

1 HEbræus Philo lib. de Pœnis ac præm. ita diſertè ſcribit: *Si ex animo decreuerit homo affectibus & perturbationibus ſuperior euadere, expediat ſe, fugiátque continuato curſu familiam, patriam, cognatos, & amicos. Nam conſuetudo vim attrahendi habet, vt timendum ſit, ne hàc captus hæreat incluſus tanta illecebrarum multitudine, quarum imaginationibus excitantur ſopita iam rerum turpium ſtudia, refricatâ memoriâ earum rerum, quas præſtabas obliuioni tradere.* Hem! ſic vel obuia curſim vitiorum imaginatio, pacatam iam mentem & ſedatum diu animum ad retroactas turpitudines inquietat? Acer vitiorum fomes, memoria eſt, adeò vt ſæpè obliuio ſit emendationis arbitrium. Heu quoties vel ipſa pœnitentia dum obſcœna flagitia deteſtatur, illa recordatione refricat, remedium re[illegible]git in morbum: indéque homo inopina igniculo accenditur ad libidinem, vi[illegible] [illegible]lam credi poterat extinxiſſe. Porrò *illecebrarum imaginationibus excitantur ſopita iam rerum turpium ſtudia, refricatâ memoriâ earum rerum, quas præſtabas obliuioni tradere*, [illegible] ſæpe pœnitentia, quæ eſt emendationis [illegible]ciua, facta eſt illecebrarum periculum obſcœnitatum ludibrium, per fraudu[illegible]rum ſubdolæ memoriæ incentiuum, [illegible] re libidinis cautè peragatur! O tune, ne cauta turpium ſcelerum recordatio, pœ

Philo.

tenti[illegible]

tentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas
flabellat!

7. Pſalmus 37. totus eſt Dauidicæ pœniten-
tiæ deſtinatus: Quoniam, inquit, iniquitates
meæ ſupergreſſæ ſũt caput meũ: & ſicut onus
Pſalm. 37. v. 9. graue grauatæ ſunt ſuper me. *Afflictus ſum, &*
humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis
mei. Sic humiliatus & ærumnosè afflictatus
Cur pœnitens Dauid. rugitum ſolum, non verba exprimit. Dauid, quid poſcit? quid loquitur? Opinor,
veniam poſcet, & flebili oculorum voce cla-
mat rugito ac fremitu, potiùs quàm ſermone.
Idoneè Græci Patres in Paraphraſi: *Neque*
Græci Patr. *humanam, inquit, vocem emiſi, ſed vlulabam*
more canum crudeliter verberatorum. Luculen-
tiùs hunc inibi locum interpretatur Ambro-
S. Ambroſ. ſius: *Rugiebam à gemitu cordis mei. Rugit, qui*
gemitum ſolum, non verba exprimit. Hæc eſt er-
Ad Rom. 8. v. 26. *gò illa præclara oratio, quandò interpellat pro*
nobis ſpiritus gemitibus inenarrabilibus, vt vas
electionis aſſeruit. Gemit, fremit, rugit, *non*
verba exprimit, ne ex rationali loquelâ ſuum
peccatum referente, dum illius memoriam
refricat, vt veniam impetret, illecebras pec-
candi ſuborner: & vel ex igne contritionis
& pœnitentiæ ſcintilla proſiliat, quæ inter-
Pſalm. 15. ſtinctas libidines redaccendat. *Rugit, qui ge-*
mitum ſolum, non verba exprimit. Huc trahi
poteſt illud eiuſdem Pſalmographi: *Nec me-*
mor ero nominum eorum per labia mea. Quæ ver-
Græci Patr. ba ſic inibi in Paraphraſi Græci Patres eluci-
dant: *Memoriam eorum obliuione oblitterabo,*
ita vt ipſamet nomina etiam penitus ignorentur.
S. Hieron. Et S. Hieronymus ad eum Pſalmi locum: *Proh*
admirabilem vim pœnitentiæ! ante illam peccator
dicebaris, &c. De quo aliàs: alia eſt enim Pro-
phetæ mens.

3. In eodem Pſalmo 37. qui de funeſto pœ-
Pſal. 37. v. 6. nitentiæ ſenſu totus eſt flebilis, ſic Prophe-
ta pangit, aut plangit: *Putruerunt, & corru-*
ptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.
Quæ eſt hæc pœnitentis Prophetæ inſipien-
tia, à cuius facie, delictorum dudùm vulnera,
poſteà per pœnitentiam iam *cicatrices*, com-
LXX. Interp. putruerunt, & corruptæ ſunt? LXX. In-
terpretes hoc loco pro τὸ *cicatrices*, habent
μώλωπας, id eſt, *vibices*, aut *liuores*, qui in-
flicta plaga non ſine tumore & ſanguinis ag-
Hebræus. gregatione fiunt. Ab Hebræis nominatur
Caſtellus in Notis ibid. חבורה *chabburoth*, à verbo חָבַר, vt volunt
quidam, hoc eſt, *alligauit*, quòd in iis dolor
& pus velot hæreat, vnde poſteà tabo & ſa-
nie manant, tetro omnia odore complent:
malum ſerpit imitatione, atque ad alios dif-
funditur. Nam quod dicit, *Putruerunt cica-*
Incauta voluptabilium pœnitentia, cicatricem vulneris in vulnus recudit. *trices*, apud LXX. eſt, olidæ factæ ſunt: qui
odor, odor eſt mortis ad mortem, & animam
ſcelere coopertam denuò inficiunt, & fœ-
dant, & exulcerant. Scilicet Dauid acerbio-
ris pœnitentiæ lacrymis, adulterij vulnus ſa-
nauerat; iamque ſanatum vulnus *cicatricem*
obduxerat; ſed *à facie inſipientiæ*, quâ perſeue-
ranter pœnitens, incautè peccatum ad dete-
ſtationem in animo verſat, reuerſâque adul-
terandi illecebras, *cicatrices* vertit in *vibices*,
& *liuores*, & recentem plagam dolore acer-
bam, & tabo fœtidam, qua antiquum vulnus
denuò exulceratur. Nempe ſapientiã putabat
ante faciem ſtatuere adulterij ſcelus, ad illud
iterùm atque iterum deteſtandũ; quòd iam de

experiẽtia edoctus, *inſipientiam* appellat, quia
adulterij lenocinante memoria, dum illius
deteſtatur illecebras, ad libidinem incautè
ſufflammatur, morbum de remedio fabricat;
& iam obduratas *cicatrices*, in *vibices*, in *liuo-*
res, in nouam plagam luxuriæ ſanie fœtidam
recenter exulcerat. Leuiter ergò voluptabi-
lia peccata recordatione obuerſanda ſunt,
ne vel de ipſa deteſtatione placeant, & emen-
dationis augmentum fiat relapſionis arbi-
trium; & quod pœnitudine damnas, incantã
damnatione reſumas, & de illicij præſtigiis
opere relapſionis inconſultus approbes. O
vel in voluptabilium deteſtatione caute age!
Vide hic quantâ cum cautelâ rem libidinis Hic verſ. 54
deteſtandam atque puniendam, caſtus Da-
niel pertractet, quam *colloquium* potiùs ap-
pellat. Senes autem libidinibus inueterati,
obſcœno inuerecundè vocabulo vtuntur, vt Hic verſ. 38.
vel in Veneris vocabulo impuro delicientur.
Vel in damnanda voluptate libidinis, obſ-
cœna voluptabilia mente & lingua reuer-
ſant.

In eodem pœnitentiæ Pſalmo, ſic iterùm 4.
Pſalmographus occinit: *Non eſt ſanitas in* Pſal. 37. v. 4.
carne meâ à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus
meis, à facie peccatorum meorum. Benè eſt, vl-
trix Dei ira aduerſùs peccata deſæuiens, ſani-
tatem carnis abſorbuerit, digno ſceleri ſup-
plicio. Quid autem eſt, quòd ipſa peccatoris
oſſa ac nerui debilitantur & franguntur, non
à caſtigantis, ſed à pœnitentis facie? Facies
pœnitentis, id eſt, aſſidua peccatorum me-
moria ad dolendum de peccatis ſalaciter
commiſſis, ſic debilitat & eneruat *oſſa*: Tem-
peſtiuè Anonymus in Græcorum Patrum
Catenâ: *Facies autem*, inquit, *peccatorum, eſt* Græci Patr.
eorundem imaginatio & memoria, iuxtà illud: Pſal. 50. v. 5.
Et peccatum meum contrà me (id eſt, coràm
me) *eſt ſemper. Dixit dum in oſſibus morderetur,*
quòd conturbatus pacem non habuerit. Congruit
autem ſermo iſte pœnitentibus Hæc dicat is quem
pœnitet. Non modò, quia à facie, id eſt, recor- *Ne frangat pœnitentium oſſa, turpium delictorũ memoria.*
datione peccatorum *oſſa* mordentur ac con-
terũtur verâ animitùs contritione: ſed etiam
quia iterata turpium peccatorum recorda-
tio, dum obſcœnas libidines imaginationi
repræſentat, eâſque repræſentatione impreſ-
ſiùs obuerſat, *oſſa*, id eſt, virtutes ac ſanctita-
tes per nuper actam pœnitentiam reſtaura-
tas, mordet, debilitat, frangit. Proh! tanta
eſt imaginationis ac memoriæ vis, vt etiam
cùm deteſtatam proponit libidinem, damna-
to illius illicio, virtutum *oſſa* frangat conco-
piſcentiæ blanditiis, & voluptatis lenocinio?
O quàm ſunt duriter timendæ carnis blandi-
tiæ; etiam cùm deteſtandæ obuerſantur;
quandoquidèm vel *oſſa* duro morſu debili-
tant! *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccato-*
rum meorum. Facies autem peccatorum, eſt eo-
rundem imaginatio & memoria. Congruit au-
tem ſermo iſte pœnitentibus.

Tandem inibi canit Pſaltes, diu pœniten- 5.
tiæ incubans: Miſer factus ſum: tota die con-
triſtatus ingrediebar. Vndè tam miſera triſti-
tudo? *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſio-* Pſal. 37. v. 8.
nibus. Quem locum ſic Græci Patres in Para- Græci Patr.
phraſi elucidant: *Per lumbos concupiſcentiam*
tacitè innuit: hic enim hærent renes, per quos ap-
petitus

Concupiſcentia abuſus ad laſciuiam. *petitus excitari ſolent. Dicit igitur iſtorum malorum cauſſam fuiſſe, quod non ad bonum, ſed ad laſciuiam, concupiſcentia abuſus ſit.* Ecquis idoneus concupiſcentiæ vſus; ſiquidèm ad laſciuiam, non vſus, ſed *abuſus* dicitur? An concupiſcentiæ vſum ad Deum, teìmque Dei, Græci Patres ſubindicant? Sed de hoc aliàs. *Luxuria ex recordatione deteſtandi peccati, illuſio, ludibriũ, & abuſus eſt.* Nunc verò indagare lubet, quæ nam ſit iſtiuſmodi laſciuiæ *illuſio?* Iidem Græci Patres in Commentario, ita ſcribunt: *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Dixit autem, Illuſionibus, pro ludibriis, Implentur autem ludibriis, quandò fornicariè mouentur.* Quibus accinit Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ, ſic *S. Cyprian.* fatus: *Impudicitia ſemper eſt deteſtanda, obſcænum ludibrium reddens miniſtris ſuis.* Itaque impudicitia tunc vel maximè appellanda eſt *ludibrium, illuſio*, vel *abuſus*, cùm homo turpium ſcelerum recordatione, virginem pœnitentiam conſtuprat, adulterat, corrompit; tunc enim ludificat veniam ſanctæ pœnitudinis nefario *abuſu*, dum deteſtatæ libidinis recordatione, laſciuiæ clanculùm lenocinatur. Heu ſæpe & vitiis, & vitiorum remediis animus ægrotat! In deteſtatione delictorum, inſidiæ etiam ad delinquendum latent. Tantum luxuriæ licet!

6. *Thren. 4. v. 6.* Threnorum 4. lugubris Propheta cauſſam excidij Ieroſolymitani, ſic plangit: Maior, inquit, effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, *quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in eâ manus.* Quid eſt, quòd dum Angeli, Diuinæ iuſtitiæ adminiſtri, Dei iuſſu laſciuientem Sodomam puniunt, & igne ſulphureo ad fauillas redigunt, dicitur luxurioſa ciuitas, & *ſubuerſa in momento*; & quòd *non ceperunt in eâ manus?* Opportune quidam *Cornel. ibi. Hebræus.* vertunt ex Hebræo: *Gentes non profanauerunt in ea manus ſuas.* Hem! vel cæleſtes Angeli diuinam ſententiam iuſtiſſimè latam aduersùs *Ne viuacior turpitudinũ memoria, pœnitentiam profanet.* laſciuam vrbem, exequuntur, dicũtur illam in momẽto ſubuertiſſe; & additur, quòd euerſionis miniſtri *non ceperunt in eâ manus*, id eſt, *non profanauerunt in eâ manus ſuas:* Num ſi barbaris libidinibus obſcœnam vrbem, iudiciariam etiam poteſtatem exercentes, manibus, id eſt, attactu ſubuerterent, in eiuſmodi iuſtiſſimâ executione, *profanarent manus ſuas?* Heu quoties cùm in pœnitentia mens ſedet in tribunali rationis, turpitudines damnans; ſacrilegè *profanatur* de concupiſcentiæ ilicio, & recordationis lenocinio; indè libidinem ebibens, vndè credi poterat enundare. O, ne quis incautus pœnitentiam *profanet!* Caueat ergò cautior pœnitentia, ne viuacior turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiæ fructum adulteret, dum libidinum ſcintillas fabellat; qui eſt huius §. ſcopus ethicè collimandus.

---

§. CXCIV.

Mendacium perduellionis reatu culpatur, filius & eſca Diabolorum eſt; præſtigium ac faſcinum, & Atheiſmi officina.

1. CVm mendaces homines aut inopia, aut ignauia, aut timor faciat, ſe vere fateatur vilem, qui mentitur. Planè inertis animi eſt mentiri: cùm mori ſciat, mentiri neſciat generoſus animus. Adeò vt non aberrauerit qui dixerit, vilis, ſordidi, abiecti ac muliebris pectoris eſſe, mentiri. Laudem hanc Pli- *Plinius.* nius Traiano tribuit, vt quæ vellet, velle; quæ nollet, nolle ſcirent omnes. magnum hoc eſt, & extrà metum poſiti: nam mendacium, inuiſi timoris titubatio eſt, & fuca- *Non bonum mendacij elogium, & eius ſupplicium.* tum ignauiæ arbitrium. Ita generoſa mens mendacium pro periurio habet, dolum pro cæde, inſidias pro ignominiâ; & infamiæ characterem eſſe, fraudem parare. Et ſanè graues in omnem mentientem cæleſtes minæ ſunt: *Perdes omnes, qui loquuntur menda-* *Pſalm. 5.* *cium.* O quot ſtrages ſibi adſciuit hoc Se- *Hic verſ. 38. &c.* num mendacium: quod nec cruentæ lapidum vibices, nec acerbior Angeli ſectio, nec liquantibus flammis frixio barbarica, eorum atteſtatum ſubdolè mendacium dignè expiauit; ſed æternaturis ſæuientis gehennæ ignibus inauſpicatò conſectauit! Pœnam mendacij vides, colpam ex dicendis agnoſces.

Geneſeos 42. Ioſeph Ægypti Præfectus, 4.
duriùs cum fratribus loquitur, quò Beniaminum, vterinum fratrem accerſat, aiens: Exploratores eſtis, immuoira terræ huius conſiderare veniſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus: *Allioquin per ſalutem Pharaonis explo-* *Geneſ. 42. v. 16.* *ratores eſtis.* S. Auguſtinus quæſt. 139. in Geneſim, ſic addubitat præſcripta verba elucidans: *Hoc autem,* inquit, *quomodò verum eſt,* *S. Auguſt.* *Si non verum dicitis, exploratores eſtis, cùm, etiam ſi mentiantur, non ſint exploratores? Sed hoc eſt, quod dixi, ita dictum eſſe, Exploratores eſtis, tamquam ſi dictum eſſet, Exploratorum pœnâ digni eſtis; hoc eſt, Exploratores deputabimini merito mendacij veſtri.* Itaque apud Ioſe- *Filij mendacij merito exploratores deputantur.* phum etiam, æquiſſimum rerum arbitrum, Iacobæa ſoboles ſi cõuicta fuerit mendacij rea, de Exploratorum etiam infido reatu damnatur: quaſi lingua mẽdax ſit criminum matrix: nullúmque flagitium non faciat veroſimile in eo, qui ſemel deprehenſus eſt in mendacio. *Exploratores deputabimini merito mendacij veſtri.* Sic os falſidicum de omnigenâ infidè prauitate ſuſpectum eſt: Quid mali non patret, qui virginem veritatem conſtuprare non veretur? Etſi mentirentur, reipſa exploratores non erant, & tamen mendacij merito exploratores deputantur.

Ioannis 8. Chriſtus Deus incredulis per- 3. *Ioan. 8. v. 44.*
uicaciter Iudæis, cæli doctrinam reſpuentibus, ſic dure loquitur: *Vos ex patre Diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis perficere. ille homicida erat ab initio; & in veritate non ſtetis: quia non eſt veritas in eo: cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.* Auctor Quæſt. noui & veteris *Pſeudo-Auguſt.* teſtamenti apud Auguſtinum, per *Diabolum* intelligit Cain, qui Abelum fratrem dolo occidit, ſicut Iudæi Chriſtum. Epiphanius *S. Epiphan.* autem hæreſi 38. & 40. accipit Iudam proditorem, qui idcircò à Chriſto *Diabolus* ap- *Ioan. 6. v. — Iudæi dicuntur filij Iudæ proditoris, quare* pellatur. quaſi omnes tunc Iudæi fuerint Iudæ proditoris filij imitando, non naſcendo. Sed certum eſt per Diabolum hic ad litteram

accipi

accipi Luciferum, Diabolorum principem, vt patet ex ſequentibus: hunc enim quaſi Patrem ſecuti ſunt Iudæi ſubdolis mendaciis perſequentes Chriſtum, *Non vtique ſucceſſione carnis, ſed criminis*, ait Ambroſius. Ceterùm quomodò Diabolus ſit mendacij pater, luculenter ediſſerit Auguſtinus inibi Tract. 42. in Ioannem: Diabolus, inquit, à ſeipſo mēdax fuit: mendacium ſuum ipſe genuit, quod à nemine audiuit. *Quomodò Deus pater genuit Filium veritatem: ſic Diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium . . . . Illi ergò Iudæi apud Patrem ſuum viderunt quod loquebantur. Quid, niſi mendacium? Dominus autem apud Patrem ſuum vidit quod loqueretur. Quid, niſi ſeipſum? quid niſi Verbum Patris? quid, niſi veritatem Patris æternam, & Patri coæternam?* Sublimiſſima Verbi generatio, quâ veritas gignitur, valdè è peruerſo deturpat ac culpat generationem, quâ Diabolus filium mendacium gignit. Talem habere patrem, tam auguſtâ generatione emanare veritatem decet, alium pattem, quàm Diabolum habere, & ſine tali generatione ducere ottum, mendacium dedecebat. *Quomodò Deus pater genuit filium veritatem: ſic Diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium.* Itaque ex ſublimi auguſtiùs generatione, quâ generoſa veritas naſcitur, taxanda è diuerſo eſt turpis abiectiſſimè & ſceleroſiſſimè mendacij natiuitas, quæ è peruerſo diuinæ generationi quodammodò pariatur. Palacios exponens illud Eccleſiaſtici 36. *Fauces contingunt cibum feræ, & cor ſenſatum verba mendacia*, ait: *Diabolus enim eſt pater mendacij, veritas verò eſt cibus Angelorum & hominum.* Et Auguſtinus ſic elucidat illud Prouerb. 10. *Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos*, id eſt, *Fit eſca Spiritibus malis*, qui eſcatili mendaciorum ſobole delicioſè paſcuntur, ſaginantur, adipantur, idoneo ſcilicet Diabolorum pabulo.

S. Ambr. l. 4. in Lucam.

S. Auguſt.

Sicut Deus Pater genuit Filium veritatem, ſic Diabolus genuit quaſi filium mendacium.

Veritas eſt cibus Angelorum, mendacium verò Diaboli eſca.

Eccli. 36. v. 21.

Palacios.

Prouerb. 10. v. 4.

Auguſtin. lib. 3. contra Creſcon. c. 9.

4\. Prouerbiorum 14. ſic nos erudit Salomon: Teſtis, inquit, fidelis non mentitur. *Profert autem mendacium doloſus teſtis.* Pro τὸ *profert*, Vatablus vertit, *euomit*, quaſi vomitu, & nauſeante ventris abuſu enaſcatur mendacium. Hebræus textus, *afflabit mendacia*: mendacia enim ſunt ſicut bullæ, quæ à pueris per fiſtulam è ſmigmate facile *efflantur*, ſed eâdem facilitate diſflantur: nam bullæ creſcendo euaneſcunt. L X X. Interpretes: *accendunt mentientem.* quod his Senibus contigit, dum mendacio ſuo *accenduntur*, flagrant, decineſcunt. Eruditè ibi notat Cornelius noſter, quòd Hebræum כָּזָב *cazab*, id eſt, mendacium, ſicut litteris ſic & ſignificatio adludit ad כֶּשֶׁף *caſaph, id eſt, præſtigium, faſcinum, maleficium: tale enim eſt mendacium: vnde mendax eſt quaſi præſtigiator & maleficus, qui mendacio quaſi faſcino aures audientium præſtingit, faſcinat, obnubilat, & ſeducit.* Hinc rurſus mendacium, inquit, vocatur כַּחַשׁ *cachas, id eſt, tenuitas, macies, macilentia, quia nil habet veritatis & ſubſtantiæ, vt, ſi mendacium pingere velis, pingas mulierem ſtrigoſam, & macie confectam.* Procliue eſt, hæc non bona mendacij elogia explicatiùs emedullare, & vitij deteſtandi enormitatem ore pingere.

Prouerb. 14. v. 5.

Vatablus.

Hebræus.

LXX. Interp.

Cornelius.

Mendacium eſt præſtigiū, faſcinum, maleficium.

5\. Purpuratus Propheta Pſalmo 65. ſic pangit: *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* Alij extribunt: *Ob tuam poteſtatem ſe tibi ſubiicient*, vel *ſeruient tibi*, vel *timebunt te valdè.* Itaque benè notat Genebrardus, quòd hîc *mentiri*, eſt tamquam ſeruum ſubiici ex ſeruili timore: ſerui enim mentiri ſolitant præ dominorum metu puſillanimi. Heracleotes in Commentario Græcorum Patrum (cui adſentiunt Anonymus, & Euſebius in Catenâ) ſic locum exponit: *Mentientur tibi, id eſt, minimè credent*: quaſi non credere vera dicenti, ſit illi mentiri. Hanc expoſitionem illuſtrat alius ex Deuteronomio locus, in quo ſunt eadem verba quæ in noſtro, eadémque phraſis omninò Hebræa & Græca, quamuis Latina variet: *Negabunt te inimici tui*: potuit ſimiliter verti, *Mentientur tibi*; & Oleaſter vertit, *Deficient tibi.* Ecce tibi Mendacij non bona elogia densè conglobata ad illius exectationem. Mendacium porrò dicitur puſillanimis imbecillè metus: Mentiri perindè eſt ac ignobiliter *ſubiici*, & abiectè *ſeruire*: quin & à Deo *deficere*, & Deum *negare*: ponitur enim tamquam ſynonymum, *Mentientur tibi*, & *Negabunt te.* Heu quoties Mendacium apoſtaſia à Deo eſt, & illius abnegatio! Hem! ſic Mendacium Atheos inuenit, aut facit? In mendacij officinâ atheiſmus excuditur? Huius veritatis duo teſtes adſunt omni exceptione maiores, Moyſes & Dauid, qui pro eodem vſurpant, *Mentientur tibi*, & *Negabunt te*, ſeu *Deficient tibi.*

Pſalm. 65. v. 3.

Genebrard.

Qui alicui non credit veritatem, illi mentiri dicitur.

Anonymus.

Euſebius.

Heracleot.

Deuter. 33. v. 29.

Oleaſter ibi.

Mendacij officina Atheos excudit.

6\. Salomon Prouerbiorum 14. hanc proponit gnomen: *In ore*, inquit, *ſtulti virga ſuperbiæ: labia autem ſapientum cuſtodiunt eos.* Non leue eſt inter Expoſitores litigium, quid *virgæ* nomine ſignificetur. Quæ nam eſt hæc *virga ſuperbiæ*, aut *baculus contumeliæ* (ſic vertunt LXX. interpretes,) qui de ſtulti ore procedit? Putat inibi Salazar, quod Hebræum חֹטֶר *choter*, & *baculum* ſignificat, & interdùm etiam *ſceptrum* (quam ſignificationem Cornelius ibidèm refutat) Mallem, ait Salazar, virgæ nomine *notari ſceptrum aut virgam imperij, atque poteſtatis inſigne*; vt ſenſus ſit: *In ore ſtulti virga ſuperbiæ*, id eſt, ſtultus ac vecors peccator, ore imperiosè maledico, præ faſtu ac ſuperbiâ perindè ac ſi virgam ſeu ſceptrum imperij ore ſuo gereret, putat ſibi in omnium famam mendaciter licere: atque adeò omnes probris appetit, conuitiis onerat, detractionibus denigrat. Hoc ſanè linguæ atque labiorum imperium, hi ſenes Iudices ſibi arrogarunt. Sed de cælo aduersùs illos ſatis pugnatum, ac victoriatum eſt. Adhæc Theodotion vertit, *In ore ſtulti virgula iniuriæ*: virgula autem apud Græcos & Latinos (vt idē ibidem Salazar notauit) *ferè accipitur pro inſtrumento, quo Magi ad incantationes abutebantur. Hi enim virgis monſtra, metamorphoſes, & alia pleráque mirabilia præſtabāt.* Ergò ſi liceat dicere Salomonem ad einſmodi virgulas monſtrificas, & fallacium transmutationum operatrices hoc loco alluſiſſe, ha id inepta euadet ſententia ad hunc modum: *In ore ſtulti virgula iniuriæ*, id eſt, ſtultus (hoc nomine appellat hominem mendaciter maledicum) ore ſuo quamdam veluti *virgulam* gerit, linguam ſcilicet ad præſtigias, dolos, & fraudes

Prouerb. 14. v. 3.

LXX. Interp.

Hebræus.

Cornelius.

Salazar.

Mendax lingua quodam imperiali ſceptro vtitur ad mentiendum.

Theodot.

Salazar.

Lingua mendax virgula præſtigiatrici incantatorum pariatur.

fraudes mendaciter faciendas eruditam, quâ res, atque perſonas in eas formas verſat, quas vult. Nam eum quem nuper doctum, probum, nobilem linguâ ſuâ tamquam magicâ quâdam virgulâ effecerat, pro ſuo nutu paulò pòſt eiuſdem linguæ perculſu ſtultum, imperitum, improbum, & infamem refingit. Et ad eum modum omnes, quos attigit, arte ſuâ, id eſt, mentiendi priuilegio, facile transfert, & permutat, & plures ipſe metamorphoſes linguâ ſuâ facit, quàm Magi & Incantatores virgulâ præſtigioſâ. Ab hâc linguâ præſtigiatrice vnicum remedium eſt, vota & preces, quæ peſtem hanc malitioſam auertant.

---

§. CXCV.

Inordinatè quis ſanctitate vacuus, ſanctitates aliorum intentiùs negotiari ſatagit.

1. SAnctus Bernardus in lib. de Conſideratione ad Eugenium, perſtrictim elucidans
1. Cor. 9. v. 22. S. Bernard. illud Paulli 1. Corinth. 9. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos,* ſic ethicè pariter & acutè ſcribit: *Si totus vis eſſe omnium, inſtar illius qui omnibus omnia factus eſt; colligas & te intrà ſe ſinus, qui omnes recipit: cùm omnes te habeant, eſto etiam tu ex habentibus vnus. Quid ſolus fraudaris munere tui? Vſquequò vadens ſpiritus, & non rediens? Denique ſi tibi nequam, cui bonus?* Monſtri adinſtar eſt, ſinum charitatis tuæ omnes capere præter teipſum ſolum.

Inſtar monſtri eſt, qui omnibus omnia eſt, & ſibi nemo.

Amicus omnium, & vnius tui inimicus es, qui à beneuolentiæ & beneficentiæ tuæ complexu te vnum hoſtiliter excludis. A ſe deficit, à ſe apoſtata infidus, qui, quem omnes expromptum habent auxiliarem, vni ſibi ſuppetias ferre moroſiùs cunctatur, & oſcitanter negligit; omnibus plurimus, ſibi nemo. O charitatis ſpectrum monſtroſè erroneum! Meta hæc hypocriſis eſt, & malitiæ tinctura bonitatis penicillo colorata. Vide hîc hos ſceleſtiſſimos Senes quàm videantur zelo iuſtitiæ & honeſtatis flagrare, vt puniatur adulterij iniuſtitia, &
Hîc verſ. 39. 40. &c. Dei lex vniuerſarim obſeruetur; & quàm ipſi ſuæ iniuſtitiæ parcant, & inhoneſtati indulgeant. Aliis ſeuerè iudices ſunt; clàm ſibi vitiorum proxenetæ; & impudicorum ſcelerum ſceleroſiſſimi lenones.

2. Animosè Paullus 1. ad Theſſalonicenſes
1. ad Theſſ. 3. v. 8. Cornel. ibi. 3. ſic ad eos ſcribit: *Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.* Quaſi dicat: Licet ad mortem vſque affligamur, dum tamen audiuimus veſtram conſtantiam, & fidem, quam habetis in Domino, quaſi reuiuiſcimus, & à mortuis excitamur. Exindè luculenter inibi
S. Anſelm. exclamat Anſelmus: *O quàm mollia viſcera geſtabat Apoſtolus, quandò circà filios ſuos tanto æſtu amoris inhiabat, vt diceret: Nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino . . . . Et idcircò minùs dolebat in tormentis, ſed magis filiis de tormentorum ſuorum tentatione metuebat: paruipendens in ſe plagas corporis, dum formidaret in filiis plagas cordis . . . . . Securus erat de mercede ſua, etſi diſcipuli caderent, & tamen velut ſi in caſu illorum mercedem ſui laboris perderet, in ſtatu ipſorum dixit ſe viuere, nolebat enim viuere ipſis cadentibus, ſed illis ſtantibus in Domino, vt fructus eius eſſet illis integer, & merces eius apud Deum plena gaudiorum.* Subtilius & opportunius, opinor, Chryſoſtomus homil. 1. S. Chryſoſt.
in Epiſtolam ad Romanos, ſic fatus: *Videte quantoperè* Paullus *ſtuderet, vt res fratrum rectè ſe haberent, qui nec viuere exiſtimabat, ſi illi ſalui non eſſent. Homo qui ad tertium cælum raptus fuerat, atque in paradiſum delatus, tantamque apud Deum fiduciam conſecutus fuerat, illorum bonorum ſenſum non capiebat, niſi fratres ſaluos eſſe vidiſſet. Hic tamen talis ac tantus dicebat: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar.* En benè ordinatæ charitatis typum, & hyperbolem.

In fratrum diſcrimine, paradiſi delicias non ſentie Paulus & adhuc corpus caſtigat.

Nempe ſic altè atque impreſſè affectus erat ergà fratrum ſalutem, ſic illam intentiùs percupiebat, vt prælibatæ paradiſeæ felicitatis guſtum vix caperet, quem fratrum diſcrimen animitùs angebat, & periclitabatur aliorum periculo; ſuâ felicitate non benè felix, qui infelicitatur calamitate alienâ. Sic angor fratrum, melleas amaricat paradiſi delicias! Verùm qui paradiſi voluptatem prægustarat; cæleſti extaſi ad modicum beatus, & certus futuræ æternùm beatitudinis candidatus, quam præcoquâ ſpe momorderat; quaſi ſuæ ſaluationis incertus, & ambiguè anceps, flagellorum plagis ſui carnifex, ſuum corpus in ſeruitutem redigit, ne fortè cùm aliis prædicauerit, probóſque fecerit, ipſe reprobus efficiatur, & aliorum ſaluatione, ſuam damnationem mercetur, funeſto infeliciter commercio: *In paradiſum delatus, illorum bonorum ſenſum non capiebat, niſi fratres ſaluos eſſe vidiſſet. Hic tamen talis ac tantus dicebat: Caſtigo corpus meum, &c. ne cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar.*

3. Ioannis 1. hoc de Chriſto teſtimonium
Ioan. 1. v. 16. Baptiſta perhibet: *De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratiâ.* Benè ad-
Toletus. uertit inibi Toletus in Commentario, quòd loquitur de Chriſto ſimul Deo & homine, non vt de Deo tantùm: ſolus enim Deus non meruit, ſed homo factus. Plenitudo autem hæc eſt ipſa diuinitas vnita hypoſtaticè humanitati: eſt autem gratia ex vnione diuinitatis in humanitatem deriuata, quæ vt fons quidam in eâ reſidet, vnde in membra, quorum Chriſtus caput eſt, diffunditur. Propter-

Imperfectum perfectiſſimo ſuadere, Deo largius eſſe ambit.

eà in Chriſto eſt plenitudo redundantiæ in
Ioan. 1. v. 14. alios. Et ſane priùs dicitur in ſe plenus (*plenum gratiæ & veritatis,*) quàm eiuſmodi gratia in alios exundare dicatur. Sic benè effunditur ſumma Dei largitas beneficè in homines: aliterne homo, antequam infundatur,
S. Bernard. effundet? Audiendus eſt S. Bernardus Serm. 18. in Cantica: *Caſtè imitaueris illum, de cuius plenitudine omnes accepimus. Diſce & tu non niſi de pleno effundere, nec Deo largior eſſe velis. Concha, imitetur fontem. Non manat ille in riuum, nec in lacum extenditur, donec ſuis ſatietur aquis. Non pudeat concham non eſſe ſuo fonte profuſiorem.* Nimis de ſe præſumit, qui Chriſto Deo largior eſſe exambit. Chriſtus priùs dicitur in ſe plenus, poſteà nos omnes

de

de plenitudine eius accepiſſe dicamur; & homo inaniſſimè gratiis vacuus, gratias in alios copioſè effundere præſumit? O prodigam arroganter largitatem, quæ vltrà Dei omnipotentiam, & bonitatem fruſtrà præſumit! De gratiæ inanitate gratias vberrim in alios effundere, inaniſſima arrogantia eſt, ſuprà Dei liberalitatem ſuperbiſſimè audax irritâ temeritate. Analogia conchæ opportuniſſima eſt ad rem præſentem clariùs elucidandam: *Quàm ob rem*, (pergit ibibi Bernardus) *ſi ſapis concham te exhibebis, & non canalem. Hic ſiquidem penè ſimul & recipit & refundit: illa verò donec impleatur expectat: & ſic quod ſuperabundat ſine ſuo damno communicat..... Verùm canales multos hodie habemus in Eccleſiâ, conchas verò perpaucas. Tantæ charitatis ſunt per quos nobis fluenta cæleſtia emanant, vt antè effundere, quàm infundi velint, loqui quàm audire paratiores, & prompti docere quod non didicerunt.* Bellè pariter ac verè Bernardus.

Prædicatores concham, non canalem imitentur.

4\. Ioannis 9. Chriſtus lux mundi, vel in tranſitu cæcum mitiſſimè inoculat. Sic miraculum Euangeliſta enarrat: Hæc cùm dixiſſet, *expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius:* & miſſus, vt in natatoriam Siloë ablueret ſeſe, viſum confeſtim recepit. Ideò non aquâ vtitur ad lutum faciendum, ſed ſputo, vt nihil adſcribatur fonti. Ne autem videatur ea virtute terræ curatio, iuſſit lauari, & lutum extergi. Non ſtatim ei oculos & viſum reſtituit, ſed eum oculis luto illitis, mittit ad Siloë, vt à pluribus videatur cæcus lutum ſuper oculos habens. Nec erat timendum, vt Siloë hanc miraculi gloriam arrogaret ſibi; multi enim lauantes ibi oculos, iſtiuſmodi illuminatione potiti non ſunt. Hæc ferè ex Chryſoſtomo. Addit Theophylactus: *Quidam tamen dicunt, quòd lutum non fuit depoſitum, ſed in oculos eſt conuerſum.* Sed quare ex *luto* Chriſti Dei ſaliuâ confecto, cæcus beneficè illuminatur? Saliuáne magis idonea cenſetur ad munificam Chriſti pietatem oſtentandam? quid rei, quæ ſuperuacua Chriſto, & reliquis hominibus eſt, atque ex ſuperfluis conflatur, cum beneficâ curatione? Pulchrè Bernardus nuper laudatus: *De ſuperfluo*, inquit, *homines ſaluauit, quemadmodum multiplicauit miſericordiam ſuam Deus.* O imprimis ſalubris hominibus eruditio! Moraliſſimè Chriſtus *fecit lutum ex ſputo*, potiùs ex quâuis aliâ re: nam ſputum ſeu ſaliua ex ſuperuacaneis coaleſcit; quò ethicè erudimur, quòd è ſupereffluentibus è pleno alij infundendi ſunt. *Fecit lutum ex ſputo*, qui *ex ſuperfluo homines ſaluare* dicitur: vt rebus etiam ipſis nos doceat, quàm debeat quiſque eſſe plenus gratiis, quò gratiæ in reliquos idoneè velut è *ſuperfluis* exundent.

Ioan. 9. v. 6. S. Chryſoſt. ibi.

Theophyl. apud Catenam.

Quare ſputo ex ſuperfluis coagulato, Chriſtus benefacit?

S. Bernard.

5\. Eccleſiaſtes cap. 7. hanc morum gnomen egregiè proponit: *Noli eſſe iuſtus multum.* Opinor, bonitas accretione fit melior: non aliter iuſtitia, ſiue ſtrictiùs vſurpetur, ſiue laxiùs ſumatur pro quouis vniuerſatim virtutum genere. An incrementum bonitatis bonitatem inuitiat, ac perdit? Profectò multum iuſtitiæ præſtabilius eſt, quàm parum; quia locupletiorem æſtimationis cenſum de accretione proculdubiò fœnerat. Hunc locum non ſemel aliàs aliorsùm extricauimus. Verùm S. Bernardus Serm. illo 18. in Cantica, ſic ad rem tempeſtiuè illum exponit: *Audi*, inquit, *quid conſulat cauta vigilque charitas: Non quòd aliis, inquit, remiſſio, vobis autem tribulatio; ſed ex æqualitate. Noli nimium eſſe iuſtus. Sufficit vt diligas proximum tuum tanquam teipſum; hoc quippe eſt ex æqualitate.* Nimiùm iuſtus eſt qui propriam iuſtitiam negligit, ad aliena operosè ſollicitus. Qui ſibi nemo eſt, & aliis plurimus, iuſtitiam inordinatâ accretione euacuat: & dum multus eſt aliis, ſibi ac virtuti nullus eſt. Nemo aliis naſcatur, moriturus ſibi. *Sufficit vt diligas proximum tuum tamquam teipſum; hoc quippè eſt ex æqualitate. Noli nimium eſſe iuſtus.* Iſtiuſmodi inordinata iuſtitia creſcendo euaneſcit.

Eccle. 7. v. 17.

Nimiùm iuſtus eſt, qui de alienâ iuſtitiâ ſollicitus, propriam negligit.

P. Didac. Celada in Suſannam.

S. Bernard.

Salomon Prouerbiorum 15. hanc gnomen proponit, quâ probè ſapientes erudit: *Labia*, inquit, *ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.* Pro τὸ *diſſeminabunt*, vel *ſpargunt*, vt alij excribunt. Symmachus vertit, *cuſtodiunt*, nonnulli ex Hebræo *conſtringunt*, contrariâ nimitùm ſignificatione. Itaque labia ſapientium ſcientiam dum *cuſtodiunt*, *diſſeminant*; cor autem ſtultorum *diſſimile erit*, hoc eſt, dum non *cuſtodire* ſcientiam vult, ſed etiam præmaturè & immaturè *diſſeminare*, & *ſpargere*, ſe inutilem ſeminatorem exhibet, & ſtultum probat: nam ſapientes *ſpargunt* ſcientiam, cùm illam *cuſtodiunt*, ſeu *conſtringunt* & *colligunt*. Vndè R. Salomon vertit, *Sapientes ſcientiâ coronabuntur.* Scientia enim quæ dum *cuſtoditur* meliùs *ſpargitur*, ſapientes *coronat.* O benè! 6.

Prouerb. 15. v. 7.

Symmach.

Scientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat.

R. Salomon.

---

§. CXCVI.

Iudiciorum ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit malè acutum.

SAnè difficilem habere oportet aurem ad crimina: ad dehoneſtamentum portò quilibet rumor valet, qui niſi ad aurium margines percoletur, alienam immeritò diffamiam creditu facilem, plerumque haurit. *Vtrumque vitium eſt, & omnibus credere, & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius.* Saltem vulgari maledicentiæ prono credere aſſenſu, inuidiæ ſtipendium putatur, cui alieni honoris titubatio ſemper arridet. Id etiam accidere pernotum eſt auditorum facilitate, qui dum maledico verborum lenocinio à rerum intentionibus auocantur, ſine delectu aſſentiuntur dictis omnibus: *nec à rectis falſa ſecernunt, neſcientes ineſſe & in incredibili verum, & in veriſimili mendacium.* Itaque quædam falſa veri ſpeciem præferunt. Dandum ſemper eſt tempus: veritatem enim dies aperit. Ne ſint ergò aures criminationibus faciles. Hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notúmque nobis ſit, quòd quæ grate audimus, libenter credimus; & antequam exploremus, iudicamus. Agenda ergò eſt contrà ſe cauſſa abſentis, & in ſuſpenſo 1.

Seneca. ep. 3.

In incredibili verum ineſt, & in veriſimili mendacium.

Minut. Felix in Octau.

Inconſulta iudiciorum temeritas culpatur.

ſaltem cenſuraretinenda. Poteſt enim pœna dilata exigi, non poteſt exacta reuocari. Maledici ſemper vulgi tumuſculis nihil oportet credere; ne aſſiduè temeritate decepti, ad incerti quetelam, certa iudicia noſtra transfe-
Minut. ſupr. ramus. Sanè *nullum negotium eſt patefacere, propè omnia in rebus humanis dubia, incerta, ſuſpenſa, magiſque omnia veriſimilia quàm vera. Quò magis mirum eſt, nonnullos tadio inueſtiganda penitùs veritatis cuilibet opinioni temerè ſuccumbere, quàm in explorando pertinaci diligentiâ perſeuerare.* Ergò dextram in partem piè ſemper ſtrenua ſuſpicio eſt, quæ linguam benedicentiâ ſapienter imbuit.

2. Geneſeos 1. in mundialis opificij exordio dixit Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet *bona*: & diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem
Geneſ. 1. v. 5. Diem, & tenebras Noctem: *Factúmque eſt veſpere & manè, dies vnus.* Meritò bonam lucem Deus laudat, abſtinétque à tenebrarum vituperio: atque bonam lucem à non bonis tenebris loco ac tempore ſegregat; id eſt, diem à nocte ſeiungit, ne terra noctis caligo, diei claritatem infuſcare audeat obſcuro tenebrarum commercio. Benè eſt, iure merito bona atque laudata lux, ab imbonis atque illaudatis tenebris ſeiungatur: ſed quid eſt quòd ſtatim in ampliori viginti quattuor horarum ſpatio coniunguntur, & in vnam
Tempus conflatum ex die ac nocte, dies appellatur, ad benedicam linguæ eruditionem. diem coaleſcere iubentur? Eccur vocatur *Dies*, ex claro die & obſcurâ nocte conflata duratio? Nuper Dies ſola lucis claritate conſtat, & cùm duodecim obſcuræ noctis horæ illi denuò ſuperadduntur, quaſi nihil caliginis ex nocte illi accreſceret, adhuc præclarum Diei vocabulum retinet, ac ſi noctis tenebras minimè clauderet? Subtiliter inibi Euſtathius initio ſui Commentarij in He-
Euſtathius. xaëmeron: *Quare*, inquit, *dum tempora commetimur, dies, non autem noctes annumeramus?* Fortaſsè Spiritui-ſancto in Scripturis loquenti, deerat vox, quâ durationem ex clarâ luce & obſcurâ caligine conflatam ſignificantiùs exprimeret vocabulo, quod non tantùm decus laudatæ lucis, ſed etiam & illaudatæ noctis contumeliam denotaret. Non ita ſanè. ſed potiùs nominationis ſeu locutionis ſacramento homo ethicè eruditur, bonitatis nomine, quod verè in re aliqua eſt, ſiquid imbonum & illaudatum in eâ continetur, diſſimulare, tacere, tegere. Nempè *Dies* appellatur bona diei lux, quæ Dei laudem promeruit cognatæ bonitatis elogio: igitur dies artificialis, quæ ex clarâ & laudatâ die, & obſcurâ atque illaudatâ nocte adæquè coaleſcit, præclaro *Diei* nomine gaudeat, quo noctis obſcuritas contumelioſa rectiùs diſſimuletur. *Quare dum tempora commetimur, Dies, non autem noctes annumeramus.* O bona è Bibliorum arcanis eruditio, quâ humana ſcriptio & lingua ad beneloquentiam inſtruitur! Ludata rei bonitas, illaudatam ipſius contumeliam ſic abſorbeat, abſumat, exhauriat, vt nec contumeliæ vocabulum auditorum mentibus ingerat, nec nomine tenùs ore egerat.

3. De mundialis opificij primordio, Geneſeos 1. ita ſcribitur: In principio creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat Geneſ. 1. v. 2.
inanis & vacua, *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Purà ſuper immenſam illam aquarum molem, quæ quaſi abyſſus terram operiebat, ſeſéque altè porrigebat vſque ad cælum Empyreum: abyſſus enim vocatur id quod fundo caret, ſiuè profundum ſine fundo: & vt ait idem inibi Euſtathius: *Abyſſus* Euſtathius.
eſt aqua nimia infinitum habens profundum. Itaque antequam lux oriretur, obſcuritas & caligo omnia profundiſſimè occupabat. *Faciem* autem Hebræi vocant ſuperficiem tam extimam, quàm intimam. Tota ergò terra, & abyſſus hæc aquarum nihil omninò habebat lucis, hinc & nihil coloris; ſed tota quanta quanta, tam interiùs quàm exteriùs, vbique obſcura erat, caliginoſa, & decolor. Ceterùm in Hebræo ita ſcribitur: *Et obſcu-* Hebræus.
ritas erat ſuper ſuperficies voraginis. ita Oleaſter, qui ibi in Commentario addit: *Poni-* Oleaſter.
tur hîc dictio (penè) id eſt, ſuperficies in plu- *Cur abyſſi ſuperficies, non profunditas, obſcura dicitur?*
rali: quia ex quacumque parte erat ſuperficies aquarum, in eâ erat obſcuritas. Dicitur autem aqua habere multas ſuperficies, quia ſi aqua operiens terram erat rotunda, alia videbatur inferiùs eſſe, & alia ſuperiùs. Benè eſt, terræ globus vndecumque aquis altè cinctus, profundiſſimum aquarum globum fundet: quare vt vtriuſque hemiſphærij *ſuperficies* eſſe tenebroſa ſignificetur, *τὸ ſuperficies* plurativo nomine effertur. Ceterùm, quandoquidèm tunc lux accenſa non erat, neceſſe eſt, non tantùm abyſſi *ſuperficies* eſſe tenebroſè obſcuras, ſed etiam abyſſi profunditatem immenſam pariter obſcuriſſimam. Cur ergò vtramque *ſuperficiem* obſcuram eſſe dumtaxat manifeſtat, & de aquarum profundo id diſſimulanter tacet? Opinor, obſcuritas, quæ in profundo latet, & quæ humanis oculis inacceſſa atque inuiſa eſt, ſilentio diſſimulatur; at *ſuperficies*, quæ de ſe aſpectui apparet obſcura publicatur; & profunditas obſcura moraliſſimè tacetur, ne obſcuritatis ignominia profundè latens vllatenùs prodatur. Sanè homo videt quouſque habet oculos, qui ſuperficiem extimam vident, coniecturis autem & ratiocinationibus profunda & obſcura rimantur. Homo igitur *ſuperficiei obſcuritatem* omnibus patenter peruiam, vt maximùm publicet; tenebroſam autem profunditatem oculis inuiſam, non prodat, licèt ratiocinatione minimè mala obſcuram eſſe coniectet. Quò ethicè ſiſtantur malecogitantiæ & maledicentiæ male acutæ ſubtilitates, & inhibeatur iudicij & detractiunia licentia ad imperuia facile audax. Heu quàm de facili, quàm de incerto, iudiciorum audacia, & linguæ dicacitas ad detractionem armatur! A ſacro Hiſtoriagraphò diſce de obſcurâ profunditate diſſimulanter tacere.

Pſalmo 38. regius Vates iniuriis laceſſi- 4.
tus, de ſe pangit: *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm* Pſalm. 38.
conſiſteret peccator aduerſùm me. Obmutui....& v. 2. & 3.
ſilui à bonis, &c. Symmachus apud Euſebium, Symmachus. Euſebius.
pro *poſui ori meo cuſtodiam*, ſic habet *Cuſtodiam os meum chamo*, ſiue *capiſtro* ſiue *freno* quæ ſunt aſinini aut belluini ſilentij notamenta.

menta. Nimirùm Propheta ſic temperaturum ſe linguam à maledicentiâ pollicetur, ac ſi irrationale ac mutum pecus foret, mentis inops, & ratiocinationibus viduatum. Quò Iacobus adludere videtur, cùm *frenandam linguam* præcipit. Itaque chamo ſeu capiſtro frenanda lingua dicitur à maledicentiæ præcipiti licentiâ, quaſi belluinâ velut inſipientiâ inhibendæ ſint malè acutæ ratiocinationes, & coniecturæ ſubtiliter dicaces, quæ ore alienam famam mordent, & dicteriis abrodunt. Hæc autem velut aſinina inſipientia capiſtro moderata, ſumma ethicè ſapientia eſt, quæ ſic & audacioris iudicij cenſuram, & effrenem detractionis audaciam, arcanâ aurigante ratione cohibet, & ſapienter moderatur. Porrò ſtultitia videri poſſet, quod ſubdit: *Silui à bonis* etiam. Quaſi dicat. Sic cautè linguam moderabar, vt aliquandò benè ac benedicè loqui ſollerter cauerem; ne lingua nimis lubrica, & ad detractionem procliuis, ad malum ſenſim prolaberetur; & quod cœpit in laude, in vituperio conſummaretur. Ergò Dauid hoc belluino chamo, quo os ſuum refrenat, ſummâ ſapientiâ linguam erudit, quæ hâc brutâ ac pecuina ruditate ſublimiùs ſapit. Quid tam fatuum ac belluinum, quam hæc detractoria ſceleſtiſſimorum Senum contrà Suſannam fabella, malè acutâ ſubtiſitate contexta, & ad falſatam credibilitatem argutè compoſita? Vide feraliter belluina maledicentiæ ingenia, & caue.

Iacobi 1. v.26.

Chamo ſeu capiſtro ſapienter linguæ frenatur. quare?

Hic verſ. 38. &c.

5\. Sitacides Eccleſiaſtici 22. *Quis*, inquit, *dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me.* Poſtquam oſtendit quanta in conuitiis & vitiis linguæ damna ſequantur, exclamat: *Quis dabit ori meo*, &c. O vtinam mihi aliquis det cautam ori meo cuſtodiam, quâ velut certo prudenter ſigillo damna recenſita declinem. Pro τὸ *ſignaculum certum*, vti legit Vulgatus, Græca legunt, *ſigillum aſtutum, cautum, prudens*; vt ſcilicet, cautus & prudens ſim, in hoc ſigillo continendo & reſignando, ne incautè & imprudenter illud vel obſignem & claudam, vel reſignem & aperiam. S. Chryſoſtomus homil. 4. ad Baptizandos, legit, *ſigillum aſtutia*; & Tigurina, *ſigillum ſapientia.* Sic etiam vertit S. Ephrem de Timore Dei, vbi interpres vertit, *ſignaculum verſatum.* Itaque Salomon labiis ſuis expetit *ſignaculum certum*, hoc eſt, *ſignaculum aſtutia, aut verſutia*, opinor, per antiphraſim; quare *ſignaculum ſapientia* appellat: per *ſapientiam* enim fraudulentam *aſtutiam*, & malè acutas *verſutia* ſubtilitates arcet lingua ſapientis. Exindè S. Ambroſius in Pſalmum 38. ſic locum exscribit, & exponit: *Quis*, inquit, *mihi imponet cogitationum mearum flagella? & quis dabit mihi labiorum meorum ſignaculum?* Nempè *ſignaculum ſapientia*, quo labiorum *aſtutia* & *verſutia* caſtigatur, *cogitationum flagellum* nominarut, quo egregie vapulat vaga iudiciorum labiorúmque licentia, ne malecogitantiæ ingenio quiduis liberè iudicet, & labiis impunè garriat. Vndè Syrus interpres moraliſſimè exscribit: *Quis dabit labiis meis ſignaculum honoris, ne loquar in eis fraudem?* O bellè!

Eccli. 22. v.33.

Græcus.

S.Chryſoſt. Tigurina. S.Ephrem.

Aſtuta linguæ flagello ſignaculo caſtiganda eſt, ne ſit male ſubtilis.

S.Ambroſ.

Signaculo honoris clauduntur labia.

Syrus.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CXCVII.

Humani teſtes virginem veritatem miſturâ mendacij conſtuprare ſolitant.

1\. Lingua verſutè falſidica nihil magis curat quàm occultare, quod prædicat; ſi tamen prædicat, quod occultat, Eleuſiniana ſuperſtitiosè lenocinia, ſancta ſunt de ſilentio magno, ſola taciturnitate cæleſtia: quæ ſi in lucem prodeant, mera adulteria veritatis apparent. *Abſcondat ſe* (ait Tertullianus) *ſerpens quantùm poteſt, totámque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; altè habitet, in cæcum detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus lucifuga beſtia.* Talis fuit ſerpentina horum mendaciſſimorum Senum verſutia mendax, tenebrarum ſuffragio adprobata. *At noſtra columba* (id eſt Suſannæ) *domus, ſimplex, etiam in editis ſemper & apertis, & ad lucem. Nil veritas erubeſcit, niſi ſolummodò abſcondi.* Nam vbi è latibulo gnauâ Danielis operâ prodiit in lucem, protinùs deſiit *erubeſcere*, & lucis teſtimonio clara apparuit; nam diſparuere illicò tenebroſæ mendaciorum technæ, & malè compoſiti falſitatum canales deprehenſi ſunt. O de facili obuia veritatis adulteria, quam affectus paſſim conſtuprat impudenti libidine?

Tertullian. aduerſ. Valent. c.3.

Hic verſ. 40.

Falſitas ſemper proteru adinſtar latibulum quærit.

2\. Prouerbiorum 12. hanc gnomen proponit Salomon: *Labium veritatis firmum erit: qui autem teſtis eſt repentinus concinnat linguam mendacij.* Appoſitè inibi Lyranus notat, non dici labia, ſed *labiū*: nam *veritas non variatur de vno in aliud*, ſed quaſi vno tantùm ore, & labio loquatur, vna ſemper eadémque perſeuerat. Sẽtentiosè Tertullianus lib. de Præſcrip. cap. 28. *Quod*, inquit, *apud multos inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum.* Duos ſaltem Senes, ipſóſque populi iudices, tamquam accuſatores, teſtes, imò & iudices Suſanna patitur; & quaſi vno ore, & labio vno loquuntur; & quidẽm mendaciũm; adeò vt nec vno verbulo diſcrepatint, At protinùs à Daniele interrogati, quod vno *labio* videbantur dixiſſe, multiplici & falſato dictum comprobatur. Vnde Tigurina vertit: *Verax labium firmum eſt ſemper: mendax verò lingua in momento variat.* Cuius indidẽm Rabbi Salomon optimam rationem reddit: *Labium verax*, inquit, *ſolida baſi nititur, atque ad æternitatẽ durabit: teſtis fallax verò temporis momenta breuique durabit, nec vllum progreſſum faciet, cùm (vt aiunt) mendacia pedibus truncа ſint.* Quid accommodatiùs hiſce Senibus malè teſtibus, quorum malè compoſito teſtimonio Suſanna damnatur? deerat enim illi *ſolida baſis*, cui niteretur; indè ad pueri Danielis attactum malè corruit, & benè Suſanna liberatur à falſatâ atrociter calumniâ, dum claudicat teſtimonium.

Prouerb. 12. v.19.

Lyranus.

Vno labio loqui, argumentum eſt veritatis.

Tertullian.

Tigurina.

R. Salomon.

Teſtimonium fallax de facili enariat.

3\. Actorum 6. tota tunc Moyſis academia, in plura collegiorum diuortia contrà Chriſtum ſparſa, & de Rabbinorum micis erudita, non poterat reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui in Stephano loquebatur. Et veritate victi, ad mentitas dolo fraudes confugiunt. Itaque Stephanum in concilio ſiſtunt tamquam religionis reum. *Et ſtatuerunt falſos teſtes, qui*

Actor. 6. v.13. & 14.

 dicerent.

dicerent . . . . . . Audiuimus eum dicentem: Quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.

Teſtes contrà Stephanũ, cur falſi dicũtur?

Inſpiciendum eſt eorum teſtimonium, vt appareat, an verè dicantur *falſi teſtes.* Summa teſtimonij hæc eſt: Stephanus dixit, mutandas eſſe traditiones Moyſis, id eſt, quòd eius lex in Euangelium ſit transitura, Iudaiſmus in Chriſtianiſmum, Moyſes in Chriſtum verum Meſſiam, & Dei Filium. Hæc ſanè vera ſunt; & perſæpè inculcata à Stephano Chriſtum prædicante. Quod autem additur de templi ruina, & Ieroſolymæ excidio, prædicta erant à Chriſto; qui non dixit ſe deſtructurum, ſed per Gentes euertendum. Ecce tot veritatibus vnum mendacium admixtum, teſtimonium plenè corrumpi & *falſos teſtes* excudi.

S. Auguſt.

Benè notat Auguſtinus Serm. 93. de Sanctis, hoſce falſos teſtes eandam calumniam impegiſſe Stephano, quam paullò antè Scribæ impegerant Chriſto: *Audiuimus*, inquit, *eum dicentem, quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyſes.*

Matth. 26. v. 60.

Contrà Chriſtum verò dixerunt: *Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum readificare illud.* O malitioſos ſinceræ veritatis caupones! ô non bona vnius mendacij cum tot veritatibus miſtura!

Virgo veritas de miſtura mendacij paſſim conſtuprarur

Non miſcentur contraria. Falſitatis ſuffragio, veritatis auctoritas deprauatur prauo illius abuſu: hoc fuit ſapientium tertò Philoſophorum vitium, quod argutè vellicat Tertullianus lib. de Anima cap. 2

Tertullian.

Vera quaque, inquit, *aut aliundè commendant, aut aliorsùm ſubornant, cum maximà iniuria veritatis, quam efficiunt aut adiuuari falſis, aut patrocinari.* Nimitùm hi falſi teſtes contrà Chriſtum, contrà Stephanum, & contrà Suſannam, fraudulentis mendaciis vera miſcent; & dum aliquo ſapore veritatis, veritatẽ cogunt *falſis patrocinari*, audientium credibilitatem ſubornant, & eorum fidem fraudulenter extorquent. O quoties opus erat gnauâ Danielis operâ, ne virgo veritas de miſtura mendacij paſſim conſtupraretur!

4\. Pſal. 84. v. 12. Genebrard. Hebræus.

Pſalmo 84. regius Propheta veritatis natales prodit: *Veritas de terrâ orta eſt*, inquit. Genebrardus ex Hebræo: *Veritas de terrâ efflornit, Per metaphoram à ſtirpibus*, id dictum putat. Ceterùm terra veritatum ſterilis eſt, & niſi de cælo pluuiam excipiat, non *florebit* in ea veritas. Quare Dauid hanc pluuiam deprecatione prophetat: *Pluuiam*, inquit,

Pſalm. 77 v. 10.

voluntariam ſegregabis Deus hereditati tua. Scilicet hæc terra de qua oriri debet veritas veritatis infœcunda eſt: homo enim de ſe non habet niſi mendacium & peccatum, & ſimilia ſpontiuè naſcentia: mens enim humana ſæpè ad veritatem caligat, & ſenſuum ingenia fallaciter non ſemel perſtringuntur, & falſum pro veritate vltrò germinant, niſi cæleſti imbre abundè fœcundentur.

Ingenia ſenſuũ, & rationis tribunal, falſi teſtimonij fore ſuſpectum ſit. quare? Philo.

Opportuniſſimè ad rem Hebræus Philo lib. de Confuſ. ling. *Nónne*, inquit, *intellectus ſæpè de rebus innumeris delirij coarguitus eſt; nónne ſenſus omnes deprehenſi in falſo teſtimonio? Non pro tribunali rationis, quia & ipſa falli poteſt, ſed ipſâ naturâ iudice, cuius incorruptiſſimum eſt iudicium; proindè cum & intellectus noſter & ſenſus ſit in lubrico, neceſſariò fatendum eſt Deum nobis impluere vim percipiendi.* &c.

Veritas terra noſtra de cælo implueuda.

Itaque vt terra noſtra fructum veritatis proferat, veritatéque vernet ac *floreat*, non ſat eſt perſpicacia mentis, neque ſenſuum teſtimonia deducta ad rationis tribunal, quæ ſæpè in mendacio deprehenſa ſunt; ſed quòd vt *veritas oriatur de terrâ*, ipſa terra de cælo *impluatur*, quò ad peregrinos veritatis prouentus fœcundetur, ad quos ferendos de ſe ſterileſcit, & ſteriliter emaciatur. O iſtiuſmodi de cælis imbre *terra* noſtra *impluatur* ne mundi erroribus, & carnis libidinibus perſtricta, errores & mendacia vbertim germinet! Suſpecta nobis ſint oculorum ſuffragia, ſenſuum teſtimonia, quin & ſæpè humanæ rationis tribunal ſuſpectum ſit; niſi cælitùs ad veritatem fœcundemur. O horum Senum cæcè oculata teſtimonia!

Geneſeos 18. deductore Abrahamo, Sodomam versùs Deus graditur. Cui dixit Deus: 5.

Geneſ. 18. v. 21. Cornel. ibi. Vatablus.

Clamor Sodomorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: *Deſcendam & videbo, verùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.* Quaſi dicat: Peccata Sodomæ ita enormia ſunt & impudentia, vt publicè & vbique in omnium ore verſentur, adeóque fama (vt vertit Vatablus) eorum in cælum per Angelos ſparſa, ad me peruenerit. Deſcendam ergò eò, vt videam an hæc fama, & hic peccatorum quaſi accuſatorum clamor, tot ſuffragiis damnandus, verus ſit, an non, vt experientia id ſciam. (Agit hic Deus more Iudicum, qui cominùs de facto inquirunt, rémque inſpiciunt)

Iudices bonè, non tam ex auditu quàm ex viſu, reorum diſquirunt.

Conc. Later. primũ cap. 8.

Ex hoc loco Concilium Later. monet iudices, ne facilè accuſationibus credant, ſed eas lentè & maturè inſtar Dei examinent, antequam reum condemnent: nam *veritatem dies aperit; poteſtque pœna dilata exigi, exacta reuocari non poteſt*: eſt enim inconſulti & puſilli animi credere rumoribus: *ſæpè enim ſiniſtro rumori malignitas dat initium, credulitas incrementum.*

Seneca l. 2. de Irâ.

S. Gregorius lib. 19. Moral. c. 13.

Ita quidem, & peritè aduertit Gregorius: *Deus cùm omnia illi nuda & aperta ſint, mala Sodomorum puniuit non audita, ſed viſa.* Cur ita? an fama Sodomitici ſceleris Angelorum ore in cælos ſparſa, mendax eſſe poterat? Deúſne quæ ipſe audit, refutat; & credere viſis ſatiùs & tutiùs cenſet? Num Diuinæ aures audiendo falli poſſunt? Sapienter Philo:

Philo ſuprà. *Non auditum ſed viſum ad teſtimonium adhibendum. quare?*

Deſcendam & videbo. vt doceamur moneamúrque, nequis homo de abſentibus rebus & incertis putet ſe poſſe certam coniecturam facere, ſed propiùs introſpecto negotio diligenter cuncta perluſtret: viſus enim certus potius quàm fallax auditus, teſtis adhibendus eſt. quapropter in optimè conſtitutà Republicà lege cautum eſt, nequis audita dicat pro teſtimonio, quia iudicium auditùs naturaliter facile eſt corruptoribus. Quare concludit: *Ad manifeſtam veritatis perceptionem longè minùs quam viſus idoneus habeatur auditus, cùm ſit refertus vanitatibus. Hanc cenſemus eſſe cauſſam cur deſcendiſſe dicatur Deus.* Facundè pariter ac moraliſſimè Philo.

6\. Deuter. 4. v. 26.

Deuteronomij 4. dura quæque Moyſes minatur Hebræo populo, ſi forte aliquandò impià præuaricatione a Dei ſui cultu deſciſcat, & in Idolatriam degeneret: *Teſtes*, ait, *inuoco*

bodie

hodie cælum & terram, citò perituros vos eſſe de terrâ, &c. Videntur inidoneè *cælum & terram* in teſtes aduocati. Num creatura irrationalis, imò & exanimalis ad teſtimonium aptè ſiſtitur? Quare creatura mente prædita, & rationis compos, ad teſtimonij veritatem non eligitur? Num ad veritatem teſtimonij recuſatur *tribunal rationis, quia ipſa falli poteſt?* Vel ipſa humana ratio fallaciæ obnoxia eſt, & fraudis ſuſpecta? Quid eſt in homine à falſitate tutũ, quando ipſa hominis *ratio*, tanquam ſæpè rationis inops, à ferendo teſtimonio recuſatur? Si rationis ſuffragium eſt iututum, quale erit concupiſcẽtiæ teſtimonium, quod hi Senes tulerunt? Quin & forſan *cælum & terra teſtes inuocantur*, quia vocales non ſunt, ſed muto ſilentio veritatem ſincerè loquuntur; quaſi à veridico teſtimonio verba recuſentur. Sic eſt rationalis lingua mendacij ſuſpecta, vt potiùs irrationabilium creaturarum rude ſilentium eligatur ad teſtimonium? Sic eſt fallax lingua in lubrico volubilis, & euariando teſtimonio obnoxia, de mentis affectato, aut indiſcuſſo errore? Aliter Cornelius inibi propoſitæ difficultati reſpondet: *Moyſes*, inquit, *ad huius prædictionis memoriam, noluit teſtes morituros vocare, ſed cælum & terram: quia in æternum manent Immortales ergò & æterni ſunt hi teſtes, qui omnibus futuris temporibus perſeuerabunt, & mutis vocibus Deo loquentur, hæc eſſe vera, hominibúſque pariter clamabunt hæc diuina præcepta, æquè ac minas* Heu! vel ipſa hominis mortalitas, dicendæ veritati obſtrepit, & mendacio adulatur? Non morituri teſtes veritatem ſinceriùs tractant. Mendaciter illam tractarunt hi Senes protinùs ſibi, ac Deo atrociter morituri.

Num ratio, lingua & mortalitas homines illum ad dicendum mendacium ſubornaunt

Cornelius.

---

§. CXCVIII.

Exarmata per Chriſtum mors, Iuſtorum pectora feliciter votis implet.

1\. MEritò planè dicendi natales dies, per quos illi qui nati fuerant in hanc fragilitatis humanæ miſeriam, ſubitò renaſcuntur in gloriam, vitæ perennis initium de mortis fine ſumentes: eos porrò dum prouidentior natura ingerit morti, gratiæ officioſitas genuit æternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturiit. Inidoneè, opinor, *iſtos dies natales vocamus, quibus in lucem in deliciis & doloribus naſcimur ad dolores, quibus in hunc mundum cum fletu infantia vagientes ingredimur; omnis homo quaſi futura per totam vitam propheta miſeria, infelicitatem naturæ prima illa lacrymabili voce teſtatur. Siquidèm primo ſtatu vitæ naſcentium, ad omnem ſuſpecta curſum, in tribulatione agitur.* Certè nil præſtabilius in hominum vitâ, quàm quod eſt morti ſemper confinis; & oculatè cæca naturæ ambitione, mortis negotium perpetuò agit; indè immortalitatis candidata, vndè ad mortem inceſſanter feſtinat, quà cenſum tot miſeriarum, quibus obærata naſcitur, morte interuenienté perſoluat: & mortalitatis vinculis abſoluta, vnde morte finitur, indè viuere immortalis incipiat.

Iuſtus doloribus naſcitur ad dolores.

Euſeb. Emiſſ. homil. de S. Conceſſo.

Naſcentium lacrymæ, miſeriam vitæ prophetant.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Ionæ 4. putaretim in fugæ contumacis 2.
pœnam, Ionas qui in ventre ceti naufragium digeſſit, nec mortem naufragus inuenit, illam expetit: *Et nunc Domine*, inquit, *tolle animam meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita.* Et rurſùs verſ. 8. *Et petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit: Meliùs eſt mihi mori, quàm viuere.* Manet peccati pœna, quæ arceat mortem, tot miſeriarum aſylum. Eloquenter Euſebius Emiſſenus homil 2 de Paſcha: *Ionam*, inquit, *cetus piſcis excipit immerſum, ſed non contigit deuoratum: & quem malitia hominum perdidit, beſtia eſuriens cuſtodiuit: plenus viſceribus famem patitur, & inprudam quam abſorbuit, nil ſibi licere miratur. Quis eſt iſte qui intrà auidos rictus aſſumi poteſt, conſumi non poteſt? Cibus eſt, corruptio non eſt: traditur perditionis profundo, & ſeruatur ipſius mortis obſequio. Quis eſt iſte qui vaſtitiſſimos ſinus periculorum intus ingreditur, & ſub altitudine concluſus immenſâ atque mortiferâ, vitali aëre paſcitur, & dimiſſus in alienam rerum naturam, in vita exilio cum vitâ peregrinatur, & mortis ſuæ ſuperſtes, aduenciat ventrum mandi ſaluem?* Mortis vota implent Prophetæ pectus; ſed mors optata fugit, vt vita periclitante puniatur acerbiùs. Ambit mortem, quaſi immortalitatis ianuam; in cuius confinio poſitus, eam optare licet, inuenire non datur, vt in fugæ pœnam, toties pœnaliſſimè moritur, quoties mori non ſinitur. *Meliùs eſt mihi mori, quàm viuere.* Quia viuens, viuit doloribus, ærumnis, mortibus; moriens autem immortalitati viuit: viuens, morti obnoxius eſt, moriens, mori non poteſt: viuens, cadauer geſtat viuum in mortibus frequens; moriens immortali vita æternum potitur. Hinc videas Sanctorum proceres pulchræ mortis riuales. Vnde Suſannæ parentes non ſibi gratulantur, quòd mortem euaſerit, ſed *quia non eſt inuenta in ea res turpis.*

Ionæ 4. v. 3. & 8.

Euſ. Emiſ.

Toties Ionas moritur, quoties mors non ſinitur.

Hic verſ. 63.

Stat innocens Suſanna caſtitatis rea in 3.
conſiſtorio libidinis. A quibus potuit pudicitia niſi ab impudentibus condemnari. Nequam Senum aucturatiſſimo teſtimonio, & deceptæ plebis inconſulto ſuffragio indefenſa Matrona damnatur: *Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerũt eum ad mortẽ.* Dehoneſtati mariti rumpuntur viſcera, opplorant parentes, illacrymant filij, totius populi ſpectaculum funeſtatur, & viuas exequias lamentis proſequuntur. Liceat nunc de Suſannâ dicere, quod de S. Romano dixit Euſebius: *Rapitur felix reus ad beatam damnationem, ferens ſecum pretium, magnanimus & intrepidus ferens ſecũ in ore quidem iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis.* Quid mortem timeat, quæ pretium glorioſæ immortalitatis in conſcientia portat? Morte immortalitatem mercari, faſtus quidam virtutis eſt. It ergò ad beatam damnationem Suſanna magnanima & intrepida, *ferens ſecum in ore quidèm iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis.* Sic periclitari, compẽdioſa beatitudo eſt, & beatæ immortalitatis auſpicium!

Hic verſ. 41.

Euſ. Emiſ.

In felici periculo mortis, fert Suſanna in corde pretium immortalitatis.

Oſee 13. hæc vulgatiſſima verba leguntur: 4.
De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos: *Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne* Non hìc negauerim rigidis litteraliter Commentatoribus adludi ad libe-

Oſee 13. v. 14.

rationem è captiuitate Babylonicâ; ita tamen vt ioca non ſiſtat Propheta, ſed eam obiter tantùm, & quaſi vmbram perſtringat & prætervolet, ac mentis ſuæ aciem ſcopúmque figat in Chriſto, qui mortem terribilem hactenùs hominibus exarmauit, peremit, detriumphauit, & ex acerbiſſimè amarâ dulcem ac lætam reddidit. Audiendus eſt Bernardus Serm. 26. in Cantica, de fratris ſui Gerardi felici morte ſic fatus: *Accitus ſum*, inquit, *ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, & inſultantem morti: Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? Iam non eſt ſtimulus, ſed iubilus. Iam cantando moritur homo, & moriendo cantat. Vſurparis ad lætitiam mater mœroris, vſurparis ad gloriam gloriæ inimica, vſurparis ad introitum regni porta inferi, & fouea perditionis ad inuentionem ſalutis, idque in homine peccatore. Mortua es ô mors*, &c. Ecce tibi mors mœroris mater, gloriæ inimica, porta inferi, & fouea perditionis, facta eſt æternaturi gaudij felix auſpicium, beatæ gloriæ inchoatio, cæli veſtibulum, vicinia immortalitatis, empyrei ianua, mortis finis, & vitæ principium. O piè pulcherrimus mortis abuſus, veræ vitæ emphaſis, immortalitatis præludium, & immortalium gazarum obſes opulentus.

S. Bernard.

Mors gloria inimica vſurpatur ad gloriam.

5\. 1. ad Corinthios 15. ita Paullus ſcribit; Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus*: Non hîc morabor Interpretes, an hæc ſententia deſumpta ſit ex nuper præſcripto Oſee loco, an ex Iſaiæ 25. cap. v. 8. vbi mors in ſempiternum præcipitanda, ſeu deuoranda perhibetur. Sed quid eſt, quòd Paullus morti inſultat, quòd hactenùs tot victoriis triumphalis, nulla iam vllibi eius victoria appareat? An non mortis vis tanta olim fuit, vt nulli vmquam parceret, neminem non proſterneret, deuinceret, detriumpharet? Satis hactenùs de hominibus morti victoriatum eſt; iam nuſquam vlla victoria comparet: *Vbi eſt Mors victoria tua? Vbi eſt Mors ſtimulus tuus*, quo olim armata, horrori eras hominibus, quos paſſim malè concidebas vincebas, detriumphabas, funeſtabas: Eleganter S. Cyprianus Epiſt. 1. ad Cornelium, laudans eius & populi Romani in fidei confeſſione conſtantiam, qua morte contemptim ſpretâ alacres martyria ſubibant, ita ſcribit: *Intellexit aduerſarius milites Chriſti vinci non poſſe, mori poſſe; & hoc ipſo inuictos eſſe, quia mori non timent.* Nimirùm Chriſtiani, immortalitatis feliciter candidati, & pulchræ mortis riuales; dum Tyranno ad mortem ſe intrepidè obiectant, palàm omnibus publicant, *vinci non poſſe: mori poſſe; & hoc ipſo inuictos eſſe, quia mori non timent.* Ergò dum in morte exultant, & morti inſultant, vſurpare poſſunt illud Propheticum: *Vbi eſt mors victoria tua?* Chriſtianus enim alacri ſpe immortalitatis, dum mortem non timet, inuictus victoriam reportat, victorialem triumphum agit; *hoc ipſo inuictus, quia mori non timet.* Sic nunc triumphalis Suſanna ſalaciſſimis Senibus intrepidè oſtendit, *vinci non poſſe; mori poſſe; & hoc ipſo inuictam eſſe, quia mori non timet.* Hæc magnanima vox eius audit: *Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras* (morti innocẽter damnata,) *quàm peccare in conſpectu Domini*, quæ vera animi mors eſt. Sic corporis mortem Suſanna contemnit!

1\. Cor. 15. v. 54. & 55.

Iſai. 25. v. 8.

Chriſtianus eo ipſo inuictus eſt, quia mori non timet. quaret

S. Cyprian.

Hîc verſ. 22. & 23.

6\. Nec modò Suſanna matronalis virtutis idea, naturæ & gratiæ officioſitate præluſtris; ſed religioſi, imò & fideles quique Euangelicâ diſciplinâ efformati, vſurpare iam poſſunt animoſam Paulli vocem: *Vbi eſt mors victoria tua: Vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Quaſi dicant (vt ex noſtro Hieronymo Plato ediſſerit Cornelius in Oſea cap. 13. v. 14.) *Mors Chriſtianis ludus eſt. Maturus aui eſt, qui pro Chriſto poteſt mori. Vita mihi in tædio, mors in deſiderio. Vita mihi non eripitur, ſed in melius commutatur. Nunc mori deſino, & viuere incipio.* Bellè pariter ac verè.

1\. Cor. 15. v. 54. & 55.

Platus.

Cornelius.

Mors proborum ſuli iſſima, & optatiſſima.

7\. 2. Regum 1. iuuenis ille Amalecites, Saülis interitum Dauidi renunciat: & hæc Saülis iam iam penè emortui verba ad eum refert: *Sta ſuper me, & interfice me: quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt. Stánſque ſuper eum, occidi illum.* Pro τὸ *anguſtiæ*, quæ Saülem malè vulneratum tenent, Hebræus textus habet, *concluſio*, ſeu *conſtrictio* me tenet, quod perinde eſt atque *anguſtia*. LXX. interpretes vertunt, *tenebræ*, Chaldæus Paraphraſtes, *tremor*; Vatablus, *trepidatio*. Verùm enim verò Hebræum שָׁבָץ *ſcabats*, pro quo Vulgatus excribit *anguſtiæ* ſignificat quoque *veſtem ocellatam*, quaſi ocellis incluſam & concluſam, qualis erat Ephod Pontificis: quare de eo hunc locum Rabbini exponunt. Quaſi dicat Saül morti proximus: Tenent, & terrent me Sacerdotes, & Pontifex Achimelech, quos iniuſtè cap. 22. occidi: hi à me pœnas exigunt. quaſi Saül ex cruenti ac impij ſceleris conſcientia cognouerit ſe adigi ad necem, ob cæſos Sacerdotes. Addit Abulenſis quæſt. 5. Saülem vidiſſe vmbras & ſpectra Sacerdotum veſtibus ſacerdotalibus indutorum quæ ipſum terrebant. Hem! ſic in mortis articulo iam iam morientes, retroacta flagitia, præſertim cruenta & impia, lancinant, territant, & mortem infelicitant? Ceterùm idoneè ad rem præſentem, pro τὸ *tenent me anguſtiæ*, Biblia Tigurina vertunt, *Apprehendit me corona*. O! mortis *anguſtia*, & agonia moriendi, *apprehenſio corona* nominatur? Profectò aptiùs de Suſanna aiente, *Anguſtiæ ſunt mihi vndique*, quàm de Saüle, veroſimile putari poſſet, quòd *Tenent me anguſtiæ*, perindè ſit, ac *Apprehendit me corona*. Scilicet dum *Anguſtiæ* vndique Suſannam concludunt, conſtringunt, opprimunt, ne *Anguſtias* putes, ſed arcanam *corona* ambitionem, quæ Suſannam coronare expetit. Eſto ergò anguſtiatæ Suſannæ non iam funeſta, ſed feſtiua vox, auſpicatò præpropera: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique*, hoc eſt, *Apprehendit me corona*: corona enim apprehendere Suſannam exambit. Coronæ adipiſcendæ ambitio, hominum vota implet: at corona generoſum Suſannæ caput redimere exambit. Denique mortis anguſtiæ, *apprehenſio corona* nominatur. Sic eſt Suſannæ mors regno & coronæ confinis.

2\. Reg. 1. v. 9.

Hebræus.

LXX. Interp.

Chaldæus.

Vatablus.

Rabbini.

Retroacta peccata ſub mortem infelicitant.

Abulenſis.

Tigurina.

Hîc verſ. 22.

Tenent me mortis anguſtiæ, perinde eſt, ac apprehendit me corona.

§. CXCIX.

§. CXCIX.

Praua miſeria futuræ felicitati è diuerſo lenocinatur ad placendi gratiam.

5\. CYrus vt magnificum ac ſuauius epulum ſuis exhiberet, illud adornauit præuio ſudore, & ingentibus præcedentis diei laboribus, magnam ſiluam iuſſit ſuccidi, vbi poſtera die conuiuium celebrauit, tantò iucundius, quantò labor exterius moleſtior. Sententiose dixit Sophocles: *Labores cùm iam abiere, dulces ſunt.* Ergo ſi ſola laborum mors, & alienatio moleſtiæ tam grata eſt, qualis erit ſucceſſio gaudij, & ærumnarum in lætitiam commutatio, cuius quidem incredibiliter ſaporem acuent ad placendi gratiam? Fellea præuiè amaritiês, ſuccedaneam gaudij ſuauitatem è peruerſo mellit: vnde quæ præceſſit miſeria, ipſius plus beandæ felicitatis arbitrium eſt: & ſuccedens lætitia, præuij mœroris bibula eſt; ſed quem mirâ metamorphoſi in plus placendi gratiam arcanè reformat. O beatas Sanctorum calamitates, quæ cæleſtem gloriam feliciùs beant! Felix ærumnis Suſanna, quæ de mortis periculo lætiorem inuenit ſalutem; & turpe profligatæ famæ naufragium, digeſſit in nobiliorem pudicitiæ gloriam; inde nitoris incrementa ſuſcipiens, vnde credi poterat obſcurata.

Sophocles. Labores cùm iam abiere, … ſunt, & … felicita… beant. — …nieſ.41.

6\. Geneſeos 44. patriarcha Ioſeph Ægypti præfectus, œconomo iubet, vt argenteum ſcyphum in ſaccis chariſſimi Beniamini clam recondat. Quoniam autem inibi inuentus eſt, ſpecie tenus ferociente Ioſepho, furti ingratiſſimi ſeueriùs arguuntur. Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, Domino meo? vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum
14\. tuorum: *En omnes ſerui ſumus Domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus.* Eccur tantâ argutè fraude ſuos fratres, & ſuum præſertim Beniaminum arctat, dehoneſtat, & criminatur Ioſephus? Homines ingenui peregrinæ ſeruituri ſe vltrò addicere coguntur; nec ſic fraudulentum facinus expiant. Ioſephus dulciſſimâ indole præditus, ſic ob ſuam fraudem fratres ſuos duriùs exacerbat? an iſtiuſmodi acerbitate futuræ mox lætitiæ gratiam commendat? Appoſitè indidem Auguſtinus quæſt. 146. in Geneſim, hac ſuper re ita philoſophatur: *Non negligenter conſiderandum puto, tantam miſeriam in hac perturbatione fratrum ſuorum, quos Ioſeph, quandiu voluit, tenuit, & quantâ voluit morâ protraxit: non eos vtique faciens calamitoſos, quando tanta etiam ipſorum futura lætitia exitum cogitabat; & totum hoc quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur: tanquam non eſſent condignæ paſſiones eorum in toto illo tempore, quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis, quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à ſe perditum eſſe arbitrabantur.* Turbat fratres Ioſephus, anguſtè arctat, durè exacerbat, non inferendæ calamitatis arbitrio, ſed augendæ felicitatis ingenio. Vrgens eorum calamitas, futuræ lætitiæ *cumulum* è diuerſo negotiatur, ingentiorùmque inopinatæ *exultationis futuram gloriam*, quam præuio angore mitiùs exaggerat.

S. Auguſt. … exaſperat Ioſephus ad futuras lætitiæ cumulum.

7\. Paullus ad Romanos 8. ita ſcribit: *Non ſunt condignæ* (Auguſtinus legit, *indignæ ſunt*) *paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Scilicet paſſiones non ſolùm quatenus humanæ & temporariæ ſunt, ſed etiam ſi illas ſpectes, quatenus ex gratiâ & charitate fiunt, adhuc tamen propriè & adæquatè non ſunt condignæ ad tantam gloriam: licèt enim cum eâ proportionem quandam habeant, non tamen æquam dignitatem; quæ enim proportio eſt inter terrenam & temporariam paſſionem cum æternâ & immensâ cæli gloriâ? Ceterùm S. Auguſtinus num. præcedenti laudatus, hunc Paulli locum accommodatitiè adaptat ad gaudij incrementum, quod præcedens angor, & ærumna præuia in iuſtis operatur: *Tanquam non eſſent*, inquit, *condignæ paſſiones eorum in toto illo tempore, quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis, quæ in eis fuerat reuelanda*: quaſi præcedens fratrum Ioſephi calamitas, futuram eorum lætitiam ad placendi gratiam exaggeret. Luculenter Iſidorus Peluſiota temporales huius vitæ labores, tribulationes, calamitates appellat *viaticum melioris complacentiæ gloriæ.* Altè quidem præcedens ærumna, gaudij ieiuna, & moleſtiæ ſatura, nominatur *viaticum complacentiæ gloriæ*: nam Sanctus quiſque ad cælum viator, dum calamitatibus obrutus decedit, ex hac viâ defert ad cæleſtem patriam, toleratæ tribulationis recentem memoriam, quâ *complacentia gloriæ* cæleſtis dulciùs ſapit. Nempè labor, qui nuper abiit, & perpetua illius recordatio, aucto beatæ gloriæ ſapore gratè dulceſcit accidentario beatitatis incremento. Ait ergo Paullus ex accommodatitio Auguſtini ſenſu: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis*, quo viatores tribulamur, *ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, dum ipſa præuiæ tribulationis moleſtia, & acerbior huius vitæ calamitas, recuditur in *viaticum melioris complacentiæ gloriæ*: quaſi melior ſit complacentia gloriæ, cuius ſaporem præcedens calamitas erudiuit.

Ad Rom. 8. v. 18. S. Auguſtin. Cornelius.

S. Auguſtin. ſupra. Præuia tribulatio dicitur, viaticũ melioris complacentiæ gloriæ. S. Iſid. Peluſ. apud Euſeb. Theop. p. 1. l. 2. c. 24.

8\. Regius Vates ſic occinit Pſalmo 80. de beneficiis, quæ Deus Hebræis in deſerto abundè contulit: *Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petrâ melle ſaturauit eos.* Sic & in Deuteronomio, *Vt ſugeret mel de petrâ.* *mel* accipitur pro aquâ, quam percuſſa petra abundè effudit; quæ ob ſui deſiderium poſt diu toleratam ſitim, dulcis vt mel videbatur, & de petrâ in deſerto extracta eſt. Ita Chryſoſtomus: *Poſtquam enim ſitientes*, inquit, *& indigentiâ defatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu voluptatem afferre volens, mel aquam appellauit: non tanquam mutatâ in mel naturâ, ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa melle iucundiora faciente.* Chryſoſtomo adnuunt Græci Patres in Commentario apud Corderium. Itaque non eſt immutata aquarum natura, ſed præcedens *indigentiæ*, & ſudata *defatigatio*, melleam aquis dulcedinem fœnerauit. Opportunè ex Xenophonte Euſebius: *Illud ſanè*

Pſalm. 80. v. 17. Deuter. 32. v. 13. S. Chryſoſt. homil. 2. ad popul. Græci Patr. Xenophon. Euſeb. ſupr.

Bona per labores parta, afferunt gratiorem lætitiam.

ſanè ſciendum eſt, inquit, *eò bona maiorem afferre lætitiam, quò magis quis labore antecedente ad ea peruenies: labores enim obſonium ſunt bonis viris.* Porrò ſenſum felicitatis acuit memoria anteactæ miſeriæ, atque quaſi multiplex lætitiæ fœnus parit dolor prætteritus; ipſam quoque ſecuritatem dulcorant diſcrimina tranſacta. Profectò ſicut antecedens metus lenocinium eſt muneris, ita præmia mœſtiſſimè calamitas, ſequentem felicitatem gratiùs obſonat.

5. Iunilius.

Subdit Iunilius Epiſcopus Africanus lib. 2. de partib. diuin. leg. cap. 26. vbi hanc quæſtionem proponit: *Si omnia quæ in præſenti ſeculo geſta ſunt, ad futurum reſpiciunt, cur opus erat vt à Deo præſens ſeculum fieret?* Reſpondet Iunilius: *Quia decuit vt rationales creaturæ priùs diſcerent & exercitarentur in dubijs, ac tunc æternis poſtea fruerentur.* Nota attentiùs verba quæ ad rem eleganter ſubdit: *Et meritò data viderentur probatis, & gratiora fierent reminiſcentibus tranſacta certamina, & plus glorificarent donatorem.*

Felicitas gratior eſt reminiſcentibus tranſacti periculi.

Itaque præcedẽtes labores obſonant ſequentem beatitudinem, diſcrimina condiunt ſecuritatem, & quodammodo donatorem magnificant, dum cumulant donum, cùm placidiùs faciant. *Gratiora fiunt reminiſcentibus tranſacta certamina*, dum memoriæ arbitrio, gratiam plus placendi ſuccedaneæ felicitati e peruerſo fœnerant. Periculum ſecuritati lenocinatur, in gratia gratiam condit, calamitas felicitatem obſonat, & miſeria plus beat; quaſi præuiæ tribulationis ſuffragio felicitas proſperetur; & beatior gloria, ſit glorioſius miſeriæ ſtipendium; & anguſtia moleſtior, *viaticum complacentiæ gloriæ.* Ecce tibi cur populo calamitoſo mera aqua doretur *mellis* elogio. *Et de petrâ melle ſaturauit eos.* Sic præmia neceſſitas ſuccedaneam proſperitatem condit, & ad placendi gratiam erudit.

6. 1. Corinthiorum 15. agens Paullus de gloriâ corporum, quà in reſurrectione beatè fulgebunt, cognatâ iam immortalitate, cuius per mortem ſeu mortificationem, candidati hactenus extiterunt: ita ſcribit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: *Abſorpta eſt mors in victoriâ.* Vbinam Scripturarum hic ſermo habetur? Putat S. Athanaſius lib. de Paſſione Chriſti, id ſcriptum Iſaiæ 25. v. 8. vbi dicitur in tranſlatione LXX. Interpretum, *Deuorauit mors præualens*, τὸ *deuorauit* per Hebraiſmum idem eſt, quòd *deuorata* eſt. Ecce tibi in victoriâ noſtrâ, mors quæ *præualere* putabitur, non tam abſorbens, quam abſorpta; ſed ibi tranſlucens, ne victoria periculi aut mortis expers videatur. In Chriſtianâ enim victoriâ *præualere* dicitur mors, non ad noſtram extinctionem, ſed aliquam piam gloriæ ambitionem; quia ſine morte, aut mortis diſcrimine, victoriæ gloria inglorià eſt. Elegantèr S. Paullinus epiſt. 35. *Tribulatio*, inquit, *patientiæ robur operatur, & patientia præmium gloriæ confert, quod certè virtus capere, niſi victrix non poteſt; non habitura victoria facultatem, niſi cum aliqua priùs difficultate certarit.* Scilicet arduum in luctâ diſcrimen, funeſtum mortis periculum, inflicta atrociùs vulnera, animoſior magnanimitas fluentem ridens ſanguinem, dum vincendi difficultatem exaggerat, victoriam ſumptuoſiùs nobilitat. Quare non cæcis characteribus in adeptâ immortalitate mortalitas legenda tranſpareat; in victrici patientiâ, certaminis difficultas; in mortis victoriâ, mors ipſa nuper *præualens*, iam victa, & *abſorpta.* Quare *mors abſorpta*, generoſus victoriæ titulus eſt: nam præuia difficultas, gloriam facinoris incrementat; præcedens periculum, ſoſpitatis tranquillæ ſuffragium eſt; periculoſum bellum, triumphali victoriæ gratiùs adulatur; & ſub mortalitate beatam immortalitatem adſtruere, aliquis virtutis faſtus eſt. Igitur redeo ad §. 1. auſpicium: Auctor ſupra §. 1. n. 1.
Magis diligo proſpera, quæ ſumunt à deſperatione principium. Iuſtus de periculo inuenire ſalutem præſumit. Sæpè infelicitas eſt felicitatis prœmium, & proſperum è peruerſo auſpicium. Victorialis gloria certaminis ſtipendium eſt; feliciter naufrago gratior eſt portus; dulciùs nitet poſt nubila Phœbus: & in picturis nigrior vmbra, claritatis vigor eſt, & fulgorum lenocinium.

1. Cor. 15. v. 54. S. Athanaſ.

LXX. Interp.

In victoriâ mortis mors tranſparet, ad ſumptuoſiorẽ triumphi gloriam.

S. Paullinus.

Certamenis difficultas victoriam nobilitat.

---

§. CC.

Ab humanâ cenſurâ vindicatur diuina prouidentia, dum immerita mala bonis tribuit.

1. Fetè ex Senecâ l. de diuinâ Proud.

Vindicatur diuina prouidentia. & mala bonis tribuit.

PVta Deum viris bonis cum inſanâ calamitate certantibus, ita dicere, vt ſuam prouidentiam vendicet: Quid habetis, quod de me queri poſſitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falſa circumdedi, & animos inanes permiſi, velut longo fallacique ſomnio luſi. Auro illos, argento, & ebore adornaui, intus boni nihil eſt. Iſti quos pro felicibus aſpicitis, ſi non qua occurrunt, ſed qua latent videritis, miſeri ſunt, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum ſuorum extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas; cruſta eſt, & quidem tenuis. Vobis autem dedi bona certa, manſura, nempè metuenda contemnere, cupienda faſtidire. Non fulgetis extrinſecus, bona veſtra introrſus obuerſa ſunt. Non egere felicitate, & cum infelicitatibus victoriali luctâ contendere, felicitas veſtra eſt. At multa incidunt triſtia (vide innoxiam Suſannam à ſceleſtis Senibus atrociter damnatam) horrenda, dura toleratu; quia non expediebat vos iſtis ſubducere, animos veſtros aduersùs omnia armaui. Ferte fortiter, hoc eſt quò Deum quodammodo anteceditis. Ille extrà patientiam malorum eſt, vos ſuprà patientiam. Dura patimini, vt alios pati doceatis. Nati eſtis in virtutis exemplar. Communem mortem de proximo aſpicite, & gloriæ coronam per contraria textam, & querela de diuinâ prouidentiâ in admirationem vertetur, quæ è diuerſo auxiliaris arcanè eſt. Hic verſ. 41.

Exodi 32. Videns populus quòd moram 2.
faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus

gregatus aduerſùs Aaron, dixit: Surge, *fac nobis Deos*, qui nos præcedant. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas,&c.,& afferte ad me. *Quas cùm ille accepiſſet, formanit*

Exod. 32. v.4.

opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixerúntque: Hi ſunt dy tui Iſraël, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti. Exectanda ſanè populi cæcitas, ingratitudo, vecordia, impietas. Deum verum aſpernantur, qui eos per tot tantaque miracula, è durâ Ægypti ſeruitute liberauerat, qui eos ducebat in Terram promiſſionis, qui illis ſpolia Ægyptiorum dederat, illáque nunc ſecum contempto Deo, Idolo, puta vitulo, conſectant. Quare tanta inerat populo auiditas recentis Dei fabricandi? Nempe quia vetus Patrum ſuorum Deus, etſi illis plerumque largè beneficus, tamen ſæpè durus ſcelerum erat exactor, & cunctantet eos in Terram promiſſionis ducebat, cùm illi feſtinantiùs ire percuperent. Ambiunt itaque Deum arte fuſoriâ conflatilem, facile ductilem, atque ad arbitrium ac nutum ſuum efformare. Volunt ergo non ſe Deo, ſed Deum ſibi adaptare. Perbelle Philoſophorum moraliſſimus celebri illâ ſententiâ: *Hic eſt*, inquit, *magnus animus, qui ſe Deo tradit; at contra ille puſillus & degener, qui obluctatur, & de ordine mundi male exiſtimat, & emendare mauult Deum quam ſe.* Hic eſt veſanè impius mortalium error, qui ſic tenaciter ſuæ ſententiæ, vel potius vitiis adhæret, vt in cenſu ac ſenſu diuinæ arcaniùs prouidentiæ, Deum potiùs quàm ſe *emendare* præſumat. Deum pro ſuo arbitrio ductilem fingere ambit; nec vult illum de obſequio ſuo colere, ſed ſibi de Dei obſeqoio arroganter adulari. Negligit corrigere humanam mundi ſapientiam, & inolita vitia emendare; ſatiùs putans ſibi Deum adaptare, quàm ſe Deo. *Emendare mauult Deum quàm ſe.* Exinde circa diuinam prouidentiam cæcè exerrans, in immeritâ Suſannæ calamitate inſolenter peregrinatur, dum ſpecie tenus cenſuram vibrat.

Homo malus Deum emendare, quam ſe.

Seneca.

3\. Sapientiæ 12. Salomon diuinæ prouidentiæ vindex, aduerſùs malè ſciolos ita ſcribit: Cùm ergo, inquit, ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum exiſtimas à tuâ virtute. *Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt.* Pro τὸ *virtus* Græcè eſt, vis, robur, fortitudo. Scilicet dat cauſſam, cur inſontem, qui non debet puniri, condemnare, exterum ſit à Dei virtute & potentiâ; quia in hominibus & animalibus fortitudo ſæpè eſt initium iniuſtitiæ, violentiæ & tyrannidis, vt opprimant debiles & pauperes; at in Deo fortitudo eſt *principium*, imò & *principatus* (vtrumque enim ſignificat Græcum ἀρχὴ) iuſtitiæ & clementiæ: nam omnipotentia in Deo iuncta mixtáque eſt iuſtitiæ, æquitati, & clementiæ, ita vt vna ſine alterâ eſſe nequeat. Hac veritate ſiſtuntur humanæ querelæ de diuinâ prouidentiâ: nam Dei omnipotentia nil temerè & ex furore agit, ſed ratione & æquitate omnipotentiæ iunctâ res humanas moderatur. Sapienter Hilarius: *Si quid aduerſi acciderit,* inquit, *prona in Deum querela eſt. Deum enim inter damna ſua auarus accuſat, Deo cum inuidia*

Sapient. 12. v.18. Græcus. Cornelius.

Impy doloris feſtinata impatientia, diuinam prouidentiam accuſat.

S. Hilarius in Pſalm. 118.

fletuum ſuorum orbatus iraſcitur; Deo iniuſtitiam qui ad confeſſionis gloriam perſecutionibus probatur, exprobrat. Vniuerſum ſtultiſſima hæc querela eſt, cùm iniuſtitia Deum per impatientiam impy doloris accuſant. Conſultiſſimè dicitur *impius dolor*, qui diuinam prouidentiam incuſat: & à nimis feſtinante & querulâ *impatientia* expreſſus: nam ſi tantiſper cum calamitoſiſſimâ Suſannâ expectaret, videret diuinæ prouidentiæ triumphum, nempe Soſannam de calamitate felicem, & improbos feliciter Senes pœnaliſſimè infelices, & conſultiſſimam tragœdiæ cataſtrophen. Videriut de diuinâ prouidentiâ querelæ, ne ab inſipientiâ nimis feſtinent. Omnipotentia Dei, *iuſtitia initium* eſt. De iuſtitiâ, æquitate, & ratione, intolerabilis querela eſt.

4\. Geneſeos 1. ſic in auſpicio mundialis opificij legitur: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Cùm Deus omnium opifex inducitur, meritò nominatur *Elohim*, nempè exponitur (vt exponit inibi Cornelius) qua *creator, gubernator, iudex, inſpector, & vindex*, vt in prima Scripturarum fronte legant homines, quòd ille ipſe qui eſt mundi *conditor*, eſt etiam per auctoritatem *iudex*, & ſummus per prouidentiam *gubernator*, ſummâ ratione omnia adminiſtrans. Appoſitè Tertullianus lib. de pœnit. cap. 1. *Quia*, inquit, *Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit, nihil non ratione tractari intelligíque voluit.* Quiſquis ergo tanquam creatorem ſuſcipit, prouidum ſuſpiciat prouiſorem. Hac arcanâ ratione tractari intelligique diuina prouidentia expetit. Pulchrè Paullinus epiſt. 38. *Si à Deo omnia, & Deus bonus eſt; omnia profectò quæ fecit Deus, bona. Si quæ autem ſunt in arcanis ſtatutorum eius altiora ſenſibus & cogitationibus noſtris, etiamſi rationem eorum conſequi & colligere non poſſumus, tutiùs tamen nobis eſt magis occultas eſſe rationes, quàm nullas credere: quia non ambigendum omnia Dei eſſe, etſi nobis non ſint perſpicua, tamen eſſe conſulta.* Inconſultum videri poſſet, pudiciſſimam innocenter Suſannam, tanquam turpioris ſtupri ream cruenter damnari, & palam dehoneſtari; & impudiciſſimos malignè Senes illi petulanter inſultare, & colore iuſtitiæ iniuſtitiam atrociùs tingere. Verùm hac tragœdiâ caſtitatis Suſannæ candor è peruerſo micantiùs prænitet. *Omnia prouidentia opera ſuſpiciamus*, ait Damaſcenus, *omnia laudemus, omnia citra vllam cenſuram comprobemus, quamlibet ea pleriſque iniqua videantur.* In re prouidentiæ nec Deus ab humanâ *cenſura* tutus eſt, etiam in omnipotentis ſapientiæ aſylo. Proh! vel Deum vellicat humanæ temeritatis cenſura? Quiſquis Deum ſuſcipit omnipotentem creatorem, prouidentiſſimum rerum omnium gubernatorem ſuſpiciat. Ergo omnia Dei *citra vllam cenſuram comprobemus.*

Gen. 1. v. 1.

Cornelius.

Deus cùm creator inducitur, gubernator exponitur.

Tertullian.

S. Paullinus.

Omnia Dei citra vllam cenſuram comprobanda ſunt.

S. Damaſcen. l. 2. Orthod. fidei c. 29.

5\. Iſaias cap. 29. hæc fauſtè prædicit: Et audient in die illâ ſurdi verba libri: *Et de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.* Non foret adeò mirum, quòd cæcorum oculi illuminarentur ad viſum; quod miraculum non infrequens ſub Chriſto fuit, de cuius tempore Iſaias prophetat. Miriſſimum autem eſt,

Iſaiæ 29. v. 18.

quòd

quòd nuper cæcus, iam inoculatus, *de tenebris & caligine videat*, quaſi cæcitate, tenebris, & caligine ad videndum illuſtretur. Profundè

Balduinus. *Bona cæcitas eſt, quæ in tenebris meliùs videt.*

Balduinus in Tilmanni Allegoriis: *Bona cæcitas eſt*, inquit, *in ſeipſo magna non videre, & quæ ſcire non licet, piè ignorare.* Profectò videt homo quouſque habet oculos. Ergo diuinæ prouidentiæ arcana curioſiùs perſcrutari, cæca perſpicacia eſt; vltrà captum enim cenſuram vibrat. *Bona* autem *cæcitas eſt, quæ ſcire licet, piè ignorare*; & ſic *de tenebris & caligine* meliùs *videre*. Meliùs ſapit, quæ de prouidentiæ diuinæ arcanis ſapienter ignorat. Porrò hæc ſapiens ignoratio de ſcholâ cæli

Tertullian. l. de Animâ, c. 1. & 2.

eſt. *Quis reuelabit quod Deus texit? vnde ſciſcitandum eſt? Vnde & ignorare tutiſſimum eſt: præſtat per Deum neſcire, quàm per hominem ſcire, quia ipſe præſumpſit.* Pergit infrà Tertullianus: *Porrò non ampliùs inuenire licet, quàm quod à Deo diſcitur: quod autem à Deo diſcitur totum eſt.*

6. Prouerbiorum 10. ſic nos erudit Salomon:

Prouerb. 10. v. 17. LXX. Interp.

Via vitæ cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. LXX. Interpretes ſic locum vertunt: *Vias vitæ cuſtodit diſciplina: diſciplina autem carens increpatione, errat.* O! errat diſciplina, quæ correptione caret? Sic eſt homini neceſſaria correptio, quæ obuios defectus increpatione emendet? Ecce tibi diuinæ prouidentiæ philoſophia, & arcanum ſacramentum. Scilicet Deus nos corripit per externa flagella & tribulationes, vt vitia reſecemus, vt humilitatem fundet, vt patientiam calamitatibus negotietur: non vt tribulatos obruat, & ſubruat. Elo-

Clem Alex. *Superbia carnes reprehenſio exæquat.*

quenter Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagogi cap. 8. *Eſt*, inquit, *reprehenſio veluti quædam chirurgia affectionum animæ; medicamentum autem eſt probri inſimulatio, quæ reſoluit affectiones quæ iam occalluerunt, impudicaque ac libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtúſque ac ſuperbiæ carnes quæ excreuerunt,*

Amicus & inimicus diuerſimodè probra iactant.

adæquat. Altè dictum, *Superbiæ carnes.* Addit propiùs ad rem: *Beneuolentiæ, non odij ſignum eſt reprehendere: ambo enim probrum obijciunt & amicus & inimicus; ſed inimicus quidem irridens, amicus verò beneuolens.* Sic Deus beneuolâ prouidentiâ tribulationes immittit; nam *diſciplina carens increpatione, errat.*

---

§. CCI.

Nimius diſtrictiùs rigor, ſuperiorum politiam inuitat: ergo benignitatis myſterio gubernandum eſt.

1. Caſſiod. l. 11. variar. ep. 40. *Qui periculosè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus.*

QVamuis nomen ipſum Iudicis (ait Caſſiodorus) *datum videatur eſſe iuſtitiæ, & totius anni orbitam æquitatis iubeamur ambulare veſtigijs: his tamen diebus in domicilium pietatis iure deflectimus; vt ad Redemptorem omnium remiſſionis itinere peruenire poſſimus. Ex hac enim virtute ſuauiſſimos fructus legimus; & remittendo alijs, nobis parcimus. Nam qui periculosè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus. Quapropter pœnas abdicamus, tormenta damnamus, & tunc verè iudices ſumus. Macte Indulgentia, quæ ſolùs & Præſulee: Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medica ſingularis: quis tuo non egeat munere, cùm ſit peccare commune? Ab vniuerſis neceſſariò peteris: quando ſub te ſpes vitæ ſumitur, quæ ſub iuſtitiâ non habetur. Pietas eſt quæ regit & cælos. O ſi tecum liceret longis temporibus habitare, totus excluderetur reatus, & parcendo fieret, vt parca tollerentur.*

2. 4 Reg. 2. v. 9. & 10.

4. Regum 2. rapiendum in æthera Eliam tenaci ſtudioſiùs ſequelâ Eliſeus ſequitur, bonâ hereditandi ſpiritûs auaritiâ. Dixit autem Elias ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. *Dixitque Eliſeus: Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti,* &c. *τὸ duplex* multi è Commentatoribus tribuunt Eliæ. Quaſi dicat: Oro, ô Elia, vt *tuus ſpiritus duplex*, id eſt, multiplex, validus, eximius, in me deriuetur; vt te abeunte, ego quaſi filius tibi in ſpiritu tuo eximio, velut in hereditate ſpirituali ſuccedam. Ceterùm

S. Ambroſ. B. Petr. Dam. Abulenſis.

S. Ambroſius, B. Petrus Damianus, & alij plures *τὸ duplex* interpretantur duplo maiorem. Probat Abulenſis q. 15. Nam Elias ſciebat quod Eliſeus futurus erat ſibi ſucceſſor in

3. Reg. c. 19 v. 16.

prophetiâ: nam Deus dixerat ei: Vnges Eliſeum in Prophetam pro te, id eſt, ſucceſſorem tuum; & tamen quando Eliſeus dixit: Obſecro vt fiat duplex ſpiritus tuus in me, reſpondit Elias: Rem difficilem poſtulaſti, cùm ſciret eum futurum ſucceſſorem ſuum: ergo videtur quòd petebat ſpiritum duplo maiorem: *& iſta erat res difficilis*, quia tunc erat plus, quàm ſucceſſor Eliæ. Ceterùm cùm

LXX Interp. Theodoret.

in L X X. Interpretibus pro *τὸ rem difficilem poſtulaſti*, excribatur, *Obdurauiſti vt peteres*, inde Theodoretus explicatiùs, & ad rem opportuniùs hunc locum exponit. Quærit q. 7. *Quánam ob cauſſam cùm petijſſet Eliſeus duplicem gratiam, magnus dixit Elias: Obdurauiſti vt peteres?* Reſpondet verbis expenſione digniſſimis: *Hoc dixit, non inuidens gra-*

Duplex Eliæ ſpiritus, id eſt, duplicatus rigor, regendo populo vndenum.

tiam Diſcipulo, ſed curam gerens aliorum hominum. Nam quoniam tribus annis & ſex menſibus, impiè ſe gerentes fame caſtigauit homines: neceſſe autem erat vt qui duplicis erat heres gratiæ, res efficeret duplo maiores, ex ijs autem erat ea pœna quæ irroganda erat per famem, ei parcens dixit: Obdurauiſti vt peteres. Nempe qui addit præfecturam diſtrictiùs exercendam, & duris pœnis obeundam, etſi iuſtiſſima ſint irroganda ſupplicia, nec ſceleribus æqualia, *rem difficilem* expoſcit, *obdurnit vt petat*, quaſi ſaxeſcat aut rupeſcat ſuperior, qui ſic durè præfecturam adminiſtrat. Auſterus & diu inexorabilis Elias, & vltrà triennium rigorum meta, iam ſic miteſcit, & populo etſi obſtinatiſſimo *parcere* exoptat: ergo planè rupeam duritiem æmulari videtur, & valdè *obdurniſſe*, qui diſtrictiores pœnas adhuc ex munere meditatur. Hem! homini velut *obdurato* pariatur ſuperior, qui ſeueriores pœnaliſſimè pariter ac iuſtiſſimè rigores protelare ſatagit? Quaſi dicat: Genti peccatrici, cui Elias parcit, Eliſeus non parcat? *Pœna parcens dixit* Elias Eliſeo: *Obdurauiſti vt peteres.* Profectò durities obſtinati populi, plerumque non benè ſuperioris duritie domatur. Saxum ſaxo illiditur: quid ſperes, niſi fragorem,

Homo humanitate regendus.
Seneca l. de consol. c. 25.

ſtragorem, fractionem, & vtrinque ignium ſcintillas? Propè eſt vt non æquè damnet, qui ſæpè damnat. *Remiſſiùs imperanti meliùs paretur. Naturâ contumax eſt humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, ſequitúrque faciliùs, quàm ducitur. Et vt generoſi ac nobiles equi meliùs facili freno reguntur, ita clementiam voluntaria innocentia impetu ſuo ſequitur. Plus itaque hac viâ proficitur. Crudelitas minimè humanum malum eſt. Ferina iſta rabies eſt ſanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in ſiluestrem animum tranſire.*

His verſ. 41.

Quò pudeat hoſce Senes libidine molles, prætorio gladio, & ſubdolâ fraude in Suſannam innocentiſſimam ſic durè feroci iſſe.

3\. Matthæi 10. Apoſtolos recens electos, & futuros Eccleſiæ Antiſtites, cùm ad euulgandum Iudæis Euangelium Chriſtus mittit, ſic priùs erudit: Nolite, inquit, poſſidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: *non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*, &c. Quid eſt, quòd hîc Apoſtoli prohibentur in viâ portare *virgam*, cùm Marcus contrarium doceat, ſcilicet, *ſed virgam tantùm?* Reſpondet ibi Cornelius, Marcum loqui de virgâ ſeu baculo & fulcimine, cui innitantur. Hic enim eſt ſymbolum viatorum pauperum, qui baculo innixi fatigationem leuant, ſicut inceſſit Iacob peregrinans in Meſopotamiam. Matthæus verò hîc loquitur de virgâ vindicatoriâ, quod erat inſigne honoris & poteſtatis, quale eſt ſceptrum Regum, faſces Conſulum, virga Prætorum & Iudicum. Hinc virgiferi vocabantur lictores & viatores, per quos Magiſtratus denunciabant, quid vellent fieri: horum enim inſigne erat virga, quam geſtabant. Sic & Iudæorum Doctores virgam manu ferebant, velut doctrinæ inſigne. Hanc Apoſtolis vetat Chriſtus, quia iubet eos præ ſe ferre modeſtiam, humilitatem, non auctoritatem, & diſtrictam poteſtatem. Appoſitè Ambroſius lib. 7. in Lucæ cap. 10. ita ſcribit: *Non virgas in manu iubentur tollere Apoſtoli. Quid eſt virga, niſi præferendæ poteſtatis inſigne, & vlciſcendi inſtrumentum doloris? Ergo humilis Domini (in humilitate enim iudicium eius ſublatum eſt) humilis inquam, Domini præceptum, Diſcipuli eius humilitatis officiis exequuntur. Eos enim miſit ad ſeminandam fidem, qui non cogerent, ſed docerent: nec vim poteſtatis exercerent, ſed doctrinam humilitatis attollerent.* Bonus Dominus, & pulchra Rectorum idea, qui virgam quam poteſtate dedit, oſtentationi ademit: dedit ad auctoritatem, diſſimulat ad pietatem. Mitis ſuperiorum humilitas virgam abſcondit, quaſi *humilitate iudicium eius ſublatum ſit*; non autem eſt ſublatum, ſed piâ humilitate diſſimulatum, vt contumax hominum ingenium, non vi duci, ſed ſpontè ſequi cogatur.

Matth. 10. v. 10.
Marci 6. v. 9.
Cornelius in Matth. c. 10.
Apoſtoli ſine virgâ mittuntur, ne inſigne poteſtatis præferrent.
S. Ambroſ.

4\. Pergit inibi Ambroſius, & ſic curſim elucidat illud Paulli: *Quid vultis? in virgâ veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Sed & Paullus virgam quidem minatur, ſed in ſpiritu manſuetudinis viſitat delinquentes. Denique vt ſcias mitem eſſe Doctorem, eorum ipſorum quos arguit, conſulit voluntatem. Quid vultis, inquit, in virgâ veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Semel virgam dixit, bis mitiora ſubiecit, adyciens manſuetudinem charitati. Priùs tamen minatus eſt virgam, ſed exhibuit manſuetudinem...... Abiecit virgam, & affectum charitatis aſſumpſit.* Ecce Apoſtolus ſemel virgam, & quidem dumtaxat comminatam, & ad arbitrium corrigendorum poſuit; bis autem manſuetudinem; vt comminatæ ad nutum virgæ rigorem, geminata lenitas diluerer, vel potiùs expiaret. Luculenter quidem Ambroſius.

1. Corinth. 4. v. 21.
S. Ambroſ.
Comminatâ ſemel dumtaxat virgâ, geminata manſuetudo diluit, & expiat.

5\. Iob 29. quàm modeſtè regnum adminiſtrauerit, ad ſuperiorum eruditionem paucis deſcribit: *Cùm ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.* Benè eſt, Iobus tanquam Rex ſedeat in maieſtatis ſolio, circumſeptus militari ſatellitio: ſed opinor, his armorum minis dum ſedet ad iudicandum, iudicij ſeueritas minimè reſpondet. A *circumſtante exercitu* vulnera, imò & fulmina damnationum timeres: ſed reorum timor in veniam, & conſolationem permutatur. Quorſum minax exercitus ſubſellia circumſtat, quæ mœrentium conſolationem dulciùs ſtillant? Vacat armati ſatellitij opera, vbi pietatis negotium exercetur: nam ad rem iudiciariæ pietatis, fruſtrà exercitus obarmatur. Profectò opinari quiſpiam poſſet, in iudicio pietatem plerumque exercente, *exercitum circumſtantem* non eſſe ſuperuacuum: nam indiſcretus plurimorum zelus ſic pietate Rectoris vritur, & obtentu iuſtitiæ ſic ſæpè inſoleſcit, vt iudiciaria pietas (ſæpiùs neceſſaria ad Reipublicæ gubernationem) ad benignitatem potiùs, quàm ad rigores armanda ſit, vt nimij zeli furores exarmet. Sic interdum ſtulteſcit, vel furit male iuſtus quorumdam zelus! O nimis verè! Aliter S. Gregorius lib. 20. Moralium c. 8. locum ad rem commentatur: *Sciendum nobis eſt, quod valdè lectorem ædificare etiam iuxta hiſtoriam poteſt, ſi perpendat quomodo bonis Rectoribus mixta ſit, & regendi auctoritas, & benignitas conſolandi. Ait enim: Cumque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu: ecce auctoritas regiminis. Eram tamen mærentium conſolator: ecce myſterium pietatis.* Scilicet circumſtans ſuperioribus exercitus, & armata velut pugnaciter auctoritas ad edomandam ſubditorum contumaciam, & vitiorum furorem, rigores minaciter oſtentet; ſed iudicium lenitate peragatur: *ecce myſterium pietatis*; quod armatam pietatem præfert, ſed reapſe clementiâ perficitur: & quod in minis cœpit, in pietate conſummatur. *Remiſſiùs imperanti meliùs paretur.* O quoties, quod durities non eualet, domat lenitas! Caue ne ſubditus diſtrictiori pœnâ, dum verecundiam exuit, contumaciam oppigneret.

Iob 29. v. 25.
Qui leniter gubernat, exercitu contra zelatores opportunè armatur.
S. Gregor.
Superior myſterio pietatis clemens eſſe.

6\. Geneſeos 42. perduellionis reatu notantur eius fratres à Ioſepho, Ægypti Præfecto: Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: *Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.* Imbenè iuraſſe videtur ſanctiſſimus Patriarcha; nam

Gen. 42. v. 14. & 15.
Auſtera punitio, flagitia immenis, aut facit. quare?

licèt

licèt ſuus Beniamin non veniret, minimè *exploratores* erant. Sapienter inibi Auguſtinus quæſt. 139. ſic addubitat: *Hoc autem quomodo verum eſt: Si non verum dicitis, exploratores eſtis, cùm, etiamſi mentiantur, non ſint exploratores? Sed hoc eſt, quòd dixi, ita dictum eſſe, Exploratores eſtis, tanquam ſi dictum eſſet, exploratorum pœnâ digni eſtis: hoc eſt, exploratores deputabimini merito mendacij veſtri. Eſtis autem, potuiſſe dici, pro habebimini, vel deputabimini, innumera ſimiles locutiones docent.* Itaque veridico etiam Ioſephi ore, qui exploratorum pœnâ acerbiùs punitur, etſi re verâ explorator non ſit, explorator dicitur, quia explorator deputatur. Quaſi exploratoris pœna exploratorem inueniat, aut faciat. Neque enim exinceps pudebit eſſe, quod ritè in iudicio pœnæ ſuffragio publicè deputatur. O viderit Præpoſitorum rigor, ne pœnale ſupplicium, dum pudorem auferr, crimina parturiat!

S. Auguſtin.

§ CCII.

In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo.

1. Philo Iud. *Largior Dei beneficentia, & mendica hominis indigentia.*

PHilo Iudæus lib. de Mundi opificio: Deus, inquit, nemine mouente (quis enim erat alius?) ſuopte conſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copioſè largitérque profundere in naturam nullius bonæ rei per ſe capacem ſine diuinâ munificentiâ. Attamen non pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirùm infinitæ ac incomprehenſibilis; ſed attemperat ſe ad vires eorum, quos dignatur ſua beneficentia. Nec enim ſicut Deus ad benefaciendum propenſus eſt, ita creatura ad accipienda beneficia, illius enim potentia longè ſuperat: at huius infirmitas impar eſt eorum magnitudini; ſuccumberétque, niſi Deus pro cuiuſque portione moderaretur ſuam gratiam. Hæc ille, quibus & largiorem Dei beneficentiam, & mendicam hominis indigentiam luculenter exponit.

2. Ioann. 15. v. 16.

Ioannis 15. ſic Chriſtus Deus Diſcipulos alloquitur: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Quaſi dicat: Non vos priores me elegiſtis in magiſtrum & Dominum; ſed ego prior vos elegi & vocaui, meaque vocatione & gratiâ effeci, vt eſſetis mei amici, diſcipuli, & Apoſtoli, & aſſequeremini appendices Apoſtolatui gratias & glorias. Hunc locum ſic explanat Irenæus lib. 4. cap. 28. *Non quaſi indigens Deus hominis, plaſmauit Adam, ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia.... Seruitus erga Deum, Deo quidem nihil præſtat, nec opus eſt Deo humano obſequio. Ipſe autem ſequentibus & ſeruientibus ei, vitam & incorruptelam, & gloriam æternam attribuit, beneficium præſtans ſeruientibus ſibi ob id quod ſeruiunt, ſed non beneficium ipſo ab eis accipiente. Etenim diues, perfectus, & ſine indigentia.* Nota attentiùs verba, quæ ad rem opportunè ſubiicit: *Propter hoc autem requirit Deus ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus & miſericors, beneficiat eis, qui perſeuerant in ſeruitute eius. In quantum enim Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione. Hæc enim gloria hominis permanere in Dei ſeruitute. Et propter hoc dicebat Diſcipulis ſuis Dominus: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos; ſignificans quoniam non ipſi glorificabant eum ſequentes eum; ſed in eo quod ſequerentur Filium Dei, glorificabantur ab eo.* Expende ſubtiliùs illam Irenæi ſententiam, quâ cognatam homini indigentiam, diuinæ independentiæ pariat. *In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Deus infinitè ſibi ſufficiens eſt, ſe ſolo totus, & plenus; ſummum in ſe & à ſe bonum immenſè perfectum; & inde nullius hominis indigum. Non poteſt eſſe maior indigentia aut independentia, quàm hæc, quâ infinitus Deus conſtat, & quæ eius incomprehenſibilem naturam explicatiùs deſcribit, & mentibus notificat. Par ergo dicitur (an quia vtraque eſſentialis?) indigentia hominis à Deo, quàm inindigentia Dei ab homine. *In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Profundè quidem Irenæus.

S. Irenæus.

In quantum Deus nullius indiget, in tantùm homo indiget Deo.

3. Gen. 1. v. 16.

Geneſeos 1. quartâ mundialis opificij die, Solem & Lunam Deus creauit: *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Vtriuſque gloriam aliè buccinat Siracides, facundus Solis ac Lunæ encomiaſtes: Altitudinis, inquit, firmamentum pulchritudo eius eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ. Sol in aſpectu annuncians in exitu, *Vas admirabile opus Excelſi, &c.* Et Luna in omnibus in tempore ſuo. *Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cæli reſplendens glorioſè.* Adeò prænitet in mundo, Solis & Lunæ gloria, vt tametſi à Deo facta identidem in ſcripturis dicantur, ad errorum cautelam; tamen non tanquam diei ac noctis præſides à Deo conſtituti, & eius ſubpræfecti; ſed velut cæli ac mundi reges, & vera numina à multis adorentur. Sic pulchritudinis nitor, & continua largiter beneficentia, hominum credulitatem ſubornarunt? Tantùm ſplendidiori munificentiæ licet! Verùm quàm ſtulteſcat hic error, & quàm ſit noxius hominibus, qui illum fabricarunt, acutè ediſſerit Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. ſub titulo *de Deo*, ſic ad rem fatus: *Cùm itaque aberrauerint quidam ab vno Deo, diuerſimodè multi ſentiebant. Ac alij quidem Solem ponebant, vt occidente Sole, noctis tempore ſine Deo eſſent: alij verò Lunam, vt in die Deum non haberent.* Nempè quiſquis Solem aut Lunam tanquam Deum colit, etſi vnum verum Numen in plures Deos fœcundè multiplicare videatur; tamen impiè & noxiè ſemiatheiſmum profitetur; nam aut nocte, aut interdiu Atheus eſt, cùm ſine Deo ſit. Qui Soli diuinos exhibent honores, totâ nocte Deo carent: qui verò Lunam quaſi Deum colunt, in die Deo viduantur; & abſentem Deum, velut tunc nullum, Nũmine ſuo exauctorant. Reuerentia adorationis, & depoſitionis contumelia vices reciprocant. O fatui homines, qui propter ſplendidam Solis beneficentiam, & obſcuram eorum indigentiam, eum tanquam Deum venerantur; ſic ſtulteſcunt, vt

Eccli. 43. v. & 9.

S. Cyr. Ieroſ.

Qui Solem aut Lunam quaſi Deum adorat, aut noctu, aut interdiu ſine Deo eſt.

non

non aduertant, totâ ſe nocte Deo catituros! Periit, periit homo toto tempore, quo nullus ei Deus eſt. Porrò *in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Conſultiſſimè Suſanna, Idololatræ Babylonis inquilina, cùm extremè calamitoſa erat diuinæ opis maximè indiga, Deum aduocans auxiliatrem, illum appellat *æternum*, quaſi piâ inuocatione Deos diurnos nocturnóſve religiosè abiurauerit. A Deo æterno auxilium expoſcit, & alternantem vicibus diuinitatem

Hic verſ.42. refutat. *Exclamauit autem voce magnâ Suſanna, & dixit: Deus æterne*, &c.

4. 2.Corinth.12.ita Paullus ſcribit: *Virtus in*
2.Cor. 12. v.9. *infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Sententia generalis eſt, & quaſi axioma morale, de quâuis hominis *infirmitate*, imbecillitate, indigentiâ, quâ Dei *virtus perfici*

Græc. dicitur. Pro *virtus* Græcè eſt *δύναμίς μου, potentia, fortitudo mea.* Hæc ergo Dei potentia humanâ infirmitate, tenuitate, & mendicitate perficitur: quia quò maior eſt infirmitas, eò maior à Deo fortitudo ad eam ſuperandam ſuggeritur; quò magis virtus, omnipotentia, & beneficentia Dei cognoſcitur, & perfe-

S.Irenæus. ctior probatur. Sapienter Irenæus lib.3. aduersùs Hæreſ.cap.22. *Magnanimus*, inquit, *fuit Deus deficiente homine, eamque per verbum eſſe victoriam reddendam ei prouidens. Cùm enim perficiebatur virtus in infirmitate, benignitatem Dei, & magnificentiſſimam oſtendebat virtutem..*

Dei virtus, hominis defectu perfici dicitur. quare. *Gloria enim hominis, Deus, operationis verò Dei, & omnis ſapientiæ eius, & virtutis receptaculum, homo.* Itaque ex hominis defectu, infirmitate, & naturâ omniũ indigâ, Deus, cùm vim ſuam beneficam exerit ad opem, dicitur *magnanimus*, & *beneficentiſſimus*: nam omnis ſapientiæ, operationis, ac virtutis Dei *receptaculum, ho-*

Tertullian. *mo.* Irenæo Tertullianus concinit lib.de Reſurr. carn. cap.9. vbi poſtquam multa carnis probra, quibus infeſtatur, recenſuiſſet, ſubdit: *Auſim dicere, ſi hæc carni non accidiſſent, benignitas, gratia, miſericordia, & omnis vis Dei beneficen vacuiſſet.* Nam ab expromptâ tot infirmitatibus, miſeriis, ac egeſtatibus ope, Dei *virtus perficitur*, id eſt, *benignus, magnanimus*, & *magnificentiſſimus* oſtenditur. Idcircò altè di-

Clem. Alex. xit Clemens Alexandrinus lib.3.Strom. *Sicut*
Velut elementa mũdi ſunt dare, & accipere. *mundus componitur ex contrariis, nempè ex calido & frigido; ita etiam ex his* (ex eo, inquam) *qui dat, & ex his qui accipiunt*, quaſi ethici mundi elementa, quibus inuisè componitur, ſit Deus infinitè beneficus, largiter donans; & homo indigenter mendicus, & omnium indigus, beneficia à Deo inceſſanter accipiens. Nam *in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.*

5. Actorum 17. Athenis Paullus aram ignoto
Act.17.v.25. & 28. Deo deſtinatam inuenit. Huius rei occaſione, ait ad illos: Quod ergo ignorantes colitis,

Vita corporis eſt anima, vita animæ Deus eſt. hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, *cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem & omnia......In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.* Profectò in Deo *viuimus, cùm ipſe det omnibus vitam*, iuxta illud

Auguſtini ſerm.18. de verbis Apoſtoli: *Vita* S.Auguſt.
corporis anima eſt, vita animæ Deus eſt. Quomodo autem in Deo ſimus, eius exponens im- *Dei immenſitas graphicè exponitur.*
menſitatem, ſic loquitur S. Gregorius lib. 2. Moral.cap.8. *Ipſe*, inquit, *manet intrà omnia, ipſe extrà omnia, ipſe ſuprà omnia, ipſe infrà omnia: & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſuſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem: ſurſum regens, deorſum continens, extrà circumdans, interiùs penetrans: nec aliâ ex parte ſuperior, aliâ inferior, aut aliâ ex parte interior, atque alia manet interior: ſed vnus idémque totus vbique præſidendo ſuſtinens, ſuſtinendo præſidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans: vnde ſuperiùs præſidens, inde inferiùs ſuſtinens; & vnde exteriùs ambiens, inde interiùs replens: ſine inquietudine ſuperiùs regens, ſine labore inferiùs ſuſtinens, interiùs ſine extenuatione penetrans, exteriùs ſine extenſione circumdans. Eſt itaque inferior & ſuperior ſine loco, eſt amplior ſine latitudine, eſt ſubtilior ſine extenuatione.* Eleganter æquè ac ſubtiliter exponit Gregorius quomodo in Deo ſimus, & in nobis Deus viciſſim exiſtit. *Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.*

Quod Empedocles breuiùs ediſſerit, his ver- Empedocl.
bis Deum luculenter definiens: *Deus*, inquit, *eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.* Circulus autem & immenſæ æternitatis, & immenſæ perfectionis eſt ſymbolum.

Sed adhuc explicatiùs tradere lubet, quo- 6.
modo Deus *det omnibus* vitam, & inſpiratio- Act.17.v.25.
nem, & *omnia.* Num Deus *omnia omnibus dat?* *Inuicto complexu Deus omnia omnibus dat.*
S.Dionyſius cap.7. de diuin. nomin. ait diuinam monadem ſeu vnitatem in tribus per-
ſonis, ſe è cæleſtibus in omnia, etiam ima S.Dionyſ.
diffundere, *vt quæ ſit primum*, ait, *omnis eſſentia principium & cauſa; eamdémque omnia eximio modo complexu ſuo, qui inuictus ſit, continere.* Quid eſt quòd Deus *inuicto* cauſæ complexu omnia continet? Vnde nunc victoria Deo adſcribitur? Sed de hoc aliàs.

---

§. CCIII.

Sit veritas homini cognata, quâ integer homo eſt, potenter inſuperabilis, & præcoquus cæli inquilinus.

VErum ſemper illud: Deſideria naturalia, 1.
finita ſunt; ex falsâ opinione naſcentia, Seneca de rem.fort.
vbi deſinant non habent. *Nullus enim terminus falſo eſt, veritati aliquid extremum eſt: error immenſus eſt.* Retrahe te ergo à vanis, ne immenſum erres, quia vbi conſiſtas non habes. Argumentum humanæ mentis, veritas eſt, & cogitationum baſis: quare diſcurſus qui ei non incumbit, tanquam fulcro deſtitutus titubat, & ſenſim procumbit. Vt heliotropium perpetuò ad Solem, ſic intellectus ad veritatem. Riualis ſemper veritatis hanc amat, huic ſtudet, cum hac deliciatur, in illius amplexu totus. Quid tam ingratũ mẽti quàm error? quid tam gratum rationi quàm veritas? Sæpè vel impuriſſimos quoſque ad aſſentiendũ veritati, *etiam ſine ratione ipſa veritas ducit* cæcâ felicitate. Itaque inſcius veridicos quæ- Senec.ep 95.

Nullus eſt terminus falſo; veritati aliquid extremum eſt.

Etiam ſine ratione ipſa ad ſe ducit veritas.

rat magiſtros, dubius prudẽter cõſulat, certus diſcurſu certiùs fundet, & vna veritas animi vota impleat. Qui veritatẽ quærit, & inuenit, Chriſtum tenet: ipſe enim eſt *via, & veritas.*

Ioann. 14. v. 5.

2. Pſalmo 84. regius Vates non valdè generoſos veritatis prodit natales: *Veritas de terrâ orta eſt*, inquit. Genebrardus ibi ex Hebræo textu legit: *Veritas de terrâ efflorwit. Per metaphoram à ſtirpibus*, id dictum putat. At terra, vt veritatum ſterilis, ſic mendaciorum nimis fœcunda matria eſt. Nam terrenus homo, qui terræ nomine innuitur, non habet de ſe niſi mendacium, & peccatum, hoc eſt, mentis, oris atque operis mendacium. Quomodo ergo ex hac terrâ veritas *orietur, & efflorebit?* Sententioſè Panormitanus lib. 1. de geſtis Alfonſi, hanc ex ipſo Rege gnomẽ proponit, quaſi ad hunc locum tacitè adludat: *Veritas*, ait, *omnibus quidem innata eſſe debet.* O quàm benè exculta eſſe oportet terra humani cordis, virtutum vomere proſciſa, & cæleſti imbre irrigata, vt veritas illi cognata & *innata* ſit, veritas de illâ *oriatur*, pullulet, vernet, *efflorescat*, & vberi fructu fœcundiùs autumnet! Arcanum quoddam ſemen veritatis à ſatore Deo ſparſum, in hominis ratione animitus latet, & fotu mentia veritatum naturaliter ſtudioſæ, veritatem profert mente, ore, manu. Spontiua ſit veritas, quæ hominibus *innata eſſe debet*: nam *veritas de terrâ orta eſt, & de terrâ efflorwit*, ſed cælitus irrigatâ, vt peregrinos ſibi fructus afferat vberi ſemper prouentu. O felix terra, quæ veritatis fructus ſpontiuos abundè donat! O, volupe ſit omnibus veritatem amare, colere, venerari, vt vera ſemper animitus profetamus!

Pſalm. 84. v. 12. Genebrard. Hebræus *Veritas, quæ de terrâ efflorescit, omnibus cognata eſſe debet.* Panormit.

3. Deuteronomij 6. hæc Moyſis vox auditur: *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.* Hebraïcè habetur: *Audi Iſraël, Deus, Deus noſter Deus vnus eſt.* Ratio cur Deus ſit vnus, eſt, quia Deus eſt ens ſimpliciſſimum, æquè ac abſolutiſſimum, & perfectiſſimum. Si enim eſſent duo Dij, vnus haberet aliquid perfectionis quod non haberet alius, & conſequenter aliquid perfectionis vtrique deeſſet: ergo neuter eſſet abſolutè perfectiſſimus; ergo neuter eſſet Deus. Deus enim omnium rerum perfectiones in ſe continet & complectitur: non autem contineret perfectionem veritatis, ſi non vnus, ſed multiplex eſſet. Audiendus eſt magnus Theologus Dionyſius Areopagita apud Anton. in Meliſſâ cap. 21. Quid eſt veritas? eſt Deus, *vtpotè vnum, non multa ſecundùm naturam. Verum quippè vnum eſt, mendacium autem multiplex.* Grandius quidem veritatis elogium eſt, quòd ſublimiſſimam Dei naturam naturaliter deſcribat, adumbret, exponat! Sanè mendacium eſt Deorum multiplicitas, quæ vnitate, id eſt, ſummâ veritatis laude viduatur: *Verum quidem vnum eſt, mendacium autem multiplex.* Vnde vnus Deus, veritas eſt; multiplex autem Deus, mendacium; quia caret veritatis perfectione, ſcilicet vnitate. Nomen autem Deus ter reperitur, & *vnus* dicitur, quaſi ter vnus dicatur, & multipliciter ſeu omnimodè vnus, id eſt, vniſſimus; vt de aſſimilatione veritatis, eius ſumma perfectio propaletur.

Deut. 6. v. 4. Hebræus. *Deus vnus eſt, quia verum, vnum eſt: mendaciũ autem multiplex.* S. Dionyſius. Antonius.

4. Iob 1. Vir erat in terrâ Hus nomine Iob, *Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timẽs Deum.* Commendatus Iob à dignitate, patriâ, & nomine; nunc ab animi bonis, atque inter ea primùm conſtituuntur, quæ ad æquitatẽ rationis naturalis pertinere videntur, nempè (ait ibi Pineda) *ſimplicitas, & veracitas in dictis & factis.* Itaque vò *ſimplex*, perinde eſt ac *verax*, veritatis amator, ac ſtudioſus veritatis. Notat autem eruditus hic Auctor, quòd vox Hebræa, pro quâ vulgatus interpres vertit *ſimplex*, ſignificat etiam *immaculatum, plenum, integrũ*, quaſi qui ſimplex eſt, ſeu *verax*, ſit homo plenus & *integer* homo; mendax verò homo mutilus, ſeu non integer, & ſeipſo vacuus. De Diabolo ait Chriſtus Ioannis 8. Ille homicida erat ab initio, *& in veritate non ſtetit.* Quem locum ſic indidem exponit Cornelius: *In veritate non ſtetit, hoc eſt, in integritate.* Benè quidem: nam homo ſimplex ſeu *verax, plenus*, ſeu *integer* homo eſt: quare Angelus qui in veritate non ſtetit, *in integritate* non ſtetiſſe perhibetur: ac ſi veritas ſit *plenitudo & integritas* hominis & Angeli. O! qui verax non eſt, ſed mendaciis varius & multiplex, non plenus nec integer homo eſt, ſed ſemihomo, magnâ ex parte ſeipſo vacuus, quaſi veritas ſit hominis *plenitudo*, & illius *integritas*; & homo & Angelus veritate compleatur.

Iob. 1. v. 1. Pineda. Hebræus. *Veritas eſt hominis plenitudo & integritas.* Ioann. 8. v. 44. Cornelius.

Eſdræ 3. c. 4. Zorobabel veritatis encomiaſtes, ita de eâ coram loquitur: Veritas magna, inquit, & fortior præ omnibus. *Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipſam benedicit*, & omnia opera mouentur, & tremunt eam. Veritas manet, & *inualeſcit* in æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Et non eſt in iudicio eius iniquum, *ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & maieſtas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis.* Itaque fortitudine, regno, maieſtate, & poteſtate præ omnibus veritas *inualeſcit*, & cunctis præualet. Quare ſapiẽter dixit Æſchines: *Adeò valida eſt veritas, vt omnes humanas cogitationes ſuperet.* Nimirùm adſunt tribunali hi Senes verſutè malitioſi, barbaris libidinibus inſtigati, doloſis fraudibus armati; adſunt *pleni iniquâ cogitatione aduerſùs Suſannam vt interficerent eam.* Illi ipſi aderant accuſatores, teſtes, iudices: in mẽdacio callidè concinnato obſtinati erant animo pertinaciter flecti neſcio. Quid aduerſùs has *iniquas cogitationes inualeſcat* niſi veritas? nam *adeò valida eſt veritas, vt omnes humanas cogitationes ſuperet.* Veritas enim in ore *Pueri* haſce vaferrimas technas, & fraudes artificioſè compoſitas, id eſt, Senum & Iudicum *iniquas cogitationes ſuperauit.* O veritas, tua eſt *fortitudo*, tuum eſt *regnum*, tua eſt *poteſtas & maieſtas* omnium ſeculorum, tu *humanas cogitationes ſuperas*, & cunctis omnibus *inualeſcis!* Hac armatus *Puer* imbellia valido aſtutè Iudices exarmat, & de Suſannæ innocentiâ vindicias agit. 5.

3 Eſdræ 4. v. 40. *Veritas omnes humanas cogitationes ſuperat.* Æſchin. apud Cornel. in Ioan. c. 18. Hîc verſ. 28.

Paullus ad Philippenſes 3. *Noſtra*, inquit, *conuerſatio in cælis eſt.* Pro τὸ *conuerſatio*, Græcè eſt πολίτευμα, quod verbum, inquit Budæus, ſignificat regimen politicum reipublicæ, vel ciuitatis. Quaſi dicat: Noſtrum regimẽ, noſtra reſpublica, ciuitas noſtra in cælis eſt; nos gerimus vt municipes cælorũ; regnũ cœlorũ eſt ciuitas noſtra, cuius municipali iure vtimur. Vnde ſic verti & exponi poteſt hic locus: Quaſi præproperè in cælum duximus coloniam, 6.

Ad Philip. 3. v. 20. Budæus. *Veritas veridicos facit præcoquos cæli inquilinos, ſeu ciues.*

niam, conuerſamur vt ciues cælorum, qui ſcilicet legibus, conſuetudine, politiâ, iure, & linguâ regni cæleſtis viuimus. Vnde tam beatè præcoqua felicitas? Opinor, *vt conuerſatio in cælis*, ore peragitur, verbis præcipuè conſtat. Appoſitè Menander apud Stobæum ſerm. 11. *Veritas*, inquit, *cæli ciuis eſt, & ſola fruitur conuictu Deorum*, cælitum, inquam. Bona veritas, quæ cæli ciuis eſt, eiuéſque cæli præmaturè facit, dum cælitum conuictu, conuerſatione, & alloquio fruitur. Veritatis ſtudioſus, etſi adhuc in terris degat, cælicæ veritatis riualis, cæli inquilinus eſt, cæleſti conuictu, & conuerſatione fruitur. Eſt enim *Veritas cæli ciuis*: quare veridicus dicere cum Paullo audacter poteſt: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*.

Menander. Stobæus.

7\. Prouerbiorum 8. poſtquam Dei ſapientia, in architectandâ mundialis opificij mole, illi ſigillatim adfuiſſe dicitur, addit, *Cum eo eram cuncta componens*. Quæ verba ſic nonnulli ex Hebræo textu reddunt: *Aderam illi quaſi artifex*. Quaſi dicat: Ego ſapientia in opere creationis fui quaſi artifex Dei, qui totam vniuerſi molem optimè & elegantiſſimè diſpoſui. Quod Auguſtinus in ſententiis ſent. 386. veritati adſcribit, aiens: Deus eſt *prima vita, & prima eſſentia, vbi eſt prima ſapientia. Nam hæc eſt illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis*. Ecce artium, ſcientiarum, ac facultatum omnium *lex*, veritas dicitur. Qui huic veritatis *legi* obſequenter non paret, pertinaciter planè errat. Imò & veritas eſt *ars omnipotentis artificis*. Quæ enim *ars*, niſi *veritas* ipſa omnipotenter operari eualuiſſet, & adeò ſapienter mundi opificium ſextiduo condere, & conditum tam peritè gubernare? O! Veritatis ductu artifex peritè omnipotens agit. Vnde ſcitè dixit Plato lib. 5. de legibus. *Veritas tam Deo quàm hominibus ad omnia bona dux eſt*. Hem! Veritas, vel ipſius Dei *Dux* eſt? Quid potuit de veritate ſumptuoſiùs dici, & glorioſiùs prædicari? Ad omnia bona veritas homines ducit? Qui non eſt veritatis amator, omnia ſibi bona inuidet.

Prouerb. 8. v. 30.
Hebræus.
Veritas lex omnium artium: & ars omnipotentis artificis.
Auguſtin.
Veritas Deo & hominum dux dicitur.
Plato.

8\. Sapientiæ 1. ita ſcribitur: *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*, mendacem, inquam, qui mente dolos fabricat, & ore effutit; qui in corde & corde loquitur; hic, hic inquam, à ſe fugat Spiritum ſanctum, qui eſt mendacij refuga, ſicut peramans veritatis. Vnde dicitur, *ſpiritus veritatis*, quia omnis veritatis eſt auctor, ac ſolus puræ & integræ veritatis eſt doctor & largitor, qui docet nos omnem veritatem, nóſque à mendaciorum erroribus defæcari intentiùs exambit. Ad hunc locum tempeſtiuè adludit S. Antiochus hom. 66. ita fatus: *Neceſſe eſt ex hominis ore nullum effundi ſermonem, qui non veritati omnino innitatur, vt ſpiritus ille veritatis, qui idem Deus eſt, intelligatur in hac carne ſibi delegiſſe domicilium, qui per hoc apud omne humanum genus comperietur veridicus, atque ita demum glorificabitur Dominus habitans hominem, dum in omni verbo verax eſt Dominus, nec vllum poſſit de ipſo deprehendi mendacium*. Vide rationem optimam, ob quam *Spiritus ſanctus effugiat fictum*, hoc eſt, mendacem; nempè quia cùm ſit *ſpiritus veritatis*, veracem hominem, tanquam proprium *domicilium* eligit, & ipſe in illo loqui videtur. Quod ſi verax eſſe deſiit, & falſa loquatur, putabitur ipſe ſpiritus eſſe mendax falſidici hominis mendacio. Inde quamtocyùs mendacem *Spiritus ſanctus, ſpiritus veritatis effugit*, ne illi vllo modo mendacium adſcribatur. Quo magis hoſce mendaciſſimos Senes deteſteris.

Sapient. 1. v. 5.
Ioann. 14. v. 17.
Spiritus ſanctus mendacē effugit, ne illi mendacium adſcribatur.
S. Antioch.
Hic verſ. 42.

§. CCIV.

Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimodè vindicatur.

1\. Seneca epiſt. 84. ſic ſuo Lucilio reſcribit: Singulos, inquit, dies tibi meos, & quidem totos indicare iubes. Benè de me iudicas, ſi nihil eſſe in illis putas, quod abſcondam. *Sic certè viuendum eſt tanquam in conſpectu viuamus, ſic cogitandum tanquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit. Et poteſt: quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum? Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & cogitationibus medijs interuenit*. Cùm nihil Deo clauſum ſit, Suſanna opportunè palam exclamat voce magnâ, quæ Gentium fidem erudiat, & ſuam innocentiam prodat: *Deus*, inquit, *æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant* (ergo potiùs quæ facta ſunt) *tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me*. Deus autem ſecretorum etiam bene ſcius, præſtò auxiliaris adeſt, ſuam omniſcientiam demonſtrans beneficè præſentem: & impleuit illud Malachiæ: *Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris*. Teſtis velox adfuit Deus in iudicio aduersùs horum Senum ſuffragium mendax, & Danielis Prophetæ ſententiâ, & Suſannæ innocentiam vindicauit, & Senes *maleficos, & adulteros, & periuros* condignâ flagitiis pœnâ mulctauit. Fortunata eſt veritas quantumuis ſecreta, pro quâ Deus tanquam *teſtis velox in iudicio* ſuffragium tulit. Euge Suſanna, ſcientiæ Dei vindex, ab eâ fideliter vindicata.

Seneca.
Occultis hominum cogitationibus Deus intereſt.
Hic verſ. 42.
Malach. 3. v. 5.
Deus Suſannæ adfuit, tanquam teſtis velox.

2\. Ieremias cap. 1. ita ſcribit: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video*. Theodotion vertit, *ego video virgam amygdalinam*, quæ prima inter arbores euigilat, id eſt, ſollicita eſt velut ocellis gemmare, & florere. Vnde nonnulli exponunt, *virgam oculatam*, vel *oculos apertos & vigiles habentem*. Quid ſignificat hæc oculata virga, quam Deus Prophetæ demonſtrat? Sapienter Cyrillus Alex. lib. 9. contra Iulianum, ſic ad rem ſcribit: Ægyptij per Hieroglyphicos *volentes ſignificare Deum, hoc eſt, ſummam, & quæ ſuper omnia eſt naturam, pingebant oculum, cui baculum ſubſtituebant, vt per hoc intelligatur quòd omnia videat, & ſit ei regia dignitas. Nam ſceptrum ferè ſemper Regis intelligitur ſymbolum: quamuis etiam per ſtantem baculum quod nullo modo diuina natura labefactari poſſit, ſed quaſi ſemper ſtare, & quodammodo ſuſtinere & fundare omnia, diſcatur*. Itaque *oculus ſceptro* ſuperpoſitus, aptiſſimum diuinæ naturæ hieroglyphicum eſt, quo auguſtior, præclarior,

Ierem. 1. v. 11
Theodotion.
Viegas in Apoc. com. 1. ſect. 1.
S. Cyrillus.
Oculus ſuprà ſceptrum, Deo hieroglyphicum eſt.

& ſublimior Dei ſcientia denotatur. Quid *ſceptro* auguſtius? quid *oculo* præclarius? Sceptrum oculatum mente pinge, & Deum auguſtè omniſcium ſapienter deſcripſiſti.

3. Siracides Eccleſiaſtici 23. Omnis homo, inquit, qui tranſgreditur lectum ſuum, contemnens animam ſuam: & dicens: *Quis me videt?* tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus.

Eccli. 23. v. 17.

Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius. Peccator qui ad peccandi licentiam & audaciam, apud ſe dicit, *quis me videt?* non cogitat illud Philoſophi

Seneca. *Deus totus eſt oculus, totus mens, totus ratio.*

Gentilis: *Etiam ſi ſcirem homines ignoraturos, & Deum ignoſciturum, tamen peccare nollem, ob peccati turpitudinem.* O impiè ſceleroſa vox, & ſceleratum lenocinium, *quis me videt?* An neſcis, *quoniam omnia videt oculus illius?*

Tertullian.

Profundè Tertullianus lib. de Trinitate: *Deus totus eſt oculus*, ait: & ſic totus totum videt, quæ eſt perſpicaciæ mera: quia nihil perſpicaciæ exors in Deo eſt. Deus enim quantus quantus eſt, oculus eſt, mens eſt, intellectus eſt. Bellè Seneca in Proœmio ad lib. Natur. quæſt. *Quid*, inquit, *eſt Deus? Mens vniuerſi. Quid eſt Deus? Quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demùm magnitudo ſua illi redditur, quâ nihil maius excogitari poteſt. Si ſolus eſt omnia, opus ſuum & extra & intrà tenet. Quid ergo intereſt inter naturam Dei, & noſtram? Noſtri melior pars, animus eſt, in illo nulla pars extra animum. Totus ratio eſt.* Sic *omnia videt oculus illius*, qui *totus oculus eſt.*

4. 1. Regum 2. ſublimis illa Annæ vox auditur:

1. Reg. 2. v. 3.

Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. Nimirùm Deus ſcit & præuidet omnia, tam futura, quàm præterita, & præſentia, illáque cum his connectit. Quare ipſi Deo humanæ cogitationes quantumuis abſtruſæ in latibulo cordis, paratæ ſunt, id eſt, apertæ, cognitæ, & præſentes. Nihil non ſcit, non ſentit, non præſentit. Inde *ſcientiarum Deus* appellatur, quaſi omnes ſcientias, ſeu omnes notitias habeat, quas etiam ſenſuum ingenia percipiunt. Profundè naturalis Philoſophiæ princeps ait:

Deus totus eſt ſenſus, viſus, auditus, manus, pes. quare?
Plinius l. 2. c. 7.

Deus totus eſt ſenſus, totus eſt viſus, totus auditus, totus anima totus animi totus ſui. Dicit, Deus totus eſt *ſenſus*, quaſi à Paullo didicerit, *Quis cognouit ſenſum Domini?* Quem imitatus S. Auguſtinus epiſt. 3. ad Fortunatum: *Deus, ait, totus oculus eſt, totus manus, & totus pes; quia omnes videt, omnia operatur, & vbique eſt.*

Ad Rom. 11. v. 34.
S. Auguſt.

Pergit idem Auguſtinus ſerm. 46. de verbis Domini: *Ipſe timendus eſt in publico, ipſe in ſecreto. Procedis? videris: lucerna ardet? videt te: lucerna extincta eſt? videt te. In cubile intras? videt te. Ipſum time cui cura eſt vt videat te; & vel timendo caſtus eſto, aut ſi peccaueris quære vbi te non videat, & fac.* Moraliſſimè quidem Auguſtinus.

5. Geneſeos 4. patrato atrociùs parricidio, adeſt Caïno Deus tanti ſceleris vindex.

Gen. 4. v. 14.

Dixitque ad Dominum: *Ecce eycis me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Quaſi reus præſentiam iudicis Dei fugiam, latibula quæram. Ait ergo Caïn: Ecce Domine abſtuliſti à me fructus terræ, abſtuliſti gratiam & tutelam tuam, permittis me mihi, pro veniâ te conuenire non audeo, abſcondar à te, ſubterfugiam vt potero tuos oculos; & inde vagus & inſtabilis ero vbique: ſic poſitus extra faciem & aſpectum tuum; ſi tu me non perſequeris, quiſquis aliorum me inuenerit, occidet, méque tueri non potero tibi inuiſus. Nempe deſperat Cainus à facie Dei eiectus, & eius aſpectu (vt putabat) viduatus.

Dei oculi quādam probitatis neceſſitatem inducunt. quare?

Sic abſentia à Dei oculis, peccata oppignerat, & deſperationem negotiatur? E contrario etiam Dei aſpectus, probitatis eſt obſes. Sententiosè Boëtius lib. 5. de conſolat. Philoſoph. proſà 6.

Boëtius.

Auerſamini igitur vitia, colite virtutes: magna vobis indicta eſt neceſſitas probitatis, cùm ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis. Scilicet Cainus ab oculis Dei abſconſus, deſperationi confinis, obuiæ prauitati obnoxius ſibi videbatur. Verſari autem & conuerſari coram Deo, qui *totus eſt oculus*, totus mens, totus ratio, & *cuncta cernit*, exilium vitiorum eſt. & *magna nobis indicta neceſſitas probitatis.* Quid eſt *neceſſitas probitatis?* Porrò *neceſſitas* probitatem dediſcit, quæ de neceſſitate in quoduis aliud nomen tranſit. Hem! tantum diuinis oculis licet, vt quadam liberâ probitatis neceſſitate homines inuculent, & virtutibus adigant? Quare velut obſtinatè tenuit Suſanna *peccare in conſpectu Domini.* Et hi ſcele- Hic verſ. 23
roſiſſimi Senes vbi in eius concupiſcentiam exarſerunt, *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.* Hic verſ. 9.

Redeat ſemel expenſa Annæ modulata vox, iterùm perſtrictim emedullanda: *Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.* 6.

1. Reg. 2. v. 3.
Deus dicitur Mentium rex.

Sapienter dicitur Dominus, *ſcientiarum Deus*, vt nuper vidimus hîc n. 4. Quò forſan adludit Auguſtinus ita ſcribens: *Mentium rex Deus eſt.*

S. Auguſt. apud Card. Canone[illegible] Prophetar. Auctor ſeptem 2. ex S. Cyrill. Alex.

Quare *Oculus* (mentis ſymbolum) *ſceptro* ſuperpoſitus, Dei ænigmatica deſcriptio pingebatur, & appoſitum illius hieroglyphicum, quò ſceptrifer oculus, *mentium Rex, & ſcientiarum Deus* ſignificanter denotatur, & eius auguſtior ſapientia humano more ſublimiùs deſcribitur.

Indidem Siracides adhuc enucleandus: 7.
Peccator non intelligit, *quoniam omnia videt oculus illius* Dei inquam: Dei enim nomen eſt *Ille*, ſcilicet *qui eſt*, Exodi 3. Omnia Dei oculus videt, nihil omninò eum latet.

Eccli. 23. v. 27.
Exod 3. v. 14.
Plato.
Plotin. apud Cornel. in c. 40 l. 22.

Plato & Plotinus rogati, *quomodo Deus videre poſſit omnia?* reſpondent: *Quia tota hæc rerum machina in conſpectu Dei eſt inſtar puncti.* Quare Boëtius lib. 2. de conſolat. *Terra*, inquit, *eſt punctum puncti, ſcilicet mundi, qui punctum eſt, ſi cum Deo comparetur.*

Boëtius.
Totus mundus inſtar puncti eſt in conſpectu Dei.

Hinc vide quotula pars inferioris mundi ſit homo, & quàm de facili eum Deus circumſpiciat, & introſpiciat. Quare moraliſſimè Auguſtinus in ſoliloq. cap. 14 ſic alloquitur Deum:

S. Auguſt.

Greſſus meos ſemitáſque conſideras, & die noctéque ſuper cuſtodiam meam vigilas, omnes ſemitas meas diligenter notans, ſpeculator perpetuus; veluti ſi totius creaturæ tuæ cæli & terræ oblitus, tantùm me ſolum conſideres, & nihil ſit tibi cura de alijs. Neque enim tibi creſcit lux incommutabilis viſionis tuæ, ſi tantum vnum aſpicias;

neque

neque minuitur, ſi innumera videas, & diuerſa. Quia ſicut vno totum ſimul perfectè conſideras, ſic ſingula qualibet, licèt diuerſa, perfectè ſimul, totáque totus conſpicis viſus tuus. Sed ſicut omnia, ſic vnum; & ſicut vnum, ſic ſingula, totus ſimul, ſine diuiſione, vel commutatione, vel diminutione conſideras. Itaque totus tu in tempore ſine tempore, totum me ſimul ſempérque conſideras, ac ſi nihil aliud conſiderare habeas. Sic igitur ſuper cuſtodiam meam ſtas, ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere velis. Semper quippè te præſentem exhibes, ſemper te paratum offers, ſi me paratum inuenis. Vbicumque fuero, non recedis, quoniam vbique es, vt quocumque iero, inueniam te, per quem poſſim eſſe, ne peream ſine te, cùm ſine te eſſe non poſſim. Longiuſcule: ſed quid accommodatius Suſannæ, quæ dum iniuſtè periclitatur, ad diuinam omniſcientiam appellat, ſuæ innocentiæ vnicè inſpectricem, & continuò inde aſſertricem?

Deus tanquam aſtrorum ſtabilium, totus in intuendâ, & tuendâ Suſannâ.

8. Priſci Hebræi in *Pirke aboth*, hoc eſt, in Apophthegmat. patrum Hebræorum: *Tria*, aiunt, *tibi ſeruanda ſunt, vt nunquam in peccatum labaris, vt attendas oculum omnia videntem: vt aurem, cui nec ipſum tacet ſilentium, in omni loco reuerearis: vt cogites omnia & ſingula opera tua in libro ſcientia illius eſſe exarata.* Benè monentem ſequere, vt innocentiam aut conſerues, aut recuperes. Feliciter ſecuta eſt Suſanna, quæ *peccare in conſpectu Domini* conſtanter tenuit.

Apoph. Heb. *Tria ſeruanda, vt nunquam pecces.*

Hic verſ. 23.

§. CCV.

Vita humana, viua mors eſt: & vſque adeò euanida, vt producendo non augeatur, nec addendo creſcat; quia veniendo recedit.

1. ARgutè Euripides apud Platonem in Gorgiâ: *Quis nouit*, inquit, *vtrùm viuere quidem mori ſit; mori autem viuere?* Sic eſt vita humana miſeriis vectigalis, calamitatibus tributaria, & mortibus obnoxia, vt apud ſapientes ambiguum ſit, an vitæ auſpicium, mors ſit; & vita, diuturnior prolixe mors? E matris vtero ſpirans geſtamus cadauer; ætatibus ſingulis retroactæ ætatis viuas agimus exequias, & recens inceſſanter funus celebramus. Qui annoſiùs vixit, diutiùs moritur: caducâ enim hominum vitâ mors latiùs propagatur, & per vitæ traduces magis extenditur. Nyſſenus adludens ad ſeueriores illas Dei minas homini interminatas: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, ſic ad rem eloquenter ſcribit: *Quia ſemel immiſcuerat ſe mors naturæ noſtræ, vnà cum ipſis eorum qui procreabantur ſucceſſionibus mortalitas penetrauit. Quò factum eſt, vt vita nos exciperet mortua, ipsâ quodammodo vitâ noſtrâ morte peremptâ. Nam haud dubiè vita noſtra mortua eſt, cùm immortalitate ſpoliata ſit. Quemadmodum igitur homo dum vera vita moritur, in mortuam hanc vitam incidit: ita cùm huic vita moritur, viciſſim viuenti vita reſtituitur.* Itaque quandiu hac luce vtimur, viuere quidem videmur; ſed veriùs aſſiduè morimur. Vocabulis ludimus, imò ſeriò illudimur, dum vitæ elogio mortalitatem dotamus. Ergo virtutis Chriſtianè ſtudioſus, benè *nouit*, quòd *viuere quidem mori ſit, mori autem viuere.*

Euripides. Plato. *Viuere quidem mori eſt; mori autem viuere.*

Gen. 2. v. 17. S. Nyſſenus homil. 12. in Cantica.

Propheta purpuratus, licet regiâ dignitate, opibus, ac deliciis feliciſſimus, & in paucis ſapientiſſimus, Pſalmo 33. ſic interrogat: *Quis eſt homo qui vult vitam?* Imò quis eſt homo qui vitam non vult? Præſentis porrò vitæ amor, ſic omnium vota occupat, & pectora implet, vt rarus ſit, qui etiam miſeriarum impatiens, dum vitæ tædio mortem ore acceſſit, illam ſeriò inuocet. Omnium terribilium terribiliſſimum mors eſt: vita autem appetibilium cenſetur compendium, quaſi humanæ felicitatis baſis, quæ totam proſperitatem mundialem fundat. Vbi labaſcit vita, ſimul honor, voluptas, opulentia, & mundi gloria corruit. Fruſtrà ergo inuenire ſatagit Propheta, *Quis ſit homo qui vult vitam?* Pulchrè Bernardus ſerm. 17. in Pſalmum 90. ſic reſpondet: *Quis eſt homo qui vult vitam? Hac vita quam viuimus*, inquit, *magis mors eſt, nec ſimpliciter vita, ſed vita mortalis, ſempérque ex quo incipimus viuere, nihil aliud agimus, niſi morti appropinquare, & incipere mori: ibi verè viuitur, vbi viuida vita eſt, & vitalis.* Adnuit Bernardo Auguſtinus lib. 50. Homiliarum hom. 1. *Quantum eſt autem in hac vita longum, quod erit aliquando finitum? & quod erat longum erit nullum: quia & quando erat, non ſtabat; & quando producebatur, non augebatur, nec addendo creſcebat, quia veniendo recedebat?* Profectò humana vita, mentitum inaniter bonum eſt, & fugitiuum boni ſimulacrum: nam quando erat, non *ſtabat*; & plus vitæ addendo, nec vita *augebatur* nec *creſcebat*, *quia veniendo recedebat.* Veniendi vocabulum habet, ſed mentitur aduentum, quod dum venit, recedit; dum accedit, fugit; dum propiùs videtur appropinquare, longiùs tepedat, & vmbratice euaneſcit. Ergo de adytis diuinæ Philoſophiæ interrogat Propheta: *Quis eſt homo qui vult vitam*, quæ mors potiùs dicenda eſt? & viuidam ac vitalem illam vitam, felicem beatâ immortalitate, non citiùs ſuſpirat: Hanc hianter ſuſpirabat Suſanna, cùm ad temporalem mortem iniuſtè damnata, Dei æternitatem vindicat ſibi, idoneâ præſumptione ad non morituræ vitæ oppignerationem. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna: *Deus æterne...... ecce morior, cùm nihil horum fecerim*, &c. Hic verſ. 42.

2. Pſalm. 33. v. 13.

S. Bernard. apud Lorinum ibi. *Non bona huius mortalis vita addenſantur elogia.*

S. Auguſtin.

Iob 17. inter ineluctabiles calamitates hæc ipſius vox præclarè reſonat: *Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, & ſoror mea vermibus.* Multa multi ſuper ſqualidâ hac Iobi cognatione. Origenes blandum aliquid hac loquendi formulâ ſignificari putat: *Vt pueri conſolatores parentes habent, ſic ego mortem & putredinem.* Sic putredo & mors conſolatione blandiùs paternâ leniunt vitæ moleſtias, & angores mitigant? De quâ verò *putredine* ac *vermibus* loquatur, non conſtat; an de illis qui ex cadauere creabuntur; an de his quibus viuus adhuc ſcatebat. De his quos cadauer generabit, nonnulli locum interpretantur: ſic autem non parentes, ſed filios potiùs ſuos appellaret vermes. 3. Iob 17. v. 14.

Origen. ibi. *Putredo & vermes medicati, appellantur parentes.*

Niſi fortè creandi vermes, quos meditatio & vicinus horror anticipat, velut ſemen pietatis, & ſpiritualis vitæ parentes agnoſcat, præproperâ virtutum generatione. Ceterùm

Philipp. apud Pinedam ibi.

Iob vermes appellat parentes, quia dum illi mortem aſciſcũt, vitam potiùs operantur.

Philippus ad vermes & putredinem, quibus tunc ſcatebat & ſqualebat, paternitatem refert, ſic eleganter fatus: *Putredini dixi: Pater meus es, &c. Tam longo*, inquit, *tempore putreſco, vt ipſam putredinem, & ſanioſos vermes, parentes appellem: & quemadmodum exiſtere ſine parentibus nemo poteſt, ita neque ego ſine putredine & vermibus; qui ita in me ſunt, quaſi ex eis ipſe ſubſiſterem.* Itaque vermes, quorum morſicationibus inceſſanter exedebatur, & putredinem quâ ſanioſè tabeſcebat, moraliſſimè ſanctus Iob ſuos parentes appellat: quia dum mortem aſciſcunt, illam potiùs eliminant, & vitam è diuerſo creant. Nemo ſine parentibus, qui illi vitam influant, exiſtere poteſt: exinde vermes ac putredinem vocat parentes, ſine quibus nequit *ipſe ſubſiſtere*: præſtant enim vicem parentum, dum meliorem vitam de morte creant. *Quemadmodum exiſtere ſine parentibus nemo poteſt, ita neque ego ſine putredine & vermibus; qui ita in me ſunt, quaſi ex eis ipſe ſubſiſterem.* Cauſſa moriendi eſt ratio viuendi: quia dum viua mors petit, & ſpirans cadauer tandem emoritur, de morte viuax exurgit vita, quæ viuentem mortalitatem tumulans, vitam non morituram creat: ideò cauſſam mortis, mortis ablegatæ, & melioris vitæ originem, atque adeò tanquam parentes agnoſcit: quaſi morte viuat, qui vitâ mortali ab ortu cadaueraſcit. Itaque Iobus alto ethicè ſtilo, *Putredini dixit: Pater meus es: mater mea & ſoror mea vermibus.*

4.
Pſalm. 118. v. 17.

Regius Propheta ſic Deum alloquens Pſalmo 118. modulatè pangit: *Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.* S. Ambroſius inibi ſub initium ſermonis 3. ita locum excribit: *Retribue ſeruo tuo, vt viuam*, &c. Id eſt, ſi me ad vitam ſpiritualem refinxeris, tunc demum viuere incipiam; quia hæc mortalis vita, mors eſt potiùs dicenda, quàm vita. Sed acutè addubitat Ambroſius: *Retribue ſeruo tuo, vt viuam. Sed quare dixit, Viuam, & non dixit, Viuo? Quia hac vita non eſt loco præmij, quæ in loco mortis eſt. Dolet Propheta in puluerem mortis ſe eſſe deductum, Apoſtolus cupit ex hoc mortis corpore liberari. Omnia hîc plena mortis ſunt.* Scilicet Propheta conſultò ait, *Viuam, & non dixit, Viuo, quia loco mortis eſt*, dum mortalem hanc vitam viuit. An dicitur hîc noſtra vita eſſe *in loco mortis*, quia vices mortis gerit? An potiùs per *locum mortis*, ſepulturam intelligit? Quare adhuc viuens *Propheta dolet in puluerem mortis ſe eſſe deductum, Apoſtolus cupit ex hoc mortis corpore liberari.* Heu ſpirans cadauer homo eſt, dum viuit, deteriore ſui parte tumulatus! Et meritò quidem, nam in hac mortali vitâ *omnia plena mortis ſunt.* Idcircò, *Viuam*, ait, *& non dixit, Viuo.*

Homo dum viuit, quaſi mortuus eſſet, viuere poſsit. quare?

5.
Eccli. 14. v. 12.

Siracides Eccleſiaſtici cap. 14. ſic homines ſalubriter admonet: *Memor eſto*, inquit, *quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi: teſtamentum enim huius mundi, morte morietur.* Nempe aduertant homines, quòd mors omnibus imminens, minimè tardat: nam *teſtamentum inferorum*, hoc eſt, decretum moriendi, & deſcendendi ad inferos (ad ſepulturam inquam) & diuina Scriptura, & quotidiana experientia palàm demonſtrat. Idipſum quoque demonſtrat *teſtamentum huius mundi, morte morieris.* Quorſum certiſſima omnibus hominibus mors, *teſtamentum mundi* nominatur? Mundúſne certam ac non tardantem mortem hominibus *teſtamento*, hoc eſt, firmiſſimo ac inuiolabili pacto reliquit? Scilicet mundus mundialibus illecebris, voluptatibus, ambitione gloriæ & auaritiæ, ſic mundanos homines perſtringit, vt mortem è longinquo proſpectent, ſi quando eius meminerint. Ergò Siracides, quò huic errori & pernicioſæ fallaciæ occurrat, homines ſalubriter admonet, ne huiuſmodi mundanæ perſuaſioni credant, ſed certò ſciant, quòd *mors non tardat: teſtamentum enim huius mundi* eſt, *Morte morieris.* Nempè mundus leuiculæ voluptatis, & mentitæ gloriæ præſtigiis, mortem nimis tardam effingit: congruè igitur *huius mundi teſtamentum*, id eſt, irreuocabilis & certiſſima lex, ſeu firmiſſimum decretum ſanxit, *Morte morietur*; & ſic homo ab ortu mori incipit, & ſuſpensâ expectatione mors omnibus impendet, & in quos tardare putatur, citiùs incurrit. Hoc lethali fato naſcimur omnes. Vnde Tigurina habet: *Memento, mortem moram non facere, nec tibi fatum fati eſſe declaratum.*

Cur mundus teſtamento ſuo mortem ſine morâ hominibus relinquat?

Tigurina.

Prouerbiorum 14. ait Salomon: *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Quæ verba ſic inibi Cornelius elucidat. Concluſio ergo ſit, inquit: Vita humana eſt continua *Tragœdia*, cuius cataſtrophe & finis in luctum deſinit, præſertim in morte. Porrò ſicut Tragœdiæ triplex eſt argumentum, ſcilicet terribile, mirabile, & miſerabile, ídque ob triplicem affectum, quem in auditore excitare ſatagit; nimirùm per terribile terrorem, per admirabile venerationem, per miſerabile compaſſionem (vti docet Ariſtoteles in Poëticâ:) ſic pariter triplex hoc obiectum ſpectat tragœdia vitæ humanæ. Tragici enim caſus primò nos deterrent à voluptate, quæ eorum eſt parens; Secundò venerationem Numinis iniiciunt, ac iudiciorum eius admirationem; Tertiò compaſſionem, vt mortalium tragicæ vitæ compatiamur conſolando, & medendo quoad poſſumus. Hæc ille.

6.
Prouerb. 14. v. 13.
Cornelius.
Vita homini eſt Tragœdia. quare?

Ariſtoteles.

---

§. CCVI.

Mors aſſiduè meditata, ſpei argumentum eſt, ſanctitatis ſynonymum, & arcanum prophetiæ elogium.

QVæ fruſtrà hominum querela eſt, quod nunquam ſatis deploratum incommodum, ſi quicquid debet morte deſinere, ſenſim deficit? Ego certè ſic meditor mortem, ſic eam 1.

mente tracto, velut appropinquet experi-
Ferè ex Se- meutum, & ille laturus ſententiam de omni-
neca ep. 26. bus anois meis dies venerit; ita me obſeruo,
& alloquor: Quod hactenùs profe cerim mor-
ti crediturus ſum; egregiè autem proficiam,
ſi omnem mundi ſcenam (ſtropbam potiùs
dixerim) motte ſubducendam ſeriò perſua-
deor. Muodi illecebras, minas, fallacias hæc
perſuaſio aſſidua remouet. Quid hàc medita-
tione ègeris, tuuc apparebit, cùm animum
ages; ages autem ſecutè & placidè, ſi quid tũe
agendum etit, ſedulò nunc præmediteris.
Aſſidua mor- Accipies tunc, & experieris conditionem hu-
tis meditatio manam, non reformidabis iudicium, cuius
mirimodè acerbitatem, ne dicam hoſtilitatem, crebra
commenda- eius cogitatio exarmauit; dum diu præcauet,
tur. quod detepentè atrociſſimè fetiret. Hæc ego
mecum loquor, ſed tecum quoque me loqui
puta: Iuuenis, vir, an ſenex es? quid refert?
Non dinumetantur anui. Incetrum eſt quo
te loco, & tempore mors expectet. Itaque tu
illam in omni loco ac tempore expecta, &
expectatione mitigabis. Meditare vtrùm
commodius ſit, vel mortem tranſire ad uos,
vel nos ad eam. *Egregia res eſt mortem condiſ-
cere. Superuacuum forſan putas id diſcere quo
ſemel vtendum eſt. Hoc eſt ipſum quare medita-
ri debeamus. Semper diſcendum eſt, quod an
ſciamus, experiri non poſſumus. Meditare mor-
tem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet.
Qui mori didicit, ſeruire dedidicit.* Qui mori
viuendo didicit, dum mortis oauſi agiuin me-
ditatione exſorbet, illud præpropere digeſ-
ſit. Sic duræ mortis meditatio, illius acerbi-
tatem aut mitigat, aut fruſtratur.
2. Prouerbiorum 14. haoc morum gnomen
Prouerb. 14. è diuinæ ſapientiæ gymnaſio, his verbis Sa-
v. 32. lomon moraliſſimè euulgat: *In malitia ſua
expelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte*
LXX. Interp. *ſuâ*. Pro τὸ *morte*, LXX. Interpretes *ſanctita-
tem* excribuot, miriſſimo quidèm meditatæ
Chaldæus. mortis ſynouymo. Accinit Chaldæus Para-
phraſtes, qui præſcripta verba ſic exponit:
Qui confidit ſe moriturum, iuſtus eſt. Vel, vt
Syrus. habet Syrus: *Qui confidit ſe peccatis carere,*
Salazar ibi. *iuſtus eſt*. Quaſi dicat Salomon: Impius non
cogitat de morte ſua, atque hæc illum ſuis
ſceleribus diſtentum ſubitò inuadit: iuſtus
Meditata autem de morte ſuâ ſollicitus aſſiduò illam
mors vices ob oculos affert: atqoe adeò iuſtitiam & pie-
cum ſancti- tatem numquam deſerit, nec mors illom ino-
tate recipro- piuarò aggreditur: Ecce tibi mors, quæ eſt
care dicitur. terribilium terribiliſſimum, & exanguis mor-
talium horror, aſſiduè meditata, cognatam
acerbitatem ſic dediſcit, vt metum in *ſpem*
refingat: imò & ſpem cum *ſanctitate* recipro-
cet. Quare perindè eſt, *ſperat iuſtus in morte
ſuâ*, diu inquam, præmeditatâ, ac ſperat in
ſanctitate ſuâ. Hem! ſic eſt ſanctitas præmedi-
tatæ diu mortis cognata appendix? ſic medi-
tata mors ſanctitatem inuenit, aut facit: Exin-
dè moraliſſimum eſt ſyuonymum, mortem
aſſiduè meditari, ac *confidere ſe peccatis care-
re*. Sic præuenta cogitatione mors, peccato-
rum expultrix eſt, ſcelerum carentia, & de-
Qui aſſiduè lictorum exilium: & idcircò idouea, quam
meditatur ſpebus complectamur. Sed adhuc ſublimius
mortem, ſpe- quid in Chaldæi commentario emioet & ap-
rat ſe mori- paret: *Qui confidit ſe moriturum, iuſtus eſt.*
turum.
Ecquid tam indubiè certum, quàm mortali-
bus futura mors? Res hæc de certitudine
iam non ardua, erit materia ſpei, quæ non
niſi ad ardua animosè fertur? O miriſſimum
meditatæ mortis ſacramentum! Certum alio-
qui timoris argumentum, ſacramento aſſi-
duæ meditationis, facta eſt alacris confiden-
tiæ materia; & quod pauidè horrebat timor,
confidentiam placidè mulcet. Quare Suſan-
na, quæ ſuprà verſ. 35. *fleuit* ad laſciuum Se-
num attactum, ſiccis oculis acerbiſſimam Hic verſ. 42.
mortis ſenteutiam hìc audiuit. &c.
Geneſeos 26. Iſaac, qui famis malo coactus 3.
eſt in vrbe Geratâ habitare; locuplete auctus
prouentu & Regis gratiam amittit, & è ci-
uitate egredi inuidiosè compellitur. *Et ille* Geneſ. 26.
diſcedens, vt veniret ad torrentem Gerara, ha- v. 17.
bitarétque ibi: rursùm fodit alios puteos, &c. Vi-
de hìc quàm non ſit confideodum in fauore
Regum aut populi, quámque inuidia ſit timi-
da & ſuſpicax: per illam enim expellitur hìc
Iſaac; Deus autem aliâ de caoſsâ eum pere-
grinari voluit, nempè vt doceret, Sanctos
nulli loco, imò nullis terrenis rebus affixos
eſſe debere, ſed ſemper paratos omnia pro-
pter Deum relinquere, ſi caſus id exigat. Vir Aſſidua mor-
enim iuſtus dum videt torrentem præcipiti tis meditatio
curſu vndas voluere, vitæ ſuæ curſum in mor- ſumma pro-
tem agi præcipitem meditatur; & vndè vi- phetia dici-
tam minui indies videt, ſanctitates auctiùs tur.
incrementat. Pulchrè indidèm Hugo Cardi-
nalis: *Venit in torrentem Gerara, &c. Torrens* Hugo Card.
*Gerara decurſus mortalitatis eſt, vbi ſemper de-
bet habitare quilibet: nam ſumma prophetia eſt
aſſidua mortis cogitatio.* Altè quidèm Carenſis
Hugo. quaſi aſſidua mortis meditatio pro-
phetam, quem non inuenit, faciat. Cuius au-
tem rei ſit prophetia, mortis recordatio, ta-
cet Hugo, protuliſſe contentus ſententiam
mortalitatum fœcunde grauidam. Ecquid bo-
ni recordatio mortis non prophetet? Vbe-
rem indè ſanctitatem prophetat: prophetat
futuram ſuo tempore mortem, morte va-
cuam, vitâ pleniſſimam: viuas glorioſè exe-
quias prophetat, & rediuiuas meditati fune-
ris glorias. *Summa prophetia eſt aſſidua mortis
meditatio*. Prophetat fruſtratas vitæ ærum-
nas, ambitionem contemptam, mundi pom-
pam detumeſcentem, ſopitas concupiſcentiæ
delicias, & ingloriam exinceps mundi glo-
riam. O exprompram prophetiæ dotem, &
de facili omnibus parabilem! *Summa prophe-
tia eſt aſſidua mortis meditatio.* Hanc ſummam
ſibi gloriam inuidet, qui mortem non aſſiduâ
memoriâ verſat.
Marci 6. reprehenſi Herodiani inceſtûs 4.
cauſsâ, in carcerem Ioaooes mittitur: cate-
nis Propheta ſtringitur propter linguam
Euangelicâ libertate ſolutam. Cúmque dies
opportunus accidiſſet, *Herodes natalis ſui cœ-* Marci 6.
nam fecit principibus, & tribunis, & primis Ga- v. 21.
lilææ. In natali autem magni Prophetæ caput,
inhoneſtæ ſaltationis fit pretium; & celebris
natalium dies, Baptiſtæ morte ac ſanguine
cruentatur; ne celebre humanæ natiuitatis
feſtum, à mortis memoriâ foret exemptum.
Quod & Pharao quondam etiam celebraſſe
legitur (ſimile in ſceleribus par, priſca ætas
non tulit:) vterque autem celebrandæ nati-

uitati totus, & memoriæ mortalitatis uemo, vel iouitus ad mortis memotiam adigitur, ne ſcelerum excuſationem prætendat. Appoſitè Origenes homil. 8. in Leuiticum, alibi aliuodè expenſus: *Nemo*, ioquit, *ex omnibus Sanctis inuenitur diem feſtum, vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis ſui; nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij aut filiæ ſuæ: ſoli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætantur. Inuenimus enim in veteri Teſtamento Pharaonem regem Ægypti diem natalis ſui cum feſtiuitate celebraſſe. In nouo verò Teſtamento Herodem. Vterque tamen eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui profuſione ſanguinis cruentauit. Ille enim Præpoſitum piſtorum, hic ſanctum Prophetam obtruncauit in carcere.* Neiopè qui plurimus eſt, vt ſuam vitam in vitæ principio celebret; & mortis oblitus, vitam dumtaxat celebri honoret pompâ, & feſto lautè conuiuio; hic, hic inquam, Pharao eſt, Herodes eſt: nec feſto natali aberit effuſus exitialiter ſanguis, qui vtriuſque exitium prophetet, & mortis obliuionem expiet, dum feſto gaudio & epulo celebris vitæ æſtimario effuſius celebratur. In die natalitio cruenta ſubeat mortis memoria, ſi fortè effuſus cæde cruor, emortuam mortalitatis memoriam reſuſcitet; & de futurâ morte meditatâ æternùm viuat, qui celebrando vitæ principio totus, quaſi mortalitate exemptus, ſe totum vitæ mancipat. Moraliſſimè ergò *vterque eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui effuſione ſanguinis cruentauit*, quò in alienâ morte mors propria non dubiis characteribus legeretur. Sed heu fruſtrà! qui enim inuitus & coactus ſuæ mortis meminit, & ſuæ dumtaxat vitæ celebritatem agit, non morituram ſibi mortem non dubiè prophetat.

Origenes.

Celebris natalium dies, alieno ſanguine ad mortis memoriam reſpergitur.

5\. Prouerbiorum 25. Salomon ſic homines erudit: *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Maximè hæc triſtitiæ corroſio cernitur in peccatoribus, quibus mala conſcientia parit vermeoı, id eſt, remorſum conſcientiæ, qui eos perpetuò exedit & corrodit. Salubriter ergò ſuccedat alia è memoria mortis mortis corroſio, quæ hunc conſcientiæ remorſum, & triſtitiam indè enatam mitè excutiat. Audiendus eſt naturalis philoſophiæ Princeps, ſic fatos: A ſcorpione, inquit, aliquandò percuſſi nunquam poſteà à crabronibus, veſpis, apibúſve feriuntur. *Minùs miretur hoc, qui ſciat veſtem à tineis non attingi, quòd fuerit in funere;* (ſubdit indidem Cornelius) *ita tinea acedia & triſtitia non attingit eum, qui ingem habet memoriam funeris, & mortis præſentis & æternæ, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Hæc enim memoria ſuperat omnes labores, dolores, angores, qui triſtitiam parere poſſunt, atque hominem extimulat, vt ardua quæque alacriter fortitérque capeſſat.* Sed de hoc alias copioſe.

Prouerb. 25. v.10.

Tinea non attingit veſtem, quæ fuit in funere.

Plin. lib. 28. cap. 3.

Cornelius.

Mortis memoria pellit triſtitiam.

Iſaiæ 66. v.24.

6\. Geneſeos 32. metu offenſi quondam fratris, pauer Iacob, manſitque ſolus: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.* Alij ex Hebræo vertunt, *Puluere in luctâ conſperſus*, à radice אָבָק *abaq*, id eſt, *puluis*. Vterque, an alterutet, Iacobus inquam, puluere in luctâ conſperſus eſt? Bonus luctator Iacob, & luctatorum idea, qui vt in vitæ perieuloſo certamine vincat, palmamque reportet, puluere ſe conſpergit in luctâ; illo, inquam, puluere, in quem Adæ filij deciuereſcent; id eſt, ſepulcrali puluere, qui mortales reddit alacres ad luctandum. O, *puluere in luctâ conſperſus*, certamen auſpicato adibis.

Geneſ. 32. v.24.

Hebræus.

Puluis ſepulcralis, victoriæ auſpicium eſt.

§. CCVII.

Aduerſitas patienter tolerata, florem decutit, radicem adipat; perſeuerantiam beatè fundat, & baſulo carcere portat ad portum proſpero errore.

Sapienter Hugo de Prato-florido: *Vnum eſt*, inquit, *quod corroboret homines, ſicut ignis laterem, quem tamen videtur comburere. .... Et nota quòd ignis laterem corroborat, & lapidem terit in calcem: ſic tribulatio bonos humiles qui ſe lutum putant, fortificat & roborat; obſtinatos verò & ſuperbos qui de ſe magna ſentiunt, terit ac deiicit. Patet in Pharaone; nam illa eadem aqua, quæ fuerunt pro muro à dextris & à ſiniſtris filiis Iſrael, ſuffocauerunt viros Ægyptios.* Sæpè mala non ſunt, quæ grauatè patimur; ſed dum malè patimur, mala facimus. Vitium noſtrum eſt, quod putamus rerum: humanus rei bonæ abuſus calamitates exacerbat: de noſtro eſt, quod nobis aduerſè accidentia in nos non regerimus. Ignis laterem mollem firmitet obdurat ad ſaxorum æmulationem; & rupea duriter ſaxa emolit ac comminuit, & in minutum puluerem ſoluit, Marini fluctus pro muro ſunt Iſraëlitis, & Ægyptios barbaricè obſtinatos luanter ſorbeot Eluuio illa altè exondaos, quæ malorum naufragium fuit, Noëticam eleuat arcam, & iuſtos è peruerſo ſoſpitat. Benè vtere aduerſa rerum tragœdia, & felicem cataſtrophen feciſti. O quàm eſt profundè arcana ſuſtinendarum calamitatum philoſophia, in patientiæ gymnaſio iugiter ediſcenda, quæ improſpera feliciter beat! 1.

Hugo de Prato-florido, Dom. 4. poſt Trinit.

Ignis laterem obdurat, lapidem comminuit ſic aduerſitas.

Geneſeos 6. ionaſcentis mundi prima ætate, gens hominum malitiâ exundans exundantem profundiùs eluuionem accerſit. Iratus ergò Deus: *Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ.* Pulchrè autem poſuit, Delebo, tamquam litterarum apices, qui delentur ſine fraude librorum, & ſine immutatione tabularum. Delentur elementa, vt plerumque emendatiora ſcribantur. Atramentum tollitur, ſubſtantia non exterminatur. Delebo, inquit, corruptelam carnis, vt ſcribam ſpiritûs incorruptionem. Acutè ad rem expendit Ambroſius lib. de Noë & Arcâ cap. 13. cur homo, non à terrâ, ſed à facie terræ delendus dicatur: *Deleturum ſe dicit omnem carnem non à terrâ, ſed à facie terræ. Florem decutit, radicem ſeruat; ſinit vt in profundo ſubſtantia virtus maneat humana, quæ in ſuperficie laborer, intùs paſſibilis perſeueret.* Nempè frondeam luxuriem malè vernantem, & peiùs laſciuientem voluptatum gratiam, tamquam pulchros flores decutit, quò planta apparet deformis, marcida, arida, ſiue nulla; attamen *florem decutit*, dum calamitate ſupplicij deflorescit; 2.

Geneſ. 6. 7.

S. Ambroſ.

Dum flos calamitate decutitur, radix in profundo vberius adipatur.

floreſcit, *ſeruat* autem *radicem*, quæ de terræ profunditate, ſucco fœcundiore opimetur ad fructum; eò vberiorem, quò non ad frondium florúmque luxuriem, ſed ad inuiſam latentium radicum altitudinem tota impenditur. Exindè à facie terræ, vti decuſſus flos, non à profunditate, vbi altiùs & vberiùs radicatur, tollendus perhibetur; quod eſt humanarum calamitatum ſacramentum. Sic Suſanna, id eſt, *lilium* (venuſtus ſanè flos,) de ſceleroſâ Senum nequiſſimorum impoſturâ, decuti videtur atroci lapidum nymbo iam iam ingruente: ſed tunc, tunc quidèm ſucco radicis æternæ ſucculentiùs vegetatur ad flores gratiæ, & gloriæ fructus, indè vberiùs decerpendos.

Hic verſ.42. & 45.

3. Matthæi 5. hæc beatitudinum ſumma, & clauſula ponitur: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſùm vos mentientes: gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Mirum forſan videbitur, quòd qui maledicas hominum linguas, & inſanas iniuſtè & atrociter perſecutiones æquanimiter patitur, iam *beatus* dicatur. Maledicentia licenter impudens, & impudenter procax; & perſecutio inhumanè ferociens, iam nunc *beat*, an in futurâ vitâ poſt funus beabit? Contumelioſa maledicentia medullitùs præcordia vellicat, lancinat, vrit: ſæua perſecutorum rabies, direptiones, ſtrages, & excidia intentat, & exequitur; & qui iſta patienter tolerant, *beati* iam eſſe perhibentur? Præcoqua ſanè eſt beatitudo, quam licentia detractionis, & ſæuitia perſecutionis, iam nunc condit, concinnat, & anticipat. Niſi forſan beatitudo dicatur, quia beatitudinem certiſſimè oppignerat, & copioſam in cælo mercedem obſignat, indubiæ perſeuerantiæ priuilegio. Audiendus eſt hac de re S. Bernardus Serm. 8. poſt Cineres, ſic ad rem eleganter fatus: *Conſeruantur in iuſtis gratia virtutes, & merita acquiſita per aduerſa: adde, & acquiruntur.* Bona aduerſitas, quæ & gratiam copioſè acquirit, & acquiſitam conſeruat, & vſque ad finem vitæ perpetuat. Summa gratiarum iure merito cenſetur perſeuerantia, quæ gratiam, in terris acquiſitam, in cælos infert; ipſámque alioqui amiſſibilem gratiam recudit in æternam gloriam. In iuſtis ſtatus viatoris, amittendæ ſanctitatis periculum eſt, & gratiæ perdendæ periculoſa titubatio. O quot, qui fuerunt Eccleſiæ columnæ, & Chriſtianiſmi Atlantes, è gratiæ faſtigio ruerunt præcipites in ruinam miſerè infimiſſimam! O quis nobis fabricet ſanctitatis anchoram, & fidum gratiæ retinaculum, quod illam firmiter fundet? Gratulor gratiæ, quam patientia in aduerſis operatur, quòd eſt gloriæ auſpicium, beatitudinis obſes, & beatè glorioſum cum gloriâ beatâ commercium, de proſpero perſeuerantiæ pignore, *Conſeruantur in Iuſtis gratia virtutes, & merita acquiſita per aduerſa.*

Matth. 5. v. 11. & 12.

Bernard.

Non gratia aduerſitatibus acquiſita, perſeuerantiæ priuilegio donatur

4. 2. Corinthiorum 11. inter alias calamitates pro Euangelio exantlatas, narrat Paullus, vel potiùs quaſi iactabundus gloriatur: Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, *ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui.* Scilicet poſt naufragium non in naui aut tabula, ſed natans in profundo, id eſt, in alto & medio mari diem noctémque egit Paullus, quin exorberetur aquis, aut à piſcibus deuoraretur. Zeno Veronenſis Serm. de Ionâ, ſic in tranſcurſu has Apoſtoli ærumnas eleganter exponit: *Clamat de profundis & Paullus obrutus calamitatibus beatis, cùm a Iudæis virgis ter caſus, naufragio trino diluitur; cùm inſani populi furibunda tempeſtate lapideis imbribus feliciter grandinatur.* Hem! Paullus *beatis calamitatibus obrutus* perhibetur? ſæuis lapidibus grandinantis nymbi vibices *feliciter* excipit? O felicitatem è peruerſo beatam! O vibices cuiuis felicitati inuidioſas! Et quomodò dicuntur *beatæ calamitates*, quibus *obruitur*? Profectò *beata* eſt *calamitatum* felicitas, & liuidæ vibices *feliciter* beant; ſiquidèm gratiæ perſeuerantiam oppignerant, & miſeria temporaria æternam cæli beatitatem fideliter ſpondent, & feliciter auſpicantur. Exindè *beatæ calamitates* dicuntur: ſcilicet nomen anticipat de re, quam bono auſpicio proſperè inchoat.

2. Cor. 11. 25.

Paullus beatis calamitatibus feliciter obrutus, & naufragus.

S. Zeno Ver.

Ionæ 2. fugitiuus quoquouerſùs Propheta in nauim aſcendit, & oborta tempeſtate præcipitatur in pelagum ſæuis vorticibus æſtuantem. Decumanis iam ſorbetur: *Et præparauit Dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus*, &c. Quâ ſuper re S. Gregorius ſi ad rem philoſophatur: Prudenter, inquit, Ionas ſapere voluit, cùm ad prædicandum Niniuitarum pœnitentiam miſſus, quia electis Gentibus Iudæam deſerere timuit, prædicationis officium implere recuſauit. Nauim petiit, fugere Tharſis elegit, ſed protinùs tempeſtas exoritur, ſors mittitur, vt videlicet cognoſcatur cuius culpâ mare turbetur. Ionas in culpâ deprehenditur, in profundum mergitur, *ceto ſorbente repentè deuoratur, atque illic geſtante bellua peruenit, quo ire ſpontè contempſit. Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, bellua includit, & quia auctori ſuo obedire renititur, ad locum quò miſſus fuerat, ſuo reus carcere portatur.* Ecce tibi Ionas feliciter naufragus, & contumaciæ reus ceto velut carcere incluſus portatur, & portum appellit proſpero errore, & cæcâ felicitate, *tutior piſcis aluo, quàm alueo nauis.* O beatas iuſtorum calamitates, è diuerſo beneficè auxiliares! Aquatili *carcere* comprehenditur, nec detinetur ad cuſtodiam, ſed portatur ad incolumitatem. Quis vnquam *carcere* pro vehiculo vſus eſt, vt periculum fugeret? Quis ceti deuorantis aluo, quàm alueo nauis tutior euaſit? Quis ſæua tempeſtate naufragus, belluæ ventre quantocyùs digerendus, ipſe citiùs naufragium digeſſit? O beata calamitas, quæ ſic calamitoſum feliciter beat!

5.

Ionæ 2. v. 5.

S Gregorius lib 6 Moral. c.13.

Ionas fugæ reus, ſuo carcere portatur ad effugium.

Euſebius Strom. 8.

Geneſeos 32. Iacob è Meſopotamia redux, dum fratrem Eſaü offenſum timet, nimis angitur: manſitque ſolus: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui* (vir, puta Angelus) *cùm videret quod eum* (Iacobum) *ſuperare non poſſet, tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit.* Multa ſuper hâc Iacobi cum Angelo lucta, ſancti Patres ſparſim, & inibi Commentatores tradunt. Opinor, Angelus ſinens 6.

Geneſ. 32. v.24. & 25.

A tribulatione animus generoſior redditur.

nēns ſe vinci à Iacobo, toto roboris adnixu ſtrenuè relnctante, ſpem illi facit, quòd multò magis fratrem ſuum Eſaü mitigaret ac vinceret: Nam *Philoſophi* (militis Chriſti) *animus ex eo quòd paſſus eſt generoſior redditur, atque vt candens ferrum frigida aſperſione, ſic ipſe periculis obdureſcit*, air S. Gregorius Nazianzenns Orat. 23. in laudem Heronis. Nempè de luctæ paſſione exinceps Iacobus claudicauit: quare eius *animus ex eo quod paſſus eſt generoſior redditur*. Super hâc Iacobi tribulatione ſeu paſſione aliter ad rem philoſophatur Bernardus Serm. in Natiuit. Beatæ Mariæ, ſic fatus: *Luctare cum Angelo, ne ſuccumbas; quia regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Annon lucta, dilectus meus mihi, & ego illi? Notam facit dilectionem ſuam, experiatur & tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Suſtinuit te Dilectus, ſuſtine tu Dilectum; non illum vicere peccata tua, te quoque ipſius flagella non ſuperent, & obtinebis benedictionem.* Moraliſſima quidèm è peruerſo parallela, nempe homo Deum offenſis moleſtat; moleſtar & Deus hominem flagellis & calamiratibus: ergò ſi Deus humanas offenſas patieoter ſuſtinet, ſuſtinear & homo immiſſas à Deo tribulationes. In hâc luctâ, diuina peccatorum ſuſtinentia non *vincat* humanam in tribulationibus patientiam. Miriſſimum ſanè eſt, quòd humana in calamitatibus patientia, patientiam diuinam in peccatis hominum ſuſtinendis, æmulari præſumat.

S. Nazianz. — S. Bernard. — *Hominis patientia, Dei in ſuſtinendis hominū peccatis, æmulari patientiam præſumit.*

§. CCVIII.

Manſuetudo eſt incommutabilis ſtatus, meritum gloriæ corporum, Dominici capitis ſpinis coronati puluillus, & tacita iniuriarum repulſa.

1\. *Ioann. Clim. gradu 24. Manſuetudinis encomiū.* HÆc Manſuetudinis elogia Ioannes Climacus eloquenter conglobat: Manſuetudo eſt ſupereminens iracundiæ pelago ſcopulus, firmamentum patientiæ, charitatis ianua, imò verò mater, diſcretionis argumentum, veniæ miniſtra, confidentia in oratione, Spiritus-ſancti diuerſorium. Vbi multa ſuper hoc argumento. Pergit Seneca: Nullum eſt argumentum magnitudinis certius, quàm nihil poſſe, quo inſtigeris, accidere. Pars ſuperior mundi, & ordinatior, ac propinquior ſideribus, nec in nubem cogitur: neque in Tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, omni tumultu caret; inferiora fulminant. Sublimis animos quietus ſemper, & in ſtatione tranquilla collocatus; intrà ſe premens, quibus ita contrahitur, modeſtus, & venerabilis eſt, & compoſitus.

Seneca lib. 3. de Irâ.

2\. Apoſtolus Iacobus in ſua Canonicâ epiſt. cap. 1. grande prædicat elogium Dei: *Apud quem*, inquit, *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Nempè in Deo non eſt mutatio accidentaria, vt quod priùs voluit, poſteà nolit; vt amet, quod priùs oderat, vt irâ, metu, aliáue paſſione actus mutetur; ſed idem ipſe ſemper eſt. Nam, vt ait S. Auguſtinus Deum alloquens 1. Confeſſ. 4. *Amas, nec aſtuas: Zelas, & ſecurus es: pœnitet te, & non doles: iraſceris, & tranquillus es: opera mutas, & non mutas conſilium.* Hanc Dei ab immutabilitate *tranquillitatem*, mitis impreſſiùs æmulatur, & manſuetudinis priuilegio in ſe exprimere ſtudet. Aitè Ioannes Climacus Gradu illo 24. ſic manſuetudinem definit: *Manſuetudo eſt animi incommutabilis ſtatus, æquè in honoribus ſe, & ignominiis habens.* O velut empyreus, & prope diuinus manſuetorum *ſtatus, æquè in honoribus ſe, & ignominijs habens!* Mitis ſemper eſt pacatus, tranquillus, imperturbatus, & quaſi impatibilis, quia apud mitem non eſt eiuſmodi commutatio in honoribus ac ignominiis, quia illius *ſtatus incommutabilis* eſt. Non inſoleſcit poteſtatis impotentia, nec *honorum* potentia ſuperciliosus tumeſcit: iniuriis non laceſſitur, offenſis non læditur, nec *ignominiis* tangitur, velut impaſſibilitatis feliciter candidatos. Quid tam homini arduum, quàm in tot iracundiæ prouitamentis, omni tumultu carere, eâdem fronte & animo offenſas & ignominias potiùs videre, quàm pati? Idem antedixerat ſuprà Gradu 8. *Manſuetudo*, inquit, *eſt animi immobilis ſtatus inter vituperationes & laudes eodem modo perſeuerans.*

Iacobi 1. v. 17. — S. August. — *Manſuetorum ſtatus incommutabilis dicitur. quare* — Ioann. Clim.

3\. 1. Corinth. 15. Ecce, ait Apoſtolus, myſterium vobis dico: Omnes quidèm reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, &c. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* Quoniam dixerat mortuos reſuſcitandos incorruptos, & iuſtos immutandos, ne quis forſan ſuſpicaretur non eadem corpora ſurrectura, præſertim cùm paullò antè dixiſſet, carnem & ſanguinem regnum Dei poſſidere nòn poſſe, addit oportere corpora corruptibilia induere incorruptionem, hoc eſt, mutare (vt ibi loquitur Anſelmus) *gloriam, non naturam*: hæc enim eſt mutatio, de quâ modo dixerat, *Et nos immutabimur.* Pulchra ſanè mutatio, quâ in reſurrectione iuſtus homo mutabit *non naturam ſed gloriam*, quâ tot empyreis beatè dotibus, Beatorum corpora fulgebunt. Ceterùm etſi gloria corporum, glorioſæ animæ ſequela ſit, & hæc cumulo meritorum omnium reſpondeat; & dotes etiam corporis, omnibus iunctim meritis reſpondeât; tamen Sancti Patres eam præſertim Manſuetudini tribuere videntur, vt incorruptio, immortalitas, impaſſibilitas, &c. nuncupatim Manſuetudinis ſtipendium ſit. S. Leo Magnus Serm. in feſto omnium Sanct. ſic exponit illud, *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, ita fatus: *Terra promiſſa mitibus, & in poſſeſſionem danda manſuetis, caro Sanctorum eſt, quæ ob humilitatis meritum felici reſurrectione mutabitur, & immortalitatis gloriâ veſtietur; in nullo iam ſpiritui futura contraria, & cum voluntate animi perfectâ virtutis habitura conſenſum.* Et poſt nonnulla: *Poſſidebunt enim illam mites pace perpetuâ, & nihil vnquam de eorum iure minuetur, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, vt periculum vertatur in præmium.* Ecce tibi in hâc mortali vitâ, *animi incommutabilis ſtatus*, qui per manſuetudinem obtinetur, commutatur in beati corporis gloriam,

1. Cor. 15. v. 51. — S. Anſelm. — *Beatorum corporū gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur.* — Matth. 5. v. 4. — S. Leo.

gloriam, cuius præclaras dotes manſuetudo operari perhibetur; vt *animi incommutabilitas* à manſuetudinis merito, commutetur in glorioſam beati corporis incommutabilitatem à pręmio; & ſicut animus per manſuetudinem ad mundialium rerum aduerſas viciſſitudines *incommutabilis* extitit, ſic & corpus gloriæ dotibus inornatum, beatè *incommutabile* æternùm perſeueret, quod eſt mutationis ænigma, & beatum Manſuetudinis ſacramentum.

Chriſti manſuetudini debetur beatorum corporum gloria!

S. Leoni annuit Hilarius: *Quia*, inquit, *per manſuetudinem Chriſtus habitauerit in nobis, nos quoque gloriâ glorificati eius corporis veſtiemur.* quaſi beatorum corporum gloria, ſit prælustre Dominicæ manſuetudinis ſtipendium.

S. Hilar. in Matth. c. 5.

4 Matthæi 8. viſa tot miraculorum gloria, ſimilium patrandorum diſſimulata ambitione, accedens ad Ieſum Scribarum quiſpiam, dixit illi: Magiſter, ſequar te quocumque ieris. Et dicit ei Ieſus: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidós: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Quaſi dicat: Vilia, inutilia, & noxia animalia, vti ſunt vulpes & aues, præſertim rapaces habent ſuos nidos: at Filius hominis, id eſt, ego natus ex virgine & factus homo, nil habeo proprij ne puluinar quidèm, aut lectum, aut ſcamnum, in quo feſſum corpus, capútque reclinem. O ſumma Chriſti Dei paupertas, ſeu potiùs moleſtiſſima indigentia! Sed caput cruentis ſpinis coronatum, vbi niſi moleſtiſſimè reclinari poteſt? O prædura hominum corda, ad quæ ſi caput ſuum Chriſtus reclinet, ſpinas dirè potiùs infigent! Quid tam blandum eſt in mortalium animis ac cordibus, quid in humanarum virtutum cenſu tam molle, ac flecti ſcium, vbi Chriſtus terebrantibus ſpinis coronatum caput recliner? Opportunè S. Nilus Orat. 4. *In ſpiritu Manſuetudinis Chriſtus caput inclinat.* Mitis, mollis, & blanda manſuetudo, idoneus Dominici capitis vepribus coronati puluillus eſt. Sic mitis manſuetudo vel hoſtilitatum ſpinoſitati cedit, vt ſpinas cognata mollitie non plus infigat, ſed blando fomento leniat; non cruenta vulnera exaſperet, ſed lenitate mitiget. Heu! tanta erat manſuetudinis inopia, & durioris iracundiæ opulentia, vt Chriſtus *non haberet vbi caput reclinet?* Manſuetudo exaſperari, & exaſperare neſcia, molle Dominici capitis puluinar eſt, vbi coronatum ſpinis caput impunè reclinat. *In ſpiritu Manſuetudinis Chriſtus caput inclinat:* in ſpiritu iracundiæ, Chriſti caput exaſperatur, exacerbatur, cruentatur.

Matth. 8. v. 20.

In ſpiritu manſuetudinis Chriſtus coronatum ſpinis caput impunè reclinat.

Nilus.

5. 1. Regum 1. improles diu Anna probro ſterilitatis anxia, orationis pretio fœcunditatem mercatur. Porrò cùm obnixiùs in corde ſuo precaretur, vox audiebatur nulla, tacitus autem labiorum motus videbatur, flens largiter. Æſtimauit ergò eam Heli temulentam, & dixit ei: *Vſquequò ebria eris? digere paulìſper vinum, quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi*, temulenta vel ebria ſum, vti tu mihi exprobras, & contumelioſè obiicis. Notat Chryſoſtomus manſuetudinem, modeſtiam, humilitatem, ac reuerentiam Annæ, quæ conuitium ebrietatis, quod in femina eſt grauius & pudendum magis, & ſimplici negatione refellit, & conuitiatorem Heli *Dominum* vocat. Appoſitè inibi Gregorius: *Dominum*, inquit, *ſacerdotem vocans, ebriam ſe eſſe negabat, vt ſuperiori ordini ex humilitate ſe ſubderet, & falſa obiectioni cum veritate contrairet.* Tacet ad conuitium, loquitur ad conuitiatoris laudem ac reuerentiam, quo obiectum crimen efficaciùs refellit, & ſummam Euangelicæ manſuetudinis præmaturè impleuit. Pulchrè Ambroſius lib. 2. de Interpellatione Iob, cap. 3. *Tacere ergò debet qui recognoſcit obiectum* crimen, *ne vulnus exaſperet; & ſcindatur cicatrix.* (Quaſi mite ſilentium non tantùm auditæ contumeliæ vulnus curet, ſed etiam cicatricem obducat, quam aſperius reſponſum ſcindit & exulcerat) *Tacere & qui non recognoſcit: audit enim alterius, non ſuum crimen: quodſi referat, ſuum facit.* Opinor, ſi Anna cognatæ manſuetudinis oblita, conuitium in conuitiatorem ſacerdotem contumelioſè retorqueret, inſana aut ebria putaretur; ſobriam autem ſe abundè probat, & temulentiæ crimen expiat, dum iniuriæ venenum ſugens, manſuetudine excoquit, & ſilentio inanit, atque honore ac reuerentiâ iniuriatoris euacuat: *audit enim alterius, non ſuum crimen: quodſi referas, ſuum facit.* Belliſſimè pariter ac moraliſſimè Ambroſius. Dum Suſanna piè ac modeſtè propudioſam ac exitialem calumniam pacatè negat, nec in calumniatores retorquet, *audit alterius, non ſuum crimen*, quod Daniel confeſtim comprobauit.

1. Reg. 1. v. 14. & 15.

S. Chryſoſt.

S. Gregor.

Qui manſuetus audet crimen obiectum, audit alterius, non ſuum crimen.

S. Ambroſ.

Hic verſ. 42. & 43.

Salomon Prouerbiorum 22. ita ſcribit: 6.
Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita. Non pauci, neque ignobiles Commentatores pro *modeſtiâ* excribunt *manſuetudinem.* Exindè Chaldæus Paraphraſtes vertit, *Merces manſuetudinis eſt timor Domini, opes, gloria, & vita.* Glorioſè opulenta manſuetudinis merces! Alij per hypallagen reddunt, *Progenies timoris Domini eſt manſuetudo, diuitiæ, gloria, & vita.* Generoſa quidèm progenies! Caietanus verò ex Hebræo ſic transfert per metatheſim, *Calcaneus timoris Domini eſt manſuetudo, diuitiæ, honor, & vita.* quod ſic explicat: *Vis manſuetudinis qualis ac quanta ſit deſcribitur relatiuè ad Deum, facultates, honores, & vitam. eſt enim ſenſus, quòd vera manſuetudo calcat omnia, relatiuè quidem ad Deum, timendo ſummum Deum; relatiuè verò ad facultates, merendo diuitias; relatiuè autem ad honores, reddendo eos debitos ſibi; & demùm relatiuè ad vitam animæ, ſeruando illam, quamuis etiam ad vitam corporis extendi poſſit, eò quòd manſuetus calcat præcipuè iras proprias & alienas, ac per hoc nocumentis vitæ corporis obuiat. Deſcribitur autem manſuetudinis vis à calcaneo, tum ad deſignandam manſuetudinis virtutem perfectam vſque ad extremam partem, ſignificatam calcaneo; tum ad ſignificandum actum manſuetudinis, qui eſt calcare: manſuetorum enim eſt officium vincere & calcare omnia animi quiete.*

Prouerb. 22. v. 4.

Chaldæus.

Manſuetudo eſt virtutum progenies.

Caietanus.

Mãſuetorum eſt calcare omnia. quare

CCIX.

quòd ouper cæcus, iam inoculatus, *de tenebris & caligine videas*, quaſi cæcitate, tenebris, & caligine ad videndum illuſtretur. Profundè Balduinus in Tilmanni Allegoriis: *Bona cæcitas eſt*, inquit, *in ſeipſo magna non videre, & quæ ſcire non licet, piè ignorare.* Profectò videt homo quouſque habet oculos. Ergo diuinæ prouidentiæ arcana curioſiùs perſcrutari, cæca perſpicacia eſt; vltrà captum enim cenſuram vibrat. *Bona* autem *cæcitas eſt, quæ ſcire licet, piè ignorare*; & ſic *de tenebris & caligine* meliùs *videre*. Meliùs ſapit, quæ de prouidentiæ diuinæ arcanis ſapienter ignorat. Porrò hæc ſapiens ignoratio de ſcholâ cæli eſt. *Quis reuelabit quod Deus texit? vnde ſciſcitandum eſt? Vnde & ignorare tutiſſimum eſt: præſtat per Deum neſcire, quàm per hominem ſcire, quia ipſe præſumpſit.* Pergit infrà Tertullianus: *Porrò non ampliùs inuenire licet, quam quod à Deo diſcitur: quod autem à Deo diſcitur totum eſt.*

Balduinus. *Bona cæcitas eſt, quæ in tenebris meliùs videt.*

Tertullian. l. de Animâ, c. 1. & 2.

6\. Prouerbiorum 10. ſic nos erudit Salomon: *Via vitæ cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.* LXX. Interpretes ſic locum vertunt: *Vias vitæ cuſtodit diſciplina: diſciplina autem carens increpatione, errat.* O! errat diſciplina, quæ correptione caret? Sic eſt homini neceſſaria correptio, quæ obuios defectus increpatione emendet? Ecce tibi diuinæ prouidentiæ philoſophia, & arcanum ſacramentum. Scilicet Deus nos corripit per externa flagella & tribulationes, vt vitia reſecemus, vt humilitatem fundet, vt patientiam calamitatibus negotietur: non vt tribulatos obtuat, & ſubruat. Eloquenter Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagogi cap. 8. *Eſt*, inquit, *reprehenſio veluti quædam chirurgia affectionum animæ; medicamentum autem eſt probri inſimulatio, quæ reſoluit affectiones quæ iam occalluerunt, impudicæque ac libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtuſque ac ſuperbiæ carnes quæ excreuerunt, adæquat.* Altè dictum, *Superbiæ carnes.* Addit propiùs ad rem: *Beneuolentiæ, non odij ſignum eſt reprehendere: ambo enim probrum obijciunt & amicus & inimicus; ſed inimicus quidem irridens, amicus verò beneuolens.* Sic Deus beneuolâ prouidentiâ tribulationes immittit: nam *diſciplina carens increpatione, errat.*

Prouerb. 10. v. 17.

LXX. Interp.

Clem. Alex. *Superbiæ carnes reprehenſio exæquat.*

Amicus & inimicus diuerſimodè probra iactant.

§. CCI.

Nimius diſtrictiùs rigor, ſuperiorum politiam inuſtat: ergo benignitatis myſterio gubernandum eſt.

1\. QVamuis nomen ipſum Iudicis (ait Caſſiodorus) *datum videatur eſſe iuſtitiæ, & totius anni orbitam æquitatis iubeamur ambulare veſtigijs: his tamen diebus in domicilium pietatis iure deflectimus; vt ad Redemptorem omnium remiſſionis itinere peruenire poſſimus. Ex hac enim virtute ſuauiſſimos fructus legimus; & remittendo alijs, nobis parcimus. Nam qui periculosè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus. Quapropter pœnas abdicamus, tormenta damnamus, & tunc verè iudices ſumus. Macte Indulgentia, quæ ſoluis & Præſules: Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medica ſingularis: quis tuo non egeat munere, cùm ſit peccare commune? Ab vniuerſis neceſſariò peteris: quando ſub te ſpes vitæ ſumitur, quæ ſub iuſtitiâ non habetur. Pietas eſt quæ regit & cælos. O ſi tecum liceret longis temporibus habitare, totus excluderetur reatus, & parcendo fieres, vt parcæ tollerentur.*

Caſſiod. l. 11. variar. ep. 40. *Qui periculoſè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus.*

4\. Regum 2. rapiendum in æthera Eliam tenaci ſtudioſiùs ſequelâ Eliſeus ſequitur, bonâ hereditandi ſpiritûs auaritiâ. Dixit autem Elias ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. *Dixitque Eliſeus: Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti*, &c. τὸ *duplex* multi è Commentatoribus tribuunt Eliæ. Quaſi dicat: Oro, ô Elia, vt *tuus ſpiritus duplex*, id eſt, multiplex, validus, eximius, in me deriuetur; vt te abeunte, ego quaſi filius tibi in ſpiritu tuo eximio, velut in hereditate ſpirituali ſuccedam. Ceterùm S. Ambroſius, B. Petrus Damianus, & alij plures τὸ *duplex* interpretantur duplo maiorem. Probat Abulenſis q. 15. Nam Elias ſciebat quod Eliſeus futurus erat ſibi ſucceſſor in prophetiâ: nam Deus dixerat ei: Vnges Eliſeum in Prophetam pro te, id eſt, ſucceſſorem tuum; & tamen quando Eliſeus dixit: Obſecro vt fiat duplex ſpiritus tuus in me, reſpondit Elias: Rem difficilem poſtulaſti, cùm ſciret eum futurum ſucceſſorem ſuum: ergo videtur quòd petebat ſpiritum duplo maiorem: *& iſta erat res difficilis*, quia tunc erat plus, quàm ſucceſſor Eliæ. Ceterùm cùm in LXX. Interpretibus pro τὸ *rem difficilem poſtulaſti*, excribatur, *Obduraniſti vt peteres*, inde Theodoretus explicatiùs, & ad rem opportuniùs hunc locum exponit. Quærit q. 7. *Quámnam ob cauſſam cùm petiſſet Eliſeus duplicem gratiam, magnus dixit Elias: Obduraniſti vt peteres?* Reſpondet verbis expenſione digniſſimis: *Hoc dixit, non inuidens gratiam Diſcipulo, ſed curam gerens aliorum hominum. Nam quoniam tribus annis & ſex menſibus, impiè ſe gerentes fame caſtigauit homines: neceſſe autem erat vt qui duplicis erat heres gratiæ, res efficeret duplo maiores, ex ijs autem erat ea pœna quæ irroganda erat per famem, ei parcens dixit: Obduraniſti vt peteres.* Nempe qui addit præfecturam diſtrictiùs exercendam, & duris pœnis obeundam, etſi iuſtiſſima ſint irroganda ſupplicia, nec ſceleribus æqualia, *rem difficilem* expoſcit, *obduruit vt petat*, quaſi ſaxeſcat aut rupeſcat ſuperior, qui ſic durè præfecturam adminiſtrat. Auſterus & diu inexorabilis Elias, & vltrà triennium rigorum meta, iam ſic miteſcit, & populo etſi obſtinatiſſimo *parcere* exoptat: ergo planè rupeam duritiem æmulari videtur, & valdè *obduruiſſe*, qui diſtrictiores pœnas adhuc ex munere meditatur. Hem! homini velut *obdurato* pariatur ſuperior, qui ſeueriores pœnaliſſimè pariter ac iuſtiſſimè rigores protelare ſatagit? Quaſi dicat: Genti peccatrici, cui Elias parcit, Eliſeus non parcat? *Pœna parcens dixit* Elias Eliſeo: *Obduraniſti vt peteres.* Profectò durities obſtinati populi, plerumque non benè ſuperioris duritie domatur. Saxum ſaxo illiditur: quid ſperes, niſi fragorem,

2\. 4 Reg. 2. v. 9. & 10.

S. Ambroſ. B. Petr. Dam. Abulenſis.

3\. Reg. c. 19 v. 16.

LXX Interp.

Theodoret.

Duplex Eliæ ſpiritus, id eſt, duplicatus rigor, regendo populo indecorus.

Homo humanitate regendus. Seneca l. de conſol. c. 25.

fragorem, fractionem, & vtrinque ignium ſcintillas? Propè eſt vt non æquè damnet, qui ſæpè damnat. *Remiſſius imperanti meliùs paretur. Naturâ contumax eſt humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, ſequitúrque faciliùs, quàm ducitur. Et vt generoſi ac nobiles equi meliùs facili freno reguntur, ita clementiam voluntaria innocentia impetu ſuo ſequitur. Plus itaque hac viâ proficitur. Crudelitas minimè humanum malum eſt. Ferina iſta rabies eſt ſanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in ſiluestrem animum tranſire.*

His verſ. 41.

Quò pudeat hoſce Senes libidine mulles, prætorio gladio, & ſubdolâ fraude in Suſannam innocentiſſimam ſic durè ferociiſſe.

3. Matthæi 10. Apoſtolos recens electos, & futuros Eccleſiæ Antiſtites, cùm ad euulgandum Iudæis Euangelium Chriſtus mittit, ſic priùs erudit: Nolite, inquit, poſſidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: *non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*, &c. Quid eſt, quòd hîc Apoſtoli prohibentur in viâ portare *virgam*, cùm Marcus contrarium doceat, ſcilicet, *ſed virgam tantùm?* Reſpondet ibi Cornelius, Marcum loqui de virgâ ſeu baculo & fulcimine, cui innitantur. Hic enim eſt ſymbolum viatorum pauperum, qui baculo innixi fatigationem leuant, ſicut inceſſit Iacob peregrinans in Meſupotamiam. Matthæus verò hîc loquitur de virgâ vindicatoriâ, quod erat inſigne honoris & poteſtatis, quale eſt ſceptrum Regum, faſces Conſulum, virga Prætorum & Iudicum. Hinc virgiferi vocabantur lictores & viatores, per quos Magiſtratus denunciabant, quid vellent fieri: horum enim inſigne erat virga, quam geſtabant. Sic & Iudæorum Doctores virgam manu ferebant, velut doctrinæ inſigne. Hanc Apoſtolis vetat Chriſtus, quia iubet eos præ ſe ferre modeſtiam, humilitatem, non auctoritatem, & diſtrictam poteſtatem. Appoſitè Ambroſius lib. 7. in Lucæ cap. 10. ita ſcribit: *Non virgas in manu iubentur tollere Apoſtoli. Quid eſt virga, niſi præferendæ poteſtatis inſigne, & vlciſcendi inſtrumentum doloris? Ergo humilis Domini (in humilitate enim iudicium eius ſublatum eſt) humilis inquam, Domini præceptum, Diſcipuli eius humilitatis officijs exequuntur. Eos enim miſit ad ſeminandam fidem, qui non cogerent, ſed docerent: nec vim poteſtatis exercerent, ſed doctrinam humilitatis attollerent.* Bonus Dominus, & pulchra Rectorum idea, qui virgam quam poteſtate dedit, oſtentationi ademit: dedit ad auctoritatem, diſſimulat ad pietatem. Mitis ſuperiorum humilitas virgam abſcondit, quaſi *humilitate iudicium eius ſublatum ſit*; non autem eſt ſublatum, ſed piâ humilitate diſſimulatum, vt contumax hominum ingenium, non vi duci, ſed ſponte ſequi cogatur.

Matth. 10. v. 10. — Marc. 6. v. 9. — Cornelius in Matth. c. 10. — *Apoſtoli ſine virgâ mittuntur, ne inſigne poteſtatis præſeferant.* — S. Ambroſ.

4. Pergit inibi Ambroſius, & ſic curſim elucidat illud Paulli: *Quid vultis? In virgâ veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Sed & Paullus virgam quidem minatur, ſed in ſpiritu manſuetudinis viſitat delinquentes. Denique vt ſcias mitem eſſe Doctorem, eorum ipſorum quos arguit, conſulit voluntatem. Quid vultis, inquit, in virgâ veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Semel virgam dixit, bis mitiora ſubiecit, adijciens manſuetudinem charitati. Priùs tamen minatus eſt virgam, ſed exhibuit manſuetudinem..... Abiecit virgam, & affectum charitatis aſſumpſit.* Ecce Apoſtolus ſemel virgam, & quidem duntaxat comminatam, & ad arbitrium corrigendorum poſuit; bis autem manſuetudinem; vt comminatæ ad nutum virgæ rigorem, geminata lenitas dilueret, vel potiùs expiaret. Luculenter quidem Ambroſius.

1. Corinth. 4. v. 21. — S. Ambroſ. — *Comminatâ ſemel duntaxat virgâ, geminata manſuetudo diluit, & expiat.*

5. Iob 29. quàm modeſtè regnum adminiſtrauerit, ad ſuperiorum eruditionem paucis deſcribit: *Cùm ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.* Benè eſt, Iobus tanquam Rex ſedeat in maieſtatis ſolio, circumſeptus militari ſatellitio: ſed opinor, his armorum minis dum ſedet ad iudicandum, iudicij ſeueritas minimè reſpondet. A *circumſtante exercitu* vulnera, imò & fulmina damnationum timeres: ſed reorum timor in veniam, & conſolationem permutatur. Quorſum minax exercitus ſubſellia circumſtat, quæ mœrentium conſolationem dulciùs ſtillant? Vacat armati ſatellitij opera, vbi pietatis negotium exercetur; nam ad rem iudiciariæ pietatis, fruſtrà exercitus obarmatur. Profectò opinari quiſpiam poſſet, in iudicio pietatem plerumque exercente, *exercitum circumſtantem* non eſſe ſuperuacuum: nam indiſcretus plurimorum zelus ſic pietate Rectoris vritur, & obtentu iuſtitiæ ſic ſæpè inſoleſcit, vt iudiciaria pietas (ſæpiùs neceſſaria ad Reipublicæ gubernationem) ad benignitatem potiùs, quàm ad rigores armanda ſit, vt nimij zeli furores exarmet. Sic interdum ſtulteſcit, vel furit male iuſtus quorumdam zelus! O nimis verè! Aliter S. Gregorius lib. 20. Moralium c. 8. locum ad rem commentatur: *Sciendum nobis eſt, quod valdè lectorem ædificare etiam iuxta hiſtoriam poteſt, ſi perpendat quomodo bonis Rectoribus mixta ſit, & regendi auctoritas, & benignitas conſolandi. Ait enim: Cumque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu: ecce auctoritas regiminis. Eram tamen mœrentium conſolator: ecce myſterium pietatis.* Scilicet circumſtans ſuperioribus exercitus, & armata velut pugnaciter auctoritas ad edomandam ſubditorum contumaciam, & vitiorum furorem, rigores minaciter oſtentet; ſed iudicium lenitate peragatur: *ecce myſterium pietatis*; quod armatam pietatem præfert, ſed reapſe clementiâ perficitur: & quod in minis cœpit, in pietate conſummatur. *Remiſſiùs imperanti meliùs paretur.* O quoties, quod durities non eualet, domat lenitas! Caue ne ſubditus diſtrictiori pœnâ, dum verecundiam exuit, contumaciam oppigneret.

Iob 29. v. 25. — *Qui leniter gubernat, exercitu contra zelatores opportunè armatur.* — S. Gregor. — *Superior myſterio pietatis clemens eſto.*

6. Geneſeos 42. perduellionis reatu notantur eius fratres à Ioſepho, Ægypti Præfecto: Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: *Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.* Imbenè iuraſſe videtur ſanctiſſimus Patriarcha; nam licèt

Gen. 42. v. 14. & 15. — *Auſtera punitio, flagitia inuenit, aut facit. quare*

licèt ſuus Beniamin non veniret, minimè *exploratores* erant. Sapienter inibi Augusti-
S. Auguſtin. nus quæſt. 139. ſic addubitat: *Hoc autem quomodo verum eſt: Si non verum dicitis, exploratores eſtis, cùm, etiamſi mentiantur, non ſint exploratores? Sed hoc eſt, quòd dixi, ita dictum eſſe, Exploratores eſtis, tanquam ſi dictum eſſet, exploratorum pœnâ digni eſtis: hoc eſt, exploratores deputabimini merito mendacij veſtri. Eſtis autem, potuiſſe dici, pro habebimini, vel deputabimini, innumera ſimiles locutiones docent.* Itaque veridico etiam Ioſephi ore, qui exploratorum pœnâ acerbiùs punitur, etſi re verâ explorator non ſit, explorator dicitur, quia explorator deputatur. Quaſi exploratoris pœna exploratorem inueniat, aut faciat. Neque enim exinceps pudebit eſſe, quod ritè in iudicio pœnæ ſuffragio publicè deputatur. O viderit Præpoſitorum rigor, ne pœnale ſupplicium, dum pudorem aufert, crimina parturiat!

§. CCII.

In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo.

1. Philo Iud. *Largior Dei beneficentia, & mendica hominis indigentia.*

PHilo Iudæus lib. de Mundi opificio: Deus, inquit, nemine mouente (quis enim erat alius?) ſuopte conſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copioſè largitérque profundere in naturam nullius bonæ rei per ſe capacem ſine diuinâ munificentiâ. Attamen non pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirùm infinitæ ac incomprehenſibilis; ſed attemperat ſe ad vires eorum, quos dignatur ſua beneficentia. Nec enim ſicut Deus ad benefaciendum propenſus eſt, ita creatura ad accipienda beneficia, illius enim potentia longè ſuperat: at huius infirmitas impar eſt eorum magnitudini; ſuccumberétque, niſi Deus pro cuiuſque portione moderaretur ſuam gratiam. Hæc ille, quibus & largiorem Dei beneficentiam, & mendicam hominis indigentiam luculenter exponit.

2. Ioann. 15. v. 16.

Ioannis 15. ſic Chriſtus Deus Diſcipulos alloquitur: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Quaſi dicat: Non vos priores me elegiſtis in magiſtrum & Dominum; ſed ego prior vos elegi & vocaui, meâque vocatione & gratiâ effeci, vt eſſetis mei amici, diſcipuli, & Apoſtoli, & aſſequeremini appendices Apoſtolatui gratias & glorias. Hunc lo-
S. Irenæus. cum ſic explanat Irenæus lib. 4. cap. 28. *Non quaſi indigens Deus hominis, plaſmauit Adam, ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia.... Seruitus erga Deum, Deo quidem nihil præſtat, nec opus eſt Deo humano obſequio. Ipſe autem ſequentibus & ſeruientibus eis, vitam & incorruptelam, & gloriam æternam attribuit, beneficium præſtans ſeruientibus ſibi ob id quod ſeruiunt, ſed non beneficium ipſe ab eis accipiens. Etenim diues, perfectus, & ſine indigentia.* Nota attentiùs verba, quæ ad rem opportunè ſubiicit: *Propter hoc autem requirit Deus ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus & miſericors, benefaciat eis, qui perſeuerant in ſeruitute eius. In quantum enim Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione. Hæc enim gloria hominis permanere in Dei ſeruitute. Et propter hoc dicebat Diſcipulis ſuis Dominus: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos; ſignificans quoniam non ipſi glorificabant eum ſequentes eum, ſed in eo quòd ſequerentur Filium Dei, glorificabantur ab eo.* Expende ſubtiliùs illam Irenæi ſententiam, quâ cognatam homini indigentiam, diuinæ independentiæ patiat. *In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Deus infi- *In quantum Deus nullius indiget, in tantùm homo indiget Deo.*
nitè ſibi ſufficiens eſt, ſe ſolo totus, & plenus; ſummum in ſe & à ſe bonum immetatè perfectum; & inde nullius hominis indigum. Non poteſt eſſe maior indigentia aut independentia, quàm hæc, quâ infinitus Deus conſtat, & quæ eius incomprehenſibilem naturam explicatiùs deſcribit, & mentibus notificat. Par ergo dicitur (an quia vtraque eſſentialis?) indigentia hominis à Deo, quàm inindigentia Dei ab homine. *In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Profundè quidem Irenæus.

Geneſeos 1. quartâ mundialis opificij die, 3. Gen. 1. v. 16.
Solem & Lunam Deus creauit: *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Vtriuſque gloriam altè buccinat Siracides, facundus Solis ac Lunæ encomiaſtes: Altitudinis, inquit, firmamentum pulchritudo eius eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ. Sol in aſpectu annuncians in exitu, *Vas admirabile* Eccli. 43. v. 2. & 9.
opus Excelſi, &c. Et Luna in omnibus in tempore ſuo. *Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cæli reſplendens glorioſè.* Adeò prænitet in mundo, Solis & Lunæ gloria, vt tametſi à Deo facta identidem in ſcripturis dicantur, ad errorum cautelam; tamen non tanquam diei ac noctis præſides à Deo conſtituti, & eius ſubpræfecti; ſed velut cæli ac mundi reges, & vera numina à multis adorentur. Sic pulchritudinis nitor, & continua largiter beneficentia, hominum credulitatem ſubornarunt? Tantùm ſplendidiori munificentiæ licet! Verùm quàm ſtulteſcat hic error, & quàm ſit noxius hominibus, qui illum fabricarunt, acutè diſſerit Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. ſub S. Cyr. Ieroſ.
titulo *de Deo*, ſic ad rem fatus: *Cùm itaque aberrauerint quidam ab vno Deo, diuerſimodè multi ſentiebant. Ac alij quidem Solem ponebant, vt occidente Sole, noctis tempore ſine Deo eſſent: alij verò Lunam, vt in die Deum non haberent.* Nempè quiſquis Solem aut Lunam *Qui Solem aut Lunam quaſi Deum adorat, aut noctu, aut interdiu ſine Deo eſt.*
tanquam Deum colit, etſi vnum verum Numen in plures Deos fœcundè multiplicare videatur; tamen impiè & noxiè ſemiatheiſmum profitetur; nam aut nocte, aut interdiu Atheus eſt, cùm ſine Deo ſit. Qui Soli diuinos exhibent honores, totâ nocte Deo carent: qui verò Lunam quaſi Deum colunt, in die Deo viduantur; & abſentem Deum, velut tunc nullum, Numine ſuo exauctorant. Reuerentia adorationis, & depoſitionis contumelia vices reciprocant. O fatui homines, qui propter ſplendidam Solis beneficentiam, & obſcuram eorum indigentiam, eum tanquam Deum venerantur; ſic ſtulteſcunt, vt non

non aduertant, totâ ſe nocte Deo cariturоs! Periit, periit homo toto tempore, quo nullus ei Deus eſt. Porrò *in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.* Conſultiſſimè Suſanna, Idololatræ Babylonis inquilina, cùm extremè calamitoſa erat diuinæ opis maximè indiga, Deum aduocans auxiliatorem, illum appellat *æternum*, quaſi piâ inuocatione Deos diurnos nocturnóſve religiosè abiurauerit. A Deo æterno auxilium expoſcit, & alternantem vicibus diuinitatem refutat. *Exclamauit autem voce magnâ Suſanna, & dixit: Deus æterne*, &c.

Hic verſ.42.

4. 2. Corinth. 12. ita Paullus ſcribit: *Virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Sententia generalis eſt, & quaſi axioma morale, de quàuis hominis *infirmitate*, imbecillitate, indigentiâ, quâ Dei *virtus perfici* dicitur. Pro *virtus* Græcè eſt *δύναμίς μου, potentia, fortitudo mea.* Hæc ergo Dei potentia humanâ infirmitate, tenuitate, & mendicitate perficitur: quia quò maior eſt infirmitas, eò maior à Deo fortitudo ad eam ſuperandam ſuggeritur; quò magis virtus, omnipotentia, & beneficentia Dei cognoſcitur, & perfectior probatur. Sapienter Irenæus lib. 3. aduersùs Hæreſ. cap. 22. *Magnanimus*, inquit, *fuit Deus deficiente homine, eamque per verbum eſſe victoriam reddendam ei prævidens. Cùm enim perficiebatur virtus in infirmitate, benignitatem Dei, & magnificentiſſimam oſtendebat virtutem.. Gloria enim hominis, Deus, operationis verò Dei, & omnis ſapientiæ eius, & virtutis receptaculum, homo.* Itaque ex hominis defectu, infirmitate, & naturâ omniū indigâ, Deus, cùm vim ſuam beneficam exerit ad opem, dicitur *magnanimus*, & *beneficentiſſimus*: nam omnis ſapientiæ, operationis, ac virtutis Dei *receptaculum, homo.* Irenæo Tertullianus concinit lib. de Reſurr. carn. cap. 9. vbi poſtquam multa carnis probra, quibus infeſtatur, recenſuiſſet, ſubdit: *Auſim dicere, ſi hæc carni non accidiſſent, benignitas, gratia, miſericordia, & omnis vis Dei benefica vacuiſſet.* Nam ab exprompta tot infirmitatibus, miſeriis, ac egeſtatibus ope, Dei *virtus perficitur*, id eſt, *benignus, magnanimus*, & *magnificentiſſimus* oſtenditur. Idcircò altè dixit Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. *Sicut mundus componitur ex contrariis, nempè ex calido & frigido; ita etiam ex his* (ex eo, inquam) *qui dat, & ex his qui accipiunt*, quaſi ethici mundi elementa, quibus inuisè componitur, ſit Deus infinitè beneficus, largiter donans; & homo indigenter mendicus, & omnium indigus, beneficia à Deo inceſſanter accipiens. Nam *in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione.*

1. Cor. 12. v. 9.

Græcè.

Irenæus.

Dei virtus, hominis defectu perficitur. quare.

Tertullian.

Clem. Alex. Velut elementa mūdi ſunt dans & accipiens.

5. Actorum 17. Athenis Paullus aram ignoto Deo deſtinatam inuenit. Huius rei occaſione, ait ad illos: Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, *cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem & omnia...... In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.* Profectò in Deo *viuimus, cùm ipſe det omnibus vitam*, iuxta illud Auguſtini ſerm. 18. de verbis Apoſtoli: *Vita corporis anima eſt, vita animæ Deus eſt.* Quomodo autem in Deo ſimus, eius exponens immenſitatem, ſic loquitur S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 8. *Ipſe*, inquit, *manet intrà omnia, ipſe extrà omnia, ipſe ſuprà omnia, ipſe infrà omnia: & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſuſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem: ſurſum regens, deorſum continens, extrà circumdans, interiùs penetrans: nec aliâ ex parte ſuperior, aliâ inferior, aut aliâ ex parte interior, atque alia manet interior: ſed vnus idémque totus vbique præſidendo ſuſtinens, ſuſtinendo præſidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans: vnde ſuperiùs præſident, inde inferiùs ſuſtinens; & vnde exteriùs ambiens, inde interiùs replens: ſine inquietudine ſuperiùs regens, ſine labore inferiùs ſuſtinens, interiùs ſine extenuatione penetrans, exteriùs ſine extenſione circumdans. Eſt itaque inferior & ſuperior ſine loco, eſt amplior ſine latitudine, eſt ſubtilior ſine extenuatione.* Eleganter æquè ac ſubtiliter exponit Gregorius quomodo in Deo ſimus, & in nobis Deus viciſſim exiſtit. Quod Empedocles breuiùs ediſſerit, his verbis; Deum luculenter definiens: *Deus*, inquit, *eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.* Circulus autem & immenſæ æternitatis, & immetatæ perfectionis eſt ſymbolum.

Act. 17. v. 25. & 28.

Vita corporis eſt anima, vitæ animæ Deus eſt.

S. Auguſt.

Dei immenſitas graphicè exponitur.

Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.

Empedocl.

Sed adhuc explicatiùs tradere lubet, quomodo Deus *det omnibus* vitam, & inſpirationem, & *omnia*. Num Deus *omnia omnibus dat*? S. Dionyſius cap. 7. de diuin. nomin. ait diuinam monadem ſeu vnitatem in tribus perſonis, ſe è cæleſtibus in omnia, etiam ima diffundere, *vt quæ ſit primum*, ait, *omnis eſſentiæ principium & cauſſa; eamdémque omnia eximio modo complexu ſuo, qui inuictus ſit, continere.* Quid eſt quòd Deus *inuicto* cauſæ complexu omnia continet? Vnde nunc victoria Deo adſcribitur? Sed de hoc aliàs. 6.

Act. 17. v. 25.

Inuicto complexu Deus omnia omnibus dat.

S. Dionyſ.

§. CCIII.

Sit veritas homini cognata, quâ integer homo eſt, potenter inſuperabilis, & præcoquus cæli inquilinus.

VErum ſemper illud: Deſideria naturalia, finita ſunt; ex falsâ opinione naſcentia, vbi deſinant non habent. *Nullus enim terminus falſo eſt, veritati aliquid extremum eſt: error immenſus eſt.* Retrahe te ergo à vanis, ne immenſum erres, quia vbi conſiſtas non habes. Argumentum humanæ mentis, veritas eſt, & cogitationum baſis: quare diſcurſus qui ei non incumbit, tanquam fulcro deſtitutus titubat, & ſenſim procumbit. Vt heliotropium perpetuò ad Solem, ſic intellectus ad veritatem. Riualis ſemper veritatis hanc amat, huic ſtudet, cum hac deliciatur, in illius amplexu totus. Quid tam ingratū méti quàm error? quid tam gratum rationi quàm veritas? Sæpè vel impuriſſimos quoſque ad aſſentiendū veritati, *etiam ſine ratione ipſa veritas ducit* cæcâ felicitate. Itaque inſcius veridicos quæ- 1.

Seneca de remed. fort.

Nullus eſt terminus falſo; veritati aliquid extremum eſt.

Etiam ſine ratione ipſa ad ſe ducit veritas.

Senec. ep. 95.

rat magiſtros, dubius prudẽter cõſulat, certus diſcurſũ certiùs fundet, & vna veritas animi vota impleat. Qui veritatẽ quærit, & inuenit, Chriſtum tenet: ipſe enim eſt *via*, & *veritas*.

Ioann. 14. v. 5.

2. Pſalmo 84. regius Vates non valdè generoſos veritatis prodit natales: *Veritas de terrâ orta eſt*, inquit. Genebrardus ibi ex Hebræo textu legit: *Veritas de terrâ effloruit. Per metaphoram à ſtirpibus*, id dictum putat. At terra, vt veritatum ſterilis, ſic mendaciorum nimis fœcunda matrix eſt. Nam terrenus homo, qui terræ nomine innuitur, non habet de ſe niſi mendacium, & peccatum, hoc eſt, mentis, oris atque operis mendacium. Quomodo ergo ex hac terrâ veritas *orietur*, & *efflorebit*? Sententioſè Panormitanus lib. 1. de geſtis Alfonſi, hanc ex ipſo Rege gnomẽ proponit, quaſi ad hunc locum tacitè alludat: *Veritas*, ait, *omnibus quidem innata eſſe debet*. O quàm benè exculta eſſe oportet terra humani cordis, virtutum vomere proſciſa, & cæleſti imbre irrigata, vt veritas illi cognata & *innata* ſit, veritas de illâ *oriatur*, pullulet, vernet, *efflorescat*, & vberi fructu fœcundiùs autumnet! Arcanum quoddam ſemen veritatis à ſatore Deo ſparſum, in hominis ratione animitus latet, & fotu mentis veritatum naturaliter ſtudioſæ, veritatem profert mente, ore, manu. Spontiua ſit veritas, quæ hominibus *innata eſſe debet*: nam *veritas de terrâ orta eſt*, & *de terrâ effloruit*, ſed cælitus irrigatâ, vt peregrinos ſibi fructus afferat vberi ſemper prouentu. O felix terra, quæ veritatis fructus ſpontiuos abundè donat! O, volupe ſit omnibus veritatem amare, colere, venerari, vt vera ſemper animitus proferamus!

Pſalm. 84. v. 12. Genebrard. Hebræus *Veritas, quæ de terrâ efflorescit, omnibus cognata eſſe debet.*

Panormit.

3. Deuteronomij 6. hæc Moyſis vox auditur: *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt*. Hebraïcè habetur: *Audi Iſraël, Deus, Deus noſter Deus vnus eſt*. Ratio cur Deus ſit vnus, eſt, quia Deus eſt ens ſimpliciſſimum, æquè ac abſolutiſſimum, & perfectiſſimum. Si enim eſſent duo Dij, vnus haberet aliquid perfectionis quod non haberet alius, & conſequenter aliquid perfectionis vtrique deeſſet: ergo neuter eſſet abſolutè perfectiſſimus; ergo nenter eſſet Deus. Deus enim omnium rerum perfectiones in ſe continet & complectitur: non autem contineret perfectionem veritatis, ſi non vnus, ſed multiplex eſſet. Audiendus eſt magnus Theologus Dionyſius Areopagita apud Anton. in Meliſſâ cap. 21. Quid eſt veritas? eſt Deus, *vtpotè vnum, non multa ſecundùm naturam. Verum quippè vnum eſt, mendacium autem multiplex*. Grandius quidem veritatis elogium eſt, quòd ſublimiſſimam Dei naturam naturaliter deſcribat, adumbret, exponat! Sanè mendacium eſt Deorum multiplicitas, quæ vnitate, id eſt, ſummâ veritatis laude vidnatur: *Verum quidem vnum eſt, mendacium autem multiplex*. Vnde vnus Dens, veritas eſt; multiplex autem Deus, mendacium; quia caret veritatis perfectione, ſcilicet vnitate. Nomen autem Deus ter repetitur, & *vnus* dicitur, quaſi ter vnus dicatur, & multipliciter ſeu omnimodè vnus, id eſt, vniſſimus; vt de aſſimilatione veritatis, eius ſumma perfectio propaletur.

Deut. 6. v. 4. Hebræus. *Deus vnus eſt; quia verum, vnum eſt, mendaciũ autem multiplex.*

S. Dionyſius. Antonius.

4. Iob 1. Vir erat in terrâ Hus nomine Iob, *Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timẽs Deum.* Commendatus Iob à dignitate, patriâ, & nomine; nunc ab animi bonis, atque inter ea primùm conſtituuntur, quæ ad æquitatẽ rationis naturalis pertinere videntur, nempè (ait ibi Pineda) *ſimplicitas, & veracitas in dictis & factis*. Itaque τὸ *ſimplex*, perinde eſt ac *verax*, veritatis amator, ac ſtudioſus veritatis. Notat autem eruditus hic Auctor, quòd vox Hebræa, pro quâ vulgatus interpres vertit *ſimplex*, ſignificat etiam *immaculatum, plenum, integrũ*, quaſi qui ſimplex eſt, ſeu *verax*, ſit homo plenus & *integer* homo; mendax verò homo mutilus, ſeu non integer, & ſeipſo vacuus. De Diabolo ait Chriſtus Ioannis 8. Ille homicida erat ab initio, *& in veritate non ſtetit*. Quem locum ſic indidem exponit Cornelius: *In veritate non ſtetit, hoc eſt, in integritate*. Benè quidem: nam homo ſimplex ſeu *verax, plenus*, ſeu *integer* homo eſt: quare Angelus qui in veritate non ſtetit, *in integritate* non ſtetiſſe perhibetur: ac ſi veritas ſit *plenitudo & integritas* hominis & Angeli. O! qui verax non eſt, ſed mendaciis varius & multiplex, non plenus nec integer homo eſt, ſed ſemihomo, magnâ ex parte ſeipſo vacuus, quaſi veritas ſit hominis *plenitudo*, & illius *integritas*; & homo & Angelus veritate compleatur.

Iob 1. v. 1.

Pineda.

Hebræus. *Veritas eſt hominis plenitudo & integritas.*

Ioann. 8. v. 44. Cornelius.

Eſdræ 3. c. 4. Zorobabel veritatis encomiaſtes, ita de eâ coram loquitur: Veritas magna, inquit, & fortior præ omnibus. *Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipſam benedicit*, & omnia opera mouentur, & tremunt eam. Veritas manet, & *inualeſcit* in æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Et non eſt in iudicio eius iniquum, *ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & maieſtas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis*. Itaque fortitudine, regno, maieſtate, & poteſtate præ omnibus veritas *inualeſcit*, & cunctis præualet. Quare ſapiẽter dixit Æſchines: *Adeò valida eſt veritas, vt omnes humanas cogitationes ſuperet*. Nimirùm adſunt tribunali hi Senes verſutè malitioſi, barbaris libidinibus inſtigati, doloſis fraudibus armati; adſunt *pleni iniquâ cogitatione aduersùs Suſannam vt interficerent eam*. Illi ipſi aderant accuſatores, teſtes, iudices: in mẽdacio callidè concinnato obſtinati erant animo pertinaciter flecti neſcio. Quid aduersùs has *iniquas cogitationes inualeſcat* niſi veritas? nam *adeò valida eſt veritas, vt omnes humanas cogitationes ſuperet*. Veritas enim in ore *Pueri* haſce vaferrimas technas, & fraudes artificioſè compoſitas, id eſt, Senum & Iudicum *iniquas cogitationes ſuperauit*. O veritas, tua eſt *fortitudo*, tuum eſt *regnum*, tua eſt *poteſtas & maieſtas* omnium ſeculorum, tu *humanas cogitationes ſuperas*, & cunctis omnibus *inualeſcis*! Hac armatus *Puer* imbellis validos aſtutè Iudices exarmat, & de Suſannæ innocentiâ vindicias agit. 5.

3. Eſdræ 4. v. 40. *Veritas omnes humanas cogitationes ſuperat.* Æſchin. apud Cornel. in Ioan. c. 18.

Hîc verſ. 18.

Paullus ad Philippenſes 3. *Noſtra*, inquit, *conuerſatio in cælis eſt*. Pro τὸ *conuerſatio*, Græcè eſt πολίτευμα, quod verbum, inquit Budæus, ſignificat regimen politicum reipublicæ, vel ciuitatis. Quaſi dicat: Noſtrum regimẽ, noſtra reſpublica, ciuitas noſtra in cælis eſt; nos gerimus vt municipes cælorũ; regnũ cœlorũ eſt ciuitas noſtra, cuius municipali iure vtimur. Vnde ſic verti & exponi poteſt hic locus: Quaſi præproperè in cælum duxerimus coloniam, 6.

Ad Philip. 3. v. 20. Budæus. *Veritas veridicos facit præcoques cæli inquilinos, ſeu ciues.*

niam, conuerſamur vt ciues cælorum, qui ſcilicet legibus, conſuetudine, politiâ, iure, & linguâ regni cæleſtis viuimus. Vnde tam beatè præcoqua felicitas? Opinor, τὸ *conuerſatio in cælis*, ore peragitur, verbis præcipuè conſtat. Appoſitè Menander apud Stobæum ſerm. 11. *Veritas*, inquit, *cæli ciuis eſt*, *& ſola fruitur conuictu Deorum*, cælitum, inquam. Bona veritas, quæ cæli ciuis eſt, ciuéſque cæli præmaturè facit, dum cælitum conuictu, conuerſatione, & alloquio fruitur. Veritatis ſtudioſus, etſi adhuc in terris degat, cælicæ veritatis riualis, cæli inquilinus eſt, cæleſti conuictu, & conuerſatione fruitur. Eſt enim *Veritas cæli ciuis*: quare veridicus dicere cum Paullo audacter poteſt: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.*

Menander. Stobæus.

7\. Prouerbiorum 8. poſtquam Dei ſapientia, in architectandâ mundialis opificij mole, illi ſigillatim adfuiſſe dicitur, addit, *Cum eo eram cuncta componens.* Quæ verba ſic nonnulli ex Hebræo textu reddunt: *Aderam illi quaſi artifex.* Quaſi dicat: Ego ſapientia in opere creationis fui quaſi artifex Dei, qui totam vniuerſi molem optimè & elegantiſſimè diſpoſui. Quod Auguſtinus in ſententiis ſent. 386. veritati adſcribit, aiens: Deus eſt *prima vita, & prima eſſentia, vbi eſt prima ſapientia. Nam hæc eſt illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis.* Ecce artium, ſcientiarum, ac facultatum omnium *lex*, veritas dicitur. Qui huic veritatis *legi* obſequenter non paret, pertinaciter planè errat. Imò & veritas eſt *ars omnipotentis artificis*. Quæ enim *ars*, niſi *veritas* ipſa omnipotenter operari eualuiſſet, & adeò ſapienter mundi opificium ſextiduo condere, & conditum tam peritè gubernare? O! Veritatis ductu artifex peritè omnipotens agit. Vnde ſcitè dixit Plato lib. 5. de legibus. *Veritas tam Deo quàm hominibus ad omnia bona dux eſt.* Hem! Veritas vel ipſius Dei *Dux* eſt? Quid potuit de veritate ſumptuoſiùs dici, & glorioſiùs prædicari? Ad omnia bona veritas homines ducit? Qui non eſt veritatis amator, omnia ſibi bona inuidet.

Prouerb. 8. v. 30.
Hebræus.
Veritas lex eſt omnium artium, & ars omnipotentis artificis.
Auguſtin.
Veritas Dei & hominum dux dicitur.
Plato.

8\. Sapientiæ 1. ita ſcribitur: *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*, mendacem, inquam, qui mente dolos fabricat, & ore effutit; qui in corde & corde loquitur; hic, hic inquam, à ſe fugat Spiritum ſanctum, qui eſt mendacij refuga, ſicut peramans veritatis. Vnde dicitur, *ſpiritus veritatis*, quia omnis veritatis eſt auctor, ac ſolus puræ & integræ veritatis eſt doctor & largitor, qui docet nos omnem veritatem, nóſque à mendaciorum erroribus defæcari intentiùs exambit. Ad hunc locum tempeſtiuè adludit S. Antiochus hom. 66. ita fatus: *Neceſſe eſt ex hominis ore nullum effundi ſermonem, qui non veritati omnino innitatur, vt ſpiritus ille veritatis, qui idem Deus eſt, intelligatur in hac carne ſibi delegiſſe domicilium, qui per hoc apud omne humanum genus comperietur veridicus, atque ita demum glorificabitur Dominus habitans hominem, dum in omni verbo verax eſt Dominus, nec vllum poſſit de ipſo deprehendi mendacium.* Vide rationem optimam, ob quam *Spiritus ſanctus effugiat fictum*, hoc eſt, mendacem; nempè quia cùm ſit *ſpiritus veritatis*, veracem hominem, tanquam proprium *domicilium* eligit, & ipſe in illo loqui videtur. Quod ſi verax eſſe deſiit, & falſa loquatur, putabitur ipſe ſpiritus eſſe mendax falſidici hominis mendacio. Inde quamtocyùs mendacem *Spiritus ſanctus*, *ſpiritus veritatis effugit*, ne illi vllo modo mendacium adſcribatur. Quo magis hoſce mendaciſſimos Senes deteſteris.

Sapient. 1. 5.
Ioann. 14. v. 17.
Spiritus ſanctus mendacē effugit, ne illi mendacium adſcribatur.
S. Antioch.
Hic verſ. 42.

---

§. CCIV.

Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimodè vindicatur.

1\. SEneca epiſt. 84. ſic ſuo Lucilio reſcribit: Singulos, inquit, dies tibi meos, & quidem totos indicare iubes. Benè de me iudicas, ſi nihil eſſe in illis putas, quod abſcondam. *Sic certè viuendum eſt tanquam in conſpectu viuamus, ſic cogitandum tanquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit. Et poteſt: quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum? Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & cogitationibus medijs interuenit.* Cùm nihil Deo clauſum ſit, Suſanna opportunè palam exclamat voce magnâ, quæ Gentium fidem erudiat, & ſuam innocentiam prodat: *Deus*, inquit, *æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant* (ergo potiùs quæ facta ſunt) *tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me.* Deus autem ſecretorum etiam bene ſcius, præſtò auxiliatis adeſt, ſuam omniſcientiam demonſtrans beneficè præſentem: & impleuit illud Malachiæ: *Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris.* Teſtis velox adfuit Deus in iudicio aduersùs horum Senum ſuffragium mendax, & Danielis Prophetæ ſententiâ, & Suſannæ innocentiam vindicauit, & Senes *maleficos, & adulteros, & periuros* condignâ flagitiis pœnâ mulctauit. Fortunata eſt veritas quantumuis ſecreta, pro quâ Deus tanquam *teſtis velox in iudicio* ſuffragium tulit. Euge Suſanna, ſcientiæ Dei vindex, ab eâ fideliter vindicata.

Seneca.
Occultis hominum cogitationibus Deus intereſt.
Hic verſ. 42.
Malach. 3. v. 5.
Deus Suſannæ adfuit, tanquam teſtis velox.

2\. Ieremias cap. 1. ita ſcribit: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video.* Theodotion vertit, *ego video virgam amygdalinam*, quæ prima inter arbores euigilat, id eſt, ſollicita eſt velut ocellis gemmare, & florere. Vnde nonnulli exponunt, *virgam oculatam*, vel *oculos apertos & vigiles habentem.* Quid ſignificat hæc oculata virga, quam Deus Prophetæ demonſtrat? Sapienter Cyrillus Alex. lib. 9. contra Iulianum, ſic ad rem ſcribit: Ægyptij per Hieroglyphicos *volentes ſignificare Deum, hoc eſt, ſummam, & quæ ſuper omnia eſt naturam, pingebant oculum, cui baculum ſubſtituebant, vt per hoc intelligatur quòd omnia videat, & ſit ei regia dignitas. Nam ſceptrum ferè ſemper Regis intelligitur ſymbolum: quamuis etiam per ſtantem baculum quod nullo modo diuina natura labefactari poſſit, ſed quaſi ſemper ſtare, & quodammodo ſuſtinere & fundare omnia, diſcatur.* Itaque *oculus ſceptro* ſuperpoſitus, aptiſſimum diuinæ naturæ hieroglyphicum eſt, quo auguſtior, præclarior,

Ierem. 1. v. 11.
Theodotion.
Viegas in Apoc. com. 1. ſect. 1.
S. Cyrillus.
Oculus ſuprà ſceptrum, Dei hieroglyphicum eſt.

Deus tanquã æternorum obliti, sicut in inuocatã, & tuendã Suſannã.

neque minuitur, ſi innumera videas, & diuerſa. Quia ſicut vno totum ſimul perfectè conſideras, ſic ſingula qualibet, licèt diuerſa, perfectè ſimul, totáque totus conſpicis viſus tuus. Sed ſicut omnia, ſic vnum; & ſicut vnum, ſic ſingula, totus ſimul, ſine diuiſione, vel commutatione, vel diminutione conſideras. Itaque totus tu in tempore ſine tempore, totum me ſimul ſempérque conſideras, ac ſi nihil aliud conſiderare habeas. Sic igitur ſuper cuſtodiam meam ſtas, ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere velis. Semper quippè te præſentem exhibes, ſemper te paratum offers, ſi me paratum inuenis. Vbicumque fuero, non recedis, quoniam vbique es, vt quocumque iero, inueniam te, per quem poſſim eſſe, ne peream ſine te, cùm ſine te eſſe non poſſim. Longiuſcule: ſed quid accõmodatius Suſannæ, quæ dum iniuſtè periclitatur, ad diuinam omniſcientiam appellat, ſuæ innocentiæ vnicè inſpectricem, & continuò inde aſſertricem?

8. *Apoph. Heb. Tria ſeruanda, vt nunquam peccas.*

Priſci Hebræi in *Pirke auoth*, hoc eſt, in Apophthegmat. patrum Hebræorum: *Tria*, aiunt, *tibi ſeruanda ſunt, vt nunquam in peccatum labaris, vt attendas oculum omnia videntem: vt aurem, cui nec ipſum tacet ſilentium, in omni loco reuerearis: vt cogites omnia & ſingula opera tua in libro ſcientiæ illius eſſe exarata.* Bene monentem ſequere, vt innocentiam aut conſerues, aut recuperes. Feliciter ſecuta eſt Suſanna, quæ *peccare in conſpectu Domini* conſtanter renuit. Hic verſ. 23.

§. CCV.

Vita humana, viua mors eſt: & vſque adeò euanida, vt producendo non augeatur, nec addendo creſcat; quia veniendo recedit.

1. *Euripides. Plato. Viuere quidem mori eſt; mori autem viuere.*

ARgutè Euripides apud Platonem in Gorgiâ: *Quis nouit*, inquit, *vtrùm viuere quidem mori ſit; mori autem viuere?* Sic eſt vita humana miſeriis vectigalis, calamitatibus tributaria, & mortibus obnoxia, vt apud ſapientes ambiguum ſit, an vitæ auſpicium, mors ſit; & vita, diuturnior prolixè mors? E matris vtero ſpirans geſtamus cadauer; ætatibus ſingulis retroactæ ætatis viuas agimus exequias, & recens inceſſanter funus celebramus. Qui annoſiùs vixit, diutiùs moritur: caducâ enim hominum vitâ mors latiùs propagatur, & per vitæ traduces magis extenditur. Nyſſenus adludens ad ſeueriores illas Dei minas homini interminatas: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, ſic ad rem eloquenter ſcribit: *Quia ſemel immiſcuerat ſe mors naturæ noſtræ, vnà cum ipſis eorum qui procreabantur ſucceſſionibus mortalitas penetrauit. Quò factum eſt, vt vita nos exciperet mortua, ipsâ quodammodo vitâ noſtrâ morte peremptâ. Nam haud dubiè vita noſtra mortua eſt, cùm immortalitate ſpoliata ſit. Quemadmodum igitur homo dum vera vita moritur, in mortuam hanc vitam incidit: ita cùm huic vitæ moritur, viciſſim viuenti vitæ reſtituitur.* Itaque quandiu hac luce vtimur, viuere quidem videmur; ſed veriùs aſſiduè morimur. Vocabulis

Gen. 2. v. 17. S. Nyſſenus homil. 12. in Cantica.

ludimus, imò ſeriò illudimur, dum vitæ elogio mortalitatem dotamus. Ergo virtutis Chriſtianè ſtudioſus, benè *nouit*, quòd *viuere quidem mori ſit, mori autem viuere.*

Propheta purpuratus, licet regiâ dignitate, 2.
opibus, ac deliciis feliciſſimus, & in paucis Pſalm. 33.
ſapientiſſimus, Pſalmo 33. ſic interrogat: *Quis* v. 13.
eſt homo qui vult vitam? Imò quis eſt homo qui vitam non vult? Præſentis porrò vitæ amor, ſic omnium vota occupat, & pectora implet, vt perrarus ſit, qui etiam miſeriarum impatiens, dum vitæ tædio mortem ore acceſſit, illam ſeriò inuocet. Omnium terribilium terribiliſſimum mors eſt: vita autem appetibilium cenſetur compendium, quaſi humanæ felicitatis baſis, quæ totam proſperitatem mundialem fundat. Vbi labaſcit vita, ſimul honor, voluptas, opulentia, & mundi gloria corruit. Fruſtrà ergo inuenire ſatagit Propheta, *Quis ſit homo qui vult vitam?* Pulchrè Bernardus ſerm. 17. in Pſalmum 90. ſic reſpondet: *Quis eſt homo qui vult vitam? Hæc vita quam viuimus*, inquit, *magis mors eſt, nec ſimpliciter vita, ſed vita mortalis. ſempérque ex quo incipimus viuere, nihil aliud agimus, niſi morti appropinquare, & incipere mori: ibi verè viuitur, vbi viuida vita eſt, & vitalis.* Adnuit Bernardo Auguſtinus lib. 50. Homiliarum hom. 1. *Quantum eſt autem in hac vitâ longum, quod erit aliquando finitum? & quod erat longum erit nullum: quia & quando erat, non ſtabat; & quando producebatur, non augebatur, nec addendo creſcebat, quia veniendo recedebat?* Profectò humana vita, meritum inaniter bonum eſt, & fugitiuum boni ſimulacrum: nam quando erat, non *ſtabat*; & plus vitæ addendo, nec vita *augebatur* nec *creſcebat, quia veniendo recedebat.* Veniendi vocabulum habet, ſed mentitur aduentum, quod dum venit, recedit; dum accedit, fugit; dum propiùs videtur appropinquare, longiùs repedat, & vmbratice euaneſcit. Ergo de adytis diuinæ Philoſophiæ interrogat Propheta: *Quis eſt homo qui vult vitam*, quæ mors potiùs dicenda eſt? & viuidam ac vitalem illam vitam, felicem beatâ immortalitate, non citiùs ſuſpirat? Hanc hianter ſuſpirabat Suſanna, cùm ad temporalem mortem iniuſtè damnata, Dei æternitatem vindicat ſibi, idoneâ præſumptione ad non moritutæ vitæ oppignerationem. Exclamauit autem voce magnâ Suſanna: *Deus æterne..... ecce morior, cùm nihil horum fecerim*, &c.

S. Bernard. apud Lorinum ibi. Non bona huius mortalis vita addenſantur elogia.

S. Auguſtin.

Hic verſ. 42.

Iob 17. inter ineluctabiles calamitates hæc 3.
ipſius vox præclarè reſonat: *Putredini dixi:* Iob 17. v. 14.
Pater meus es; mater mea, & ſoror mea vermibus. Multa multi ſuper ſqualidâ hac Iobi cogitatione. Origenes blandum aliquid hac loquendi formulâ ſignificari putat: *Vt pueri conſolatores parentes habent, ſic ego mortem & putredinem.* Sic putredo & mors conſolatione blandiùs paternâ leniunt vitæ moleſtias, & angores mitigant? De quâ verò *putredine* ac *vermibus* loquatur, non conſtat; an de illis qui ex cadauere creabuntur; an de his quibus viuus adhuc ſcatebat. De his quos cadauer generabit, nonnulli locum interpretantur: ſic autem non parentes, ſed filios potiùs ſuos appellaret vermes.

Origen. ibi. *Putredo & vermes meditati, appellantur parentes.*

Niſi fortè creandi vermes, quos meditatio & vicinus horror anticipat, velut ſemen pietatis, & ſpiritualis vitæ parentes agnoſcat, præproperá virtutum generatione. Ceterùm Philippus ad vermes & putredinem, quibus tunc ſcatebat & ſqualebat, paternitatem refert, ſic eleganter fatus: *Putredini dixi: Pater meus es, &c. Tam longo*, inquit, *tempore putreſco, vt ipſam putredinem, & ſanioſos vermes, parentes appellem: & quemadmodum exiſtere ſine parentibus nemo poteſt, ita neque ego ſine putredine & vermibus; qui ita in me ſunt, quaſi ex eis ipſe ſubſiſterem.* Itaque vermes, quorum morſicationibus inceſſanter exedebatur, & putredinem quâ ſanioſè tabeſcebat, moraliſſimè ſanctus Iob ſuos parentes appellat: quia dum mortem aſciſcunt, illam potiùs eliminant, & vitam è diuerſo creant. Nemo ſine parentibus, qui illi vitam influant, exiſtere poteſt: exinde vermes ac putredinem vocat parentes, ſine quibus nequit *ipſe ſubſiſtere*: præſtant enim vicem parentum, dum meliorem vitam de morte creant. *Quemadmodum exiſtere ſine parentibus nemo poteſt, ita neque ego ſine putredine & vermibus; qui ita in me ſunt, quaſi ex eis ipſe ſubſiſterem.* Cauſſa moriendi eſt ratio viuendi: quia dum viua mors perit, & ſpirans cadauer tandem emoritur, de morte viuax exurgit vita, quæ viuentem mortalitatem tumulans, vitam non morituram creat: ideò cauſſam mortis, mortis ablegatæ, & melioris vitæ originem, atque adeò tanquam parentes agnoſcit: quaſi morte viuat, qui vitâ mortali ab ortu cadaueraſcit. Itaque Iobus alto ethicè ſtilo, *Putredini dixit: Pater meus es: mater mea & ſoror mea vermibus.*

Philipp. apud Pinedam ibi.

Iob vermes appellat parentes, quia dum illi mortem aſciſcūt, vitam potiùs operantur.

4\. Regius Propheta ſic Deum alloquens Pſalmo 118. modulatè pangit: *Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.* S. Ambroſius inibi ſub initium ſermonis 3. ita locum excribit: *Retribue ſeruo tuo, vt viuam, &c.* Id eſt, ſi me ad vitam ſpiritualem refinxeris, tunc demum viuere incipiam; quia hæc mortalis vita, mors eſt potiùs dicenda, quàm vita. Sed acutè addubitat Ambroſius: *Retribue ſeruo tuo, vt viuam. Sed quare dixit, Viuam, & non dixit, Viuo? Quia hæc vita non eſt loco præmij, quæ in loco mortis eſt. Dolet Propheta in puluerem mortis ſe eſſe deductum, Apoſtolus cupit ex hoc mortis corpore liberari. Omnia hîc plena mortis ſunt.* Scilicet Propheta conſultò ait, *Viuam, & non dixit, Viuo, quia loco mortis eſt*, dum mortalem hanc vitam viuit. An dicitur hîc noſtra vita eſſe *in loco mortis*, quia vices mortis gerit? An potiùs per *locum mortis*, ſepulturam intelligit? Quare adhuc viuens *Propheta dolet in puluerem mortis ſe eſſe deductum, Apoſtolus cupit ex hoc mortis corpore liberari.* Heu ſpirans cadauer homo eſt, dum viuit, deteriore ſui parte tumulatus! Et meritò quidem, nam in hac mortali vitâ *omnia plena mortis ſunt.* Idcircò, *Viuam*, ait, *& non dixit, Viuo.*

Pſalm. 118. v. 17.

Homo dum viuit, quaſi mortuus eſſet, viuere poſcit. quare?

5\. Siracides Eccleſiaſtici cap. 14. ſic homines ſalubriter admonet: *Memor eſto*, inquit, *quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi: teſtamentum enim huius mundi, morte morietur.* Nempe aduertant homines, quòd mors omnibus imminens, minimè tardat: nam *teſtamentum inferorum*, hoc eſt, decretum moriendi, & deſcendendi ad inferos (ad ſepulturam inquam) & diuina Scriptura, & quotidiana experientia palàm demonſtrat. Idipſum quoque demonſtrat *teſtamentum huius mundi, morte morieris.* Quorſum certiſſima omnibus hominibus mors, *teſtamentum mundi* nominatur? Mundúſne certam ac non tardantem mortem hominibus *teſtamento*, hoc eſt, firmiſſimo ac inuiolabili pacto reliquit? Scilicet mundus mundialibus illecebris, voluptatibus, ambitione gloriæ & auaritiæ, ſic mundanos homines perſtringit, vt mortem è longinquo proſpectent, ſi quando eius meminerint. Ergo Siracides, quò huic errori & pernicioſæ fallaciæ occurrat, homines ſalubriter admonet, ne huiuſmodi mundanæ perſuaſioni credant, ſed certò ſciant, quòd *mors non tardat: teſtamentum enim huius mundi* eſt, *Morte morieris.* Nempè mundus leuiculæ voluptatis, & mentitæ gloriæ præſtigiis, mortem nimis tardam effingit: congruè igitur *huius mundi teſtamentum*, id eſt, irreuocabilis & certiſſima lex, ſeu firmiſſimum decretum ſanxit, *Morte morietur*; & ſic homo ab ortu mori incipit, & ſuſpensâ expectatione mors omnibus impendet, & in quos tardare putatur, citiùs incurrit. Hoc lethali fato naſcimur omnes. Vnde Tigurina habet: *Memento, mortem moram non facere, nec tibi fatum fati eſſe declaratum.*

Eccli. 14. v. 12.

Cur mundus teſtamento ſuo mortem ſine morâ hominibus relinquat?

Tigurina.

6\. Prouerbiorum 14. ait Salomon: *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Quæ verba ſic inibi Cornelius elucidat. Concluſio ergo ſit, inquit: Vita humana eſt continua *Tragœdia*, cuius cataſtrophe & finis in luctum deſinit, præſertim in morte. Porrò ſicut Tragœdiæ triplex eſt argumentum, ſcilicet terribile, mirabile, & miſerabile, ídque ob triplicem affectum, quem in auditore excitare ſatagit; nimirùm per terribile terrorem, per admirabile venerationem, per miſerabile compaſſionem (vti docet Ariſtoteles in Poëticâ:) ſic pariter triplex hoc obiectum ſpectat tragœdia vitæ humanæ. Tragici enim caſus primò nos deterrent à voluptate, quæ eorum eſt parens; Secundò venerationem Numinis inijciunt, ac iudiciorum eius admirationem; Tertiò compaſſionem, vt mortalium tragicæ vitæ compatiamur conſolando, & medendo quoad poſſumus. Hæc ille.

Prouerb. 14. v. 13.

Cornelius.

Vita hominis eſt Tragœdia. quare?

Ariſtoteles.

§. CCVI.

Mors aſſiduè meditata, ſpei argumentum eſt, ſanctitatis ſynonymum, & arcanum prophetiæ elogium.

1\. QVæ fruſtrà hominum querela eſt, quod nunquam ſatis deploratum incommodum, ſi quicquid debet morte deſinere, ſenſim deficit? Ego certè ſic meditor mortem, ſic eam

mente

meote tracto, velut appropinquet experimentum, & ille laturus ſententiam de omnibus annis meis dies venerit; ita me obſeruo, & alloquor: Quod hactenùs profe cerim morti crediturus ſum; egregiè autem proficiam, ſi omnem mundi ſcenam (ſtropham potiùs dixerim) morte ſubducendam ſeriò perſuadeor. Muudi illecebras, minas, fallacias hæc perſuaſio aſſidua remouet. Quid hâc meditatione égeris, tunc apparebit, cùm animum ages; ages autem ſecurè & placidè, ſi quid tūc agendum erit, ſedulò nunc præmediteris. Accipies tunc, & experieris conditionem humanam, non reformidabis iudicium, cuius acerbitatem, ne dicam hoſtilitatem, crebra eius cogitatio exarmauit; dum diu præcauet, quod derepentè atrociſſimè feriret. Hæc ego mecum loquor, ſed tecum quoque me loqui puta: Iuuenis, vir, an ſenex es? quid refert? Non dinumerantur anni. Incertum eſt quo te loco, & tempore mors expectet. Itaque tu illam in omni loco ac tempore expecta, & expectatione mitigabis. Meditare vtrùm commodius ſit, vel mortem tranſire ad nos, vel nos ad eam. *Egregia res eſt mortem condiſcere. Superuacuum forſan putas id diſcere quo ſemel vtendum. eſt. Hoc eſt ipſum quare meditari debeamus. Semper diſcendum eſt, quod an ſciamus, experiri non poſſumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, ſeruire dedidicit.* Qui mori viuendo didicit, dum mortis naufragium meditatione exſorbet, illud præpropere digeſſit. Sic duræ mortis meditatio, illius acerbitatem aut mitigat, aut fruſtratur.

Fert ex Seneca ep. 26.

Aſſidua mortis meditatio multimodè commendatur.

2\. Prouerbiorum 14. hanc morum gnomen è diuinæ ſapientiæ gymnaſio, his verbis Salomon moraliſſimè euulgat: *In malitia ſua expelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſuâ.* Pro τῇ *morte*, LXX. Interpretes *ſanctitatem* excribunt, miriſſimo quidem meditatæ mortis ſynonymo. Accinit Chaldæus Paraphraſtes, qui præſcripta verba ſic exponit: *Qui confidit ſe moriturum, iuſtus eſt.* Vel, vt habet Syrus: *Qui confidit ſe peccatis carere, iuſtus eſt.* Quaſi dicat Salomon: Impius non cogitat de morte ſua, atque hæc illum ſuis ſceleribus diſtentum ſubitò inuadit: iuſtus autem de morte ſuâ ſollicitus aſſiduò illam ob oculos affert: atque adeò iuſtitiam & pietatem numquam deſerit, nec mors illum inopinatò aggreditur: Ecce tibi mors, quæ eſt terribilium terribiliſſimum, & exanguis mortalium horror, aſſiduè meditata, cognatam acerbitatem ſic dediſcit, vt metum in *ſpem* refingat: imò & ſpem cum *ſanctitate* reciprocet. Quare perindè eſt, *ſperat iuſtus in morte ſuâ*, diu inquam, præmeditatâ, ac ſperat in *ſanctitate* ſuâ. Hem! ſic eſt ſanctitas præmeditatæ diu mortis cognata appendix? ſic meditata mors ſanctitatem inuenit, aut facit? Exindè moraliſſimum eſt ſynonymum, mortem aſſiduè meditari, ac *confidere ſe peccatis carere.* Sic præuenta cogitatione mors, peccatorum expultrix eſt, ſcelerum carentia, & delictorum exilium: & idcircò idonea, quam ſpebus complectamur. Sed adhuc ſublimius quid in Chaldæi commentario eminet & apparet: *Qui confidit ſe moriturum, iuſtus eſt.*

Prouerb. 14. v. 32.

LXX. Interp.

Chaldæus.

Syrus. Salazar ibi.

Meditata mors vices cum ſanctitate reciprocare dicitur.

Qui aſſiduò meditatur mortem, ſperat ſe moriturum.

Ecquid tam indubiè certum, quàm mortalibus futura mors? Res hæc de certitudine iam non ardua, erit materia ſpei, quæ non niſi ad ardua animosè fertur? O miriſſimum meditatæ mortis ſacramentum! Certum alioqui timoris argumentum, ſacramento aſſiduæ meditationis, facta eſt alacris confidentiæ materia; & quod pauidè horrebat timor, confidentiam placidè mulcet. Quare Suſanna, quæ ſuprà verſ. 35. *fleuit* ad laſciuum Senum attactum, ſiccis oculis acerbiſſimam mortis ſententiam hîc audiuit. Hic verſ. 42. &c.

3\. Geneſeos 26. Iſaac, qui famis malo coactus eſt in vrbe Gerarâ habitare; locuplete auctus prouentu & Regis gratiam amittit, & è ciuitate egredi inuidiosè compellitur. *Et ille diſcedens, vt veniret ad torrentem Gerara, habitarétque ibi: rurſùm fodit alios puteos*, &c. Vide hîc quàm non ſit confidendum in fauore Regum aut populi, quámque inuidia ſit timida & ſuſpicax: per illam enim expellitur hîc Iſaac; Deus autem alia de cauſsâ eum peregrinari voluit, nempè vt doceret, Sanctos nulli loco, imò nullis terrenis rebus affixos eſſe debere, ſed ſemper paratos omnia propter Deum relinquere, ſi caſus id exigat. Vir enim iuſtus dum videt torrentem præcipiti curſu vndas voluere, vitæ ſuæ curſum in mortem agi præcipitem meditatur; & vndè vitam minui indies videt, ſanctitates auctiùs incrementat. Pulchrè indidem Hugo Cardinalis: *Venit in torrentem Gerara, &c. Torrens Gerara decurſus mortalitatis eſt, vbi ſemper debet habitare quilibet: nam ſumma prophetia eſt aſſidua mortis cogitatio.* Altè quidem Carenſis Hugo. quaſi aſſidua mortis meditatio prophetam, quem non inuenit, faciat. Cuius autem rei ſit prophetia, mortis recordatio, tacet Hugo, protuliſſe contentus ſententiam moralitatum fœcundè grauidam. Ecquid boni recordatio mortis non prophetet? Vbertem indè ſanctitatem prophetat: prophetat futuram ſuo tempore mortem, morte vacuam, vitâ pleniſſimam: viuas gloriosè exequias prophetat, & rediuiuas meditati funeris glorias. *Summa prophetia eſt aſſidua mortis meditatio.* Prophetat fruſtratas vitæ ærumnas, ambitionem contemptam, mundi pompam detumeſcentem, ſopitas concupiſcentiæ delicias, & ingloriam exinceps mundi gloriam. O exprómptam prophetiæ dotem, & de facili omnibus parabilem! *Summa prophetia eſt aſſidua mortis meditatio.* Hanc ſummam ſibi gloriam inuidet, qui mortem non aſſiduâ memoriâ verſat.

Geneſ. 26. v. 17.

Aſſidua mortis meditatio ſumma prophetia dicitur?

Hugo Card.

4\. Marci 6. reprehenſi Herodiani inceſtûs cauſsâ, in carcerem Ioannes mittitur: catenis Propheta ſtringitur propter linguam Euangelicâ libertate ſolutam. Cúmque dies opportunus accidiſſet, *Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* In natali autem magni Prophetæ caput, inhoneſtæ ſaltationis fit pretium; & celebris natalium dies, Baptiſtæ morte ac ſanguine cruentatur; ne celebre humanæ natiuitatis feſtum, à mortis memoriâ foret exemptum. Quod & Pharao quondam etiam celebraſſe legitur (ſimile in ſceleribus par, priſca ætas non tulit:) vterque autem celebrandæ natiuitati

Marci 6. v. 21.

uitati

uitari rotus, & memoriæ mortalitatis nemo, vel inuitus ad mortis memoriam adigitur, ne ſcelerum excuſationem prætendat. Appoſite Origenes homil. 8. in Leuiticum, alibi aliundè expenſus : *Nemo, inquit, ex omnibus Sanctis inuenitur diem feſtum, vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis ſui; nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij aut filiæ ſuæ: ſoli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætantur. Inuenimus enim in veteri Teſtamento Pharaonem regem Ægypti diem natalis ſui cum feſtiuitate celebraſſe. In nouo verò Teſtamento Herodem. Vterque tamen eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui profuſione ſanguinis cruentauit. Ille enim Præpoſitum piſtorum, hic ſanctum Prophetam obtruncauit in carcere.*

Origenes.

Celebris natalium dies, alieno ſanguine ad mortis memoriam reſpergitur.

Nempè qui plurimus eſt, vt ſuam vitam in vitæ principio celebret; & mortis oblitus, vitam duntaxat celebri honorer pompâ, & feſto lautè conuiuio; hic, hic inquam, Pharao eſt, Herodes eſt: nec feſto natali aberit effuſus exitialiter ſanguis, qui vtriuſque exitium prophetet, & mortis obliuionem expiet, dum feſto gaudio & epulo celebris vitæ æſtimatio effuſiùs celebratur. In die natalitio cruenta ſubeat mortis memoria, ſi fortè effuſus cæde cruor, emortuam mortalitatis memoriam reſuſcitet; & de futurâ morte meditatà æternùm viuat, qui celebrando vitæ principio totus, quaſi mortalitate exemptus, ſe totum vitæ mancipat. Moraliſſimè ergò *vterque eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui effuſione ſanguinis cruentauit*, quò in alienâ morte mors propria non dubiis characteribus legeretur. Sed heu fruſtrà! qui enim inuitus & coactus ſuæ mortis meminit, & ſuæ duntaxar vitæ celebritatem agit, non morituram ſibi mortem non dubiè prophetat.

5. Prouerb. 25. v.20.

Prouerbiorum 25. Salomon ſic homines erudit: *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Maximè hæc triſtitiæ corroſio cernitur in peccatoribus, quibus mala conſcientia parit vermem, id eſt, remorſum conſcientiæ, qui eos perpetuò exedir & corrodit. Salubriter ergò ſuccedat alia e memoria mortis mortis corroſio, quæ hunc conſcientiæ remorſum, & triſtitiam indè enatam mitè excutiat. Audiendus eſt naturalis philoſophiæ Princeps, ſic fatus: A ſcorpione, inquit, aliquandò percuſſi nunquam poſteà à crabronibus, veſpis, apibúſve feriuntur. *Minùs miretur hoc, qui ſciat veſtem à tineis non attingi, quòd fuerit in funere*; (ſubdit indidem Cornelius) *ita tinea acedia & triſtitia non attingit eum, qui iugem habet memoriam funeris, & mortis præſentis & æternæ, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Hæc enim memoria ſuperat omnes labores, dolores, angores, qui triſtitiam parere poſſunt, atque hominem extimulat, vt ardua quæque alacriter fortitérque capeſſat.* Sed de hoc alias copioſe.

Tinea non attingit veſtem, quæ fuit in funere.

Plin. lib. 28. cap. 3.

Cornelius.

Mortis memoria pellit triſtitiam.

Iſaiæ 66. v.24.

6. Geneſ. 32. v.24. Hebræus.

Puluis ſepulcrali, victoriæ auſpicium eſt.

Geneſeos 32. metu offenſi quondam fratris, pauet Iacob, manſitque ſolus: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque manè.* Alij ex Hebræo vertunt, *Puluere in luctâ conſperſus*, à radice אבק *abag*, id eſt, *puluis.* Vtrque, an alteruter, Iacobus inquam, puluere in luctâ conſperſus eſt? Bonus luctator Iacob, & luctatorum idea, qui vt in vitæ perieuloſo certamine vincat, palmámque reportet, puluere ſe conſpergit in luctâ; illo, inquam, puluere, in quem Adæ filij deciuereſcent; id eſt, ſepulcrali puluere, qui mortales reddit alacres ad luctandum. O, *puluere in luctâ conſperſus*, certamen auſpicato adibis.

§. CCVII.

Aduerſitas patienter tolerata, florem decutit, radicem adipat; perſeuerantiam beatè fundat, & baiulo carcere portat ad portum proſpero errore.

SApienter Hugo de Prato-florido: *Vnum eſt*, inquit, *quod corroboret homines, ſicut ignis laterem, quem tamen videtur comburere. . . . Et nota quòd ignis laterem corroborat, & lapidem terit in calcem: ſic tribulatio bonos humiles qui ſe lutum putant, fortificat & roborat; obſtinatos verò & ſuperbos qui de ſe magna ſentiunt, terit ac deiicit. Patet in Pharaone; nam illæ cadem aquæ, quæ fuerunt pro muro à dextris & à ſiniſtris filiis Iſrael, ſuffocauerunt viros Ægyptios.* Sæpè mala non ſunt, quæ grauatè patimur; ſed dum malè patimur, mala facimus. Vitium noſtrum eſt, quod putamus rerum: humanus rei bonæ abuſus calamitates exacerbat: de noſtro eſt, quod nobis aduerſè accidentia in nos non tegerimus. Ignis laterem mollem firmiter obdurat ad ſaxorum æmulationem; & rupea duriter ſaxa emollit ac comminuit, & in minutum puluerem ſoluit. Marini fluctus pro muro ſunt Iſraëlitis, & Ægyptios barbaricè obſtinaros luiter ſorbent Eluuio illa altè exundans, quæ malorum naufragium fuit, Noëticam eleuat arcam, & iuſtos e peruerſo ſoſpitat. Benè vtere aduerſa rerum tragœdia, & felicem cataſtrophen feciſti. O quàm eſt profundè arcana ſuſtinendarum calamitatum philoſophia, in patientiæ gymnaſiu iugiter ediſcenda, quæ improſpera feliciter beat!

1. Hugo de Prato-florido, Dom. 4. poſt Trinit.

Ignis laterem obdurat, lapidem comminuit ſic aduerſitas.

Geneſeos 6. innaſcentis mundi prima ætate, gens hominum malitiâ exundans exundantem profundiùs eluuionem acceſſit. Iratus ergò Deus: *Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ.* Pulchre autem poſuit, Delebo, tamquam litterarum apices, qui delentur ſine fraude librorum, & ſine immutatione tabularum. Delentur elementa, vt plerumque emendatiora ſcribantur. Atramentum tollitur, ſubſtantia non exterminatur. Delebo, inquit, corruptelam carnis, vt ſcribam ſpiritûs incorruptionem. Acutè ad rem expendit Ambroſius lib. de Noë & Arcâ cap. 13. cur homo, non à terrâ, ſed à facie terræ delendus dicatur: *Deleturum ſe dicit omnem carnem non à terrâ, ſed à facie terræ. Florem decutit, radicem ſeruat; ſinit vt in profundo ſubſtantia virtus maneat humana, quæ in ſuperficie laboret, intùs paſſibilis perſeueret.* Nempe ſi ſrondeam luxuriem malè vernantem, & peiùs laſciuientem voluptarum gratiam, tamquam pulchros flores decutit, quò planta appatet deformis, marcida, arida, ſiue nulla; attamen *florem decutit*, dum calamitate ſupplicij deflorescit;

2.

Geneſ. 6. v.7.

S. Ambroſ.

Dum flos calamitate decutitur, radix in profundo vberiùs adipatur.

floreſcit, *ſeruat* autem *radicem*, quæ de terræ profunditate, ſucco fœcundiore opimetur ad fructum; eò vberiorem, quò non ad frondium florúmque luxuriem, ſed ad inuiſam lateorium radicum altitudinem tota impenditur. Exindè à facie terræ, vti decuſſus flos, non à profunditate, vbi altiùs & vberiùs radicatur, tollendus perhibetur; quod eſt hu-

Hic verſ.42. & 43.

manarum calamitatum ſacramentum. Sic Suſanna, id eſt, *lilium* (venuſtus ſanè flos,) de ſceleroſâ Senum nequiſſimorum impoſturâ, decuti videtur atroci lapidum nymbo iam iam ingruente: ſed tunc, tunc quidèm ſucco radicis æternæ ſucculentiùs vegetatur ad flores gratiæ, & gloriæ fructus, indè vberiùs decerpendos.

3. Matth. 5. v. 11. & 12.

Matth. 5. hæc beatitudinum ſumma, & clauſula ponitur: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes: gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Mirum forſan videbitur, quòd qui maledicas hominum linguas, & inſanas iniuſtè & atrociter perſecutiones æquanimiter patitur, iam *beatus* dicatur. Maledicentia licenter impudens, & impudenter procax; & perſecutio inhumanè ferociens, iam nunc *beat*, an in futurâ vitâ poſt funus beabit? Contumelioſa maledicentia medullitùs præcordia vellicat, lancinat, vrit: ſæua perſecutorum rabies, direptiones, ſtrages, & excidia intentat, & exequitur; & qui iſta patienter tolerant, *beati* iam eſſe perhibentur? Præcoqua ſanè eſt beatitudo, quam licentia detractionis, & ſæuitia perſecutionis, iam nunc condit, concinnat, & anticipat. Niſi forſan beatitudo dicatur, quia beatitudinem certiſſimè oppignerat, & copioſam in cælo mer-

Bernard.

cedem obſignat, indubiæ perſeuerantiæ priuilegio. Audiendus eſt hac de re S. Bernardus Serm. 8. poſt Cineres, ſic ad rem eleganter fatus: *Conſeruantur in iuſtis gratia virtutes, & merita acquiſita per aduerſa: adde, & acquiruntur.* Bona aduerſitas, quæ & gratiam copioſè

Cum gratia aduerſitatibus acquiſita, perſeuerantiæ priuilegio donatur

acquirit, & acquiſitam conſeruat, & vſque ad finem vitæ perpetuat. Summa gratiarum iure merito cenſetur perſeuerantia, quæ gratiam, in terris acquiſitam, in cælos infert; ipſámque alioqui amiſſibilem gratiam recudit in æternam gloriam. In iuſtis ſtatus viatoris, amittendæ ſanctitatis periculum eſt, & gratiæ perdendæ periculoſa titubatio. O quot, qui fuerunt Eccleſiæ columnæ, & Chriſtianiſmi Atlantes, è gratiæ faſtigio ruerunt præcipites in ruinam miſerè infimiſſimam! O quis nobis fabricet ſanctitatis anchoram, & fidum gratiæ retinaculum, quod illam firmiter fundet? Gratulor gratiæ, quam patientia in aduerſis operatur, quòd eſt gloriæ auſpicium, beatitudinis obſes, & beatè glorioſum cum gloriâ beatâ commercium, de proſpero perſeuerantiæ pignore, *Conſeruantur in Iuſtis gratia virtutes, & merita acquiſita per aduerſa.*

4. 2. Cor. 11. 1.25.

2. Corinthiorum 11. inter alias calamitates pro Euangelio exantlatas, narrat Paullus, vel potiùs quaſi iactabundus gloriatur: Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, *ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui.* Scilicet poſt naufragium non in nauiatur tabula, ſed natans in profundo, id eſt, in alto & medio mari diem noctémque egit Paullus, quin exorberetur aquis, aut à piſcibus deuoraretur. Zeno Veronenſis Serm. de Ionâ, ſic in tranſcurſu has Apoſtoli ærumnas eleganter exponit: *Clamat de profundis & Paullus obrutus calamitatibus beatis, cùm à Iudæis virgis ter cæſus, naufragio trino diluitur; cùm inſani populi furibunda tempeſtate lapideis imbribus feliciter grandinatur.* Hem! Paullus *beatis calamitatibus obrutus* perhibetur? ſæuis lapidibus grandinantis nymbi vibices *feliciter* excipit? O felicitatem è peruerſo beatam! O vibices cuiuis felicitati inuidioſas! Et quomodò dicuntur *beatæ calamitates*, quibus *obruitur*? Profectò *beata* eſt *calamitatum* felicitas, & lucidæ vibices *feliciter* beant; ſiquidèm gratiæ perſeuerantiam oppignerant, & miſeria temporaria æternam cæli beatitatem fideliter ſpondent, & feliciter auſpicantur. Exindè *beatæ calamitates* dicuntur: ſcilicet nomen anticipat de re, quam bono auſpicio proſperè inchoat.

Paullus beatis calamitatibus feliciter obrutus, & naufragus. S. Zeno Ver.

Ionæ 2. fugitiuus quoquouersùs Propheta in nauim aſcendit, & oborta tempeſtate præcipitatur in pelagum ſæuis vorticibus æſtuantem. Decumanis iam ſorbetur: *Et præparauit Dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus*, &c. Quâ ſuper re S. Gregorius li ad rem philoſophatur: Prudenter, inquit, Ionas ſapere voluit, cùm ad prædicandum Niniuitarum pœnitentiam miſſus, quia electis Gentibus Iudæam deſerere timuit, prædicationis officium implere recuſauit. Nauim periit, fugere Tharſis elegit, ſed protinùs tempeſtas exoritur, ſors mittitur, vt videlicet cognoſcatur cuius culpâ mare turbetur. Ionas in culpâ deprehenditur, in profundum mergitur, *ceto ſorbente repentè deuoratur, atque illic geſtante bellua peruenit, quò ire ſpontè contempſit. Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, bellua includit, & quia auctori ſuo obedire renititur, ad locum quo miſſus fuerat ſuo reus carcere portatur.* Ecce tibi Ionas feliciter naufragus, & contumaciæ reus ceto velut carcere incluſus portatur, & portum appellit proſpero errore, & cæcâ felicitate, *tutior piſcis aluo, quam alueo nauis.* O beatas iuſtorum calamitates, è diuerſo beneficè auxiliares! Aquatili *carcere* comprehenditur, nec detinetur ad cuſtodiam, ſed portatur ad incolumitatem. Quis vnquam *carcere* pro vehiculo vſus eſt, vt periculum fugeret? Quis ceti deuorantis aluo, quàm alueo nauis tutior euaſit? Quis ſæua tempeſtate naufragus, belluæ ventre quantocyùs digerendus, ipſe citiùs naufragium digeſſit? O beata calamitas, quæ ſic calamitoſum feliciter beat!

5. Ionæ 1. v. 1.

S. Gregorius lib. 6 Moral. c. 13.

Ionas fugarum, ſuo carcere portatur ad effugium.

Euſebius Strom. 8.

Geneſeos 32. Iacob è Meſopotamia redux, dum fratrem Eſau offenſum timet, nimis angitur: manſitque ſolus: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui* (vir, putà Angelus) *cùm videret quod eum* (Iacobum) *ſuperare non poſſet, tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit.* Multa ſuper hâc Iacobi cum Angelo lucta, ſancti Patres ſparſim, & inibi Commentatores tradunt. Opinor, Angelus ſinens

6. Geneſ. 32. v. 24. & 25.

A tribulatione animus generoſior redditur.

nèns ſe vinci à Iacobo, toto roboris adnixu ſtrenuè reluctante, ſpem illi facit, quòd multò magis fratrem ſuum Eſaü mitigaret ac vinceret: Nam *Philoſophi* (militis Chriſti) *animus ex eo quòd paſſus eſt generoſior redditur, atque vt candens ferrum frigida aſperſione, ſic ipſe periculis obdureſcit*, ait S. Gregorius Nazianzenus Orat. 23. in laudem Heronis. Nempè de luctæ paſſione exinceps Iacobus claudicauit: quare eius *animus ex eo quod paſſus eſt generoſior redditur.* Super hâc Iacobi tribulatione ſeu paſſione aliter ad rem philoſophatur Bernardus Serm. in Natiuit. Beatæ Mariæ, ſic fatus: *Luctare cum Angelo, ne ſuccumbas; quia regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Annon lucta, dilectus meus mihi, & ego illi? Notam facit dilectionem ſuam, experiatur & tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Suſtinuit te Dilectus, ſuſtine tu Dilectum; non illum vicere peccata tua, te quoque ipſius flagella non ſuperent, & obtinebis benedictionem.* Moraliſſima quidèm è peruerſo parallela. nempe homo Deum offenſis moleſtat; moleſtat & Deus hominem flagellis & calamitatibus: ergò ſi Deus humanas offenſas patienter ſuſtinet, ſuſtineat & homo immiſſas à Deo tribulationes. In hâc luctâ, diuina peccatorum ſuſtinentia non *vincat* humanam in tribulationibus patientiam. Miriſſimum ſanè eſt, quòd humana in calamitatibus patientia, patientiam diuinam in peccatis hominum ſuſtinendis, æmulari præſumat.

S. Nazianz. — S. Bernard. — *Hominis patientia, Dei in ſuſtinendo hominū peccatis, æmulari patientiam præſumit.*

§. CCVIII.

Manſuetudo eſt incommutabilis ſtatus, meritum gloriæ corporum, Dominici capitis ſpinis coronati puluillus, & tacita iniuriarum repulſa.

1\. HÆc Manſuetudinis elogia Ioannes Climacus eloquenter conglobat: Manſuetudo eſt ſupereminens iracundiæ pelago ſcopulus, firmamentum patientiæ, charitatis ianua, imò verò mater, diſcretionis argumentum, veniæ miniſtra, confidentia in oratione, Spiritus-ſancti diuerſorium. Vbi multa ſuper hoc argumento. Pergit Seneca: Nullum eſt argumentum magnitudinis certius, quàm nihil poſſe, quo inſtigeris, accidere. Pars ſuperior mundi, & ordinatior, ac propinquior ſideribus, nec in nubem cogitur: neque in Tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, omni tumultu caret; inferiora fulminant. Sublimis animus quietus ſemper, & in ſtatione tranquilla collocatus; intra ſe premens, quibus ira contrahitur, modeſtus, & venerabilis eſt, & compoſitus.

Ioann. Clim. gradu 24. *Manſuetudinis encomiū.* — Seneca lib. 3. de Irâ.

2\. Apoſtolus Iacobus in ſua Canonicâ epiſt. cap. 1. grande prædicat elogium Dei: *Apud quem*, inquit, *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Nempe in Deo non eſt mutatio accidentaria, vt quod priùs voluit, poſteà nolit; vt amet, quod priùs oderat, vt irâ, metu, aliáue paſſione actus mutetur; ſed idem ipſe ſemper eſt. Nam, vt ait S. Auguſtinus Deum alloquens 1. Confeſſ. 4. *Amas, nec æſtuas: Zelas, & ſecurus es: pænitet te, & non doles: iraſceris, & tranquillus es: opera mutas, & non mutas conſilium.* Hanc Dei ab immutabilitate *tranquillitatem*, mitis impreſſiùs æmulatur, & manſuetudinis priuilegio in ſe exprimere ſtudet. Altè Ioannes Climacus Gradu illo 24. ſic manſuetudinem definit: *Manſuetudo eſt animi incommutabilis ſtatus, æquè in honoribus ſe, & ignominiis habens.* O velut empyreus, & propè diuinus manſuetorum *ſtatus, æquè in honoribus ſe, & ignominijs habens!* Mitis ſemper eſt pacatus, tranquillus, imperturbatus, & quaſi impatibilis, quia apud mitem non eſt eiuſmodi commutatio in honoribus ac ignominiis, quia illius *ſtatus incommutabilis* eſt. Non inſoleſcit poteſtatis impotentia, nec *honorum* potentia ſuperciliosus tumeſcit: iniuriis non laceſſitur, offenſis non læditur, nec *ignominiis* tangitur, velut impaſſibilitatis feliciter candidatus. Quid tam homini arduum, quàm in tot iracundiæ proritamentis, omni tumultu carere, eâdem fronte & animo offenſas & ignominias potiùs videre, quàm pati? Idem antedixerat ſuprà Gradu 8. *Manſuetudo*, inquit, *eſt animi immobilis ſtatus inter vituperationes & laudes eodem modo perſeuerans.*

Iacobi 1. v. 17. — S. August. — *Manſuetorum ſtatus incommutabilis dicitur. quare?* — Ioann. Clim.

5\. 1. Corinth. 15. Ecce, ait Apoſtolus, myſterium vobis dico: Omnes quidèm reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, &c. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* Quoniam dixerat mortuos reſuſcitandos incorruptos, & iuſtos immutandos, ne quis forſan ſuſpicaretur non eadem corpora ſurrectura, præſertim cùm paullò antè dixiſſet, carnem & ſanguinem regnum Dei poſſidere nòn poſſe, addit oportere corpora corruptibilia induere incorruptionem, hoc eſt, mutare (vt ibi loquitur Anſelmus) *gloriam, non naturam*: hæc enim eſt mutatio, de quâ modo dixerat, *Et nos immutabimur.* Pulchra ſanè mutatio, quâ in reſurrectione iuſtus homo mutabit *non naturam ſed gloriam*, quâ tot empyreis beatè dotibus, Beatorum corpora fulgebunt. Ceterùm etſi gloria corporum, glorioſæ animæ ſequela ſit, & hæc cumulo meritorum omnium reſpondeat; & dotes etiam corporis, omnibus iunctim meritis reſpondeāt; tamen Sancti Patres eam præſertim Manſuetudini tribuere videntur, vt incorruptio, immortalitas, impaſſibilitas, &c. nuncupatim Manſuetudinis ſtipendium ſit. S. Leo Magnus Serm. in feſto omnium Sanct. ſic exponit illud, *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, ita fatus: *Terra promiſſa mitibus, & in poſſeſſionem danda manſuetis, caro Sanctorum eſt, quæ ob humilitatis meritum felici reſurrectione mutabitur, & immortalitatis gloriâ veſtietur; in nullo iam ſpiritui futura contraria, & cum voluntate animi perfecta virtutis habitura conſenſum.* Et poſt nonnulla: *Poſſidebunt enim illam mites pace perpetuâ, & nihil vnquam de eorum iure minuetur, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, vt periculum vertatur in præmium.* Ecce tibi in hâc mortali vitâ, *animi incommutabilis ſtatus*, qui per manſuetudinem obtinetur, commutatur in beati corporis gloriam,

1. Cor. 15. v. 51. — S. Anſelm. — *Beatorum corporū gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur.* — Matth. 5. v. 4. — S. Leo.

gloriam, cuius præclaras dotes manſuetudo operari perhibetur; vt *animi incommutabilitas* à manſuetudinis merito, commutetur in glorioſam beati corporis incommutabilitatem à premio; & ſicut animus per manſuetudinem ad mundialium rerum aduerſas viciſſitudines *incommutabilis* extitit, ſic & corpus gloriæ dotibus inornatum, beatè *incommutabile* æternùm perſeueret, quod eſt mutationis ænigma, & beatum Manſuetudinis ſacramentum.

Chriſti manſuetudini debetur beatorum corporum gloria.

S. Hilar. in Matth. c. 5. S. Leoni annuit Hilarius: *Quia*, inquit, *per manſuetudinem Chriſtus habitauerit in nobis, nos quoque gloriâ glorificati eius corporis veſtiemur.* quaſi beatorum corporum gloria, ſit prælustre Dominicæ manſuetudinis ſtipendium.

4. Matthæi 8. viſa tot miraculorum gloria, ſimilium patrandorum diſſimulata ambitione, accedens ad Ieſum Scribarum quiſpiam, dixit illi: Magiſter, ſequar te quocumque ieris. Et dicit ei Ieſus: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidós: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Quaſi dicat: Vilia, inutilia, & noxia animalia, vti ſunt vulpes & aues, præſertim rapaces habent ſuos nidos: at Filius hominis, id eſt, ego natus ex virgine & factus homo, nil habeo proprij ne puluinar quidèm, aut lectum, aut ſcamnum, in quo feſſum corpus, capútque reclinem. O ſumma Chriſti Dei paupertas, ſeu potiùs moleſtiſſima indigentia! Sed caput cruentis ſpinis coronatum, vbi niſi moleſtiſſimè reclinari poteſt? O prædura hominum corda, ad quæ ſi caput ſuum Chriſtus reclinet, ſpinas dirè potiùs infigent! Quid tam blandum eſt in mortalium animis ac cordibus, quid in humanarum virtutum cenſu tam molle, ac flecti ſcium, vbi Chriſtus terebrantibus ſpinis coronatum caput reclinet? Opportunè S. Nilus Orat. 4. *In ſpiritu Manſuetudinis Chriſtus caput inclinat.* Mitis, mollis, & blanda manſuetudo, idoneus Dominici capitis vepribus coronati puluillus eſt. Sic mitis manſuetudo vel hoſtilitatum ſpinoſitati cedit, vt ſpinas cognata mollitie non plus infigat, ſed blando fomento leniat; non cruenta vulnera exaſperet, ſed lenitate mitiget. Heu! tanta erat manſuetudinis inopia, & durioris iracundiæ opulentia, vt Chriſtus *non haberet vbi caput reclinet?* Manſuetudo exaſperari, & exaſperare neſcia, molle Dominici capitis puluinar eſt, vbi coronatum ſpinis caput impunè reclinat. *In ſpiritu Manſuetudinis Chriſtus caput inclinat:* in ſpiritu iracundiæ, Chriſti caput exaſperatur, exacerbatur, cruentatur.

Matth. 8. v. 20.

In ſpiritu manſuetudinis Chriſtus coronatum ſpinis caput impunè reclinat.

S. Nilus.

5. 1. Regum 1. improles diu Anna probro ſterilitatis anxia, orationis pretio fœcunditatem mercatur. Porrò cùm obnixiùs in corde ſuo precaretur, vox audiebatur nulla, tacitus autem labiorum motus videbatur, fleos largiter. Æſtimauit ergò eam Heli temulentam, & dixit ei: *Vſquequò ebria eris? digere paulliſper vinum, quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi,* temulenta vel ebria ſum, vti tu mihi exprobras, & contumelioſè obiicis. Notat Chryſoſtomus manſuetudinem, modeſtiam, humilitatem, ac reuerentiam Annæ, quæ conuitium ebrietatis, quod in femina eſt grauius & pudendum magis, & ſimplici negatione refellit, & conuitiatorem Heli *Dominum* vocat. Appoſitè ibi Gregorius: *Dominum*, inquit, *ſacerdotem vocans, ebriam ſe eſſe negabat, vt ſuperiori ordini ex humilitate ſe ſubderet, & falſæ obiectioni cum veritate contrairet.* Tacet ad conuitium, loquitur ad conuitiatoris laudem ac reuerentiam, quo obiectum crimen efficaciùs refellit, & ſummam Euangelicæ manſuetudinis præmaturè impleuit. Pulchrè Ambroſius lib. 2. de Interpellatione Iob, cap. 3. *Tacere ergò debet qui recognoſcit obiectum* crimen, *ne vulnus exaſperet; & ſcindatur cicatrix.* (Quaſi mite ſilentium non tantùm auditæ contumeliæ vulnus curet, ſed etiam cicatricem obducat, quam aſperius reſponſum ſcindit & exulcerat) *Tacere & qui non recognoſcit: audit enim alterius, non ſuum crimen: quod ſi referat, ſuum facit.* Opinor, ſi Anna cognatæ manſuetudinis oblita, conuitium in conuitiatorem ſacerdotem contumelioſè retorqueret, inſana aut ebria putaretur; ſobriam autem ſe abundè probat, & temulentiæ crimen expiat, dum iniuriæ venenum ſugens, manſuetudine excoquit, & ſilentio inanit, atque honore ac reuerentiâ iniuriatoris euacuat: *audit enim alterius, non ſuum crimen: quod ſi referat, ſuum facit.* Belliſſimè pariter ac moraliſſimè Ambroſius. Dum Suſanna piè ac modeſtè propudioſam ac exitialem calumniam pacatè negat, nec in calumniatores retorquet, *audit alterius, non ſuum crimen*, quod Daniel confeſtim comprobauit.

1. Reg. 1. v. 14. & 15.

S. Chryſoſt.

S. Gregor.

Qui manſuetus audit crimen obiectum, audit alterius, non ſuum crimen.

S. Ambroſ.

Hic verſ. 42. & 43.

Salomon Prouerbiorum 22. ita ſcribit: 6.
Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita. Non pauci, neque ignobiles Commentatores pro *modeſtiâ* excribunt *manſuetudinem.* Exindè Chaldæus Paraphraſtes vertit, *Merces manſuetudinis eſt timor Domini, opes, gloria, & vita.* Glorioſè opulenta manſuetudinis merces! Alij per hypallagen reddunt, *Progenies timoris Domini eſt manſuetudo, diuitiæ, gloria, & vita.* Generoſa quidèm progenies! Caietanus verò ex Hebræo ſic transfert per metatheſim, *Calcaneus timoris Domini eſt manſuetudo, diuitiæ, honor, & vita.* quod ſic explicat: *Vis manſuetudinis qualis ac quanta ſit deſcribitur relatiuè ad Deum, facultates, honores, & vitam. eſt enim ſenſus, quòd vera manſuetudo calcat omnia, relatiuè quidem ad Deum, timendo ſummum Deum; relatiuè verò ad facultates, merendo diuitias; relatiuè autem ad honores, reddendo eos debitos ſibi; & demùm relatiuè ad vitam animæ, ſeruando illam, quamuis etiam ad vitam corporis extendi poſſit, eò quòd manſuetus calcat præcipuè iras proprias & alienas, ac per hoc nocumentis vitæ corporis obuiat. Deſcribitur autem manſuetudinis vis à calcaneo, tum ad deſignandam manſuetudinis virtutem perfectam vſque ad extremam partem, ſignificatam calcaneo; tum ad ſignificandum actum manſuetudinis, qui eſt calcare: manſuetorum enim eſt officium vincere & calcare omnia animi quiete.*

Prouerb. 22. v. 4.

Chaldæus.

Manſuetudo eſt virtutum progenies.

Caietanus.

Mãſuetorum eſt calcare omnia. quare

CCIX.

§. CCIX.

Qui mendacium inflat, mentiendo laborat, praſtigiator eſt, Dei æternitatem arietat, adulter eſt, & Domini prædo.

1. B. Thomas à Villan. Conc. 3. de Aduentu. *Humana cõfabulatio ferè mendacijs conſtat.*

HAe ſuper re ita ſcribit B. Thomas: *Non eſt veritas in mundo, non eſt qui loquatur verum cum proximo ſuo; quicquid hodie vulgus loquitur, fraus & adulatio eſt, docuerunt enim linguas ſuas loqui mendacium: in hac ſcholâ exercitati ſunt, in hac edocti, vt diſcerent fallere, mentiri, adulari, exaltare parua, ex tumulis montes facere, ex culicibus elephantos: hæc ciuilitas, hæc affabilitas: & inurbanus eſt, quiſquis fallere & mentiri non nouit.* Proh nimis verum! Nihil hominem acerbiùs ſauciat, quam de alieno ore audire ſe mentitum fuiſſe; nihil autem familiarius quàm ore proprio mentiri. Heu! pudet audire, quòd palàm dicere non pudet? Sanè *omnes proditores veritatis amare veritatem fingunt.*

Omnes proditores veritatis amare eam fingunt. Origenes tract. 25. in Matth.

2. Prouerb. 6. v. 19. Hebræus.

Prouerbiorum 6. plura Salomon proponit, quæ Deus execratur, nempe linguam mendacem, cor machinans cogitationes peſſimas, & *proferentem mendacia teſtem fallacem.* Hebraicè *efflabit, conflabit, inflabit mendacia teſtis falſus.* Scilicet *efflabit*, ſicut fornax accenſa *efflat* ſcintillas, quæ incauta quæque ſuccendant; ſic mendax *efflat* falſa teſtimonia, quæ inſtar ignis homines, familias, ciuitates, & regna ſuccendunt. Dein *conflabit*, ſicut faber vitrarius ingenti oris flatu *conflat* vitrum; ſic teſtis mendax eodem *conflat* calumniam & mendacium, quod fragile eſt vt vitrum, ac inſtar vitri affulgente veritate frangitur. Quare dixit Philoſophus, *Mendacia proferentes ſtrangulari ſolent, & per ſingula verba haſitare*, quod accidit his Senibus à Daniele ſeorſim interrogatis. Demùm *inflabit mendacia:* ſicut enim bullæ flatu puerorum *inflantur*, ſic & mendacium flatu oris impiorum etiam Senum pueriliter mentientium, qui pluſquam pueri ſunt: ac ſicut bullæ, ſic & mendacia vacua & inania ſunt, tranſparent, & citò euaneſcunt. Opportunè Seneca epiſt. 79. *Nihil*, inquit, *ſimulatio profuit, paucis imponit, leuiter extrinſecùs inducta facies; veritas in omnem partem ſui ſemper eadem eſt. Quæ deſipiunt nihil habent ſolidi: tenue eſt mendacium, perlucet, ſi diligenter inſpexeris.* Has mendaces contra Suſannam bullas mendaciſſimi Senes puerili ore *inflarunt:* ſed puer Daniel eas ore etiam euaneſcere fecit: *perlucebat* enim mendacium; & inde citò detumuit, ac euanuit bullæ ad inſtar.

Seneca. *Mendax efflat mendacium, bullæ adinſtar.*

Tenue eſt mendacium, & inde facile tranſlucet.

3. Pſalm. 139. v. 10.

De impiis mendaciorum architectis, ſic pangit Pſalmographus: *Caput circuitûs eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.* Vide in homine mendace circuitûs & laboris nexum, ne quis putet mendacij labores citò finiti. *Quid eſt* (ait Auguſtinus) *circuitus ipſorum? vt circumeant, & non ſtent, in gyrum eant Erroris, vbi iter eſt ſine fine. Qui enim in longum it, alicunde incipit, alicubi finit. Qui in gyrum it, nuſquam finit: ipſe eſt labor impiorum.* Sed nondum expoſuit Auguſtinus quomodo hic labor ſine termino ſit in *labijs* impiorum: nam lingua cùm in lubrico ſit, & ipſa facile volubilis, non valdè loquendo laborat: imò totâ die iucundè garrit, dum de proprio cerebro mendacia architectatur. Quare inibi ſubdit: *Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem totâ facilitate loquerentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit. Nam qui verum vult dicere, non laborat: ipſa enim veritas ſine labore loquitur. Ipſum mendacium ipſorum, labor eſt labiorum ipſorum. Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et propterea quia omnes laborant in mendacio, Veritas quid clamat? Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos. Apertè audi alio loco laborem in mendacio: Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt.* O quàm laborauerunt hi nequam Senes operoſo mendacio callidè fabricato, *vt iniquè agerent laborauerunt.* Qui vtrique æſtus, cùm à Daniele ab inuicem ſeparantur? Incerto errore aguntur per mendaciorum anfractus præcipitanter deuios: hærent, ceſpitant, & paſſim impingunt; nec ſibi, nec alterutri alter cohæret; ſecum & cum altero alterutter pugnat. *Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem totâ facilitate loquerentur.* Spontiua eſt menti veritas; mendacium planè adulterinum, ſudatum, laborioſum: & quantumvis celatum, quia pellucidum eſt, tranſparet. Eleganter Petrarcha lib. 2. de vitâ ſolit. *Simulata*, inquit, *illicò pateſcunt, fucus ſudore diluitur, & argutum etiam mendacium vero cedit, corámque preſſiùs intuente diaphanum eſt.* Quod mendaciſſimis Senibus coràm Daniele æſtuantibus, nunc accidit.

S. Auguſtin. ibi. *Mendax error in gyrum agit mentientes.*

Laborant homines loqui mendacium, veritatem totâ facilitate loquuntur.

Matth. 11. v. 28. Ierem. 9. v. 5.

Mendaciorum fucus ſudore mentientis diluitur. Petrarcha.

4. Prouerb. 14. v. 5.

Salomon Prouerbiorum 14. de ſcholâ cæli ſic nos erudit: *Teſtis fidelis non mentitur: profert autem mendacium doloſus teſtis.* Adeò eſt hominibus volupe mendacium, vt ſententia ſit Salomone digna, quòd teſtis veridicus & fidelis non mentitur? Poſterius autem hemiſtichium ſic vertunt LXX. Interpretes, *accendit autem falſa teſtis iniuſtus.* Imò teſtimonio falſato falſa fouet ac nutrit, potiùs quàm accendit, vrit, & conſumit. Aptè Vatablus, *falſus teſtis euomit mendacia*, nam cruda ſemper malè ſtomacho innatant; & falſitates perpetuò ructat teſtis mendax. Eruditè notat ibi Cornelius, quòd mendacium Hebraicè vocatur כחש *cachas*, id eſt *tenuitas*: nam vt nuper ex Senecâ diximus, *tenue eſt mendacium, perlucet ſi diligenter inſpexeris.* Rursùs ſignificat, *oblitus eſt.* An qui mentitur, *oblitus eſt* ſe hominem eſſe? ſic eſt homini irrationale mentiri, & teſti ferinum? hominem diffitetur homo mendax. An mendacium perinde cenſetur, ac *oblitus eſt*; quia mendacio comprehenſus, obliuionem cauſari ſolitat; & quò mendacium excuſet, nouo illud auctario multiplicat & incrementat? An quia mentiri adſuetus, veritatis propè *oblitus eſt?* Denique mendacium Hebraicè ſignificat *præſtigium, faſcinum, maleficium:* tale enim eſt mendacium artificioſè compoſitum: *vnde mendax eſt quaſi præſtigiator & maleficus, qui mendacio quaſi faſcino aures audientium perſtringit, faſcinat, obnubilat, & ſeducit.* Quod

LXX. Interp. Vatablus. Cornelius. Hebræus.

Mendacium ſignificat oblitus eſt. *quare?*

Cornelius ibi.

oculis

Mendacium pensatū est ad fascinum, aut præstigium. oculis hic cernere licet in artificiosè composito horum nequam Senum teſtimonio mendaciſſimo, quo velut periti præſtigiatores omnem Dei populum veneficè faſcinarunt, & ita ſeduxerunt, vt vel Suſannam pudore opinatiſſimam, ſtupri damnaret. O caue mendacij *faſcinum* & falſitatum *præſtigia*!

5\. Benè compoſitam diuturna meditatione fabulam aduerſùs Suſannæ pudorem, malitioſi Senes coràm omni populo mendaciter referunt. Quo turpiſſimo mendacio contrà ſe audito exclamauit Suſanna voce magna Deum appellans innocentiæ vindicem aduerſùs falſam criminis impoſturam: *Deus æterne*, inquit, *qui abſconditorum es cognitor..... tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contrà me, & ecce morior*, &c. Alibi addubitabamus, eccur Suſanna Deum inuocans innocentiæ aſſertorem, non potiùs pium, clementem, aut iuſtum compellet? quare illum *æternum* inuocat, cùm citiùs piè auxiliatem inuocare debuiſſet? Suſanna audito mendacio ſibi exitiali, *æternitatem* ſeu immortalitatem Dei magnâ voce opportunè pronunciat: nam, vt ait B. Laurentius Iuſtinianus de Vitâ ſolit. cap. 4. *Quantum in mendacibus eſt immortalem & æternam Veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere moliuntur; hoc verò dum agunt, illam in nullo lædunt, illi nequaquam detrimentum inferunt; ſe perimunt; quemadmodùm in Sapientia volumine continetur, ſic enim habet: Os autem quod mentitur, occidit animam.* Conſultiſſime ergò Suſanna audiens enorme mendacium, ob quod ipſa ad mortem damnabatur, *æternitatem & immortalitatem*, Dei ſetiò adſtruit. Quaſi dicat: Cùm homo mendax quantùm de ſe eſt, *immortalem & æternam veritatem, quæ eſt Deus, deſtruere moliatur*; nec eam lædat, ſed ſeipſum perimat: ô Deus *æterne* & immortalis has mortis minas à te auerte, & in mentientium capita conuerte. *Ecce morior* egò, cum te *immortalem & æternum* perimere mendacij temeritate fruſtrà negotientur. Ipſi ergò potiùs perimantur, quæ eſt ſtatuta tanti mendacij pœna iuſtiſſima: nam *os quod mentitur, occidit animam*: quam atrociter hi Seoes mendaciſſimi peremerunt, dum & Hebræam lapidationem ſubeunt, & Babylonicam barbaricè frixionem non effugiunt, condigno tanti mendacij ſupplicio.

Hic verſ. 42. & 43.

S. Laur. Iuſt.

Sapient. 1. v. 11

Qui mentitur, Dei veritatem deſtruere molitur.

6\. Prophetæ induſtriâ, & detecta eſt Suſannæ innocentia, & Senum falſitas nocentiſſima: Et conſurrexerunt aduerſùs duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo *falſum* dixiſſe teſtimooium) *fecerúntque eis, ſicut malè egerant aduerſùs proximum, vt facerent ſecundùm legem Moyſi: & interfecerunt eos.* Profectò Suſanna de falſato Senum teſtimonio, perpetrati adulterij pœnam luere debebat; ipſi autem Senes reipſa adulteri non fuerunt, Matrona ſtuprum recuſante; qootsùm ergò adulterij ſubiere pœnam, & cruentâ lapidatione crimen expiarunt? Intermitto nunc talionis pœnam, & opinor, reos fuiſſe adulterij, non Suſannæ, ſed veritatis, quam turpi mendacio obſcœnè adulterarunt. Nam vt benè Tertullianus lib. de Spectaculis c. 23. *Non amat*, inquit, *falſum Auctor veritatis: adulteriū eſt apud illum omne quod fingitur.* Sanè apud Deum omne mendaciū, dum veritatem adulterat, de adulterij reatu iuſtiſſimè damnatur. Vndè hi Senes mēdacij merito, adulterij ſupplicio mulctātur, & populi lapidationem ſubeunt. O, huius atrocioris pœnæ minas mendacium timeret; non ſic impunè inſoleſcet. Scitè S. Thomas opuſc. de Erudit. princip. mendacium aſſimilat falſæ monetæ, putà denario adulterino, quem omnes reiiciunt. Additque: *Qui loquitur mendaciū, Diaboli figuram gerit & imaginē, hic enim mēdax eſt ab initio. Aliquandò ergò auditurus eſt princeps mendax, qui denarius falſus eſt, verba illa: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? & cùm reſponſum fuerit Diaboli: dicetur ſtatim: Reddite ergò quæ ſunt Diaboli Diabolo.*

Hic verſ. 61. & 62.

Mendacium pœna adulterij eſt, & lapidatione expiatur.

Tertullian.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Mendax eſt velut nummus adulterinus, habens Diaboli imaginem.

S. Thomas.

Matth. 22. v. 21.

Siracides Eccleſiaſtici 20 ſic nos erudit: *Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.* Congruè mendaciū comparat furto, tum quia hæc duo iungi ſolent. Vnde illud: *Oſtende mihi mendacem, & oſtendam tibi furem*: tum quia mendacium eſt quoddam furtum: furatur enim hominibus veritatem, famam, concordiam; imò opes ſæpè & vitam: tum quia vtrumque ignominioſum eſt & infame. Aliam rationem cur furibus mendaces patientur, affert S. Antiochus homil. 66 *Quoquot*, inquit, *ſemel irretiunt, mendacium funiculis fruſtrantur, & eludunt Dominum, fiúntque Prædones Domini, dum id quod penès ſe depoſitum eſt, non reddunt incolume & ſanum; Spiritum enim acceperunt nullo contagio mendacij decolorem; nunc ſi reddiderint Domino interſtinctum variis mendaciorum notis, vtique videri poſſint contaminaſſe depoſitum, quo fit, vt dici debeant rei alienæ ſuppilatores.* Proh! rei alienæ ſuppilator, eſt mendax, & impiâ furacitate, *Domini Prædo*, eſt: Quid tam temerariè audax, quàm Domini prædo? nil ergò mirum ſi *mendax perditionem hæreditauerit*, quam iure ſuo hi nequam mendaciſſimè Senes hæreditarunt. 7.

Eccli. 20. v. 27.

Homo mendax. Domini prædo dicitur. quare?

S. Antioch.

§. CCX.

Velox curſus, etſi celerioris volatus æmulus, non in curriculo, ſed in metâ laudatur.

Nihil eſt quod non expugnet pertinax opera, ac diligens & inceſſanter intenta cura. Robora in rectum quantumuis flexa, reuocabis. Curuatas trabes aſſiduus explicat calor, & aliter natæ, in id refinguntur, quod vſus noſter exigit: quantò faciliùs animus duraturam accipiet formam, ſi ad id diu ac obnixè incumbas? flexilis eſt, & omni humore obſequentior; & ſi non ceſſes illum ad rectum ducere, in acceptâ formâ perdurabit. Labore modico, ſi tamen iugi, & diebus noctibúſque exercito, alitur animus ad conſummatam virtutem. Non cùm vacaueris philoſophandum eſt: omnia alia negligenda, vt huic aſſideamus, cùm nullum tempus ſatis magnum eſt: etiam ſi à pueritia vſque ad longiſſimos humani æui terminos vita protendatur. Non multum plerumque refert vtrùm omittas virtutis ſtudium, an intermittas, dum ſola perſeuerantia ritè coronatur. Hanc exercitationem, noo frigus, 1.

Ferè ex Seneca ſparſim.

Pertinax in bono perſeuerantia eruditur.

Rt non

non æſtus impediet, nec ſenectus quidem: vel ex virtutis impedimentis materianda eſt virtus. Id bonum intentiùs cura, quod vetuſtate fit melius, & coronæ propiùs vicinatur. Nullum tempus, quo adhuc viuitur, virtuti ſatis eſt: virtus enim caret tempore. *Sola eſt perſeuerantia, cui æternitas redditur*, vel potiùs quæ *æternitati hominem reddit*, *dicente Domino*: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Incaſſum enim bonum agitur, ſi ante vitæ terminum relinquatur*, vti Laurentius Iuſtinianus bellè diſſerit.

Id bonum cura, quod vetuſtate fit melius.

B. Laur. Inſt. de Perſeu. cap. 3.
Matth. 24. v. 13.

2. Canticorum 1. diuinus ſponſus cæleſtem ſponſam ſic ænigmaticè commendat: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd vna dumtaxat puella bellico equitatui comparetur: *Nec miraberis* (reſpondet Bernardus) *vnam animam equitatûs multitudini ſimilatam, ſi aduertas quanta in ipsâ vnâ, quæ tum ſancta anima ſit, virtutum acies habeantur, quantu in affectionibus ordinatio, quantu in moribus diſciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror, quanta denique ipſi cùm hoſte conflictuum aſſiduitas, numeroſitas triumphorum.* Benè eſt, vna dumtaxat anima ſancta, de multiiugâ plurifariam virtute, vna plures ſit, tot morum dotibus, & ſanctitatum elogiis inſignita: Ceterùm quò maiorem ad curſum velocitatem illi tribuant, non illam *equitatui*, ſed *equæ* Salomonis aſſimilant Syrus, & LXX. Interpretes, & ea eis plures è ſanctis Patribus. Multa multi de hâc Salomonis *equâ*, quæ Commentatoris otium requirunt. Pſellus apud Theodoretum, ſic eleganter ad rem, locum elucidat: *Equa mea in curribus Pharaonis aſſimilaui te. Cum ſponſum*, inquit, *amoris ſtimulo percitam, & ad ſe currere feſtinantem, attingentémque metam cerneret, Equa aëripeda per æthera ſuo curſu volanti, ſimilem eſſe dixit.* Vbi attentâ expēſione digniſſimum eſt, quòd cùm diuinus Sponſus animam ſanctam, tot virtutum ſtimulis ceu calcaribus excitam, videt ad ſe velociter currentem, non eam aſſimilat ſuæ *Equæ aeripedæ*, ſed tunc, tunc quidèm cùm ſimul *attingentem metam cerneret.* Hem! cùm curſus ſui *metam attingit*, & iam propè currere deſiit, atque perſeueranti perniciùs curſu ad metam ferè peruenit, tunc *ſponſa Equæ aëripedæ per æthera ſuo curſu volanti, ſimilis eſſe dicitur*? Scilicet non tam dum ocyſſimè currit ad curſus ſui terminum; ſed cùm metam ferè pertingens, iam iam currere ceſſat, *Equæ aëripedæ per æthera ſuo curſu volanti*, aſſimilatur. Hiſpanè dicas: *No quando corre, ſino quando al fin de la carrera para, la alaban deque corre mas velozmente.* quod eſt piè pertinacis perſeuerantiæ ſacramentum. Sic celer curſus in ipſo curriculo velut piger putatur, vt aëripedæ velocitatis laudem à termino ſumptuoſiùs mutuetur. Non qui aliquando velociter currit, ſed qui perſeueranti inceſſanter curſu metam pertingit, ocyſſimæ velocitatis elogio prædicatur. *Cùm ſponſam attingentem metam cernit, Equæ aëripedæ per æthera ſuo curſu volanti, ſimilem eſſe dixit.* Ecce tibi perſeuerantiæ myſterium.

Cantic. 1. v. 9.

S. Bernard. homil. 39.

Quare vna anima ſancta equitatui cōparatur?

Syrus.
LXX. Interp.

Pſellus.
Theodoret.

Non cùm velociter currit, ſed cùm metam attingit, velociter currere dicitur.

Iſaias cap. 40. de virtutis terreno ad cælum curriculo, ita ſcribit: Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Eſto, ne laſſeſcant in viâ, mutent fortitudinem, & peregrinam ac robuſtiorem aſciſcant, vt non in itinere deficiant; ſed quid eſt, quòd aſſumptis alis, & quidem aquilæ, quæ agilitate longe præſtant, non volare, ſed *ambulare* ſeu *currere* dicuntur? Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Super alas aquilarum current.* Profectò non generoſa Aquila, ſed ſtruthio, qui ab auium volatu degenerat, pennis iam non tam auis, quàm quadrupes, illis ad curſum abutitur. Quo igitur pacto aquilarum aſſumit alas, nec aquilinum volatum explicat, ſed *ambulationem* aut *curſum* agit terreſtrium animantium more? Quorsùm alæ ad curſum? Opinor, in curſu otiantur alæ, & earum velox remigium vacat. Quid ergò eſt, *ſuper alas aquilarum current*, niſi quia alæ ad viam dantur, vt ad viæ metam inceſſanter & velociter perueniatur? Aſſumptis aquilarum pennis, celeriter quidèm volant, vt ad viæ terminum ſine ceſſatione perueniant: ſed quia ad terminum nondùm peruenerunt, nec attigere viæ metam, non volare, ſed *ambulare*, aut *currere* dicuntur, quò generoſum volandi elogium, de volandi perſeuerantiâ, & curriculo vſque ad metas peracto, àdipiſci mereatur. Perſeuerantia metam pertingens celerrimo etiam volatui, nobilem volandi titulum tandèm reſtituit; ne fortè qui ad terminum non perueniet, in conficiendâ viâ vmquam volaſſe dicatur. Eainde moraliſſimè dicitur. *Super alas aquilarum current*: qui enim currit, adhuc in viâ eſt. 3.

Iſaiæ 40. v. 31.

Chaldæus.

Qui volat in viâ, ambulare, aut currere dicitur, quare?

Iob 38. illum ſic alloquitur Deus, ſuam omnipotentiam & perfectionem oſtentans: Vbi eras, inquit, quandò ponebam fundamenta terræ, &c. *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Licèt plures ex antiquis & neotericis Commentatoribus, per *aſtra matutina*, Angelos intelligant, vt perinde ſint *aſtra matutina*, ac *filij Dei*, nempe Angeli. Aſtra autem matutina ſignificare cæleſtia ſidera, docet S. Thomas, Burgenſis, Eugubinus, Stunica, Pineda, Sanctius, qui indidem num. 22. ita ſcribit: *Alij ſtellas idem eſſe volunt, quod ſonant, nempe aſtra, quæ ideò matutina dicuntur, quia manè apparent, antè videlicet quam oriatur Sol: ipſo enim primùm oriente, ſtatim à maiori fulgore oppreſſa latent.* Ex veroſimili quidem expoſitione ſtatim oboritur non modica difficultas, quomodò ſiderea ſplendorum voce Diuinam perfectionem ſumptuoſiùs prædicent *aſtra matutina*, quæ tunc potiùs languente ſplendore albicant, & ſenſim lucere deſinunt, cùm vicinus Solis ortus, aſtrorum fulgores tumulet? Eugubinus inſigni paradoxo oculorum noſtrorum aciem deludere præſumit, aiens, aſtra matutina dici, quòd aſtra maximè conſpiciantur matutino tempore. 4.

Iob 38. v. 7.

S. Thomas.
Burgenſis.
Eugubinus.
Stunica.
Pineda.
Sanctius.

Profectò

Aſtra matutina cùm iam occidua albicant, Deum ſumptuoſiùs laudant.

Profectò in multâ & obſcurâ nocte, tenebrarum lenocinio plus aſtra lucent, & totâ lampade micantiùs ſcintillant, & inde fulgorum linguâ glorioſiùs Dei opificis laudes prædicare videntur. Ita quidem, in ipsâ noctis caligine fulgentiùs prænitent, ſed adhuc in viâ ſunt, nec ſuum curſum peregerunt. At dum iam iam oritur Sol, cuius luce ſplendidè funerantur, penſum abſoluere ſuum, & peracto curriculo nocturnum iter peregere: quare etſi tunc tenuis illis lux ſuperſit ſtatim moritura, plus tunc de confecto ſplendidè toto itinere, quàm hactenùs de pleno fulgorum iubare, Dei laudes prædicare dicuntur. Suam tandem metam ſemper fulgendo pertingere, laudatiſſimum aſtrorum elogium eſt. Exindè *aſtra matutina*, id eſt, iam occidua, & in fulgorum occaſu, perſeueranti curſu ſplendidè peracto, diuinas laudes ſumptuoſiùs buccinant. Toto vitæ curriculo micantet ſplenduit Suſannæ virtus; at cùm piâ obſtinatione caſtitatis perſeueranter flectineſciâ, tandem

Hic verſ. 43.

dixit, *Ecce morior*, vſque ad mortem in propoſito perſeuerans, tunc, tunc quidem micantiùs præfulſit, & totâ purioris caſtimoniæ lampade pleniùs ſcintillanit.

5.
Ad Philip. 3. v. 13. & 14.

Ad Philippenſes 3. Sequor, inquit Paullus, ſi quomodò comprehendam. Ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem: *Quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei.* Super hâc Paulli ſententiâ, S. Auguſtinus lib. de Cantico nouo cap. 4. ſic philoſophatur de perſeuerantiâ in curſu

S. Auguſtin.

iam auſpicato: *Via iſta noſtra ambulantes quærit. Qui non proficit, remanſit in viâ. Quis eſt, qui non proficit, qui dixerit, Sufficit mihi quod ſum; qui non attenderit ad eum,*

Qui in virtutis viâ retroſpicit, repedat.

qui dicit: Quæ retrò, ſum oblitus, in ea quæ antè ſunt extendo meipſum. Currentem ſe dixit, ſequentem ſe dixit; non remanſit, non retroſpexit. O malum retroſpicere! Vxor enim

Geneſ. 19. v. 26.

Lot, quæ liberata eſt à Sodomis, contra præceptum retroſpexit, & in ſtatuam ſalis conuerſa eſt. Itaque in hoc virtutis ac perfe-

Qui inceſſanter non creſcit, planè decreſcit.

ctionis ſtadio, ſemper currendum eſt; nec modò à curſu ceſſare, aut tepedare licèt, ſed nec retroſpicere. Aliter S. Hieronymus aduersùs Iouinianum, ſic ad rem fatur: *Paullus Apoſtolus*, inquit, *quotidie proficit, nec ſeruat in ſudario delicatè gratiam, quam accepit: ſed vt auarus negotiator renouatur de die in diem: & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creuerit.* Motaliſſimè quidem Hieronymus! de-

S. Hieron.
Paullus auarus gratiæ negotiator.

creſcere incipit, quiſquis vltrà creſcere non adnititur: qui non proficit, defecit. Quiſquis in virtutis ſtadio non currit, vix ambulat: qui ambulando retroſpicit, repedat. Gloria niſi addatur noua, etiam vetus amittitur. O, ſemper ambulet, inceſſanter currat, qui metam pertingere ambit. Curſus non in curriculo, ſed in metâ laudatur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCXI.

Pœnam ſine culpâ pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt.

1.
B. Petr. Dam lib. 8. epiſt. 6.

LAudanda diuina diſpenſatio (ait Petrus Damianus) quæ ad hoc ſuos temporaliter verberat, *vt à perpetuis eos flagellis abſcondat:* ad hoc premit, vt eleuet: ad hoc ſecat, vt ſanet: ad hoc deiicit, vt exaltet. *Qui enim bona agit, & mala ſuſcipit, quicquid ſibi iuſtæ retributionis in terrâ ſubtrahitur, hoc illi in cælo multipliciùs cumulatur....* Vites & quæcumque fœcundæ arbores putationibus iacent: ſteriles autem, & quæ ignibus ſunt tribuendæ, ramis euagantibus, quò liberiùs, eò diffuſiùs patent. Noli itaque huius vitæ felicitatem prauis hominibus

Qui bona agit, & mala ſuſtinet, glorias oppignerat.

inuidere, ſed condole: Imò quia ipſi non dolent, potiùs ingemiſce. Qui nimirùm velut bruta animalia ad macellum edendo properant, ad gladium laſciuiendo feſtinant. De tuis autem preſſuris atque moleſtiis gaude, & totis in Domino viſceribus gratulare, quia qui nunc, vt ita fatear, pœnarum inanium leuitate deprimeris, remunerandus poſtmodùm, pretioſi auri pondera reportabis. Hactenùs

Hic verſ. 43.

ille. Quò faceſſant quorumdam pro Suſannâ quetelæ, dum hanc innoxiè innocentem immeritò vident adulterarum iam iam pœnâ mulctari, vibicibus propè luridam, & cruentis crepitantium lapidum verberibus malè obnoxiam. Pudica Suſanna torqueri potuit, puniri non potuit. Culpa, emphaſis eſt pœnæ: pœna autem ſine culpâ, felicitatis obſes. Suſanna dum *bona agit, & mala ſuſtinet*, beatâ calamitate glorias cumulatiùs oppignerat, anticipatâ Dominicæ crucis ſequelâ.

2.
Ad Galat. 6. v. 14.

Paullus ad Galatas 6. ſuæ gloriationis argumentum publicat, aiens: *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti.* Nempè glorientur alij in mundialibus bonis, quæ hominum pectora votis implent; mihi autem abſit vt glorier, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti, id eſt, eius

Cur Paullus in cruce Chriſti potiùs quàm in aliis eius elogiis gloriatur?

fide, gratâ memoriâ, meditatione, prædicatione, & ſequelâ crucis, vtpotè per quam redempti & iuſtificati ſumus, & à quâ aſpirandi ad beatitudinem gratiam accepimus. Sed quare in alio Chriſti Dei elogio, non ſic Paullus gloriatur? *Poterat*, ait Auguſtinus,

S. Auguſtin. ſerm. 20. de verb. Apoſt.

Apoſtolus gloriari in ſapientiâ Chriſti, & verum diceret; poterat in maieſtate, poterat in poteſtate, & verum diceret: ſed dixit in cruce. Vbi mundi Philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Quo Domino? Chriſto crucifixo. vbi humilitas, ibi maieſtas; vbi infirmitas, ibi poteſtas; vbi mors, ibi vita: ſi vis ad illam venire, noli iſta contemnere, noli erubeſcere: ideò in fronte tanquam in ſede pudoris ſignum crucis accepiſti. Sed Hugo Victorinus lib. 1. Miſcellan. tit. 50. notauret dictum putat, Paullum gloriari in Chriſti cruce, vt patiendi cauſſam ad noſtros mores informandos demonſtret:

Hugo Vict.

In cruce Chriſti, inquit, *gloriatio eſt, in cruce dextri Latronis conſolatio, in cruce ſiniſtri Latronis confuſio. In cruce Chriſti pœna ſine culpâ, & poſt pœnam glorificatio. In cruce dex-*

Chriſtianiſmi pompa eſt, pœnam ſine culpâ alacriter pati.

tri Latronis pœna pro culpa, & poſt pœnam remiſſio. In cruce ſiniſtri Latronis pœna pro culpâ, & poſt pœnam damnatio. Dicunt homines quandò pœnam ſuſtinent, ſi meruiſſemus, non erubeſceremus; nunc autem iniuſtè pati & ſine culpâ, ignominioſum nobis eſt. Oculi qui non vident. Imò ſi pro culpâ pateris, erubeſce; ſi ſine culpa pateris, gloriare. Petitus ſane gloriæ arbiter Paullus, qui cùm poſſet hîc gloriari in Chriſti Dei ſapientia, maieſtate, & poteſtate, & attributis aliis, quibus glorioſè excellit; mauult tamen gloriari in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti: nam *in cruce Chriſti pœna eſt ſine culpa, & poſt pœnam gloriatio.* O diſcamus è Paulli, id eſt, cæli ſcholâ, in quo debeat mortalis homo, ad Chriſti exemplum, ſumptuoſiùs gloriari, nempè in cruce Chriſti, vbi *pœna eſt ſine culpa.* Porrò ſic eſt auguſtè glorioſum innoxiè pati, tormenta, quæ peracerbè ſuſtines non mereri; & tamen alacri ſofferentiâ exantlare, vt licèt tot gloriationis cauſſæ Paullo in Chriſto Deo ſuppeterent, hoc piè ſuperbæ gloriationis argumentum maluerit, piâ generoſæ gloriæ ambitione. *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti*, vbi *pœna eſt ſine culpa.* quæ eſt ſumptuoſior Chriſtianiſmi pompa, & aliquis Euangelicæ perfectionis faſtus, quem præmaturè Suſanna æmulatur, Chriſtiana præcoqua.

2. Regum 16. regi Dauid filium Abſalo-
3. mum fugienti, iniuſtè ac petulanter Semëi inſultat, maledictis inceſſit, lapidibus impetit. Inſolentem petulanter iniuriam Rex æquanimiter tulit, & immeritam tandem illi veniam conceſſit, peruerſo gratus officio. Nunc autem ſatellites ſeriò repreſſit,

2. Reg. 16. v. 12.

aiens: Dimittite eum vt maledicat iuxtà præceptum Domini, permiſſionem inquam: *Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Pœnaliſſima fuit hæc Semëi iniuria Dauidi eam non merenti; ex illius autem velut inſenſili tolerantia meritam feliciter ſoſpitatem auſpicatò ſibi Rex ominatur.

S. Ambroſ.

Pulchrè Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 48. *Dimitte illum*, ait, *vt maledicat, quoniam dixit illi Dominus; vt videat humiliationem meam, & retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc. Nec iam ſolum conuitiantem pertulit, ſed etiam lapidantem, & ſequentem illæſum reliquit; quin etiam poſt victoriam, libenter ignouit. Quod eò inſerui, vt Euangelico ſpiritu ſanctum Dauid non ſolum inoffenſum, ſed etiam gratum fuiſſe conuitianti docerem, & delectatum potiùs quàm exaſperatum iniuriis, pro quibus mercedem ſibi reddendam arbitrabatur.* Eleganter æquè ac ſapienter Ambroſius.

Dauid latus immeritas excepit iniurias, quaſi diuina largitatis pignora.

Maximus.

Nec minùs profundè Maximus Monachus Serm. vnico hâc ſuper re philoſophatur: *Multa*, inquit, *quæ nobis accidunt, ad inſtructionem noſtram accidunt, aut ob præteritorum peccatorum retributionem, vel præſentis negligentiæ emendationem, ſeu futurorum delictorum abſciſſionem. Quicumque igitur conſiderat quòd propter vnum horum accidit tentatio & non illum per quem fit tentatio, ſiue fiat per illum, ſiue per alium, planè diuinorum iudiciorum poculum bibere habet.* Subnotâ attentiùs ſententiam, quam luculenter artexit: *Verùm in Deum reſpicit, & gratias agit parcenti, ac ſeipſum accuſat, ac promptè diſciplinam ſuſcipit, quemadmodum Dauid à Semei.*

Deus nō meritā pœnā futuræ culpæ præmaturè parcit.

Ecce tibi Dauid dùm Semei contumelias audit, dum lapidum turbinem excipit tantùm abeſt vt iniuſtum inimicum vlciſcatur, aut ſaltem pœnaliſſimis iniuriis irritetur, vt *Deo gratias egerit parcenti*: ei enim præmaturè pepercit Deus, & anticipatâ veniâ condonauit *futurorum delictorum abſciſſionem.* Non meritam pœnam, Dauid futurorum veniam meritò reputat; nec ingratus ergà offenſorem, in Deum gratus eſt, cui *gratias agit parcenti.* quaſi Deus immerito ſupplicio arcanè parcat: & pœna innocenti inflicta, ſit culpæ venia, & futuræ innocentiæ ac felicitatis obſes. quod accidit Dauid, & eius ſoboli Suſannæ.

2. Corinth. 11. In quo quis audet (glo- 4.
riari inquam) audeo & egò. Hebræi ſunt, & 2. Cor. 11.
ego, &c. Miniſtri Chriſti ſunt (vt minùs ſa- v. 23.
piens dico) plus ego: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, &c.* Quid eſt, quòd in carceribus frequentiùs ſe eſſe vinctum inter ſceleroſè ſontes, Paullus gloriatur? Facinorum hæc pompa eſt, non Euangelij gloria. *Domus quidem Diaboli eſt carcer, in qua familiam ſuam continet*: inidoneè ergò *in carceribus* Paullus gloriatur. Verùm carcer olim Chriſtianis, & pœna fuit acerba, & præluſtris innocentiæ nota.

Tertull. ad Martyr. c. 1.

Audiendus eſt Tertullianus Apolog. cap. 44. Romanos iudices ſic alloquens: Quotidie, inquit, iudicandis cuſtodiis (carceribus inquam) præſidetis, qui ſententiis elogia diſpungitis: totà vobis nocentes variis criminum elogiis recenſentur: quis illic ſicarius? quis manticularius? quis ſacrilegus, aut corruptor, aut lauantium prædo? quis ex illis etiam Chriſtianus adſcribitur: aut cùm Chriſtiani ſuo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? De veſtris ſemper æſtuat carcer, de veſtris ſemper metalla ſuſpirant, de veſtris ſemper beſtiæ ſaginantur, de veſtris ſemper munerarij noxiorum greges paſcunt. *Nemo illic Chriſtianus, niſi planè tantùm Chriſtianus, aut ſi aliud, iam non Chriſtianus.*

Carcer domus Diaboli dicitur; & tamen de eo Paullus gloriatur. quare

Tertullian.

Grande quidèm carceris elogium, quòd pœna contumelioſè pœnaliſſima ſit, & in Chriſtiano culpæ exors: In eo enim & vacat innocenter culpa, & pœna ſæuit atrociùs. Chriſtianus in carcere, facinorum fidei reus eſt, de pulchrò ſanè reatu aſpectabilis potiùs quàm damnabilis. Quare carcerum frequentiâ, gloriæ ſuæ pompam adornat Paullus, benè ſcius, quòd *nemo illic Chriſtianus, niſi planè tantùm Chriſtianus, aut ſi aliud, iam non Chriſtianus.* Supponit quippè Tertullianus Chriſtianos adeò eſſe integros moribus, vt ſolùm cauſſa fidei in carceribus ligarentur: ſupponit etiam Paullus quòd *pœna ſine culpa*, ſumptuoſior crucis ac Euangelij gloria eſt.

Nemo in carcere Chriſtianus, niſi tantùm quia eſt Chriſtianus.

Actorum 5. duce à Phariſæis increpantur 5.
Apoſtoli, duriùs cæduntur, quia Chriſtum prædicabant.

prædicabant, ſcilicet res magni meriti immeritò culpatur: *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Sic eſt glorioſum pro Euangelio reprehendi, torqueri, excarnificari! Altè Tertullianus lib. de Anima, cap. 32. *Tota paradiſi clauis,* inquit, *tuus ſanguis eſt* ô Martyr. Exinde meritò S. Hieronymus ad Hedibiam quæſt. 11. *Triumphus Dei*, inquit, *eſt paſſio Martyrum, & pro Chriſti nomine cruoris effuſio, inter tormenta mirâ perſeuerantiâ ſtare, torqueri, & in ſuis tormentis gloriari.* Piæ ſuperbiæ fomes eſt ita pati, ſic culpari, & cruciari.

Actor. 5. v. 41.
Martyrium eſt tota paradiſi clauis.
Tertullian.
S.Hieron.

§. CCXII.

Mortis memoria, vitæ negotiatio & character eſt; eius autem obliuio, probitatis iactura, & flagitiorum cumulus.

1. Tertull. lib. de Animâ, cap. 43.

ILle fons generis Adam (ait Tertullianus) antè ebibit ſoporem, quàm ſitiit quietem. Antè dormit, quàm laborauit, imò quàm edit, imò quàm & profatus eſt, *vt videant naturalem iudicem ſomnum* omnibus naturalibus principaliorem. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recenſere..... Proponit igitur tibi corpus amicâ vi ſoporis eliſum, blandâ quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale antè vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit, vt teſtatione plaſticæ & ſepulturæ, expectans animam quaſi nondum collatam, & quaſi iam ereptam. Sed & illa ſic patitur, vt alibi agere videatur, *diſſimulatione præſentia, futuram abſentiam ediſcens....* Hæc erit ſomni & ratio naturalis, & *natura rationalis. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris, ſpem meditaris, diſcis mori & viuere, diſcis vigilare dum dormis.* Hactenùs ille. Ergo de ſcholâ ſomni, quæ eſt viua mortis imago, cuius *natura rationalis* dicitur; homo *diſcat mori & viuere, diſcat vigilare* dum indies *dormit.* E ſomno anima *ediſcat futuram abſentiam* in morte. Quotidie ſomno intermoriatur homo, vt *naturalis iudex ſomnus*, mortis imaginem inceſſanter obuerſans, de vitâ iudicet auctoritate cenſoriâ, & dum mortem in vitâ per recordationem anticipat, in morte mortem viuificet.

Somno quotidie intermorimur, ad continuam mortis memoriam.

Somno ediſcit anima mori.

2. Matthæi 19. acceſſit quiſpiam ad Ieſum, & ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Interrogauerat hic adoleſcens, quid illi faciendum erat, vt *vitam æternam* conſequeretur; Chriſtus autem modum conſequendæ *vitæ* tradit, nec addit epithetum *æternæ.* quod ſubtiliter notauit Auguſtinus. An quia quæ *vita æterna* non eſt, non meretur, vt vita nominetur? An vt doceat quomodo amanda ſit vita æterna, quando ſic caduca & mortalis adamatur? Cæterùm Origenes apud Catenam S. Thomæ indidem ſic eleganter locum elucidat: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Vbi*, inquit, *conſidera, quoniam adhuc quaſi extra vitam conſtituto reſpondit, Si vis ad vitam ingredi. ſecundum enim vnum modum homo eſt extrà vitam, qui eſt extrà eum qui dixit, Ego ſum vita: aliàs autem omnis qui ſuper terram eſt, quamuis iuſtiſſimus, poteſt quidem in vmbrâ eſſe vitæ, non autem in ipsâ vitâ, cùm ſit corpore mortis circumdatus. Intrabit autem quis in vitam, abſtinens ſe ab operibus mortuis, appetens autem opera viua. Sunt autem & verba mortua, & verba viua; & cogitationes mortuæ, & cogitationes viuæ. Et ideò dicit: Si vis ad vitam ingredi.* Itaque homo iuſtus etiam dum adhuc viuit, *poteſt quidem in vmbrâ eſſe vitæ, non autem in ipsâ vitâ, cùm ſit corpore mortis circumdatus.* In vmbra potiùs vitæ eſt, quàm in ipsâ vitâ, qui corpore mortis vndique obſeſſus, iam iam morituro ſimilis viuit. Vndecumque illi occurrunt mortalitatis argumenta, & vicinæ mortis viuæ cogitationes: quas dum adhuc viuens frequenter animo verſat, *ad vitam ingredi* exambit. Qui his viuis mortalitatis cogitationibus angitur, & viuas viui cadaueris exequias animitùs celebrat, tamquam vitæ æternæ candidatus, in caducæ vitæ vmbrâ vitam tranſigit, non autem in ipsâ vitâ, vitæ æternæ ſpebus erectus, & quaſi in confinio mortalitatis ac immortalitatis ſit, adhuc in vitâ *ad vitam ingredi* ſatagit. Vndè *adhuc quaſi extrà vitam conſtituto reſpondit: Si vis ad vitam ingredi.* Sic homo debet eſſe mortalitatis ſuæ aſſiduè memor, vt de morte, quam cogitatione anticipat, ſemimortuus, ac ſi extrà vitam conſtitutus eſſet, *ad vitam ingredi* dicatur? O, frequenter in vitâ morere, vt *ad vitam ingredi* certò poſſis! Sic in vitâ mors meditata, veram mortem in vitam refingit? Viuum in vitâ cadauer eſto, ne in morte æternùm cadauereſcas.

Math. 19. v. 17.
S. Auguſt. de verb. Dom. ſerm. 17.
Origenes tract. 8. in Math.

Qui adhuc viuit, quaſi extrà vitam eſſet, ad vitam ingredi iubetur. quomodo?

Geneſeos 23. tandem moritur Sara: & peregrinus ibi Abraham humandæ vxori ſepulcrum pretio quærit ab Hethæis. Rogato Ephroni appendit quadringentos ſiclos argenti. *Quod cùm audiſſet Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat, audientibus filiis Heth.* Quæ verba ſic Hebraicè ſcribuntur: *Et audiuit Abraham Ephron, & appendit Abraham Ephran argentum quod locutus eſt in auribus filiorum Het.* Non vacat ſacramento, quòd qui antequam ſuum venderet ſepulcrum appellabatur *Ephron*, eo iam ab ſe alienato, non iam tamquam vir, *Ephron*; ſed feminino vocabulo, *Ephran* nominatur. S. Hieronymus inibi in Quæſtionibus ſeu Tradit. Hebr. cùm ſic ex Hebræo textu legiſſet, ſubdit tempeſtiuè: *In Hebræo, ſicut hic poſuimus, primum nomen eius ſcribitur Ephron, ſecundum Ephran. Poſtquam enim pretio victus eſt, vt ſepulchrum venderet argento, Ephron appellatus eſt Ephran, ſignificante Scriptura, non eum fuiſſe conſummata perfectaque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur qui ſepulchra venditant .... immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum.* Ephroni virtus ſic venditâ ſepulturâ elumbatur, vt in feminam imbecille degeneret? Qui à ſe abalienat *memorias mortuorum*, ſic vitia ſubornat, & virtutes eneruat; Memoria mortuorum eliminata, feminam inuenit, aut facit.

3. Geneſ. 23. v. 16.
Hebræus.
S.Hieron.

Qui abiicit memoriam mortis, virtutis robur effeminat.

Sic cognati cineris memoria vitia exarmat, virtutes adipat, ſanctitatum omnium vitam viriliter ſpirat? Quid non *pereat de merito eorum, qui potuit memorias vendere mortuorum?*

4 Geneſeos 2. Adamo recèns formato, & in paradiſum voluptatis adducto, vt & paradiſcis deliciis, & vitâ mortis neſciâ frueretur; præcepit Deus dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: *In quàcumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Nempè quamuis immortalis creatus ſis, comedendi ex arbore vitæ priuilegio; ſi tamen præuaricatus fueris, certæ mortis ſententiam & neceſſitatem incurres. Sed cur immortali homini, in ſtatu innocentiæ feliciſſimo, mortis memoria ingeritur? Mors initio in homine nulla fuit? memoria autem mortis plurima. Pulchrè Nyſſenus homil. 12. in Cantica: *Haud dubiè*, inquit, *mors in homine non erat. Nec enim præclarum quiddam fuiſſet homo, ſi triſtem illum mortis characterem habuiſſet, Enimuerò cùm æternæ vitæ ſimulacrum & ſimilitudo eſſet, reuerà pulcher erat, hilari vitæ charactere cohoneſtatus.* Itaque homo in paradiſeâ felicitate, *vitæ charactere* ſic cohoneſtatus erat, vt *æternæ vitæ ſimulacrum eſſet*: nec tamen tunc *triſtem mortis characterem habuit*, quem ne altè impreſſum haberet, memoria comminatæ mortis illi præproperè ingeritur, quæ illum imprimendum cautelâ præcoquâ excutiat. Conſultiſſimè ergò *vitæ charactere* cohoneſtatus, mortis metu præmunitur, ne *mortis character* imprimatur. Verſutè autem Diabolus mortalitatis confudit minas, vt metu mortis expuncto, characteri mortis pateret aditus.

Gen.2.v.17.

Mortalitatis mina, vitæ characterem indelebilem conſeruarent.

S.Nyſſenus.

Mortis character, mortalitatis memoriâ excutitur.

5. Lucæ 12. moraliſſimè in parabolâ magnæ familiæ herus inducitur domo abſens, & additur: *Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo; Moram facit Dominus meus venire*, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari: *veniet Dominus ſerui illius in die, quâ non ſperat, & horâ, quâ neſcit, & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet.* Malus ſeruus, qui tot ſcelera, & eorum pœnas incurrit, dum vitæ longitudinem ſibi promittit, & in corde ſuo cogitat Dominum non ita citò venturum. *Profectò* (ait inibi Toletus) *qui ſibi longam vitam promittit, ac Dominum tardaturum perſuadet, omne ſcelus committendi periculo ſe exponit.* Omnium ſcelerum pericula vorat, in plurima effrenis proruit, qui mortem tardare præſumit. Propterea ſalubriter admonet Siracides: *Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, &c. Idcircò*, ait Chryſoſtomus, *incertum voluit Deus eſſe quanto tempore duraturi ſimus, vt expectatione incertâ, virtutem amplexemur ſemper.* Itaque ſicut qui mortem habet memoriæ & perſuaſioni proximam, inceſſanter ad omnes virtutes hiat: ſic qui mortem tardare putat, *omne ſcelus committendi periculo ſe exponit.* Heu! præſumpta mortis mora, tot de facili flagitia deuorat? Ceterùm cùm in præſcriptâ Lucæ parabola, boni & mali ſerui inducantur; *Nota* (ait Beda) *inter vitia ſerui mali adſcriptum, quòd tardum ſui Domini reditum putauerit: non autem inter boni virtutes annumeratum, quod hunc citum ſperauerit, ſed tantùm fideliter miniſtrauerit.* At, qui in cunctis fideliter adminiſtrat, & virtutes omnes plenè exequitur, indubium eſt, quòd mortem aut citam, aut incertâ expectatione ſuſpenſam, præ oculis ſemper habuerit. Superuacaneum foret dicere, quod arcano ſilentio ſupponens, viuaciùs ſignificauit. Porrò certiſſimæ mortis *expectatio incerta, virtutes amplexatur ſemper*, perenni ſanctitatum omnium auiditate inceſſanter actuosâ. Bona Suſanna, quæ & dum flagitium refutat, ait: *Mors mihi eſt*: & poſt ſententiam diu victura, dixit: *Et ecce morior*, idoneâ mortis præſumptione ad fruſtrationem mortis, & virtutum cumulum. Non ſic rex Aſtyages, non ſic, qui antè mortuus & ſepultus, quàm mortis ac ſepulturæ memor hìc inducitur.

Lucæ 12. v.45.& 46.

Qui mortem tardare putat, in omnia flagitia proruit.

Card. Tolet.

Eccli. 14. v.12.

S.Chryſoſt. homil.23. in Acta Apoſt.

Qui mortis aſſiduò recordatur, non dicitur, ſed ſupponitur perfectus.

Beda in Luc. cap.12.

Hìc verſ.22.

Hìc verſ.43.

Hìc verſ.65.

2. Machabæorum 9. Antiochus percuſſus à Deo, serò tandem agnouit ſe eſſe mortalem: *Iuſtum eſt*, inquit, *ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Conſtantius Imperator Romam ingreſſus, Hormiſdæ Perſæ oſtendens eius magnificentiam, petiit quid ſibi de eâ videretur? Cui ille: *Romæ, æquè ac alibi, homines moriuntur.* Quaſi dicat: Mors omnem hanc magnificentiam tecum cum magnificis tuis ſepeliet. ita Fulgoſius lib. 7. cap. 2. Scilicet Hormiſdas vel in ſummâ magnificentiâ mortem ſeriò meditabatur. Quare Muſonius, apud Maximum ſerm.36. interrogatus: *Quis optimè extremum diem claudere poſſet?* ait: *Qui ſemper poſtremum vitæ diem ſibi inſtare propoſuerit.* Benè monentem ſequere, inſtantis mortis memoriæ aſſiduus. 6.

2.Mach.9. v.12.

Fulgoſius.

Mortis aſſidua memoria mortem exarmat.

Muſonius. Maximus.

---

§. CCXIII.

Affectus eſt argutus pictor, oculus, cæcitas, peruerſitas, & à ſe abalienatio.

QVid inter morbos animi interſit & affectus, alicubi perſtrinximus. Morbi ſunt inueterata vitia, & dura, vt auaritia, vt libido, vt ambitio nimia; poſtquam hæc animum implicuerunt, & perpetua eius mala eſſe cœperunt. Vt breuiter finiam, morbus eſt iudicium in prauo pertinax, tanquam valdè expetenda ſint, quæ leuiter expetenda ſunt: vel ſi mauis, ita finiamus: Nimis imminere leuiter petendis, vel ex toto non petendis; aut in magno pretio habere in aliquo habenda, vel in nullo. *Affectus ſunt motus animi, improbabiles, ſubiti & concitati, qui frequenter neglecti fecere morbum: ſicut diſtillatio vna, nec adhuc in morem adducta tuſſim facit, aſſidua & vetus phthiſim.* Scitè dicitur affectus, animi motus *improbabilis*; animus enim nec probat, nec improbat id, circà quod affectus ducit: nam rationẽ affectus anteuertit, nec pro rei merito, ſed pro libidine bonitatem rebus fœnerat; & vt erga illam benè aut malè afficitur, de illâ ſic cenſet. Quare in lubrico eſt, quod affectu iudicatur: nam ſi ceſſet affectus, res nuper optima, in peſſimam tranſit, etſi inuariata perſeueret. Exinde affectus, motus eſt *improbabilis*, quia cenſu libidinis cenſurâ vibrat lubrico iudicio: quia etſi durante affectu nimis tenax ſit, cùm 1.

Senec. ep.76.

Affectus eſt improbabilis rerum arbiter.

do

de facili euarietur, citò in contratium vergit.
Idcircò omnium ſuffragio affectus, terum arbiret *improbabilis* eſt. Fateor, non ſunt affectus
noſtri in noſtrâ poteſtate: ſed attenta ratio
illos ſi non rollit, ſenſim elimat. Obnixiùs
velis, & poteris.

2. Pſalmo 72. de enotmlter ſceleroſis ſic paugit
Pſalm. 72. v. 7. regius Propheta: Operti ſunt iniquitate
& impietate ſuâ. *Prodyt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.*
Græci Patr. in Paraphr. Nempe, vt indidem Græci Patres exponunt,
hac omnia mala ex affectu fecerunt; quaſi affectus ſit tot malorum conceptaculum. Apol-
Apollinar. Aquila. linarius in Catenâ ſic ait: *Coterùm pru*,
Tranſierunt in affectum cordis, Aquila expoſuit,
*Tranſilierunt in ſpeculationes cordis. Nihil enim
ſecundùm naturales cogitationes facere voluerunt.* Nam quiſquis affectu ducitur, *tranſilit
ſpeculationes cordis*, & negligit rei *naturales
cogitationes*, & pro libidine fingit bonitatem
aut malitiam rebus peregrinam. In Hebræâ
origine viuaciùs ad rem ſententia exprimitur, dum pro *Tranſierunt in affectum cordis*,
Hebræus. alij excribunt, *Tranſierunt in picturas cordis.*
Scilicet *Affectus* ſemel cordi impreſſus, licèt
de ſe rudis ſit, *improbabilis*, & ineruditus,
præſumit tamen cor humanum erudire artem
pictoriam. Profectò ars Pictoria Poëtices
portio eſt, quæ affectuum licentiâ quicquid
lubet Poëticè mentitur; & velut meritorum
ſequeſtra, terum elogia, non *ſecundùm naturales cogitationes*, aut *ſpeculationes cordis*,
duce animo rationales; ſed penicilli arbitrio
Affectus cordiorum pictorum arbitrio penicillo colorat. colorat. Si cor benè affectum eſt, rei defectus
nigris obducit vmbris, celat culpas, peccata
diſſimulat, & velum argutè oppandit, nequid
non aſpectabile tranſpareat. Si quod autem
vel minutulum bonum reperit, miro illud
auctario incrementat, in idipſum auget, ſumptuoſiùs veſtit, & ſplendidè illuminat, vt
ipſum alterum micanter appareat. Quin &
Pictoriæ licentiâ de ſuo fingit & pingit, quod
affectio Poëtatur. Inde cor affectuum ductu
ac magiſterio rerum picturas ad nutum delineat, fingit, colorat. *Tranſierunt in affectum
cordis, in picturas cordis.* Opinor, affectum cor
in phantaſiæ officinâ has *picturas* delineat:
at phantaſiæ opus, futile ſomnij ludibrium
eſt, niſi mentis aurigationi ſubiaceat. O citer
fama relatores, vt exploretur, an ratio & veritas, an cordis affectus picturam colorauerit, licentiâ vel abuſu errantis penicilli.
• *Tranſierunt in affectum cordis, in picturas cordis.* Non bonus rei pictor, affectus eſt, de
affectuum priuilegio venit quod Hiſpanè dicimus: *Pintar como querer.*

3. Eadem Pſalmographi ſententia adhuc
Pſalm. 72. v. 7. enucleanda ſupereſt ad præſentem theſim:
Prodyt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis. Eſt hic etiam egregia
S.Hieron. S.Hieronymi lectio: *Proceſſerunt à pinguedine
oculi eorum: tranſierunt in affectum cordis.* Nec
Forſterius. longè abeſt Forſterius, *Egreſſus eſt pra pinguedine oculus eorum: tranſierunt in affectum cordis.* Nempè qui malitiæ pinguedine ad omnem nequitiam adipantur, tranſeunt in *affectum cordis*: & inde à malitiæ pinguedine
proceſſerunt oculi eorum; quaſi oculorum *proceſſus*, vel aſpectus, qui per *affectum* eſt, à malitiæ pinguedine ſit. Quid boni, quid non
mali videat, cuius *oculi proceſſerunt* à malitiæ
pinguedine, per affectum obiecta cernente?
Opinor, cæcè videt, qui adeò ſceleroſus eſt,
vt per affectum videat. Imò vt ex Forſterio
excripſimus, *egreſſus eſt pra* malitiæ *pinguedine oculus eorum*, qui *tranſierunt in affectum
cordis.* Id eſt, *egreſſus eſt oculus eius*, exoculatus eſt, cæcus eſt, qui affectu inoculatur: *Eius, qui affectu ducitur, oculus egreſſus eſt, & cæcè videt.*
hic enim non videt, ſed videnda fingit, &
vana rerum ſpectra contemplatur. *Auerte
oculos meos, ne videant vanitatem*, aiebat Pro- Pſalm. 118. v. 37.
pheta: vanitatem enim affectus depingit:
Tranſierunt in affectum cordis, id eſt, *in picturas cordis.* Ecquis erit tam vecors, qui affectuum iudicio tutò ſe credat? Affectuum
cenſura aliis ſuſpecta eſt, quaſi cæcitate oculata; ſit etiam tibi ſuſpecta: niſi adeò cæcus
es, vt affectum non videas, nec ſentias affectum; quæ eſt ſumma cæcitatis ſpecies, &
nox perpetua iudicij. Sæpè affectus nimis videndo, facit vt nihil videat. Nam cæcitatis
duo ſunt genera, & non videre quod eſt, &
videre quod non eſt. O affectuum pellaciam,
vel potiùs fallaciam time!

Pſalmo 80. hæc querula Dei vox aduersùs 4.
populum ſuum auditur: Et non audiuit po- Pſalm. 80. v. 13.
pulus meus vocem meam: & Iſraël non intendit mihi. *Et dimiſi eos ſecundùm deſideria
cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis.*
Græci Patres ſecuti alios, & quos alij ſe- Græci Patr.
quuntur, præſcripta verba ſic excribunt:
Et dimiſi eos ſecundùm affectum cordium eorum.
nempè pro *deſiderys*, affectum ſubſtituunt.
Annuit Symmachus, *Dimiſi eos placito cordis* Symmach.
eorum. Sed vide quid S.Hieronymus ſecutus Aquila.
Aquilam pro *placito* ſeu *affectu cordis* ſubſti- S.Hieron.
ſtuat: *Dimiſi eum in prauitate, ſeu peruerſitate
cordis ſui.* Quod explicatiùs elucidat Theo- *Multiiugum humani affectûs vituperium.*
dorus Heracleotes in Commentario Græcorum Patrum, vbi luculenter exponit quid
ſit dimitti *affectionibus* ſuis: *Dimiſi vos*, in- Heracleot.
quit, *vt in deſiderys cordium veſtrorum volutaremini; atque exinde malorum periculum faceretis. Nam contumaciam eorum videns, propria quidem cura ipſos ſpoliaui, permiſi verò
ipſos ſuis conſilys ferri. Ego quidem (inquit Deus)
cùm inconuertibiles manerent, neglexi illos: ipſi
verò quacumque via voluerint ambulabunt, impetu ſuo ducti.* Ecce tibi quid ſit hominem relinqui affectuum ductui, ſeu placito affectionum, ſcilicet relinqui *in prauitate*, ſeu *peruerſitate cordis*; & vt *impetu ſuo ducti*, *quacumque via voluerint ambulent*, vel potiùs *vo- Pœnaliſſimè Deus hominē ſibiipſi donat.*
lutentur; quippe tanquam *contumaces & inconuertibiles*, *neglecti* à Deo. Pruh! hoc eſt
hominem dimitti *affectionibus cordis ſui?*
Atrox ſanè malum eſt proprio affectu agi.
Quod forſan viuaciùs expreſſit Auguſtinus, S.Auguſtin.
ſic inibi locum exponens: *Dimiſit eos ſecundùm affectiones cordium eorum*, id eſt, *Deus
donauit eos ſibi*, hoc eſt, permiſit, vt ſuo quiſque affectu duceretur, & de ſuo placito rerum
bonitatem taxaret. Quod autem atrocius
ſupplicium eſſe poteſt, quàm vt quiſque ſibi,
ſuóque arbitrio & affectui ſubiiciatur? In
eos certè, qui diuino imperio parere *contumaces* noluerunt, *inconuertibiles* ad Dei vocem; noluit Deus grauiorem pœnam decer-

nere, quàm vt ipſi propriis *affectionibus* ioſeroirent, & pro affectuum arbirrio duecerentur iniquè falſato rerum eenſu. Hos nequam Senes affcctibus obſequentiſſimos, pœnaliſſimè Deus ſibiipſis donauit, dum affectibus diuerſiſſimis amoris & odij ſeipſos diſcruciant, & Suſannam malè vexant.

Hic verſ.43.
O affectuum pilas, in graui ætate mobiliter ludictas! quos Deus *dimiſit ſecnndùm affectiones cordium eorum; ibnnt in adinuentionibus ſuis*; ſed vt fumante frixione torreantur, non bono gehennalis incendij auſpicio.

5.
Cantieorum 3. cæleſtis ſponſa ſponſum cæleſtem inconſultè quærit per vicos & plateas; quaſi Chriſtus eſſet circumforaneus. Inſanire videtur, qui ibi Chriſtum quærit, vbi inueniri non poteſt. Sponſum non inuenit ſponſa, ſed inuenitur à cuſtodibus,

Cant.3.v.3.
quos ſic interrogat: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Maxima vis eſſe ſolet in eo dicendi genere, in qoo relatiuum ſine antecedente ponitur, id quod in hoc loco perſpicuè cernitur. Cùm enim totum ſponſæ animum ſponſi ſui affectus, & anxius amor abſorberet, multa dicit, quæ videri poterant inepta non amantibus. Non enim ait, ecquis ſit ille, quem diligit; nec quænam ſit illa, quæ diligit: exinde non cognita tanquam amans, amens putatur, nec ab obuiis ciuitatis cuſtodibus reſponſum meretur: *O amor* (ait

S. Bernard. ſerm.79. in Cantica. *Sponſus vehementi affectu adamatus, Eſſentia amoris dicitur.*
Bernardus) *præceps, vehemens, flagrans, impetuoſe, qui præter te alind cogitare non ſinis; faſtidis cetera, contemnis omnia propter te; te contentus, confundis ordines, diſſimulas vſum, modum ignoras; totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod conſilij, iudiciive videtur! Ait: Quem diligit anima mea, vidiſtis? quaſi verò hi ſciant quid cogitet ipſa. Quem diligit anima tua, de ipſo ſciſcitaris, non habet nomen. Quanam verò tu, & ille quis eſt?* Nota opportunam ſententiæ clauſulam: *Vnde in Epithalamio hoc non verba penſanda ſunt, ſed Affectus.* Quia autem penſatur *Affectus*, conſultiſſime Syrus

Syrus.
interpres vertit: *An eſſentiam amoris, quam diligit anima mea, vidiſtis?* Eſſentiam amoris præ affectu vocat ſponſum, cuius affectu vehementer agitur; quia ea ſine ipſo, erga quem ſic afficitur, nec eſſe, nec ſubſiſtere poterat; nec præter ipſum aliud cogitare, aliud velle, aliud ſapere: eius præſentia, exiſtentia illius eſt; eius abſentia, propè illius nullificamen. Idcirco ſponſum, erga quem tanto amore afficitur, *eſſentiam amoris* appellauit. Perſpicuè hìc cernitur, quàm vehementer affectus hominem abſorbeat. Benè affectus à ſponſâ ponitur in cæleſti ſponſo, cuius amore inſanire, ſapere eſt.

Caue ergo, ne erga alium hominem
ſic impreſſè afficiaris; ne inde
eum his nequam
Senibus malè
pereas.

---

§. CCXIV.

Calumnia mendax ſuprà mortem acerba eſt; & virtutum inſidiatrix, ad malitiam ſubornat.

Siracides pulchrâ ethicè gnome, tria extimeſcenda denunciat: *Delaturam ciuitatis,* 1.
inquit, *& collectionem populi, calnmniam mendacem, ſuper mortem omnia grauia.* *Delatura* eſt aduerſatio, quâ tota ciuitas ex rumore ſiniſtro criminatur aliquem, illíque falſatum crimen iopingunt. *Collectio populi*, eſt coogregatio turbæ, putà populi turbati & tumultuantis, id eſt, *ſeditio*, vt vertit Tigurina, quâ populus in aliquem iuſurgit, eúmque depoſcit ad necem: qualem paſſus fuit Epheſi Paullus, ſuſcitatam à Demetrio & aurificibus Dianæ. *Calumnia mendax* eſt, quâ ſcilicet quis falsò per accuſatorem & teſtes accuſatur, agitúrque reus mortis, ſimiliſve mali. Hoc tertiom malum, quod eſt, *calumnia mendax*, peſſimum eſt, cùm ex coitione furentis populi inſtruitur proceſſus iuridicus, quo per calumniam falsóſque teſtes iuridicè & certò damnatur ad mortem, vti factum eſt Suſannæ. Hæc calamitas *ſuper mortem grauis* eſt. Quare vbi primùm illam Senum calumniam audiuit Suſanna, aotequam duceretur ad mortem, exclamauit: *Et ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me*, quo ſignificauit, à malitioſâ calumniæ morte rapi ad cruentam lapidationis mortem. Bis mortua, ſemel in calumniâ, iterùm in ſententiæ exequendæ lapidum nymbo. *Ceterùm à calumnia liberationem reipsà Suſanna obtinuit*, ait Theodorus Heracleotes, qui fuit aliquis omnipotentioris prouidentiæ faſtus.

Eccli.26.v.6. & 7.
Cornel. ibi.
Tigurin.
Actor.19.
Calumnia mendax ſuprà mortem acerba.
Heracleot. in Pſalm. 118. v.134. apud Catenam Corderij.

1. Corinth. 10. ſic Paullus humanam puſillanimitatem ad tentationibus reſiſtendum 2.
extimulat, aiens: Tentatio vos non apprehendat niſi humana: *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.* Mitto nunc pugnas cum Hæreticis, tam benè Grammaticis, quàm malè Theologis, quos paſſim Scriptores noſtri detriumphant. Eſto, fidelis ſit Deus, & ex ſuâ promiſſione teneatur ſufficientes gratiæ vires hominibus præbere ad reſiſtendum tentationibus; quare ab humanâ deſidiâ eſt, qood vincimur. Vnde non patitur nos tentari ſuprà id, quod poſſumus. Curioſiùs autem quiſpiam ſciſcitabitur, quænam foret illa grauis tentatio, quâ homo ſuprà id quod poteſt, tentaretur? Audiendus eſt Ambroſius, qui hac ſuper re ſic ſapienter ad rem philoſophatur: *Non vnum genus eſt*, inquit, *noſtræ afflictionis: Eſt & calumnia. Sed tentatio lenior, calumnia grauior. Siquidem tentatio poteſt eſſe calumnia, calumnia in ſe & tentationem habet. Eſt humana tentatio, quam ferre poſſumus, Calumnia autem grauis eſt. Et ideo Dominus quæ ſunt grauiora ſuſcepit, & calumnijs appetitus ſilentium de illis triumphale.* Scitè Ambroſius tentationem vniuerſatim à calumniâ diſtinguit: nam poteſt eſſe tentatio, quæ calumnia non ſit; omnis autem calumnia

1. Cor. 10. v.13.
S. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 17.
Num calumnia eſt tentatio ſuprà id, quod poſſumus?

calumnia, tentatio eſt, & quidem grauis tentatio. Adeò grauis tentatio eſt, vt inſinuare videatur Ambroſios, calumniam eſſe tentationem illam, quâ non patietur Deus homioes tentari (aut ſi patitur, ſe daturum viuaciora auxilia ad victoriam) dum ait: *Calumnia in ſe tentationem habet. Eſt humana tentatio, quam ferre poſſumus, calumnia autem grauis eſt.* Quaſi tantùm non expreſsè dicat, quòd generaliter omnis reliqua tentatio, humana eſt, & *quam ferre poſſumus*, id eſt, ſuperare ex communi, aut non valdè extraordinario gratiæ auxilio: at calumnia, ſic eſt grauis tentatio, & velut inſuperabilis, vt ferè cenſeri poſſit in eo catalogo tentationum, quas ſuperare non poſſumus, niſi ex gratiâ viuaciori, & auxilio valdè extraordinario. Opponit enim humanam tentationem, *quam ferre poſſumus*, calumniæ quæ eſt *grauis tentatio*, quod adoerſatiua vocula *autem*, non obſcure innuere videtur. Quare concludit: *Et ideò Dominus quæ ſunt grauiora ſuſcepit, & calumnÿs appetitus ſilentium detulit triumphale.* Altè quidem, in eo qui calumniis appetitus tacet, & calumniam muto ore diſſimulat, nec defenſione excutit, aut vltione vindicat, *ſilentium triumphale* nominatur. Nam cùm calumnia ſit tentationum maxima, qui eam velot inſenſilis taciturnitate deludit, victoriali ſilentio glotioſè detriumphat. Quod ex iam iam dicendis illuſtriùs claratur.

Silentium in calumnÿs triumphale dicitur.

3\. Salomon Eccleſiaſtæ 7. ita ſcribit: *Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius.* Hanc ſententiam germanè accipias de calumniâ & accuſatione iactâ in ipſum ſapientem: hæc enim ſæpè ita eum conturbat, eruciat, affligit, vt pro τὸ *conturbat*, viuaciùs ad rem excripſerint LXX. Interpretes, *circumfert*, circumagit, rotat; Aquila, *seducet*; Chaldæus, *decipiet*; Pagninus, *inſanire faciet*; Tigutina, *ad inſaniam adiget*; alij, *errare faciet*, vt ſcilicet per impatientiam aberret à ſapientiâ & virtute, labatúrqoe in vindictam, cædem, aut ſaltem in conuitia aduersùs calumniatorem impatienter iactata. Vnde Syrus interpres ſic vertit: *Quoniam accuſatio* calumniatoris *perdit ſapientes, & perdit cor dentium illius*; ſic enim euertit & dementat oris prudentiam, vt illum ad ſcomata & inſanas contumelias agat, & caninâ rabie dentibus mordeat, & inſanientium more laceret ſycophantam. Nempè calumnia ſic vel *ſapientem ad inſaniam redigit, vt perdat cor dentium illius.* S. Gregorius Thaumat. inibi: *Summum malum*, inquit, *calumnia, quæ ſapientum maximè animabus inſidiatur, generoſam ac denſam illam virtutum ſiluam extirpare molitur.* Vis noſſe quàm impreſsè *calumnia inſidiotur* vel *conturbet ſapientem, & perdat robur cordis illius*, audi Baſilium, Baſilium, inquam, ſapientiæ & ſanctitaris metam: hic calumniam ſibi de hæreſi impactam, adeò grauatè tulit, vt epiſt. 82. ita ſcripſerit: *Ad haſce litteras animatus, vt par erat, & ad tam inopinam ac ſubitam immutationem animo perculſus, nec reſpondere quidem poteram: palpitabat enim mihi cor, lingua me deſtituebat, & planè patiebar, quod animo ſolet parum forti accidere: indicandum enim quod verum eſt, & tamen veniâ dignum. Deinde parum aberat, quin in odium erga humanum genus exorbitaſſem, ſuſpectique mihi fuiſſent omnes hominum mores, arbitranti in naturâ humanâ non eſſe charitatis bonum, ſed verba quædam plauſibilia ad ornatum & cultum eorum, quibus vti velis, conficta; affectum verò illorum ſecundùm veritatem non eſſe cordi humano.* Hæc Magnus Baſilius, etſi virtute ac ſapientiâ vir, quò maſculam fortitudinem in feminâ Suſanna propudioſis calumniis appetitâ ſuſpiciamus.

Eccleſ. 7. v. 8.

LXX. Interp.
Aquila.
Chaldæus.
Pagninus.
Tigurina.

Syrus.

Calumnia ſapientem ad inſaniam redigit, & perdit cor dentium illius.

S. Gregor. Thaum.

S. Baſilius.

Quàm ægrè tulit Baſilius impactam de hæreſi calumniam.

4\. Pſalmo 118. regius Propheta ita grauatè calumnias tulit, vt ſic ad Deum exclamauerit: *Redime me à calumnÿs hominum, vt cuſtodiam mandata tua.* Retardant non parùm greſſus rectè ac ſtrenuè ambulantis, & progredientis in viâ virtutis, calumniæ maleuolorum; nec rarò iniquitas iſtorum, dominatur & præualet, facitque vt referat quis pedem, atque reſiliat, & ſe ad oppoſitam vitiorum viam reflectat, ac transferat. Idcircò redimi à tanto malo Dauid efflagitat, qoò perſiſtere poſſit in mandatorum cuſtodiâ. Hanc Prophetæ ſententiam ſic inibi Ambroſius elucidat: *Calumnia eò grauior eſt, quia non ſolùm falſa componit, verumetiam quæ piè geſta ſunt decolorat.* Sic prædurarn Suſannæ repulſam, Senes calumniatores blando pulchelli iuuenis amore depingunt. Pergit poſt paucula Ambroſius: *Suſanna benè ſibi adeſſe non poterat. Duo preſbyteri ſenes falſum teſtimonium deferebant: numerus ſacerdotum atque ſenectus vocem auferebant puellæ, ſola conſcientia erat apud Deum libera. Denique hominum damnata iudicio, nutu abſoluta diuino eſt. Ideò ait Propheta: Redime me à calumnÿs hominum, vt cuſtodiam mandata tua. Qui enim opprimitur calumniâ, non facilè poteſt cuſtodire mandata diuina. Triſtitiæ neceſſe eſt plerumque aut timori cedat, & affigatur vel metu calumniæ, vel dolore.* Rectè ergo ab hoc calumniæ malo ſe redimi Propheta expoſcit, vt ab eo redemptus, Dei mandata obſeruare poſſit. Nam *calumnia conturbat ſapientem, & perdit robur cordis illius.*

Pſalm. 118. v. 134.

S. Ambroſ.

Niſi quis à calumniâ redimatur, ægrè poteſt Dei mandata cuſtodire?

5\. Redeat iterùm Pſalmographi præſcriptus locus aliter expendendus: *Redime me à calumnÿs hominum, vt cuſtodiam mandata tua.* Quinam ſunt hi *homines* calumniatores, qui Diaboli vocabulo tranſnominantur? Anonymus in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium inibi, ita ſcribit: *Redime me à calumnÿs hominum. Senſibiliter conſecuti ſunt hanc petitionem Ioſeph & Suſanna. Ceterùm tropicè homines dici poſſint, Diabolus & prauæ virtutes, quæ cum ipſo ſunt, à quorum calumniâ ſolus Deus poteſt redimere.* Sic etiam Deus arcano ſuæ prouidentiæ conſilio, per calumnias hominum, à Diabolorum tentationibus & calumniis ſolet redimere. Ita Abbacyrus, apud Climacum gradu 4. de obedientiâ, in monaſterio per quindecim annos aſſiduis calumniis & iniuriis exercitus, morti proximus dixit: *Gratias ago Domino, & vobis Fratres, quòd me ad ſalutem meam tentaſtis iugiter; hac enim ex cauſſa immunis à tentatione Dæmonum hactenùs manſi.* quaſi vacaſſe à Dæmonuoi

Pſalm. 118. v. 134.

Anonymus.

Corderius.

Vacatio à Dæmonum tentationibus, humanarum calumniarum ſtipendium eſt.

Climac. apud Cornel. in Eccleſ. cap. 7. v. 8.

monum tentationibus, humanarum calumniarum ſtipendium fuerit. Vnde Abbacyrus Diabolorum tentationes humanis calumniis redemit, quaſi tentationibus exemptus ſit, qui patienter humanas calumnias ſubſtinet.

6. Prouerbiorum 13. hanc gnomen Salomon proponit: *Verbum mendax iuſtus deteſtatur: impius autem confundit, & confundetur.* Poſterius hemiſtichion ſic vertit Chaldæus Paraphraſtes, *Impius facit putreſcere & vituperare.* Hebræus textus, *Impius autem fœtere faciet, & pudore afficiet.* Itaque *verbum mendax* propriè accipias mendacem calumniam vel detractionem, quâ falſum crimen alteri impingitur. Hanc enim *execratur* iuſtus: impius verò eam concinnat, & fouet, & laudat, ideóque alios confundit, & fœtere facit, id eſt, pudore, quaſi pedore famæ afficit. Ad hunc locum adludere videtur Chryſoſtomus homil. 5. ad populum Antioch. vbi calumniam comparat ſtercori, ſic fatus: *Si quis te prætereunte ſtercus commoueat, nónne hoc facientem contumelia & conuitio afficias? Hoc fac & circa detractorem: non enim ſic commotum ſtercus illum fœtorem ſuſcipientem cartilaginem* (narium) *percellit, ſicut aliena peccata excuſſa & commota, atque vita aliorum impura prodita audientium animos contriſtare, & perturbare ſolet.* Verè nimis Chryſoſtomus. Ecquis calumniam non ſic *deteſtetur?*

Prouerb. 13. v. 5.
Chaldæus.
Hebræus.
Contumelia ſtercori comparatur. quare?
S. Chryſoſt.

§. CCXV.

Sontium impunitas eſt malitiæ velamen: nam punitio eſt pœnalis definitio ac proditio culpæ.

1. THeodoricus rex calamo Caſſiodori: *Quid amplius*, inquit, *eſſe poſſit incongruum, quàm noſtris iuſſionibus expeditis, ſupplicantium vota ſuſpendere? & poſt ſacra præceptionis affatum, ſi dici fas eſt, adhuc regium ſuſpendiſſe iudicium? Sed nos, quibus cordi eſt poſt primam culpam non ſtatim deſiderare vindictam, ad monitionem potiùs iuſſa conuertimus: ne ſit noſtra diſtrictio nimia, quam lenis patientia non præcedat. Ideóque præſenti auctoritate decernimus, vt iuſſionibus noſtris nulla dilationis calliditas afferatur: quia non habet veniæ locum, qui delinquit admonitus.* Scilicet differtur pœna, non aufertur, ne conniuentia parturiat crimina. Præcedat ſupplicium infligendum lenis Iudicum patientia, non quæ pœnam diſſimulet, ſed quæ diſtrictiorem illius acerbitatem honeſtet. Sit diutiùs meditata pœna, ſapiens criminis commentarius, & culpæ cenſus; ne impunitas excuſet crimen, & criminoſus licenter inſoleſcat.

Caſſiod. l. 4. variar. ep. 29.
Nimia eſt iudicantis diſtrictio, quam lenis patientia non præcedit.

2. Poſtquam impudenti teſtimonio adulteri Magiſtratus ſuam impudicitiam in Suſannam innoxiam excuſſerunt. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus, & condemnauerunt eam ad mortem. Senes illi, hæc adoleſcentula. In Suſannâ non negabat pulchra adoleſcentia libidinem; inſuſpicabilis erat tam deformis in ſenibus ac iudicibus malitia. Suſanna ergo damnata ad Deum clamat innocentiæ teſtem, & vindicem incredibilis veritatis: *Tu ſcis*, inquit, *quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me.* Quid, appellando ad Deum Suſanna mortem expuit, quam Magiſtratuum libidinem detrectando, vltrò exorbuit? An non ſi ſalaci eorum libidini adnuiſſet, impunè foret adultera, & inſons pœnæ adulterij, damnationis obſcœnæ cruentam turpitudinem euaſiſſet? Pulchrè ad rem Ambroſius lib. 2. epiſt. 7. *An non filia Iudæ* (Suſanna) *quæ expandens manus ſuas clamauit ad Dominum: Tu ſcis quia falſum teſtimonium aduerſum me dicunt, meliùs eſt arbitrata non peccare, & incidere in calumnias accuſantium.* (Obſerua attentiùs quam ſubdit ſententiam,) *quàm peccatum ſubire ſub impunitatis velamine?* Alto quidem ſtilo Ambroſius impunitatem vocat peccati velamen. Tegit impunitas culpam, & quam non prodit ſupplicium, vix culpa putatur. Scilicet pœna eſt culpæ definitio; hæc ſi deſit, coram hominibus illa euaneſcit; & honeſtus putatur reatus, quem non inhoneſtat ſupplicium. Renuit ergo Matrona honeſtiſſima *peccatum ſubire ſub impunitatis velamine:* ſub quo velata eſt apud homines culpa, ſed Dei oculis perſpicuè tranſlucet. O, ne præſcribat impunitate malitia: nam innocentia damnatur, cùm nocens abſoluitur! Tantùm aduersùs iuſtitiam impunitati licet!

Hic verſ. 43.
Impunitas ſententiosè dicitur, Peccati velamen.
S. Ambroſ.

3. Geneſeos 11. gens hominum poſt diluuium, cùm proficiſcerentur de oriente, inuenerunt campum in terrâ Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum ſuum: *Venite, faciamus nobis ciuitatem ac turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrum.* De altitudine huius Babylonicæ turris mira ſcribit Hieronymus, ſcilicet eam habuiſſe altitudinem quatuor millium paſſuum. Addit Ioſephus Nemrodianos cogitaſſe hanc turrim ædificare eâ altitudine, ad quam diluuium, ſi rediret, aſcendere non poſſet. Veſana quidem hominum ſtultitia, ædificare in terris vrbem cælo confinem, & de cæli viciniâ fruſtrà ſuperbam. Non hîc morabor Abulenſem, qui ſeriò ædificatores Babel multis rationibus à peccato excuſare præſumit. S. Auguſtinus hac de re ſic ad rem præſentem philoſophatur: *Venite ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vſque ad cælum. Si ſe hoc poſſe crediderunt, nimium ſtulta audacia, & impietas deprehenditur. Et quia ob hoc Dei vindicta ſecuta eſt, vt eorum lingua diuiderentur, non abſurdè hoc cogitaſſe creduntur.* Nimirùm S. Auguſtinus quo pollebat ingenij acumine, & eruditâ mentis ſagacitate, anteuidit rationes, quibus poſteriores huius loci Interpretes hoc facinus excuſarent; ipſe verò hunc ſuperbum conatum, & *ſtulta audacia*, & *impietatis* temerariè inſolentis ritè damnat, quoniam ſeueriori Dei ſupplicio mulctati ſunt, & loquaciſſimè muti ac ſurdi effecti, ad perpetuum exilium vagis ſedibus palabundi errones damnantur. Forſan niſi tantum ſupplicium flagitij mulctaret reatum, flagitioſus ſuperbè conatus putaretur licitus & innoxius:

Gen. 11. 1. 4.
S. Hieron. in cap. 14. Iſai.
Ioſephus.
Abulenſ. ibi.
S. Auguſtin. qq. vet. Teſt. q. 22. in Gen.
Ædificatorũ Babelis pœna, ſtulta & impia audacia culpam taxat.

xius: ergo ſeuerior pœna ſit culpæ definitio, & malitiam prodat, dum emendat: ne *ſub impunitatis velamine*, ſuperbus impiè conatus inſoleſcat, & honeſtata impunè malitia male præſcribat.

4\. 2. Reg. 24. v. 10.

2\. Regum 24. dixit rex Dauid ad Ioab principem exercitus ſui: Perambula omnes tribus Iſraël, & numera populum, vt ſciam numerum eius. Inuitus ambitioſum Regis mandatum Ioabus exequitur: *Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valdè in hoc facto.* Nempe conſcientia Dauidem momordit, dictauítque ei quod malè egiſſet numerando populum ex ſuperbiâ & præſumptione. Ioſephus addit Gad Prophetam alióſque Dauidi oſtendiſſe, quòd in hac numeratione peccaſſet, & hunc conſcientiæ ſcrupulum ei iniecisse. Sed quid eſt, quòd ſtatim Deum alloquens, ſe valdè peccaſſe fatetur? An non id ſciebat Deus, nec latebat homines? quorſum ergo ſui peccati Deum admonet? Eleganter Ambroſius in Pſalm. 37. ſuper hac re ita ad rem philoſophatur. *Confeſſione præuenit nuncium Dei, peccaſſe ſe valdè commemorans; non quaſi admoneret oblitum, ſed quaſi vrgeret morantem, ne diutiùs commotionem differret offenſa.* Parùm eſſet Dauidi publicum delictum palàm fateri, & omniſcium Deum ſui ſceleris admonere, & excuſationibus culpam non obnubere: quare hac præproperâ delicti confeſſione vrget Deum quaſi morantem ad infligendum ſibi ſupplicium, & pœnam quantocyùs acceſſere ſatagit: ne foret impunitas (quam Regia dignitas fruſtrà præſumit) malitiæ velamen. Quaſi dicat: Peccatum meum meo ore publico, coram te omniſcio palam confiteor; ne ergo tardet pœna, quæ peccati publicatio, proditio, & definitio eſt: ne impunitate velamen malitiæ prætendatur; & impunitas culpam diſſimulet, quam ore palam confiteor. Idcirco *confeſſione præuenit nuncium Dei, peccaſſe ſe valde commemorans; non quaſi admoneret oblitum, ſed quaſi vrgeret morantem, ne diutiùs commotionem differret offenſa.* Nimirùm pœna, altera eſt delicti confeſſio: multiplicat ergo confeſſionem, vt illius ſuffragio culpam extergat, & pœnam ipſam pudore leuet, & patientiâ mitiget.

Ioſephus.

S. Ambroſ. *Dauid ſua culpa pœnam expetit, nam altera pœna eſt altera culpa confeſſio.*

5\. 3. Reg. 13. 26.

3\. Regum 13. vir ille Dei, prophetiâ & miraculis inclytus, ad Ieroboamum in Bethel miſſus, impranſus & impotatus domum redibat, iuxta Domini mandatum. Hunc ſenex quiſpiam Propheta, ſermonem Dei mentitus, ad conuiuium cogit. Qui cùm benè pranſus abiſſet, inuenit eum leo in viâ, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere, & leo ſtabat iuxta cadauer. Quod cùm audiſſet Propheta ille, qui illum reduxerat, & inuitauerat, ait: *Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum Domini.* Quare *vir Dei*, & non potiùs vir Belial dicitur, qui *ori Domini inobediens fuit*? Qui in vitâ inobediens Deo, & in pœnam inobedientiæ leonem contra ſe armauit ad ſui interitum, morte mulctatus, *vir Dei* nominatur? O magnum acerbioris pœnæ ſacramentum! Moraliſſimè inibi Gregorius ita ſcribit: *Vir Dei contra Samariam miſſus, qui per inobedientiam in itinere comedit, hunc leo in eodem itinere occidit. Sed ſtatim illic ſcriptum eſt, quia ſtetit leo iuxta aſinum, & non comedit leo de cadauere. Ex quâ re oſtenditur, quòd peccatum inobedientiæ* (non lethale animæ, ſed corpori) *in ipsâ fuerit morte laxatum; quia idem leo, quem viuentem præſumpſit occidere, contingere non præſumpſit occiſum. Qui enim occidendi auſum habuit, de occiſi cadauere comedendi licentiam non accepit; quia is qui culpabilis in vita fuerat, punita inobedientia erat iam iuſtus ex morte. Leo igitur qui priùs peccatoris vitam necauerat, cuſtodiuit poſtmodum cadauer iuſti.* Quare Propheta in vitâ *inobediens ori Domini*, & inde *culpabilis in vita*, poſtquam durius ſupplicium illius culpam explauit, non vir Belial, ſed *vir Dei* palam nominatur: & *leo qui priùs peccatoris vitam necauerat, cuſtodit poſtmodum cadauer iuſti.* Quocirca idem leo qui acerbiori nece illum laniauit ad pœnam, in ſignum culpæ expiatæ per pœnam, illum tanquam eximiè iuſtum miraculosè cuſtodit in morte. Hem! Sic pœna culpam, quam non ſinens abire impunem, punitione fatetur, ſicque diluit, expiat, extergit?

S. Gregor. *Leo qui peccatoris vitam necauerat, ſtatim cadauer iuſti cuſtodit. quod eſt pœna ſacramentum.*

6\. Iob 34. v. 6. *Violenta eſt pœna, quæ innocentem ferit.*

Iob 34. garrulus ille Iobi amicus Eliu, illi exprobrat, quaſi iuſtitiam ſuam iactans, dixerit: *Violenta ſagitta mea abſque vllo peccato.* Hîc ſagitta per ſynecdochen pro quocumque telo, imò quocumque ſupplicij genere vſurpatur. Dicitur autem *violenta ſagitta*, quæ ferit innocentem: nam cùm ſcopus ſagittæ pœnalis ſit peccatum feriendum: vbi deeſt peccatum, non naturaliter, ſed violentè ictus & plaga ſupplicij vibratur, & excipitur. Quod autem violentum eſt, violentius it, & altiùs adigitur. Cùm enim impunitas ſit innocentiæ priuilegium (nam pœna eſt culpæ definitio, aut pœnalis proditio ad emendationem) peracerbè & violentè quis culpat, & punit innoxium. Eleganter inibi Hugo: *Violenta ſagitta mea abſque vllo peccato. Id eſt, pœna qua punitus ſum, non ex cauſſa, ſed per violentiam Dei inflicta eſt mihi. Neque hoc dixit Iob: niſi fortè ſumatur ex eo quod dixit ſuprà: Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum.* Vel Iobi ſpiritum exorbet, quod ſceleroſi homines impunitate velent ac diſſimulent malitiam: pœna autem illi altiùs inflicta, violentè adigatur; cùm malitiam prodat ac publicet in innocente, & experte malitiæ, quæ ſic acerbum mereatur ſupplicium.

Hugo Card.

Iob 6. v. 4.

§. CCXVI.

Perfecta patientia, inuicta eſt, & propè inſenſilis atque vexationis definitio.

1\. Ferè ex Seneca ep. 97.

ANimoſa cuiuſpiam Philoſophi vox eſt, an opere expreſſa, an calamo tenùs exhibita, aliùs arbitrium eſto: In omnibus, inquit, quæ aduerſa videntur & dura, ſic formatus ſum: Non pareo Deo, ſed aſſentior: ex animo illum, non quia neceſſe eſt, ſequor,

Nihil

Nihil vnquam mihi incidet quod triſtis excipiam, quod malo vultu, nullum tributum inuitus conferam. *Omnia autem ad quæ gemimus, quæ expaueſcimus, tributa vitæ ſunt.* Horum ne ſperaueris immunitatem, nec petietis. Veſicæ te acerbus dolor inquietabit, epulæ verò erunt parùm dulces, detrimenta continua. Quid tu neſciebas hæc te optare, cùm vitam, aut ſenectutem optares? Omnia iſta in vitâ, præſertim longâ ſunt; quomodo in longâ viâ & puluis, & lutum, & pluuia. Sed volebam viuere, carere tamen incommodis omnibus. Tam effeminata vox virum dedecet, quæ communis naturæ exortem eſſe, in naturæ eiuſdem commonione ambit. Hoc votum meum æqno animo excipe, vt te fortuna in deliciis non habeat. Profectò viuere, militare eſt. Itaque hi qui iactantur, & per operoſa atque ardua ſurſum atque deorſum eunt, & expeditiones operoſiſſimas obeunt, fortes viri ſunt, primoréſque caſtrorum. Iſti quos publica quies, aliis laborantibus mollitet habet, tuti ſunt contumeliæ cauſſâ. Has vel à naturâ, vel ab aduerſariis natas contumelias, crebrò neceſſaria patientiæ virtus ſtrennè animoſa, dum has difficultates alacris ſubit, nobiliter excutit, ac deludit.

Obeūt crebrò incommoda. humanæ vitæ tributa ſunt, neceſſariò pendenda.

2\. Lucæ 21. v.18. Matth. 10. v 30.

Lucæ 21. Chriſtus Deus Diſcipulos ſuos ad patientiam excitat, dum patienda antedicit: Morte, inquit, afficient ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum: *Et capillus de capite veſtro non peribit.* Mea erga vos prouidentia ſic eſt attenta, vt vel capillos non effugiat: nam *capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Sed quare cùm atrociores perſecutiones, & carnificum ſæuitiam prædicit, vt eorum præſtruat patientiam, capillorum meminit? Audiendus eſt S. Gregorius hom. 35. *Capillus de capite veſtro non peribit. Scimus fratres, quia caro inciſa dolet, capillus inciſus non dolet. Ait ergo Martyribus ſuis* (& reliquis valdè dura patientibus:) *Capillus de capite veſtro non peribit; videlicet apertè dicens: Cur timetis, ne pereat quod inciſum dolet, quando & illud in vobis perire non poteſt, quod inciſum non dolet.* Opinor, non valde vrgere videtur hæc ratio, niſi ſublimior in eâ ſenſus tranſluceat: non enim valdè toleratu arduum eſt, inſenſibilium capillorum iacturam pati: at perdifficile & nimis arduum eſt, ſuſtinere vt pereat, quod dum perit, acerbiſſimum facit dolorem. An non abſimilem indolentiam, non à naturâ, ſed à gratiæ vigore & feruore charitatis, patientibus doloroſè membris pollicetur, ac capillis ſenſu doloris carentibus? Non quòd plerumque inciſa Martyrum membra non doleant; ſed quia inuicta patientia, ſic velut inſenſilis perdurabat alacris, flecti-neſcia, magnanima, quòd impatibilis à perſecutoribus videretur: atque mẽbra velut capillos incidi. Inde petita à capillis cõparatio erbicè viuacior apparet.

S Gregor. *Cur ad exponenda Martyrum tormenta, inſenſibilium capillorum comparatio adducitur?*

3\. Lucæ 21. v.19.

Pergit idem inibi Euangeliſta, & poſtquam dixit: *Capillus de capite veſtro non peribit*, confeſtim ſubiungit: *In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras.* Patientia ergo eſt poſſeſſio animæ. *Per patientiam*, ait Gregorius, *poſſidemus animas noſtras; quia cùm nobis ipſis dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus*, quaſi abſque patientiâ non poſſideat homo quod eſt, ſed eſſe ſeu ſubſtantia aliena ſit. Sic per impatientiam homo ſe ab ſe alienat, & incipit eſſe alterius, qui per patientiam incipit poſſidere quod eſt. Adhuc pergit hunc locum exponendo Gregorius lib. 5. Moral. c. 13. adductus inibi à noſtro Cornelio: *Quid eſt*, inquit, *animas poſſidere, niſi perfectè in omnibus viuere, cunctiſque mentis motibus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam poſſidet, quia inde contra aduerſa omnia fortis efficitur, vnde ſibi & ſeipſum vincendo dominatur. Et quò ſe laudabiliter frangit, infractum ſe fortiter oſtendit.* (Nota attentiùs quæ ſubdit verba:) *quia cùm in ſuis ſe voluptatibus ſuperat, ſeſe ad contraria inuictum parat.* Io io *infracta*, & ſemper victrix patientia, quâ benè patiens *ſe ad contraria inuictum parat*, ac præſtat! Scilicet humana tenuitas, ac imbecilla infirmitas ſic vigore patientiæ roboratur, vt velut impaſſibilis ad doloris ſenſum, ſtrenuè *infracta*, fortiter *inuicta*, ſempérque triumphalis exurgat: ſicque patiens dum aduerſarios vincit, quod ipſe eſt, poſſidere incipit: alioqui ſeruilem ſui iacturam facit. Per patientiam enim, *hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus.* Nemo ſibi eſt, qui in ſe patiens non eſt. Sibi in ſe eſt totus, & vnus plures aliis, qui per patientiam *infractum, ſe ad contraria inuictum parat.*

S. Gregorius homil. 35. in Euangel.

Per patientiã hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus.

S. Gregor. Cornelius.

Patiens ſe ad contraria infractum & inuictum præſtat.

4\. Iacobi 1. v 4. Ariſtotel.

Iacobus Apoſtolus in ſuâ epiſt. Canon. c. 1. ita ſcribit: *Patientia opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Profectò, vt docet Ariſtoteles lib. 4. Phyſicor. *Perfectum & totum eſt id, cui nihil deeſt.* Patientiæ autem nihil deeſt: imò ipſa non tam in acquirendis, quàm in conſummandis reliquis virtutibus laudem ponit, cuiuſpiam velut impaſſibilitatis ſuffragio, quo ſic euadit perfectus homo, vt eum Angelis, & Deo patientia aſſimilet. Aitè Seneca in Sapiente: *Deus extrà patientiam, ſapiens ſuprà patientiam eſt.* Audiendus eſt S. Chryſoſtomus hom. 3. ad populum, ſic fatus: *Homines hac potiſſimum in re ſimiles Deo efficimur, quoties mali nihil patiuntur ab ijs, qui ipſos incommodare volunt; quoties nihil læduntur ab ijs qui lædunt; nihil vapulant ab ijs, qui verberant, nihil irridentur ab alijs ipſos irridentibus.* Itaque Deus propter ſummam diuinæ naturæ perfectionem, *extra patientiam eſt*, quia malis non poteſt tangi, quantumuis humana temeritas impudenter audeat. Homo autem de ſe patibilis, ad eum perfectionis velut faſtum per patientiam aſcendit, vt dura & acerba patiens, ſic ſtet intrepidè flecti neſcius, ac ſi *nihil patiatur ab ijs, qui ipſum incommodare volunt.* Deus extra patientiam eſt, quia nec pati, nec lædi, nec verberari, nec irrideri poteſt. Homo autem ſuprà patientiam arcano quodam patientiæ ſacramento, quòd malum patiens, velut *mali nihil patitur*; læſus, *nihil læditur*; verberatus, *nihil vapulat*; ſubſannatus, *nihil irridetur.* Sic eſt ſapiens *ſuprà patientiam*; ſic patientia hominis, patiendo velut impaſſibilis, Dei impatibilitatem æmulatur. Vide hîc quàm ſit conſummatè perfectum patientiæ opus.

Deus extrà patientiam, ſapiens ſuprà patientiam eſt.

Seneca.

Patientia Deo hominem aſſimilat.

Patientia nihil mali pati dicitur à lædentibus.

5\. Ad Coloſſ. 3. v.3.

Paullus ad Coloſſenſes 3. ita ſcribit: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Quaſi dicat: Non ſolum

per

per baptiſmum, ſed & per pacatè modeſtam morum eonuerſationem, per vitæ mutationem, quâ iam vos exhibetis patientiâ opinatiſſimos, & inde ſæuientibus vitiis, paſſionibus, ac tyrannois ſuperiores, & eorũ impetibus propè impaſſibiles; mortui eſtis vobis ipſis, quia non eſtis id, quod eratis antè; quæ eſt moralis quædam mors. Sed in hac pacatiſſimâ morte, *vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Dea.* Nam vt ait Gregorius: *Qui mortificare ſe appetit, valdè ad inuentam requiem contemplationis bilareſcit; vt extinctus mundo lateas, & à cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra ſinum ſe intimi amoris abſcondit.* Bona mors, qua humo mundo, & *perturbationibus extinctus*, vni Deu in intimis viuit. Hanc viuam mortem, quâ patientia velut tumolata viuit, pulchrè expoſuit Climacus gradu 27. ſic ad tem fatus: *Patientia,* ioquit, *eſt infractus animi labor, nullis vel proximis fragoribus agitatur. Patientia eſt vexationis quotidie expectata definitio...... Patiens ante monumentum mortuus eſt: ſepulchrum enim ſuam cellam fecit.* O beoè! Scilicet patiens ante ſepulchrum mortuus eſt; ſed in abſcondito arcanè viuit. Eſt ergo viuum cadauer: tanquam cadauer, quia propè impaſſibile eſt, & humanis iam perturbationibus exemptum: viuum autem animitus ad dolorum ac iniuriarum ſeoſum, nempe ſentit dolores ad patientiæ meritum; & velut ſaxeum ac inſenſile eſt ad impatientiæ perturbatiooem. Itaque homo perfectè patiens viveſcit ad doloris ſenſum, quo patientiæ meritum conſuminat; & ad impatieotiæ perturbationem planè cadauereſcit, *quoties mali nihil patitur ab ys, qui ipſum incommodare volunt; quoties nihil læditur ab ys, qui lædunt,* &c. Quare *patiens ante monumentum mortuus eſt*: ſed illius velut impaſſibilis *vita abſcondita eſt cum Chriſto in Deo:* viſus eſt eoim oculis inſipientium mori, ille autem eſt io pace. Sed priorem patientiæ definitionem, ouoe perſtrictim enucleare iuuat.

S.Gregor. lib.5.Moral. c.5.

Ioan.Clim.

Patiens ante ſepulturam mortuus, eſt viuum cadauer

6. Præmiſit Climacus: *Patientia eſt vexationis quotidie expectata definitio.* An quia patientia quotidie (id eſt, ſemper) expectat inſtantis vexationis finitionem inſtantem? Forſan patientia dicitur *vexationis definitio*: quia patientia *definit* quid, qualis, quantáve ſit *vexatio*. Scilicet non eſt definienda aut metienda in ſeipsâ vexatio, ſed adſpectu ad patientiam, quæ illius menſura eſt, cenſus, definitio. Porrò vexatio quantumuis grauis, qoæ in perfectam patientiam iocurrit, ſic patientiæ incurſu exioanitur, vt non reputetur vexatio, ioiuria, calamitas. Si verò in modicam patientiam iocidat, mediocris vexatio eſt: ſi denique impatientiam offendit, licèt io ſe ipsâ modica vexatio ſit, maxima, pœnaliſſima, & intolerabilis euadit: nam patientia oostra noſtram vexatiooem taxat. Idcircò altè dicitur *patientia vexationis definitio*, quaſi patientia ſit illatæ vexationis arbitra, & ioflictæ calamitatis ſequeſtra, ex cuius arbitrio mali æſtimatio dependet. Patienter flectineſcia Suſannæ virtus, probroſiſſimam crueotè mortem, tanquam nihil æſtimat, nec eius horrore concutitur feminoeâ impatientiâ, oe à virtutis perfectione

Ioan.Clim. ſupra.

Cur dicitur patientia, vexationum ſeu calamitatis definitio?

Hic verſ.44.

P.Didac.Celada in Suſannam.

deſeiſcat. Auxilium humanum contemnit, quaſi mundo emortua, quod à Deo, cui ſoli viuit, ſupplex orat, & exorat abundè.

7. Matthæi 27. cùm Ieſus accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit. Tunc dixit illi Pilatus: *Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Origenes tract. 35. in Matthæum, ſuper hac ſurdâ & muta patientiâ Saluatoris, ſic eleganter ad rem philoſophatur: *Miratus eſt autem Præſes conſtantiam eius, forſitan ſciens quòd idoneus eſſet pronunciare crimen, & tamen videbat eum in tranquillâ & quietâ ſapientiâ & grauitate non turbabili ſtare, ſed & vehementer miratur. Dignum enim ei videbatur magno miraculo, vt exhibitus Chriſtus ad criminale iudicium, imperturbabilis ſtaret ante mortem, qua apud omnes homines terribilis æſtimatur.* Patientia Saluatoris, quaſi inſenſilis foret, *tranquilla,* & *imperturbabilis* perhibetur.

Matth. 27. v.13.& 14.

Patientia Chriſti ſurda, & muta, & imperturbabilis.

Origenes.

§. CCXVII.

In Deum ſegniter quærente, illius inueniendi repulſa ſubeſt.

1. THrenorum 3. Ieremias oſtendit negotium quærendi Deum animæ proprium eſſe: *Bonus eſt Dominus,* inquit, *ſperantibus in eum, animæ quærenti illum:* nuncupatim verò *animæ* vocabulum poſuit, cùm agit de inquiſitione Dei. Quod ſignatè notauit Ambroſius lib.6. Exaëmer.cap.4. ſic locum excribens, & exponens: *Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus eum* (quaſi *ſpes* periode ſit ac *ſuſtinentia*, de quo aliàs,) *animæ quæ quærit eum. De hominibus dixit, & animam adyciendam putauit; meliùs enim quærit iſta, ſi ſola ſit abducens ſe à corporis cœno, & cupiditate carnali.* Magnum hoc negotium male committatur carni, de originali limo adhuc lutoſæ, & quæ cœnum ſuum ſqualidè ſubolet: ſed *Animæ* rationali & ſpirituali, quæ cæleſtia ac diuina ſapit; & quærendi ac inueniendi Dei momentum percipit peridoneo rerum cenſu: *Quærit Anima verbum* (ait Bernardus) *cui conſentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.* Ad hæc quærendi Dei munia *carnalis cupiditas* planè torpet; & cæleſtis *animæ*, & ſpiritualis ſolertiæ negotium eſt, quod egregiè hîc Suſanna animitus ubit; & quod hianti voto quærit, feliciter inuenit.

Thren.3. v.25.

S.Ambroſ.

Quærere Dei, nō carnis, ſed animæ negotium eſto. quæret

S.Bernard. ſerm.85. in Cant.

Hic verſ.44.

2. Pſalmo 118. regius Vates quærendi Dei præmia expetens, ſic Deum orat: *In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.* Quid autem ſit repelli à diuinis mandatis, inter expoſitores non conuenit, nec de facili quis exponat, atque nodum, quem ſtringit Hilarius, extricet: *Competere,* inquit, *bonitati Dei non videtur, vt à mandatis ſuis quemquam repellat. Qui ergo ſecundùm Prophetam mauult peccatorum pœnitentiam, quàm mortem; nunquid exiſtimandus eſt à mandatis*

Pſalm.118. v.10.

S.Hilarius.

Corderius. S.Hilarius. S. Ambroſ. ibi. Matth. 25. v.29.

Neglectus in Deo quærendo, repulſa à mandatis eſt.

ſuis quemquam repellere? Scitè inibi notat Corderius, quòd tam ipſe Hilarius, quàm Ambroſius propoſito dubio reſpondent ex Christi verbis: *Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Scilicet meritiſſimo iure tepidus ac negligens in Deo quærendo, à mandatis Dei repellitur; quia dum opus Dei negligenter exequitur, ipſum magis impedire, quàm perficere videtur: contra verò ſtreouus ac diligens in Deo quærendo, qui toto cordis impetu ad Dei mandata cuſtodienda currit, nec ſedulam inquiſitionem inter Deum, & mundi concupiſcentias partitur, abundantioribus potitur auxiliis Dei, ad ipsū ſollertiùs quærendum, & per mandatorum obſequia inueniendum, vt quod humanæ inertiæ ac fragilitati deeſt, ex Dei benignitate percipiat. Audi Hilarium: *Deus ergo non aufert niſi non habenti, ſecundùm quod neque repellit niſi negligentem: adeò autem bonitate plenus eſt, vt habentem abundantià muneretur: adeò verò non vult quemquam non habere, vt non habenti ipſum quod habet adimat. Neminem igitur niſi obniten- tem repellit, neminem niſi negligentem reijcit.* Itaque Propheta meritò allegat, *ſe in toto corde Deum quærere, ne repellatur à mandatis*, id eſt, vt Dei ope muniatur, ne Deum per eius mandata negligenter quærat: nempe vt qui in toto corde quærit, per mandata etiam diligenter exquirat: & inde in pluribus magis ac magis Deum quærat; dum quem in toto corde quæ- rit, quærere etiam per mandata non negligat; quod foret à mandatis Dei repelli. *Deus ergo non repellit niſi negligentem*, quaſi neglectus Dei quærendi in mandatis ſuis, & deſidioſa eius inquiſitio, ſit repulſa à diuinis mandatis. Heu à diuinis Deus mandatis deſidioſum hominem reiicit! Quid tam homini timendum, quàm ob Dei quærendi negligentiam, repulſum à mandatis, ſeu legis diuinæ exortem, aut exlegem potiùs reputari?

1. Cor. 15. v.58.

3\. 1.Corinth. 15. hæc capitis clauſula legitur: *Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles: abundantes in opere Domini ſemper.* Negotioſè nimis operoſus vult Paullus, quos *opere Domini ſemper abundare* cupit. Omne opus Corinthij poſſunt exequi? in opere *abundare*, imò & *ſemper* abundare poſſunt? Opinor, in omni opere ſemper abundare, aliquando iuuamen à ſolâ bonâ voluntate aduocabit, quæ virium in opere defectum ſuppleat. Andiendus eſt Hugo Victorinus ad illud Lucæ 1. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Totum*, inquit, *meritum hominis in voluntate. Quantum vis, tantum mereris. Sed ne dicas: Quid ergo opus eſt operari? Scias voluntatem haberi ſine opere non poſſe, ſi potueris operari. Non eſt enim voluntas, ſi non operatur quod poteſt; ſi autem non poteſt, ſufficit ipſa ſibi. Sed ideò poſt voluntatem etiam opus requiritur, vt ipſa eo opere augeatur.* Grande quidem bonæ voluntatis elogium eſt, quòd *quantum vis, tantum mereris*, quaſi bona voluntas tantum merendo capiat, quantum volendo audet. Ne autem homo euadat deſidioſus; ſed magis ac magis operandi obnixè ſtudioſus, *ſcias voluntatem haberi ſine opere non poſſe, ſi potueris operari: non eſt enim voluntas, ſi non operatur quod poteſt.* Neminem fallat otioſa voluntas; voluntas non eſt, ſi quicquid poteſt non operatur: debet enim *in opere abundare ſemper.* Quod ſi ab opere Dei per opera quærendi per inertiam ceſſat, dum poteſt operari; mentitur voluntatem inertia. O quam multa poteſt homo, qui vult. *Velis, & poteris*, ait Clemens Alexandrinus aliàs expenſus. Feriatur Dei quærendi, & inueniendi voluntas, dum opus ceſſat: quare omnis vis benefica inertер otiatur.

Quãtum voluntas velit, tantum merebitur.

Lucæ 1.v.14. Hugo Vict.

Semper abundare in omni opere bono iubemur.

Clem.Alex.

4\. Matthæi 28. patibulato Christo, mortuo, & tumulato, ſollicita eſt malè acuta Phariſæorum inuidia, ne prophetata ipſius reſurrectio fiat, aut facta publicetur. Vnde cuſtodibus illam ſeriò adteſtantibus, pecuniam copioſam dederunt, dicentes: *Diſcite quia Diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.* Male cohærens mendacium; nam ſi fatentur ſe dormiiſſe; quomodo dormientes dignoſcere potuerunt, Dominicum corpus à Diſcipulis furto ſublatum? Vtrumque ex alterutro mendacij redarguitur, aut dum dormiunt, agnouiſſe diſcipulos; aut ſi non agnouerunt, falſati teſtimonij extitiſſe reos. Quid veri ſpondeat dormientium ſuffragium? & tamen apud Iudæos in dubiam credibilitatem inuenit. Nec mirum; hoc enim teſtimonium phyſicè falſum eſt, ethicè autem veriſſimum: *Rapitur* (ait Ambroſius) *Chriſtus à vigilantibus Diſcipulis, à dormientibus perditur Phariſæis; ſicut mentiendo ipſi confeſſi ſunt, dum cuſtodias ponerent ſepulcro, poſt reſurrectionem Domini, dicentes, Quia Diſcipuli eius nocte venerũt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. Vnde ſpiritualiter intelligimus, quia Chriſtũ omnes dormientes perdunt, vigilantes inueniunt.* O mendacium moraliſſime architectatum ad ædificationem fidelium! Non ſolum, qui verè dormiunt, & deſidioſè ſtertunt, de eiuſmodi inertiâ. *Chriſtum perdunt*, ſed etiam qui falſato teſtimonio ſomnum mendaciter ſimulant, ob mentitæ etiam inertiæ reatum. Porrò Chriſtus inuentus, exſomnis diligentiæ ſtipendium eſt; adeò vt mentita ſollertet vigilia, de inuento feliciter Chriſto, ſibi gratuletur.

Matth. 28. v.15.

Mentitum vidi ſomnum Chriſtum interdit, quem vigilia inuenis.

S.Ambroſ. ſerm.15.

5\. Canticorum 2. verſ.10. hæc ſponſi vox ad ſponſam auditur: *Surge, propera amica mea, columba mea, & veni.* Quaſi dicat: Quid iaces in lectulo ſegnis, cùm ad meas nuptias tot te commoditates inuitent? *Surge, propera.* Ecquid eſt, quod te domi cunctantem, & in lectulo ſegniter quieſcentem moratur? Et quaſi adhuc ſe venire iners cunctaretur, eandem iterùm vocem ingeminat verſ. 14. aiens: *Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni.* Ergo è lecto ſurge, propera amica mea, quæ domi te aſſiduè contines, & ad me properanter veni. Pulchrè indidem Nyſſenus orat. 5. *Rurſus ait ad excitatam, Surge: & ad venientem, Veni. Nec enim ille, qui hoc modo ſurgit, vnquam ſurgere deſinet: neque à currente ad Dominum, ampliſſimum illud diuino curſui deſtinatum ſpatium conficietur. Semper nimirum excitari nos oportet, nec vnquam eſt quieſcendum, etiamſi curſu propiùs ad ſcopum perueniamus.* Non caſualis, ſed rationalis, & exemplaris vox eſt ſponſi ad ſponſam, id eſt, ad animam ſanctam: Surge vel inſomnis è deſidiæ lecto, incunctanter

Cant.2.v.10

Cant.2.v.14.

S.Nyſſenus.

Ad ſponſam excitatam rurſus dicitur, Surge: & ad venientem, veni.

incunctanter *ſurge* : inertiâ omni excuſſâ, feſtinanter *propera* : & veniens feſtina, adhuc *ſurge, propera, veni*, vt ad me venias, & me inuenias : nam diuino curſui longè latéque ampliſſimum curriculum deſtinatum eſt; ſempérque excitari debes, properare, curſum contendere, & ad me feſtinanter venire, quò ad me tandem peruenias; neque vnquam *quieſcendum* inerti otio, & otioſâ quiete : deſidia enim tepedat : adeò vt quiſquis per diligentiam propè metam erat, piger retroagatur ad carcerem, & curriculi initium: imò aliorſum exerter perdito mei inueniendi itinerario. Quare *rurſus ait ad excitatam, ſurge : & ad venientem, Veni*, &c. Tantum inertiæ licet!

6. Iſaiæ 21. obſeſſa & male ſibi conſcia Idumæa, ſic clamat ad Prophetam : Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos: Venit mane, & venit nox : *Si quæritis, quærite: conuertimini, venite.* Locus ſanè difficilis, & qui in varias ſententias diſtraxit Interpretes. Sanè (vt peritè indidem oſtendit Sanctius) Idumæi contra hoſtiles minas ſe benè comparaſſent, ſi peccatum deteſtari, & errorum viam deſerentes, rectà ad Deum ſic ire meditarentur. Et hoc potiùs quærendum erat à ſpeculatore, id eſt, à Prophetâ diuinorum conſiliorum interprete. Quare reſpondet ſpeculator Propheta : *Si quæritis quærite : conuertimini, venite.* Profectò actum videtur agere Iſaias, dum quærentibus dicit vt quærant : quærentes autem quid aliud agunt, niſi quærere? Quin & ſi Deum *quærunt*, quid opus eſt illos hortari, vt *conuertantur* ad Deum, & ad ipſum Prophetam *veniant*, Deum adhuc *quærentes*. O quàm inerter *quærit* Deum, cui opus eſt dicere, vt ſi quærit, quærat! quaſi dum adhuc quæreret, minimè quæreret; ſed adhuc deſes, quærere non incœpiſſet. O quàm multi ſic Deum quærunt, quibus meritò dici poſſet, *Si quæritis quærite: conuertimini, & venite.*

Sanctius.

Quærentibus Deum, dicitur, vt Deum quærant. quæret

§. CCXVIII.

Grande eſt orationis myſterium, de orantis fiduciâ arcanum.

1. ORationis in impetrando efficacitatem luculenter declarat Auguſtinus ſerm. 22. ad Fratres in eremo, ſic fatus: *O quàm grandis eſt orationis cauſſa! ô quàm grande myſterium! Ecce Moyſes orabat in monte, & Ioſuë Amalec deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paullus, & Doctor Gentium: Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, Iob in ſterquilinio triumphat, Suſanna inter Senes defenditur, paradiſum de cruce Latro inuenit, Stephanus de torrente in cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.* Hactenus ille. Hoc *grande myſterium* orationis, felicitas certò ſperatæ impetrationis eſt, quæ emphaticè ab Auguſtino *myſterium* appellatur, de orantis fiduciâ arcanum.

S. Auguſtin.

Grande eſt orationis myſterium, de fiduciâ arcanum.

2. Matthæi 6. his verbis Chriſtus Dominus profanæ orationis vitium, in ſuis emendat: *Orantes autem*, inquit, *nolite multum loqui, ſicut ethnici : putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.* In multiloquio, id eſt, propter multiloquium, ſeu futilem verborum profuſionem & repetitionem, quaſi hac ſuâ Rhetoricâ Deum tanquam inſcium de rebus ſuis informaturi; & velut non pronum ad benefaciendum, ſimul flexuri, vt concedat quod poſtulant : ſicut Rhetores ſuâ phaleratâ oratione informant flectúntque Iudices, vt reum abſoluant. Hoc, inquam, Ethnicum eſt, nó Chriſtianum. Scilicet Ethnici putant Deum ignorare, vel certè non conſiderare, nec æſtimare ſuas miſerias & egeſtates, à quibus, vt liberentur, Deum orant: vtuntur ergo multis verbis, vt eas ipſi enarrent, quaſi eum de illis docturi. At errant : ſcit enim Deus, conſiderat, & æſtimat illas, magis quàm ipſi qui orant. Quare multiloquium in oratione, fidei titubatio cenſetur. Profundè Tertullianus lib. de oratione c. 1. *Orantes nolite multum loqui, &c. Hoc ad fidem, & modeſtiam fidei pertinet, ſi non agmine verborum adeundum putemus, quem vltrò ſuis proſpicere certi ſumus.* Nempe ſi quis in oratione ſic titubat, & ſpe languet, vt putet opus ſibi eſſe prolixior oratio ad rem expetitam impetrandum; eſto, in fide non deficiat, ſaltem *fidei modeſtiam* deuenuſtat, lædit, dehoneſtat, quaſi in noſtris precibus languens impetrandi fiducia, *modeſtia fidei* Chriſtianæ læſura ſit : ac ſi certa in oratione impetrationis ſpes, *fidei modeſtia* reputetur. Ecquis Fidelium ad orationem accedens, fiduciæ languore Chriſtianam fidem *modeſtiâ* defraudet? Velut immodeſtam fidem colit, qui in ſuis precibus, impetrandi ſpebus viduatur. Hæc *fidei modeſtia*, Chriſtianæ orationis *grande myſterium* eſt. Euge Suſanna, in precibus Chriſtiana præcoqua, quæ in ferè deploratâ tragicè calamitate, *flens ſuſpexit in cælum : erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Quare confeſtim additur : *Exaudiuit autem Dominus vocem eius* Matronarum modeſtiſſima, nec *fidei modeſtiâ* viduatur.

Matth 6. v. 7. & 8.

Cornel. ibi.

Languida in precibus fiducia, fidei modeſtiam lædit.

Tertullian.

Hic verſ. 35.

Hic verſ. 44.

3. Regius Propheta Pſalmo 36. ſic modulatè pangit : Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet.* τὸ *reuela* ſic exponit inibi Corderius: Introſpice in teipſum, in mẽtem, in voluntatem, in affectiones tuas, in flexus & mæandros cordis : &, ſublato velamento, arcana pectoris tui expande Deo in precibus. Verùm Doctores Hebræorum *viam* ſignificare aiunt *indigentiam*, inopiam animi corporiſque, ſiue ea quibus quiſque indiget ad temporariam aut beatam vitam. Pro τὸ autem *reuela* habent, *volue*, ſeu *reuolue*. Erit igitur ex eorum mente hic Dauidis ſenſus : *Reuolue ſuper Dominum indigentiam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet.* Hieronymus, *võlue* habet; Symmachus, *deuolue*. Tranſlatio ſanè ad rem peridonea, in quâ vigor orationis apparet. Quaſi dicat : Si quæ te premit difficultas in virtutis viâ, ſi quod onus incumbit quod ferre nequeas, ſtatim Deum precibus adi; & pódus illud tuum cumulúmque moleſtiarum

Pſalm. 36. v. 5.

Corderius in Annotat.

Hebræi.

Orantis indigentia oratione in Deũ deuoluitur.

S. Hieron.

Symmach.

P. Didac. Celada in Suſannam.

deuolue ſuper eum, & onus ille valentior totum feret. Nempè piis votis, & obſecrationibus, ſi in eo fidenter ſperas, dum onus totum in eum *deuoluis*, te exoneratum ſenties, quia *ipſe faciet*. O expromptum, & facile parabile remedium ad excutiendum humanos angores, ærumnas, & calamitates nimis degrauantes! Deum fidenter ora, & *deuoluiſti ſuper Dominum indigentiam tuam*, & onus quo premebaris, excuſſiſti. Moleſtiarum te moles obruit, de facili eſt vbiuis orandi opportunitas, oratione molem illam in Deum *deuolue*: valentior te eſt, & onus quod humeris tuis eſt pergraue, omnipotentiæ adniſui leuiculum eſt. Ergo precibus *deuolue ſuper Dominum indigentiam tuam*: nec ideò ipſe indigus erit: his enim hominum indi-
Ad Rom. 10. v. 12. gentiis, velut gazis ditatur: eſt enim *diues in omnes qui inuocant illum*, quantumuis eiuſmodi precariâ inuocatione ſuam *indigentiam* in ipſum *deuoluant*, quod eſt orationis *grande myſterium*, de orantis fiduciâ arcanum.

4. Paullus cap. 3. ad Epheſios, ita de Chriſto
Ad Epheſ. 3. v. 20. ſcribit, vt fiduciam noſtræ orationis corrigat: *Ei autem*, inquit, *qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus, &c. ipſi gloria*, &c. Quaſi dicat: Spero quòd Deus, qui tam liberalis eſt vt vota noſtra ſuperet, & hocce meum votum, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei; implebit & ſuperabit, vtque impleat & ſuperet tacitè eum rogo & obſecro. Nota Mioſin, *potens eſt*, id eſt, poteſt & reipsâ facit, & facere ſolet ſuperabundanter quàm *petimus* aut *intelligimus*; ne benefica Dei potentia ſterilis exiſtimetur, & inde fiducia orationis langueſcat. Quod egregiè adſtruit Chry-
Matth. 18. v. 26. ſoſtomus homil. 28. in Geneſim, ex Euangelico illo Regis ſeruo, qui Domino debebat decem millia talenta, cui prorogatio-
S. Chryſoſt. *Deus fiducia donat vltrà intelligentiã, & audaciam orantis.* nem petenti debitum omne dimiſit: *Vidiſti*, inquit, *miſericordiam Domini. Ille procidit, ſupplicat, orat vt longius ſibi tempus præfiniatur: Longanimus eſto in me, inquit, & omnia reddam tibi. Sed bonus Dominus miſericors, noſtrique curam agens, ſupplici beneuolus, non ſolùm quantum petiuit, ſed & quantum ne cogitare quidem auſus fuit, dedit*. Bonus quidem Deus, qui orantibus donat *ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus*: huic enim furaciſſimè nequam ſeruo, non tantùm dedit Dominus *quantum petiuit, ſed & quantum ne cogitare quidem auſus fuit*. O audaciùs erigatur noſtra in precibus fiducia, vltrà humanam intelligentiam audax, & piè præſumens: noſtræ enim intelligentiæ timiditatem velut effuſa Dei liberalitas ſuperabundanter tranſcendit! Precariæ fiduciæ languor, diuinæ liberalitatis detractio eſt. Audeat noſtra in oratione fiducia vltra humanæ intelligentiæ faſtum, nec ita audendo vim diuinæ bonitatis exequi eualebit. In tragico illo famæ ac vitæ diſcrimine, mira extitit Suſannæ
Hic verſ. 35. fiducia: *Erat enim*, inquit, *cor eius fiduciam habens in Domino*: ſed Deus adfuit illius vindex *ſuperabundanter quàm petijt aut intellexit*: & illi adnuit *quantum ne cogitare quidem auſa fuiſſet*.

Lucæ 15. Prodigus ille adoleſcens citò decoxit luxuriusè viuendo: & ipſe impaſtus & macie confectus, auariſſimi heri porcos paſcit. Ad ſe reuerſus, reuerti ad Patrem feſtinus ſatagit; & præmeditatam ei orationem recitat: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*, &c. 5.
Pater autem amplexu & oſculo reducem excipit; opiparum ei extruit conuiuium, vſque ad fratris inuidiam lautum. Indignatus eſt autem frater eius ſenior, & nolebat intrare, aiens: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dediſti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: *Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.* Lucæ 15. v. 30.
Nempè pius Pater humili Prodigi filij oratione exoratus, vltrà quàm petere audebat, ſuperabundanter annuit: nec illum tanquam mercenarium, ſed quodammodo ſuprà filij dignitatem excepit: maiora illi exhibens amoris documenta, quàm natu maiori ac frugi filio, patri ſemper morigero. Sed quam ob rem fratris inuidia ſubſcribatur, diſceptant Interpretes. Opinor cùm Bernardo, ad exponendam boni Patris velut effuſam liberalitatem: *Prodigus certè filius*, inquit, *ad filiorum numerum aſpirare timebat, beatum ſe reputans, ſi fortè vel in mercenariorum numerum reciperetur. Minimè tamen ſufficere potuit paternæ pietati, niſi tam copioſam miſericordiam ei exhiberet, cui poſſet & ipſe, qui nunquam à Patre diſceſſerat, filius inuidere.* S. Bernard. ſerm. contra vitium ingratitud. *Precariæ fiducia dona tribuit Deus, quæ inuidiam moueant.*
Itaque nequam hic filius, qui effuſius laſciuiendo paternam domum dehoneſtauerat, tantùm præſumpſit rogare Patrem, vt in mercenariorum numerum reciperetur. Paternæ autem pietati ac liberalitati minimè ſufficiebat, priſtinæ eum filij dignitati reſtituere, niſi ad tantam eum dignitatem & opulentiam eueheret, tam feſto gaudio & epulo exciperet, tot diuitiis opulentaret, vt frugi filius patris peramans, & à patre peramatus, illi meritò poſſet inuidere. Sic nobis orantibus *ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus*, cæleſtis Pater adnuit? Sic vel Prodigo adoleſcenti largiùs tribuit, *quantum ne cogitare quidem auſus fuiſſet*? Audeat cogitatio vltrà intelligentiæ metas: ſpei audacia propè ſita ſit in piæ præſumptionis, ſeu temeritatis confinio; plus tamen immeratè audet diuina munificentia humanis precibus exorata, cùm vel improborum precibus largitur dona, quibus probi quique poſſent inuidere. Quid exaggeratius? quod eſt orationis *grande myſterium*, de orantis fiduciâ arcanum.

---

§. CCXIX.

Deum ritè ora, & illum exoraſti; imò & excantaſti.

SAnctus Auguſtinus exponens illud exordium orationis Dominicæ, *Pater noſter, qui es in cælis*, ita ſcribit: Non hoc populo priori dictum eſt, vt Patrem oraret, ſed Dominus inſinuatus eſt eis. Admonentur autem hoc 1. Matth. 6. v. 9. S. Auguſtin. ſerm. 182. de Temp.

hoc verbo diuites & nobiles, cùm Chriſtiani facti fuerint, quatenùs ſe non extollant aduersùs pauperes & ignobiles, quoniam ſimul dicunt, *Pater noſter, quod verè ac piè dicere non poſſunt, niſi ſe fratres eſſe cognoſcant.* Hoc nomine & charitas excitatur, quia filiis nihil charius debet eſſe, quàm Pater, & ſupplex affectus, cùm homines dicunt, Pater noſter; *& quædam impetrandi præſumptio, quod petitur, cùm etiam ante petitionem, tam magnum donum accipimus, vt poſſimus dicere, Pater noſter. Quid enim iam non det filiys petentibus Pater, qui iam hoc ipſum dedit, vt eſſent filiy?* Vtatur ergo populus noui Teſtamenti voce *Patris*, populus nouus ad æternitatem vocatus, *Pater noſter*, oratio fraterna eſt; non dicit, Pater meus, tanquam pro ſe tantùm orans, ſed Pater noſter, omnes videlicet vnâ oratione complectens, qui ſe in Chriſto fratres eſſe cognoſcunt. *Qui habitas in cælis, id eſt, in his quorum conuerſatio in cælis eſt. Et accommodatiſſima eſt iſta ſimilitudo, vt tantùm ſpiritualiter diſtare credatur inter iuſtum & peccatorem, quantùm diſtat corporaliter inter cælum & terram.* Altè quidem Auguſtinus.

Oratio ad Patrē Deum, velut præſumptio impetrandi eſt.

2. Siracides Eccleſiaſtici 35. ita ſcribit: *Oratio humiliantis ſe* (alij legunt,) *pauperis, afflicti, iuſti) nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec aſpiciat Altiſſimus.* quæ verba, ſic vertit Syrus interpres: *Oratio pauperum nubes inclinat: & coràm Domino maieſtatis ingreditur. Non tranſilit donec inquirat de eâ, & iudicium verum iudicet.* Itaque cùm *Afflicti* precibus (afflictæ Suſannæ, inquam) annuit Deus, *iudicium verum iudicare* perhibetur. O arcana iudicij veritas, cùm à diuinâ pietate quod petit, extorquet oratio! Sed quid eſt, quòd oratio nubes, id eſt cælum, *inclinare* dicitur, & coràm *Domino maieſtatis* ingredi? Inclinatúrne cælum? an *Dominus maieſtatis* precibus inclinatur? Luculenter Auguſtinus in Pſalm. 114. *Incomparabilis quidem*, ait, *prærogatiua orationis, vt Deus omnipotens in ſolio gloriæ ſuæ conſtipantibus vndique Angelorum millibus, ſubitò ſe demittat ex throno, inclinétque aurem vt orationem à terrâ excipiat aſcendentem.* Cùm Deus humanis precibus aurem *inclinat*, tunc ex throno gloriæ ſuæ ſe *demittere* perhibetur? In ſolio gloriæ, & throno maieſtatis, Angelorum millibus ſtipatus, ſedere dicitur Deus, cùm è terrâ aſcendit oratio; cui cùm Deus aurem inclinat, ſe velut reuerenter *demittere* perhibetur. Exauditio orationis, reuerentiæ ſeu *demiſſionis* vocabulo nuncupatur: Orationi adnuere, & aurem illi Deum inclinare, ſe quaſi reuerenter orationi demittere, illíque obſequi eſt? Sic humanas preces Deus reueretur, honorat, & auguſte nobilitat? Benè orat male damnata Suſanna, cùm *Deus omnipotens in ſolio gloriæ ſuæ conſtipantibus vndique Angelorum millibus, ſubitò ſe demittit de throno, inclinátque aurem vt orationem à terra excipiat aſcendentem, & verum iudicium iudicat.* Subitò, inquam: nam confeſtim adeſt Daniel verum iudicium iudicaturus.

Eccli. 35. 116.

Syrus.

Cùm afflictorum precibus Deus annuit, iudicium verum iudicare dicitur.

S. Auguſt.

Deus è ſolio gloriæ ſuæ ſe ad orationem demitti dicitur.

Hic verſ. 44.

3. Lucæ 11. factum eſt, cùm eſſet Ieſus in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex Diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: *Cùm oratis, dicite: Pater ſanctificetur nomen tuum*, &c. Tradit hîc Chriſtus modum orandi, docétque res quæ à Deo petendæ ſunt, & quo ordine, qualíque verborum breuitate petendæ ſint. Meritò tamen Eccleſia ipſis etiam Chriſti verbis vtitur, vtpotè diuinis, breuiſſimis, clariſſimis, & efficaciſſimis ad rem poſtulatam certò impetrandam. Harum petitionum breuiarium ex Tertulliano appenditur commentariis Petri Laudicenſis, & Germani Conſtantinopolitani in orationem Dominicam, vbi hæc clauſula legitur: *Deus ſolus docere potuit, vt ſe vellet orari. Ab ipſo igitur ordinanda religio orationis, & de ſpiritu ipſius, iam tunc ex ore diuino ferretur, animata, ſuo priuilegio aſcendit in cælum, commendans Patri quæ Filius docuit.* Sanè animoſa oratio eſt, quæ Chriſti *ſpiritu* compoſita, & *diuino ore animata* profertur. Quid non piè præſumamus de oratione, quæ etſi humanis verbis fiat, de *diuino ore* depromitur? Audiendus etiam eſt hac de re ſanctus Cyprianus tract. de oratione Dominicâ, ſic eloquenter fatus: *Quæ vera magis apud Patrem precatio, quàm quæ à Filio, qui eſt veritas, de ore eius prolata eſt?* Profundè dicitur *vera precatio*, quæ quod petit, certò impetrat; quaſi oratio de impetratione veritatem innuetur. Pergit Cyprianus: *Agnoſcat Pater Filiy ſui verba, cùm precem facimus; qui habitat intus in pectore, ipſe ſit & in voce. Et cùm ipſum habeamus apud Patrem aduocatum pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis noſtris petimus aduocati noſtri verba promamus. Nam cùm dicat, quia quodcumque petierimus a Patre in nomine eius, dabit nobis, quantò efficacius impetramus, quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione?* Qui Deum habet in pectore, in ore Dei orationem, quid non a Deo impetret?

Luc. 11. v. 2.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Matth. 6 v. 9.

Quæ impetrat, vera oratio dicitur.

Tertullian.
Petr. Laudic.
Germanus Conſtantin.

Qui in ore habet Chriſti orationem, quid non à Deo impetret

S. Cyprian.

Matthæi 6. ſic nos Chriſtus Deus erudit: *Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* S. Hieronymus & Ambroſius per cubiculum accipiunt cor & mentem, eiúſque ſecretum, quaſi hoc orantem ingredi & claudere oporteat, ne diſtractiones irrepant, quæ mentem à Deo auocent. Ergo, *Claude oſtium*, id eſt, claude labia tua, & ſecretò in mente ora, vti faciebat Anna Samuëlis mater. Audi S. Ambroſium lib. de Cain & Abel cap. 9. *Saluator ait, Intra cubiculum, non incluſum parietibus, quo membra clauduntur; ſed cubiculum quod intra te eſt, in quo includuntur cogitationes tuæ, in quo verſantur ſenſus tui. Hoc orationis cubiculum vbique tecum eſt, & vbique ſecretum eſt, cuius arbiter nullus eſt, niſi ſolus Deus.* Itaque quiſquis in mentis ſecreto ſic attentè Deum orat, indubiè exorat. Notanda itaque eſt ſententiæ clauſula: *Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Quæ verba appoſitè elucidat inibi Chryſoſtomus: *Si ergo*, inquit, *ſic orat, plurimam profectò accipies mercedem. Non ait, Donabit tibi, ſed, Reddet, inquit: debitorē quippè ſe tibi conſtituit.* O! qui Deum attentè orat, ſic fidenter, ſecurus impetrationis orare debet, ac ſi ad Deum accedat non tanquam

5.

Matth. 6. v. 6.

S. Hieron.

S. Ambroſ.

Faſtus aliquis orationis eſt, negotium liberalitatis, rem debiti conſtituere.

S. Chryſoſt.

datutem, ſed tanquam *debitorem*. Hem! tantum licet otationi ritè nuncupatæ, vt Deum faciat *debitorem*? Quare non ait, *Dabit tibi; ſed, Reddet tibi*. Negotium liberalitatis, tem debiti conſtituere, aliquis fiduciæ faſtus eſt, & legitimæ orationis emphaſis. Profundè dictum: *Debitorem quippè ſe tibi conſtituit.*

5. Pſalmo 146. ſic altè pangit regius Vates: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus, &c.

Pſalm. 146. v. 7.

Præcinite Domino in confeſſione: pſallite Deo noſtro in citharâ. Quorſum præmittitur Dei magnitudo, ſapientia, & potentia, vt illi *præcinendum* ſit? An laudandus dicitur de magnitudine, ſapientiâ, omnipotentiâ? Verùm *præcinere in confeſſione*, cantare cum gratiarum actione ſignificat, pro beneficiis à diuinâ ſapientiâ, magnitudine & omnipotentiâ acceptis. Quæ verba communiter de hymnorum ſeu Pſalmorum cantu cum precatiâ gratiarum actione vſurpantur; quaſi orandus ſit Deus cum gratiarum actione, ac ſi iam homo cùm Deum orat, ipſum exorauerit. Ceterùm LXX.

LXX. Interp.

Interpretes pro *præcinite in confeſſione*, vertunt, *excantate*, quam excriptionem ſic inibi expo-

Genebrard.

Deum ritè ora, & illum piè excantaſti.

nit Genebrardus: *Septuaginta. Excantate vertunt. Excãtatur Dominus, quando ſanctis carminibus & præcantionibus ab irâ in peccatorem conceptâ auellitur.* O! piis velut præſtigiis humanarum precum *excantatur* Deus? Magnitudo, omnipotentia, & ſapientia diuina, iuſtè contra ſceleſtiſſimos peccatores irata, oratione, velut incantamento ſopitur, mitigatur, lenitur, & Deus ab irâ ac furore concepto potenter *auellitur*? O incantamentum facile parabile, & nimis expromptum! Deum ritè ora, & illum piè excantaſti. Sic *excantatur Dominus*.

Iſaiæ 3. v. 3.

Tantum orationi licet! Iſaiæ 3. minatur Deus, ſe ablaturum à ſuo populo *prudentem eloquij myſtici*, prudens autem eloquij myſtici, ait noſter Prado, & ex eo Cornelius, *eſt vir pius, & pollens dono orationis*. Quare Theodotion vertit, *prudens incantator*, Aquila, *prudens ſuſurrator*. Itaque vir pius & pollens dono orationis, *incantator* prudens nominatur: precibus enim humanis *excantatur Dominus*.

Prado. Cornelius. Theodotion. Aquila.

6. Idem regius Propheta his verbis Pſalm. 114.

Pſalm. 114. v. 1. Græcus.

auſpicatur: *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Pro τὸ *orationis*, Græcè ſcribitur, *deprecationis*; quaſi Deum precari, idem ſit ac *deprecari*. Expende indidem cum

Corderius.

Corderio in Annotationibus, celeritatem exauditionis. Adagium olim erat, *Dictum ac factum*: idque de Regibus fortè dicebatur, de quibus illud plenè ac planè verificatur: nam de illorum ore verbum ſic rapitur, vt ab ipſis dictum, à ſeruis continuò videatur & factum. Aſt in oratione ad Deum mutatur ordo. Dominus enim omnium tam celeriter facit quæ ſeruus petit, vt ſerui dictum, Domini ſit factum. Nam ſimul ac dictum verbum eſt, factum ſcilicet extat. Benè hoc totum nouerat diuinus Pſaltes; vnde lætabundus & laudans ita canit? *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus*: vel, vt Caſſiodorus legit: *Exaudiuit Dominus*: O nouum! ô mirum! Non hîc impletur adagium antiquum, *Dictum factum*; *ſed additur inauditum & nouum, Factum ante dictum.* Perinde enim eſt *exaudiet*, ac *exaudiuit*.

In ſuâ oratione factum ante dictum Suſanna inuenit.

Orante porrò Suſannâ dicitur, *Exaudiuit autem Dominus vocem eius*; quam, opinor, antè iam exaudierat. Priùs enim præſtò aderat cælitùs accerſitus Daniel, qui immaturus per ætatem iudex, Senes iudices actutùm condemnaret, & de Suſannæ innocentiâ malitiosè damnatâ, vindicias ageret. Nempe cùm orantem Matronam *exaudiuit* Deus, iam priùs exaudierat, & liberationem præſtruxerat. Alibi expendo, quare Propheta dum Deum diligit, abſolutè dicat, *Dilexi*; nec quem diligat nuncupatim expreſſerit; quaſi ſolus Deus ſit dignus humano amore.

Hic verſ. 44.

Solus Deus eſt humano amore dignus.

---

§. CCXX.

In periclitante Suſannâ, vox ſanguinis, iuſtitiæ, & caſtitatis magnâ voce Deo clamat.

SVſanna matronali pudicitiâ illuſtris, tanquam impudicitiæ rea, à cruentè barbaris 7.
Senum libidinibus iniuſtè damnatur. Quæ vbi diræ ſententiæ fulmen audiuit, *exclamauit voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne*, &c. Voce magnâ clamare dicitur Matrona, cùm Deum contentiùs orat, quò illam exaudiat, & de ſuâ innocentiâ vindicias agat. Adſimiliter clamauit Dauid, ipſius olim familiæ princeps, ſimili calamitate iactatus: *Clamaui ad te, ſalua me, & cuſtodiam teſtimonia tua* (id eſt, mandata) ita indidem excribit Ambroſius, & ſic appoſitè etiam ad rem Suſannæ locum elucidat: *In clamando fidelis & promptus affectus exprimitur: in cuſtodiendo teſtimonia tua, continentia virtus obſequij ſedulitate declaratur.* Vnde ſubdit Propheta: *Praueni in maturitate & clamaui; quia in verba tua ſuperſperaui.* Scilicet Suſanna ab immaturâ ætate diuinæ legis moribus inſtituta, prompto affectu *fidelis* clamat, vt *continentia virtus obſequij ſedulitate* prælustris, ab cruentè infamiſſimâ damnatione vindicetur. Et benè *ſuperſperare* dicitur, quæ in vltimâ etiam calamitate ſpem non excuſſit: *erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Quis autem velut Suſanna, dicatur in oratione voce magnâ *clamare*, huius §. labor eſt.

Hic verſ. 42.

Pſalm. 118. v. 146. & 147.

S. Ambr.

Clamor in precibus, fidem aff dum continentia exprimit in Suſannâ.

Hic verſ. 35.

Accerſita adeſt innocens Suſanna nocen- 8.
tiſſimo Veteratorum iudicum tribunali, enormiſſimi ſtupri obſcœniſſimè rea. Cúmque illa eſſet *delicata nimis*, in tragico illo vitæ & honoris diſcrimine, viribus propè defeciſſe, ac corruiſſe, veroſimile eſt. Vnde ergo tantus in voce vigor, & precarij clamoris magnanimitas? *Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit, Deus æterne*, &c. Ecquis eſt hic orationis *clamor* magnâ voce editus, à puellâ penè exanimi, præ animi deliquio exangui, & morti proximâ? Opinor, etiam poſt mortem Suſanna *voce magna clamaret*. Audiendus eſt ſanctus Ambroſius ſerm. 19. in Pſalmum 118. vbi ſic eloquenter ſcribit: *Etenim aduerſus Diabolum* (id eſt, calumniatores à Diabolo inſtigatos) *non vocis magnitudine, ſed magnanimitate cordis vtendum eſt. Eſt autem & vox cordis, quia eſt vox ſanguinis, quæ ad Deum peruenit.*

Hic verſ. 42.

In Suſannâ orante vox ſanguinis, iuſtitiæ, & caſtitatis magnâ voce clamat.

S. Ambroſ.

Denique

Gen.4.v.10.

Denique Deus dicit: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Clamat ergò cor noſtrum, non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concentúque virtutum. Grandis fidei clamor..... magna vox iuſtitia, magna eſt caſtitatis, per quam & mortui loquuntur, nec ſolùm loquuntur, ſed etiam ſicut Abel clamant. At verò iniuſti anima nec viuens clamat, quia Deo mortua eſt. Itaque Suſanna & delicata nimis, corporei vigoris inops, & deliquio animi penè defecta, arcanæ vocis magnanimitate clamat: clamat enim voce cordis, quia eſt *vox ſanguinis, grandis fidei clamor, magna vox iuſtitiæ, magna caſtitatis*. Hic vel tacitæ orationis clamor eſt, & magnus clamor, quem *vox ſanguinis* innocenter fundendi edit: in Suſanna etiam *grandis fidei clamor* perſonat, *magna vox iuſtitiæ* iniuſtè à Iudicibus damnatæ; *magna vox caſtitatis*, quam ſurdam reddere cruenta Iudicum ſalacitas fruſtrà negotiatur. Benè ergò Suſanna penè exanguis *voce magnâ exclamat*, quia *vox ſanguinis* eius, ſicut Abeli ſanguis altè clamat.

3. Exodi 14. profugos Hebræos Pharao armatus, & minaciter truculentus inſequitur quammaximis itineribus. Cumque appropinquaſſet, timuerunt valdè filij Iſraël *clamaueruntque ad Dominum.* Et cùm Moyſes eos bono animo eſſe iuberet, eſſétque totus in ſedandis eorum querelis, *Dixit Dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me?* Sudata quæſtiuncula eſt, cur clamante populo, quaſi taceret, ſurdus eſt Deus ad illorum clamorem; & ſilenti Moyſi dicatur Dei ore, quòd clamat. Clamor populi mutus eſt; & Moyſis ſilentium linguatum & clamoſum? Eloquenter Ambroſius Serm. illo 19. in Pſalmum 118. Dicit ad Moyſen Dominus, inquit: *Quid clamas ad me. Sonum eius non audio, vocem eius agnoſco, ſilentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur; tacebat Moyſes; & audiebatur. Non populo dictum eſt: Quid clamas ad me? Non enim ad Deum clamabat populus, qui iniuſta, & viris indigna clamabat: ſed Moyſi dictum eſt, Quid clamas ad me? hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas; tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas.* Itaque Suſanna *voce magnâ operibus clamas*, clamat *ſpe* ad Deū animoſiùs erectâ, clamat voce *caſtitatis*, clamat voce *ſanguinis* iam iam innocenter fundendi: & ſic clamans auxiliatem Dei virtutem excitat, & aſciſcit. Hic, inquam, clamor eſt, & magnus clamor, qui cælum tundit, & Dei audientiam, imò & obedientiam meretur.

Exod. 14. v.15.

Clamat Suſanna ſpei, & bonorum operum voce.

S.Ambroſ.

4. Pſalmo 140. ſic pangit Dauid, cùm anxius fugeret Abſalomum: *Domine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.* Græci Patres in Catena Corderij ſic locum exponunt: *Non rogat ideò exaudiri quòd magno ſtudio oret, ſed quia talem offere orationem, quæ digna ſit oculis illis qui numquam dormiunt: quænam autem ea eſt? Quando non erat pro diuitiis, neque pro vlla re fluxa & caduca, ſed pro bonis illis immortalibus quæ numqnam pereunt.* Nempe in oratione clamare dicitur, qui non bona *caduca*, ſed *immortalia* expoſcit. quaſi rei poſtulatæ *immortalitas*, vocem aut ſilentium in clamorem refingat. Eleganter Chryſoſtomus ad eum Pſalmi locum, ita ſcribit: *Domine, clamaui ad te, exaudiſti me. Quid dicis? quoniam clamaſti, vis exaudiri: & affer iuſtam cauſſam, cur exaudiaris. Quid enim peccauit, qui eſt paruâ & exili voce? Et Iudæi nónne clamabant, pluſquam omnes, ſed Deus eorum precibus non annuit? Clamorem hic dicit internum: quemadmodùm enim qui clamat, omnes vires haurit & exinanit; ita etiam qui corde clamat, totam mentem ſuam conuertit.* Pulchra ſanè analogia, qua vtrumque clamorem pariat Chryſoſtomus. Nimirùm ſicut externus linguæ clamor contentiùs & obnoxiùs editur, adeóut totas vires clamantis interim exhauriat, & exinaniat; ſic interna orantis vox, vt dicatur *clamor*, & tanti nominis gaudeat priuilegio, ita debet eſſe Deo intentus, vt *totam mentem haurire & exinanire* dicatur. Heu! niſi ab homine qui ſe totum, totámque mentem orando *exinanit*, clamor non editur? Non niſi ex *inanitione* aut nullificamine ſui, orationis clamor exoritur: Tota Suſannæ mens *hauritur & exinanitur*, cùm *voce magna exclamaſſe* ad Deum perhibetur. O bona in precibus ſui *exinanitio*, quæ vacuam naturam implet, & *caducam* refingit in *immortalem*, dum precarium *clamorem* efformat!

Pſalm. 140. v.1.

Græci Patr.

Clamat in oratione, qui non caduca, ſed immortalia poſcit.

S.Chryſoſt.

Niſi ex ſui exinanitione, clamor in oratione non editur.

Regius Vates Pſalmo 129. ſic ad rem concinnè pangit. *De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.* Græcè, *de profundis clamaui tibi*; tibi, inquam, vni: nam etſi plures Suſannæ periclitanti aderant, nempè parens vterque, maritus, filij, & omnis regia cognatio; nulli clamat, quæ ſoli Deo clamat. Sed quid eſt, de profundis clamare? Anonymus in Græcorum Patrum Paraphraſi: *Illud, De profundis, id eſt, ex totâ mente, & ex fundo cordis inclamantes audi.* Aliter Commentarius Heracleotæ: *De profundis clamaui ad te. Non ſimpliciter ab ore, neque ſimpliciter à lingua, ſed ex imo corde, cum magno ſtudio..... Ponit autem duo, ſcilicet, de profundis, & Clamaui, non tonum vocis clamorem appellans, ſed mentis affectum.* Profundiùs & luculentiùs, opinor, Origenes in Catenâ: *Non ex ſuperficie, ſed de profundis ſuis clamat ad Dominum. Illud autem, Inclamaui te* (ſic ipſe legit,) *cum aliud ſit quàm, Clamaui ad te, poteſt ſignificare, quoniam magnificè, & magnâ voce (ſpiritualiter nimirum magnâ) de Deo verba feci. Siquidèm improbus labiis honorat Dominum, cùm ab ipſo longè abſit corde; beatus verò, eò quòd Spiritus clamet in corde eius, de profundis clamauit ad Dominum.* Denique cùm deſideria ſint animi verba, intenſius deſiderium rei optatæ & expetitæ, meritò clamor dicitur. Vnde ſcitè ait Bernardus Serm. 16. in Pſalmum, Qui habitat, &c. *In Dei auribus deſiderium vehemens, clamor magnus.* Itaque oratio *tota mente, & ex fundo cordis* hians ad Deum, clamor appellatur. ita Anonymus. Dein *mentis affectus*, & *deſiderium vehemens* rogantis, clamor nominatur. ita Heracleota & Bernardus. Quin & *Spiritus clamat in corde eius*, qui ſic in oratione clamat. ita Origenes, cui concinit Ambroſius nuper laudatus: *Clamat*, inquit, *cor noſtrum, non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate. Denique in Spiritu adoptionis clamamus Abba pater, & ipſe Spiritus Dei clamat* in

5.

Pſalm. 129. v.1.

Græcus.

Anonymus.

Heracleot.

Mentis affectus, & deſiderium vehemens, clamor orantis eſt.

Origenes.

Matth. 15. v.8.

S.Bernard.

Spiritus in corde orantis clamor orationis dicitur.

S. Ambroſ. ſerm. 19. in Pſalm. 118.

Ad Rom. 8. v.15.

Ad Rom. 8. v.26.

in nobis. Nimitùm illa vox, quam Spiritus in corde orantis edit, *clamor* nominatur. Bonus clamor, non à linguâ precantis, ſed à Spiritu

ad Rom. 8. v. 26.

in corde clamantis. *Spiritus* enim *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Hic Spiritus qui in orante Suſannâ clamorem edit, in Daniele loquitur, & eius liberationem in iuſtitio potenter negotiatur.

6. Conſultiſſimè hic dicitur, quòd damnata

Hic verſ.42. Hic verſ.35.

ad immeritam æquè ac crudelem mortem, orans ad Deum, *exclamauit voce magna Suſanna*, cùm priùs dictum ſit, quòd *ſuſpexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino*: nam clamoſa vox ſpebus deſtituta, vix mutit, aut planè muta eſt: cordis autem vox tacita, aut lingua ſicut Anna muſſitans, vel

Non tam lingua, quàm paſſiones Suſanna Deo clamant.

ſilentium recudit in clamorem. Non altior vox, ſed animoſior fiducia, & bonorum operum clamor, arbitrium eſt impetrationis. Luculenter Ambroſius lib. 1. de Cain cap. 9.

S.Ambroſ.

Diffidere, ait, *eſt de potentiâ Dei, æſtimare quòd non audiaris, niſi clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſſiones tua, clamet ſanguis ſicut Abel*. Ergò Suſanna clamat voce magnâ, non præſumens de vocis tono ſublimiori: quia eius ab ineunte ætate bona *opera* clamant, clamat *affectus*, *fides* clamat; & iam iam lapidibus crudeliter ingruentibus, clamat immerita *paſſio*, clamat innocens *ſanguis* ſicut Abel atrociter effun-

Hic verſ.44.

dendus. Hic, hic, inquam, multiplex clamor eſt, & grandis clamor, qui cælum tundit, & meretur audientiam gratam Dei, quem ſic clamando feliciter exorat.

§. CCXXI.

Oratio adeò debet eſſe attenta, vt orantis intellectus dici poſſit.

1.

S. Paſchaſ. l. 4 in Matth.

CLauſo oſtio, ait, Paſchaſius, *Deum orat, quiſquis & quæ à foris improbè ſe immergunt vi ſpiritus, & obſeruationis cuſtodiâ, funditùs ne ſurrepant, repellit. Appetunt enim noſtra interiora, & obſtrepunt ad cordis oſtium*

Ne oranti ad Deum, viſibilia ſubrepant.

viſibilia, & omnia quæ huius vitæ ſunt temporalia. Propterea obſeruandum eſt, & totus interior homo intrinſecus colligendus, quatenus cubiculum ingrediatur. Sic orationem humanam cupit Deo attentam & intentam eſſe Paſchaſius, ne viſibilia improbè oranti ſubrepant, quod ex iam iam dicendis explicatiùs conſtabit.

2.

Math. 6. v. 6. Græcus.

Matthæi 6. Chriſtus Deus, refutatâ oratione Phariſaicâ, ad humanos oculos totâ; *Tu autem*, inquit, *cùm oraueris, intra cubiculum* (Græcè locum ſecretum) *tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi*. Saluator ait, Oraturus intra cubiculum non clauſum parietibus, quo tua membra clauduntur; ſed cubiculum quod intrà te eſt, in quo clauduntur cogitationes tuæ in quo verſantur ſenſus tui. Hoc orationis cubiculum vbique tecum eſt, & vbiuis ſecretum eſt, cuius arbiter nullus eſt, niſi ſolus Deus. Extrà hoc cubile viſibilium cogitationes manent, ne orationi abſurdè perſtrepentes, attentionem inquietent. Opportunè Cyprianus Tractatu

de Orat. hâc ſuper re ita ſcribit: *Quæ autem* S.Cyprian.

ſegnitia eſt, alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis, cùm Dominum deprecaris, quaſi ſit aliud quod magis debeas cogitare, quàm quòd cum Deo loqueris? Quomodò audiri te à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tui cùm rogas, quandò tu ipſe memor tui non es?

Quomodò audiri te à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias.

Si dum oras, viſibilium cogitationes foris obſtrepunt, mentem à te rapiunt, & aliò diuertunt, adeò vt tibi ſurdus, teipſum non audias, nec quæ dicis intelligas, quaſi elinguis balbutias; fruſtrà ergò à Deo audire incunctanter exambis. Tua oratio audientiam tui non meretur, & promerebitur Dei obedientiam? In ſuis precibus ſibi ſurdus, malè Deum fingit auritum. Tua oratio, non tam ex ore, quàm ex auribus tuis ad Dei aures commeat. Te ergò audi, vt à Deo exaudiaris. Tu eſto tuæ orationis arbiter. Quod à te tibi non impetras, quâ fronte ab alio exorare præſumis. O hominum preces ſibi vacuas, Deo nullas, quia intellectu carent!

Pſalmo centeſimo quadrageſimo primo, 3.

his titulus præfigitur: *intellectus David, cùm* Pſalm.141.

eſſet in ſpeluncâ, oratio. vbi orationem ſuam in v. 1.

ſummo vitæ diſcrimine ad Deum emiſſam appellauit *intellectum* ſuum, vt ſcitè inibi Bel- Bellarm.

larminus obſeruauit. Tantâ enim attentione orabat, vt Dauidis *intellectus* mitiſſima metamorphoſi in *orationem* conuerſus videretur. Tota intentiùs mente Deum orat, cuius *intellectus* interim *oratio* eſt. O profunda ethicè ſynonima, mox num. 5. ampliùs emedullanda!

Quo ſenſu Dauidis oratio dicatur Dauidis intellectus.

Indagare autem oportet, quæ nam ſit hæc *oratio* Prophetæ, quæ *intellectus* nominatur? *Voce*, inquit, *meâ ad Dominum clamaui*, Pſalm.141.

voce meâ ad Dominum deprecatus ſum. S.Augu- v.2.

ſtinus indidem ita ad rem ſcribit: *Voce meâ* S.Auguſtin.

ad Dominum clamaui, &c. Sufficeret, Voce ad Dominum clamaui. Fortè non fruſtrà additum eſt, Meâ. Multi enim clamant ad Dominum non voce ſua, ſed voce corporis ſui. Homo ergò interior voce ſua, non ſtrepitu labiorum, ſed in affectu cordis clamet ad Dominum. Cogitatio tua clamor eſt ad Dominum. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Quod dixit, Clamaui, expoſuit cum dixit, deprecatus ſum. Porrò qui ſic *voce ſua* clamat, *cogitatione*, mente, & *intellectu* ſuo clamat; non *voce corporis*, quæ labiorum ſtrepitu dumtaxat ſonans, nec in proferente audientiam inuenit. Opportuniùs, opinor, S.

Chryſoſtomus ibi apud Catenam Græcorum S.Chryſoſt.

Patrum: *Voce mea Dominum clamaui*, inquit: Audis quomodò vbique proponat duplicem clamorem, duplicem vocem, & ad Deum inuocationem? Duas enim hic virtutes diſcimus. *ſcilicet ſummam animi alacritatem & mentis intenſionem; præterea hanc ipſius eſſe vocem*. Non enim omnes voce clamant, nec ad Deum, nec propria. Oportet autem hæc omnia concurrere. *Qui clamat aduerſus inimicos non edit vocem hominis, ſed feræ & ſerpentis. Qui eſt negligens, & non audit quæ dicis, non clamat ad Deum, ſed temerè ac fruſtrà loquitur. Qui mentem non excitat, etſi valdè vociferetur, hic rurſus non clamat. Vox enim non ſignificat ſpiritûs tonum, ſed mentem intenſam*. Itaque

Voce ſua clamat, qui non corporis, ſed intenſa mentis voce ad Deum clamat.

quiſquis

quiſquis dom orat, menre aliorsùm diſtra-ctus, *non audis qua dicit, fruſtrà ac temerè loquitur*; & licèt clamet, nec ad Deum clamat,
4. nec *voce ſua* clamat. O! ooo ſolùm fruſtrà, ſed *temerè* orat, qui ſe orantem oon audit? *Temerarius* ſonus eſt, noo vox orantis, qui de *meute intenſa* ad Deum non procedit. *Voce magna* (voce, inquam, ſua) hie *exclamauit Suſanna*. Vndè *exaudiuit Dominus vocem eius*, & mortem deprecata eſt: nam vt nuper retulimus ex Auguſtino: *Quod dixit, Voce mea clamaui, expoſuit cùm dixit, Deprecatus ſum.* quaſi perindè ſit, *Voce ſua* clamare, ac *deprecari*. Non hic omittam inootatum quomodò *τò voce mea ad Dominum clamaui*, Origeoes in Catenâ exponat: *Voce mea ad Dominum clamaui, &c. Quemadmodùm*, inquit, *ignis naturam habet qua ſurſùm fertur, ita & vox iuſti, vt ad Dominum ſit, & quodammodò inuitet ipſum vt prabeat ea quibus quis opus habet à Deo*. Nempè qui ſic *voce ſua* clamat, ad Deum rectâ clamat, & velut naruraliter ad Deum tendit eiuſmodi precarius clamor, *quemadmodùm ignis uaturam habet qua ſurſùm feratur.* Multa paucis ſtrinxit Origenes.

Hic verſ. 44.

Oratio iuſti ad Deum, ſicut ignis ſurſùm aſcendit.

Origenes.

5. Redeat iterùm huius Pſalmi 141. titulus ad rem aliter expendendus: *Intellectus Dauid, cùm eſſet in ſpelunca, oratio.* Nuper obſeruabamus ex noſtro Bellarmino, quòd alto ſtilo Dauid *orationem* ſuam appellauit *intellectum* ſuum; quaſi iuſti *oratio* ad Deum, perindè ſit, ac eius mens & *intellectus*. ac ſi mens oratione ſapiat, alioqui ad rem Dei planè deſipiat. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum cauſſam reddit, cur Chriſtiani dom orant, manus in alrum eleoent: *Caput & manus*, inquit, *in cælum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione Orationis, promptitudine & alacritate ſpiritûs aſſequentes eſſentiam, qua apprehenditur intelligentia, & vnà cum verbo corpus à terra educere conantes, erectam & eleuatam animam deſiderio meliorum, cogimus in ſancta progredi, magno animo corporis vinculum deſpicientes.* Bene *oratio* dicitur *intellectus*; porrò qui orat, corpus à terrâ educere conatus, totus ad cælum, ad Deum totus, promptitudine & alacritate ſpiritûs, Dei *aſſequitur eſſentiam*, quæ intelligentia dumtaxat apprehonditur. Nimirùm *oratio* intenſiùs attenta, quæ tota *intellectus* eſt, & hominis mens ſeu intelligentia, Dei *eſſentiam aſſequi* emphaticè perhibetur, quaſi attentæ orationis inops, mentis inops ad rem Dei aſſequendam cenſeatur.

Pſalm. 141. v. 1.

Bellarmin.

Clem. Alex.

Attentior oratio dicitur intellectus, qui Dei eſſentiam aſſequitur.

6. Pſalmo 36. hæc Prophetæ vox auditur: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Theodoretus hic nobis orationem, & interuam cum Deo conuerſationem præcipi ceoſet, in quâ mens hominis, terrenis nolla, & cæleſtibus tota, ſeſe ad Numinis nutum accommodar. Qui ſic orat, petitiones *cordis ſui* accipiet à Deo. Benè autem ibi Ambroſius addubitat: *Quare non dixit Tuas, ſed Cordis tui? quia lex carnis legi mentis frequenter repugnat: qua autem interioris ſunt hominis, qui renouatus eſt in ſpiritu, illas petitiones pio donat affectu.* Ambroſio indidem Auguſtinus adnuit, ſic fatus: *Signanter accipe petitionem cordis tui, diſcerne petitionem cordis tui, à petitionibus carnis.* Itaque annuere petitionibus, non oris, non carnis, ſed *cordis* Deus dicitur. Quare non ait, Dabit tibi *petitiones Tuas*. Tua, noo *cordis tui* petitio eſt, quam ambitio concinnat, quam lex carnis dictat, qoam corporis affectus fabricat, quam vox inattenta effutit. Hæc *oratio* non eſt, quia *intellectus* non eſt.

Pſal. 36. v. 4.

Theodoret.

S. Ambroſ.

Deus non tuas, ſed cordis tui petitiones audit. quare?

S. Auguſtin.

Matthæi 6. hanc orandi formulam Chriſtus fidelibus præſcribit: Sic ergò, inquit, vos orabitis: *Pater noſter, qui es in cælis.* &c. 7.
Eccur velut longè poſitus in cælis dicitur Deus, ab hominibus io terris orandus? An non ſatiùs foret, vt quaſi propè eſſet in terris à terrigenis orantibus inuocaretur? Propinquitas enim audientiæ adulatur. Scilicet monet, vt orans quaſi terræ exul, & coloniam ducens in cælum, mentem iotenſiùs transferat à terrenis ad cæleſtia. In cælis ergò cùm dicit, noo illic Deum concludens hoc ait; per immenſitatem enim vbiuis adæquè adeſt præſentiſſimus, ſed à terrâ abduceus orantem, orationis attentione intenſiſſimâ cælis affigit, quaſi terræ peregrinum, & de orationis efficaciâ cæli nobilem inquilinum. S. Chryſoſtomus homil. 1. de Annâ, exponens illud, *Cùm illa multiplicaret preces coràm Domino*, ita ad rem ſcribit: *Omnes quidèm*, ait, *oramus, ſed non omnes in conſpectu Domini. Etenim cùm corpore in terrâ proſtrato, & ore fruſtrà delirante, mens vbique per domum ac forum circumuagatur: quo ore talis poſſet dicere, quòd orauerit in conſpectu Domini?* Attentiùs pende quæ ſubdit verba: *Nam in conſpectu Domini orat vndique colligens ſuam mentem, nihil habens cum terra commercij; ſed ad ipſum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulſa.* Itaque qui verè Deum orat, ſic vndique colligit ſuam mentem, vt licèt *corpore in terra proſtrato* oret, *nihil habeat cum terra commercij; ſed ad ipſum Deum totus commigrans*, quaſi a terris abductus, præmaturus cæli incola dicere orando poſſit: *Pater noſter, qui es in cælis*, quia intenſiùs orans, *nihil habet cum terra commercij.* Sic eleuat ad cælum oratio, vt *nihil commercij cum terra* relinquat?

Matth. 6. v. 9.

Cornelius.

1. Reg. 1. v. 12.

Chryſoſt.

Orans nihil habet commercij cum terrâ, ſed ad Deum totus commigrat.

---

§. CCXXII.

Iniuria & probra æquanimiter tolerata, ad arcana orationis meritum è peruerſo acceptantur.

SAnctus Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 48. 1.
Dauidis patientiam in Semeï maledictionibus grataner tolerandis, ſic eloquenter expendit: Vide, inquit, quomodò humilitatem & iuſtitiam & prudentiam emerendæ à Domino gratiæ reſeruauerit. Primò dicit: Ideò maledicit mihi, quia Dominus dixit illi vt maledicat. Habes humilitatem, quia ea quæ diuinitùs imperabantor, æquanimiter quaſi ſeruulus ferenda arbitrabatur. Iterùm dixit: Ecce filius meus, qui exiuit de ventre meo, quærit animam meam. Habes iuſtitiam; ſi enim à noſtris grauiora patimur, cur indignè ferimus quæ inferuntur ab alienis? Tertio ait:

S. Ambroſ.

Semeï maledicta pro benedictione precariâ Dauid accipit.

ait: *Dimitte illum vt maledicat, quoniam dixit illi Dominus, vt videas humiliationem meam, & retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc. Nec iam ſolum conuiciantem pertulit, ſed etiam lapidantem, & ſequentem illaſum reliquit; quin etiam poſt victoriam petenti veniam, libenter ignouit. Quod eò inſerui, vt Euangelico ſpiritu ſanctum Dauid non ſolùm inoffenſum, ſed etiam gratum fuiſſe conuicianti docerem, & delectatum potiùs quàm exaſperatum iniuriis.* Itaque Dauid ſibi illatas iniurias probroſiſſimè, tamquam bonorum ſibi deprecatrices accepit; & ſæua maledicta pro benedictione precaria è diuerſo vſurpauit. Optata bona ſibi à Deo donari præſumit, velut precario alienæ maledictionis ſuffragio. Exindè poſtmodùm Semëi acerbiùs conuicianti, tamquam pro ſe beneuolè oranti, gratus extitit. Itaque ſuſpicari aliquis poſſet, quòd iniuria æquanimiter tolerata, ad arcanæ orationis meritum è peruerſo acceptatur.

Dauid peruerſo officio gratus extitit.

2. 2. Regum 16. præſcripta nuper hiſtoria explicatiùs denarratur. Nempe Dauidi Abſalomum filium fugienti Semeï petulanter inſultat, & maledictis immeritò cumulat. Indignans Abiſai, illius cædem parat ad iniuriæ defenſionem. Cui Rex ait: Dimitte eum vt maledicat iuxtà præceptum Domini: *Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hâc hodiernâ.* Seuiebat Semei linguâ maledicâ; Dauid autem intendebat quid in occulto ageret Deus. Vox maledicentis aures verberabat, & animus tolerantis inclinabat ſe ad benedictionem, tolerantiæ merito indè ſperandam. Opportunè Ambroſius in Pſalmum 37. elucidans illud: *Et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hâc. Vides*, inquit, *quòd à conuiciantibus adiuueris, vt Dominus audiat te, & peccatum tuum remittat.* quaſi iniuriæ & conuicia patienter tolerata, dum maledictis benè patientem opperiunt, peccatorum veniam exorent, & diram maledictionem in precariam benedictionem recudant. O iniurias è diuerſo auxiliares! Accedit S. Gregorius lib. 11. Moral. cap. 17. vbi præfatum locum verſans, ſic appoſitè ſcribit: *Dauid exurgentem contrà ſe filium fugiens, reduxit ad animum malum quod perpetrauit, & æquanimiter pertulit quod audiuit, & contumelioſa verba non tam conuitia, quàm adiutoria credidit, quibus ſe purgari, ſibique miſereri poſſe indicauit. Leue quippe videtur quod iniuriâ percutimur, dum in actione noſtra perſpicimus, quia peius eſt quod meremur; ſicque fit, vt contumeliis gratia magis quàm ira debeatur.* Scilicet Dauid, cui incerta & occulta diuinæ ſapientiæ manifeſta erant, conuiciatoris maledicta, *adiutoria* credidit vero rerum cenſu: indè bona ſperans, vndè credi poterat amiſſurus. Cúmque hoſtilia inimicorum maledicta, tamquam arcanæ preces amicam benedictionem deprecentur, & è peruerſo exorent; *ſic fit, vt contumeliis gratia magis quàm ira debeatur.* Quare Dauid *non ſolùm inoffenſus, ſed etiam gratus fuit conuicianti*, vt nuper ex Ambroſio notabamus.

2. Reg. 16. v. 12.

S. Ambroſ.

Iniurijs gratia potiùs quàm ira debetur, quia preces pro nobis ſunt.

S. Gregor.

3. Pſalmo 11. ſic occinit regius Vates: Qui dicunt: Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus, &c.* Pro τὸ *miſeria*, *vaſtitatem* exſcribit Aquila, *afflictionem* Symmachus: quaſi *afflictio, miſeria, vaſtitas*, & flebilis laborantium *gemitus*, Deum validè excitet, vt auxiliatem opem patienti ferat. Profectò non allegat afflictorum inculpatam vitam, virtutum facinora, ſanctitatum cumulum, & precum gratiam, vt liberationem deprecetur, ſed malorum perpeſſionem dicit Deum excitare, vt exoratus ſeruatricem manum porrigat, & calamitatem auertat. quaſi illata iniuria æquanimiter tolerata, ſit iniuriarum defenſio, & opportunæ opis valida deprecatio. ac ſi orationis, vel potiùs exorationis loco ſit ipſa calamitas, & luctuoſa malorum perpeſſio. Eleganter Chryſoſtomus ad eum Pſalmi locum, ita ſcribit: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Non enim vitam, nec virtutem, ſed malorum perpeſſionem dicit Deum excitare. Tanta res eſt ſi tibi fiat iniuria, eam ferre forti animo, tantam Deus curã gerit eorum qui afficiuntur contumelijs, maxima defenſionis loco eſt calamitas, & mala pati. Magna eſt vis eiulatus, quæ supernũ euocat auxiliũ. Timete quicumque pauperes iniuria afficitis. Habetis vos potentiam, opes, & pecuniã, & iudicum beneuolentiam; ſed habent illa arma omnium validiſſima, luctus, & eiulatus* (Adnota attentiùs quæ ſubdit verba:) *Et illud ipſum iniuriâ affici, quæ è cælis auxilium attrahunt ..... Bonum ac pium eorum animum Deus reueretur, quandò mala patientes, nullum malum proferunt, ſolùm autem gemunt, & ſua mala deplorant.* (Quod hic fecit Suſanna, patientiâ calamitatis deprecatrice) Obſerua Chryſoſtomi ſententiam, plenam acuminis, moralitatis plenam: *Illud ipſum iniuriâ affici, è cælis auxilium attrahit.* O benè: Nimirùm oratio auxilium cæleſte implorat; at *iniuriâ affici*, non modò illud expetit; ſed quaſi expetitum & exoratum, *è cælis auxilium attrahit*: ac ſi *ipſum iniuria affici*, ſit magnes diuini auxilij, & diuinæ opis pellacia potentiſſima. Exindè Dauid *non ſolùm inoffenſus, ſed etiam gratus fuit conuicianti*, quaſi optatæ opis deprecatori benefico.

Pſal. 11. v. 6.

Aquila. Symmach.

S. Chryſoſt.

Ipſum iniuriâ affici, è cælis auxiliũ attrahit.

Hic verſ. 44.

4. Matthæi 6. à Deo petere iubemur: *Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, ſcilicet debita non pecuniæ, nec reſtitutionis famæ & honoris, ſed iniuriæ nobis illatæ. τὸ *ſicut* non ſignificat regulam, vel menſuram, quam Deus in dimittendis peccatis ſequatur: plura enim debemus perimúſque dimitti nobis à Deo, quàm alij debeant nobis; *ſed cauſſam inductiuam, quæ Deum moueat ad dimittendum*, vt peritè inibi notauit Cornelius. Vnde Lucas habet: *Dimitte nobis debita noſtra, ſiquidèm & nos dimittimus debitoribus noſtris.* quaſi iniuria patienter tolerata, & condonata, ſit inductiua cauſſa veniæ. Tempeſtiuè Germanus Conſtantinopolitanus in Orat. Domin. ita fatur: *Cùm dicimus: Condona nobis peccata noſtra, ſicut & nos iis condonamus, qui nos offenderunt, certè ſi hoc faciamus, ipſe quoque nobis ita faciet. Quare cùm cuiquam remiſeris, ſi fratre remedia habere deſiueris, tum ignoſci tibi poſtulas.*

Matth. 6. v. 12.

Cornelius. Lucæ 11. v. 4.

Germanus Conſtantinopolitan.

Cùm enim remiſeris, noſce tibi poſtulas.

ſtulas. Ecce qualiter iniuria æquanimiter tolerata, tolerantem adiuuet, & ignoſci ſibi poſtulet. Hem! ſic illata iniuria, in patientiæ officinâ, in precem aut deprecationem reformatur? Eſto benè iniuriæ patiens, & eris mutus veniæ exorator, atque iniuriam reformabis in iuuamen precarium. Quare Dauid *non ſolùm inoffenſus, ſed etiam gratus fuit conuicianti. Cùm cuiquam remiſeris, ignoſci tibi poſtulas.*

5\. Paullus ad Hebræos cap. 5. ita de Chriſto ſcribit: Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, *cùm clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſuâ reuerentiâ.* Cum lacrymis orat, qui *non contentus fuit lacrymis oculorum, ſed totius corporis ſanguineis lacrymis peccata noſtra flere & lauare voluit,* ait Bernardus Serm. 3. in Domin. palm. Sed quid eſt, quòd dum Chriſtus cum lacrymis orat in cruce, exaudiri dicitur *pro ſuâ reuerentiâ*? Reuerentia hic actiuè poteſt intelligi, quâ ſcilicet Chriſtus homo Deum reueretur. Quaſi dicat: Exauditus eſt Chriſtus à Patre, quia reueritus eſt Patrem, quia reuerenter ergà Patrem per omnia ſe geſſit. Poteſt tamen paſſiuè quoque capi hic *reuerentia*, quâ Chriſtum viciſſim reueritus eſt Pater, vtpotè Filium ſuum, ait inibi Cornelius. Ceterùm noſter Mendoça in lib. 1. Reg. cap. 1. verſ. 11. acutè addubitat, quare Apoſtolus non dixerit, Chriſtum exauditum fuiſſe pro ſuâ patientiâ, quâ tot iniurias, dolores, plagas, conuicia, & diram denique mortem patibulatus ſuſtinuit? Hæc enim proculdubiò vna fuit, quæ æterni Patris iram in genus humanum ſerenauit: hæc effecit, vt Chriſti Domini preces ab æterno Patre libentiùs audirentur. Cur ergò Apoſtolus *reuerentiam* dicere maluit, quàm patientiam iniuriarum, aut iniurias patienter toleratas? Num iniuriarum patientia perindè eſt ac reuerentia? Audiendus eſt Chryſoſtomus nuper laudatus: *Illud ipſum iniuria affici, è cælis auxilium attrahit. Bonum ac pium eorum animum Deus reueretur, quando mala patientes, nullum malum proferunt, ſolùm autem gemunt.* Nimirùm iniuriarum patientes expromptè à Deo impetrant, quod precibus expetunt: nam *pium eorum animum reueretur Deus.* Vnde Chriſtus (etſi plura alia abundè ſuppetebant, ob quæ exaudiretur à Patre Deo) dicitur *exauditus pro ſua reuerentia*: nam iniuriarum æquanimiter patientium *animum reueretur Deus.* Altè quidèm Chryſoſtomus!

Ad Hebr. 5. v. 7.
S. Bernard.
Chriſti ſudor ſanguinis, ſanguinea lacryma nominatur.
Cur Chriſtus propter ſuam reuerentiam exauditus dicitur?
Cornelius.
Mendoça.
Iniuriarum patientes Deum exorant, quia illos Deus reueretur.
S. Chryſoſt. in Pſalm. 11.

6\. 1. Regum 1. Anna adeò intentiùs Deum in templo orat, vt temulenta ſit ab Heli reputata. Quam contumeliam etſi grauatè nimis Matrona tulit, exprobratori tacitè ignoſcens, pacatè illi reſpondet. *Tunc Heli ait ei: Vade in pace; & Deus Iſrael det* (alij *dabit*) *tibi petitionem tuam.* Quærunt vulgò Interpretes, quare cùm Anna dixerit, *Dominus exercituum*, Heli reſponderit, *Deus Iſrael*: Nempè vt ſignificaret celeritatem impetrandi beneficij: certitudinem porrò ſignificauit, cùm dixit, *Dabit.* Has orationi Matronæ vires, Iniuriarum venia fœnerauit.

1\. Reg. 1. v. 17.
Venia inimicorum, energia orationis eſt.

§. CCXXIII.

Luctuoſa miſeria orantis, arcanus exorandi vigor eſt.

SAnctus Auguſtinus exponens illud Pſalmi, *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant,* ita de Oratione quam expreſſit afflictio, & quæ lacrymas expreſſit, eleganter ſcribit: *Montes ſuperbierant, iactabant ſe, non eos tetigerat Deus; tangit illos, & fumigabunt. Quid eſt, fumigare montes? Precem Domino reddere. Ecce magni montes, ſuperbi, montes ingentes non rogabunt Dominum: ſe rogari volebant, & ſuperiorem non rogabant. Quis enim potens, & tumidus, & ſuperbus in terrâ, qui dignetur humiliter rogare Deum? De impijs loquor, non de cedris Libani, quas plantauit Dominus. Impius quilibet, & infelix anima rogare Deum neſcit, & vult ſe rogari ab omnibus. Mons eſt, opus eſt vt tangat illum Deus, & fumiget: quandò cœperit fumigare, dabit Deo precem, tamquam ſacrificium cordis. Fumigat ad Deum, deindè tundit pectus. Incipit & flere, quia & fumus excutit lacrymas. Qui tangit montes & fumigabunt.* Tacti a Deo montes, dum ærumnas inſolenter præſentiunt, *precem Domino reddunt*, *fumi* nomine expreſſam: nam *incipiunt flere, quia & fumus excutit lacrymas*, quibus animata oratio vim certò impetrandi fœneratur. Afflictorum preces deprecationem oppignerant. Fletus orantis, emphaſis impetrationis eſt. 1.

Pſalm. 103. v. 32.
S. Auguſtin.
Affliguntur ſuperbi, vt de flebili oratione feliciùs impetrent.

S. Iacobus in ſua epiſt. Canonica cap. 5. inter alias ſententias, quas ſparſim iactat, hanc ſalubriter pronunciat: *Triſtatur aliquis veſtrum? oret.* Græcè κακοπαθεῖ, id eſt, patitur, vexatur, affligitur, & afflictione calamitosè vexatus, flebilis opplorat; indè captet opportunam orandi occaſionem: nam afflicti oratio, vim impetrationis à lacrymis mutuatur. Quaſi dicat Apoſtolus: Cùm calamitate triſtaris, noli captare ſolatia ab amicis, ab epulis, à muſicis, à fabulis, ſed ab oratione & colloquio cum Deo, qui triſtitiæ & lacrymarum cauſſam auertet. Ne labi permittas orandi cum fletu occaſionem. S. Auguſtinus Epiſt. 121. ad Probam, cap. 10. Ita ſcribit: *Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. Multum autem precari eſt eum, quem precamur, diuturnâ cordis excitatione pulſare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agitur, plus fletu quàm afflatu.* Scilicet multa in oratione precatio non conſiſtit in diuturno precum multiloquio: quia orationis & deprecationis negotium, plus *gemitibus* quàm ſermonibus agitur, *plus fletu quàm afflatu.* Sic tragicum Suſanna negotium abſoluit *plus fletu quàm afflatu: quæ flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino..... Exaudiuit autem Dominus vocem eius.* Gemituum ſuffragio potenter oratio commendatur. O preces à fletu feliciter victrices! 2.

Iacobi 5. v. 13.
S. Auguſt.
Negotium orationis plus fletu quàm afflatu agitur.
Hic verſ. 35. & 44.

Siracides Eccleſiaſtici 35. hanc gnomen de oratione proponit: *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur,* 3.

Eccli. 35. v. 21.

ſolabitur, & nō diſcedet donec aſpiciat Altiſſimus. Mira eſt vis humilis & humilitatis: dum enim ipſe orãs ſe coràm Deo deprimit, & in abyſſum ſuæ vilitatis deſcendit; tunc aſcendit eius oratio vſque ad nubes, imò eas penetrat & tranſcendit: nec eo contenta, *donec* ad ſolium Dei *propinquet*, *non conſolabitur*, id eſt, vt alij vertunt, *non admittet conſolationem.* Denique à Deo *non diſcedet*, *donec Altiſſimus aſpiciat*, & concedat id quod poſtulat. Eſt metalepſis in verbo *aſpiciat*, & *non conſolabitur.* Afflicti enim, dum orantes conſolationem non accipiunt, non ceſſant orare, & fletu ac gemitibus clamare, donec eam percipiant: vndè *non conſolari*, idem eſt quod non ceſſare, inceſſanter inſtare, donec feliciter impetrent, quod mœrentes poſtulabant. Expenſione autem digniſſimum eſt, quòd orans ſiue oratio, triſtis aut mœrens dicitur, donec inceſſanter inſtando, impetratione *conſoletur.* Profundè quidèm omnis rei petitæ impetratio, *conſolatio* dicitur; quaſi omnis oratio, quæ rem petitam exorat, quouſque illam impetret, triſtis, lugubris, & mœſta ſit; quæ tandem lætâ impetratione *conſolatur.* Porrò orationis *negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agitur, plus fletu quam afflatu.* Oratio autem quia *gemitibus* & fletu conſtat, dum quod orabat, exorat; *conſolari* perhibetur. Conſolari enim, niſi qui mœſtus eſt, non poterit. Quare niſi triſtis & calamitoſus, vix admittitur ad orantis elogium.

Cornel. ibi.

Quorundam Tranſl.

Niſi triſtis & mœſtus vix admittitur ad orantis elogium.

Impetratio emphaticè dicitur conſolatio.

4\. Regius vates Pſalmo 141. ita pangit: Voce meâ ad Dominum clamaui, voce meâ ad Dominum deprecatus ſum. *Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam antè ipſum pronuncio.* Quid eſt, quòd Dauid ſæuis calamitatibus penè obrutus, Deum precibus aduocans auxiliatem, & *voce* ſuâ orare, & *clamare*, & quidèm *ad Dominum clamare* dicitur? Reſpondet Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium: *Non enim omnes voce clamant, nec ad Deum, nec propriâ. Oportet autem hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersùs inimicos, non edit vocem hominis, ſed feræ & ſerpentis. Qui eſt negligens, & non audit quæ dicit, non clamat ad Deum, ſed temerè ac fruſtrà loquitur. Qui mentem non excitat, etſi valdè vociferetur, hic rurſùs non clamat.* Tria hæc in hâc oratione Propheta ſe præſtare ſpondet, aiens: Effundo in conſpectu eius orationem meam. Sed quid eſt, quod addit: *Et tribulationem meam antè ipſum pronuncio?* Quæ verba in præſcripta Græcorum Patrum Catenâ, ſic idem Chryſoſtomus elucidat: *Hic eſt enim fructus afflictionis: duo enim habet hæc commoda: vnum quidèm, quòd ſtudioſiores faciat & attentiores; alterum autem, quòd ea quoque iuſta ſit cauſſa vt audiamur. Non enim dixit, Iuſtitiam meam, ſed, Tribulationem meam ante ipſum pronuncio: nempè quòd ea non parum illi afferat patrocinium.* Ecce tibi Prophetæ oratio flebili calamitate concinnatur, & ad Deo placendi gratiam, & ad impetrationis *patrocinium.* Vnde ſupplex Dauid non allegat in ſuis precibus, obſequia Deo hactenùs exhibita, virtutis ſtudium, quo eximiè præcellebat, & ceteras inculpatæ vitæ ſanctitates omnibus aſpectabiles: *Non enim dixit: Iuſtitiam meam, ſed tribulationem meam ante ipſum pronuncio.* quaſi in iuſtorum oratione, propè muta ſit orantis iuſtitia, virtus, innocentia, ſanctitas, & clamosè vocalis *tribulatio.* Taceant ſanctitates reliquæ, ſileant virtutum facinora, & eximia rectò merita ſileant, dum in precibus anxia luctuosè *tribulatio pronunciatur.* Ille, ille inquam, verè *clamat*, & *ad Deum clamat*, & *voce ſua clamat*, qui in oratione *tribulationem ſuam ante Deum pronunciat*: tribulationis enim *patrocinio* ſecura impetrationis accedit. Quod hic in Suſannæ oratione cernere licet.

Pſalm. 141. v. 3.

S. Chryſoſt. Corderius.

Quid ſit voce propriâ in oratione clamare?

S. Chryſoſt.

In oratione validum eſt tribulationis patrocinium.

Hîc ver. 44.

5\. Pergit adhuc purpuratus Propheta Pſalmo 11. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.* Non hic moraborBaſilium, qui inter *pauperes* & *inopes* diſcrimen aſſignat: illorum enim nomine ærumnoſus, & miſerè calamitoſus quiſque ſignificatur. Vndè Aquila vertit: *A vaſtitate pauperum, à ploratu inopum, &c* & Symmachus reddit: *Propter afflictionem inopum, propter ploratum pauperum, nunc exurgam.* Itaque afflictio, miſeria, vaſtitas, & gemitus in cauſſa ſunt, vt Deus exurgat, & illis auxiliarem opem abundè ferat. τὸ *exurgam*, ſingulariter exponit Euſebius Cæſar. in Græcorum Patrum Catena: *Qui propter me*, inquit, *egeni & pauperes ſpiritu facti ſunt, ingemiſcunt ſemper, ſeſe humiliantes: propter ipſos igitur reſurgam omnibus hominibus.* Luculentiùs & ad litteram, & ad rem præſentem inibi Cyrillus: *Exurrecturum ſe dixit, non ſicut corporis reſurrectionem, aut ſuſcitationem dicimus, ſed quale eſt annuere, cùm quis ſeruatricem manum laborantibus præbet.* Nempe quaſi labores ac gemitus afflictorum vocales ſint, illis Deus *annuit*, & ſeruatricē manum deprecatus porrigit. Accommodatiùs Chryſoſtomus ad eum Pſalmi locum, ita ſcribit: *Pauperum patientia, pauperum, inquam; eorum qui ſunt contriti corde; eſt, quòd malè patiuntur, defenſio. Non enim vitam vel virtutem, ſed malorum perpeſſionem dicit Deum excitare. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* Et ſententiosè addit: *Bonum ac pium eorum animum Deus reueretur, quando mala patientes nullum malum verbum proferunt; ſolùm autem gemunt, & ſua mala deplorant.* Appoſite dicit Chryſoſtomus *non vitam vel, virtutem, ſed malorum perpeſſionem Deum excitare*, vt contritis corde *annuat*, & eorum vota ſtudioſiùs & cumulatiùs impleat. Scilicet *vitæ* ſanctitas, & *virtutum* eminentia eſſe ſolitat impetrationis vigor: at vbi miſeria & gemitus adſunt auxiliares, flebili miſeriæ exoratio ſumptuoſiùs adſcribitur. Addit quòd eiuſmodi deprecatricem miſeriarum patientiam Deus *reueretur.* Quod aliàs forſan expendemus: ſat eſto hic adnotaſſe verbi emphaſim, ſilentio minimè intermittendam.

Pſal. 11. v. 6.

S. Baſilius.

Aquila.

Symmach.

Nam propter gemitũ egenorum exurgit Chriſtus

Euſebius

S. Cyrillus Alexandr.

Non vitam virtutis eminentia ſed miſeria tur deprecatrix.

S. Chry.

Deus reueretur patientiam mutam.

6\. Tobiæ 3. Sara Raguelis filia, auditâ petulantis ancillæ contumeliâ, perrexit in ſuperius cubiculum domûs ſuæ, & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit: *Sed in oratione perſiſtens cum lacrymis deprecabatur Deum.* Hanc Saræ orationem lacrymis madidam, & cæleſtis miſericordiæ

Tobiæ 3. v. 11.

Oratio pinguescit, quã macies ieiunij paſcit.

cordiæ bibulam, ſic ibi Stephanus Cantuarienſis apud Tilmani Allegorias, elucidat: *In ſuperiori mentis noſtræ debemus orare. Chriſtus* Steph. Cant. *in monte orat, Daniel in cœnaculo: Elias & Eliſæus habent cœnacula, & Chriſtus in cœnaculo Paſcha celebrat. Et tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit. Sola oratio pingueſcit, quam macies corporis paſcit.* Bella ſententia ad precarij ieiunij commendationem. Sed attende verbis quæ ad rem præ- Oratio cum lacrymis Deũ cogit. ſentem opportunè ſubdit: *In oratione perſiſtens, cum lacrymis deprecabatur Dominum. Oratio Deum lenit, lacryma cogit. Hæc vngit, illa pungit. Vnde non deſpicies preces pupilli, & viduam, ſi effundat loquelam, cum gemitu.* Oratio cum lacrymis Deum cogit vt precibus annuat? O quàm multa pauciſſimis abbreuiauit!

§. CCXXIV.

Humilitas orationis vigor eſt, & impetrationis energia.

1.
35. v.21. ITa ſanè: Humilitas orationis vigor eſt, & impetrationis energia. *Oratio humiliantis ſe,* (ait Siracides) *nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec aſpiciat Altiſſimus.* quod exilitati & ſubtilitati precum humilium eloquenter his verbis attribuit Paullinus epiſt. 10. ad Seue- Matth. 19. v.24. rum, adludens ad illud Chriſti Matthæi 19. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Pu-* Paullinus. *blicanus*, ait, *in corde detrito ſeipſum accuſans Deo, & pectus afflictum crebrâ manu tundens, & oculos conſcientiæ pudore depreſſos in cælum* Oratio humilis ob ſubtilitatem, cælos penetrare valet. *leuare non audens, iniquitate illâ vitiorum, dorſo cameli æmula, ita ſe in humilitatem debitam ſtrinxit, & reſipiſcentis animæ complanatione direxit, vt ſe foramini acûs, hoc eſt, viæ verbi vel crucis, quæ arcto tramite ducit ad vitam, diuinarum aurium penetrator inſereret. Oratio* enim, inquit, *humiliantis ſe nubes penetrat, quà contra ille iactantiæ ſuæ ſpiritu diues Phariſæus, qui imputatione operum debitorum, quia ex lege operandi debitor erat; tamen quaſi voluntaria feciſſet ſuprà debitum, prædicator ſui, accuſator alieni, qui conueniret magis Deum quàm rogaret, intrare non potuit: quia ſuffarcinatos arcta non capiunt. Nec poterat eò recipi arcta iactantia, quo ſe humilitas anguſtia collegit, & anguſtia anguſtior contriti exilitate penetrauit.* Subtiliter æquè ac eloquenter de more Paullinus: nam oratio humilis, eſt exilis & ſubtilis: inde ob ſubtilitatem ab hu- Hic verſ. 44. militate fœneratam, cælos, & omnia penetrare eualet. eualuit & Suſannæ oratio humilis.

2. Regius Vates Pſalmo 114. ſic pangit: Di- Pſalm. 114. v.1. lexi, quoniam exaudiet Dominus vocem S. Baſilius. orationis meæ. *Quia inclinauit aurem ſuam mihi.* Quam ſententiam ſic inibi Baſilius exponit: *Quorsùm vero Deus loquenti aurem inclinabat, niſi vt faceret quod facere ſolemus ergà eos qui ſubmiſſè loquuntur, propè admouendo aures, vt ex propinquo ſenſu audiamus id quod quis loquitur.* Hoc autem facit Deus, non vt

ſuam audiendi difficultatem, ſed vt noſtram loquendi in oratione infirmitatem prodat. Vix enim muſſitamus, & vota noſtra Deo expedimus. Quare piiſſimus Deus imbecillo homini, & loqui præ debilitate altiùs non valenti, ſe inclinat, vt ſubmiſſas, & ægrè expreſſas eius preces proxima aure beneuolentiùs captet, & citiùs expediat. Luculentiùs ad rem inibi Hieronymus rationem reddit cur oranti Deus aurem ſuam *inclinare* dica- S. Hieron. tur. *Quoniam*, inquit, *nos parui ſumus & humiles, & non poſſumus nos extendere & exaltare; propterea Dominus inclinauit aurem ſuam, & dignatur exaudire nos.* Ecce tibi cur Deus Ad orationem humilium ſe Deus inclinat. quare? dicatur inclinare aurem ſuam orationi humilium; quia ſcilicet humiles ſuæ puſillitatis benè conſcij, ſe *non poſſunt extendere & exaltare*; ideò altiſſimus Deus ſe illorum precibus inclinat & demittit, ne non illas vnquam exaudiat. Hieronymo annuit Heracleota in Commentario Græcorum Patrum: *Illud au-* Heracleota. *tem Inclinauit, dixit, quia humi proſtrato per clementiam condeſcendit Deus.* Adteſtatur Ori- Origenes. genes in eorundem Catena: *Quandoquidem orantes minimè valemus noſmetipſos ad Deum extendere* (præ humilitate inquam) *ipſemet aurem ſuam ad nos inclinat, nobiſque appropinquat.* Sic ſe Deus ad humilium orationem inclinat arcano deprecationis condeſcenſu!

Matthæi 11. hoc Chriſtianum parado- 3.
xon à Chriſto Deo conctis proponitur: *Re-* Matth. 11. v.12. *gnum cælorum vim patitur* (Syrus *cum violen-* Syrus. *tia accipitur*) *& violenti rapiunt illud.* Scilicet regnum cælorum vim patitur, quia proprium eſt Angelorum, vtporè cæleſtium ſpirituum. Vis ergò illi quaſi fit, cùm à terrenis hominibus inuaditur, vti olim à gigantibus inuaſum fuiſſe fabulantur Poëtæ. Quæ autem ſit iſta violentia, & quâ vi inferatur, non conuenit inter Expoſitores. Eleganter Ambroſius Serm. 5. *Vim*, inquit, S. Ambroſ. *fecimus Domino, non compellendo, ſed flendo; non prouocando iniuriis, ſed lacrymis exorando: non blaſphemando per ſuperbiam ſed per Humilitatem mœrendo. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur. Beata, inquam, violentia, quæ vim* Humilis oratio cælum inuadit, & opulentè diripit. *patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti*, &c. Multa ſubdit & ſubtiliter & eleganter Ambroſius, qui flebili orationi, & orationis humilitati hanc vim, qua cælum inuaditur, videtur adſcribere. Accommodatiùs æquè ac luculentiùs S. Bernardus S. Bernard. Serm. de quatuor modis orandi: *Regnum*, inquit, *cælorum vim patitur: vim faciebat Publicanus ille, qui dum non auderet oculos ad cælum leuare, ipſum cælum ad ſe potuit inclinare.* Scilicet humilis oratio, quæ erubeſcit oculos ad cælum leuare; cælum inclinat, cælum inuadit, & cæli gazas diripit vi Deo gratiſſimâ.

Geneſeos 18. cum illo principe Angelo 4.
vices Dei gerente, demiſſis precibus ſupplex Geneſ. 18. v.27. Abrahamus decertat. Reſpondénſque Abraham, ait: *Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.* Hebræa ad ver- Hebræus. bum habent: *Cupio* vel *geſtio loqui ad Dominum, tametſi ſim puluis & cinis, ſcilicet viliſ-*

Vatablus. *ſimus & abiectiſſimus*, ita Vatablus. Hinc diſcat homo humanam orationem humilitate concinnare, & ad placendi gratiam, & ad impetrationis energiam. Eleganter Baſilius Seleucienſis Orat. 28. *Quando Abraham*, inquit, *ſuo illud ſermoni prætexuit: Sum puluis & cinis, tunc natura agnitione, natura terminos eſt meritò ſupergreſſus*. Itaque cùm geſtit Abrahamus impetrare quod rogat, humilitatis vigore preces adipat, & ſuæ naturæ abiectiſſimam vilitatem profeſſus, *natura terminos eſt meritò ſupergreſſus*, vltrà humanum faſtum piè audax, & rei negatæ impetrator arcanus. Nam licet deprecatus non ſit Sodomorum excidium, ob exiguum, & penè nullum iuſtorum numerum; Loti tamen nepotis, & eius familiæ ſoſpitatem, quam diſſimulanter petebat, feliciter impetrauit, ne humilis orationis vota Deus refutaret. Grande quidèm humilium precum elogium eſt, quòd *natura terminos meritò ſupergredi* perhibentur.

Humilis oratio naturæ terminos ſupergreditur. S. Baſil. Sel.

5. Matthæi 18. Phariſæus aſcendit in templum orare, aſcendit & Publicanus. Phariſæus ſe potiùs laudat, & alium vituperat, quàm precatur. *Et Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico enim vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.* Phariſæus de oratione vacuus rediit, ambitione ſua plenus. Publicanus verò qui in oratione exinaniuit ſeipſum, plenam retulit gratiam. Pulchrè Baſilius Seleuciæ Epiſcopus Orat. 35. elucidans illa verba, *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo*, ait, *Inuerſus eſt ordo, apparuit Publicanus iuſto Phariſæo iuſtior, idque iuſti iudicis iudicio. Commutata rerum eſt natura: in altum faſtu elatus deiicitur, ad ima vergens per ſententiam erigitur. O Publicanum clementiæ mercatorem! O Publicanum, qui de portu felicitatis rectè vectigal petit! ô peccatorem, qui ad libertatem peccatoribus viam aperuit! Docuiſti vectigalium redemptionem iuſtitia valentiorem: non deſiiſti vectigal poſcere, dum Chriſtum ipſum vectigalem feciſti.* O bellè! Nimitùm humilis Publicani oratio, Chriſtum non inuenit *vectigalem*, ſed fecit; qui humilium precum faſtus eſt. Superba Phariſæi oratio Phariſaico ſupercilio arrogantèr tumens, impetrationem dum imputar, refutat, ſua inanitate pleniſſima: demiſſæ autem Publicani preces, humilitatis arbitrio ſic vltrà humanum faſtigium inualeſcunt, vt *naturæ terminos meritò ſupergreſſæ*, Deum ſibi reddiderint vectigalem quaſi humiliom orationi pendat ipſe Chriſtus tributa.

Matth. 18. v. 13. & 14. S. Baſil. Sel. *Humilis oratio Chriſtum ipſum vectigalem facit.*

6. Pſalmo 36. hanc benè orandi gnomen rex Propheta proponit: *Subditus eſto Domino, & ora eum.* Obſequium morigerum, quo quis ſe per omnia legum iugo ſubdat, prærequiſiuit orationi Pſalmographus exigit. Pro *vi ſubditus eſto Domino*, in Hebræo eſt, *Sile Domino*: quod Aquila vertit, *Tace Domino, & expecta eum*, quemadmodùm ferè Hieronymus eriam vertit, ſic & Apollinarius in Catena. Quid eſt, *Sile Domino, & ora eum.* Linguam præpedit, & vocem expetit? Vel orationis ſilentium linguarum eſt, & vocalis taciturnitas? S. Ambroſius in eum locum: *Eſto*, inquit, *ſubditus, hoc eſt, proximus Chriſto*. Hem! *proximus* eſt Chriſto, qui illi *ſubiectus* eſt? O arcana de ſubiectione propinquitas! Verùm Hugo Victorinus in Annotationibus in præſcriptum Pſalmum, ſic appoſitè ad rem præfata verba elucidat: *Quid eſt*, inquit, *aliud Deum orare, niſi mente humili atque deuota ad eius miſericordiam ſemper reſpicere? Propterea enim non dixit tibi: Ora eum hoc, ſiue illud; ſed tantum, Ora eum; quia nihil aliud à te, quàm affectum bonum exigit: quia tuam neceſſitatem, etiam te non loquente, cognoſcit. Cum ergò oras, quem petas potius, quam quid petas cogitare tibi dulce ſit.* Addit inibi: *Ille Deo ſubiectus eſſe renuit, qui aliquid de ſuâ virtute poſſe præſumit.* Et rurſùs: *Et ora eum, vt ſubditus Deo ſit, de te non præſumendo; & ores, eius auxilium expetendo, &c.* Nempè qui Deum ſupplex orat, nihil de ſe poſſe *præſumendo*; ſed *ſubiectus* Deo, id eſt, *mente humili*; eiuſmodi humili ſubiectione orans, quiduis petere audax piè præſumat: *Propterea enim non dixit tibi: Ora eum hoc, ſiue illud; ſed tantum, Ora eum.* Quid non exoret: qui nihil de ſe poſſe, *præſumendo, mente humili* Deum orat? Immetata eſt precatia ſic orantis omnipotentia. Qui ſic Deum orat, *quem petat potius, quàm quid petat, cogitet*. Porrò qui ita precatur, ſe vacuus de humilitare, & indè Deo plenus; *proximus Chriſto* dicitur; & *ſilendo* orare, & vel *tacendo* exorare perhibetur. Profundè ergò dixit regius Propheta *Subditus eſto Domino* (*mente humili*,) *& ora eum*: nihil enim eſt tam ſublime, arduum, & vltrà humanas vires, quod iſtiuſmodi oratio piè audax non præſumat. Porrò demiſſa orantis humilitas, eſt orationis vigor, & impetrationis energia; qui eſt huius §. labor.

Pſalm. 36. v. 7. Hebræus. Aquila. S. Hieron. Apollinar. *Subditus Deo, proximus illi dicitur.* S. Ambroſ. Hugo Vict. *Qui mente humili orat, nō quid oret, ſed quē oret, audacter exorat.*

§. CCXXV.

Bonorum operum cum Oratione nexus indiuiduus.

1. Iſaias cap. 58. poſt recenſita plura virtutum opera, tempeſtiuè ſubdit: *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adſum.* Ex hoc loco S. Cyprianus Tract. de Orat. Dominica, docet Deum non audire orationes, niſi coniunctas operationibus: *Adeſſe*, inquit, *ſe promittit Dominus, & audire ac protegere ſe eos dicit, qui iniuſtitiæ nodos de corde ſoluentes; & eleemoſynas circa domeſticos Dei, ſecundùm eius præcepta facientes, dum audiunt quod Deus præcipit fieri, ipſi quoque à Deo merentur audiri.* Et præſcripſerat paullò antè: *Orantes non infructuoſis, nec nudis precibus ad Deum veniant: inefficax petitio eſt, cum precatur Deum ſterilis oratio. Nam cùm omnis arbor non faciens fructum excidatur, & in ignem mittatur; vtique & ſermo non habens fructum, promereri Deum non poteſt, qui nulla eſt operatione fœcundus.* Plura ibi eruditè & eloquenter de more Cyprianos. Ergò fœcunditas tot bonorum operum in Suſannâ, mirum non eſt quòd dum orat, non modò Dei audientiam, ſed propè obedientiam

Iſaiæ 58. v. 9. S. Cyprian. *Oratio operum fœcunda, exprompè auditur à Deo.* Hic verſ. 44.

obedientiam inuenerit: inueniétque quiſquis preces operibus adipat.

2. Matthæi 6. hæc orationis formula præſcribitur à Chriſto Deo: Sic ergò, inquit, vos orabitis: *Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum.* Scilicet vel exordium orationis crebrò iterandæ à fidelibus bonis operibus vacuum non patitur Chriſtus. Ipſum itaque orationis initium probis operationibus auſpicatur. Quod in τὸ *Pater noſter* tranſlucere, perbellè diſſerit Germanus Conſtantinopolitanus in Orationem Domin. ſic fatus: *Pater noſter, &c. Quod ſi voluntatem eius facimus, Pater noſter eſt: ſin minùs; cuius opus exequimur, is pater eſt..... Túne, ò homo, Deum patrem tuum appellas? Rectè dicis: is enim omnium noſtrum Pater, & creator eſt: verùm ea opera feſtinanter exequere, quæ Patri tuo grata ſunt. Quòd ſi mala opera facis, haud dubiè Diabolum patrem inuocas; hic enim malorum præfectus eſt.* Scilicèt qui vel in exordio orationis præſumit Deum appellare Patrem, opera filij Dei, à ſe debet exigere, ne auguſtum nomen re nominis vacuum præſumat. Vocabuli priuilegio potiri, nec rem vocabuli operum filiatione implere, phantaſia nominis eſt. Ergò prælustre vocabulum, quod Deum audet appellare Patrem, bonorum operum cenſus eſt, cui, qui orationem inchoat, Deum appellando *Patrem*, vectigalis efficitur. Idipſum idem inibi Germanus Conſtant. comprobat ex ex ſubſcriptis verbis, *Sanctificetur nomẽ tuum*, ita ſingulariter fatus: *Nomen intellige filij Dei, quod ſuper nos inuocatum eſt. Siquidem Chriſtus eſt, noſque Chriſtiani..... Age verò: an Deus Sanctus non eſt? Certè Sanctus eſt, ſed hoc dicit: In me ſanctificetur nomen tuum, vt homines Opera mea videant, & te, qui Pater & creator meus es, glorificent.* Profundè quidèm Germanus.

Matth. 6. v. 9.

Germanus Conſtant. Cùm Deum appellamus Patrem, bona filiorum opera profitemur.

Germanus Conſtant. Per bona opera noſtra nomen Dei ſanctificari petimus.

3. Canticorum 2. hæc cæleſtis ſponſi ad ſponſam vox auditur: *Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Mirum ſanè (obſeruat inibi noſter Sanctius) quòd *faciem* illam *decoram* appellat, quam eſſe *nigram* ſponſa ipſa fatetur; & *vocem dulcem*, quâ tamen nihil videtur eſſe potuiſſe magis abſonum, ruſticum, & inconditum, cùm ſponſum inurbanè repulerit. Reſpondet ibi laudatus Auctor: *Dicendum iuxtà ſacræ Scripturæ conſuetudinem, faciem decoram videri, quia breui futurum eſt, ſponſi liberalitate, vt pulchra ſit.* Sic animæ pulchritudo caret tempore, vel potiùs tempora anticipat, vt quæ fœdè nigra ſit, & incondita voce abſurda, & facie pulchrâ, & ſuaui voce aſpectabilis dicatur, quia id poſteà futurum erit? Præſentia mala non dicitur videre Deus, quibus futura bona ſuccedunt? Ceterùm tempeſtiuè Chaldæus Paraphraſtes ad morales ſenſus deflectit ſententiam, ſic locum excribens & exponens: *Oſtende mihi aſpectum tuum, & opera tua recta; fac me audire vocem tuam: quoniam vox tua ſuauis eſt in Oratione, & aſpectus tuus pulcher in operibus bonis.* Nimirùm eſto, nigra ſit ſponſa atque deformis, & abſurda voce inſuauis; eius tamen vox in Oratione ſuauis eſt & grata, ſi operibus bonis faciei pulchritudinem aſciſcat. Itaque puellæ venuſtas & præcipua pulchritudo in facie prænitet: pulchra autem iuſtorum facies operibus bonis concinnatur, & conſtat, à quibus orationis vox placendi gratiam, & impetrandi energiam fœnerat. Altè quidèm dicitur, quòd *facies decora bonis operibus* conſtat. Profectò in Oratione *vox dulcis* erit Deo, ſi *facies bonis operibus decora* fuerit.

Cantic. 2. 14.

Sanctius ibi n. 65.

Pulchra dicitur, quæ deformis cùm ſit, pulchra erit.

In Oratione vox dulcis eſt, ſi fuerit facies bonis operibus decora.

Chaldæus.

Pulchra facies iuſtorū, bonis operibus conſtat.

P. Didac. Celada in Suſannam.

4. 1. ad Timotheum 2. ita ſcribit Paullus: *Volo ergò viros orare in omni loco, leuantes puras manus.* Græca habent, *ſanctas*; Tertullianus, *innocuas*. manus ſcilicet ſeruando vacuas ira, diſceptatione, pugnis, rapina, auaritiâ, turpitudine: ac per eleemoſynas, & reliqua pia virtutum opera, eas ſanctificando. Vndè Auguſtinus Serm. 93. de tempore: *In manibus*, ait, *opera debemus accipere: ſi ergò talia ſint opera, vt ea poſſis in altum in conſpectu Domini leuare, potes etiam & tu in te ipſo aduerſarios tuos excludere.* Heu! quale eſt, ablutis nitidè manibus, & operibus ſqualidè ſordidis Deum orare? Appoſitè Anſelmus ad eum Paulli locum: *Leuantes puras manus, &c. Orent*, inquit, *leuantes ad cæleſtia, non deprimentes ad terrena manus puras à peccatorum ſordibus: ne enim confundantur manus ad Deum leuata, debent & à peccatis eſſe pura, & in omnibus Operibus exercitata.* Hactenùs Anſelmus ab Auguſtino edoctus, qui ſuper Pſalmo 62. ita ad rem eleganter ſcribit: *Leuemus & nos manus noſtras ad Deum in prece, & non confundentur manus noſtra leuata ad Deum, ſi ſe exerceant in bonis Operibus. Quid enim facit qui leuat manus? Apoſtolus enim dicit, Leuantes puras manus, vt cùm leuas manus tuas ad Deum, veniant tibi in mentem Opera tua. Ipſas manus cogita in bonis Operibus exercere, ne erubeſcant leuari ad Deum.* Itaque manus in oratione ad Deum leuatæ, niſi de bonorum Operum actuoſa fœcunditate ſplendeant, planè *erubeſcunt*, & præ verecundia *confunduntur*. Phariſaica manuum mundities eſt, non Chriſtiana, quæ manuum nitore, & Operum ſordeſcit ſqualore. Oratio operibus viduata meritò *erubeſcit*, & dignè *confunditur*.

1. ad Tim. 2. v. 8.

Græcus.

Tertullian. Apolog. cap. 30.

S. Auguſt.

S. Anſelm.

S. Auguſt.

Oratio operibus viduata, erubeſcit, & confunditur.

Canticorum 4. ſic cæleſtis ſponſus ſponſam alloquitur: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Veſtimentis deſignari opera, docet hic S. Thomas & Beda. Quare Iob 29. ſcribitur: *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento.* Dicuntur autem hæc veſtimenta olere thus, quia procedũt ex eo, quod quis in oratione concepit; nam perfectorum opera partus quidã orationis ſunt; vel potius ſanctum opus, oratio quædam eſt ad Deum, quia ad eum non minùs clamat quàm oratio. Moraliſſimè inibi S. Gregorius: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Quid*, inquit, *per veſtimenta hæc, niſi ſancta opera deſignantur, quibus præcedentium malorum turpitudo operitur, ne videatur? Thus verò per ſignificationem pro oratione ponitur*, &c. Vndè concludit. *Benè igitur odor veſtimentorum eius ſicut thuris eſſe perhibetur: quia in omnibus Operibus ſuis Orat.* Vide bonorum Operum cum Oratione nexum, identitatem potiùs dixeris indiuiduam, cùm ipſa opera orare dicantur. Scilicet bonorum operum matrix, oratio eſt. Rurſùs bona opera ſic ſunt 5.

Cantic. 4. v. 11.

S. Thomas.

Beda.

Iob 29. v. 14.

S. Gregor.

Iuſtus omnibus operibus ſuis orat.

orationis bibula, vt oratio operibus implorata, velut vocalia reddat opera, & arcanè precaria: *quia* Iuſtus *in omnibus operibus ſuis orat*. Ad id comprobandum aduocat Sanctius

Sanctius. Lucæ 18.v.1. Beda. Gloſſa. Eccli. 18. v.2. ad Epheſ.6. v.18. 1. ad Theſſ. 5.v.17.

nuper allegatus, illud Lucæ 18. *Oportet ſemper orare.* Vbi Beda: *Semper orat, qui ſemper ſecundùm Deum operatur.* Et Gloſſa: *Semper orat, qui ſemper benè agit.* Sic etiam dixit Siracides Eccleſiaſtici 18. *Non impediaris orare ſemper.* Et Apoſtolus ad Epheſios 6. *Orantes omni tempore.* Et 1. ad Theſſal. 5. *Sine intermiſſione orate.* Conſule indidèm Commentatores, præcipuè Cornelium.

6. Pſalm.33. v.16.

Pſalmo 33. ſic regius Propheta pangit: *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.* Quid eſt, quòd ad iuſtorum orationem audiendam, oculos etiam illis intentos Deus habere dicitur? An ad hominum preces non modò auritus, ſed & oculatus eſt Deus? Græci Patres in Commentario Corderij, ſic difficultatem declinant: *Oculos autem hic non ſimpliciter appellat vim videndi, ſed illam quæ ad benefaciendum ac prouidendum ſpectat.*

Græci Patr.

Adludit Saluianus Maſſilienſis lib. 2. de Prouidentia: *In oculis*, inquit, *affectus reſpicientis oſtenditur; in auribus ſemper exaudientis largitas demonſtratur.* Itaque per oculos vis Dei benefica, ſeu beneuolus eius ergà orantes *affectus* deſignatur.

Saluianus. *Ad preces nō ſolum auritus, ſed & oculatus eſt Deus. quare*

Profundè S. Baſilius Magnus in Catenâ ibi, ſic locum ad rem exponit: *Hic autem curam quæ preces ſuſcipit, oculos vocauit & aures. Oculi ergò Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Quoniam omnis iuſti actio digna eſt vt à Deo conſideretur; & omne verbum, &c. Idcircò hic ſermo dicit, iuſtum continuò & videri, & audiri.* Itaque Dei cura quæ orationem ſuſcipit, oculus vocatur & auris: porrò auris vocem orantis audit; oculus verò videt actionem benè operantis, quæ etiam ad Dei oculos clamat, non minùs quàm precantis vox. Nimirùm iuſtorum oratio, oculorum & aurium Dei negotium eſt. Nemo, nemo, inquam, putet ſolùm Dei auribus excipi orationem; auriti ſunt etiam diuini oculi ad clamorem bonorum operum. Vnde rem orationis peragi Dei oculis & auribus Propheta teſtatur.

S.Baſilius.

S. Baſilij expoſitionem inibi Agellius his verbis clarat: *Quia eiuſmodi homines cùm orant, non nudis precibus plerumque agunt, ſed orationem ſuam bonis operibus commendant, in eâ bona opera precibus adiuncta coniecti ſunt oculi Domini, quia hæc intuetur & videt, ad preces etiam eius aures patent.* Huius bonorum operum cum oratione nexum adſtruere, huius §. labor eſt. Surdæ ſunt Dei aures ad preces, quæ Deum bonis operibus non inoculant ad aſpectum? O quàm perſpicaciter Deum ad audientiam inculcauit Suſanna!

Agellius.

§. CCXXVI.

Non ad caduca terræ bona oratio hiat; ſed ad cæleſtia & immortalia hianter ſuſpirat.

1. Pſal.52. v.6. S.Auguſtin.

VErba illa Pſalmi: *Deum non inuocauerunt*, ſic inibi Auguſtinus exponit: Deus, inquit, gratis ſe vult coli, gratis ſe vult diligi, hoc eſt, caſtè amari: *non proptereà ſe amari, quia dat aliquid præter ſe, ſed quia dat ſe. Qui ergò inuocat Deum vt diues fiat, Deum non inuocat, hoc enim inuocat quod ad ſe vult venire. Quid enim eſt inuocare, niſi vocare in ſe? In ſe ergò vocare, hoc dicitur inuocare. Nā cùm dicitur, Deus da mihi diuitias: non vis vt ipſe Deus ad te veniat, ſed vis vt diuitiæ veniant ad te. Quod vis vt ad te veniat, hoc inuocas. Si autem Deum inuocaueres, ad te veniret, ipſe eſſet diuitia tua. Ergò iſti qui propter ſecularia cōmoda, qui propter terrena bona, qui propter vitam præſentem, & terrenam felicitatem inuocant Deum, non inuocant Deū.* Preces quibus mūdialia bona expetimus, voces ſunt de oratione ludentes, re orationis vacuæ inani ludibrio. Non enim eiuſmodi oratione Deum inuocas, ſed diuitias, dignitatem, bonam valetudinem, vitam, & terrenam felicitatem inuocas; hæc verè inuocant, qui mentito Dei nomine Deum inuocare videntur. Quare cùm *inuocauerunt Deum, Deum non inuocauerunt.* Deum inuocat Suſanna, ſontium punitorem, & inſontis vindicem.

Qui temporalia petit cùm Deum inuocat, Deū non inuocat.

Hic verſ.44.

2. Pſalm.36. v.4.

Redeat iterùm ſemel aliundè expenſus Pſalmographi locus: *Delectare in Domino*, inquit, *& dabit tibi petitiones cordis tui.* Sumptuoſior quidem promiſſio. nimirùm ſi vno Deo contenti erimus, in ipſóque meditando deliciemur, ſpondet ipſum quicquid precibus optauerimus, libenter daturum, dummodò datore Deo digna petamus; nec caduca & moritura bona, ſed immortalia & cæleſtia. Quod Prophetæ verba emedullando, ſubtiliter inibi Ambroſius adnotauit: *Dabit tibi petitiones cordis tui. Quare,* inquit, *non dixit Tuas, ſed Cordis tui? Quia lex carnis legi mentis frequenter repugnat: quia autem interioris ſunt hominis, qui renouatus eſt in ſpiritu, illas petitiones pio donat affectu.* Ambroſio indidem annuit Auguſtinus: *Dabit tibi petitiones cordis tui*, inquit, *Signanter accipe petitiones Cordis tui: diſcerne petitionem Cordis tui à petitionibus Carnis.* Scilicet cùm Caro, aut *lex carnis* petitionem concinnat, aut dictat petenda, nugatio futilis eſt, non oratio donorum fertilis. Abſurdè nimis Carnis officina orationem fabricat, & preces excudit. Voluptabilia expetit, honores ſuſpirat, ad epulas hiat, vltionem exoptat, & rebus caducis vota & pectus implere fruſtrà ſatagit, pœnitenda cæleſtium nauſea. Has petitiones Deus non audit, benè ad illas ſurdus; ne pro bonis mala & nocitura concedat. Ergò *ſignanter accipe petitionem Cordis tui: diſcerne petitionem Cordis à petitionibus Carnis.*

S.Ambroſ.

S.Auguſtin.

Petitionibus Cordis, non Carnis petitionibus Deus annuit.

3. Pſal.33.v.5.

Sibi accinit idem regius Vates Pſalmo 33. *Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me.* Non caduca & moritura petit, qui dum Deum orauit, planè exorauit. Sic Deum exorat, qui non mundialia, ſed cæleſtia dona; ipſum, inquam, Deum bonorum fontem orando expetit, & exambit. Quod eleganter Auguſtinus in hunc locum ſic expendit: *Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me. Non dixit, Inquiſiui aurum à Domino, & exaudiuit me; inquiſiui à Domino hoc aut illud, & exaudiuit me. Aliud eſt aliquid inquirere à Domino, aliud eſt*

S.Auguſt.

ipſum

Non mundia-lia bona, ſed Deus, reſque Dei in oratione quærenda.

ipſum Dominum inquirere. Inquiſiui, inquit, Dominum, & exandiuit me. Vbi exandiuit Dominus? intùs. vbi dat? intùs. vbi oras, ibi exandiris, ibi beatificaris. O raſti intus, exanditus es, beatificatus es. Id donum orando pete, quod adeptum te beabit; & ibi vbi petis beat. Pergit Auguſtinus: *Noli aliquid à Domino extrà quarere, ſed ipſum Dominum quare, & exandiet te, & adhuc te loquente dicet: Ecce adſum. Quid eſt: Ecce adſum? Ecce præſens ſum, quid vis? quid a me qnaris? Quicquid tibi dedero, vilius eſt quàm ego. Meipſum habe, me fruere, me amplectere. Nondùm potes totum, ex fide continge me, & inhærebis mihi.* Quid ſuauius, qoid opuleotiùs, quid glorioſius, quàm terrenis & caducis reculis aoimosè neglectis, Deum qoærere, (Coeles. ibi.) quæſitum inuenire, iooentum amplecti, ipſique in amplexo adhætere, vt vbi adhæſeris, fias vnus ſpiritus cum eo? quod eſt orationis, quæ ſolum Deum, aut rem Dei quætit ſumptuoſius ſtipendium.

4\. (Matth. 6. v. 9.) Matthæi 6. ſic Christus Deus orare nos docet: Sic ergò vos orabitis, inquit: *Pater noſter, qui es in cælis*, &c. Aliàs non ſemel ethicè perueſtigaoimus, cur in ſolennis precationis auſpicio, à Deo, *qui es in calis.* beneficia expetamus? Cælóne circumſcribitur immenſus Deus? Forſan dininæ immenſitati aut beneficantiæ derogare videtur, qui Deum in cælo muoificentiorem potat. Profectò meliùs videretur conſultum oranti, ſi ibi vbi eſt is qui clamat, ille qui auditurus eſt conſtituatur. (S. Cyprian.) Et tamen Cyprianus de Domin. oratione cenſet, ideò in oratione Deum dici, *Qui es in calis, vt faciliùs audiamur.* Audiendus eſt hâc ſuper re Chryſoſtomus homil. 20. io Matthæú, (S. Chryſoſt.) hâc ſuper re ita ſcribens: *In calis ergò dicit: non illic Deum concludens hoc ait; ſed à terra abducens orantem, & excelſis regionibus affigens.* Ecce tibi ingenioſè argutum orationis exordium, ad impetrandi energiam mirè compoſitum; oempè hominem *orantem à terra abducit*, & cæleſtibus regionibus *affigit*, ne terrena petat, ſed cæleſtia, quibus *affixus* eſt, appetentiùs exambiat; & ſic feliciùs & *faciliùs audiatur.* Conſtituitur homo interim dum orat, mundi exul, oe mundialia appetat; terræ peregrinus, vt à terrenis peregrinetur, ad terrena oauſeet, terrena velut ſibi extranea faſtidiat. Oret Deum, *qui eſt in calis*; quaſi per orationem coloniam io cælos duxerit, præcoquns cæli incola, cæleſtia experat, ad cæleſtia hiet, ſuſpiret cæleſtia. Quare Chriſtus Deus in præludio oratioois *orantem à terra abducit, & affigit* cæleſtibus. Sic iuuat hunc locum aliuodè expenſum, ad thema præſens nouiter ventilare.

(Vadus Deus dicitur in calis, vt orans à terrâ abductus rebus cæleſtibus affigatur.)

5\. (Matth. 6. v. 9. Cornelius.) Vel aliter: Sic ergò vos orabitis: *Pater noſter, qui es in calis*, &c. Multas Interpretes cauſſas adglomeraot, cur orandus Deus *in calis eſſe* dicatur. Illa Cornelio inibi perplacet: *Vt orans mentem transferat à terrenis ad caleſtia, vbi Deus gloriam ſuam oſtendit Angelis & Beatis.* Profuodiùs & luculentiùs S. Chryſoſtomus (S. Chryſoſt.) in Pſalmum 4. *Homo*, inqoit, *qui cum Deo loqui didicit, vt par eſt, enim qui cum Deo loquitur, erit deinceps Angelus, ita liberatur anima à vinculis corporis, ita ei ratio in altum tollitur, ita è terris migrans in calis habitat, ita de victu omnem curam abiicit, & qua ad victum pertinent deſpicit.* Nimirùm benè orantem, non tam hominem terrenum, quàm cæli *Angelum* puta, cui res terrenæ, ſuperuacuæ ſunt, inutiles, ridicularie, futiles, & eo in pretio habendæ, quo poetorum nugæ. O quàm longè abeſt *Angelus* ab æſtimando terrenorum cenſu! Sic homo precibus angelificatur. Sic homo *orans mentem transfert à terrenis ad caleſtia?* O arcana metamorphoſis! Sed inquis, qui benè orat, adhuc homo eſt. ita qoidem: ſed ita ei *ratio* in altum attollitur, ac ſi per orationem *liberaretur anima à vinculis corporis, & è terris migrans in calis habitaret*; vnde propiùs vicinatur Deo, qui orandus *eſſe in calis* perhibetur. Hominem oratiooi adſuetum pota velut *animam à vinculis corporis liberatam*: vel potiùs cadauer ſpirans; cadauer, inquam, terrenis affectibus ac deſideriis emortuū; ſpirans verò, quia Deo ac cælo vnicè viuit; aut in terris degens, quaſi è terrà migrauerit, in cælis ſepoltus ſit. Benè ergò orandus Deus *in calis eſſe* dicitur, per orationem enim *liberatur anima à vinculis corporis, & è terris migrans in calis habitat*, dicens (ad Philipp. 3. v. 3.) cum Paullo: *Noſtra conuerſatio in calis eſt.*

(Homo per orationē liberatus à vinculis corporis, in calis habitat.)

6\. Adhuc emedullandum eſt Dominicæ orationis exordium. Scilicet atteſtante Luca, Chriſti Diſcipuli acceſſerunt ad eum, dicentes: doce nos orare, ſicut Ioannes diſcipulos ſuos docuit. Quibus reſpondit Ieſus: *Sic ergò vos orabitis: Pater noſter, qui es in calis, &c.* (Matth. 6. v. 9.) Vide hic quàm paucis artem orationis, & orandi modum ac materiam Chriſtus tradat. Diſcamus ergò nos è Chriſti ſchola quomodò ſit oratio facienda, vt cæleſtes gazas precationis arbitrio ad terram transferamus. Quod vt perfectè diſcamus, ait Chryſoſtomus, *Non eſt eundum ad Muſaum, non ſunt inſumenda pecunia, non ſunt conducendi padagogi, rhetores & ſophiſta, neque verò multùm temporis inſumendum eſt, vt hanc dicendi artem diſcas; ſed ſolùm voluiſſe ſufficit, & ars perfecta enaſit.* (S. Chryſoſt. in Pſalm. 4.) Et quopacto hæc arcana precandi ars ſolâ *voluntate* arripitur, & ad illam perfectè ediſceodam, *ſolùm voluiſſe ſufficit*? Subdit Chryſoſtomus: *Quónam eſt inſtitutum artis huius? Modus orationis: Sobria mente, animo contrito cum fontibus lacrymarum ad Deum accedere, nihil quod ad hanc vitam pertineat petere; futura concupiſcere, pro ſpiritualibus interpellare, cupiditates contrahere*, &c. Ecce tibi argutum huius artis compeodium, quod ſola *voluntate* cooficitur. nempè io oratiooe, concupiſcentiæ, ambitionis, auaritiæ, & gulæ *cupiditates* contrahere & inhibere; ita vt *nihil petat, quod ad hanc vitam pertineat.* Imò potiùs *pro ſpiritualibus*, cæleſtibus, ac immortalibus bonis ſtudioſiùs interpellare, & booa *futura concupiſcere* pia orationis cupiditate. O bona honorum cæleſtium in precibus *concupiſcentia*! Hæc vna, ars orandi perfecta eſt, Chriſtianæ opulentiæ arbitrium, Euangelij breuiarium, & cæleſtium opum acquirendarum compendium. Valis, & poteris: nam ad hanc orandi artem ediſcendam, *ſolùm voluiſſe ſufficit.*

(Ad ediſcendam orandi artem, ſolùm voluiſſe ſufficit.)

(In oratione inhibēda ſūt cupiditates, & ſolum concupiſcēda caleſtia.)

6\. (Matth. 11. v. 12.) Matthæi 11. celebris illa Chriſti ſententia ſcribitur: *Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quænam eſt hæc vis

P. Didac. Celada in Suſannam.

quam cælum patitur ? & quæ hæc violentia, qua cæleſtes gazas vi diripimus ? Multa alibi ethicè ſparſimus ſuper hâc furaci vi cælis illata. S. Gregorius in Pſalmum 6. Pœnitent. de orationis vi, quæ cælos diripit locũ intelligit: *Vult Deus*, inquit, *rogari, vult cogi, vult quodãmodò importunitate vinci; ideò tibi dicit: Regnũ Dei vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Eſto ergò ſedulus in oratione, eſto in precibus importunus. Si diſſimulat audire quem rogas, eſto raptor, vt regnum cælorum accipias; eſto violentus, vt vim etiam ipſis inferas cælis: quid hâc rapinâ locupletius, quid hâc glorioſius violentiâ? Bona violentia quâ Deus non offenditur, ſed placatur; proximus non læditur, ſed iuuatur; peccatum minuitur, non multiplicatur.* Oratio quæ è terris cæli gazas vi diripit, opinor, terræ bona comtemptim depretiat, & vel habere negligit.

S.Gregor.

Oratio quæ vi cæli gazas diripit, terræ bona contemptim negligit.

---

§. CCXXVII.

Contrà aduerſa quæque, etiam infernalia, validiſſima ſunt Orationis arma.

1\. SCitè Chryſoſtomus lib. 2. de orando Deum: *Oratio*, inquit, *Eccleſiæ murus, qui rumpi non poſſit, munimentum inconcuſſum; Dæmonibus quidem formidabile; piis verò tutum ac ſaluiferum.* Profectò iam iam periclitanti Suſannæ oratio murus fuit, ac munimentum tutiſſimum, quod arietare, non ſubruere valuit Diabolica horum Senum hoſtilitas de inferno armata. *Ad animam* (pergit Chryſoſtomus) *precibus munitam non audet* (Diabolus) *propiùs accedere, metuens robur ac fortitudinem, quam illi deprecatio ſubminiſtrauit, magis vegetans animum, quàm cibus vegetat corpora.* Itaque oratio ſententiosè dicitur *animi cibus*, quo ſpiritus nutritur, ſicut eſculentâ alimoniâ corpus reficitur & vegetatur ad materialem vitam. Et ſanè materiatus cibus in ſubſtantiam aliti conuertitur; ſic quodammodò oratio in animum & ſpiritum, qui ſine orationis alimento flacceſcit, cadauераſcit, & deficit.

S.Chryſoſt.

Tutum Suſannæ munimentum, oratio fuit.

Hic verſ. 44.

Oratio cibus eſt, quo ſpiritus vegetatur.

2\. Apud ſalaciſſimos Iudices, in canâ ſenectute iuueniliter æquè ac crudeliter laſciuos, Suſanna ſiſtitur, caſtitatis potiùs quàm ſtupri rea. *Porrò Suſanna erat delicata nimis*: & obruta Veteratorum calumniis; indè ſtat robuſtior, vnde credi poterat defeciſſe. Audito enim diræ ſententiæ fulmine, de falſorum teſtium nube euibratum, cùm iam iam ſæuos grandiuum lapides caſto ac delicato corpore propè exciperet, *Exclamauit voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne, &c. Exaudiuit autem Dominus vocem eius, &c.* Nimirùm è Dei armamentario, Orationis deſumit arma, quibus victorialis Matrona ſe munit ac tuetur, & validiſſimos aduerſarios, vincit, profligat, detriumphat. Pulcbrè pariter ac tempeſtiuè S. Gregorius Nyſſenus de Oratione ita ſcribit: *Oratio corporum robur eſt* (à quo Suſanna *delicata nimis* vires mutuat,) *recta legum ac iuris in ciuitate conſtitutio, regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, coniunctorum conſeruatio: oratio virginitatis ſigillum eſt, matrimonij fides, viatoribus ſcutum, dormientium cuſtos, vigilantium fiducia, eiuſdem cum Angelis honoris cõduɛio, præſentium fructus, futurorum repræſentatio.* Longum nimis facerem, ſi ſententias ſingulas moralitatum pulchrè grauidas, & Suſannæ vindici ac vindicatæ opportuniſſimas, ſigillatim enucleare vellem. Sat eſto, illas deſcripſiſſe, & extento ad theſim præſentem digito, arguto Concionatorum ingenio expẽdendas propoſuiſſe. Cum remige ſcriptore adlaboret ac ſudet eorum induſtria.

Hic verſ. 31.

Hic verſ. 42. & 44.

S.Nyſſenus.

Precibus armata Suſanna, pugnaciter victoriatum de hoſtibus eſt.

3\. Matthæi 17. & Marci 11. Diabolorum contumaciſſimum Apoſtoli excantare nequiuerunt; ſed verbo Chriſti confeſtim pellitur. Diſcipuli autem ſecretò interrogauerũt eum: Quare nos non potuimus eiicere eum? *Et dixit illis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.* Sic Oratio hominem roborat, ſic valenter armat, vt debilitare & exarmare Dæmonum potentiſſimum eualeat: Qui hoc ſcuto non ſe clypeat, qui hoc enſe non ſe accingit, qui hoc telum non vibrat, de facili parabilem victoriam ſibi inuidet. Appoſitè Chryſoſtomus Serm. de Moyſe: *Oratio*, inquit, *ingens infirmitas hoſtis. Ceterùm ipſe contrà ſe tela miniſtrat, qui hoſtem precum inſtantiâ non fatigat.* Fatigetur improbitas illius oratione noſtrâ. Potentior & pernicioſior hoſtis, precum robore debilitatur: nam *oratio, infirmitas hoſtis* eſt, & vitium imbecilla titubatio. Sic Dæmonas fatigat, infirmat, & eneruat oratio? Pergit Chryſoſtomus: Oratio *terra ſuperior, igne ardentior; quare terribilis hoſtis Dæmonibus redditur. Nihil enim eſt homine probo orante potentius.* Quaſi de cælo tangitur Dæmon Orationis fulmine: oratio enim *ardentior igne* eſt. Quo igne? illo nimitùm igne gehennali, quo in pyra infernali perpetuò vſtulantur, neque vnquam decineteſcit. Quare mirum non eſt, quòd obſtinatiores Dæmonas oratio infirmet, eneruet, fuget: eſt enim *hoſtis infirmitas*, quâ debilitantur hi ſæuiſſimi Suſannæ hoſtes: nam vbi Matrona orauit, ipſi infirmati ſunt, & cauſſa ceciderunt, & in ipſum ipſoſum caput pœna reuoluitur. Imò, vt multis Interpretum placet, *ardentiore igne* frixionem Babylonicam tragicè ſubierunt. quo arcana precum vis ſumptuoſiùs præniteat.

Matth. 17. v. 12. Marci 9. v. 28.

Oratio, infirmitas hoſtis eſt, quâ vel fatigatur.

S.Chryſoſt.

Idem in Matth. c. 17.

Oratio Dæmonibus gehennali igne ardentior eſt.

4\. Minax Hebræorum finibus ſtrenuus adeſt bellator Holofernes, Aſſyriorũ militiæ Princeps, numeroſo potentiſſimè exercitu ſtipatus, Bethuliam hoſtiliter obſidet, & aduersùs Dei populum inſolenter ferocit. Dei populus inermis, & reluctandi impotens, turpem hoſti deditionem degener meditatur. Tunc Iudith princeps virtute femina, & Heroïdum inuidia, ad maſculum Holofernis iugulandi facinus, aſſiduis ſe munit precibus. Trucidato itaque Holoferne, inopinatã victoriam, quam à Deo precibus exorauerat, Deo attribuit, ſic pangens: *Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi* id eſt, ego meis precibus virtutem Dei acciui, vt eius amputarem caput, & corpus truncum prouolutum meis pedibus conculcarem, & ſic totam Aſſyriorum virtutem *contererem*. Itaque τὸ *conterens bella*, perindè eſt, ac proculcans bellatorem, ac bellatorum potentiam. Opportunè ad rem Auguſtinus ſerm. 228. tom. 10. ſic

Iudith 16. v. 3.

Orationis vi robuſtior potentia ſemper calcatur.

ſic fatur: *Vbi aſſiduis pulſatur orationibus cælum, potentia ſemper calcatur.* Itaque Iudith inermis, ſed aſſiduis precibus obarmata, *bella conterit*, & hactenus inuictum Holofernem, ſæuis phalangibus ferocem detruncat, peſſundat, proculcat; benè ſcia, quòd *aſſiduis precibus potentia ſemper calcatur.* Inſolens non fuit iſtiuſmodi victoria, cùm orationis vi, vel ab impotentiâ femineâ, pugnacior *potentia ſemper calcatur, conteritur*, detriumphatur. Feſtinabat ſe ignauè hoſtibus dedere Bethulia, mœnibus parùm tuta: ſed Bethulienſes cum Iudithâ *ad preces conuerſi, præſidium reuerâ inexpugnabile, ad illud confugerunt*, quæ ſunt verba Chryſoſtomi in Actor. cap. 12. Fruſtà obſidetur vrbs, quæ orationis *præſidio reuerâ inexpugnabili* munitur.

Oratio eſt præſidium reuera inexpugnabile.

S. Chryſoſt.

5\. 2. Corinthiorum 12. ait Apoſtolus, in ſuperbiæ medicinam. *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter* (id eſt, ſæpè, aſſiduè) *Dominum rogaui, vt diſcederet à me.* Si ſtimulus, quomodo Angelus Satanæ? & quomodo tanquam colaphus colaphizat? Seueriores ſcholas hoc dubium expoſcit. Communiter cenſent Interpretes, *ſtimulum carnis* fuiſſe concupiſcentiæ motus, libidiniſque tentationes; hæc enim concupiſcentia ſtimuli ſudiſve ignitæ adinſtar carni infigitur, eámque velut gehennalis Satanæ Angelus ignominiosè vſtulat: quare ea contumelioſè colaphizari, & grauiter dehoneſtari Paullus queritur. Sed quia eiuſmodi tentationibus ad aſſiduas preces Paullus ſtimulatur, malus dæmon à Deo non compeſcitur, quò plus Paulli oratione crucietur dæmon, quàm tentationibus Paullus excruciatur. Eleganter ſanctus Bernardus ſerm. 3. in dedicat. Eccleſiæ: *Grauis equidem*, ait, *nobis eſt inimici tentatio, ſed longè grauior eſt illi oratio noſtra.* Scilicet pergrauis, & probroſè moleſta fuit Paullo tentatio, quâ ſe colaphizari dicit, & quæ Apoſtoli querelas expreſſit, eámque fuſis ad Deum aſſiduè precibus excuſſiſſe ſatagebat: Dei autem audientiam non obtinuit, quò plus quàm tentatione Paullus, tentator dæmon Apoſtoli orationibus cruciaretur. Velut colaphus fuit Paullo tentatio, ſed Paulli oratio crux Diaboli erat, contumelioſum peracerbè patibulum, & alia gehennalis pyra precibus ardentiùs ſufflammata. Torqueatur innoxiè Apoſtolus obſcœnis tentationibus, dum eius orationibus malus dæmon grauiùs torquetur: *Grauis quidem nobis eſt inimici tentatio, ſed longè grauior eſt illi oratio noſtra.* Sic eſt noſtra oratio dæmonibus grauis, moleſta, peracerba! Sic noſtra oratio Diabolorum plus cruciandorum ingenium eſt, & gehennalis incendij auctarium pœnaliſſimum! O fatigetur improbitas illius oratione noſtrâ! Tantùm humanis precibus licet!

2. Cor. 12. v. 7. & 8.

Acerbior eſt Dæmoni oratio Paulli, quàm Paullo dæmonis colaphizans tentatio.

S. Bernard.

6\. Pſalmo 17. regius Propheta calamitatibus penè oppreſſus, & inimicis ſæuientibus reſiſtendo impar, fuſis ad Deum precibus præſidium ſtudioſè quærit, & feliciter inuenit: *Qui docet*, inquit, *manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* Opinor, de orationis gymnaſio edocentur *manus* potenti eruditione ad præliandum. Quare Græci Patres in Paraphraſi apud Corderium, ſic locum exponunt: *Qui docet manus meas ad prælium. Etenim ad preces manus expandens, ſupero inimicos meos.* Sic de orationis ſchulâ ad prælia cum Tartareis hoſtibus, & Tyrannis ferocientibus, debiles alioqui *manus* potenter armantur, quaſi vel orationis ſpecies victoriam oppigneret. Profundè ad rem Tertullianus Apologetici cap. 30. *Illuc* (in cælum, inquam) *ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore, quia de pectore oramus* Attentiùs excipe ſententię clauſulam: *Sic itaque nos ad Deum expanſos vngula fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant; paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus Orantis Chriſtiani*, quo tota Chriſtianorum victoria conſtat. Vel ipſe orationis habitus, victoriæ obſes eſt, & victoriam auſpicatur, felici triumphorum augurio è peruerſo auxiliari. Sic oratio *docet manus ad prælium*, quæ dum ad preces extenduntur, victoriæ auſpicium ſpectatorum oculis *habitu* præbent. Scilicet parùm foret, quòd infirmè imbecillas manus oratio armaret ad prælium, niſi vel *ipſe habitus orantis Chriſtiani*, ſublatâ manuum expanſione, victorialis foret. Porrò *orantis habitu*, & orationis inſinuatione, ſæuior Tyrannorum *potentia ſemper calcatur.*

Pſalm. 17. v. 35.

Græci Patr. Corderius.

Tertullian.

Ipſe habitus orantis Chriſtiani, victorialis eſt.

Male damnata ad mortem Suſanna, benè *exclamauit voce magnâ, & dixit: Deus æterne*, qui abſconditorum es cognitor, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me, *& ecce morior, cùm nihil horum fecerim.* O Matronarum ſanctiſſima, quid eſt, *ecce morior*, cùm etſi per ſententiam iam iam moritura, tota in preces effuſa ſis? An non mortis antidotus, oratio eſt, & illius aſylum? Conſultiſſimè poſt ea verba ſubiungitur: *Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cùmque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel*, qui ſtatim illam à morte liberauit. Appoſitè Chryſoſtomus: *Vti piſcis vita eſt aqua, ita tibi deprecatio...... Per quod etiam illud aſſequimur, vt & mortales & temporarij eſſe deſinamus; naturâ quidem mortales, ſed colloquio conuictúque quem agimus cum Deo, ad immortalem vitam tranſeuntes. Neceſſe eſt enim, vt qui cum Deo familiaritatem agit, ſuperior euadat & morte & omnibus, quæ corruptioni ſunt obnoxia.* Quid ſublimius? quid accommodatius? Orationis vi mortalitas vincitur?

7\. Hic verſ 43. & 44 & 45.

Tantùm non mortua Suſanna, precũ beneficio, propè immortalis euaſit.

S. Chryſoſt. l. 2. de orando Deum.

---

§. CCXXVIII.

Ductu ſacri textûs aliqua Orationis elogia perſtrictim adnotantur.

ORatio (ait Climacus) ſi ipſius naturam ſeu qualitatem ſpectes, eſt familiaris conuerſatio, & coniunctio hominis cum Deo. Si autem vim ſeu efficaciam, mundi conſeruatio, Dei reconciliatio, *mater lacrymarum & iterum filia*, propitiatio peccatorum, pons tentationum, propugnaculum aduersùs impetum afflictionum, bellorum

1\. Climacus gradu 28.

Addenſata orationis elogia.

oppreſſio, & extinctio, *officium Angelorum, omnium ſpirituum alimentum, futura lætitia, actio ſempiterna*, virtutum ſcaturigo, gratiarum diuinarum conciliatrix, profectus ſpiritualis nutrimentom auimæ, mentis illuſtratio, triſtitiæ ſolutio, iræ diminntio, ſpeculum religioſi profectûs, *dimenſionum index*, ſtatûs declaratio, *futurorum ſignificatio, gloriæ futuræ indicium*. Hæc ille, quibus elogiis densè glomeratis, Orationis præſtantiam non adæquat. Breui igitur nnne perſtringenda ſunt alia, præſertim quæ in hac Suſannæ oratione haod dubiè tranſparent.

2. In inſtitio iniuſtiſſimo ſiſtitur Suſanna caſtæ integritatis rea, coram ſalaciter corroptiſſimis iudicibus. Malè fraodulenter compoſito, & benè euidenter detecto teſtimonio, damnatur Suſanna: Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, *& condemnauerunt eam ad mortem*. Morti damnata Suſanna, ad orationem confugit, tanquam ad aſylum quoddam mortis. *Exaudiuit autem Dominus vocem eius*. Præſtò enim adfuit Daniel à Deo ioſtinctus, & orantem Matronam morte eximit, & vitæ reſtituit. Et quaſi hoc parum foret, profundè adnectit Chryſoſtomos lib. 1. de orando Deo: *Per orationis exercitinm hoc aſſequimur, vt mortales ac temporarij eſſe deſinamus*. Scilicet iniquiſſimi & corruptiſſimi iudices Suſannam *condemnauernnt ad mortem*: morti autem iam proximæ apponitur orationis antidotum, tanquam efficax aduersùs mortem amuletum, & de mortis faucibus erepta, propè *mortalis eſſe deſiuit*: & cùm virtus orationis careat tempore, ferè *temporaria eſſe deſijt* Suſanna orationis ſuffragio. Eſt enim oratio, triſtitiæ ac mortis fuga, cùm præmaturè ſit *futura lætitia, & actio ſempiterna*. Vnde de orationis arbitrio eſt, quòd *mortales ac temporarij eſſe deſinamus*. Quare ſanctarum precum artificio, & declinauit mortem Suſanoa, & de immortalitate vindicias egit, coloniam ducens in cælum, per orationem empyrea præcoqua. Iſtiuſmodi autem beata à precibus immortalitas, ex iam iam dicendis amplius clarabitur.

Hic verſ.44.

S.Chryſoſt.

Per orationẽ aſſequimur, quòd mortales ac temporarij eſſe deſinamus.

Climac. ſup.

3. Matthæi 6. hanc orandi formnlam Chriſtianis Chriſtus præſcribit: Vos autem, inquit, ſic orabitis: *Pater noſter, qui es in cælis*, &c. Benè in orationis auſpicio Deum appellamns *Patrem*: Patris enim appellatio, pietatis & poteſtatis eſt. Nec inſtruimur, vt dicamus: *Pater mi*, ſed *Pater noſter*, vt doceat Deum eſſe patrem omnium, & conſequenter omnes nos eſſe fratres, ideóque inuicem amare, & pro inuicem orare debere, noo pro ſe ſolo: *Dulcior eſt ante Deum oratio, non quam neceſſitas rei tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis commendat*, ait dubius Chryſoſtomus ibi. Sed cur additur, quòd *Pater noſter*, qoi orandus dicitur, *eſt in cælis?* An vt innuat oraori non alia eſſe petenda quàm quæ ad cælum coorducunt? An ſignificat hæreditatem noſtram, quam ex hac filiatiooe à Deo patre ſperamus, eſſe cæleſtem, non terrenaio? An vt orans mentem tranſferat à terrenis ad cæleſtia, vbi Deus Angelis & Beatis gloriam ſuam oſtendit? Perbellè S.Chryſoſtomus hom.20. in Matthæum, inquit: *Pater noſter, qui es in cælis. In cælis ergo cùm dicit, non illic Deum concludens hoc ait; ſed à terrà abducens orantem, & excelſis regionibus affigens*. Videlicet parum foret, quòd oratio homines à terrenis abducat, à terrenis, inquam, quibus concretus & coalitus eſt, quæ affectibns ſubolet, & malè ſapit; oiſi orantem cæleſti beatitudini, & Olympiæ gloriæ præproperè *affigat*. Sic tenaci nexu quiſquis orat, cælo affigitur? Quis refigat, quem oratio cælis *affixit?*

Math.6.v.9.

Imperfect.

Oratio cælo, cæleſtique gloria orantes affigit.

S.Chryſoſt.

Iob cap.10. optimum Philoſophum agens, 4.
hominis formationem ſic deſcribit: Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? *Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus, & neruis compegiſti me*. Nimirùm ex ſemine admirabilis naturæ ſolertia varias finxit diuersáſque naturas, quibns humani corporis fabrica compacta eſt. Pars enim quædam molleſcit in carnem, pars in pellem extenditur, pars duratur in oſſa, pars lenteſcit in neruos. Itaque homo carnibus quaſi interulâ veſte, & pelle quaſi externo tegitur & ornatur pallio: tota verò humani corporis moles ab oſſibus quaſi à columnis & tignis ſuſtentatur, quæ nerui quaſi quædam vincula conſtringunt & continent. *Deus*, ait Lactantius, *ſolidamenta corporis, quæ oſſa dicnntur, nodata, & adiuncta inuicem neruis alligauit atque conſtrinxit*. Hoc neruorum officium, ad orationem peritè transfert Chryſoſtomus hom.2. de Precatione tom. 6. ſic fatus: *Quod quis animi neruos Preces appellauerit, mihi profectò verè dicere videatur. Etenim vt corpus, opinor, neruorum beneficio conſtat, currit, ſtat, viuit, compactúmque eſt; iiſque inciſis, omnes corporis numeri diſſoluuntur: ſic animi per ſanctas Preces & conglutinantur & conſtant, curſúmque habet pietas facilem ac ſecundum*. Quis non crederet, Suſannam nimis delicatam, dum ſiſtitur infamiſſimi flagitij rea, & ad mortem turpiſſimam condemnatur, dum iam iam duri lapides horrendum crepant, penè diſſolutam, animi deliquio corruiſſe: aſt ad Preces confugiens, *neruos* accipit, quibus inconcuſſa ſtat, & flecti-neſcia conſiſtit. *Etenim corpus neruorum beneficio conſtat, currit, ſtat, viuit: ſic qui animi neruos Preces appellauerit, verum dicet*. O quàm multa hac metaphorâ Chryſoſtomus compendiauit! Quiſquis non orat, eneruis eſt, diſſolutus, caducus.

Iob 10.v.11.

Sanct.ibi.

Lactan. l. de opiſ. Dei, c.7.

S.Chryſoſt.

Tanquam animi nerui, Suſannæ ſocio fuit.

Hic verſ.44.

Geneſeos 8. poſtquam atrociſſimæ diu 5.
eluuioois tempeſtas deſæuit, Noëmns cum totâ familiâ ſoſpitari gratus, gratum Deo holocauſtum offert: *Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines*. Hebraicè ſcribitur: *Et dixit ad cor ſuum*. Quæ verba tametſi aliqui Interpretes accipiunt, *dixit in corde ſuo*, vel ex corde ſuo, id eſt, ſeriò & ex intimo corde dixit; at in Hebræâ origine habetur, *dixit ad cor ſuum*, putà Noë, qui præceſſit: ad Noë autem hæc dici omnes veteres conſentiunt. Quare eruditiſſimus noſter Martious del Rio ſic locum explicat: *Dixit ad cor ſuum, id eſt, dixit ad Noë, qui erat corculum Dei*. Scilicet tunc Noë patriarcha ſacrificio & orationi operans, vocatur à Deo

Gen.8.v.21.

Hebræus.

Martinus del Rio.

cor

In hominis oratione, homo & Deus corda reciprocant?

cor ſuum; quaſi dum homo orationi ad Deum vacat, hominis cor ad Deum quodammodo migret; & rurſùs cor Dei ad hominem commeet: ac Deo cor hominis, homini verò cor diuinum velut implantetur: adeò vt cor Dei & hominis vices reciprocare videantur. Grande quidem orantis prærogatiuum, qui diuinum cor in ſuo pectore, & ſuum in diuino pectore quaſi contineat. Quâ fiduciâ Deum homo precetur, ſcius velut corde precantis deprecationem diſpenſari? Quo alio

Hîc verſ. 44. modo orans Suſanna negotium ſuæ liberationis decerneret ac diſponeret, ſi Dei exorandi cor in ſuo pectore pro ſuo ipſius corde geſtaret? Sic hominis rogantis, & Dei rogati corda vltrò citróque commeant? Quid auguſtius? quid exaggeratius?

6. Matthæi 6. Vos autem ſic orabitis, ait

Matth. 6. v. 9. Chriſtus Deus: *Pater noſter, qui es in cælis*, &c. Cur autem in hoc Dominicæ orationis exordio, dicatur & *Pater*, & eſſe *in cælis*, multis tradunt expoſitores, & nos aliquot rationes dedimus ſuprà num. 3. Addere iuuat & aliam, quæ ab ipſo precandi auſpicio, deprecandi

Cur Deus orantibus dicitur Pater qui es in cælis?

fiduciam erigat. Nempè *Pater* appellatur, vt nos quaſi filios agnoſcat, & paterna viſcera nobis orantibus exhibeat. Conſultiſſimè autem additur, *qui es in cælis*, vbi nullum incommodum vrget, ſed omne bonum vbertim exundat. Quaſi dicat: Æquum eſt, vt Patris viſcera patiantur filios tot ærumnis angi, cùm bonus Pater tot bonis abundet? Aut nega te eſſe Patrem, aut Patrem non filiorum te eſſe dicito; ſi tu cæli empyrei deliciis & gaudiis potitus, filios pateris indigentiâ premi, calamitatibus affligi, tentationibus perurgeri, & tot aduerſis lancinari. Huc forſan ad-

Tertullian. ludit in Apologetico Tertullianus, vbi de Chriſtianis Deum precantibus, ait: *Inuidia cælum tundimus*. Quid eſt, humanis precibus *inuidia cælum tundi*, niſi *Patrem qui eſt in cælis*, piè quodammodo vellicare, & propè inuidioſum reddere, quia ipſe cum ſuis cælitibus beatus & glorioſus, ſuos filios ærumnosè calamitoſos, & piè orantes ſupplici prece non exaudiat?

7. Siracides Eccleſiaſtici 6. ita de ſapientiâ

Eccli. 6. v. 30. ſcribit: *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ.* Quæ verba ſic inibi

Vatablus. Vatablus exscribit: *Compedes eius erunt tibi præſidio validiſſimo ſolidóque firmamento, & eiuſdem nerui honorifico amictui.* Itaque vera

Oratio eſt omnium virtutum baſis.

ſapientia dicitur virtutis fundamentum, *baſis, nerui*, firmamentum. Ad hunc locum

S. Chryſoſt. fortè adludit Chryſoſtomus lib. 1. de orando Deum, ſic fatus: *Precatio ceu radix, & baſis ceteris omnibus ſubſternitur, neque ſecùs ac nauem & domum ea quæ ſubſtrata ſunt, valida reddunt, ac ne ſoluatur, continent: ita noſtram vitam, Orandi ſtudium, & continet, & vbique firmam reddit; adeò vt abſque hoc nihil nobis boni poſſit contingere.* Rurſus inibi lib. 2. *Quod in domo eſt fundamentum, hoc in anima eſt deprecatio: hanc vbi primùm, ceu baſim ac radicem in animo fixerimus, tunc oportet diligenter ſuperſtruere pudicitiam, manſuetudinem, iuſtitiam, pauperum curam, breuiter omnes Chriſti leges.* En oratio eſt virtutum omnium *radix*, *baſis, fundamentum, nerui*. Quod hîc in Suſannâ perſpicuè cernere licet.

---

§. CCXXIX.

Deus, ſecundùm nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt.

SAnctus Gregorius Nazianzenus in oratione de Chriſti natiuitate, Deum nomi- 1.

S. Gregorius Nazianz.

Immenſum diuinæ eſſentiæ pelagus, mente ſolâ adumbrabile.

nat *immenſum pelagus eſſentiæ mente ſolâ adumbrabile, & quidem perexiguè & perobſcurè, non ex iis, quæ in ipſo ſunt, ſed quæ circa ipſum.* Hoc immenſum eſſentiæ pelagus decem nominibus adumbratum in veteri Teſtamento legimus, multò pluribus in nouo; ſed quæ rem Dei, non ex iis quæ illi inſunt, ſed ex his quæ ex ipſo, aut per ipſum, aut circa ipſum ſunt, vtcumque deſcribunt. Nullum tamen adſcribimus Deo elogium dulcius aut auguſtius quàm bonitas, pietas, beneficentia, quæ ex diuinis beneficiis prælucent: porrò *miſericordiæ eius ſuper omnia opera eius*. Hæc orantibus potiſſimùm exhibetur. Diuinæ enim miſericordiæ oſtentatio, humanæ orationis argumentum eſt, en precum emphaſis. Quare poſt præſcripta de oratione themata, orandæ Diuinitatis beneficentia, velut appendix ſubſcribitur, quò humana fiducia animoſiùs audeat.

Falſato malitiosè Veteratorum ſuffragio 2.
indefenſa damnatur Suſanna ad diram cruentè lapidationem, quâ adulterij expiabatur flagitium. Matrona autem mortis anguſtiis oppreſſa, parentes qui aderant, non aduocat auxiliares, non maritum, non filios, non cognatos regiâ nobilitate præluſtres: ſed ad preces confugit, tanquam vnicum afflictorum aſylum: *Exclamauit autem voce magnâ* Hîc verſ. 42.
Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, &c. Eſto, Suſanna tot calamitatibus penè obruta, Deum ſub *Dei* nomine (nec aliud ex ipſius nominibus maluerit) aduocet auxiliarem: at quorſum *æternum* appellat, cùm beneficam eius opem obnixiùs implorat? Sanè putare quis poſſet, quòd aptiùs implorari tunc poſſet Deus vt pius, vt beneficus, vt miſericors, vt ſontium punitor, & innocentium aſſertor egregius. Quid *Dei æternitati* cum miſerorum opitulatione? Porrò æternitas, res durationis eſt, non auxilij negotium. Opportuniſſimè Hebræus Philo in lib. de Plantatione Noë ita Philo.
ſcribit, quaſi ad hunc locum adludens: *Iam hæ voces, Deus, Æternus, idem valet ac ſi dicat: Non qui aliquando largitur, aliquando non: ſed ſemper & continuè, qui ſine intermiſſione benefacit, qui dona donis cumulando continuat, cuius gratiæ inter ſe coniunctæ ac vnitæ ſemper in orbem redeunt.* Itaque τὸ *Æternus* in hoc loco,

Deus dicitur æternus, cùm ſine intermiſſione benefacit.

ex mente Philonis, non tam perpetuam durationem principio & fine carentem ſignificat, quàm beneficentiam inceſſanter continuam, & ſine intermiſſione perpetuam, cùm dona Deus donis, & gratias continuè gratiis cumulat. Quare iſtiuſmodi Suſannæ oratio, cùm *æternum* dicit Deum quem inuocat auxiliarem,

liarem hunc ſenſum reddit: *Deus æterne*, hoc eſt, Deus *non qui aliquando largitur, aliquando non: ſed ſemper & continuè, qui ſine intermiſſione benefacis, qui dona donis cumulando continuas, cuius gratia inter ſe coniuncta ac vnita ſemper in orbem redeunt*, auxiliare nunc mihi immeritò periclitanti. Nempe, ô Deus, poſt tot gratias & beneficia de tuâ beneficâ manu à me accepta, eſto mihi *æternus*, id eſt, perpetuus benefactor, ne mihi *æternus* eſſe deſieris. Mihi etiam nunc opem ferre, tua etiam intereſt, ne *æterni* glorioſum cognomen (in hac notione, inquam) periclitari videatur. Vide hîc quàm ſit Dei eſſentia immeratè benefica; quandoquidem ſemper benefacere, *æternitatis* elogium perpetuat.

3. Geneſeos 28. poſt ſcalæ in ſomnis viſionem, & magnificas Dei ore promiſſiones acceptas, attonitus euigilat Iacob Patriarcha, & votum vouit, dicens: Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum, reuersúſque fuero proſperè in domum patris mei, *Erit mihi Dominus in Deum*. Iacob vouet habiturum ſe Dominum pro Deo, ſi huiuſmodi dona illi conceſſerit: ergo ſi hæc non daret Deus, etſi pro Domino haberetur, non erat tamen eum habiturus pro Déo. Talis porrò mens & conſilium planè foret impium. Imò ſtolidum foret ac fatuum, pro beneficiorum mercede Deum tanquam Numen colere. Propterea Philo in lib. illo de Plantatione Noë, poſtquam num. præcedenti ſcripta verba præſcripſerat: *Ha*, inquit, *vocos, Deus, Æternus, idem valet, ac ſi dicat: Non qui aliquando largitur, aliquando non, ſed ſemper & continuè*, &c. confeſtim ſubdit: *Hoc ille meditater Iacob poſtulanit in fine precum ſacratiſſimarum, dicens: Et erit Dominus mihi in Deum, ac ſi dicat: iam non herili poteſtate liberâ erga me vtetur, ſed beneficâ, propriâ, & vndequaque ſalutari potentiâ, ſublato dominationis metu, & anima deuincta beneficijs mutuam gratiam conciliantibus.* Sibi concinit idem Hebræus Philo, proculdubio ad hunc locum adludens lib. de Inſomniis, vbi ait: *Ceterùm benefica potentia Deus nomen eſt; regia verò Dominus.* Iraque ſicut *Domini* vocabulum, regiæ poteſtatis auctoritatem ſignificat; ita *Dei* nomen, *benefica potentia* elogium deſignat, vt vel in ipſo Dei nomine beneficentia ipſius deſcripta legatur. Conſultiſſimè ergo ac moraliſſimè ait Iacob Patriarcha dum cæleſte Numen obnixiùs orat, vt det illi victum, veſtitum, & felicem ad ſuos reditum; ſi hæc mihi præſtiterit, *erit mihi Dominus in Deum*, id eſt, eum tanquam beneficum reuerenter colam, & perpetuò venerabor, & gratus illi *decimas* reddam. Hæc myſticè Philo: ſenſum porrò litteralem olim ibibi dedimus.

Geneſ. 28. v. 21.

Philo.

Deus benefica poteſtatis nomen eſt.

4. Pſalmo 113. de Idolis ſic pangit Dauid: Simulacra Gentium argentum & aurum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. *Aures habent, & non audient.* Quæ ſi de genu ores, truncum ligni oras precibus tuis ſurdum. Nimirùm ex eo quòd putatitij Gentium Dij *aures habeant, & non audiant* humanas preces, inde probat Deos eſſe fictitios. Deus enim ad benefaciendum auritus eſt, vtpotè de beneficentiâ Dei nomen ſortitus. S. Ambroſius ſerm. 19. in Pſalmum 118. *Tu*, inquit, *cùm oras, magna ora; id eſt, ea ora, quæ æterna ſunt, non quæ caduca. Noli orare pro pecuniâ, quia ærugo eſt: noli pro auro, quia metallum eſt: noli orare pro poſſeſſione, quia terra eſt.* Penſita attentiùs quæ ſubnectit verba: *Iſta oratio ad Deum non peruenit. Non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit beneficijs.* Scilicet Deus, cui à *benefica potentia* nomen eſt, non audit preces, quæ mundiales nænias, & futiles terræ nugas expoſcunt. Surdus eſt ad illas; nam *benefica* eius *potentia* immeratè magnifica, & auguſtè omnipotens, dedignatur largiri hominibus dona tanto datore non digna. *Aures habet*, ſed *non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit beneficijs.* Surdum fingit Deum eiuſmodi futilis oratio, cùm impar tanto datore beneficium poſcit. Magnopere, vt Deus ſecundùm nomen ſuum, immeratè *beneficam potentiam* ſuam dignè exerat. Qui ſecus faxit, idolum videtur rogare, *quod aures habet, & non audit.* Porrò *non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit beneficijs.*

Pſalm. 113. v. 14.

S. Ambroſ.

Non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit beneficijs.

Lucæ 11. quò Dei beneficentiam publicet, hanc Chriſtus parabolam proponit: Quis veſtrum, inquit, habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte, & dicet illi: Amice, *commoda mihi* tres panès, quoniam amicus meus venit de viâ ad me; & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintùs reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, *non poſſum ſurgere, & dare tibi.* Mirum ſanè eſt, quòd Chriſtus hanc proponat parabolam, vt eos qui Deum orant, alacri ad petendum animo reddat, & ad Deum contentiùs precandum extimulet. Adeò bonorum inops, aut auaritiæ diues eſt, vt dicat, *Non poſſum dare tibi?* Deus, cui à beneficâ omnipotentiâ nomen, is eſt, qui dicat, *Non poſſum dare tibi?* Opinor, quia nuper petendo & orando dixerat, *Commoda*, id eſt, mutuò da; citò enim reddam tibi, quod mihi commodas, & mutuò, non gratis accipere poſco. Appoſitè Hugo Victorinus lib. 3. Miſcellan. ita ſcribit: *Similiter & in ipſo, quem petit, debet* orans *duo conſiderare, bonitatem qua gratis velit, & maieſtatem qua plenè poſſit dare quicquid petitur.* Scilicet cùm Deus, à quo beneficium petitur, nomen ſit *benefica potentia* ad largitatem auidiùs pronæ, ad largitoris decorum attinet, ſi orans in eo quem orat, & exorare ſatagit, attentiùs conſideret *bonitatem qua gratis velit* dare, non mutuò velut lucroſus mercator fœneret. Repulſam patitur, qui mutuò a Deo petit: Dei enim *bonitatem* deuenuſtat, qui donum à Deo *gratis* non præſumit.

Lucæ 11. v. 7.

Dei bonitati detrahit, qui donum à Deo gratis non petit.

Hugo Vict.

Iſaiæ 55. Omnes, inquit, ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, comedite: *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione.* Quid eſt, quòd pie orantibus dicat Deus: *Emite abſque vlla commutatione?* Deſtruit rem emptionis, qui commutationem refutat. Pulchrè Bernardus ſerm. 2. de Reſurrect. Domini: *Hac nummo* 6.

Iſaiæ 55. v. 1.

Voluntate emit oratio à Deo beneficia.

S. Bernard.

S.Ambroſ.

nummo propria voluntatis emenda ſunt. Bernardo accinit Ambroſius in lib. de Ioſeph Patriarchâ cap.7. *Emite*, ait, *ſine argento : neque enim pretium quaſiuit à nobis, qui pro nobis ſanguinis ſui pretium ſoluit.* Aduocat etiam ioibi Cornelius, Gregotium Nazianzenum orat.40. in ſanctum Baptiſma : *O miram*, inquit, *beneficentia celeritatem ! ô facilem contrahendi rationem ! hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur : appetitionem ipſam Deus ingentis prety loco aſtimat ; ſitit ſitiri, biberè cupientibus potum prabet ; cùm à Deo beneficinm petitur, beneficio affici ſe putat; prompta, munifica, atque prolixa natura eſt, iucundius dat quam aly accipiunt.* Plures in hoc loco ſententias ſpiſſat Gregorius coonceptuum ethicè grauidas, vt exponat quàm ſit Deo volupe largiùs benefacete.

S.Nazianz. Cornelius in eum locum Naz. Quàm ſit natura Dei ad benefaciendum prona.

§. CCXXX.

Spiritus ſancti, Suſanna vindicis encomium.

1\. S.Damaſc. l. 3. de orthodoxa fide. Spiritus ſanctus dicitur, Coaſſecla verbi, & eius manifeſtator.

SApieoter Damaſcenus : Quemadmodum, inquit, cùm audimus Dei verbum, non quippiam non ſubſiſtens, neque ex diſciplinæ habitu progenitum, neque vocis beneficio prolatum, neque in aërem diffluens & diſſolutum, ſed ſubſtantialitet ſubſiſtens voluntate præditum, & efficax & omnipotens: *Simili quoque pacto & nos edocti, Spiritum coaſſeclam verbi, & manifeſtantem eius operationem, non expirationem ſubſiſtentià deſtitutam intelligimus.* Sic enim ad humilia diuinæ naturæ maieſtas deiiceretut, ſi ſecundùm noſtri ſpiritûs ſimilitudinem is, qui in ipſo eſt Spiritus intelligeretur. *Sed virtutem ipſam ſubſtantialem, ſecundum ſeipſam in propriâ perſona conſideratam, ex Patre procedentem, & in verbo requieſcentem, ipsúmque manifeſtantem, neque ſeparari à Deo in quo eſt, neque à verbo quod coaſſequitur, poſſibile eſt.* Alto ſtilo dicitur Spiritus ſanctus, *Coaſſecla verbi*, & *in verbo requieſcens.*

Spiritus ſanctus in verbo requieſcit.

2\. Hic verſ.45.

Hic verſ.45. de falſato Senom frandulentet teſtimonio, pudiciſſima innocentet Suſanna ad funeſtum deſtinatot ſupplicium. *Cúmque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel*, &c. Arabicus, *Commouit Deus Spiritum ſanctum in iuuene nominato Daniel.* Nempè Spiritum ſagaciſſimæ induſtriæ, & audaciæ vltrà ætatem ſtrenuæ, quâ proprio ipſorum ſuffragio reuincere hoſce Senes, & Suſannam liberare peritè eualuit. O! vix Spiritus *excitat* & *commouet* Danielem duodennem puerum, & ſic illum transfotmat? Præclarè ad rem S.Gregotius magnus hom.30. in Euang. *Ecce apertis*, inquit, *oculis fidei Dauid, Amos, Danielem, Petrum, Paullum, Matthaum intueor, & ſanctus iste Spiritus qualis ſit artifex conſiderare volo; ſed in ipſa mea conſideratione deficio. Implet namque citharœdum puerum* (Dauidem,) *& Pſalmiſtam facit. Implet paſtorem armentarium ſycomoros vellicantem, & Prophetam facit. Implet abſtinentem puerum* (Danielem hîc,) *& Iudicem Senum facit...... O qualis artifex eſt iſte Spiritus ! nulla ad diſcendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox enim vt tetigerit mentem, docet ; ſolúmque tetigiſſe, docuiſſe eſt. Nam humanam animam ſubitò vt illuſtrat, immutat ; abnegat hoc repentè quod erat, exhibet repentè quod non erat.* Longulè, ſed appoſite Gregorius! Altè petitus *artifex* Spiritus ſanctus eſt, qui ſolo *tactu* mentem docet, & de cælo plenè erudit ſubito doctrinarum hauſtu. *Solum tetigiſſe, docuiſſe eſt.* Quare vbi primùm *tangit, excitat, commouet* puerum Danielem, ex puero peritum ſenem, imò Senum Indicum Iudicem in puetili ætate ſenem canâ ſagacitate & puetitiâ facit. Vnde *abnegat repentè quod erat, exhibet repentè quod non erat*; adeò vt de Spiritus ſancti attactu ille altet ſit, & ipſe alius; dum puerum dediſcit, & ſenem ac Iudicem ſubitò induit, & Iudicum Senum inopinatum Iudicem ætate puerum, ſagacitate annosè canum. *O ſanctus iſte Spiritus qualis eſt artifex!*

Arabicus.

S.Gregor.

Spiritus ſanctus Danielem puerum ſubitò in Senem transformat.

Spiritum ſanctum tetigiſſe quemquam docuiſſe eſt.

1\. Corinthiorum 9. animoſa Paulli vox eſt: 3.
Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem 1. Cor. 9.
ſaluos. Sic animosè, & vltrà humanum faſtum v.22.
audet iſtiuſmodi Apoſtoli ſententia, vt Auguſtinus illam à meodacio & aſtu excuſandam putauerit, ſic fatus epiſt.9. & 19. *Non mentiendo, ſed compatiendo ; non ſimulantis aſtu, ſed commiſerantis affectu omnibus omnia factus eſt Paullus*, nempè cum Iudæis Iudæus, cum Idololatris propè Gentilis, cum fortibus magnanimus, cum infitmis imbecillus, &c. Sed vnde Paullus hanc multimodam ad omnes & ad omnia metamorphoſim didicit? Opinor, ex ſancto Spiritu. Audiendus eſt Chryſoſtomus ſerm.1. de Pentecoſte in fine tomi 3. vbi de æmulatione Paulli ad Spiritum ſanctum, ita ſcribit : *Et cùm eſſet vnus* Paullus, *omnia faciebat Dominum ſuum imitans. Etenim cùm ſit diuinitas vnius ſubſtantia, & immutabilis, pro noſtra ſalute omnibus omnia fit.* Quare hom.2. in Acta, ſigillatim id exponens : *Spiritus ſanctus*, inquit, *noſtra imaginis eſt reformatio, mentis perfectio, ſpiritualis mentalium oculorum noſtrorum Sol, interni noſtri hominis lumen, Lucifer in pectoris cælo...... Spiritus ſanctus eſt copula vnionis noſtra cum Chriſto, animarum exultatio, cordis tripudium, fons rorulentus. Spiritus ſanctus lugentium conſolatio, mæſtitudinis depoſitio* (quod nunc experta eſt Suſanna,) *mentis requies, ſapientia communicatio, prudentia inuentio, praſcientia illuſtratio. Hoc Propheta illuſtrantur, Reges inunguntur, Sacerdotes ordinantur, Doctores declarantur, Eccleſia ſanctificantur, altaria fundantur, vnguentum conſecratur, aqua purgantur, dæmones abiguntur, morbi curantur.* Et mox : *Oſtendit anima intrinſecùs quaſi in ſpeculo, cum ineffabili gaudio futurum æternum gaudium*, ac ſi animitus velut in ſpeculo in animo hominum Spiritus ſanctus repræſentet æternùm futura glorioſæ beatitudinis gaudia, eáque iam nunc *ineffabili gaudio* quodammodo prælibet, & præmaturè deguſtet. Ecce tibi qualiter Spiritus ſanctus *omnibus omnia fiat*, quæ eſt amoris emphaſis.

S.Auguſtin.

Spiritus ſanctus omnibus omnia fit. quomodo?

S.Chryſoſt.

Spiritus ſancti conglobata epitheta.

Spiritus ſanctus animæ velut in ſpeculo oſtendit futuram beatitudinem.

Actorum 2. Cùm complerentur dies Pen- 4.
tecoſtes, erant omnes Diſcipuli pariter in eo- Actor.2.v.1.
dem loco : *Et factus eſt repentè de cælo ſonus,*

tanquam

tanquam aduenientis ſpiritûs vehementis, &c. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Nempè Spiritus ſanctus variè in variis figuris, pro varietate operationum & ſignificationum apparuit. Sic cùm Idololatriam potenter

Pſalm. 47. v. 8. euertit, *In ſpiritu*, inquit, *vehementi conteres naues Tharſis*, ſub ſpecie *nauis* Gentiliſmum exponens. Sub eadem etiam *nauis* metaphorâ Eccleſiam, ſeu Chriſtianiſmum inducit Chry-

S. Chryſoſt. ſoſtomus homil. de Spiritu ſancto in fine tomi 3. huius *ſpiritûs vehementis* indigam: *Da*, inquit, *mihi nauim vacuam, gubernatorem, nautas, funes, ancheras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum venti; nónne tardat omnis quantuſcumque eſt apparatus, ſi deſit operatio ſpiritûs? Ita fieri ſolet, licet ſit ampla ſermonis ſupellex, & mens profunda, & eloquentia & intelligentia, ſi non adſit ſpiritus qui vim ſuppeditat, otioſa ſunt omnia.* Itaque quod naui eſt ventus, id Eccleſiæ, & cuique animæ eſt Spiritus ſanctus. Niſi ſpiritu animitus agatur, mentis & oris ſumptuoſior ſupellex planè otiatur. Et quod nimis metuas, ipſo ſpiritu contra tua ſcelera incitato, miſerè naufragus contereris. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* O time, ne aut malaciâ, aut ſæuiente procellâ labores!

Quod ventus naui, id eſt, anima Spiritum ſanctum.

5. Ad Rom. 7. v. 23. & 24. Ad Romanos 7. ſic ſecum de ſe expoſtulat Paullus: *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* Quæ eſt hæc *lex* membrorum, quæ ſic repugnat, contra militat, ac rebellat aduersùs *legem* mentis, & quâ caro noſtra dicitur *corpus mortis*? Nempe *lex* corporis ſeu membrorum eſt appetitus aut concupiſcentia, ſeu fomes peccati, qui ad vitia & peccata iugiter extimulat: hic noſtrum corpus inſtigans, perpetuò militat aduersùs *legem mentis*, quæ eſt ratio, ſeu rationis ſynderеſis in mente hominum cælitus inſculpta.

S. Chryſoſt. Cæterùm S. Chryſoſtomus homil. 2. de Pentecoſte in fine tomi 3. benè notat, Spiritum ſanctum datum eſſe in die Pentecoſtes, id eſt, in feſto quo ſibi datam à Deo legem Hebræi celebrabant. Ita ergo ſcribit Chryſoſtomus: *Quæ igitur lex, quam hodie è cælo datam diſcis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ in quibus hæc lex inſculpitur? animæ & corpus. Quæ tua ſpiritualis circumciſio? omnis malæ concupiſcentiæ exciſio, & ab eâ auerſio. Quod tuum altare? mens tua ſpiritualis. Quod ſpirituale tuum ſacrificium? omnis bona operatio. Quis altaris tui ignis? compunctionis calor. Quod templum tuum à Deo conditum? mundum cor, in quo Deus habitare amat.* Itaque Paullus ſuo & hominum reliquorum nomine conqueritur de *lege* corporis ſeu membrorum, ſiue concupiſcentiâ ad omne vitium velut impotenter procliui. In feſto igitur Pentecoſtes, quo adeſt Spiritus ſanctus, datur alia lex ad omne bonum, omnéſque virtutes inclinans, quæ non tantùm menti & animæ, ſed corpori etiam inſculpitur: *Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hæc lex inſculpitur? animæ & corpus.* Scilicet in corpore erat *lex* membrorum inſculpta, id eſt, concupiſcentia: ergo *corpus* etiam Spiritus ſancti gratiâ, tanquam *lege* quadam inſculpatur, quæ velut concupiſcentiam ad bonum ingerat; vt dicere cum Pſalmiſtâ poſſis: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Pſal. 83. v. 3.

Spiritus ſanctus noua lex corporis eſt.

Ioannis 3. Nicodemum ſynagogæ principem, de Euangelicâ doctrinâ ambigentem, 6.
ſic erudit Chriſtus: *Quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu* ſancto *ſpiritus eſt.* Tale ergo eſt Chriſti argumentum; Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: ſunt enim carnalia; regnum verò Dei eſt ſpirituale: Ergo cùm ex carnali generatione non naſcatur niſi caro, id eſt, homo animalis & carnalis, peccato obnoxius, & ad peccata procliuis, ideóque regno Dei indignus & ineptus: hinc ſequitur eum vt regnum Dei ſpirituale ingredi poſſit, debere ex ſancto Spiritu ſpiritualiter renaſci, vt ſpiritus, id eſt, ſpiritualis, itaque regno Dei aptus dignúſque fiat. Quare non eſt quod mirere, ô Nicodeme, id quod dixi, oportet te naſci ex Spiritu ſancto, vt ſic velut carnem dediſcens, ſpiritualis euadas, quaſi cognatâ ſanctitate alter homo. Sapienter Baſilius Magnus lib. 3. contra Eunomium: *Sicut ferrum*, inquit, *quod in medio ignis iacet, ferri naturam non amiſit; vehementi tamen ignis actione ignitum, cùm vniuerſam ignis naturam in ſemetipſum acceperit, & colore & calore, & actione ad ignem tranſit: ſic ſanctæ virtutes ex communicatione, quam cum illo habent qui naturâ ſanctus eſt, per totam ſuam ſubſiſtentiam receptam, iam quaſi innatam ſanctificationem habent. Diuerſitas verò ipſis à Spiritu ſancto hæc eſt, quòd Spiritus ſanctus naturâ ſanctitas eſt, illis verò participatione ineſt ſanctificatio*, ſiue ſanctitas. Itaque quod natum eſt ex Spiritu ſancto ſpiritus eſt, quia ex communicatione quam cum illo habet, qui naturâ Spiritus ſanctus eſt, *per totam ſuam ſubſiſtentiam receptam* (& repleti ſunt omnes Spiritu ſancto) *iam quaſi innatam ſanctificationem habet.* O! *quaſi innata ſanctificatio*, ſeu ſanctitas homini ineſt? *Quod natum eſt ex Spiritu* ſancto ſpiritus eſt. Quid illuſtrius?

Ioan. 3. v. 6. Cornelius.

Homine ex Spiritu ſancto natum, innatam habet ſanctitatem. S. Baſilius.

---

§. CCXXXI.

Præcedentis theſeos materia de Spiritu ſancto, adhuc amplatur.

1. B. Petr. Dam. BEatus Petrus Damianus ſerm. 21. Anima noſtra, inquit, niſi Spiritus ſancti gratiâ fuerit velut rore perfuſa, funditus arefacta, ad nullius ſanctæ operationis germen poterit eſſe fœcunda. Ille enim lumen mentibus ingerit, deſiderium excitat, vires infundit. Illuſtrat ſiquidem, vt videamus; prouocat, vt velimus; roborat, vt bona quæ volumus, implere valeamus. *Ex illa nempe fœcunditate prodeunt lacrymæ noſtræ*, ex illâ compunctiones mentium, ex illâ confeſſio peccatorum *Sicut enim anima eſt vita corporis; ita & vita animæ noſtræ Spiritus ſanctus eſt. Et ſicut corpus noſtrum anima recedente, collabitur; ita & eadem anima, ſi ſpiritus vivificator abſceſſerit, neceſſe eſt moriatur*; ſine cuius videlicet munere nec ad agnitionem Dei quabibet ratione pertingere, nec

Lacrymæ noſtræ à fœcunditate Spiritus ſancti ſunt.

Spiritus ſanctus eſt vita animæ.

nec ea quæ Dei ſunt, poſſumus aliquatenus penetrare. Hæc ille.

2. Act.2.v.13. *Ebrietatu nō bona elogia.*

Actorum 2. in die Pentecoſtes Diſcipuli Spiritu ſancto repleti, variis linguis loquuntur. Stopebant autem omnes, & mutuò dicebant: Quidnam vult hoc eſſe? Alij autem irridentes dicebant: *Quia muſto pleni ſunt iſti.....* Itaque Diſcipuli Spiritu ſancto pleni, pleni putantur *muſto*, id eſt, vino, crapulâ. Attentiùs hîc conſideranda eſt vtriuſque ebrietatis corporalis ſcilicet & ſpiritualis analogia. S. Bernardus lib. de modo benè viuendi cap. 25.

S.Bernard. *Analogia ebrietatis à vino, & à Spiritu ſancto.*

Ebrietas, inquit, *corpus debilitat, mentem illaqueat, generat perturbationem mentis, auget furorem cordis, nutrit flammam fornicationis. Ebrietas ita alienat mentem, vt homo neſciat ſemetipſum...... nec eſt aliud ebrietas, quàm manifeſtiſſimus Dæmon.* Benè ibi notat Cornelius, quòd ſimilis, ſed in oppoſito genere, eſt ebrietas ſpiritualis, quâ Spiritu ſancto homo inebriatur. Ebrietas hæc corpus non *debilitat*, ſed roborat; mentem non *illaqueat*, ſed expedit, ſoluit, extricat; non generat mentis *perturbationem*, ſed perturbationem ſedat, & pacatè tranquillat; non auget *furorem* cordis, ſed aduerſùs vitia furorem ingenerat corde pacato; non nutrit *flammam fornicationis*, ſed eiuſmodi fomitem quodammodo interſtinguit. Quin & ſi corporalis *ebrietas mentem alienat*; de illo qui hoc Spiritus ſancti *muſto* inebriatur, ait B. Petrus Damianus: Quem Spiritus ſanctus *replet, prudenter inebriat, atque à ſenſu vitæ præſentis ſcienter alienat.* Denique ſicut non eſt aliud ebrietas, quàm *manifeſtiſſimus Dæmon*, aut incarnatus Diabolus; ſic Spiritu ſancto ebrius videtur Angelus incarnatus. Vel potiùs vt ait idem Bernardus tractatu de diligendo Deo: *Hinc*, ait, *ſobria illa ebrietas vero, non mero ingurgitans; non madens vino, ſed ardens Deo.* Ebrietas hæc à Spiritu ſancto, *non madet vino, ſed ardet Deo.* O quàm multa pauciſſimis ſtrinxit Bernardus!

Cornelius. *Spiritus ſanctus à ſenſu vitæ præſentis alienat.* B.Petr.Dam. ſerm.22. *Ebrietas à Spiritu ſancto, non madet vino, ſed ardet Deo.* S.Bernard.

3. Idem ſacer Hiſtoricus inibi aduentum Spiritus ſancti his verbis denarrat: Factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritûs vehementis. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Sicut vocula *tanquam* non tullit quominùs verus ſignificetur ventus; ita eadem vocula *tanquam*, non impedit quominus verum ignem ſignificet. Ita probabiliter multi interpretes. Fuerunt itaque linguæ *πυρὸς*, id eſt, *ignis*, putà flammæ ignis, quæ longè ſubtiliores & acutiores ſunt quàm linguæ noſtræ. Sed quare in formâ ignis, Spiritus ſanctus in Diſcipulos venerit, multæ cauſſæ afferri ſolent; nec paucas affert Cornelius ibidem. Addam, quòd ignis menti lumen ſuggerit, & acrem vim, quâ id quod corripit mundè purificat. Audi Bernardum ſerm. 2. de Pentecoſte: *Quid*, inquit, *à te quærit, qui tanta ſollicitudine te quæſiuit, niſi te ſollicitum ambulare cum Deo tuo? Hanc ſollicitudinem non facit niſi Spiritus ſanctus, qui ſcrutatur profunda pectorum noſtrorum, diſcretor cogitationum & intentionum cordis; qui nec minimam paleam intra cordis, quod poſſidet, habitaculum patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit.* Inde tam immaculata puritas in his qui Spiritu ſancto aguntur; quia ſcilicet *tanquam ignis*, ſeu flamma ſubtiliſſima, ſic penetrat humana pectora, vt conſcientiam ſollicitè ſcrutetur, & vel *minimam paleam* intra cordis penetrale confeſtim exurat. Nulla eſt noxa, defectus nullus, quantumuis leuiculus & paleaceus videatur, quem Spiritus ſanctus in conſcientiâ non euentilet, ſufflammet, conſumat. Hæc cordium mundities, Spiritus ſancti ſtemma eſt, *qui nec minimam paleam intra cordis, quod poſſidet, habitaculum patitur reſidere.*

Act.2.v.3. Cornelius. S.Bernard. *Spiritus ſanctus eſt ignis, qui paleas cordis noſtri exurit.*

4. Act.4.v.31.

Actorum 4. motus eſt locus, in quo erant Diſcipuli congregati: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.* Non phyſicè: quia quiſque habebat ſuum cor & ſuam animam: non enim datur vna anima tantæ multitudini communis, quaſi Spiritus ſanctus reaccendens corda fidelium, ideam Platonicam inſtaurarit. Quare S. Baſilius conſtitut. monaſt. cap. 19. miratur *homines ex diuerſis nationibus & regionibus profectos, per exactam morum ac diſciplinæ ſimilitudinem adeò velut in vnum coaluiſſe, vt in pluribus corporibus vnus tantùm animus eſſe videatur, viſiſque plura corpora vnius animi inſtrumenta.* Hoc myſterium vnitatis in tantâ pluralitate perſonarum, miriſſimus Spiritus ſancti effectus eſt. Quâ ſuper re ita ad rem Petrus Damianus appoſitè ſcribit: *Sancta, ait, Eccleſia licet perſonarum ſit multiplicitate diuerſa, in vnum tamen eſt ſancti Spiritus igne conflata: atque ideo etiam ſi per corporalem ſitum partibus videatur diuidi, vnitatis tamen intimæ ſacramentum nullatenus à ſua valet integritate corrumpi. Charitas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Iſte itaque Spiritus, qui eſt procuìdubio vnus, & multiplex; vnus in maieſtatis eſſentia, multiplex per diuerſa chariſmatum dona, dat Eccleſiæ ſanctæ quam replet, vt & in vniuerſitate ſit vna, & in ſuis partibus tota.* Exinde tanquam huius ratiocinationis clauſula appoſitè inducitur ſolitudo aut vnitas pluralis, & multitudo ſingularis, quod eſt arcanum Spiritus ſancti Sacramentum. *Quia nimirum* (concludit Damianus) *neque hîc pluribus verbis vnius perſonæ ſolitudo præiudicat: neque illic multitudo fidelium à ſingularitate diſcordat: quia per vnitatem ſancti Spiritus, qui & ſingulis ineſt, & omnes replet, & hîc ſolitudo pluralis, & illic multitudo intelligitur ſingularis.* Ecce tibi à Spiritu ſancto eſt, cùm fidelium ſingulis animitus ineſt, & *ſolitudo pluralis, & ſingularis multitudo*; quæ eſt miriſſima Spiritus ſancti emphaſis, & antitheſis ſententioſè moraliſſima.

S.Baſilius. *Spiritus ſanctus & vnus & multiplex eſt.* B.Petr.Dam. opuſc.11.c.6. Ad Rom.5. v.5. *A Spiritu ſancto eſt ſolitudo pluralis, & ſingularis multitudo.*

3. Regum 19. Elias profugus, Iezabelis iras declinat, & in vaſto ſpelæo latitat; ſed vindictæ zelo vritur. Cui dixit Dominus: Egredere, & ſta in monte coram Domino: & ecce Dominus tranſit, & Spiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterēs petras: non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritū commotio: non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis: non in igne Dominus: *Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* Nimirùm docebatur Propheta turbatior, & concitatior ad vindictā, mitiùs agere Spiritus ſācti inſtinctu: 5.

3. Reg.19. v.12.

Tertullian. l. de Patient. c. 15. *Spiritus ſanctus omnia tranquillat.*

Se det in throno, ait Tertullianus, *ſpiritus eius* (id eſt Dei) *mitiſſimi & manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, ſed eſt teneræ ſerenitatis apertus, & ſimplex, quem tertiò vidit Elias: nam vbi Deus, ibi & alumna eius, patientia ſcilicet.* Itaque in *ſibilo auræ tenuis* adeſt Spiritus ſanctus: *Tranquillus Deus* (ait Bernardus) *tranquillat omnia; & quietum aſpicere, quieſcere eſt.* O quàm eſt pacatus & tranquillus, qui tranquillat omnia! Profundè dictum eſt, quòd Spiritum ſanctum, *quietum aſpicere, quieſcere eſt.* Num noſtra diſcordia Spiritum ſanctum quodammodo inquietare dicitur? (Sed de hoc aliàs.) Addam ex Chryſoſtomo hom. de Pentecoſte, cur Spiritus ſanctus in linguis apparuerit, *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis*, ſcilicet vt concordiam fidelium edoceret. Sic fatur: *Propterea in ſpecie linguarum ſpiritus aduenit. Neque idcircò tantùm, ſed vt veteris etiam hiſtoriæ memoriam nobis refricaret: cùm enim olim homines ſuperbiâ elati turrim extruere voluerint, quæ ad cœlum vſque pertingeret, & vniuerſâ diuiſione linguarum prauam illorum coitionem & concordiam diſſiparit Deus: idcircò nunc quoque in ſpecie ignearum linguarum ad eos aduenit Spiritus ſanctus, vt per illum orbem terrarum diuiſum adiungat.* Itaque linguarum arbitrio Spiritus ſanctus totum orbem coniungit.

S. Bernard. ſerm. 23. in Cantic. *Spiritum ſanctum quietũ aſpicere, quieſcere eſt?*

S. Chryſoſt. Act. 2. v. 3.

Linguarum ſpecie concordiam Spiritus ſanctus commendat.

6\. Iſaiæ 11. v. 3.

Iſaiæ 11. Egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, &c. *Et replebit eum Spiritus timoris Domini.* Quæ verba Foretius vertit, *Reſpirare eius erit in timore Domini.* Quaſi dicat: Spiritus ſanctus faciet, vt *reſpiratio*, id eſt, omnis vita & actio eius ſit in timore Domini; timor Domini erit *ſpiraculum, halitus, vita, & anima* eius, qui Spiritu ſancto repletur. Cornelius verò indidem ſic locum excribit, & exponit: *Spiritus Domini ſpirare faciet eum, timorem Domini.* Scilicet *quia faciet, vt nil niſi Dei timorem, religionem & pietatem* (ſic alij pro *timore* vertunt) *corde, ore, oculis, manibus, totóque corpore exhalet & ſpiret; ſicut roſæ & lilia vndique odorum fragrantiam emittunt & expirant. Sic ait Apoſtolus, Chriſti bonus odor ſumus.* Itaque à Spiritu ſancto eſt, vt timor Domini, pietas, & religio ſit hominis *ſpiraculum, halitus, & vita; & nil niſi religionem & pietatem corde, ore, oculis, manibus, totóque corpore exhalet & ſpiret.* Exinde notat Caſſianus collat. 11. cap. 13. quòd Iſaias non dicit, *Requieſcet*, vt dicitur in aliis, ſed, *Replebit eum Spiritus timoris Domini: tanta enim vbertatis eius eſt magnitudo, vt quem ſemel ſuâ virtute poſſederit, non partem, ſed totam eius occupet mentem, nec immeritò: illi enim quæ nunquam excidit charitati cohærens non ſolùm replet, ſed etiam perpetua & inſuperabili eum, quem ceperit, poſſidet iugitate, nullis lætitiæ temporalis, vel voluptatum oblectationibus imminutus; quod nunquam illi, qui foràs mittitur timori* (ſeruili inquam) *euenire conſueuit.* Sapienter Caſſianus plures hîc ſententias adaggerat ad rem opportunas, quas cuique ethicè emedullare pronum eſt.

Foretius. Cornelius. Hebræus. *Qui Spiritu ſancto poſſidetur, pietatem toto corpore ſpirat & exhalat.* Caſſianus.

§. CCXXXII.

Pij deſiderij virtus, temporis neſcia, in æternitatem latè ſe inferre audacter negotiatur.

1\. Theocritus.

DEſideria è corde animam excutiunt. Sapienter dixit Theocritus, Animam concupiſcentis cupitum eſſe. Non eſt ſatis integer qui multa, imò & aliqua è bonis mundialibus auidè deſiderat: tot ſui deſunt fruſta, quot diſtrahunt deſideria. Diſſipari commiſſuris vult, qui ad ſuam felicitatem plura humanitus concupiſcit. Sordidè committentur pretioſo animo viles & abiectæ res, quæ illum in vanas ſpes euaporent, & ſenſim abſumant. Si tibi aliquid deeſſe putas, ſi quid indigum aut vacuum in ſinu cordis reperiſti, ne illud expetas inanibus mundi bonis implere; imple rebus cæleſtibus, Numine imple, & ſatis plenè te refeciſti. Totus eſt, & integer, & ſuus, & diues, qui nullis diuiditur mundi votis, qui humanis non mutilatur deſideriis, qui nullâ mundi poſſidetur cupiditate, qui nec voto eget, quo ad mundana hiet; ſed quò ſemper ad cæleſtia magis ac magis inceſſanter ſuſpirat. Et quantò ſe magis ad hæc impendit, ſe vacuus, ſibi totus, totus virtuti, ac totus Deo eſt; integer ſibi, quia Deo plenus, quo immetatis deſideriis pleniùs ſemper impletur. Aliquid deeſſe videtur ei, qui Deum, rémque Dei auidè cupit; ſed dum hæc concupiſcentia magis gliſcit, minùs indiget; magiſque integer, plenus, ac perfectus eſt, quod eſt cæleſtium deſideriorum ſacramentum. Suſannæ itaque cæleſtia vnicè optanti, Daniel *deſideriorum vir*, congruè opitulatur; ambóque beantur deſideriorum ſuffragio.

Non eſt integer ac plenus, qui humana, ſed qui diuina deſiderat.

Daniel. 10. v. 19. Hic verſ. 45.

2\. Pſalm. 118. v. 20.

Purpuratus Propheta Pſalm. 118. ſic Deo modulatè occinit: Retribue ſeruo tuo, viuifica me. Incola ego ſum in terrâ: non abſcondas à me mandata tua. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.* Subtiliter obſeruat Origenes in Catenâ Græcorum Patr. Prophetam conſultò dixiſſe, ſe concupiuiſſe deſiderare, ne forſan crederetur ſe potuiſſe aliquando ſatiari: nam qui deſiderium exoptat, rebus non ſatiatur; ſed nouis deſideriis plura nouiter deſiderat: ſicut qui famem deſiderat, aut ipſam ſitim bibit, non ſatiatur, ſed plus eſurit, ac ſitit. *Concupiuit anima mea deſiderare. Non*, inquit, *concupiuit, ſed optauit concupiſcere, & in omni tempore concupiſcere.* Quod luculentiùs ac pleniùs his verbis ediſſerit Richardus tract. de gradib. charit. cap. 2. *Concupiuit*, inquit, *anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. Non potuit ſatiari deſiderio, qui nihil niſi deſiderare concupiſcit. Fames enim animæ deſiderium eſt. Sic verò Deum amans anima amore non ſatiatur, quia Deus amor eſt; quem qui amat, amorem amat. Amare autem amorem, circulum facit, vt nullus ſit finis amoris.* Bona virtutis auaritia *circulum* facit, non vitioſum, ſed virtuoſum. Qui deſiderat deſiderare, nunquam deſideriis ſatiatur, ſed ipſam deſideriorum famem eſurit, anhelâ ſemper virtutis concupiſcentiâ, ad ſanctitates omnes ſemper hiante.

Origenes in Catenâ Græcorum Patrum à Corderio.

Rich. Vict. *Deſideria deſiderare, circulum videtur, & immetata virtutis meta eſt.*

Qui deſiderat deſiderare circulum facit.

Hæc

Hæc inſatiabilis ambitio, velut quidam *cir-
culus*, quo prolatatur immetatè virtus, pe-
ctora tua circumdet, quò deſideria deſide-
riorum anheles aridâ ſemper deſideriorum
ſiti, & fame medullitus vrente. *Non poteſt
ſatiari deſiderio, qui nihil niſi deſiderare concu-
piſcit.* O, hanc deſideriorum ſitim hianter bi-
bamus! Hoc non vitioſo deſideriorum *circu-
lo*, perfectior virtus inceſſanter ambitur. Bona
ſanè ambitio, quæ dum nouis immetatè deſi-
deriis inhiat, ſanctitatem conſummat. Deſi-
deria deſiderare, curriculum virtutis putatur,
& ſanctitatum omnium meta eſt.

5. Pergit ſobinde regius Pſaltes: Hæreditate
Pſalm. 118. acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia
v.112. exultatio cordis mei ſunt. *Inclinaui cor meum
ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum.* Piè
deſiderat, & animitùs vouet Propheta, ſe
ſemper, & in omni vitæ ſuæ tempore, ac
ſeculo, non in definitione aliquâ ſpatij, fa-
cturum iuſtificationes Dei. Sed adhuc *ri in
æternum* latiùs patet, quomodo ergo Dauid
cor ſuum inclinare poteſt, vt ipſe tempora-
lis, Dei iuſtificationes *in æternum* faciat?
Opinor, nimis æternitatem abbreuiat, quam
vitæ ſuæ ſpatio metatur, niſi deſideriis piè
audacibus æternitatem adæquare merendo
exambiat, vt votis in æternum prolatet,
quod non longo vitæ tempore definitur.
S.Bernard. Eleganter Bernardus epiſt. 253. his verbis
hunc locum elucidat: *Vera*, ait, *virtus finem
neſcit, tempore non clauditur. Nunquam iuſtus
arbitratur ſe comprehendiſſe; nunquam dicit,
Satis eſt; ſed ſemper eſurit, ſititque iuſtitiam:
ita vt ſi ſemper viueret, ſemper, quantum in ſe
eſt, iuſtior eſſe contenderet, ſemper de bono in
melius proficere totis viribus conaretur; non
enim ad annum, vel ad tempus inſtar merce-
narij, ſed in æternum diuino ſe mancipat famu-
latui, iuxta illud: Inclinaui cor meum ad fa-*
Deſideriorum virtus tempore nō clauditur, æternitatis æmula. *ciendas iuſtificationes tuas in æternum.* Itaque
virtus, quæ reipsâ eſt temporaria, voto
æterna etiam eſt; cùm in tempore ad æter-
nitatem deſideria extendit. Quare virtus
carere tempore perhibetur: re enim æterni-
tatem æmulatur, & deſideriis plenè exæquat.
In deſideriorum officinâ, nullâ temporum
definitione anguſtatur virtus, ſed piâ quadam
temeritate generosè audax, in tutam æter-
nitatem ſeſe latè infert. *Vera virtus finem
neſcit, tempore non clauditur: nunquam dicit,
Satis eſt; ſed ſemper eſurit, ſititque iuſtitiam*, quod
eſt immetatum deſideriorum encomium.

6. Canticorum 5. poſt pulchra ſui ſponſi
Cant.5.v.16. elogia, ſubdit ſponſa: Guttur illius ſuaniſ-
ſimum, *& totus deſiderabilis: talis eſt dilectus
meus.* Quid eſt hoc, quod cæleſtem ſponſum
hac deſiderabilitate commendat, quâ velut
argutâ clauſulâ, encomiaſtes ſponſa, eius
panegyrim definit? Pro, *totus deſiderabilis*,
Hebræus. Hebræus textus habet, *Et totus deſideria.*
S.Hieron. S.Hieronymus lib.1. contra Iouinian. legit,
Et totus concupiſcentia; concupiſcentia autem
Cur Ioannes Baptiſta dictus, Sanctorum propoſitum. viuacius deſiderium eſt. Itaque quantus
quantus eſt cæleſtis ſponſus, cùm exaggera-
tiùs à ſponſâ dilaudatur, *totus deſideria* no-
minatur. Poſtquam à Beato Petro Damiano
B.Petr.Dam. ſerm.23. Ioannes Baptiſta, inter alia epi-
theta, appellatur, Sanctorum ſplendor, no-
bilitas generis, decus hominum, totius re-
ligionis aſſertio, ianua vitæ, omnis iuſtitiæ
principatus, ſpecioſus formâ præ filiis homi-
num, dicitur, *Monachorum propoſitum*, id eſt,
votum, aut deſiderium. Mente concipe Mo-
nachorum ſanctiſſimum in orationis feruore,
de cælo ſublimiùs afflatum, quanta virtutum
facinora piè audeat, & audacter voueat. Ad
ardua quæque, imò & impoſſibilia, ſe exten-
dunt pia deſideriorum vota; & propoſiti au-
dacia, velut æternæ omnipotentiæ æmula,
æternitatem bonorum operum deſiderio ac
propoſito metiri exambit. Idcircò cæleſtis
ſponſus, qui eſt conſummatæ virtutis idea,
totus deſideria dicitur; & Chriſti Dei Præcur-
ſor Sanctorum *propoſitum* nominatur. Hiſpa-
nè dicas: *Lo que en otros Sanctos fue ſolo deſeos
y propoſitos, en Chriſto y en el Baptiſta fueron
obras y execuciones.*

Daniel 12. hoc iuſtorum encomium, de 7.
ore Angeli audit Propheta: *Qui autem docti* Daniel.12.
fuerint, fulgebunt tanquam ſplendor firmamenti: v.3.
*& qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ
in perpetuas æternitates.* Non ſine epitaſi æter-
nitati perpetuitas additur, quo prorsùs im-
metata denotetur æternitas, quâ Sancti velut
aſtra in cælo fulgebunt. Sed, opinor, aſtra
irrequieto ſemper motu in cælorum immen-
ſis ſpatiis circumrotantur, ne dicam, ober-
rant, & contrariis etiam motibus agitantur.
Forſan huc adludit Hebræus Philo lib. de Philo.
Animalibus idon. ſacrif. ſic fatus: *Pedum lotio* *Iuſtus pijs deſiderijs, quaſi iam ſidereus, oberrare audet cum Sole.*
*ſignificat, non humi poſt hac incedendum, ſed per
æthera. Amans enim Deum anima re verâ in cæ-
lum à terris emicat, ſumptiſque alis petit ſublimia,
cupida oberrandi cum Sole, Lunâ, cæterarúmque
ſtellarum ſacrâ militia, ipſo Deo duce atque impe-
ratore.* Ecce tibi terrenus homo adhuc in ter-
ris degens, ardenti pietatis ſtudio, quaſi colo-
niam in cælos duxerit; & terram deſueſcens,
ſideream naturam aſſumpſerit, in cælis voto
iam degit, *cupidus oberrandi cum Sole, Luna,
cæterarúmque ſtellarum ſacra militia, ipſo Deo
duce atque imperatore.* Felici quidem errore
ſidereus votis iuſtus, piè audaci deſideriorum
cupiditate, oberrare cum Sole audet; & ſic, ad-
huc terrigena, *in perpetuas æternitates* præful-
gere. Sidereus planè error eſt, quo mortalita-
tis terrenæ oblitos, in ſideream atque æter-
nam naturam, cæleſtium deſideriorum inge-
nio *oberrare* exambit. Oberrabit conatus ad
impoſſibilia cæleſtium virtutum facinora, ad
quæ pia deſideria ſtrenuè audent.

Pſalmo 80. ſic occinit purpuratus Vates: 6.
Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Pſalm. 80.
terrâ Ægypti. Quid inde Propheta, Dei no- v.11.
mine infert? *Dilata os tuum, & implebo illud.*
Non dicit, Extende ad opus manus tuas, &
ego implebo illas; ſed dilata os tuum. Quid
tam exprompum, & de facili parabile, quam
oris apertio? Quin & ſuperuacaneum, & in-
idoneum videtur, vt aperiat & *dilatet os ſuum*,
totam Dei omnipotentet beneficentiam pro-
ponere, quâ ſuum populum ex Ægypti ſerui-
tute liberauit. Appoſitè ibidem Auguſtinus: S.Auguſt.
Dilata os tuum, & implebo illud, inquit: *Non
os corporis, ſed os cordis. Os verò cordis non
eſt aliud quam deſiderium cordis; quare iſtud
aperiendum eſt, vt vita, ſcilicet virtute,*

quâ ſpiritualiter viuimus, quâ ad vitam æternam tendimus, impleatur. Auguſtino adnuit Hugo Victorinus iodidem ſic fatus: *Quid eſt os interioris hominis, niſi deſiderium cordis? ſed hoc os omnes Ægypti delicia implere non poſſunt; quia omnes diuitia mundi carnali deſiderio ſatisfacere nequeunt.* Scilicet auidè quærit Deus auidam deſiderij noſtri appetentiam, vt ſua nobis beneficia beneficentiùs indulgeat, quaſi humana deſideria appetentiùs hiantia, noſtræ capacitatis ſinum extendant, & acceptam à Deo gratiam obſeruantiùs cuſtodiant. Itaque Deus bonorum ſuorum de ſe largus præbitor, & deſideria noſtra cunctantiùs præſtolatur, vt plura beneficia præbere poſſit, & ne præbita in nobis citò pereant prodigâ beneficiorum iacturâ. Eleganter Euſebius Emiſſenus homil. 21. de Paſchate: *Non poteſt beneficium cuſtodire, qui neſcit deſiderare. Periclitatur munerantis donum, ſi non inueniat cuſtodientis affectum.* Ergo hianti animitùs deſiderio os mentis latiùs dilatemus, quò plura beneficia & à Deo accipere, & in nobis cuſtodire valeamus. Quare apud Origenem in eum Pſalmi locum, hæc Dei vox auditur: *Dilata os tuum, & implebo illud*, id eſt: *Si quid vales petere, peto; & plura exhibebo, quàm petas.* Profundè dictum, *Si quid vales petere*, quod aliàs expendebamus.

Hugo Vict. *Deſideria & laxant ſinum accipientis, & accepta cuſtodiunt.*

Emiſſenus. *Si quid velis petere, pete: & plura Deus exhibebit.*

Origenes.

§. CCXXXIII.

Bona conſcientia eſt Trinitatis ſuffragium, index calumniantium, Angelorum gaudium, religionis titulus, & tutum aſylum ab inferni hoſtilitate.

1\. S. Auguſtin. tom. 10. ſerm. 69. in Appẽd. *Suſanna caput malo criminis obiecti degrauatum, bona cõſcientia in cælum ſublimat.*

STar Suſanna, intolerabilis pudicitiæ rea, de nobili reatu ab impudicis ignobiliter Senibus iudicanda. *Sed nec femineus ſexus*, ait Auguſtinus, *ſuis fraudatur exemplis, qui pudicitia ornatum ſalubriter reſeruauit. Suſanna illuſtris, decus pudicitia, vicit impudentiam Iudicum, petulantiam Seniorum compreſſit audacem, ne caſtitas in eâ pateretur iniuriam. Stabat Suſanna in iudicio falſorum mendacibus oppreſſa teſtimonijs: ſtabat non tanquam rea, ſed pro caſtitate fortiter moritura. Ibat ergo pudica ad ſupplicium, non adulterum corpus, in quo extrema libido exarſerat, & diabolus inflammauerat. Quod protexerat virtus, & ornabat pudor illaſum, illæſum ibat in mortis exitium.* (Nota quæ ad rem ſubdit verba.) *Egregium portabat caput, cuius vultum integra conſcientia ſublimabat ad cælum.* O! tanta eſt bonæ conſcientiæ vis, vt Suſannæ caput propudioſi ſceleris mole degrauatum, non demitteret in terram, ſed in cælos excelſiùs ſublimaret? Sic bona conſcientia malæ damnationi præualet? Sic conſcientia ſæuientes Magiſtratuum faſces exarmat, & ruentem in lapides populum exermis cohibet, ſiſtit, & tepedare cogit?

2\. Hi Senes non boni iudices, & malè teſtes, depoſito auctoratiſſimè teſtimonio, quod dictauit doloſa libido, & veteratoria vaferrimè petulantia, ſubdunt falſato ore: *Huius rei teſtes ſumus.* Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam. *Cúmque duceretur ad mortem, excitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel*, &c. Magna ſanè pueri Danielis audacia, & facinus vltrà ætatis faſtum: conatus nimis audax fuit reuocare populum, recentare iudicium, atque teſtes canis, auctoritate, ac poteſtate illuſtres, falſitatis conuincere. An non in ore duorum vel trium teſtium ſtat verum? Vnius Danielis teſtimonium, duorum Senum oculatæ atteſtationi legitimè refragabitur? Imò in Daniele tres ſiſtuntur auctoratiſſimi teſtes, vſque adeò veritate potentes, vt duos teſtes illos, quantumuis canis & dignitate pollentes exauctorare valeant; nempe Suſannæ conſcientia, cui tota Trinitas adeſt ad ſuffragium. Quod ſubtiliter his verbis Beda ediſſerit: *Quomodo*, inquit, *accipiendum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum? niſi quia hoc modo per myſterium Trinitas commendata eſt, in qua perpetua ſtabilitas veritatis eſt. Si vis habere bonam cauſſam, habeto duos vel tres teſtes, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.* (Aduerte ad verba, quæ ſubdit.) *Denique quando Suſanna caſta femina, fidelíſque coniux, duobus falſis teſtibus arguebatur, Trinitas illi in conſcientia atque in occulto ſuffragabatur; illi Trinitas de occulto vnum teſtem Danielem excitauit, & duos conuicit.* Acutè ſatis Beda Venerabilis. Nimirùm teſtimonium aduersùs Suſannam deponunt duo oculati & grauiſſimi teſtes, qui falſarum ritè ſuffragium maledicè ruleruut: ipſa autem protsùs innocens, dum bonam adducit conſcientiam, tres ſuæ innocentiæ teſtes in iudicio ſiſtit, tres ſcilicet veridicæ Trinitatis perſonas; quarum irrefragabili teſtimonio vſus Daniel, duorum Senum ſuffragium falſitatis conuicit, & falſatæ fraudulenter veritatis reos condemnauit, quo veritas de mendacio, innocentia de malitiâ glorioſè triumphat. Itaque in cauſsâ Suſannæ bonæ conſcientiæ atteſtationi tres diuinæ perſonæ irrefragabile teſtimonium perhibent.

Hic verſ. 45.

Beda tom. 5. in Euang. Ioan. 8. *Bona conſcientia tres diuina perſona irrefragabile ſuffragium perhibent.*

Falſo itaque Seniorum teſtimonio credidit Hebræus populus, canâ Iudicum auctoritate deceptus, & inſuſpicabili eorum malignitate deluſus. Natura, & dignitas commendabat accuſatores & teſtes: ſenio venerandi, magiſtratu reuerendi erant. Dignitas in iudicibus iniuriam, ætas in ſenibus mendacium negabat. Vbi autem ſuam damnationem audiuit, *Exclamauit voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor...... tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, qua iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me.* Benè eſt innocentiam ſuæ conſcientiæ, diuinæ ſcientiæ conformem allegauerit Suſanna; ſed quid muliebri imbecillè eiulatu clamat? An non bona conſcientia illam reddere alacrem debuit, vt maſculam Matronæ fortitudinem in tanto conſiſtorio magnanimiter oſtentaret? O importunum Heroïdis *clamorem*, qui ſuæ conſcientiæ 3.

Hic verſ. 42. & 43.

ac

ac innocentiæ obſtrepere viderur! Imò mirè accinit. Audiendus eſt Ambroſius ſic luculenter philoſophatus: *Cùm morte damnaretur Suſanna*, inquir, *exclamauit quaſi Iudex reorum, arbitra calumniantium, & innocentis conſcientia auctoritate diuinam ſibi in iudicium acceſſit cognitionem: non timore mortis perrita, ſed arguentis cenſura poteſtate preceſſa.* Scilicet Soſaona, femina erat, delicara oimis erat, pudore pudendi crimiois erubeſcebat, publici conſiſtorij auctoritare ad mortem propudioſam damnabatur: ſed quam iniuriæ moles premebar, ſic bona conſcientia ſublimabat, & teddebat ſtrenuè alacrem, vt mulierem oblita, damoatam magnanimiter diffireretur, dum innocentis conſcientiæ imperiali clamore, Iudex reorum iudicum, & arbitra calumniantium, illos mendacij arguit, & de compoſitâ fraude potenter inſultat. Tantùm bonæ conſcientiæ licet!

S. Ambroſ. de fuga ſeculi cap. 9.

Damnata Suſanna clamat, quaſi iudex reorū, & arbitra calumniantium.

4\. Siſtitur Suſanna coram ſalaciſſimis atrociter iudicibus: contemplantes autem eam, eiúſque inculparos ſemper mores, plures ex iis, qui aderant ſuper inopinatâ funeſtè calamitate flebiliter lamentantur: *Flebant igitur ſui, & omnes qui eam nouerant*, miſeram putantes ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ream. Verùm Saluianus lib. 1. de gubernat. Dei, eam à miſeriâ his verbis eleganter viodicat conſcientiæ ſuffragio, quaſi præſcripta verba commentaretur: *Flebant igitur ſui, & omnes qui eam nouerant.* Sed *nemo*, inquir, *aliorum ſenſu miſer eſt, ſed ſuo: & ideò non poſſunt cuiuſdam iudicio falſo eſſe miſeri, qui ſunt verè ſui conſcientiâ beati.* Falſaro Senatorum iodicio ſtupri rea cenſetur Suſanna, ad mortem cruentè probroſiſſimam atrociter condemnatur. Credit eis multitudo quaſi ſenibus, & quaſi iudicibus. Diffamia increbreſcit, vindice lapide ſinus armantur, acerbior immioet mors, quam cauſſa turpios infeſtat: tanquam calamitosè miſeram lacrymis ſpectatores proſequuntur: ſed *nemo aliorum ſenſu miſer eſt, ſed ſuo.* Non infelicitatur falſo aliorum iudicio, qui *verè ſui conſcientia beatur.* O! tantam funeſtè tragediam bona animitus coonſcientia *beare* poteſt? Beatas calamitates bona coonſcientia facit.

Ibi verſ. 33.

Saluianus.

Suſanna aliorum iudicio miſera non eſt, quæ ſui conſcientiâ beatur.

5\. Iſaiæ 66. *Et erit*, inquit, *menſis ex menſe, ſabbatum ex ſabbato.* Id eſt, feſtum feſto continuè ſucceder, agitabunt iuſti continua feſta, & feſtam lætitiam, nullo tribulationum mœrore funeſtatam: *menſis* enim eſt feſtum Neomeniæ; *ſabbatum* aurem creberrimum populi Dei feſtum, tranquillæ felicitati deſtinatum, tanquam cæleſtis beatitudinis ſymbolum, & veræ religioois præmium. Hanc Neomeniam ex Neomeniâ, & ſabbatum ex ſabbaro exponit Cornelios de bonâ conſcientiâ, & ex Hugone Victorino ſubdit: *Conſcientia bona, titulus eſt religionis, hortus deliciarum* (paradiſus inquam,) *aureum reclinatorium, gaudium Angelorum, arca fœderis, aula Dei, habitaculum Spiritus ſancti, liber ſignatus & clauſus, & in die iudicij aperiendus.* Pulchrè & appoſitè bona conſcientia dicitur *Angelorum gaudium*, quo inceſſaoter ac feliciter beaotur. Dicitor etiam *titulus religionis*; nam bonâ conſcientiâ Chriſtiaoa religio pulchrè

Iſaiæ 66. v. 23.

Cornelius in cap. 15. Prou. v. 15.

Hugo Vict. l. 3. de Anim. c. 11.

Bona conſcientia eſt gaudiū Angelorum, & titulus religionis.

P. Didac. Colada in Suſannam.

titulatur, & plenè inſignitur. *Titulus* porrò eſt ſuccincta libri aut capitis ſumma, & luculentum totius operis breuiarium. Sic conſcientia bona eſt Euangelicæ perfectionis ſumma, beatæ gloriæ ſymbolum: & idcircò noſtræ *religionis titulus*.

Pſalmo 75. ſic de Deo oecinit Pſalmographus: *Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum.* Habitatio porrò Dei pacifica eſt, ſiue in cæleſti Ieruſalem, ſiue nunc in terreſtri, tranquillæ conſcientiæ ſuffragio: *Non enim in conflictu* (ait Caſſianus) *certaminis, neque in colluctationibus vitiorum locus Deo factus eſt, ſed in caſtimonia pace, & cordis tranquillitate perpetua. Húncque pacis locum extinctione carnalium paſſionum ſi quis meruerit obtinere, ex hoc quoque proficiens gradu, ac Sion ſpiritualis, id eſt, ſpecula Dei, conſequenter effectus, erit etiam habitatio eius.* Licèt enim Deus corda omnium iuſtorum inhabitet, tamen in illis præcipuâ ratione commoratur, quibus ex *carnaliũ paſſionum extinctione*, perfecta adeſt conſcientiæ tranquillitas, & tranqoilla ſerenitas. Itaqoe abactis procul paſſionum colluctationibus, bonæ conſcienriæ tranquillitas omnia pacat, & quiete ſerenat. Vnde ſubdit: *Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum*, quæ verba oppotrunè elucidat S. Ambroſius lib. de Naboth cap. 14. ſic fatus: *Vbi enim quietus affectus, nullis diuerſarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis auaritiæ turbatur procellis, nullis quærendarum diuitiarum igneſcit incendijs: ipſe eſt qui ſpeculatur æterna, & habitat in Sion, confringens omnia ſpiritualium inſtrumenta bellorum; conterens arma, quibus Diabolus ignita dirigens iacula, graues pectoribus hominum ſolet inurere paſſiones.* Ecce tibi bona conſcientia eſt arx a Deo cuſtodita; & quæ *carnalium paſſionum extinctione* præuiâ, *graues paſſiones, quibus Diabolus pectora hominum ſolet inurere*, excutit, deludit, *confringit.* Grandiùs ſanè bonæ conſcienriæ elogium, quòd ignira inferni iacula irridear, tranquillè quieta; & Diaboli pugnaces de Tartaro *potentias confringat*, tanquam arx præmunita, à paſſionum hoſtilitate propugnaculum, à perturbationibus ſecuritas, & tutum à dæmonibus aſylum. A bonâ conſcientiâ *factus eſt in pace locus* hominis iuſti, *& habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum.* Quid tam feliciter tranquillum?

6\. Pſalm. 75. v. 3. & 4.

Caſſianus collat. 12. c. 11.

Bona conſcientia, quaſi extinctione carnalium paſſionum conſtat.

Mortificationis effectus eſt, velut extinctio paſſionum.

S. Ambroſ.

Diabolus de gehenna incendio paſſiones inurit.

§. CCXXXIV.

Qui puer præ humilitate eſt, apud Deum magnus eſt, dignitatiſque faſtum expuat; & Angelos æmulatus, integer homo eſt.

Magnam peccandi ianuam aperuit libido mentis, & excellentiæ prurigo; ſuperbiam dico omnium ſcelerum metropolim, fœcundiſſimam malitiæ ſtirpem. In pacatiſſimâ illâ conditione naturæ, tot magnis dotibus & priuilegiis cohoneſtatæ, pronus ad 1.

Ferè ex Euſ. in Theop. p. 1. l. 1. c. 9.

ſublimltatem tnmor fuit, & lnotdinata non meritæ affectatio magnitndinis; hæc tecentem adhnc hominem in ptæceps depulit. Quid intereſt, ſi tuoc honeſtata ſnblimibus meos dotibus, ſcilicet onerata? Eadem vtroque euento in ſe eſt, ſcilicet labilis, imbellis, caduca. Ex maioti onere ſioe magno adiumento, quid niſi lapſum expectabis, & ruinam? Eſt quoque ſua menti inclinatio naturalis atque appetitus ſicut ſenſui; & promptiot erit, quia illa pars noſtra ſublimis, eſt valentior. Videmus multos ptoſligatis ſeoſuum cupiditatibus, adhuc periculoſis rixis cum glorioſæ magnitudinis appetitu luctari; videmus qui ſuperarunt cupiditatem carnis, victos ambitione animi obnixiùs ad faſtigia conantis. Maioti vi adſurgit ignis ad ſublimes ſedes, quàm terra demittitur ad ima: ſic mens ſuperior eſſe ardentiùs appetit, quàm ſenſus deiicitur. Ar in Chriſtianâ Philoſophiâ magnus non etit, qui paruulus oon eſt; quaſi humilis exiguitas ſit veræ magnitudinis cenſus. Hinc ſolemnis illa Chriſti vox: *Niſi conuerſi* (ab ambitione veſtrâ) *fueritis, & efficiamini ſicut paruuli* (Syrus *ſicut pueruli*) *non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte, hic eſt maior* (Syrus, *maximus*) *in regno calorum.*

Quàm ſit viuax magnitudinis libido.

Matth. 18. v.3.& 4.

Syrus.

2. 1. Reg. 2. v.21.

1. Regum 2. Samuël miniſttabat ante faciem Domini, puer, acciuctus Ephod lineo. *Et magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum.* Quid eſt, quod Samuël dum puer dicitur, & magnificari perhibetur? & cùm magnificatur, eut pueti vocabulum minimè deſueſcit. Exigua, opinor, erit magnificentia, quæ pueri nomen, & rem pueri non dediſcit. Imò caſſa & inanis foret magnificatio, quam pueritia oon faſtigiat. Inde ergo ſublimiùs magnificatnr, vnde puer eſſe noo deſiit. Pulchrè inibi Gregorius: *Magnificari quippè non prodeſſet, ſi puer eſſe deſiſteret: quia humilitate amiſſà placere omnipotenti Deo de conuerſationis altitudine non valeret.* Hem, magnus non eſt, qui adhuc puer non eſt! Habet & animus ſuas ætates; & quaſi anni curarentur, de humilitatis ſacramento vir etiam repueraſcit, & maturitate ſeneſcit. Magoificatur puer Samuël ante Dominum, quia in oculis ſuis puer eſſe non deſiit. O magnificentiâ poerilitate monſtroſa! quod eſt naturale humilitatis miraculum.

Magnificari non poſſet Samuël, niſi puer diceretur.

S.Gregor.

3.

Eſther cap. 2. pulchritudinis celebritate opinatiſſimâ, ſuperbas cum Aſſuero nnptias meruit. Ad regni ergo faſtigium euecta, ſublimitatis faſtum dediſcens, motum adhnc retinebat infantiam; quod bonæ educationis ſtipendium fuit, & Angelicæ indolis documentum. Et quæ poſſet arroganter imperare, maluit obſequenter obtemperare: iam Matrona, ac Regina puellari obſequio nobilis; dignitatem regiam deſueſcens, ne inolitam humilitatem deſueſceret. Quicquid enim Mardochæus præcipiebat, obſeruabat Eſther: *Et ita cuncta faciebat vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat.* Quæ ſacri Hiſtorici verba ſic indidem noſter Saoctius elucidat: *Mardochæum non minori obſeruantiâ atque obſequio proſequebatur Eſther iam Regina, quàm olim cùm eſſet infans atque paupercula, quia regia dignitas non inflauerat humilem, & obſequentem animum; neque mutatio loci mutarat mores, quos bonus patruus ad modeſtiam & religionem ſtudioſè formauerat.* Scilicet Eſther etiam adulta, Matronam oegat, Reginam repriroit, & matronalem iofantat ætatem, ne infantem puellam, paupereulam, humilem, ſeruam diffiteri videatur. Regina eſt dignitate, & infans inoocentiâ, atque obſequio puella: & Regium faſtum puellari humilitate expiare adnititur: *& ita cuncta faciebat vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat.*

Eſther regina paruula dicitur, vt dignitatis magnitudinem expiet.

Eſther 2. v.20.

Sanctius ibi n.35.

4. Sap.9.v.4.

Sapientiæ 9. Salomon nuper rex, & regendo populo per ætatem impar, ſic à Deo ad regimen inſtitui ſupplex orat: *Da mihi,* inquit, *ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis.* Quæ verba Syrus interpres ita vertit: *Da mihi ſapientiam à conſpectu ſedis tuæ*; Arabicus luculentiore emphaſi: *Da mihi ſapientiam eorum qui frequentant te*; Græcus ita ad verbum: *Da mihi tuorum thronorum aſſidentem ſapientiam.* Per thronos accipe ſedes regales: Reges enim ſedent in thronis regiis: vnde in iiſdem metaphoricè ſedere dicitur Deus, qui eſt Rex regum, quo ſignificatur ſumma & eminentiſſima Dei poteſtas io omnes. Addit ad rem Salomon: *Et noli me reprobare à pueris tuis.* Saoè *puer* in Bibliis vel filium, vel ſeruum ſignificat, electum & dilectum. Senſus ergo eſt: Noli me reiicere ex numero filiorum & famulorum tuorum, quos velut tibi dilectos, tuâ ſapientiâ donaſti. Sed adhuc ſudat Commentatorum induſtria, vt claret quid *puerorum* nomine denoretur. Multa multi ſuper hac re. Noſter Cornelius inibi ex Cantacuzeoo, *per pueros accipit Angelos, præſertim ſupremos Deo aſſiſtentes, putà Cherubinos (qui à ſcientia & ſapientiâ nomen acceperunt,) & Seraphinos, qui à Deo lumen accipiunt, quo alios inferiores illuminent. Hi enim ſunt proximi Deo, quaſi primi eius familiæ pueri, id eſt, filij vel famuli.* Itaque Salomuo ſummam à Deo expetit ſapientiam ad peritè regendos populos ſibi ab ipſo Deo commiſſos; & ſe puerum profitetur, & *puerorum* Dei pueritiam expetit: puerôſque Dei appellat Angelos, præſertim Cherubinos atque Seraphinos, qui propiùs diuinâ ſapientiâ abunde potantur. Hanc *puerorum* ſapientiam, appellat *ſapientiam à conſpectu ſedis* vel *throni* Dei: *ſapientiam eorum qui frequentant* Deum; ſapientiam *thronorum* Dei: quod oomine *puerorum* expreſſit, vt præcelſæ humilitatis ſacramentum, *puerorum* nomine deſignatum, ſumptuoſiùs deootaret: quaſi *puerorum* vocabulum foret Angelicæ excellentiæ character, & auguſtioris magnificentiæ emphaſis. Exinde Salomoo oboixiùs Dcum ſupplicat: *Noli me reprobare à pueris tuis:* puerorum enim vocabulo ſublimius faſtigium denotat. Sic cùm Daniel hîc nominatur, puer iunior, *Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel*; & poſt pauca ſubditur: *Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi à die illâ, & deinceps,* quaſi celſior magnitudo foret humilis pueritiæ ſtipendium, arcanâ rei diuerſiſſimæ cognatione.

Syrus.

Arabicus.

Græcus.

Cùm Salomõ expetit ſapientiâ Cherubinorum, eos appellat pueros.

Cornelius. Cantacuz.

Hic verſ.45. & 64.

5. 1. Corinth. 14. ſic Paullus eos erudit: *Fratres nolite pueri effici ſenſibus* (alij, *mentibus*, ſtuporem, quin & ſenſuum ingenia reiiciens,) *ſed malitia paruuli eſtote.* Cauſſam ab humilitate inibi petit Origenes: *Nec enim magnum aliquid ſapere cadis in puerum, neque iactantia generis vel diuitiarum. Vnde videmus quòd infantes, licet fuerint generoſi, ſimiles ſe prabent pueris degeneribus, nec amplius diligunt diuites pueros quàm pauperes.* Luculentiùs ad rem, opinor, Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 5. *Iure ergò*, inquit, *ſunt pueri, qui ſolum Deum patrem nouerunt, ſimplices, infantes, integri, atque innocentes.* Itaque qui non ſenſibus, ſed malitia puer ſeu paruulus eſt, ſimplex, infans, & innocens eſt; & indè *integer* homo eſt. Quaſi vir aſtutus, ſeculari verſutia callidus, ſenſuum ingeniis ſagacior, ambitione turgens, arrogantia ſublimis; dum paruulorum innocentiam ſuperbè dediſcit; non homo magnus eſt: quia quo magis ſeipſo plenus eſt, eò magis vacuus eſt, diminutus, & à ſeipſo deficiens: nam qui cognatum virorum faſtum, & magnitudinis ambitionem deſueſcens, ſimplex & innocens eſt, infans, puer, hic, hic inquam, *integer* homo eſt; tantùm *integritati* adiiciens, quantùm malitiæ elationis detraxit, tantò integrior ac plenior, quantò ſeipſo inanior; eò magnus, quò ſe ipſo vacuus. Hi, hi inquam, *ſolum Patrem nouerunt, ſimplices, infantes, integri, innocentes.* Porrò ſuperbia, inanis tumor eſt, magnitudo non eſt; tumor autem inanitate plenus eſt. Qui præ humilitate puer paruulus non eſt, nec *integer* homo eſt, nedùm homo magnus, quod vocabuli arrogantia mentitur. Quocircà S. Hieronymus (vel potiùs Paullinus) Epiſt. 54. ad Celantiam: *Nihil*, ait, *habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius; hac eſt enim præcipua conſeruatrix, & quaſi cuſtos quadam virtutum omnium: nihilque eſt quod nos ita & hominibus gratos & Deo faciat* (Nota verba quæ tempeſtiuè ſubdit,) *quàm ſi vita meritо Magni, humilitate infirmi ſumus*, Paruuli inquam.

1. Cor. 14. v. 20. — Origenes. — Clem. Alex. — Qui puer malitia non eſt, integer homo non eſt. — Humilitas virtutũ cuſtos eſt. — S. Hieron.

6. Matthæi 18. accedunt Diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas, maior eſt in regno cælorum? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: *Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Scilicet *conuerſi* ab æmulatione & ambitione, qua Diſcipuli in Meſſiæ regno celſitudines affectabant. *Sicut paruuli*, qui non inuident aliis, nec primas ambiunt, candidi, innocentes, ſimplices, humiles: quorum ingenium ſic dilucidè S. Hilarius inibi exponit: *Hi*, ait, *patrem ſequuntur, matrem amant, proximo velle malum neſciunt, curam opum negligunt: non inſoleſcunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt, verum habent. Reuertendum eſt igitur ad ſimplicitatem puerorum; quia in eu collocuti, ſpeciem humilitatis Dominica circumferemus.* Ecce tibi cur iubeat nos Chriſtus eſſe ſicut paruulos. Hoc paruulorum ingenium explicatiùs tradit Victor Antiochenus in Marci cap. 10. verſ. 13. *Eſt*, inquit, *paruuli anima candida, & omnibus vitioſis affectibus libera; quandoquidem paruulus triſtia paſſus, aut iniuria à quopiam affectus, neque iniuriam reminiſcitur, neque vindictam meditatur: verùm quaſi nihil incommodi tulerit, ad eum qui læſerat tamquam ad amicum vltrò accedit. Pari modo licèt grauiter à matre cædatur, occurrit nihilo ſeciùs præ ceteris ad ipſam, vnámque illam aliis omnibus mulieribus potiorem ducit. Adhæc nihil prorſus plus exigit, quàm natura neceſſitas depoſcit. Prætereà de earum rerum iacturâ, quas nos maximi facere conſueuimus, vt ſunt pecunia, gemma, aliáque eiuſmodi, nihil prorſus mouetur aut contriſtatur. Denique non ſtupet, nec rapitur ob corporum venuſtatem, vt ceteri mortalium ſolent. Propter hæc ergò Dominus dixit: Talium eſt regnum cælorum.* Longulè, ſed eleganter. Plura qui volet, adeat Origenem, in præſcriptum Matthæi locum.

Matth. 18. v. 3. — Cur iubet nos Chriſtus eſſe ſicut paruulos? — S. Hilarius. — Paruuli Chriſtũ circumferunt. — Victor Ant. — Chriſtus amat paruulos, ob plures eorum dotes. — Origenes.

---

§. CCXXXV.

Vanagloria, victricium virtutum tumulus eſt; paſſionum progenitrix, criminum fomes; & concupiſcentia nomen arroganter detrectat: ſuperbóque mundi gloria, cæli adinſtar eſt.

Mens Deo demiſsè humilis, excelſa eſt ad faſtidia mundi, & ad generoſum inanis gloriæ contemptum. Sub nullam artem vrgetur virtus, nullo vincitur ingenio, nullis ſurgit machinis, niſi diuina ei porrigatur manus. Nihil facies, niſi è cælo totus, nihil te reputes. E cælo venit cæleſtis res. Omnia cælo debemus. Lux, dextera Solis manus, quâ officinam naturæ gubernat, è cælo eſt. Lac germinum, tumentibus è nubium mammillis indè mulgetur, indè mulcebris calor, indè multiplex ille aſtrorum nobis riſus ſalutaris. Non minùs pendet animus è cælo, quàm corpus; ſed cum diſcrimine: influxus corporis dimittitur per plenum; influxus animi per vacuum, cùm adhuc ſe exinanit; & humo hactenùs ſe plenus, ſe ſeipſo per ſui exinanitionem euacuat. Hæc ſui vacuitas magnes fit diuini influxus, & illex Diuinitatis, impatientioris vacui, quàm natura. Ineſt Deus ei, qui ſibi deeſt: adeſt, ſi tibi abſit. Faſtigium Chriſtianæ diſciplinæ, humilitas; caput Euangelicæ perfectionis, deiectio. Vnus eſt in virtute honos, cuius humile meritum ipſo pretinſius eſt. Hic honos ſui neglectu venit, ambitione ſui abit: atque illum appetentes, & honore, & virtute deſtituit. Negligendus eſt, ſi velut virtutis vmbra, illam ſequatur: dum verò male præcedit, illius abuſu virtus obumbratur, & euanidè ſterileſcit: Quare virtus virtutis infœcunda, potiùs parturit vitia; & de virtutum aborſu, obſtetricante vanâgloriâ, adulterina vitia fœcundè propagantur: in cuius officina, vitia de virtutibus excuduntur; & virtutis acumine virtus ipſa ignauè perimitur: & quod cœpit in virtute, in vitio conſummatur, ſubdolo vanægloriæ ingenio virtutes adulterante. 1.

Ferè ex Euſeb. l. 2. de Ant volunt. c. 84. — Cælũ in corpora noſtra per plenum influit; in animum verò per vacuum.

1. Machabæorum 6. Antiochus Eupator aduerſùs Iudæos educit in aciem centum millia peditum, & viginti millia equitum cum 2.

triginta dnobus elephantis pugnaciter turritis, Iudas com eo fortiter conſligit. Et vidit Eleazar Iudæ fratet, vnam de beſtiis loricatam loricis Regis, & viſum eſt ei quòd io ca eſſet Rex: & dedit ſe vt liberaret populum ſoum, & *acquireret ſibi nomea æternum.* Et concurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à ſiniſtris.

1. Machab. 6. v. 46.

Et iuit ſab pedes elephantis, & ſappoſuit ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. Machabæus Eleazar ſtrenuo vir robote, intrepido auſu magnanimus, & contemptâ morte ferocior, abiecto clypeo, & vtrâque manu hinc indè atrociùs feriens, confertiſſimos hoſtium cuneos penetrat, & cùm elephantum ſubitet, quò plenioti illum feriret ictu, totâ beſtiæ mole occluſus magis, quàm oppreſſus, illius ruina glorioſè occubuit, ſuo ſepultos triumpho.

Sub triumpho ſuo cadit, qui vitiis, quæ vicit, ſuperbiendo ſuccumbit.

S. Gregor.

Verùm enimverò cùm Eleazarus hoc ſtrenuum facinus aggreſſus ſit, vt *acquireret ſibi nomen æternum,* ſuæ victoriæ claritudine ſymbolicè obſcuratur. Quod S. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 13. his verbis luculenter ediſſerit: *Eleazar ia prælio elephantem feriens ſtrauit, ſed ſab ipſo quem extinxit occubait. Quos ergò iſte ſignificat quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos, qui vitia ſuperant, ſed ſab ipſa qaa ſubiiciaat, ſaperbiendo ſuccumbunt? Qaaſi enim ſub hoſte quem proſternit, moritur, qui de culpa quam ſuperat, eleuatur.* O bellè! Peccata lacrymis deles: quid velut rediuiuæ culpæ attamento ſuper deletam iam culpam, culpam inanis gloriæ ſuperſcribis? quid reſorbes, quod pœnitentiæ calore naufragium digeſſiſti? quid tuo te triumpho tumulas? quid ſumptuoſiori gloriæ trophæo, partam perdis victoriam, & hoſtibus è peruerſo ſuccumbis? Ipſa etiam victoria vincenda eſt. Cui nihil eſt gloriatum, ſat victoriatum illi eſt. Heu tot ab inani gloria, virtutum ſtupra, victoriatum mortes, & triumphorum cadauera! *Quos ergò iſte* Eleazar *ſignificat quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos, qui vitia ſuperant, ſed ſub ipſa qaæ ſubiiciaat, ſaperbiendo ſucumbunt?* O caue has victoriarum ſtrages!

3.

1. Ioann. 2, v. 16.

1. Ioannis 2. ſic nos Apoſtolus admonet: Nólite, inquit, diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt: *Qaoaiam omne, qaod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & coacupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Quaſi dicat: Nolite diligere muudum, id eſt, bona quæ in illo ſplendent, & homioum pectora votis implent: quia quicquid ſpectabili hoc mundo continetor, aut carnis cupidinibos & illecebris animum emollit & inquinat, aut opum cupiditate accendit, aut ſuperbia & faſtu extollit: quæ omnia ſunt caduca mundi bona, vel potiùs fugitiuæ bonorum vmbræ, & mentita ſimulacta.

Superbia non dicitur concupiſcentia gloriæ, quia nihil deſiderare præſumit ſuperbus.

Cornelius.

Forſan ſagaciùs perquiret aliquis, quare Ioannes mutarit ſtilum, & poſuerit *concupiſcentiam* carnis, & *concupiſcentiam* ocolorum, & cùm, ſibi cohærens, potuiſſet idoneè dicere *coacupiſcentiam* honorum & gloriæ, potiùs voluerit hanc concupiſcentiam appellare *ſuperbiam vitæ?* Nonnulli Interpretes apud Cornelium inibi, notanter excribunt, *Hoaoris cupiditas*, conſectariè ad duo priora membra. Nec ſic, opinor, enariatur ſenſos; ſed languet ſententiæ energia, niſi ponatur aut *mundi faſtus*, aot *arrogantia*, aut *gloriatio*, aut *ambitio*; vel potiùs, vt Vulgatus maluit, *Superbia vitæ.*

Tranſlationes variæ.

Nam ſnperbus qui aliquid extrà ſe concupiſcit, à ſuperbiæ faſtu & inſolentia degenerat. Sic enim ſuperbus ſeipſo plenus eſt, vt nihil, quod illi deſit, in alio videat, aut ex alio optet.

Superbia eſt, Vitiorum origo, paſſionum progenitrix, & criminum fomes.

Indè forſan Apoſtolus noluit iugulare ſententiæ vigorē, & ſuperbiæ extenuare arrogantiam, & ſi ſuperbia reapſe ſit, *hoaoris cupiditas*, ſeu concupiſcentia gloriæ. Et quidem ſeotentioſè Dorotheus Doctr. 4. de timore, ſuperbia eſt, inquit, *Vitiorum ſemiaarium, & paſſionum progenitrix.*

S. Doroth.
S. Ber. Serm. 6. in Pſalm. Qui habitat.

Dorotheo accinit Bernardus, à quo appellatur, *Vitiorum origo, criminum fomes, virtutum arugo, tinea ſanctitatis, ex remediis morbos creans, generans ex medicina langorem.* Ecce tibi vanagloria ſeu ſuperbia rectè etiam appellari putoit *coacupiſcentia*; eſt enim, *origo vitiorum, paſſionum progenitrix, & criminum fomes.* O non bona elogiorum trinitas! Sat atrociter *paſſiones* ſæuiunt; quid earum ferociam foues, dum genitrice ſuperbia eas lactas, nutris, incrementas: Quid *vitiorum ſeminarium, & criminum fomitem* ſulphuteis hominum paſſionibus admoues? Deſperata ægroti ſalus eſt, cùm generat medicina langorem, & remediis laboratur. Quódnam ſupereſt ſuperbo remedium, qui in vanægloriæ officina, virtutes refingit in vitia, pœnitendam agit pœnitentiam, & lacrymas recudit in culpas?

Lucæ 10. Septuaginta duo Diſcipuli ex miſſione prædicandi Euangelij, reuerſi ſunt ad Chriſtum cum gaudio, dicentes: Domine, etiam Dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. *Et ait illis: videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* 4.

Lucæ 10. v. 18.

Sicut fulgur, magnâ vi, colliſione & fragore cum tonitru per nubes frigidas, ſibique contrarias excluditur; ſic Dæmon deturbatus eſt ſubitò, inexpectatò, violenter, celerrimè. Multi putant ad litteram Chriſtum hic loqui, non de Luciferi cum ſuis è cælo ruina; ſed de caſu Satanæ, id eſt, eiuſdem Luciferi, quo *de cælo*, id eſt, de aëre, aut gloriâ & poteſtate ſuâ, quam antè Chriſtum in mundo obtinebat, per ipſum Chriſtum ſpoliatus & deturbatus eſt. Audi Theophylactum: *Qaidam ſic intelligunt: De cælo, id eſt, de gloria ſuâ, & de honore quem habebat. Aate Chriſtum enim vt Deus colebatar, nunc aatem de cælo decidit, id eſt, de gloriâ ſuâ, ne colatur vt Deus, neqae habeatar perindè ac ſi in cælo habitet.*

Theoph.

Cælum ſuperborum, eſt inanis mundi gloria.

Hem! poteſtas, honor, & ſuperba mundi vanagloria, ſic à mundi amatoribus magni æſtimatur, vt de illorum cenſu, vel Chriſti ore cælum nominetur? Profectò qui ſic illam æſtimat, illam ambit, & gliſcit ad illam, verum repudiat *cælum*, mundi gloria abundè contentus. O io nomine cæli, & te nominis ludit, & errat ſuperbus! Heu cæli ab inani mundi glotia repudium! Cæli exheredem vanagloria inuenit aut facit. Cælum æthereum ſordet, cui ſordidum ſuperbiæ cælum fulget. O falſatum ambitionis de re cæleſti cenſum, quem æternatura gehennæ flamma numquam expiabit! Sic ſuperbia ad cæli inuidiam, cæleſtem gloriam vellicat? Verùm

tùm per τὸ *Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem*, intelligi Luciferum vanægloriæ mole è cælo ruentem, cenſent communiter Interpretes. Albert. Mag. Quò adludere videtur Albertus Magnus Serm. de Domin. 3. aduent. ſic fatus: *Superbia ſiue vanæglo ria eſt quaſi quoddam fulmen excæcans oculos animæ. Sicut enim fulmen quamdam breuem claritatem habet: ſed tamen teneris creaturis valdè nocuam: ita etiam eſt de ſuperbia, quâ ſuperbi lucere volunt in hoc ſeculo per elatam ſuperbiam.* Ambitio, arrogantia, vanagloria, ſuperbia, ſicut *fulmen claritatem* habet, ſed *breuem* ac *nocuam*, quæ non illuminat, ſed excæcat. Ad momentum coruſcat, ſed coruſcatione cæca, dum fugacem mundi gloriolam ſic cæcè clarare videtur, vt gloriæ cæleſtis iacturâ illam emat. O fulmineam ſuperbiæ vim, quæ vitia obſcuriſſima fallenter clarat; & clariores virtutes obſcurat, excæcat, incinerat, & in gehennales fauillas ſoluit, dum illas errante gyro ad ſuam gloriam violentè torquet, quæ cognati ignis vi ſumptuoſiùs aſcendunt in cælum, quod virtutum omnium centrum eſt! Bellè belliſſima Suſanna eximiam pulchritudinem ſuam *velo* tectiùs abſcondit, timens in ſua etiam calamitate, hominum oculis placere. Meritò abſcondit, quod vel lugubre theatrum glorioſè celebret. Meritò etiam Daniel, cùm *factus eſt magnus in conſpectu populi*, præuio magnitudinis antidoto, *puer iunior*, & exiguus nominatur; quaſi tanta magnitudine minorem ipſe ſeipſum publicet. Scilicet exiguitate humili magnitudinem auget, ne arroganti magnitudine operum minoretur, iuxta illud: *Magnus Pompeius, & ſolo theatro ſuo minor.*

Superbia fulmini comparatur, quia fulgendo excæcat.

Hic verſ. 32.

Hic verſ. 64.
Hic verſ. 45.

Tertullian. aliàs expenſus.

5.
1. Petri 5. v. 5.

1. Petri 5. *Deus*, inquit, *ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Quid eſt, quòd Deus dicitur ſuperbis *reſiſtere*? An hominum ambitioſa vanagloria adeò ſuperbè ac temeraiè audet, vt velut acie inſtructa Deum iniurioſè inuadere præſumat? Humana temeritas Dei omnipotentiam laceſſit? Eleganter S Ambroſius in Pſalm. 118. Octonar. 7. *Quid igitur, ait, hoc peccato poteſt eſſe deterius, quod à Dei cœpit iniuria? Ideóque Scriptura dicit: Dominus ſuperbis reſiſtit; tamquam ſuæ contumeliæ propulſator, veluti quoddam ſuſcepit aduersùs ſuperbiam ſpeciale certamen.*

Hominis vanagloria contumelioſa eſt Deo

S. Ambroſ.

§. CCXXXVI.

Suauitas in profectu virtutis, auaritiam piè æmulatur, ipſam ſitim bibit, beatitudinem vindemiat, & propè ab affectionibus redimit.

1.
Fauſt. Rheg. Inſtruct. ad Monachos in fine.

SImus (ait Fauſtus Rhegienſis) in opere Dei indeficientes propter æternam retributionem, & quotidie ad meliora tendamus. Ipſa enim apprehendendi auiditas, ipſa conſuetudo proficiendi, ſemper nos ad maiora prouocet: & vbi viderit Deus deuotionem animæ, ardentiorem inſinuabit affectum; & quantò nos arſerimus ad ſtudium, tantò ille addet ad gloriam. Qui habet, dabitur illi, & ſuperabundabit. Gratia enim de gratia naſcitur, & profectus profectibus ſeruiunt, lucra lucris, & merita meritis locum faciunt, vt, quantò plus acquirere cœperit, tantò plus acquirere conetur, & quantò auidiùs de ſapientiæ bonis hauſerit, tantò plus haurire deſideret. Vrgeamus curſum noſtrum, vt creſcat in nouiſſimo vita noſtra. Quæramus vſque in finem, vnde ſine fine gaudere mereamur. Hactenùs ille. Sic hianter perfecta virtus ad nouos ſemper profectus ſuauiter anhelat!

Perfecta virtus ad nouos ſemper profectus hiat.

Prouerbiorum 30. ita ſcribit Salomon: 2.
Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, affer. Prouerb. 30.
Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod num- v. 15.
quam dicit, Sufficit. Appoſitè inibi Cornelius Cornelius.
ait: Per ſanguiſugam accipias auaritiam: hæc enim eſt tertia filia, vt vertunt Septuaginta, ſanguiſugæ, id eſt, cupiditates: ſanguiſuga enim ſugere non ceſſat. At auari cupiditas nullis opibus ſatiatur, ſed quò plus habet, eò plus deſiderat, iuxtà illud: *Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* Sic eſt *inſaturabilis* auaritia! Nec virtus in bono ſegnior eſt, quàm in malo auaritia. Eloquenter propterea Petrarcha lib. 1. Diaalogo 10 *Dicerem*, inquit, *ſi liceret, auaram, aut certè auaritiæ ſimilem eſſe virtutem. Iugiter ſitit, quotidie inardeſcit, quò plus quæſierit, eò ſibi pauperior videtur, & plus appetit. Nullus illi deſiderandi modus eſt, nullus ſat magnus cumulus meritorum.* Irrequieta eſt mortalium virtus, donec in empyrea beatitate quieſcat. Quaſi è nouo lucro pauperior, ad vlteriores opes inceſſanter hiat. Laus noua niſi indies addatur, etiam veterem amitti putat. Auaritiæ æmula pia merendi ambitione, nullus ei ſat magnus meritorum cumulus eſt; quia donec perueniat ad merendi immeratum finem, *nullus illi deſiderandi modus eſt.* Vnde putari potuit abundè ſaturata, indè fames auidiùs inaccreſcit, & ipſam pro ſaturitate famem edit. Quarè auſim dicere, aut piè *auaram, aut certè auaritiæ ſimilem eſſe virtutem.*

LXX. Interp.

Petrarcha.

Virtus piè auara eſt, aut certè auaritiæ ſimilis. quaret

Eccleſiaſtici 24. hæc pulchra Siracidis, aut 3.
potiùs virtutis vox auditur: *Qui edunt me,* Eccli. 24.
adhuc eſurient; & qui bibunt me adhuc ſitient. v. 29.
Quaſi dicat: Sapor ſeu dulcedo virtutis quò magis guſtatur, eò magis appetitur & eſuritur: quanto magis ſatiat impletque mentem, tantò mens ſatiata vlteriùs ſatiari & impleri deſiderat. Vndè Tigurina vertit: *Qui me comederint, eſurient ampliùs; & qui me biberint, adhuc ſitient*; Syrus, *ſitient me.* Idcircò tamquam rem miriſſimam notat indidèm Cornelius: *Sapientia*, virtus inquam, *ipſa eſt cibus, ipſa eſt eſuries: nam qui eam comedit, eam eſurit. Vt enim Deus ſimul eſt vnus & trinus: ita ſapientia ſimul ſatiat animam, vt nihil vltrà eam quærat; ita verò ſatiat, vt ſimul deſiderium, ſiti ac eſuriem accendat.* Magnum quidèm deſideratæ ac quæſitæ virtutis ſacramentum (Trinitatis myſterio non abſimile, de quo aliàs) quod ipſa virtus ſit cibus, & ſimul eſuries: ſi potus largior, & velut arida plus bibendi ſitis. Eleganter Euſebius Emiſſenus homil. 3. de Epiphania, hunc Eccleſiaſtici locum elucidans, ita ſcribit: *Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. Ergò iucunditate ſui excitat appetitum, ſed non facit de ſatietate faſtidium ..... Anima fidelis & caſta cùm experit*

Tigurina.

Syrus.
Cornelius.

Eſuries virtutum, Trinitati ſimilis dicitur.

perit de ſpe futuri ſeculi cogitare, & ipſam bonorum caleſtium ſitim bibere, impleri ſcit, neſcit expleri: vt quantùm capacitate augetur, tantùm auditate deficiat. Ecce tibi ipſa virtus eſt cibus & eſuries, eſt potus & ſitis: vndè qui eâ potatur, *ipſam bonorum cæleſtium ſitim bibit*: & dū ampliùs & ampliùs inceſſanter quærit, & ſemper inuenit, *impleri ſcit, neſcit expleri*: Nec mirum, quòd ipſa plenitudine fiat ad plus accipiendum capacior, qui velut vacuus plenitudine, laxiores adhuc ſinus explicat, quò plura ac plura immeratè quærens, certò inueniens, *impleri ſcit, neſcit expleri.* Neſcit ſatiari, qui ipſo cibo ac potu eſuriem edit, & *ſitim bibit*. Luculenter de more Emiſenus! Sic & *puer iunior* dicitur Daniel, & eadem die *factus eſt magnus*, nec pueritiam magnitudo excluſit: nam *vir deſideriorum* Daniel erat fœcundâ inceſſanter bonorum auiditate, hianter inexplebili.

Virtus ſitim bibit: impleri ſcit, expleri neſcit, de plenitudine capacior.

Hîc verſ. 45.

Infrà v. 64.

Daniel. 9. v. 21.

4. Regius Vates Pſal. 33. ad hanc bonorum cæleſtium eſuriem ac ſitim, ſic modulatè homines inuitat: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo.* Id eſt, experimentum ſumite, periculum facite; ſpebus erecti reipsâ libate virtutem, quam inſipidam & amaram putatis, & melleam experiemini, abſque ſatietatis faſtidio: *Augent enim* (ait S. Gregorius) *ſpirituales deliciæ appetitum in mente, dum ſatiant; quia quantò magis earum ſapor percipitur, eò ampliùs cognoſcitur quod auidiùs ametur. Et ideò non habitæ amari non poſſunt, quia earum ſapor ignoratur. Proindè Pſalmiſta nos admonet: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Quaſi dicat: Suauitatem eius non cognoſcitis, ſi hanc minimè guſtatis: ſed cibum vitæ ex palato cordis tangite, vt probantes eius dulcedinem amare valeatis.* Hanc ſuauitatem, qua vnius operis dulcedo aliud atque aliud mellit, & ſuauiter oppignerat, dilucidè expeſſit Theodoretus in Catena Græcorum Patr. indidem ſic fatus: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Cùm dixiſſet, Accedite; ait etiam, Guſtate. Quaſi dicat: Experientia diſcite bonitatem Domini, beatitudinem hinc vindemiate.* Bona experientia, quâ ex vno bono opere ſic diſcitur guſtu diuina bonitas & ſuauitas, vt in hâc vitâ cæleſtem beatitudinem *vindemiet*. In futurâ vitâ expreſſum eſt iam vinum, & in cæleſti domo Patris nouum bibitur, & pleno hauritur cantharo, ſobriâ auidiùs ebrietate. In bonis autem operibus ſic guſtatur diuinæ bonitatis dulcedo, vt cæleſtis gloriæ vinum in empyreâ patriâ potandum, hic iam non in vite frondeat ac floreat, & in racemis matureſcat, & autumnet, ſed ſuauiſſimo vbertim prouentu *vindemietur*. Guſtus nunc boni operis præcoquâ dulcedinis maturitate, dum hâc ſiti bonitatē ac ſuauitatem Domini prælibat, *beatitudinem vindemiat*. Quin & Deus alloquens S. Henricum Suſonem, vt ipſe refert in Dialog. cap. 23. agens de hâc *ſpirituali eſurie*, quâ ab animâ piâ deſideratur, ſubdit: *Tum verò ipſe quoque viciſſim amplexabor illam, & meo innixam pectori, tranquillam faciam experiri requiem, perſpicuam ac manifeſtam contemplationem, inexpertam fruitionem, quamdam ſupernæ ſuauitatis deguſtationem, & perennis beatitudinis experimentum.* Hanc eſuriem ac ſitim, quam ab animâ pia guſtatam appellat Theodoretus *beatitudinis vindemiam*, ab Henrico dicitur, *inexperta fruitio, quadam ſupernæ ſuauitatis deguſtatio, & perennis beatitudinis experimentum.* Sic præproperè beatitudinem cæleſtem æmulatur! Ergò hac eſurie ac ſiti, *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Ne autem putetur beata fruitio, ſpem ingerit, addens: *Beatus vir, qui ſperat in eo.*

Pſalm. 33. v. 9.

S. Greg. homil. 36. in Euang.

Guſtus in bono opere beatitudinē vindemiat.

Theodoret.

S. Henricus Suſon.

Bonis operis auida dulcedo beatitudinem æmulatur.

5. Purpuratus Propheta Pſalmo 83. de viro eximiè virtutis ſtudioſo ait, *Aſcenſiones* in corde ſuo diſponere, & iterum ire *de virtute in virtutem*. Præcinerat autem: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi.* &c. Cor paſſeri, & *carnem* turturi aſſimilat, ait inibi Auguſtinus, quò vtriuſque in re virtutis celerem volatum ad Deum denotet. Mirum ſanè quod ipſa *caro* tot paſſionibus preſſa, ſic celeriter & exultim ad Deum feratur. Forſan *Caro* hâc auiditate cælitùs afflatâ, expiari meretur, vt cordis ſeu animi non tepigret curſum. Luculenter S. Macarius homil. 10. loquens de viris eximiè ſanctis, ita ſcribit: *Huiuſmodi animæ, quæ tam ardenti & inſatiabili delectatione flagrant ergà Dominum, dignæ ſunt vitâ æternâ: quare merentur ab affectionibus redimi, accipiuntque perfectam illuminationem, & participationem ſancti & arcani Spiritus, ac myſticæ ſocietatis in plenitudine gratiæ. At verò ſocordes ac minimè viriles animæ, quæ talia non exquirunt, intùs reuera viuunt in carne.* Nimirùm iſtiuſmodi *inſatiabilis delectatio*, quâ piæ animæ *aſcenſiones* in corde ſuo diſponunt, & *de virtute in virtutem* inceſſanter proficiendo feſtinant; de *participatione ſancti & arcani Spiritûs, & myſticæ ſocietatis in plenitudine gratiæ, merentur ab affectionibus redimi*: & ſic paſſionibus exemptæ, & *redemptæ ab affectionibus* carnis, iam propè non *viuentes in carne*, id eſt, carne ferè expiatâ, dicere poſſunt cum Prophetâ: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Magnum ſanè priuilegium, *mereri ab affectionibus redimi.* quod aliàs forſan elucidabimus.

Pſal. 83. v. 3.

S. Auguſt.

S. Macarius.

Inſatiabili delectatio in virtute meretur redimi ab affectionibus carnis.

6. Pſalmo 41. ſic occinit Pſalmographus: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Symmachus ſic locum excribit: *Sicut feſtinat ceruus*, &c. ac ſi idem eſſet *deſiderium* ac feſtinatio & curſus. Otiatur animo *deſiderium*, quod opere non *feſtinat*. Sitibundi ergò cerui comparatione Dauid, deſiderij ſui, quo ad Deum anhelabat, magnitudinem emphaticè expreſſit. Quem locum ſic inibi Hugo Victorinus ad rem elucidat: *Fons aquarum*, inquit, *auctor eſt donorum: fontem aquæ deſiderat, cuius deſiderium non impletur, donec ad Deum perueniat. Qui dona Dei propter Deum non amant, ij quaſi aquas, & non fontem deſiderant. Summum autem bonum ideò plurali nomine Fontium, exprimitur, quia licèt in ſe vnum ſit, omnium tamen origo bonorum in ipſo continetur.* O gratè ſitiamus hunc fontem, vnum plures!

Pſalm. 41. v. 2.

Symmach.

Deſiderium idem eſt ac feſtinatio.

Hugo Vict.

Deus eſt fons, vnus plures.

§. CCXXXVII.

§. CCXXXVII.

Mali exempli vis potentiſſima, in ſpectata malitiâ noxiùs ac latiùs prolatanda.

1. *Publ. Mim. in Senecæ prob.* PRæclara cuiuſpiam vox eſt: *Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.* Rara autem eſt hodie ſapientia, quæ alienam malitiam in propriam bonitatem reformet, & non potiùs alieno etiam errore erret; nec eat quà eundum eſt, ſed quà vulgò itur. Egregiè enim ſuas maculas multiplicant, ſi illi ad quos multi reſpiciunt, aliqua reprehenſione ſordeſcunt: & dum aëra malo exemplo toxicant, *Mali exempli noxia vis.* ſenſim ſpectatores deprauant. Vt quædam noxia; quæ citrà guſtum tactúmque odore aut viſu nocent, ita & vitium, perniciem etiam ex longinquo fundit, ſiue expatiatur fœcundioris nequitiæ priuilegio, ſiue precarios habet acceſſus; ſiue otioſum mutúmque eſt & anguſto circumſcriptum, ſiuè adapertum; in quocumque habitu eſt, nocet. Cognata homini malitia, viſu etiam prolatatur. Subducendos populo eſt tener animus, & parùm tenax recti. Facilè tranſitur ad plures. Vel Socrati excutere mentem ſuam diſſimilis conuerſatio potuiſſet, adeò nemo noſtrum ferre impetum vitiorum tam dulci lenocinio venientium poteſt. Vnum exemplum luxuriæ aut auaritiæ, fœcundè in ſpectatoribus malitiam propagat, per aurium aut oculorum traduces.

Geneſeos 6. primæua hominum gens, cùm
2. naturâ, naturæ corruptelam hauſit, quâ mundi naufragium exſorbere meruit. Corrupta eſt terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. *Geneſ. 6. v. 12.* *Cùmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram)* dixit ad Noë, &c. dum dicitur terra ſceleribus corrupta, eſt metonymia cum auxeſi; nempè incolæ terræ adeò corrupti ſunt, vt ipſam terram ſuis ſceleribus polluiſſe & corrupiſſe videantur. Omnis autem caro corrupiſſe dicitur viam ſuam, id eſt, ſuam viuendi rationem: *via* enim hominis appellantur eius opera, conſuetudo, conuerſatio, qua primùm ſe, deindè conuictores & ſpectatores deprauat. Hinc mirum non eſt, Filios Dei conuerſatione & exemplo Caïnitarum dici corruptos, cùm terra etiam ipſa, in quâ viuebant, corrupta eſſe dicatur. Baſilius Seleucienſis Orat. 5. Præſcripta Geneſeos verba expo- *Baſil. Sel.* nens, ita eloquenter ſcribit: *Cùmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, &c. Tunc erat terræ corruptela, viuax peſtis. Omnes profectò imitatores, & impietatis heredes habebat Cainus. In iis nemo, qui Dei amantem Abelum æmularetur: ſed emortuam virtutem opinabantur, quæ tamen vel in mortuo corpore loquebatur.* *Malum exemplum probitatis veſtigia delet.* Subnota attentiùs quæ ſubdit verba: *Quòd ſi vel exiguæ virtutis reliquiæ in ipſis ſupereſſent, eæ certiſſimè per vitiorum admiſſionem extinguebantur, & deteriorum rerum imitatio deleuerat omne veſtigium probitatis.* Ecce deteriorum *imitatio* dicitur viuax peſtis, terræ corruptela, peſtifera lues, & (paullò inferiùs) *malum immedicabile*: quippe iſtiuſmodi imitatio *deleuerat omne veſtigium probitatis.* Proh! vbi malum exemplum populariter ſerpit, prona ſemper illius imitatio, ſic bonos mores deprauat ac corrumpit, vt *deleat omne veſtigium probitatis*? obliterata iam eſt Abeli memoria, Henochi iam periit recordatio. Vnus Caïn ſuam impietatem in ſobolem etiam alienam prolatat: nec de filiis Dei vllum probitatis *veſtigium* ſupereſt. Vide quales virtutis ſtrages non bona *imitatio* edat. Sic hæc viuax peſtis, & peſtifera lues fœcundè propagatur! Sic malum exemplum probitatis veſtigia delet, & altas virtutum radices excaudicat!

Geneſeos 6. de primi æui gente ſceleroſiùs peccatrice, ait Deus: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* 3. *Geneſ. 6. v. 3.* Pro τὸ non *permanebit*, alij exeribunt, *non litigabit*; alij non *iudicabit*; alij, *non hoſpitabitur ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Homini, quantumuis caro ſit, poteſt ne Spiritus-Sanctus abeſſe? Sic carnis corruptela, & ſerpens peccatorum lues Spiritum-ſanctum abigit, vt nec *hoſpitari* in homine inquilinus patiatur? quid nam in hominibus nunc denuò videt Spiritus-ſanctus, vt abſentiam meditetur? Tempeſtiuè Ambroſius lib. 2. de Vo- *S. Ambroſ.* cat. Gent. cap. 4. *Non permanebit ſpiritus meus in homine, &c. Regebatur*, inquit, *primus ille populus Spiritu Dei, & à maledicti ac prædamnati populi ſocietate ac moribus per eruditionem ſancti Spiritus abſtinebat, cuſtodiens diſcretionem ſui à permixtione carnalium, quorum mala tandiu ſuſtinuit ſapientia Dei, quandiu boni per id quod eos non imitabantur, placere potuerunt: vbi verò etiam boni malorum imitatione corrupti ſunt, quos, exceptâ Noe domo, vna impietas profanauit, ſententia vna deleuit.* *Quandò etiam boni malos imitantur, Spiritus-ſancti abſentia, & diluuium decernitur.* Nimirùm quandiu primæuus ille populus per Spiritus-ſancti eruditionem, maledicti populi ſocietate abſtinuit, tandiu tota gens hominum vniuerſalis diluuij naufragio exempta eſt: *vbi verò etiam boni malorum imitatione corrupti ſunt*, tunc, tunc quidèm Spiritus-Sanctus abſentiam meditatur, & comminatur; tunc vel *hoſpitari* apud homines recuſat, tunc eos deſerere feſtinat, tunc peracerbum eluuionis naufragium, quo eluat mundum ſeueriſſimè decernit. Sic eſt Numini odioſum, & homini pernicioſum, malorum mores *imitatione* haurire, vt in ſceleris aſcititij pœnam, totum diluuium exſorbere cogantur? Spiritus-ſan- *Hic verſ. 45.* cti abſentia, imitatæ prauitatis ſtipendium eſt: ſicut eiuſdem intima præſentia in Daniele, Babyloniæ non imitatæ, nec in tenerâ iuuentâ expreſſæ, pretium fuit.

In eodem cap. 6. Geneſeos, cùm Deus tot 4.
peccatis offenſus, mundi naufragium ſeueriùs minatur; Delebo, inquit, hominem, quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animãtia, à reptili vſque ad volucres cæli: pœni- *Geneſ. 6. v. 8.* tet enim me feciſſe eos; continuò ſubditur: *Noe verò inuenit gratiam coràm Domino.* Peccatum totius vniuerſi harmoniam mundi diſſoluit; quia non tantùm hominem, omnéſque animales & exanimales creaturas, ſed ipſa quoque elementa commaculat, adulterat, diſtorquet. Ergò totus pereat mundus, vt ſic mundi eluatur malitia, nouúſque de vetere exurgat. Sed quid eſt, quòd vnus Noë inueniſſe

inuenisſe *gratiam* coràm Domino dicitur, vel *miſericordiam*, vt mauult Chaldæus? Miriſſima ſanè Dei *gratia* eſt, & extraordinaria *miſericordia*, quòd in penè infinito hominum numero ob enormiora flagitia perituro, ita ſit beneuolè ſollicitus de vnius iuſti incolumitate. O quoties infantes etiam innoxij, peccatricis vrbis excidio pereunt, & ſtrages ſontium nullo ſuo merito patiuntur in corpore! Quo igitur merito *gratiam & miſericordiam* Noëmus inuenit, vt ab vniuerſali naufragio exciperetur? Eleganter ad rem Chryſoſtomus ibi, homil. 22. ita ſcribit: *Noë verò inuenit gratiam coràm Domino. Non eſt*, inquit, *acceptor perſonarum Deus, verùm etſi tantâ in multitudine inueniat vnum quæ ſibi placita ſunt facientem, non deſpicit, ſed ſuâ illum dignatur cura* (Sollertiùs attende ad verba quæ ſubiicit:) *Et tantò illius maiorem habet rationem, quantò cùm tot tant quæ ſint qui ad malum eum trahunt, ipſe conſtantius viam virtutis ſectatur.* Ecce tibi cur ita ſit Deus de Noemo ſollicitus, eámque *gratiam* ac *miſericordiam* illi præ reliquis beneficentiùs præbeat, nempe quia *cùm tot tantique ſint qui ad malum eum trahunt, ipſe conſtantiùs viam virtutis ſectatur.* Nun exſurbeatur dirâ eluuione, qui prauos aliorum mores conuerſatione non hauſit. A naufragio communi excipiatur, qui in malorum conuictu non fecit virtutis naufragium. Vindicetur a communi omnium excidio, in quo lex prauæ imitationis non præſcribit. Sit in futuro ſeculo morum eruditor, in quem ſeculi prioris viuax ſcelerum peſtis, & peſtifera morum lues praua imitatione non ſerpit: quia *cùm tot tantique ſint qui ad malum eum trahunt, ipſe conſtantiùs viam virtutis ſectatur.* Moraliſſimè quidem Chryſoſtomus.

Chaldæus.

S. Chryſoſt.

Noë non ſorbetur naufragio, quia prauos aliorum mores imitatione non hauſit.

5\. Geneſeos 4. primas inuidiæ ſtrages Hiſtoricus ſacer proponit: *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Quid agis, ô Caine? quid humanum guſtas ſanguinem? quid mortis viam doces, quam nondùm didiciſti? quid hominem carnifici, naturæ ſpolia concedis? A quo cædem facere didiciſti? vnde noſti plagam mortem afferre? Hominem mortuum conſpexeras nullum. Nullius cædis audaciam tuam antegreſſæ ſpectaculum, quod ad imitandum inuitaret hauſiſti? quomodò cædis igitur euaſiſti perpetrator, qui nondùm fueras auditor, nec ſpectator? Mirum ſanè fuit quòd Cain nullum ſequutus facinoris exemplum, ſic atrociter deliquerit: nec mirum quòd omnis eius poſteritas tam cruentè ſceleroſa fuerit auiti ſceleris procliui imitatione. Eloquenter Baſilius Seleucienſis Orat. 6. hac ſuper re ita fatur: *Cainus quidèm fraternam dexteram cùm purpuraſſet, lento tormento adiudicatur; poſt cædem ſpectatoribus ipſe de cæde lex extitit. Nactus verò progeniem in mores nefarios ſuccedentem, reliquit etiam poſteros deuotionis heredes.* O non bonus Legiſlator Cain, ſicariorum patriarcha! Patum eſt impiè furioſi ſceleris tot reliquiſſe heredes, quot poſteros, qui paternam cruentè hereditarent audaciam hactenùs inuiſam, niſi *poſt cædem ſpectatoribus ipſe de cæde lex extitiſſet.* Heu! qui malum flagitij exemplum coràm profert, legem imitationis ſancit, qua ad ſimile ſcelus ita ſpectatores impellit, vt illos lege lata quodammodò obſtringere videatur? Lento Cainus punitur tormento in parricidij pœnam; ſed non tam auertit à ſcelere pœnæ infligendæ metus, quàm nefaria lex imitationis permouebat. *Poſt cædem ſpectatoribus ipſe de cæde lex extitit*, quam oculis videndo intimat, & indè per aurium traduces poſteritati promulgat: & ſic velut imitationis lege latâ, impietas propagatur; & ex vno malo exemplo fit vna plures. O caue! malum enim exemplum mali rubiginem etiam cautis exhalat, & cognatam malitiam ſenſim affricat; & quod fit, fieri poſſe demonſtrat, per naturales malitiæ conſequentias.

Geneſ. 4. v. 8.

Baſil. Seleu.

Cainus poſt cædem, ſpectatoribus de cæde lex extitit.

Paternam malitiam poſteritas hereditat.

§. CCXXXVIII.

Concionator, ad oſtentandam facundiæ & ingenij pompam garrulus, dæmonum greges lautè paſcit.

1\. NOn confundant opera ſermonem tuum, ne cùm in Eccleſiâ loqueris, & Euangelicam doctrinam ore ſtillas, tacitus quilibet ore reſpondeat: Cur ergò quæ dicit, ipſe non facit? Delicatus Magiſter eſt, qui pleno ventre de ieiunijs diſputat: accuſare auaritiam & latro poteſt; Impudicus caſtitatem ornatiùs extollere; & culpare ſuperbiam mancipium vanæ gloriæ. Quin & omnis Doctor, qui auſteritatem Scripturarum, per quam poteſt audientes corrigere, vertit ad gratiam, & ita loquitur, vt non corrigat, ſed delectet audientes, generoſum Scripturarum vinum, fluxæ eloquentiæ aquis miſcet, iugulat, corrumpit. Ad rem Dei moueatis, non ad eloquij pompam, & verba argutè compoſita: nam oratio eius, qui Euangelicæ veritati operam dat, incompoſita debet eſſe & ſimplex. Quid Concionatorum theatralis garrulitas, ieiunos dimittit auditores, quos eloquiorum Dei ſucco adipare debuiſſet? Phalerata verborum pompa, virtute exuccum Concionatorem prodit; Dæmones, ac vitia; non mores paſcit. Virtutis amatores, non tui admiratores concione exambi. Auditores verbo Dei paſce, & Dæmones dimitte ieiunos; qui ſuum ventrem implent concionis inanitate.

Ferè ex Hieronymo & Senecâ.

Inanis verborum pompa in Concionatore vapulat

2\. Lucæ 15. adoleſcens ille laſciuè Prodigus, generoſi parentis degener ſoboles, acceptâ intempeſtiuè paternæ hereditaris portione, & in regionem longinquam peregrè profectus, ibi ſubſtantiam ſuam luxurioſè diſſipauit. Fame autem obortâ, egere cœpit. Et abiit, & adhæſit vni ciuium regionis illius. *Et miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.* Ecquis hic *ciuis*, ruſticanæ villæ dominus; qui nam hi *porci* agreſtiores; quis etiam *ſiliquarum* inaniſſimus cibus, perbellè inibi Ambroſius exponit, ſic ad rem fatus: *Videtur ciuis iſte, princeps eſſe huius mundi ..... Sunt qui porcos accipiant pro gregibus Dæmoniorum: ſiliquas pro*

Lucæ 15. v. 15. & 16.

S. Ambroſ. l. 7. in Lucam.

exilo

exili virtute inanium hominum, ſermonúmque iactantia, qui nihil prodeſſe poſſunt: inani quadam philoſophia ſeductione, & quodam ſonoro facundia plauſu, pompam magis quam vtilitatem demonſtrantes. Ecce tibi Magiſtri ſeu Concionatores, qui virtute vacui, vanægloriæ inanitate per hypocriſim turgent; qui ſermonum ſceuicâ iactantiâ, & *quodam ſonoro facundia plauſu, pompam magis quàm vtilitatem demonſtrans*, non tam Dei gregem Euangelicæ prædicationis ſucco, quàm *greges Dæmoniorum* exuccis garrulæ facūdiæ ſiliquis paſcunt. quaſi iactantia, verborum pompa, & ambitioſa Prædicatorum garrulitas, facundiæ arte ſonorè limatula, ſit expetita Diabolorum eſca. Nimirùm ieiunus dimittitur Chriſti grex, & ventre inaniter vacuo, paſtus futili verborum eſcâ, quâ *greges Dæmoniorum* vberrimè paſcuntur. Vide concionatoriæ garrulitatis pretium, auditores animæ cibo fraudare, & Dæmones potiùs paſcere. Proh! ſic gratè cibātur Dæmones garrula pompaticè concione? Ratum foret iſtiuſmodi Prædicatoribus ſe oppiparè cibare, niſi etiam *gregibus Dæmoniorum* lautè cibos apparent, quibus vberrimè ac deliciosè ſaginentur. Ceterùm tam longè abeſſe debet Euangelicus Concionator, vt Diabolum paſcat, quòd eum mordere debeat. Id antedixit Abacuc ſic Dæmoni inſultans: *Numquid non repentè conſurgent qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerātes te: & eris in rapinam eis?* Quæ Prophetæ verba ſic Cyrillus Alexandrinus inibi elucidat: *Hoc expertum Satanam certum eſt. Ad ſe quippe gentes omnes multorum Deorum falſo cultu, ceu reti expanſo, & laqueis peccati conſertim poſitis congregarat. Verumtamen mordentes eum inſurrexerunt, ſcilicet Euangelicorum oraculorum Prædicatores, quaſi dentibus dilanîantes corpus eius.* O quale eſt, vt Dæmones garrulitate paſcat, qui Euangelici ſermonis vigore, ex munere debet Satanam, & Dæmoniorum greges dentibus præmordere?

Garrulus Concionator greges Diabolorum paſcit.

Abacuc. 2. 7.

S. Cyrillus Alexandr. Euangelicus Concionator debet Satanam dentibus mordere.

3\. Abacuc cap. 1. ſic prophetat: Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: *quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus.* Theophilus Alexandrinus Epiſt. 2. Paſchali, hunc locum tropologicè de Diabolo exponit: *Cibus*, inquit, *Diaboli negatores Dei ſunt, Habacuc loquente: Eſca eius electa: cibus autem omnium impiorum execrabilis ipſe Diabolus, Propheta vaticinio concrepante: Dediſti eum eſcam populis Aethiopum.* Ceterùm S. Hieronymus in Quæſt. Hebraic. exponens illud Geneſeos 3. ſerpenti Diabolo intimatum: *Terram comedes*, ita ſcribit: *Pro terra* עָפָר *haphar, ſcriptum eſt, quod nos fauillam poſſumus dicere.* Sanè Euangelici Prædicatores dicti ſunt, *Lux mundi*; hæc autē lux vento ſuperbiæ, & futili ſermonum garrulitate extincta, & in *fauillas* euanidas redacta, eſt electus Dæmonum cibus. *Fauillam comedes. Cibus eius electus.* Nam Concionator moribus euanidus, & pompâ verborum futilis, *greges Dæmoniorum* paſcit. De quo alibi.

Abac. 1. v. 16.

Theophilus Alexand. Electus Diaboli cibus eſt las Concionatorum in fauillas redacta.

S. Hieron. Geneſ. 3. v. 14.

Auctor de bened. Patr. § 158. n. 5.

4\. Lucæ 8. hanc parabolam moraliſſimam Chriſtus inducit ad turbarum eruditionem: Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. *Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.*

Lucæ 8. v. 5.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Per has cæli volucres, quæ conculcatum in arvo granum auidiùs vorant, *verba mendacia* intelligit Euſebius apud Corderij Catenam inibi. Ipſe etiam ibidem Euſebius per *volucres cæli*, accipit *immundos ſpiritus, prauáque dæmonia, quæ vicinum huic terræ aerem continuò prætervolant.* Hugo Cardinalis Euſebio adſentit, aiens: *Volucres cæli, id eſt, Dæmones, qui dicuntur volucres cæli, quia ſunt cæleſtis natura, vel quia per aera diſcurrunt.* Ceterùm cùm liquidò conſtet ex ipſiuſmet Chriſti Dei commentario, hoc ſemen eſſe *verbum Dei*, quod Prædicatoribus ad ſeminādum concreditur; mirum fortè videri poſſet, infernales Dæmones ſic verbi Dei cæleſti ſemini auidè inhiaſſe, vt illud ſtatim deuorarint. Dæmónne is eſt, qui verbo Dei paſcatur? Potiùs *immundi ſpiritus, & praua Dæmonia*, hominum immunditie, & prauitate deliciosè veſcuntur. Non benè, opinor, malus Dæmon cæleſti verbi Dei doctrina paſcitur, nutritur, eáque tamquam electo cibo deliciatur. Imò quia *cibus eius electus*, hoc electo verbi Dei ſemine hiantiùs paſcitur, ſi conculcatum ſit à non bonis moribus Prædicatorum, qui illi præferunt ambitionis ingenio futile theatraliter acumen, & ambitioſam facundiæ pompam, & garrulas ſui cerebri ſententias inaniter acuminitas (quæ vt bullæ creſcendo euaneſcunt) Immundi ſpiritus ad hos cibos ardentiùs hiant. Quare etſi ſemen ſit verbum Dei, volucres cæli, id eſt, *immundi ſpiritus* appetentiùs *comederunt illud.* O caue ne fidelium, imò & Angelorum eſcas in vanægloriæ officinâ condias in ſapidas Diabolorum dapes! *Cibus eius electus.* Nuper laudatus Hugo Cardinalis iudidè exponens præſcripta verba, *Volucres cæli comederunt illud*, adducit illud Ezechielis 39. *Feris, & auibus, omnique volatili & beſtiæ terræ dedi te ad deuorandum.* quaſi hoc ſemen verbi Dei, aut potiùs illius ſeminatorem, non captantem animarum fructum, ſed inanem ingenij aut facundiæ pompam; Deus iuſto iudicio dederit *feris, & auibus, omnique volatili, & beſtiæ terræ* Dæmonibus, inquam, *ad deuorandum.*

Euſeb. apud Corderij in Catenâ ibi.

Hugo Card. Immunda inferni volucres, cur hiāt ad granum, quod eſt verbum Dei?

Ezech. 39. v. 4.

5\. Vel aliter elucidandus eſt præſcriptus Lucæ locus, *Volucres cæli comederunt illud*, id eſt, ſemen, quod eſt verbum Dei, quod Euangelij Concionator non benè ſeminat. Audiendus eſt Tertullianus Apologetici cap. 22. ſic fatus: Eâdem, inquit, obſcuritate contagionis adſpiratio Dæmonum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, & ſæuis libidinibus cum erroribus variis: quorum iſte potiſſimus, quòd eos ipſos captis & circumſcriptis hominum mentibus commendat, *vt ſibi & pabula propria nidoris & ſanguinis procuret ſimulacris ac imaginibus oblata: & quæ illi accuratior paſcua eſt, hominē à cogitatu veræ Diuinitatis auertat præſtigiis falſis. Omnis ſpiritus ales eſt. Hoc & Dæmones..... Diſpoſitiones etiam Dei, & nunc prophetis Concionantibus excerpūt, & nunc lectionibus reſonantibus carpunt*, &c. Itaque Dæmones Dei verba de ore Concionatorum accipiunt, conſtuprant, conculcant, deuorant, ne homines ad virtutis frugē & veri Dei cultum conuertantur: nam illis *accuratior paſcua eſt, hominem à cogitatu veræ Deitatis auertere.* Exindè hæ infernales cæli volucres,

Lucæ 8. v. 5.

Tertullian.

Corrupta verbi Dei cōſio, eſt accuratior Dæmonum paſcua.

hoc ſemen, quod eſt verbum Dei, abiectè conculcatum, tamquam eorum *accuratiorem paſtinam* auidiùs excerpunt, comedunt, vorant. Aſpectabile ſanè quorumdam Prædicatorum operæpretium, de ſuo ore inaniter futili, Dei verba apparenter reſonante, Dæmones lautiùs paſcere, & auditores dimittere ie-

Hic v.45.&c. iunos. Non ſic Daniel, non ſic (in quo Deus Spiritum-ſanctum excitauit) ad Dei populum concionatur: ſed Angelos Suſannæ vindices, declaratâ illius innocentiâ ſuauiter paſcit; Dæmones dimittit ieiunos, & detectâ fraude longiùs abigit. O quale hic Daniel Cælitibus conuiuium hâc concione propinat!

6. Canticorum 4. hæc ſponſi ad ſponſam

Cant.4. v. 3. Hebræus. Aquila.

vox auditur: *Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce.* Eloquium ſponſæ, quod Prædicatorum ore efformatur, dicit eſſe *dulce*, Hebraicè *pulchrum*, Aquila *decorum*. Itaque Concionatoris Euangelici labia purpuraſcunt ſeu rubent vt *coccinum*: exindè formatur eius dictio ſeu *eloquium dulce, pulchrum, decorum.* Nimirùm Euangelij Prædicator *dulce, pulchrum*, ac *decorum eloquium* habet; non de facundiæ arte elaboratum, non de elaboratâ garrulitate concinnum, ſubtilitates modulatè mentiens, lenocinante dictionis gratiâ prænitens; ſed ſimile *vitta coccinea*, quod de tincturâ ſanguinis Chriſti madeat, & rubeſcat; atque redemptionis noſtræ ſanguinem ore & opere proloquatur. Profundè S. Ambroſius in Pſalmum 117. Serm. 18. verſ. 4. ait: *Sicut reſticula coccinea labia tua, quia in cocco ſpecies ignis, & crucis Dominica ſanguis irrutilat: Coccinea labia Domini, qua paſſionem propriam loquebantur.* Nempè à Cruce Chriſti, & eius ſanguine, *dulce, pulchrum & decorum eloquium* Concionatoris eſt. Accinit Theodoretus, qui cenſens alludi ad funiculum Rahab, ſic ait: *Signum hoc ſponſus in ore ſponſa, tamquam in feneſtrâ collocatum intuetur, dicens: Sicut funiculus coccineus labia tua; ac ſi dicat: Duxis colorem ex ſanguine meo os tuum, & verba profert veritatis, quibus tamquam funiculo quodam capiuntur auditores: nam eloquium tuum eos demulcet & retinet, nec diſcedere permittit, ſed labiis tuis cogit inſeruire.* Chriſti grex, eius ſanguine demulcetur, & paſcitur.

Sanguis Dominicæ Crucis in Concionatoris ore rutilet.

S. Ambroſ.

Os Concionatoris, Chriſti ſanguine rubeat, & madeat.

Theodoret.

§. CCXXXIX.

E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt.

1. Senec.ep.42.

GRatuita nobis videntur, quæ cariſſimè conſtant (ait Seneca) *Ex eo licet ſtupor noſter appareat, quòd ea ſola putamus emi, pro quibus pecuniam ſoluimus; ea gratuita vocamus, pro quibus noſipſos impendimus: quæ emere nollemus, ſi domus nobis noſtra pro illis eſſet danda, ſi amœnum aliquod fructuoſúmue prædium; ad ea parati ſumus peruenire cum ſollicitudine, cum periculo, cum iacturâ pudoris, & libertatis, & temporis. Adeò nihil eſt cuique ſe vilius. .....Qui ſe habet, nihil perdidit. Sed quoto cuique habere ſe contigit?* Sic de facili ſui iacturam homo negligit, cùm ſuarum rerum iacturam ſic ægrè ferat? Heu nihil eſt cuique ſe vilius! At ſi te hominem contemnis, ſaltem Chriſtianum te ne deprecies.

Nihil eſt homini ſe vilius.

Siracides Eccleſiaſtici 10. ita homines ſuæ dignitatis admonet: *Fili, in manſuetudine ſerua* (Græcè *honora, glorifica*) *animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam?* Homo humilitatis ſtudio enutriendus & erudiendus ad honoris contemptum, vt ſe *honoret* ac *glorificet*, admonetur? Et quomodò peccat in animam ſuam, qui ſe non *honorat* nec *glorificat*? Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd homo gloriæ contemptu inſtituendus, ad ſe honorandum & glorificandum, de ſcholâ cæli inſtituatur. Verumenimuerò ad rem virtutis valdè expedit, vt homo ſeriò admoneatur dignitatis ſuæ, vt ſaltem de cenſu quo à Deo æſtimatur, pretium ſuum taxet. Scitè Auguſtinus in Pſalmum 102. ita ſcribit: *Redempta*, inquit, *eſt vita tua de corruptione, iam ſecurus eſto, initus eſt bona fidei contractus; nemo fallit redemptorem tuum, nemo circumuenit, nemo premit, egit hic commercium, iam pretium ſoluit, ſanguinem fudit, ſanguinem inquam, fudit vnicus Filius Dei pro nobis. O anima erige te, tanti vales.* Nota attentiùs hanc ſententiæ clauſulam: *Sanguinem fudit vnicus Filius Dei pro nobis. O anima, erige te, tanti vales.* Hem! tanti quodammodò valet hominis anima, ac ſanguis vnici Filij Dei, quo empta eſt? Quin & niſi pretioſo ſanguine vnici Filij Dei, aut Dei theandricis meritis, hominis anima dignè redimi non potuit? Res tanta quouis alio pretio minor eſt? O homo, vilis es apud te, qui in Dei cenſu tanti vales, quanti Chriſti Dei ſanguis apud Deum æſtimatur? *Honora, glorifica animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.* Qui ſic honorificat animam ſuam, Chriſtum Deum glorificat. *O anima, erige te, tanti vales.* Quod altè dixit Euſebius Gallicanus homil. 6. *Tam copioſo, ait, munere ipſa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.*

2. Eccli. 10. v. 31. & 32. Græcæ.

S. Auguſt.

Tantùm valet anima, quantùm oblati pretij magnitudo.

Euſeb. Gal.

1. Corinthiorum 6. ita ſcribit Apoſtolus: *Empti eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* Græcè additur *in mente*, quia vtraque Dei ſunt, & magno pretio Dominici ſanguinis empta. Quaſi dicat: Ne viles apud voſipſos ſitis, ſed magni æſtimate, magni facite mentes ac corpora veſtra, cùm ea licetur Dæmon turpi & breui corporis voluptate. Ne ergò, ô homo, te vili pendas, ne gratis vendas, imò maximi ducas: hæc eſt enim gloria Dei, ſi magni fiat homo, quem tanto ſibi pretio Deus comparauit. O homo, ex auguſtâ pretij magnitudine, tuam dignitatem & generoſitatem æſtima. Eleganter Euſebius Gallicanus homil. 2. de Symbolo: *In trutinâ ergo crucis*, ait, *non aurum, vel argentum, non corpus aliquod Angelicum, ſed ſemetipſum paſſus eſt Auctor ſalutis appendi, vt homini, qui ab ſtatu degenerauerat, naturæ ſuæ dignitatem, vel ipſa oſtenderet pretij magnitudo.* Scilicet tametſi homo ſibi vilis, ob leuiculam voluptatem delictis obbrureſcit, ab humanâ dignitate ignobiliter degener; tamen pretioſo Chriſti Dei ſanguine redemptus eſt,

3. 1. Cor. 6. v. 20. Hebræus.

Hominis pretioſam dignitatem ipſa oſtendit pretij magnitudo.

Euſeb. Gal.

quò

quò humanæ *naturæ dignitatem, vel ipſa oſtenderet pretij magnitudo.* E pretio ſanguinis vnigeniti Filij Dei, metiri licet hominis digoitatem? O præcelſam ſublimiſſimè menſuram! *Sanguinem fudit vnicus Filius Dei pro nobis. O anima, erige te, tanti vales.*

4\. 1. Petr. 1. v. 19. 1. Petri 1. ſic homines ſui æſtimatores facit: Scientes, inquit, quòd nō corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vanâ veſtrâ conuerſatione, *Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti.* Sanguinis Chriſti, vtpotè Dei, pretium eſt infinitum: infinito ergò pretio redempti ſumus. Hoc eſt pretium magnum, *ipſe Chriſtus, totus nobis datus, totus in noſtros vſus expenſus,* ait S. Bernardus Serm. 3. de Circumciſ. *Totus* Chriſtus Deus nobis datus eſt, & in noſtros vſus *totus* expenſus, totus in omnium pretium datus; nec tantùm In iunctim omnium, ſed & ſingulis hominum datus eſt, & in ſingulorum pretium & vſum totus expenſus. Animosè Paullus: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Totam redemptionem ſibi impenſam, & toto ſanguine redemptum ſe Apoſtolus iactat? Pulchrè S. Chryſoſtomus hunc inibi locum ſic elucidat: *Quid facis ô Paulle, dum & communia propriè ſibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria? non enim dixit: Qui dilexit nos, ſed, Qui dilexit me. Atqui Euangeliſta dixit: Sic Deus dilexit mundum. Quin & tu dicis: Qui proprio Filio non pepercit, ſed tradidit eum pro nobis. Non igitur pro te, ſed pro omnibus. Quid eſt igitur quod hic dicis? Inflammatus illius deſiderio hunc in modum loquitur. Præterea verò declarat hoc quoque par eſſe, vt quiſque noſtrum non minùs agat gratias Chriſto, quàm ſi ob ipſum ſolum aduenisſet.* Quò dum magnum redemptionis pretium, quaſi pro ſe vnicè oblatum reputat, & de tanto pro ſe oblato pretio velut piè ſuperbiens, cognatæ vilitatis oblitus, tanti ſe æſtimet, quanti redemptus eſt. *Sanguinem fudit vnicus Filius Dei pro nobis. O anima, erige te, tanti vales.* Ita loquitur Paullus, & ex eo Chryſoſtomus, non quòd Chriſtus pro ſe ſolo paſſus ſit, ſed quia ſingulis tantùm profuit, quantùm omnibus; nec magis illi profuiſſet redemptionis pretium, quàm ſi pro ſe ſolo oblatum fuiſſet: quod & infinitam pretij magnitudinem, & magnam hominis æſtimationem apprimè declarat. Quare inibi addit Chryſoſtomus: *Neque enim recuſaturus Chriſtus erat, vel ob vnum tantùm exhibere diſpenſationem* redemptionis. *Adeò ſingulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem vniuerſum.* Plura lege apud Euſebium homil. 8.

S. Bernard. Chriſtus in noſtros vſus totus expenſus.

ad Galat. 2. v. 20.

S. Chryſoſt.

Redemptionis pretium quod ſibi ſoli totum Paullus vendicat.

5\. Ioann. 11. v. 52. Ioannis 11. Spiritus-ſanctus non Caiphæ merito, ſed officio, prophetiæ ſpiritum dedit, quòd Ieſus moriturus eſſet pro gente, & non tantùm pro gente, *Sed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Expedit enim mori Chriſtum, & ſui ſanguinis pretium offerre, non tantùm in populi Iudaici, ſed in omnium Gentium redemptionem. Quæ Euangeliſtæ verba S. Bernardus epiſt. 109. ſcribens ad quoſdam, qui abiurata ſceleroſa ſeculi vita, ad meliorem ac ſanctiorem vitæ frugem conuerſi erant, eleganter accommodat: Mortuus eſt, inquit, Ieſus, *vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Ipſe, ipſe colligit vos, qui diligit vos, tamquam viſcera ſua, tamquam fructum pretioſiſſimum crucis ſuæ, tamquam digniſſimam recompenſationem effuſi ſanguinis ſui.* Chriſti Dei crux, paſſio, mors, velut flos eſt, huius autem purpurei floris *pretioſiſſimus fructus*, hominum ſalus, & vita gratiæ eſt: & hæc eadem *effuſi ſanguinis ſui digniſſima compenſatio.* Dominici ſanguinis magnum theandricè pretium, hominis reparatione *digniſſimè compenſatur*? Tantúmne valet homo ſibi ac Deo reſtitutus, vt incarnationis, paſſionis, ac mortis vnici Filij Dei, *digniſſima compenſatio* ſit? *Sanguinem fudit vnicus Filius Dei pro nobis. O anima, erige te, tanti vales.* Agnoſce, O Chriſtiane, dignitatem tuam, & Dominici ſanguinis pretio, diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire. Si te ſpectato, apud te, iure vileſcis, reminiſcere quanto pretio æſtimatus ſis, & quòd Dei ſanguis ſit condigna hominis compenſatio. Vide hîc quantùm Deus vitam & famam Suſannæ æſtimet, quam tot prouidentiæ impenſis, à Seniorum calumniis redimere feſtinat, denique pretioſo ſanguine ſuo redimendam.

S. Bernard.

Salus hominis, digniſſima effuſi Dominici ſanguinis compenſatio fuit.

Hic v. 45 &c.

Geneſeos 1. in mundialis opificij fine, 6.
tamquam totius diuini operis clauſula, formatur homo: *Faciamus* (ait Deus) *hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, &c. Hinc taxare licet hominis excellentiam: Deus enim de hominis, tamquam rei magnæ, creatione deliberat, & velut conſultat, dicens, *Faciamus hominem.* ita Rupertus. Eſt enim homo prima mundi increati, id eſt ſanctiſſimæ Trinitatis imago (ait Cornelius) & eius infinitæ artis, & ſapientiæ teſtimonium, & opus perfectiſſimum: creati verò mundi homo eſt finis, compendium, vinculum, & nexus: omnes enim rerum ſpiritualium & corporalium gradus in ſe habet, & nectit homo. Ideóque eſt, & vocatur Microcoſmos, atque à Platone vocatur Horizon vniuerſi; quia diſterminat, & in ſe coniungit ſuperius hemiſphærium, purà cælum & Angelos; atque inferius, purà animantia bruta, & ceteras res exanimales. Dein in confinio naturæ mortalis & immortalis poſitus, beatæ immortalitatis candidatus eſt. Itaque homo, & Dei imago, & creaturarum omnium compendium eſt. S. Gregorius lib. 18. Moralium cap. 23. elucidans illud Ieremiæ 15. *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris*, hâc ſuper re ita ſcribit: *Vilis quippè Deo eſt mundus præſens, pretioſa verò eſt anima humana: qui ergò pretioſum à vili ſeparat, quaſi os Domini vocatur, quia per eum Deus verba ſua exerit, qui ab amore præſentis ſeculi, loquendo qua poteſt, humanam animam euellit.* Nimirùm toto mundo pretioſior homo eſt. Vndè infert S. Chryſoſtomus, quòd qui hominem conuertit, maximum Deo donum offert: *Hæc, eſt*, inquit, *maior eleemoſyna, quàm decem millia talentorum, quàm*

Genet. 1. v. 26.

Rupertus.

Cornelius.

Plato.

Quam ſit homo Deo pretioſus.

Ierem. 15. v. 19.

S. Gregor.

Concionator animam conuertens, eleemoſynam Deo donare dicitur.

Deúſne eſt hominū conuertendorum mendicus?

S. Chryſoſt. Orat. 3. contra Iudæos tom 5.

hic mundum vniuerſum, quantus quantus vndique patet oculis: ſiquidèm homo eſt toto mundo pretioſior: huius enim cauſſa & cælum, & terra, & mare, & Sol, & ſtellæ condita ſunt. Sed hominis æſtimatio, ptæcipuè ex magnitudine pretij taxanda eſt. Nota in hoc tranſcurſu, quòd qui homInem conuertit, *eleemoſynam* Deo offert; quaſi Deus ſit hominum conuertendorum mendicus. Quid exaggeratius?

§. CCXL.

Chriſtiana amicitia, ſeu fraterna charitas, multis denſè elogiis commendatur.

1.
Proclus l. de Anim. & Dæm.

SApienter Proclus: Res diuiniores, inquit, quemadmodùm indiuiduam habent eſſentiam, ſic & bonum indiuiſum poſſident: quæ verò à ptincipiis longiùs diſceſſerunt, in diſtantiâ quâdam & diuiſione iam poſita, bonum proprium comparant. quapropter talia cœtu quodam ad idem contendente, mutuáque conſpiratione penitùs indigent, vt, quandoquidem vnumquodque non habet ſufficientiam, quod eſt elementum boni, ſaltem per communionem mutuam ſuppleant naturæ defectum; atque ita debilitatem ſuam diuiſione factam, conſpiratione cottoborent. Hàc vtique ratione homines ſinguli ſeorsùm debiles, in communi ad conſilium congregantur, diuiſam ita mentem inuicem copulantes, vt quaſi è ſcintillis multis lumen vnum accendere contendentes. Hactenùs ille.

Res debilitatem ſuam diuiſione factam, communione corroborant.

2.
1.Cor.13. v.5.

1. Cotinthiorum 13. charitatis elogia breui compendio Paullus addenſat. Charitas, inquit, patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. *Non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt.* Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. cap. 1. habet: *Non quærit quod non eſt ſuum.* Exiguum, opinor, charitatis prætogatiuum eſt, quòd non ſit auarè furax, ſed ſuo contenta ſit. Viuaciùs Vulgato adhæret Tertullianus lib. de patient. cap. 12. Charitas, inquit, *non ſua requirit, ſed ſuffert ſua, dum alteri proſit.* Quaſi dicat: Tantùm abeſt vt charitas quærat ſuam rem, vt etiam ſuam inopiam patienter ſufferat, vt ita detractis à ſe ſuis rebus alteri proſit. Vel aliter: *Charitas non quærit ſua commoda, ſed ſi qua habet, ſuffert illa, nec fert grauatè, ſeruans eo ſolum fine, vt alteri proſit.* quaſi charitas facultatum ſuarum commodis non fruatur, ſed facultatum ſuarum commoda patienter ſufferat, vt congruo ſubſidio aliis prodeſſe poſſit. Profectò fraternæ charitatis hyperbole eſt, bonorum ſuorum commodis non frui, ſed illorum *commoda* potiùs *ſufferre*; quò proximis ſuâ ope indigentibus prodeſſe poſſit, Ceterùm inibi S. Chryſoſtomus. homil. 33. ſic præſcriptum Paulli locum ad rem luculenter exponit: *Non quærit quæ ſua ſunt. Nam eum qui diligitur omnia eſſe exiſtimat; & tunc probrum ac dedecus eſſe reputat, quandò illum à probro & dedecore non poteſt liberare. Quod ſi per ſuum probrum ac dedecus liceat prodeſſe ei qui diligitur, ne probrum quidèm ac dedecus eam rem ſibi exiſtimat. Ille enim de cetero eſt ipſe. Hoc enim eſt amicitia, eum qui diligit, & eum qui diligitur, non ampliùs eſſe duos diuiſos, ſed vnum eſſe hominem, quod quidèm non ex alio ſit quam ex charitate.* Vnde concludit Chryſoſtomus: *Ne quæras ergò quod tuum eſt, vt inuenias tuum: nam qui quod ſuum eſt quæris, non inuenis quod ſuum eſt.* Multas his verbis ſententias ad rem opportunas ſpiſſat Chryſoſtomus, quas ſigillatim enucleate longum foret; ſat eſto intendere digitum. Nempe is qui diligit, eum quem diligit, *omnia eſſe exiſtimat.* Et, quandò eum à probro & dedecore non poteſt liberare, eiuſmodi impotentiam, ſuum *probrum ac dedecus eſſe reputat.* Dein ſi per ſuum probrum ac dedecus, liceat proximum à probro ac dedecore liberare, eique quomodolibet prodeſſe (vt accidit S. Ignatio Protoparenti noſtro, dum meretriculas conuerſas per Vrbem deducebat) *ne probrum quidèm ac dedecus eam rem ſibi exiſtimat.* Exin ille quem diligit, & cui ſubuenit, *de cetero eſt ipſe*, qui diligit, & ſubuenit: nec *ampliùs eſſe duos. ſed vnũ eſſe hominem* Quare fraterna charitas nõ quærit quæ ſua ſunt: *nam qui quod ſuũ eſt quærit, nõ inuenit quod ſuum eſt: ne quæras ergò quod tuum eſt, vt inuenias tuum.* Vide quam ſit ſententiarum ac conceptuum grauida, Chryſoſtomi expoſitio, & quàm fœcundè ac profundè emedullet fraternæ charitatis indolem, quam hic Ioakimus Suſannæ maritus opere expreſſit; qui ſibi propè nullus, omnia concaptiuis omnibus erat, large in omnes beneficus.

Charitas ſua commoda ſuffert, vt alijs proſit.
S. Ignatij laus.
Multa fraternæ charitatis elogia ſententiis addenſantur.
S. Ignatij elogium.
Hic verſ. 4.

3.
Lucæ 16. v. 12.

Lucæ 16. corporata Dei Sapientia, pro charitatis beneficentiâ ſic arguit: *Si in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* Locus ſpecie tenùs difficilis, quia ſenſus ſub parabolæ nubilo latet. Infirma ſanè hæc argumentatio videtur: homines enim magis amant propria, ideóque magis ac fideliùs ea cuſtodiunt quàm aliena? quomodò ergò contrarium hic ſignificat Chriſtus aiens: Si in alieno fuiſtis infideles, quod veſtrum eſt, quis tutò credat vobis? Quid vocat *alienum?* quid *proprium* appellat, quod beneficentior charitas largiùs debet in proximos diſpenſare? S. Ambroſius lib. 7. in Lucam ſic locum exponit: *Aliena nobis diuitiæ ſunt, quia præter naturam ſunt, neque nobiſcum naſcuntur, neque nobiſcum tranſeunt. Chriſtus autem noſter eſt, quia hominum vita eſt. Denique in propria venit.* Nempe quiſquis fraternæ charitatis inops, diuitias parcè in proximos diſpenſat, indignus eſt qui Chriſti diuitias accipiat, illas enim parciùs diſpenſabit. Eleganter inibi Theophylactus locum elucidat: *Sic igitur hucuſque docuit nos quam fideliter deceat diſpenſare diuitias; ſed quia opum diſpenſatio ſecundùm Deum non aliter obtinetur, quam per impaſſibilitatem animi ad diuitias non affecti, ſubiungit: Nemo ſeruus, &c.* Itaque bona temporalia omnia, tamquam *aliena* debet fraterna charitas abundè diſpenſare, ea proximis diſcretè erogando: nam quod ipſe tamquam ſuum poſſidet, reliquis etiam commune reputare debet. Hoc autem præſtare non poterit, nec accipere dona ſpiritualia, quæ largè etiam proximis

S. Ambroſ.
Theophyl. apud Caten. S. Th.
Fraterna charitas velut impoſſibilis eſt fil. proximis benefica ſpiritualiter.

proximis eroger, niſi animos ad diuitias affectus non ſit *per animi impaſſibilitatem*. Heml fraterna largius charitas, ſic propriæ vtilitatis ſtudium abdicatum requirit, vt ergà bona temporalia, *impaſſibilitatem animi* expoſcat? (S. Xauery lum.) Nimitùm *impaſſibilis* quodammodò eſt ad proprij incommodi ſenſum, vt ad proximorum indigentias magis paſſionabilis ſit. Tanto amoris nexu aliis beneficè adglutinatur, vt ſibi rem, & rei amittendæ ſenſum detrahat, quò aliis commodum impendat. Ita quidèm; nam is qui diligit, eum quem diligit, ſibi *omnia eſſe exiſtimat*: quare *impaſſibilis* videtur ad id quod ſibi deeſt, quia in abundantia proximi (qui ſibi alter ipſe eſt) id abundè compeoſari beneuolè cenſet, locuplete fraternæ charitatis cenſu.

4. Siracides Eccleſiaſtici 6. ita ſcribit: *Amico fideli nulla eſt comparatio*, (Græcè *compenſatio*, Vatablns *pretium*) *Et non eſt digna ponderatio auri & argenti contrà bonitatem fidei illius*. (Græcus. Vatablus.) Græcè, Et non eſt pondus *pulchritudinis illius*. Syrus, amico fideli non eſt pretium, & non eſt pondus *gratia eius*. (Syrus. Tigurina.) Tigurina, nulla te dignè *decus fidei* eius rependitur. Addit, *Amicus fidelis, medicamentum vita & immortalitatis*. (Eccli. 6. v. 16.) Scilicet amicus eſt medicamentum ſeu pharmacum vitæ & immortalitatis, quia affert & prolongat vitam; tum præſentem mortalem, dum facit *hominem imperturbabilem & impaſſibilem*: tum futuram immortalem, inſtar ligni vitæ, iuxta illud: *Fructus iuſti, lignum vita*, ait Cornelius. (Cornel. ibi. Prouerb. 11. v. 30.) Fidelis ergò Chriſtianus amicus fraternæ charitatis ſtipendio nimiùm vectigalis, hæc pendit officia officiorum granida, quæ luculenter recenſet Auguſtinus (aut quiſquis eſt auctor) lib. de Amicitiâ cap. 5. (*Fraterna charitas hominem imperturbabilē, impaſſibilem & immortalem facit.* S. Auguſt.) *Amicus, ait, ſapiens, medicamentum eſt vita. Non enim validior vel efficacior eſt vulneribus noſtris medicina, quàm habere, qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans: vt iuncti ſuis humeris onera ſua inuicem tolerent, & quod vnuſquiſque propriam leniùs quàm amici portet iniuriam* . . . . . *Non aquà, non Sole, non igne pluribus locis vtimur, quàm amico: in omni actu, in omni ſtudio, in certis, in dubiis, in quolibet euentu, in fortunâ qualibet, in ſecreto, in publico, domi foriſque, vbique amicitia grata, amicus neceſſarius, vtilis gratia reperitur.* (*Addenſato fraterna charitatis elogia.*) Subdit bellè pariter ac verè Auguſtinus: *Quocircà amici & abſentes adſunt ſibi, & egentes abundant, & imbecilles valent: &, quod difficilius eſt dictu, mortui viuunt. Igitur amicitia eſt diuitibus pro eleemoſynâ, exulibus pro patriâ, pauperibus pro cenſu, agrotis pro medicina, mortuis pro vita, ſanis pro gratia, imbecillibus pro virtute, robuſtis pro pramio.* Ecce tibi Siracidis locum appoſitè Auguſtinus elucidat. Si ſingulas ſententias perſequi vellem ſolitâ expenſione, nimis longum facerem. Compendio autem multa ex præſcriptis fraternæ charitatis elogia, quæ ab Auguſtino audiuimus, in iuuene Daniele ergà periclitantem Suſannam, oculis hic videre licet. (Hic verſ. 46. P. Didac. Celada in Suſannam.)

5. Ioannis 17. Chriſtus ſic pro Suis Patrem Deum orat: Non, inquit, pro eis (Diſcipulis) rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: *vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.* (Ioann. 17. v. 21. & 22. Cornel. ibi.) quod verſ. ſequenti iterat, *Vt ſint*, inquit, *vnum ſicut & nos vnum ſumus*, ſcilicet conſenſu, voluntate, & ſpiritu, ſicut nos vnum ſumus naturâ, & eâdem eſſentiâ diuinitatis; vt ſcilicet vno charitatis ſpiritu coniuncti, ſemper me ſequantur, nec inter ſe diſcordiâ diuidantur, ſed habeant vnitatem ſpiritûs per concordiam, quam nos habemus per eamdem eſſentiam. *τὸ ſicut*, ſimilitudinem quamdam & imitationem ſignificat, non identitatem. Quaſi dicat: Imitentur noſtram vnitatem per conſenſum animorum, quam nos habemus per eamdem numero eſſentiam & voluntatem. (*Fidelium vnitas per Euchariſtiâ.*) Et ſanè licèt S. Cyrillus ibi, & S. Hilarius lib. 8. de Trinit. *τὸ vt ſint vnum*, referant ad ſacram Synaxim, putà ad Euchariſtiam; de concordiâ, & fraternâ charitate communiter intelligitur. (S. Cyrillus. S. Hilarius.) Quò proculdubiò adludit S. Gregorius Nyſſenus, qui in Tractatu, *Quid Chriſtiana profeſſio ſibi velit*, Chriſtianiſmum, ſeu Chriſtianam vitam ſic definit: *Chriſtianiſmus eſt imitatio diuina natura.* (*Chriſtianiſmus eſt imitatio diuina natura. quare?* S. Nyſſen.) Profectò ſicut Deus naturâ, eſſentiâ, & attributis vnus eſt; & tamen trium hypoſtaſum ſeu perſonarum diſtinctionem admittit, quin diſtinctio vnitatem, aut vnitas diſtinctionem lædat: Sic Chriſtianiſmus in tot perſonas longè latéque diſtractus, per animorum conſenſionem, & concordiæ vnitatem, ſit vnus plures ioquam. quò *imitatio diuina natura* exprimitur. Altè quidèm Nyſſenus.

---

§. CCXLI.

Qui dura ſuſtinet, vt aliis in calamitate opem ferat, aliquid humano faſtigio celſius repræſentat.

SI vis omnem ſollicitudinem exuere, & ærumnoſa quæque patiendo ſuperare, quicquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone, & quodcumque illod eſt malum tecum ipſe metire, & timorem tuum taxa; intelliges profectò aut non magnom, aut non longum eſſe quod metuis, nec diu exempla quibus confirmeris, colligenda ſunt. (1. Ferè ex Senecâ epiſt. 24.) Omnis illa ætas tulit, tulit & noſtra. In quamcumque partem rerum præcipuè apud Chriſtianos, memoriam miſeris, occurrent tibi ingenia, aut profectus, aut impetus magni. (*Patientia animoſitas.*) Numquid accidere poteſt durius, quàm vt mittaris in exilium? aut ducaris in carcerem? Numquid vltrà quicquam corpori timendum eſt, quàm vt ceruicem carnifici præbeat? manus & pedes crucifigendos porrigat? & ſe totum ignibus vſtulandum? Singula iſta conſtitue, & contemptores eorum cita, qui non quærendi, ſed eligendi ſunt, imò & intermittendi, ne vulgaris narratio nauſeam excitet. Quin & (ſi ſeriò attendis) illi ipſi, qui vt aliorum leuarent calamitatem, aut eos aliquo pietatis officio adiuuarēt, iſta tulere, omne in ſuis ærumnis leuamen reſutarunt: animoſi vt aliis opem ferrent, animoſiores ne laxamēto aliquo pœnarum atrocitatē mitigarent. Charitatis compaſſio ad ferendam magno diſcrimine opem

aliis extimulat; ſtreoua patientiæ animoſitas, vt omne pœnarum leuamentum, aut vltrò oblatum, aut facilè parabile conſtanter refutent. qui eſt aliquis patientiæ faſtus.

2. Matthæi 27. Chriſtus Deus in patibulo pendet, inter duos latrones, quaſi eorum furaciſſimus & ſceleroſiſſimus crucifigitur. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, dicentes: ſalua temetipſum: *ſi filius Dei es, deſcende de cruce.* Similiter & Princeps ſacerdotum illudentes cum Scribis & Senioribus dicebāt:

Matth. 27. v. 42.

Alios ſalnos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Virulentiores in Chriſtum ſunt Pontifices, Scribæ, & Phariſæi, quàm populus: nam ſubſannant eius miracula, quibus beneficè alios ſanos fecit. Quid eſt, quòd cæcis oculos, claudis pedes, ſurdis auditum, paralyticis ſolutionem, mortuis vitam identidèm præbuit; & ſeipſum in ſumma calamitate conſtitutum non ſaluat? Non eſt Meſſias, Chriſtus non eſt, qui cùm poſſit ſibi opitulari (vt aliis opem tulit,) & deſcendendo de cruce ſeipſum ſaluare, id oon præſtat, ſed in ditâ cruce tot taotáque cruciameota patiendo, ſpontè perſeuerat. Ergò *deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* O voces fatuè ſtultiſſimas, & Phariſaica cæcitate, inuidia, atque ignoratione digniſſimas! Imò (vt profundè Tertullianus aduertit) *Hinc vel maximè, ô Phariſæi, Dominum cognoſcere debuiſtis Patientiam eiuſmodi nemo hominum perpetraret.*

Tertull. lib. de Patient. cap. 3.

Meta Ieſnana patientia fuit, ſaluos facere, non ſeipſum.quæret

Miriſſima porrò patientia eſt, Deo digna, & vltrà humanum faſtigium ſublimis, quæ cùm *alios ſaluos fecerit*, & velut alienæ calamitatis impatieos, reliquis calamitoſis opem tulerit; in extremâ afflictione, & feraliſſimo crucis tormento, leuamentum omne seriò refutet, nec velit, cùm poſſit, *ſeipſum ſaluum facere.* Quæ diuinior patientia, quàm ea, quæ cùm præſtò adſit reliquis miſeris, velut ſibi inſenſilis, & ſuæ calamitatis oblita, leuamentum omne conſtanter refutet? Stolidè igitur Phariſæiogganiunt: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* Nam *hinc vel maximè, ô Phariſæi, Dominum cognoſcere debuiſtis: Patientiam eiuſmodi nemo hominum perpetraret.* Patientia autem *eiuſmodi* eſt, quæ velut alienæ calamitatis impatiens, *alios ſaluos fecerit,* & *ſeipſum ſaluum facere*, cùm poſſit, tamen non vult; quæ eſt patientiæ meta.

3. Ioannis 18. oratione peracta in horto ecce Iudas cohortis dux, cum minoiſtris Pontificum, & laternis, facibus, & armis, vt comprehenderent Ieſum. Quibus obuiam vltrò procedens, ait: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Ergo ſum: ſi ergò me quæritis, ſinite hos abire. *Simon ergò Petrus habens gladium, eduxit eum: & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſerno Malchus. Dixit ergò Ieſus Petro Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?*

Ioann. 18. v. 10. & 11.

Hoc Petri animoſum facinus grauatè admodùm Chriſtus tulit, & velut ſuæ comprehenſioois oblitus, *cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.* Quâ ſuper re ſic eleganter ad rem philoſophatur Tertulliaous aliundè qoondam expenſus: *Mitte gladium tuum in vaginam, &c. Nec vnius quidem Diſcentu gladium probauit. Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt.*

Luc. 22. v. 51. Tertull. l. de Patient. c. 3.

Alibi multis ruſpamus rationem, cur non tam Malchi auricula, Petri gladio amputata, quàm Chriſti patientia, iſtiuſmodi ictu ſauciata ſit: hæc nunc ſuppetit addenda, ad præſentem theſim opportuna. Nimitòm aſpectabilior ac mitior Patieotia, duobus potiſſimùm cooſtat, & velut impatiente iuuamine in aliorum calamitate, & ſolitaria propriæ calamitatis tolerantia, refutato aliorum auxilio quo poſſit calamitatem auertere.

Quare patientia Chriſti in vulnerato Malcho vulnerata eſt

Ergò cùm Petrus vt pœnale comprehènſionis malum à Chriſto auertat, quaſi eius ſatelles iuuamine animoſiùs exhibito, tamquam præſidiarius miles Chriſto adſit, & illi opem ferens, Malchum vulnerarit, nō tam Malchum Chriſti aduerſarium, quàm ipſius Chriſti patientiam in Malcho vulneraſſe perhibetur: *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt*: nam oſtenditur quaſi iuuaminis indiga in calamitate, quam vltrò ſubit. Vndè & Diſcipuli auxiliarem gladium reprobauit, abſciſſam Malcho reſtituit auriculam, & vulnus beneficè curat. Vndè tunc Chriſtus, vt ſuæ patientiæ perfectionem aſſerat, illámque vindicet, quaſi calamitatis ſuæ immemor, & vulnus curat alienum, & vulneratorem ſibi auxiliarem reprobat, quaſi ſuam potiùs patientiam vulnerarit, eius perfectioni nimis detrahens: *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt.* Non enim patitur declinare calamitatem, qui vno verbo rohortem proſtrauit, qui potuit rogare Patrem, qui pluſquam duodecim Angelorum legiones, illi auxiliares protinùs exhiberet. Exindè cùm Chriſto oranti *apparuit Angelus de cælo confortans eum*, tam longè abfuit, vt leuamen ambiret, aut laxamentum vellet accipere, vt tunc potiùs *factus in agonia prolixiùs oraret; & factus eſſet ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*

Lucæ 22. v. 43. & 44.

Viro forti non eſt conſolanda iniuria, ſed inſultanda.

Et quidèm de Socrate de affectata æquanimitate, ad præſentiam iniuſtæ mortis patienter inconcuſſo, ait idem Tertullianus: *Quid enim aliud ſaperet vir quilibet iniuriâ damnatus, præter iniuriæ ſolamen? cui nec conſolanda eſt iniuria, ſed inſultanda.* Quod aliàs aliorsùm expendebamus.

Tertull. lib. de Animâ, cap. 1.

Paullus ad Romanos 15. ita ſcribit: *Deus autem patientia, & ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum.* Dicitur autem *Deus patientia & ſolatij*, hoc eſt, Deus patientiſſimus, & ſummè conſolans, ita vt in ſuâ Deitate includat patientiam & conſolationem, ſitque per eſſentiam ipſe totus patientia, imò mare & oceanus conſolationis, quam in ſeruos ſuos etiam in hâc vitâ diffundit ſubindè in acerrimis quoqoe tribulationibus & doloribus adeò vt hominis cor, velut inſenſile ad res duriſſimas, externâ conſolatione non indigeat. Quæ eſt aliqua diuinæ patientiæ æmolatio. Huc videtor adludere Tertollianus lib. de Patientia cap. 2. ita fatus: *Nobis exercenda patientia auctoritatem, non affectatio humana canina (Philoſophicæ) æquanimitatis ſtupore formata; ſed vinæ ac cæleſtis diſciplinæ* 4.

ad Rom. 15. v. 5. Cornel. ibi.

Cur Deus patientia & ſolatij dicitur?

Tertullian.

Diuina

Quidaſt, quòd Deus quibuſdam patiendi auctoritatem delegat? *Diuina diſpoſitio delegat.* Profectò notum eſt ex Iuriſprudentiæ facultate, quòd *delegare, eſt alium vice ſui dare.* Itaque cùm Deus noſter ſit *Deus patientia*, quibuſdam, vti Paullo, Laurentio, Dominico, Franciſco, Ignatio, & aliis eximiè ſanctis, *exercendæ Patientia auctoritatem delegat*, id eſt, illos *vice ſui dat*, & præbet ſuæ *patientia auctoritatem*, vt nemo illorum patiatur quaſi ſolatij indigus, ſed tanquam illius egregius refutator. Magna enim *patientia Auctoritas* eſt, & diuinum quid ſapiens de Chriſti Dei æmulatione, nullo ſolatio ad durâ fortiter patiendum egere. Idcircò *Deus patientia & ſolatij*, hanc *exercendæ patientia auctoritatem delegat* quibuſdam, quos tanquam patientiæ ideam reliquis ad æmulationem proponit. Danieli etiam Deus *exercendæ patientia auctoritatem delegat*, qui in lacu leonum bis ſedet patienter intrepidus, & nullius humani ſolatij aut iuuamenti indigus: & qui in tanto diſcrimine ac calamitate nemo ſibi eſt, hîc liberandæ Suſannæ multus eſt. *Hic verſ. 48.*

5\. Danielis 3. horrendè ardet & fumat illa fornax Babylonica, atrociter minax: & tres pueri ob reatum diuini obſequij, in illam arſuri mittuntur. Sed flamma eos innoxiè lambit, & peregrino eis rore gratiùs adulatur. Tum hi tres impune ambulant, & Deo exultim hymnos canunt. Stupet prodigium rex barbarus, & ait: Nónne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? *Ecce*, inquit, *ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* *Daniel. 3. v. 91.* Non hîc morabor Interpretes, ecquid Nabuchodonoſor intellexerit per τὸ *filium Dei*, cuius ſimilitudine *ſpecies quarti* prænitebat. Sat nunc eſto aliquid humano faſtigio celſius in eo præfuſiſſe. Meritò autem exclamat hîc Chryſoſtomus homil. de tribus pueris: *S. Chryſoſt.* *O quibus triumphis*, inquit, *te incorrupta fides extendit! Adeſt tibi amica maieſtas, vt innocentia liberetur* (adnota attentiùs quæ ſubdit verba:) *Patitur ſe Deus cum pueris in ſupplicio numerari, & poteſt Dominum videre ſacrilegus* (Nabuchodonoſor) *ſed non permittitur noſſe, vt creſcat gloria puerorum.* *Qui cum tribus pueris patitur in ſupplicio numerari, filius Dei putatur. quaret* Itaque ne hæc à flammis impunitas magiæ tribuatur, hic quartus velut iuuenis apparet; ſed dum damnatis, & in fornace arſuris adeſt opem laturus, & *patitur ſe cum pueris in ſupplicio numerari*, & exultim ouat in flammis, iure merito *ſimilis filio Dei* reputatur. *Occultum auxilium, magis glorioſum putatur. quaret* Quid enim niſi cæleſte aut diuinum, vt miſeris opem ferat, inter illos verſatur innoxiè, & in medio flammarum impunè exultat? Cur autem de Nabuchodonoſore dicat Chryſoſtomus, quòd videns quartum, qui videbatur ſimilis filio Dei, eum *non permittitur noſſe, vt creſcat gloria puerorum*, alibi forſan enucleabitur. An validius putatur auxilium, quod vnde adſit ignotatur?

Sed grauidus conceptuum locus, in hoc
tranſcurſu omittendus non eſt,
nec plenè emedullandus
extra rem.

***

§. CCXLII.

Reprehenſio ſic dura blandis miſceat, vt terrore demulceat.

1\. MEdicos (ait Plutarchus) oportet imitari in corripiendo; nec enim illi cùm ſecant partem affectam, in cruciatu & moleſtiâ eam deſtituunt, ſed placidè rigant ac leniunt: ſic qui admonent ciuiliter amicum, non aufugiunt poſtquam amara mordaciáque admonuerint, ſed colloquiis & comitate verborum deliniunt & emolliunt: nam qui reprehenſione vulneratus, & irâ perturbatus ac tumens dimittitur, hunc poſteà difficile reuoces ac concilieris. *Plutarch. l. diſcrim. adul. & amici. Qui corripit, chirurgum imitetur.* Hactenus ille ſalubriter: benè monentem ſequere, ne correptus plus remedio quàm morbo laboret. Sic ob malè damnatam Suſannam, Daniel obiurgans populum, non ſtatim abſcedit; ſed duris lenia miſcet, & medetur errori. *Hic verſ. 48.*

2\. Genuinus Doctor, & Eccleſiæ Magiſter, ſuum Timotheum recèns Epiſcopum, ſic erudit: *Argue, obſecra, increpa in omni patientiâ.* *2. ad Tim. 4. v. 2.* Argue, id eſt, argumentis & ratione conuince: nam increpatio argumentis & ratione efficaci deſtituta, temeraria & mordax irritatio eſt, non culpæ emendatio; nec reum efficit meliorem, ſed impudentiorem. Ergo, ô Timothee, ex munere tuo errantes argue: nam *error, cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cùm non defenditur, opprimitur: negligere quippè cùm poſſis deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere; nec cares ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori, cùm poteſt, deſinit obuiare.* *Innoc. diſt. 83. c. error.* Ait itaque Apoſtolus: *Argue, obſecra, increpa*, quaſi dicat: *Increpatio* eſt idem quòd in chirurgiâ ſectio: *obſecratio* eſt pharmacum leniens; hoc ergo adhibe increpationi, ne ſi ſola ſit increpatio, quaſi ſectio, hominem nimio dolore excruciet, & ad puſillanimitatem, indignationem, aut etiam deſperationem adigat, ita hunc locum Theophylactus exponit. *Theophyl.* Et expenſione digniſſimum eſt, quod τὸ *argue* temperat, ſubdens, *obſecra*, & *increpa*, addens *in omni patientiâ*: nam *arguere* ſeueritatis eſt, & ideò *obſecratione* mitigandum: *increpare* rigoris eſt, quocirca *omni patientiâ* emolliri debuit: ſeueritas enim ſine pietate, ſæuitia eſt. *Durior admonitio, tortura eſt, furor eſt, non emendatio.* Hanc miſturam peritè notauit Chryſoſtomus: *Argue*, &c. *Neque enim hoc ſemper agere oportet; neque ſemper illud ſolum: ſed vtrumque alternis vicibus, quò maior inde ſequatur vtilitas. Nam ſi ſemper argueremus, impudentiores illi fierent; ſi ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur.* *S. Chryſoſt. ſerm. de habendâ curâ ſalutis proximi.* Antedixerat autem: *Vellem vos zelum temperare miſericordiâ. Zelus enim veniam negans, potius furor eſt, quàm zelus: & admonitio miſericordiâ carens, tortura quædam eſt.* Nempe acerba increpatio manſuetudinis exors, mera *tortura* eſt, quæ nec veritatem, neque emendationem extorquet, ſed ſpecie admonitionis impudentiam & iracundiam negotiatur. Miſtura ſeueritatis & pietatis, argumentum emendationis eſt, & correctionis ingenium. *Arguendus* eſt reus, ſed cum blandâ *obſecratione*: *increpandus* eſt, ſed in *omnis patientia*

manſuetudine: alioqui non tam increpatio, quàm *furor* eſt, & emendatiouis iactura. Nemo euim increpat, quia peccarum eſt; ſed ne peccerut: nam quia prætetita reuocari non poſſunt, futura præcauentur. *Torturam* admonitionis blandiùs rempera, vt emendes, non vt metè totqueas, & acerbiùs excrucies.

3\. 4.Reg.2.v.9. 4.Regum 2. Elias traiecto Iotdane, dixit ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollat à te. *Dixitque Eliſeus: Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: attamen,* &c. Duplex, id eſt, duplo maiot, ait Theudoretus. (Theodoret. q.7.) O hæreditas arcanè pretioſa, in quâ plus hæredi telinquitur, quàm habetur; plus conſequitur qui accipit, quàm poſſidet qui largitur! Arcana planè hæreditas, quæ dum à patre transfertur ad filium, meritutum quodam genete duplicatur. (*Duplex Eliæ ſpiritus, eſt ſeueritas cum mãſuetudine ad gubernandum.*) Mitum ergo iu modum plus Elias gratiæ diuiſit in tetris, quàm ſecum portauit ad cælos: & licet ipſe ad altiota totus transfettut cotpote, apud filium tamen maiore manet in gratiâ, quod eſt beneficentiæ ſacramentum. Multa multi ſuper hoc duplici ſpiritu, quem Eliſeus vltrà Eliam piè ambir bonâ grariatum auaritiâ: ſed quæ videtur pudoris metas inuerecundè tranſilire: cùm diſcipulus non ſit ſuper Magiſtrum; ſufficit autem diſcipulo, ſi fuetit, ſicut Magiſter eius. Quis ergo eſt hic duplex ſpiritus, quem verecundia Eliſei non tenuit poſtulare?

S.Iuſt.q.54. Luculenter S.Iuſtinus peritè Philoſophus, & fortiſſimè Martyr: *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Eliſeus,* inquit, *oſtendit duplicem abundantiam doni ſpiritûs, quo præditus erat. Elias ignem deuocauit de cælo ad vlciſcendos hoſtes; at Eliſeus equos & equites igneos deuocauit de cælo ad auxiliandum Iſraëlitis.* Videlicet igneus Eliæ ſpiritus tigores duntaxat ſpirabat; hunc ſpititum ſibi adeſſe petit Eliſeus, & ſimul expetit manſuetudinis ſpiritum, quem rigoribus temperatè miſceat mixturâ ſalubri. (*Cur ſpiritus lenitatis, qui Eliæ deerat, Eliæ eſſe dicatur.*) Adſit, adſit iuſtitia, quæ ſceleſtos frenet, ſed ſine miſericordiæ aurigatione non adſit; ne futor potiùs quàm correptio videatur; *tortura*, non medicina; vindicta, non flagitij multa. Quare Eccleſiaſtici 48. Siracides ſcribit de Eliâ: (Eccli. 48. v.13.) *Et in Eliſeo completus eſt ſpiritus eius.* Completus inquam, quaſi mititas ei defuiſſet, quam nunc Eliſeus ad rectionem Iſraëlis iutentiùs expoſcit. Sed nota vrbaniratem Diſcipuli dudum agreſtis bubulci; quod Magiſtro deerat, quaſi Magiſtro adfuiſſet, Magiſtro attribuit, aiens: *Fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Suum appellat, ſine quo pacatè tegere non valebat: ſine quo cruciate poterat, mederi vix poterat. Spiritus enim lenis, in cenſu ſuperioris numerari debet, tanquam propria illius poſſeſſio, quæ ſucceſſoribus velut neceſſaria hæreditas obueniat.

4\. Lucæ 7. Phatiſæo animitùs Magdalenæ factum culpanti, & Chriſtum inſcitiæ arguenti, duorum inæqualiter debitorum parabola propônitur. Reſpondens Simon dixit: Æſti-
Lucæ 7.v.43. mo quia is, cui plus donauit. *At ille* (Ieſus) *dixit ei: Rectè iudicaſti.* Scilicet laudat Chriſtus reſponſum Simonis, vt eò faciliùs ipſe admittat ſequentem inde Chriſti teprehenſionem & cottectionem, vt peritè inibi Cornelius adnotauit, eductus à Ruperto, qui in cap.2. Apocal. ita ad tem eleganter ſcribit: (Cornelius. Rupertus.) *Magnum hoc, & dignè imitandum eſt magiſterium ſpiritûs Dei: corripere quidem ea, quæ emendatione indigent: ſed inter corripiendum, & priùs & poſteriùs collaudare, ſi quæ benè dicta ſunt, vel acta ab eo, qui in alijs corripitur: quatenus quoad fieri poteſt, teneatur beneuolus, & non refugiat confuſus, aut exterritus, audire non ſuſtinens peccatoris animus.* (*Inter corripiendum laudare correptum, arbitrium emendationis eſt.*) Quare duris blanda miſcet; acerbitatem teprehenſionis neceſſariæ, laudationis lenocinio demulcet; laudando velut palpat, vt obiurgatione felicius emendet: beneuolum laudando facit, ne merâ increpatione faciat impudentem. Fugam correpti, non cottectionem negotiatur, qui correptionis acerbitatem laudatione non mellit. Quem fella auertunt, mella demulceant. Hæc miſtura ſalubris eſt, & emendationis arbitrium.

5\. Pſalmo 22. ſic occinit regius Vates gratantet Deum alloquens: *Virga tua,* inquit, *& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* (Pſalm. 22. v.4.) Metaphora ducta à baculo paſtorali, quo non percutitur ouis, niſi vt in rectam viam dirigatur. Hinc Dauid conſolationem capiebat in rebus duris, per quas ſciebat ſe deduci ad gloriam. Locum hunc tropologicè exponens noſter Cordetius indidem, aduocat S. Gregorium (S.Gregor.) lib. 2. Paſtoral. cap.6. vbi ſic eleganter fatur: *Virga tua, & baculus tuus, &c. Si ergo eſt diſtrictio virga, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non plus quàm expediat parcens; vt dum ſe in arce regiminis iuſtitia clementiáque permiſceant, is qui præeſt, corda ſubditorum, & terrendo demulceat, & tamen terroris reuerentiam demulcendo conſtringat.* (*Superior ſe blandis dura miſceat, vt terrendo mulceat.*) Ecce arcanum politici regiminis myſterium, antitheſibus conflatum; & inde in arduo poſitum. Opus eſt metu, & ſæpè tertore, qui vitiorum libidinem cohibeat, & petulantem errorum audaciam frænet. Tertor autem, ne horrotem incutiat, ſic blandâ lenitate temperandus eſt, vt *mulceat* potiùs quàm deterreat. Miraculi ad inſtar eſt, mulcedo de terroribus orta, aut terror mulcedinis bibulus: non enim miſcentur contraria. Hinc perrarò inuenitur Superior omnibus numeris abſolutus: quia terroris & mulcedinis arduus eſt nexus: alterutro autem deficiente, errat politia regiminis, dum nimis diſſimulat & conniuet ſubditis, aut illos tettoribus impudentes facit, & attritâ fronte peruicaces. Seriò tamen curet *terrendo demulcere*, & quos virgâ percutit, tanquam baculo fulciat & ſuſtentet: *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.*

6\. Euangelicus Vates Iſaias cap. 42. ſic prophetat de Chriſto, qui eſt Rex regum, & ſuperiorum idea: Nec audietur vox eius foris. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit triſtis, neque turbulentus,* &c. (Iſaiæ 42. v.3.) Mirum ſanè eſt, & valde mirum, quod ille, cuius ſic eſt flexus animus & pronus ad veniam;

oiam; ſic miris, vt nec vox eius foris audiatur, nec calamum quaſſatum & iam inutilem confringat, neque extinguat myxam, ſiue ellychnium ex lino caligans, flammâ nondum dominante, vel iam euaneſcente; *in veritate educat iudicium*, hoc eſt, ſic erit idoneus Iudex, vt cauſſatum finis ſit veritas, quæ ipſo Iudice clareſcet & vincet. Procul *turbulenta* obiurgatio ab eo, cuius vox non auditur foris, ſed in penetralibus arguendo mulcet: procul ſuppliciorum pœnalis acerbitas ab eo, qui ellychnium caligans, & fœtidè ac moleſtè fumigans præ lenitate non extinguit. Appoſitè S. Bernardus ſerm. 2. de Reſurrectione Domini: *Eme*, inquit, *à Domino moderatam correptionem, quia omninò magnum quoddam bonum, & datum optimum eſt, & quod habent pauci. Videas multos ſincerâ licèt intentione leniter dicere, quod grauiter auditur. Volat irreuocabile verbum, & quod ſanare debuerat, quia mordacius fortè videtur, exaſperat, & exulcerat magis. In ſpiritu vehementi conterimus naues Tharſis; conterimus quaſſatum calamum, extinguimus linum fumigans.* O caueat Corrector ab hoc *ſpiritu vehementi*, qui vel naues Tharſis conterit, & miſero naufragio peſſum mittit! Caueat à *ſpiritu triſti* ac *turbulento*, qui vel myxam fumigantem extinguat. O, *eme à Domino moderatam correptionem*, quò ſubditos à perditione redimas! Acerba obiurgatio aut refractarios inuenit, aut facit.

Eme à Domino moderatam correptionem, quò ſubditos à perditione redimas. S. Bernard.

---

§. CCXLIII.

Silentium eſt innocentiæ lex, culparum ſepulcrum, loquelæ gymnaſium; & pars optima, quam ſibi Maria elegit.

1. S. Ambroſ. alibi expenſus. *Silentium ne ſit otioſum.*

SIlentium verbi quoddam nutrimentum eſt: quid ergo præ ceteris debemus diſcere quàm tacere, vt poſſimus loqui? ne priùs me vox condemnet mea, quàm abſoluat aliena. Eſt enim magnum & negotioſum ſilentium, vt erat Suſannæ, quæ plus egit tacendo, quàm ſi eſſet locuta. Tacendo enim apud homines, locuta eſt Deo. Nec vllum maius indicium ſuæ caſtitatis inuenit, quàm ſilentium. Conſcientia loquebatur, vbi vox non audiebatur: nec quærebat pro ſe hominum iudicium, quæ ſilentij patrocinio crimen atcebat. Alliga ergo ſermonem tuum, ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat. Si oporteat loqui, ſit reſtrictior, & ripis ſuis coërceatur. Citò lutum colligit amnis exundans.

Ibi verſ. 48. & 49.

2. Pſalm. 38. v. 2.

Purpuratus Vates Pſalmo 38. ſic de propriæ linguæ cuſtodiâ loquitur: *Dixi, Cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua meâ.* *Dixi*, propoſitum animi magni, & duraturæ conſtantiæ pignus ſignificat, & prudentiæ conſilium ſanctè obſeruandum. *Vias* autem ſuas appellat totius vitæ curſum, probi viri ſtudia omnia atque officia: quibus omnibus ſatis prouiſum eſſe videretur, ſi linguæ frenum imponeret, neque ſineret præter rationem, ius fáſque efferri: *quaſi in linguâ fortunas hominum, & ſummam rerum collocatam eſſe putares.* Ita Corderius indidem, ſecutus Origenem, qui in ipſius Catenâ ſic locum commentatur: *Cùm ferè omnis peccati initium ſit à ſermone; is qui ſtatuit cuſtodire vias ſuas in ſermonibus, conſequenter etiam à peccatis quæ opere committuntur mundus erit.* Verùm enimverò oppoſitum ſenſum videntur ſonare Prophetæ verba, qui non ait, ideò ſe cuſtodire linguam, ne in reliqua peccata prolaberetur; ſed idcircò cetera peccata ſollicitè cauiſſe, & virtuti intentiùs ſtuduiſſe, ne linguâ delinqueret. Quâ ſuper re belliſſimè philoſophatur Ambroſius nuper laudatus: *Dixi, Cuſtodiam vias, vt non delinquam in lingua mea*, inquit: *Quia neminem ſciebat caſtum os ſeruare poſſe ab immunditiâ ſermonis, ipſe ſibi ſilentio legem impoſuit innocentiæ, vt tacendo culpam declinaret, quam vix fugere poſſet loquendo.* Hem! ſic ſunt vitia linguæ cognata, ſic eſt delictorum bibula, & delictis imbuta, vt qui ſibi ſilentium indicit, ſibi *legem innocentiæ impoſuiſſe* dicatur? Bonum planè ſilentium, quo velut lege latâ innocentia ſeruatur: quaſi peccatorum omnium conceptaculum, & eorum committendorum fomes, lingua ſit: quare *vniuerſitas iniquitatis* appellatur. Nempe linguæ ſilentium, per arcanas virtutum conſequentias, ſic eſt innocentiæ fœcundum, ſicque vrget ad innocentiam, vt innocentiam præcipiat, & innocentia ſit velut ſilentij obſequium. *Ipſe ſibi ſilentio legem impoſuit innocentiæ.* Bona lex ſilentium, quæ dum linguam inhibet, & ſermonem vetat, innocentiam præcipit, & omnes ſanctitates indicit. Vnde qui non delinquit in linguâ ſuâ, omnes Dei vias, & virtutis ſemitas rectà init, & obſeruantiùs cuſtodit.

In linguâ, hominum fortuna collocata eſt.

Corderius. Origenes. *Ferè omnis peccati initiũ à linguâ eſt.*

S. Ambroſ. l. 1. offic. c. 2. *Silentium, impoſita lex innocentiæ dicitur.*

Iacobi 3. v. 6.

Geneſeos 2. ſacer Hiſtoricus redit ad opus diei ſextæ, & hominis formationem his verbis tradit: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Chaldæus ſuo more paraphraſticè ſic vertit: *Factus eſt homo in animam loquentem.* Quia loquela, æquè ac ratio propria eſt homini; qui linguâ ac ſermone viduatus, mutis animantibus ſimilis foret. Exinde hominis *anima viuens*, *loquens anima* nominatur, quaſi loquela ſit vita hominis; & inde eius mors, ſilentium foret; ac ſi taciturnitate homo tumuletur. Sapienter alicubi Philo ſilentium appellauit, ſermonis mortem; hominis autem mortem, ſilentium dici, inſolens videtur, & à Philoſophiâ peregrinum, tametſi *anima viuens*, cum *anima loquente* vices reciprocare dicatur. Verùm Chryſoſtomus in Encomio Ioannis Baptiſtæ elucidans illud Angeli ad Zachariam Lucæ 1. *Ecce eris tacens, & non poteris loqui*, Ita ſcribit: *Primam autem vocem poſt reſurrectionem exclamauit Zacharias, Benedictus Dominus, &c. Quid ergo? mortuus eſt Zacharias, quòd reſurrexit? Non mortuus eſt; ſed quiddam mortis inſtar ſuſtinuit; nam tanquam ſepulcrum tenuit ſilentium.* Nimirùm cùm lingua ſermonum plena, prurit ad loquendum, & tamen muro ſilentio, & elingui taciturnitate obſignatur, *homo factus in animam loquentem*, id eſt, *viuentem*,

3. Gen. 2. v. 7.

Chaldæus.

Philo.

Silentium eſt ſepulcbrum, quo homo quaſi cadauer viuum tumulatur.

Lucæ 1. v. 20. S. Chryſoſt.

tem, præcoquâ motte velut cadauer viuum tumulatur. Scilicet cadauer eſt ad velut impeccabilem *innocentiam*, viuum ad multiiugam plurifariam merendi prærogatiuam. Porrò *quiddam mortis inſtar ſuſtinuis; nam tanquam ſepulchrum tenuit ſilentium.* Nunquam homo eſt magis ad virtutem, ad ſanctitatem, & ad innocentiam viuus, quàm cùm loquelæ mortuus, ſilentium tanquam ſepulcrum tenuit. O quàm ſæpe funeſtè homo de innocenti ſilentij ſepulcro, ad loquendi vitam, rediuiuâ mortaliter natiuitate *reſurgit*! Huiuſmodi reſurrectio, non mortis finis, & nouum vitæ initium eſt; ſed cadauraſcentis vitæ pignus, & æternaturæ mortis obſes.

4. 1. Regum 1. Phenenna Elcanæ vxor, Annæ dicaciter æmula, illam ſcomatis ac opprobriis contumelioſè frequens oppetebat: cui Anna muto ore, & ſilentibus flebiliter lacrymis reſpondebat. Cùm autem paullò poſt ab Heli Pontifice temulentiæ arguitur, rupto ſilentio diſertiſſimè reſpondit. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo ad Deum, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitùs non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei: Vſquequò ebria eris? digere paulliſper vinum, quo mades.

1.Reg.1.v.15. *Reſpondens Ana, nequaquam, inquit, Domine mi: nam.... vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini*, &c. Admirare principis feminæ modeſtiam, & in refutando opprobrio, ratiocinationis vim, reſponſi prudentiam, & ſermonis energiam, quâ opprobrium diſertiſſimè excuſſit. Vulgare hoc dubium, & in ſacri textûs limine obuium, nemo non exagitat: neque enim minùs iniuſtè ab Heli, quàm à Phenennâ falſaris contumeliis oppetitur: cur ergo ad Phenennam ſilet (imò ad Deum, dum orat ore tacito) & poſtmodum ſic longulè loquitur? Inde, opinor, diſertè iam loquitur, quæ diutiùs atque multoties ſiluerat. Nam vt diuinè ait Baſilius magnus in Regul. fuſiùs diſput. cap. 13. Silentium eſt quoddam quaſi *gymnaſium benè loquendi.*

Silentium eſt benè loquendi gymnaſium. S. Baſilius.

O benè! Rudis & inerudita eſt loquela, quam ſilentij prius ſchola non comit ac erudit, & ad ſermonis elegantiam, & ad rationis energiam. O, ex hoc *benè loquendi gymnaſio* diſcant Chriſtianæ doctrinæ Proceres? Taceant Athenæ facundiùs linguatæ: ſilentium autem loquendi meliùs nutrit, erudit, elimat. Silentium, elinguis videtur infantia, & bruta fatuè taciturnitas; & tamen Chriſtianæ ſapientiæ ſchola eſt, & *benè loquendi gymnaſium.*

Caſſiodor. Eleganter Caſſiodorus in Pſalmum 38. ita ſcribit: *Silentium quippè eſt probabile, quod nos ſapientes prodit: quod grauiſſimos facit, quod conſilium nutrit, quod ipſum quoque grauiſſimum oſtendit eſſe ſermonem. Quapropter hauriamus remedij huius ſaluberrimam potionem, vt qui Sanctos tam profienè tacuiſſe cognoſcimus, peccatorum immoderatam linguæ licentiam non amemus.*

5. Pergit regius Vates præſcripto Pſalmo 38.

Pſalm. 38. v.2.& 3. *Poſui*, inquit, *ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis.* Græca vox, quæ reſpondet *cuſtodia*, (vt inibi notat Corderius noſter Græcè peritiſſimus) à militia petita eſt, & *cohortem præſidiariam* ſignificat, aut *fideliſſimos ſtipatores*; quales ad portas muratarum ciuitatum collocari ſolent. Hieronymus autem vertit: *Poſui cuſtodiam os meum ſilentio*, quaſi hominis *præſidiaria cohors*, & *fideliſſimi ſtipatores*, ſilentium ſit; & muratior ac meracior innocentiæ cuſtodia. Græci Patres in Commentario, ſic præfata verba exponunt: *Maximè ori maiorem cuſtodiam adhibui, ſciens hoc ad lapſum proclinius, & lubricum membrum exiſtere: ſiquidem omnis ferè peccati initium eſt à lingua.* Aquila, *Mutus factus ſum.* Ceterùm explorare oportet, à quibus nam rebus Propheta tacebat ſilentio muto: neque enim quid magnum & eximium foret, à malis ſiluiſſe. Pergunt indidem iidem Græci Patres: *Silui à bonis. Hoc enim ait à bonis: quoniam læſo videntur bona eſſe vitio. Vel, quia circumſtabat me peccator, mutus ad eius verba effectus, ſilebam a bonis quæ narrare inceperam. Vel à bonis dogmatibus, quia non oportet reſpondere ad verba litigioſa. Vel, quòd non eſſem in ſtatu bono, ſecundùm Symmachum, neque haberem libertatem, memineram dicentis: Peccaſti, quieſce, &c.* Ecce tibi cur ita ſtrictè mutum ſilentium ſibi indicit Propheta, cùm vel *a bonis* etiam ſilere decreuerit; ne *bona* ipſa in linguâ non benè affectâ, in mala degenerent. Vnde *ſilere à bonis*, perinde ac tacere à *malis* putatur: ſæpe enim ipſa *bona* loquelæ permiſſa, de linguæ vitio in malum deſciſcunt; & quod cœpit in *bono*, in *malo* conſummatur. Multa præſcriptis verbis addenſant Græci Patres, quæ ſigillatim enucleare, longum foret.

Corderius. Græcus. S. Hieron. Græci Patr. Aquila. *Lingua vitio, quod cœpit in bono, conſummatur in malo.*

6. Lucæ 10. grandius Mariæ elogium denarratur Chriſti ore: *Maria*, inquit, *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Multa multi & litteraliter & myſticè ſuper hac optimâ Mariæ parte, quam ſibi conſultiùs elegit, quam Chryſoſtomus ſilentium interpretatur: *O taciturnitas*, inquit, *omnis mater boni, ieiunij fundamentum, & gulæ impedimentum. O ſilentium, ſchola lectionis & orationis. O ſilentium, tranquillitas cogitationum, & portus ſecurus. O ſilentium, ſuaue iugum, & onus leue, refocillans, & portans portantem ſe, lætitia animi & cordis: aurium, oculorum, & linguæ frenum. O ſilentium, affectuum carcer, omniſque virtutis cooperatrix, & paupertatis conciliatrix, prædium Chriſti, bonos fructus afferens. O ſilentium timori Dei coniunctum, murus & præſidium eorum, qui propter regnum cælorum certare volunt. Maximè hanc, frater poſſide bonam illam partem, quam Maria elegit. Iſta enim Maria, cùm ſit exemplum ſilentij, ſedit ad pedes Domini, ei ſoli adhæſit. Ideò & laudauit eam, dicens: Maria autem partem bonam elegit, quæ non auferetur ab ea.* Multa hîc ſpiſſat Chryſoſtomus ſilentij elogia, conceptuum fœcunda, quæ altiùs emedullare, quiuis de facili poteſt.

Luc. 10.v.42. S. Chryſoſt. in exemplaribus Græcis, tom. 7. p. 435. *Conglobata ſilentij elogia. Silentium eſt optima pars, quam ſibi Maria elegit.*

§. CCXLIV.

§. CCXLIV.

Quàm ſit ſublimiſſimè diuinum munus Euangelici Concionatoris, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò incumbit.

1. *Euangelici Concionatoris ſublime miniſterium proponitur.*

EVangelicus Concionaror de cæli ſcholâ eruditus, & Apoſtolicæ prædicationis æmulus, ante omnia viderit, vtrùm in Biblicâ eruditione, & ſermonis facundiâ, an in ipsâ vita profecerit. Non eſt Chriſtiana Philoſophia populare artificium, nec oſtentationi paratum: non tam in verbis, quàm rebus eſt. Neque in hoc adhibetur, vt cum aliquâ oblectatione conſumatur dies, vt demarur orio nauſea. Auditorum animos format & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat, fidem erudit, ſpem adipat, charitatem ſufflammat, religionem præmonſtrat, veritatem indigitat, patientiam armat, perſeuerantiam protelat, virtutes ore ac manu ſpirat, & ſanctitatum omnium ſemina ſpargit, vitæ æternæ prouentu fœcunda: porrò etiam ſedet ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium ad cæli portum dirigit curſum. Profectò nil tam diuinum habet homo, quàm in animarum procurandâ ſalute Chriſto cooperari, Apoſtolorum coadiutor egregius; vel, vt veriùs dicam, Apoſtolus nouiſſimus, quod eſt omnium diuinorum diuiniſſimum.

2. Actorum 20. profectionem ex Aſiâ in Ieroſolymam adornans Paullus, ait maioribus natu Eccleſiæ, quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor:
Act.20.v.24. *Nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.* Non veretur Paullus pro Euangelij prædicatione, & omnium ſalute, glorioſa vitæ pericula vltrò adire. *Nec facio animam meam pretioſiorem quam me*, id eſt, vitam non pluris facio quàm me: me autem totum conſecraui Chriſto & Euangelio: ergo & vitam; tam hanc, quàm me ipſum pro Chriſto annunciando, & ſalute animarum prodigere & perdere paratus, vt plures Chriſto Deo lucrifaciam. Iam Græca habent: *Non habeo animam meam mihi pretioſam.*
Græcus.
Hanc lectionem ſecutus inibi Caietanus, ſic ad rem præſcripta verba elucidat:
Caietanus. *Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me. pro, Neque habeo vitam meam pretioſam mihiipſi. Duo dicit. Alterum quòd vincula, & tribulationes, & afflictiones repoſitas ſibi in Ieruſalem pro nihilo habet. Alterum quòd etiam ipſam ſuam vitam non æſtimat ſibi ipſi pretioſam: ad ſignificandum, quòd ſi etiam oportuerit ipſum mori, non magnifacit.* Subnota verba, quæ opportuniſſime ſubdit:
Pauli vita non eſt ſibiipſi pretioſa, ſed alijs. quare?
Vbi & ſignificanter dicit, Mihi ipſi; quoniam vitam ſuam pretioſam habebat alijs, quibus euangelizabat. Vnde ſubdit: Dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei. Ecce tibi Paullus animam & vitam ſuam (quæ eſt chariſſimorum omnium chariſſimum) palàm depretiat, quam pretioſam habet, non ſibi ipſi, ſed aliis, quibus, velut ſibi ipſi nemo, ſe totum impendit, & ſuperimpendit. Quod ad ſe attinet, Paullus vitæ ſuæ facile prodigus eſt: neque enim vita ſua illi pretioſa eſt, ſed aliis; ex quo ſuæ vitæ pretium Apoſtolus taxat. Cenſum propriæ vitæ non putat ſumendum ex eius valore adſpectu ad ſeipſum, ſed ex aliorum vtilitate, quæ illius metiatur pretium. *Non habeo vitam meam pretioſam mihi ipſi. Vbi & ſignificanter dicit, Mihi ipſi; quoniam vitam ſuam pretioſam habebat alijs, quibus euangelizabat.* Nihil Paullo, nec ipſemet ſibi pretioſus eſt, niſi quà aliis prodeſt, quaſi rei pretium, ex aliorum, quam negotiatur, vtilitate, taxandum ſit. O bona Euangelici Concionatoris menſura; quam, niſi ipſe etiam in ſeipſo pretioſus ſit, virtutum gazis opulentus, minimè implebit.

Vel aliter: *Nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodo conſummem miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.* 3. Act.20.v.24.
Inter ſeipſum, & animam ſeu vitam ſuam, Doctor Gentium, & Eccleſiæ Magiſter Paullus ſubtiliter diſtinguit. Quâ ſuper re ita ſcribit Bernardus S.Bernard.
ſerm.30. in Cantica: *Optimus æſtimator rerum, qui nihil ſui ſibi præferendum exiſtimat. Quam multi ſoluti propria viliſſimam modicamque pecuniam prætulerunt; Paullus nec animam. Ergo differentiam facis inter te, & animam tuam? Prudenter quidem tu tibi pluris es, quàm quiduis tuum. Sed quomodo non anima tua tu?* *Totus Paullus, qui animæ ſuæ præfertur, eſt euangelizandi miniſterium.*
Tuori apud te ſenſuale corpus, quod cum animâ te totum integrat? Imò nihili. Sed ſeipſum appellat *miniſterium verbi*, quod *conſummat, quod accepit a Domino Ieſu teſtificari Euangelium.* In hoc munus ſic Paullus ſedulò incumbit, vt ipſum exequendum, totus Paullus eſſe dicatur. Hoc euangelizandi miniſterium longè animæ ſuæ præfert. De quo aliàs.

Ad Philippenſes 1. ſiue per vitam, ſiue per mortem, Chriſtum Paullus magnificare ſatagit. Mihi viuere, inquit, Chriſtus eſt, & mori lucrum. Quod ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multò magis meliùs: *Permanere autem in carne, neceſſarium propter vos.* 4. Ad Philip.1. v.24.
Etſi Paullus mori lucrum putabat; vitam tamen eligit, petit, impetrat; & è primis vinculis liber exit, Euangelium latiùs propagaturus. Audiendus eſt Chryſoſtomus homil.7. de laudibus S.Paulli, S.Chryſoſt. tom.3.
qui hunc locum elucidans, reddit rationem cur tunc Apoſtolus viuere maluerit: *Qui gemebat in hac ſe adhuc eſſe vitâ, quo putes modo eligebat eſſe cum Chriſto? Qui & cælum propter ipſum deſpiciebat & Angelos, quo tandem pacto hac præſentia diligebat? Cuius igitur rei gratiâ iſta faciebat?* *Niſi Paullus multorum ſalutem procuraſſet, è vita pauper abſcederet?*
Expende attentiùs verba quæ ſubiicit: *Proculdubio, vt diutiùs prædicationi inſiſteret, cùmque multis hinc credentibus, atque omnibus coronatus iret ad Chriſtum: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum*

multorum ſalutis abſcederet. Et idcircò dicebat: Permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Paullus, Paullus inquam, virtutum meta, præmaturus paradiſi inquilinus, cautè metuit, ne ſi non plurimos ad Chriſtum conuertat, conuerſos emendet, emendatos perficiat, ac præmittat in cælum, *pauper hinc, atque inops multorum ſalutis abſcedat* ad Chriſtum? *Pauper* erit in beatâ gloriâ, & veluti beatæ gloriæ *inops*, qui non abſcedit multis ad Deum conuerſis Olympiè *coronatus*? Omnium à ſe conuerſorum coronis Euangelicus Concionator in cælo inornatur, *coronatur*, regnat? omnium meritis cumulatur, & victoriis triumphat? Vel Paullus, omnium ſanctitatum pelagus, ſi incomitatus multis à ſe conuerſis, iret ad Chriſtum, *pauper atque inops abſcederet?* Profectò inops & pauper ſimpliciter non abiret; ſed adſpectu ad opulentas meritorum gazas, quas de ſalute animarum velut auarè acquiſiuit, *pauper atque inops multorum ſalutis* diceretur. Eleganter ſanè Chryſoſtomus. Profectò non *pauper atque inops multorum ſalutis abſcedet* Daniel, qui ſalutem
Hic verſ. 48. & 49. nunc temporalem præbendo Suſannæ, quàm multis ſpiritualem etiam ſalutem præbiturus eſſet, feliciter auſpicatus eſt: quod exinceps abundè præſtitit, implens Prophetæ vocabulum, & vocabuli rem, dum totum populum ab errore reuocat.

5. Ad Rom. 9. v. 3. Ad Romanos 9. Paullus animarum zelo intentiùs ſufflammatus, ait: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Scilicet optat Apoſtolus heroico quodam exceſſu quaſi cæcæ charitatis, quæ non conſiderat an res ſit poſſibilis, an ſecundùm Dei ordinationem, nec ne, eſſe *anathema*, id eſt, æternam ſeparationem à beatitudine & gloriâ futurâ cum Chriſto, vt infideles conuertantur; imò
S. Chryſoſt. ibi. & optat, ait Chryſoſtomus, in æternum perire, & vt Caſſianus ait, æternis addici pœnis.
Caſſianus coll. 32. c. 6. S. Chryſoſt. apud Corn. ibi. *Quid ais Paulle*, ait Chryſoſtomus, *nónne iam dixiſti: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? imò ait, Quia amo Chriſtum, cupio ſeparari à fruitione Chriſti, vt plures, imò omnes eum*
Paulli zelus per impoſſibilia audet, quaſi per errorem piè audacem. *ament & laudent.* Et addit: *Quia nos longè ſumus ab hac dilectione, idcirco intelligere hæc eius dicta non poſſumus.* Heroïcus ſanè pij zeli exceſſus, votiuè ſubire inferni pœnas, ne eas alij ſubeant: empyreâ cæli gloriâ, tot meritis debitâ, viduari, vt eâ alij beentur. Gloriæ propriæ iacturâ, gloriam aliis mercari ſatagit; & ſuâ damnatione, damnationem omnium
S. Xauerij laus. redimere affectat. Quis ſeparabit à charitate Chriſti, qui ſic eiuſdem amore, & inde proximorum zelo flagrat? qui adamari Chriſti fruitionem beatam, pro aliorum ad Chriſtum conuerſione nondinari peroptet? O hyperbolicum lucroſè commercium, quo id quod præ ceteris amabilius erat, nempè frui Deo contemneret, & cælorum regno, diuinæque fruitioni cedere, vt eâ alij potirentur! Audet per impoſſibilia virtus, quaſi per errorem piè audacem.

6. Ierem. 15. v. 19. Ieremiæ 15. ſic eum Deus alloquitur, oſtendens eximiam Prædicatoris dignitatem: Hæc
Cornel. ibi. dicit Dominus (Ieremiæ inquam:) *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Quæ
Syrus. verba ſic vertit Syrus interpres: *Si eduxeris graue à defectiuo*, vel *honeſtum à prauo*, quaſi os meum eris. Quare S. Hieronymus, Theodoretus, Chaldæus, S. Thomas, Lyranus, Hugo, ſic explicant, quaſi dicat Deus: Si, ô Ieremia, Iudæos ductiles & flexiles ab obduratis conuerteris, & à vitiis ſeparaueris: vel potiùs, ſi tanquam Concionator dederis operã, vt ex vilibus, impiis, incredulis & rebellibus, facias credentes, obedientes, iuſtos, ſicque eos ſepares & educas à ſuâ præteritâ, & aliorum adhuc rebellium impietate; eris mihi curæ, charus & coniunctus, quaſi *os meum*, quod voluntatem meam annunciat, & implet. S. Hieron. Theodoret. Chaldæus. S. Thomas. Lyranus. Hugo Card. *Boni Concionatoris multa inuſitata elogia; quia Dei os dicitur.*
Vnde Chaldæus vertit, *Voluntatem verbi mei implebis*; & Theodoretus, *Similis eris verbo meo*: quia ſicut ego verbo formaui vniuerſa, ita tu verbo impios reformas, & ad virtutem conuertis. Arabicus, *Eris vt ſermo oris mei.* Aliter Vatablus, & Iſidorus Clarius, *Quaſi os meum eris*, id eſt, *Id omne quod dixeris, ita certò praſtabo, ac ſi ego dixiſſem.* Præcellſa quidem boni Concionatoris prærogatiua, quòd diuina illi omnipotentia velut obſequium præſtet. Viuaciùs rem expreſſit S. Hieronymus: *Si ſeparaueris pretioſum à vili, eris ſicut lex mea qua animas conuertit.* Hem! Qui Euangelici Concionatoris munus dignè obit, & animas à vitiis ad virtutem conuertit, ipſe, ipſe inquam, velut *lex* Dei eſt? Quid æquiùs quàm hæc Dei *lex* animata? O quam multa pauciſſimis! Chaldæus. Theodoret. Arabicus. Vatablus. Iſidorus. S. Hieron. *Bonus Concionator ſicut lex Dei eſt.*

---

§. CCXLV.

Per arcanam ethicè antiperiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impaſſibilis redditur.

IMperfectis adhuc interſcinditur lætitia, ſi quid eis moleſtum accidat, aut aduerſum contigerit. *Sapienti verò* (id eſt, viro perfecto) *contexitur gaudium, nullâ rumpitur cauſa, nullâ fortunâ: ſemper & vbique tranquillum eſt. Non enim ex alieno pendet, nec fauorem fortunæ, aut hominis expectat: domeſtica illi felicitas eſt. exiret ex animo, ſi intraret. ibi naſcitur.* Aliquando extrinſecus, quò admoneatur mortalitatis, interuenit; ſed id leue, & quod ſummam cutem ſtringat. Aliquando, inquam, incommodo afflatur, maximum eius illud bonum eſt fixum. Ita dico, extrinſecus aliqua ſunt incommoda, velut in corpore interdum robuſto ſolidóque eruptiones quædam puſtularum & vlcuſcula, nullum in alto malum eſt. Vir enim virtute perfectus, nil proſperum à fortunâ emendicat, nil aduerſum timet, ſe ipſe contẽtus eſt, ſcit omnia vota mortalium, omnia beneficia quæ dantur petuntúrque, nullum in beatâ vitâ habere momentum. Nam cui quid accidere poteſt, id imperfectum eſt. Cui quid abſcedere non poteſt, id perpetuum eſt: cuius perpetua futura lætitia eſt, is ſuo gaudeat. Immortalitatis candidatum ne vellicent moritura mala. 1. Senec. ep. 72. *Perfectâ virtute viro contexitur gaudium quod nullâ iriundi amittitur.*

1. Corinthiorum 13. de viro charitate perfecto ita ſcribit Paullus: Charitas *patiens* eſt, benigna eſt; *non irritatur. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* 2. 1. Cor. 13. v. 7.

Pro

Græcus. Syrus. Tertullian. S.Cyprian. Pro τὸ *patiens*, Græcus textus, ex quo Syrus, Tertullianus & Cyprianus, legunt, *longanimis*: longanima enim eſt viri perfecti ſufferentia: quare in perbreui tractu verborum, quater idem elogium nec ſine epithaſi inculcatur, nempe, *Patiens eſt, non irritatur, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Nempè vir perfectus vſque adeò patiens eſt, vt etſi omnia ſufferat, & ſuſtineat omnia, quaſi malis minimè tangatur, non *irritetur*; ſed velut impatibilis, imperturbatus perſiſtat. S. Chryſoſtomus indidem homil.33. ſic locum eleS.Chryſoſt. ganter exponit: *Vidiſti quemadmodum Angelum, ſuum alumnum paullatim facit charitas. Quando enim fuerit ab irâ remotus, & liber ab omni tyrannicâ animi perturbatione, traductus eſt etiam ad ipſam Angelorum impatibilitatem... & ideò dicit, Omnia ſuffert. A lenitate, patientiâ, & benignitate, ſeu ſit contumelia, ſeu plaga ac verbera, ſeu mors, ſeu quoduis aliud.* Ecce tibi Euangelicæ perfectionis meta: nam Chriſtianè perfectus vſque adeò eſt patiens, vt etſi omnia ſufferat, & ſuſtineat omnia, quæ iram prouocare poſſent, adeò non *irritatur*, nec exaſperatur cognatâ animi perturbatione, vltrice iniuriarum ſequelâ, vt velut *traductus ſit ad ipſam Angelorum impatibilitatem.* Non tangit Angelorum naturam humana calamitas: immunes ſunt Angeli ab humanarum perturbationum tyrannide; cuius vſque adeò eſt exlex Euangelica perfectio, tam eſt ad dura quæque flectineſcia, ſic ſtat ad iniurias, ad vulnera, ad ſtrages, ad mortes inconcuſſa, vt *Angelorum impatibilitatem* piè æmuletur. Vide quàm verè dixerat Paullus, *Patiens eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet, non irritatur.* Quomodo enim propè Angelica *impatibilitas* humanis calamitatibus *irritetur?* Iſtiuſmodi velut impatibilitas, Euangelicæ perfectionis eſt meta; quam Suſanna præmaturè æmulatur, dum in acerbiori famæ & vitæ naufragio, nec charum coniugem, nec parentes ſui peramantes, nec dulces liberos, nec quemquam è cognatis aduocauit auxiliares; ſed vnum Deum innocentiæ vindicem corde & ore aſciuit in auxilium: nec vnquam in Da- nielis tribunali inopinato, pro ſe vel tacitè mutire audita eſt, imperturbata, imperterrita ſemper.

Euangelica perfectio Angelorum impatibilitatem æmulatur.

Hic verſ.49.

3. Luc. 16. v.10. Lucæ 16. Chriſtianam erga egenos beneficentiam his verbis Chriſtus erudit: Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. *Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* Locus difficilis: homo enim plus amat propria, ideòque magis ac fideliùs ea cuſtodit, quàm aliena: quomodo ergo contrarium hic innuit Chriſtus? Sanctus HieroS.Hieron. nymus epiſt.151.ad Algaſ. quæſt 5. per *aliena* intelligit *carnales diuitias, & omne quod ſeculi eſt.* Hieronymum reliqui Interpretes ſequuntur. Nempè hîc ſignificatur, quàm ſit difficile, & hominibus perarduum, carnales diuitias, & quicquid in ſeculi cenſu pretinſum eſt, à ſe vltrò abdicare: humanus enim animus nimis horum tenax eſt, & eorum abdicationem valdè violenter fert, & impatienter ſuſtinet. Adeò vt dixerit inibi Theophylactus apud Catenam S.Thomæ (qui alia forſan exemplaria nactus eſt.) *Si igitur*, inquit, *hucuſque* Chriſtus *docuit nos quam fideliter deceat diſpenſare diuitias, ſed quia opum diſpenſatio ſecundùm Deum non aliter obtinetur, quam per impaſſibilitatem animi ad diuitias non affecti, ſubiungit: Nemo*, &c. Nimirùm ſic medullitus hæret carnalium diuitiarum amor, & ſtudium eorum quæ in ſeculo fulgent, vt non altè affici illorum cupiditate, eorúmque abdicationem aut vltrò facere, aut violenter pati, *per impaſſibilitatem animi* dicitur contingere. Heu! ſic violenter ſubſultat humanarum paſſionum tyrannica impatientia, vt aliqua ab huiuſmodi ſubſultibus quies, *impaſſibilitas* nominetur? Proprias facultates egenis ſpontè largiri, aut ſuis dominis reſtituere, iniurias, dehoneſtamenta, & plagas æquanimiter tolerare, & eorum tyrannidem ſubiugatam tenere, per quandam animi *impaſſibilitatem* obtineri dicitur. Sic aſſidua virtus vitiis præualet?

P.Didac.Celada in Suſannam.

Theophyl. Catena S. Thomæ.

Quies à perturbationibus, per quandam animi impaſſibilitatem obtinetur.

4. Eccli.6.v.16. Siracides Eccleſiaſtici 6. hoc amicitiæ elogium proponit: *Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis.* Benè eſt, fidelis amicus dicatur vitæ pharmacum: quo autem pacto verè dici poteſt *medicamentum immortalitatis?* Opinor, immortalitas medicamenti exors eſt: nam dumtaxat mortalitas eſt medicinæ indiga, quæ mortem arceat, & vitam diutiùs protelet. Scilicet amicus fidelis mortalem amici vitam, vitæ immortalis æmulam reddit: quia omnibus huius vitæ miſeriis & ægritudinibus, tam corporis, quàm animi, vti ſunt mœrores, angores, timores, &c. quæ innumeræ ſunt, medetur amicitia, conſulendo, iuuando, & conſolando amicum. Peritè Cornelius ibidem præſcriptum Eccleſiaſtici locum ſic ad rem elucidat: *Amicus eſt pharmacum vitæ & immortalitatis, quia affert & prolongat vitam præſentem mortalem, dum facit hominem imperturbabilem & impaſſibilem*: & inde mortalis hominum vita, vitæ immortalis candidata & æmula eſt, aliquâ immortalitatis præſumptione; dum amicorum ſubſidio ac præſidio *imperturbabilis*, præcoquâ *impaſſibilitate* quodammodo fruitur. Ecce tibi quo pacto opportunè adhortatorius amici ſermo, & ſubſidium exprompté alacre, dum humanis paſſionum ægritudinibus medetur, fit *medicamentum vitæ & immortalitatis.* Eſt hendiadis, nempè *medicamentum vitæ immortalis*, ſcilicet quo mortalis hominum vita, immortalis quodammodo redditur, dum *imperturbabilis*, & *impaſſibilis* velut efficitur: eſt enim notiſſima *impaſſibilitatis* cum *immortalitate* cognatio.

Amicus dum amicum quaſi impaſſibilem facit, velut immortalem reddit.

Cornelius.

5. Baſil.Seleuc. Iuuat hîc reſcribere quod Baſilius Seleucus orat.39. eleganter ſcribit contra Hæreticos, qui diuini verbi corporationem, tanquam Dei patibilitate in decoram, repudiarunt: Quid aiunt, inquit, qui ſuperſtitioſâ religione laborantes, *trepidant timore, vbi non eſt timor; ne quid, quod opinantur, Deus patiatur, cùm paſſiones hominum ſine paſſione medicatur*, ac ideò credere refugiunt

Pſalm.53. v.5.

Deus paſſiones hominis ſine paſſione medicatur.

Dei incarnati generationem ventri mulieris eſſe concreditam? *Hoc Deo honorificentius, hoc modo magìs impatibilis demonſtratur, quòd & patibili celatus ſit corpore, & quod diuinitatis impatibilitatem oſtendat.* Et poſt paucula: *Et per ſanctum* Virginis *corpus dilabens impatibilis in ipſo perſtitit, vt Deo dignum eſt.* Diuinitas impatibilis in humanitate patibili, res ſanè mirifſima eſt. Sic autem Deus *paſſiones hominis ſine paſſione medicatur.* De quo aliàs vbertim agebamus.

6\. Mirabitur fortaſsè aliquis, quo pacto homo poſſit diu multúmque patiendo, hanc impatibilitatem nanciſci: ac ſi aliquis multis ſibi inflictis vulneribus, inuulnerabilis reddatur. Miretur etiam quomodo poſſit quis, tribulationum anguſtiis dilatari. Et

Pſalm.4.v.2.
Græci Patr.
Corderius.

tamen Pſalmographus ait: *In tribulatione dilataſti mihi.* Vbi Græci Patres in Commentario apud Corderium: *Tribulatio quidem animam contrahit ac conſtringit, relaxatio verò & gaudium dilatant & diffundunt.* Pulchrè

Gerſon apud Euſeb. in Theopol. p.1.l.1.
Per antiperiſtaſim homo, plus patiendo, velut impaſſibilis redditur.

Gerſon in Theologiâ myſt. *Sic eadem Arca,* inquit, *creſcentibus aquis tribulationum, ſublenatur ampliùs. Hæc eſt antiperiſtaſis quadam ſpiritualis, quæ contrarium fortificat; hæc eſt cos ferrum exacuens, hæc abſinthium pueros ablactans, auellénſque ab vberibus: malleus dilatans & extendens. In tribulatione dilataſti mihi.* Arcana erbicè antiperiſtaſis eſt, quâ atrox diluuium plures exorbens viuo naufragio, pauculos in arcâ plus ſoſpitet, quò vberiùs exundat: quâ tribulatio animum contraheos atque conſtringens, perfectorum corda laxet atque dilatet: quâ quis repetitia vulneribus, inuulnerabilis efficitur: & quâ homo patiens, plus patiendo, velut impatibilis reddatur, & paſſionibus impaſſibilitatem è diuerſo fœneret.

7\. Actorum 5. malè cæduntur Apoſtoli: *Et*

Act.5.v.41.
Inuicta Apoſtolorum patientia, afflictionem in affligentes regerit.

illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. O animos ſtrenuè generoſos! O patientiæ miraculum, & hactenus inuiſam perfectionis metam! Quaſi inuulnerabiles forent, contumelioſis ac cruentis verberibus cæſi, exultim gaudent. Pulchrè

S.Chryſoſt.

inibi Chryſoſtomus ſic locum elucidat: *Ibant gaudentes, &c. Tam fortis inuictáque res eſt virtus, & dum patitur, affligentes vincit...... Eſt quippè fortitudinis excellentiſſimus gradus, non tantùm patienter & libenter, ſed lætanter quoque aduerſas res ferre.* Sane flectinesſcia, inuicta, & velut inſenſilis eſt patientia, quæ afflictiones in gaudia recudit; & ipſa gaudiis exundans, afflictionem in affligentes è diuerſo retundere.

---

§. CCXLVI.

Profectum in ſpiritu celeriùs, quàm par eſt, maturare, ſæpè ſtitionis principium eſt, & retrocedendi augurium.

1\.

Beneficiũ non poteſt cuſtodire, qui neſcit deſiderare.

DOminus qui ianuam reſerare pollicetur, etiam ſollicitudinem pulſantis expectat: pulſantis inquam; nam vbi animosâ ſpe, & labore ſedulo iterùm atque iterùm homo pulſat reparare quod perdidit, non damnum rei perditæ, ſed fructum ſentiet reſtitutæ. Benè eſt: *Beneficium non poteſt cuſtodire, qui neſcit deſiderare: periclitatur munerantis donum, ſi non inueniat ſuſcipientis affectum.* Quod ſi homo rem virtutis agere præſumit votorum potiùs nutu, quàm rei optatæ operoſo ſtudioſo; nunquid offerenda erat gratia ingrato? non ſuffecerat quòd offerebatur indigno? Nimirùm homo Dei beneficium optet, ſperet, ſedulus quærat, aſſiduus magni Patrisfamilias ianuam pulſet, diuturnis votis æſtimet; non hiantia deſideria impatienter anticipet, non præcipitet; feſtinet lentè, ambulet, non volet, vt quod inceſſanter quærit, feliciter tandem inueniat. Non tardant pretioſa, ſerò licèt dentur. Rei adipiſcendæ impatientia non præcipitet curſum; ſed patiens mora amplificet deſideria. *Prouerbialiter celebre eſt* (ait Sidonius Apollinaris,) *ſæpè moram eſſe meliorem, ſicut & nunc experti ſumus* in Suſannâ, quæ innocens non feſtinat Senum impoſturam immature anteuertere, aut excuſare. In moræ autem præmium, in ætate adhuc immaturâ Daniel Dei inſtinctu ad auxilium lentè *feſtinat*, atque de periclitante Suſannæ vitâ ac famâ vindicias feliciter agit. Bellè dictum: *Feſtina lentè*; ne in mediâ viâ aut laiſus ſubſiſtas, aut præceps ruas.

Emiſſ. hom. 11. ad Monach.
Sæpè mora eſt melior.
Sidon.Apol. lib.2.epiſt.
Hic verſ.50.

2\. Iſaias cap. 40. ſic altè prophetat: *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Nempè bona ſpes acri cæleſtium deſiderio extimulata, *aſſumit pennas*: Vatablus, *ſuſtollent alas*, quaſi iam antea eas habuiſſent, ſed fatigatione demiſſas & contractas, volando defeſſi, vt inibi verſionem Vatabli Cornelius exponit. Exinde, opinor, facula elucet clarandæ quæſtioni, quam ad alia themata aliàs verſabamus, quare hi, qui ſpe alacri ad cæleſtia feſtinant, velociſſimas aquilæ *pennas aſſumere* dicuntur; iam non dicantur volare, ſed *ambulare & currere*? Quorſum alæ ad ambulationem & curſum, res planè diuerſiſſimas? Vacat alarum remigium ad iter ab homine pedibus conficiendum. Opportunè S.Gregorius Nazianzenus orat. 27. *Cur*, inquit, *ad cælum volas, cùm ſis pedes? noſce primò teipſum*: Reſumant licet pennas vt aquilæ, *ſuſtollant alas* licet, vt ad cæli ardua volatu quantocyùs properent: at experti laſſitudinem ex volatu, volare deſinent: imò alari inducuntur, non vt volent, ſed vt ambulent & currant. Ad *ambulandum* autem, aut *currendum* in viâ ad cælum velut alatâ pernicitate opus eſt. Inceſſanter ambula, & curris, quin & volas: aliter pedes homo volare neſcit. *Noſce primò teipſum. Cur ad cælum volas, cùm ſis pedes? Feſtina lentè*, quò citiùs ad metam peruenias. O quoties defeſsâ laſſitudine vapulat inconſultè feſtinata quorumdam vana gloria!

Iſaiæ 40. v.31.
Vatablus.
Cornelius.
Malè homo ad cælum volare præſumit, cùm ſit pedes?
S.Nazian.

3\. Regius Vates Pſalmo 36. ſic pangit: Tanquam fœnum velociter areſcent: *& quemadmodum olera herbarum citò decident.* Quemadmodum *olus* velociter areſcit, & *citò* decidit, quia citò pullulat, germinat, frondet,

Pſalm.36. v.2.

frondet, vernat, floret, autumnat. Pulchrè S.Gregorius lib.15.Moralium cap.10. *Arbuſta,* inquit, *quæ tardiùs creſcunt, annoſa perdurant; & quæ temporis breuitate proficiunt celeriùs areſcunt: & quaſi cùm feſtinant ad eſſe, tendunt ad non eſſe.* Breuiſſimi æui ſunt, quæ celeriùs proficiunt. Tardior lentè profectus durationem radicitùs fundat. Feſtinata ad profectum celeritas, defectionem de proximo auguratur: & quò magis ad eſſe properat, eò quam maximis itineribus ad non eſſe feſtinat. Lentitudo in profectibus, durationis lenocinium eſt: omnia enim ſubita probantur incauta. O peruerſa feſtinantium plantarum vota, quæ dum profectum accelerant, defectum potiùs negotiantur; *quaſi cum feſtinant ad eſſe, tendant ad non eſſe.* Planta quò altiùs fundat radices, eò annoſior perdurat; & iuueneſcente annoſitate, pigram creſcendi tarditatem compenſat.

S.Gregor.
Planta cùm feſtinat ad eſſe, maturiùs properat ad non eſſe.

4. Lucæ 19. ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat Princeps publicanotum: & quærebat videre Ieſum, quis eſſet: & non poterat præ turbâ, quia ſtaturâ puſillus erat. Et *præcurrens* aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum. *Et cùm veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum: & dixit ad eum: Zachæe feſtinans deſcende, &c. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.* Ardorem ſui videndi Zachæo compenſat Chriſtus plenâ exhibitione & præſentiâ. Quærenti ergo Zachæo Chriſtum videre, Chriſtus ſe ei non tantùm videndum, ſed & fruendum obtulit, adeóque domi eius, præ ceteris omnibus commorari voluit. Diſce hîc ſtudioſiùs deſiderare Chriſtum; mox enim Chriſtus ſe tibi offeret, & deſiderium tuum abundantiùs explebit. Ceterùm expenſione digniſſimum eſt, quòd vir Zachæus *aſcenderat* à terrâ eleuatus, cùm ſtatim voce Domini *deſcendere* iubetur. Eleganter Chryſologus ſerm.54. hac de re ita philoſophatur: *Et ait ad illum: Zachæe feſtinans deſcende, &c. Si benè aſcenderat, quare ei dicitur, Deſcende? Superiùs dixit: Præcurrens aſcendit, &c.* (Deinde ad allegoriam deflectit ſermonem, alibi forſan expendendam.) Itaque ei, qui *præcurrens aſcenderat*, & *benè aſcenderat*, iure merito dicitur, *Feſtinans deſcende*: in re enim ſpirituali, & in ipſo conuerſionis auſpicio, ei, qui *præcurrens aſcendit*, faſtigium prohibetur; & quouſque paullatim & per ſuos gradus aſcendat, conſultiſſimè audit ex Chriſti ore, *Zachæe feſtinans deſcende*: aſcenſus enim ſubitò ac feſtinatè *præcurrens*, in re virtutis periculoſus eſſe ſolitar, niſi mox velut deſcendens, humilitate fundetur, & quotidianis diu profectibus aſcendatur. Qui *lentè feſtinat*, non qui *præcurrens aſcendit*, in faſtigio, in quo de repentè eminere videtur, perſeuerare ſolet. Quare etſi ſubitò bene aſcenderit, aut è culmine miſerè præcipitat, aut in viâ pigrè laceſſit. Nemo repentè fit ſummus. Feſtina lentè. Vnde Zachæus nuper publicanus, & publicanorum Princeps, etſi *benè aſcenderat, ei dicitur, Deſcende.*

Lucæ 19. v. 5.
Zachæo feſtinanti ad aſcenſum, meritò dicitur, vt feſtinans deſcendat.
S.Chryſol.

5. Pſalmo 44. ſic altè occinit regius Propheta: *Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Opera ſua Deo dicat, quæ *opera*, Symmachus vertit, *Poëmata mea*; Aquila; *iuſtificationes meas.* In hoc morali tranſcurſu non morabor interpretes, ecquiſnam ſit, qui *opera* ſua, quæ Aquila *iuſtificationes* vocat, Symmachus *Poëmata*, appellet? Sed quid eſt, quòd cor *eructare verbum* dicitur, & *lingua* exprimere; & confeſtim metaphorâ euariatâ, cor & linguam commutet in *calamum* ſcribæ velociter ſcribentis; vel, vt vertit Cyprianus, *calamus ſcriptoris acutè ſcribentis?* Quare quod *corde* aut *lingua* prolatum dicit, ſtatim in eodem verſiculo, *calamo acutè* ſcriptum perhibetur? Quod lingua velox citiſſimè eloquitur, non ita velociter *calamus acutè* ſcribit, quod accidere apud homines, omnibus in comperto eſt: lingua enim præuolat *calamo acutè ſcribentis.* Pulchrè Ambroſius lib.6.in Lucam ad cap.7. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter (acutè) ſcribentis: quod ad Chriſtum alij referre volunt. Vno igitur loco & verbum & calamus legitur. Verbum, quia de genitali Patris proceſſit arcano. Eructauit cor meum verbũ bonum. Calamus, quia caro Chriſti paterna ſeriem voluntatis expreſſit, & lingua mandata diuina ſacri effuſione cruoris impleuit..... Hunc calamum imitare tua carnis temperamento.* Itaque cor ſeu lingua Patris dicitur eructare ſeu proferre verbum perfectiſſimum (vt par erat.) In eodem autem loco, & verſiculo, ne cordis aut linguæ velocitas verbi perfectioni officere videretur apud homines, in quorum ſenſu omnia ſubita & celerrima putantur incauta, ſtilum mutat Propheta, & *linguam* appellat *calamum*, qui humano more, ſicut tardiùs, ita & conſultiùs & penſiculatiùs rem excribit, quaſi hæc à *calamo* mora, perfectioni Chriſti adulantiùs faueat. Vnde concludit: *Hunc calamum imitare tua carnis temperamento.* Sic mora (more humano loquendo) mores comere putatur! Idcirco Propheta canit: *Lingua mea calamus ſcribæ acutè ſcribentis.*

P.Didac.Celada in Suſannam.

Pſalm. 44. v. 2.
Symmach.
Aquila.
Opera, & iuſtificationes vocatur Poëmata à Symmacho.
S.Cyprian.
Cur Patris cor, quod nuper lingua, confeſtim calamus appellatur?
S.Ambroſ.

6. In Pſalmo 77. in Dei populo hæc vox auditur: Numquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? *Ideò audiuit Dominus, & diſtulit.* Conſultiſſimè Deus *differt*, quod populus inconſultus ſubitò poſtulat, & citò fieri ſibi percupit. Sed tandem Deus *pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.* Opinor, nec celeriter volabunt, nec volatum altè ſuſtollent *volatilia pennata*, graues ſicut terræ *puluis*, & ſicut maris *arena.* Tempeſtiuè Drogo Hoſtienſis ſerm. de Dominicæ paſſionis ſacramento: *Ne pluas*, inquit, *ſuper nos coturnices Domine, deſideria carnis noſtræ, quæ non niſi duobus cubitis leuantur à terra, quia non attingunt dona Spiritus ſancti. Ne pluas ſuper nos ſicut puluerem carnes, quia caro puluis eſt, & in puluerem deducit: & ſicut arenam maris volatilia pennata.* Heu deſideria noſtra *volatilia pennata* ſunt, quæ vix, aut ne vix quidem, duobus cubitis à terrâ leuantur! *Pennata* videntur, & alis ſublimiùs volatura;

Pſalm. 77. v. 27.
Drogo Hoſt.
Deſideria noſtra ſunt volatilia pennata, ſicut puluis, & arena maris.

ſed cùm ſint velut terræ *puluis*, & ſicut *arena* maris, pondere ſuo degrauata pigreſcunt. *Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.* Heu deſideriorum noſtrorum alas malè volueres, quia granes ſicut terræ *puluis*, & maris *arena*! O Icareum hominum volatum! *Noſce primò te ipſum. Cur ad cælum volas, cùm ſis pedes?* Profectum celeriùs maturare, ſtationis initium eſt, & retrocedendi augurium.

§. CCXLVII.

Non in vita annoſâ longæuitate, ſed in morum honeſtâ maturitate, ſenectus cenſetur.

1. Pſalm. 118. v. 100. S. Ambroſ. Sap. 4. v. 8. Eccli. 25. v. 7. *Non in vita longæuitate, ſed in morum maturitate, ſenectus cenſetur.*

SAnctus Ambroſius elucidans illud Pſalmi: *Super ſenes intellexi*, ita ſcribit: *Siquidem Dei gratia erogata ad doctrinam, maturitatem ætatis ſupergreditur ſenilis. Cùm enim ætas ſenectutis vita immaculata ſit, vtique doctrina vita immaculata ſenilem præſtat ætatem...... Speciosum autem in cano iudicium ſenectutis ſenſu eſt: & veterani conſilij ſcientia, intellectûs maturitate, non vita longæuitate profertur. Exquiramus ergo mandata Dei, vt ſuper ſenes intelligamus. Fugiamus viam lubricam peccatorum, vt poſſimus præcepta cuſtodire cæleſtia. Hoc enim declarant ſequentia. Super ſeniorem Eſau intellexit Iacob iunior frater: quia cùm ſenior Eſaü prærogatiuam ſibi benedictionis priuilegio ætatis expoſcit, reliquit epulas mitiores, dum quærit agreſtes.* Hactenus facundè pariter ac tempeſtiuè Ambroſius. Sanè non in vitæ longæuitate, ſed in ſensûs maturitate laus ſenectutis cenſenda eſt.

2. Gen. 15. v. 15.

Geneſeos 15. in horrore viſionis illius nocturnæ multa anteuidet Abrahamus, poſteris ſuis improſpera; ſed tandem feliciter conſummanda; *Tu autem*, inquit, *ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bonâ.* Peritè autem notat Chryſoſtomus indidem, quòd Deus Abrahamo *non dixit, Morieris, ſed, Ibis, quaſi peregrinaturo eo, & migraturo à patriâ in patriam. Abibis, inquit, ad patres tuos.* Mirifſimus ſanè, & expenſione digniſſimus loquendi modus, quòd Abrahamo ex hac vitâ ad immortalem migraturo dicatur, ſe *peregrinaturum à patriâ in patriam.* O quàm multa quàm paucis! quæ alibi latiùs expendo, contentus præſtrictim nunc Chryſoſtomi acumen non prætermiſiſſe innotatum. Redeamus ad rem. Sanctus Ambroſius lib. 2. de Abraham Patriarchâ cap. 9. ſic præfatum locum exſcribit, & exponit: *Tu autem ibis ad parentes tuos cum pace, nutritus* (quaſi idem ſit *nutriri*, ac *ſepeliri*, res alioqui diuerſiſſimæ) *in ſenectute bonâ. Non dixit, Longâ, ſed Bona; quia iuſtus benè ſeneſcit; iniuſtorum autem nemo, quamuis cornicibus viuacibus diuturniori vita vixerit. Nam diu viuere commune ſapientibus atque inſipientibus eſt: benè autem viuere ſpeciale ſapientis eſt, cuius ſenectus venerabilis, & ætas ſenectutis vita immaculata; non diuturna, inquit, neque annorum numera computata, nec capillis canis in capite, ſed ſenſibus. Ille ergo benè ſeneſcit, qui benè ſenſerit.* Senectus ergo annos non ſupputat, ſed mores computat. Benè ſenex non eſt, qui ad probandam ſenectutem nil aliud adducere poteſt, quàm diu vixiſſe. Senſuum planè ſuffragio, non oculato canorum teſtimonio ſenectus conſtat. *Ille benè ſeneſcit, qui benè ſenſerit. Cani enim ſunt ſenſus hominis.* Huius ergo bonæ ſenectutis cenſus, non eſt canities, ſed ſenſus. Annoſitas admittitur, nec pueritia excluditur à *ſenectute bona.* Elogio *pueri iunioris* hîc inducitur Daniel; & tamen de ore Seniorum audit: *Veni, & ſede in medio noſtrûm: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Itaque Daniel *bona ſenectute* puerаſcit, aut iuueneſcit præcoquâ ſenſuum maturitate. Nam *ille benè ſeneſcit, qui benè ſenſerit.*

Idémne eſt, ſepeliri, ac nutriri? S. Ambroſ. Sap. 4. v. 8. *Non annorum ſuffragio, ſed ſenſuum, bona ſenectus conſtat.* Hic verſ. 50.

3. Ad Galat. 4. v. 19.

Paullus cap. 4. ſic Galatas admonet: Bonum autem æmulamini in bono ſemper: & non tantùm cùm præſens ſum apud vos. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Benè indidem Chryſoſtomus ita ſcribit: *Apoſtolus hîc matrem refert de liberis trepidantem: vides paterna, imò materna viſcera, vides anxietatem, vides qualem emittat eiulatum multò triſtiorem, quàm ſolet eſſe parturientium.* Miriſſimum ſanè eſt, quòd Galatiæ viros, imò & ſenes iterùm Paullus parturiat. Opinor, quos rurſus parturiuit, ac peperit, iteratò repueraſcere, & iuueneſcere in ſenili etiam ætate; quod foret inſolens infantiæ monſtrum. S. Ambroſius lib. 2. de Caïn & Abel, cap. 1. præſcriptum Paulli locum ſic ad rem præſentem eloquenter elucidat: *Feſtina*, inquit, *anima formare partûs tuos, properantiùs abſoluere, celeriùs quos genueris enutrire. Quæ tanti forma ſit partûs, demonſtrat Apoſtolus dicens: Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. In hanc formam tota mentis noſtræ coaleſcant viſcera, & in illo genitali aluo animæ noſtræ Chriſtus refulgeat. His quædam cordis noſtri imbuatur infantia, inſtruatur pueritia, iuueneſcat adoleſcentia, ſenecta caneſcat. Ætas enim ſenectutis vita eſt immaculata. Itaque ea demum bona eſt animæ ſenectus, quam nulla inquinamenta macularunt.* O felix auſpicatò partus, quo anni recurrunt, ſenectus repueraſcit; & infantia puerilis, ſenectutis auctoritate caneſcit ad morum maturitatem; rudis vitiorum vetuſtas excoquitur, & in puerili etiam ætate ad ſanctitatum omnium ſaporem eruditur! Miriſſima ſanè parturitio, & recens arcanè ortus, quo *imbuitur infantia, inſtruitur pueritia, inualeſcit adoleſcentia*, & in annis puerilibus morum canities annoſam ſenectutem anteuertit. Bona pueritia, quæ virtutum maturitate immaturè caneſcit.

S. Chryſoſt. *Quam multos Paullus filios iterùm parturit.* S. Ambroſ. *Puerilis imbuatur infantia, vt erudiatur morum pueritia.*

4. Prouerb. 30. v. 19.

Prouerbiorum 30. Tria ſunt (ait Salomon) difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari, *& viam viri in adoleſcentia.* Pro *tri difficilia*, Ambroſius habet, *mirabilia, & quartum penitus ignoro*, id eſt, nullo modo mente aſſequi poſſum, quî fieri poſſit, nempe *via viri in adoleſcentia.* Et ſanè Hebræa vox גבר *gaber*, quam Interpres *virum* vertit, *virum planè robuſtum*,

Hebræus. S. Ambroſ.

&

& fortem, & ætate prouectum ſonat, vt ibi notăt Hebraice peritiores. Vnde ſuppetit dubitandi ratio ad literam & ad mores arguta; quomodo ſcilicet in *adoleſcentiâ*, hoc eſt, in ætate adhuc immaturâ, *vir robuſtus, fortis, & ætate prouectus* dici poſſit; quandoquidem adoleſcentia virilitatem fortem, ac robuſtam, & ætate prouectam neceſſariò anteeat; & virilitas præeuntem adoleſcentiam excludat. Ergo inidoneè dicitur, *via viri fortis, robuſti, ac prouecti in adoleſcentiâ?* Opinor, incongrua hæc verborum cohærentia, ethicum ænigmaticè myſterium ſubindicat: quod ſapiens quiſpiam, morali potiùs quàm literali acumine ſubtilis, apud Salazarium & Dazam his verbis extricat: *Tria ſunt difficilia (mirabilia) mihi, & quartum penitùs ignoro*, id eſt, nullo modo aſſequor, quî fieri poſſit: *Via aquilæ in cælo*, quo pacto ſcilicet aquila corpore grauis, aëre ſuſpenſa huc illuc longo tractu diſcurrat. *Via nauis in medio mari.* Quâ nam ratione vaſtæ magnitudinis nauis, fluxæ & inſtabili aquæ tanto molimento ſupernatet ac fluitet, & quoquouersùs ſuperior feratur. *Via colubri ſuper terram.* Quomodo coluber nullo manuum aut pedum adminiculo per leuem petram ſúſque déque reptet. *Et via viri in adoleſcentiâ. Et quomodo in lubrica ætatis annis eſſe queat grauis & virilis vitæ ratio: hæc enim dicitur via viri.* Ecce tibi rem ceteris miriorem, & quam vel Salomon aſſequi non eualeat; quomodo ſcilicet quis arcanæ virtutis ſacramento, in acerbâ & inconditâ adoleſcentiâ, perfectæ ac conſummatæ virilitatis erudiatur ſapore, ad canam prudentiam, & ſenectutis auctoritatem ſapientiâ præcoquâ mirè condito. Miraculi ad inſtar eſt infantia perpetua; grandius autem portentum eſt, cana pueritia, & iuuentus annoſitate vidoata, ſenex, grauis, matura; quæ eſt *via viri in adoleſcentiâ.* Talis fuit Daniel, puer *iunior*, cui *Deus dedit honorem ſenectutis.*

Salazar ibi Daza in Iacobi cap. 1. ver 11. n. 5. *Portentum eſt, virgrauis, & ætate prouectus, in lubrica adoleſcentiæ annis.*

P. Gonzaga.

5. Numerorum 11. Moyſes imperando deſſus, ſubpræfectos à Deo obnixiùs expoſcit: *Et dixit Dominus ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint.* Eccur Deus qui cuiuſque ſufficientiam penitius agnoſcit, hos non eligit, ſed Moyſi eligendos committit? Reſpondet inibi Oleaſter: *Conſultò Dominus voluit, virum ſanctum eos deſignare, vt poſtea cognoſcerent ſe ab eo in regimine dependere.* Sic Præfectus quiſque independentiam affectat? Taceo. Conſiderare autem oportet, quóſnam eligere præceperit, nempè *Quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint.* Hinc liquido conſtat, ſenes hîc intelligi, non tam ætate, quàm maturitate, ſapientiâ, grauitate, & moribus, qui *populi ſint ſenes*, id eſt, qui à populo graues & ſapientes habeantur. Nam alij ſenes, ipsâ ætate, non autem Moyſis iudicio & delectu ſecernendi fuiſſent, cùm canities eorum omnibus eſſet conſpicua. Quod ex Gregorio lib. 19. Moral. cap. 14. expendit ibidem Cornelius. Sic fatur Gregorius: *Quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint*, inquit: *Senectus non corporis, ſed mentis notatur, tùm tales iubentur eligi ſenes, qui ſciuntur; ideò dicitur, Quos tu noſti. Si enim corporis ſenectus quæreretur, à tan-*

Numer. 11. v. 16. *Præfectus quiſque independentiam affectat.*

Oleaſter

Senes mente inſpiciendi, & cenſendi ſunt, non ætate.

Cornelius. S. Gregor.

P. Didac. Celada in Suſannam.

tùm ſciri poteras, à quantis videri. Planum ergo eſt, quòd ſenectus mentis, non corporis eligatur. Pertite pariter ac tempeſtiuè Gregorius hanc maturam in ætate immaturâ ſenectutem exponit, & canum in annis puerilibus conſilium.

Sudatus ille locus ex lib. Sapientiæ cap. 4. 6.
iterùm expendendus ſe offert, quo Danielis cana prudentia, & matura grauitas in puerili ætate magis eluceat; & horum Senum iuuenilis inconſultè immaturitas magis culpetur: *Senectus*, inquit, *venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Vide hîc dignitatem, maturitatem, & auctoritatem ſenectutis; non annis, ſed moribus; non annoſitate, ſed prudentiæ ſagacitate; non longæuâ ætate, ſed maturitate; non canis, ſed vitæ ſanctitate cenſeri. Quâ ſuper re S. Bernardus plura ſcripſit epiſt. 42. paucula de multis reſcribam: *Dicimus*, inquit, *væ terra, cuius Rex puer eſt. Nec dicimus quamcumque ætatem Dei gratia præmaturam, ſicut nec ſeram: cùm multos videamus iuniorum ſuper ſenes intelligere, moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis; & quod ætati deeſt, compenſare virtutibus. Meliores bonæ indolis adoleſcentes, inueteratis dierum malorum*, quæ ſunt verba Danielis pueri iunioris, præmaturè, non immaturè iudicantis hoſce Senes dierum malorum inueteratos: quorum cana ætas repueraſcit ad vitia, & ad barbaras libidines audacter iuueneſcit. Daniel autem etſi ætate puer iunior, *dies antiquare moribus* prænouit.

Sap. 4. v. 8. & 9. *Daniel moribus dies antiquauit.*

Eccle. 10. v 16.

S. Bernard.

§. CCXLVIII.

Extraordinaria Prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem inuenit fidem.

Siue admirantis, ſiue condolentis Iſaiæ 1.
vox eſt ad Deum: *Quis credidit auditui noſtro?* Heu quàm rara fides olim Prophetis exhibita! Auditores porrò aut ex proprio iudicio, aut commodo, aut ambitione, adulationéve credulitatem metiri præſumunt: & eorum, quæ euenire nolunt, euentum prænunciatum rident, aſpernantur, illudunt: quaſi audientis incredulitas effectum fruſtrare valeat fidei renutu. Hinc Prophetarum olim tragica vita fuit; & Dei omnipotens auctoritas, tanquam parum veridica, & (quod deteſtere magis) falſitatis rea paſſim ſiſtebatur. Fortunatum ſæpè eſt credibilitate mendacium; ſimplex autem & veracior veritas fucorum lenocinio deſtituta, humanæ fidei abuſu auſterior audit, & incredibilis videtur. Exinde *multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis*: Si fortè de condimentorum varietate, veritas illis cruda, ad gratiæ ſaporem erudiretur.

Iſaiæ 53. v. 1. *Prophetia olim ægrè fidem inueniebat. quare?*

Ad Hebr. 1. v. 1.

Pudiciſſima Suſanna in libidinis conſiſte- 2.
rio damnatur. Quid niſi pudicitiam libido condemnet. Fabulam benè compoſitam malè teſtantur Senes & Iudices: qui præfecturæ

dignitate, & canorum ſuffragio, mendacij fidem ſibi fecerunt. Deficit humana ſagaciùs induſtria ad rei veritatem vtcumque ruſpandam. Suſannæ ætas, eiuſdem forma, pomarium repagulo clauſum, denſæ ſiluæ ſolitudo aliis imperuia, mulier inibi ſeminuda, & ſtupro habilis, & mendacio adſtipulantur, & aditum probandæ veritati præcludunt. Solus Deus idoneus veritatis ſequeſter eſt. Verum Iudæa gens Prophetarum vocibus ſæpè rebellis, illas forſan non audiret, niſi extraordinario aliquo prophetandi genere denuncientur. Qui enim dudum Ieremiæ pretium vaticinij carcerem deſignarunt, ordinariis Prophetæ vocibus vix credidiſſent. Idcircò cùm Suſanna iam duceretur ad mortem, excitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. Et exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius. Quâ voce velut tonitru quodam populus quaſi de cælo attonitus, inſolenter ſiſtitur tanto, támque inopinato obſequio, vt puero duodenni Proceres ac Seniores populi

Hic verſ. 50. dixerint: *Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Sic prophetali auctoritate ſoſpitatur caſta Suſannæ innocentia male damnata; & benè damnatur Senum cruenta impudicè improbitas, ſimilis vindictæ ſapore. Profectò inſolitus prophetandi modus Prophetiæ credi-

Cedrenus. bilitati blanditur. Cedrenus in Compendio hiſtor. pag. 279. & 280. agens de diuerſo genere Prophetiæ ore & opere à ſacris Vatibus exhibitæ, ſic tandem concludit: *Ac ne omnia referam, Gubernator orationis* Deus *hæc omnia fieri iuſſit, vt qui non parerent orationi, ij ſaltem inuſitato ſpectaculo alliceremur, cuius nouitas ſufficiens eſt doctrinæ pignus.* Pulchrè quidem Cedrenus.

Prophetia nouitas ſufficiẽs aliquando eſt doctrina pignus.

Nempe Deus Prophetarum inſpirator, ad humanæ credulitatis lenocinium, benè ſcius nudis Prophetarum vocibus pertinacem populum ægrè credere, de Prouidentiæ adytis iuſſit Iſaiam nudum, ac ſine calceis incedere: & Ieremiam ſubligaculo lumbos ſuccinctum vaticinari; aliquando etiam numellis ligneis ac ferreis collum circundare. Atque nunc duodenem puerum Danielem voce intrepidâ, & imperiali auctoritate vltrà ætatis ac dignitatis faſtum audaciore, iniuſtum fatuè facinus exprobare Senioribus; cuius rei hactenus inuiſa *nouitas ſufficiens eſſet doctrinæ pignus.* Scilicet prophetandi nouitas, doctrinæ credibilitatem oppigneret, & nondum fidei faciendæ maturam ætatem dum emendat, è diuerſo fidem inueniat, dum inuenit in Iudicibus iniuſtitiam, & in Senum auctoritate mendacium. Hoc auſpicio Danielis Prophetia autenticè inauguratur, & inuſitata prophetandi nouitas, facta eſt puerilis ætatis expiatio, baſis titubantis fidei, perſuaſionis emphaſis, & opulentum verioris *doctrinæ pignus.* Sic aliquando doctrina de nouitate ſcintillat, felix etiam nouellitatis ſuffragio.

3. Geneſeos 21. Abrahamo diu improli optatiſſimus tandem Iſaacus naſcitur. In patriarchali domo & inſtitutione puer adoleſcit ætate & moribus, futurus familiæ princeps. Animaduertit Sara, Iſmaëlis contubernium benè compoſitam filij ſui indolem male faſcinare, & de vetere ſimultate cum Agar, & de recenti ludo cum Iſmaël, matronali ſollicitudine angitur. Cúmque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: *Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.* Quæ ſacri Hiſtorici verba dum elucidat Auguſtinus quæſt. 51. in Geneſim, ita ſapienter addubitat: *Quæritur, Sara dicente: Eijce ancillam & filium eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac; quare contriſtatus ſit Abraham, cùm iſta fuerit Prophetia, quam vtique magis debuit noſſe ipſe, quàm Sara?* Sic autem propoſito dubio Auguſtinus eleganter reſpondet: *Sed intelligendum eſt, vel ex reuelatione hoc dixiſſe Saram, quia priùs illi fuerat reuelatum, illum verò (quem de hoc poſtea Dominus inſtruit) paterno affectu pro filio fuiſſe commotum: vel ambos priùs neſciſſe, quidnam illud eſſet, & per Saram neſcientem hoc prophetícè dictum eſſe, cum illa mota eſſet muliebri animo propter ancillæ ſuperbiam.* Vide hîc quam plurifariam Deus Prophetiæ veritatem erudiat ad credibilitatis ſaporem. Magnus ſanè Patriarcha & Propheta Abraham, ſollicitus amplæ domûs paterfamilias, & tot nationum princeps futurus in Iſaaci generosâ ſobole; & tamen ipſe Dei colloquio, & arcanis prophetiis aſſiduus, de re tantâ, quâ familiæ principatus agebatur, ipſe hactenus neſcius, per neſciæ Saræ vxoris Prophetiam eruditur. Parum eſt, quòd Abrahamum vxor propheticè inſtruit, niſi iracundâ etiam commotione aduersùs incompoſitos Iſmaëlis mores, & arrogantem ancillæ ſuperbiam prophetaret. Vel ipſa Saræ iracũdia muliebri animo commota, Abrahamum prophericè erudit? Sanè Prophetia Abrahamo velut inquilina, nimis peregrinatur in Saræ iracundiâ. Hem! propheticâ vxoris iracundiâ Abrahamus de cælo eruditur? de vxoriæ paſſionis magiſterio, Patriarcha inſtituitur de Iſaaci œconomiâ?

Gen. 21. v. 10. & 11.

S. Auguſt.

Iracũdiâ Saræ commotione, Abrahamus prophetice inſtruitur.

Geneſis 24. ſeruus ille Abrahæ, cuius fidei, Iſaaci nuptias credidit Patriarcha; pergens in Meſopotamiam, iuxta puteum inuenit Rebeccam, quæ illum & camelos rogata largè potauit, ex quo ſigno eligendam puellam augurabatur. Ergo Rebecca monilibus oppignerata prænunciat cognati Abrahæ œconomum: qui re totâ ex ordine denarratâ, Rebeccam expetit ad Iſaaci connubium. Reſponderúntque Laban & Bathuël: A Domino egreſſus eſt ſermo: non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. *En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij Domini tui, ſicut locutus eſt Dominus.* Ex hiſce verbis non leuis oritur quæſtio, quando, aut per quem Prophetam, id locutus ſit Dominus. Porrò Abraham ex patriâ & cognatione ſuâ vxorem filio vniuerſatim expetiit. OEconomus autem excogitauit illud ſignum, religioſum, an ſuperſtitioſum tractant Interpretes. Vnde ergo hîc verbum Domini, aut Prophetia à Bathuële, & Labano inducitur? Audiendus eſt Auguſtinus inibi, quæſt. 67. *Quæritur,* inquit, *quando locutus ſit Dominus, niſi quia* 4.

Gen. 24. v. 51.

S. Auguſt.

vel

Abrahami etiam seruus prophetare putatur quare

vel prophetam eſſe Abraham nouerant, & prophetice à Domino dictum, quod per illum dictum fuerat, agnoſcebant: aut ſignum illud, quod ſibi datum ſeruus eius narrauit, locutionem Domini appellauerunt. Nimirùm Abraham tantâ claruit Prophetiæ fama, vt vel generalia eius verba, & quæ eius etiam ſeruus profert, tamquam à Deo dicta acceperint, & quæ prophetiæ obſequium meruerint. Seruúſne Abrahami, heri ſui ſpiritu prophetare putatur? O fœcundum prophetiæ commercium! Quid Abrahamo adulantius? quid Deo obſequentius? Exilium filiæ Rebeccæ malunt eius chari parentes, quàm non obſequi exiſtimatæ prophetiæ, quæ in ore ſerui Patriarchæ forſan peregrinatur.

5\. ad Rom. 12. 13.

Ad Romanos 12. ſic eos Paullus erudit, poſtquam in re fidei *rationabile obſequium* ab eis exegerat: *Dico*, inquit, *per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: & vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.* Græcè pro *τὸ rationabile obſequium*, habetur, *logicam*, id eſt rationalem, latriam, ſeu cultum. Porrò λογικὴ ſiue logicus aut rationalis cultus eſt, quem recta ratio dictat. Recta autem ratio dictat, Deo magis internâ fide quàm ſophiſticis ſubtilitatibus, & malè acutis argutiis credere, quas hæretico priuilegio inducunt Hæretici, & popularem fidem inueniunt, gregaléſque mendaciorum cudunt in hæreticâ falſitatum officinâ; quæ eſt olim & nunc (ô malum!) vulgare credibilitatis conceptaculum. Quare ſeriò hortatur Apoſtolus, ne doctis fabulis, aut ſubtilibus argutiis aſſenſum præbeant; ſed *ſicut vnicuique Deus diuiſit menſuram fidei*, eidem fidei *rationabile* ſeu *logicum obſequium* exhibeant. Quaſi dicat, ait S. Irenæus, cui ſubſcribit Auguſtinus: Intrà fidei menſuram & terminum debet ſe omnis intellectus humanus continere: facilius enim falſatis ſubtilitatum argutiis, quàm meræ ac ſolidæ fidei veritati aſſenſum præbet. Sic eſt ſæpè infortunata veritas! ſic eſt mendacium felix! Exindè præcipit Paullus: *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Irenæus lib. 5. cap. 20. *Sapite ad prudentiam*: prudentis enim eſt, Deo magis quàm hominibus credere. S. Hieronymus lib. 1. contrà Iouinianum, *Sapite ad pudicitiam.* O quàm ſana dogmata dictat pudicitia! O quàm errant inſanè hi veſani Senes impudicitiæ ductu; & tamen popularem inuenêre fidem; aiunt enim poſt falſatum fraudulenter æquè ac ſalaciter teſtimonium: *Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo.* Eheu! ſic libido virginem veritatem malè conſtuprat? Tantam adulterina falſitas credulitatem inuenit? Quæ luxuria Senum dictauit, quaſi ab oraculo dicta ſuſcipiunt. O *ſapite ad pudicitiam*! O caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinetur. Ab impudico ſtupra etiam veritatis time.

Rationabile, id eſt logicum obſequiũ rebus fidei exhibendum.

6\.

Irenæus. & Aug. apud Cornel. ibi.

S. Irenæus. S. Hieron. *Caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinatur.*

Hic verſ. 40. & 41.

§. CCXLIX.

Acerbiùs caſtigata libido, libidinis ſcintillas periculosè euentilat.

VIrgo ſemper Iuſtitia caſtos quærit ſectatores, & pudicos continenter alumnos, ne à Domeſticis & familiaribus fœdiùs conſtupretur. Quis bilancem æquitatis, furori libidinis tutò permittat. Malignâ fide geritur, quiquid geritur luxuriæ fide: ipſa enim male corrupta, iudicia peiùs corrumpit. Exindè laudatiſſimum Principum ac Gubernatorum elogium; continentia. *Quid enim præſtabilius eſt, aut pulchrius Dei munus, quàm caſtus, & ſanctus & Deo ſimillimus Princeps.* Ambigunt plerique, cur Moyſes velut ſanguini ſuo ingratus, non filios ſuos Leuitas, ſed extraneum Ioſue Ephraimitam, in Hebræi populi principem ac iudicem inaugurarit? Opinor, non omnes Moyſi liberos, quippè qui ſanctiſſimi parentis eram educati pædagogiâ, inidoneos adminiſtrando principatui fuiſſe. Et tamen Ioſue eligitur, quia, vt ait Philo, *dictis factiſque honeſtatem eius expertus* erat Moyſes. Quaſi præuium Iudici, aut Principi eligendo examen, de candidati pudicitia potiùs inquirat; & faſtigium prælationis ſit continentiæ ſtipendium. Siquid deerit ex aliis dotibus caſtitas ſupplebit; caſtitatis autem defectum nihil emendabit, & ſic virgo Iuſtitia turpiter ſcortari cogetur. O quàm de facili poteſtas in libidinem degenerat potentiæ lenocinio! Ipſe impudicitiæ reatus cautiſſimè & caſtiſſimè eſt à Iudicibus tractandus, ne quod cœpit in durâ libidinis punitione, in blandâ libidine conſummetur: & Reſpublica remediis potiùs quàm morbo laboret irremediabili exitio. 1.

In Principe caſtitas pulchrè elucet.

Plinius in Panegyr.

Philo lib. de Profugis. *Propter honeſtatem Ioſue Princeps eligitur à Moyſe.*

In conſiſtorio libidinum, vbi cana intempeſtiuè ſalacitas præeſt, ſiſtitur Suſanna pudiciſſima, continentiæ potiùs quàm adulterij rea. Libido tunc caſtitatis præſes, vincit luxuriæ ſuffragio felix. Quid tam volupe inhoneſtati fuerit, quàm honeſtatem damnare? Magnum ſanè malum, pudiciſſimam innocentiam ſic atrociter ferali edicto condemnari; ſed quid à Senibus improbiſſimis, niſi magnum bonum damnati potuit? Adeſt confeſtim in Daniele Deus, ſcelerum vindex, & innocentiæ aſſertor acerrimus: & duodennis puer Daniel ſedet inopinatus Iudex in medio populi: *Veni*, inquiunt, *& ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Attonita ſtupet Senum malitia ſalaciſſimæ iniuſtitiæ malè rea: exultat pudiciſſima Suſannæ innocentia; & virginalem nacta iudicem, de iudicis caſtitate feliciſſimum cauſſæ exitum auſpicatur. Pereleganter S. Maximus homil. 1. de accuſato Domino, ita ad rem ſcribit: *Tandem*, inquit, *iudicem meretur caſtitas Danielem puerum iuniorem necdum pubeſcentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia conſequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura enim eſt de victoria caſtitas, quam eſt iudicatura virginitas. Pudicitia enim cauſſam, niſi vir pudicus audire non debuit: talem enim arbitrum meretur* 2.

Hic verſ. 50. *Talem arbitrum exambit caſtitas, apud quem non periclitetur verecundia.*

S. Maximus Taurinenſ.

 caſtimonia,

caſtimonia, apud quem non periclitetur verecundia. O belle! Talem arbitrum meretur caſtitas, apud quem non periclitetur verecundia. Periclitata eſt ſalaciſſimorum Senum incontinens verecundia, in pudiciſſimæ Suſannæ cauſſâ, dum virginis Iuſtitiæ turores, & ipſam caſtitatem fecerunt adulterij ream, & falſato, impudicè ſuffragio damnant; quin & cùm damnant, impudicè oculis ac manibus ſcortantur, & dum velatam faciem diſcooperiunt, & impudicas manus pudiciſſimo capiti ſuperponunt, legitimo iuris ritu inhoneſtum facinus colorare, & honeſtare præſumunt. Hi porrò petulanter malitioſi Senes, iudiciariæ poteſtatis nefario abuſu, Matronæ obtinuerunt attactum, & viciniorem aſpectum, quem antè Suſanna, vitæ etiam ac famæ periculo conſtanter recuſauit. Quâ ſuper re ſuprà agebamus §. 6. n 44.

3\. Geneſeos 49. Iacobus ſenio confectus, & morti vicinus, hæc filiis exprobrat: Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima, & in cœtu eorum non ſit gloria mea: *Quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* In confeſſo eſt apud Expoſitores, hic alludi ad facinus illud ſtrenuè audax, cùm de ſororis Dinæ ſtupro vinditias egerunt Sichimorum ineluctabili excidio, *ſæuientes ob ſtuprum ſororis*, quod diſertè ſacer Hiſtoricus adnotauit. Ceterùm cùm Simeon & Leui nimis ſororij, inhoneſti fœdè ſtupri fuerint vltores acerrimi, & niſi fœdus interceſſiſſet, forſan innoxij; audiendus eſt Hieronymus, qui præſcripta Iacobi verba ſic excribit: *Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis arma eorum. In arcanum eorum non intret anima mea, & in conuentu eorum non diſſoluatur gloria mea, quia in furore ſuo interfecerunt virum, & in libidine ſuâ ſuffoderunt murum.* Et poſt paucula: *Maledictus furor eorum, quia procax, & ira eorum, quia dura.* Benè eſt, in hoc temerario facinore damnetur inconſulta audacia, infida pacti violatio, obſtinatè pertinax ad ſtrages furor: at in ſtupri ferociente potiùs vltione, cur eorum *libido procax* damnatur? Quid molli *libidini*, & luxurianti *procacitati*, cum præduro vindictæ furore ſanguinem & cædes atrociùs ſpirante? Opinor, libidinis vltio, *procax* (procacitas autem laſciuiæ res eſt) moraliſſimè dicitur: & furor ſtupri vindex, *libido* etiam nominatur: quaſi vel ipſa libidinis vindicta, dum alienam luxuriam caſtigare & exterminare ſatagit, non ſatis in ſe expiet incentiuum libidinis: & quod in aliis emendat, ſibi periculosè hauriat, & vindici ſeueritati ſe immiſceat blandior libido, & è peruerſo concupiſcentiam titillet. Proh! ſic vel dura libidinis vindicta, dum ſtrages ſpirans, atrociùs ferocit, eſt blandæ libidinis male bibula? Heu quoties damnatæ libidinis merces, libido eſt! O caue ſubdolas incontinentiæ minas, potiùs ſcintillas dixeris! Sub doloſo cinere ignis latet infeſtior. Nec frigidè cana longæuæ ætatis nix, à libidinis incendio tuta eſt. Damnata etiam allicit, & cognato lenocinio diſſoluta, ſui extorquet ſuffragium, dum concupiſcentiam intorquet obliquo vulnere. Furor aduerſùs libidinem, libidinis illicium eſt. O fuge!

Geneſ. 49. v. 6. & 7.

Geneſ. 34. v. 13.

S. Hieron. in Quæſt. Hebraicis ibi.

Furor aduerſus libidinem, libidini incentiuum eſt.

4\. Geneſis 19. Angelus Sodomorum euerſor, inſanæ libidinis incendium feſtinabat; cunctatur præ metu Lot, cuius pudicitia vltrices ſibi flammas reſtinxit: & moroſus vrbeculam Segor in aſylum exorat. *Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor.* Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo. In lugubri illa Sodomorum tragœdia, & denſo ignium nymbo, obuias lambentium animas, ſecurum reddidit Lotum igneæ pœnæ conterminum effugium. Sed cur Solis expectatur ortus, ad euibrandos ignium globulos, quibus in vindictam æſtuantis luxuriæ, habitatores exæſtuent, vrantur, decineraſcant, & in terras fauillas miſerè diſſoluantur, congruâ libidini pœnâ? An non præſtaret, vt tenebroſæ noctis obſcuro nubilo, tam acerbum luxuriæ ſupplicium tectiùs abſconderetur? Putauerim, hoc foret diuinæ miſericordiæ lenocinium; & vel punitæ durius laſciuiæ abſconſio, ne ingens ſupplicij pyra, ſcintillas libidinis ventilaret. Eſt enim intuta luxuria, etiam dum atrociùs caſtigatur. Perdoctè Caietanus inibi cauſſam exponit, ob quam ortum Solis vindex Angelus expectarit: *Sol egreſſus eſt ſuper terram, &c. Non ſolùm,* inquit, *ad deſcribendum horam, ſed etiam ad deſcribendum ſerenitatem aeris narratur exitus Solis ſuper terram.* Scilicet ortus Solis notanter exprimitur, ne atra & fumoſa nubes Solis prohibuiſſe radios, & diem furari putaretur. Itaque non in obſcurâ nocte pœnalis laſciuiæ caſtigandæ flamma accenditur, nam tenebris fulgori lenocinantibus, flamma micantiùs prænitens, libidinis ſupplicium citiùs & latiùs euulgabit. Ergò expectetur Solis ortus, qui pœnalem flammam tectiùs abſcondat: fruſtrà enim ſereno cælo dies lucernatur, maiore luce minorem obruente, quo igneum libidinis ſupplicium clariori Solis face occultetur, ne recens laſciuiæ pœna præniteat, & vel cum ipſo acerbioris ſupplicij horrore, concupiſcentiæ ingerat lenocinium. Hem! ſic vel libidinis doloſi cineres abſconduntur, ne ſcintillas inſidiosè reuerberent? Quid exaggeratius?

Geneſ. 19. v. 23.

Ad excidium Sodomæ Sol expectatur quia pœnalem libidinis flammam abſcondat.

Caietanus.

5\. Pſalmo 37. ſic regius Vates de ſe querulus opplorat: *Totâ die contriſtatus ingrediebar.* Quænam eſt cauſſa tam funeſtæ animitùs triſtitiæ, cui nec quies noctis, nec læta diei lux mederi valeat? *Quoniam,* inquit, *lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.* Idcircò irremediabilibus lacrymis profundè gemit, quaſi de ſe iam actum ſit: Afflictus ſum, inquit, & humiliatus ſum nimis: *rugiebam à gemitu cordis mei.* Quæ eſt hæc lumborum *illuſio*, quam ſic tragicè Propheta patitur? Appoſitè inibi Græci Patres in Paraphraſi: *Per lumbos concupiſcentiam tacitè innuit. Dicit igitur iſtorum malorum cauſſam fuiſſe, quòd non ad bonum, ſed ad laſciuiam concupiſcentia abuſus ſit.* Imò ordinarius concupiſcentiæ vſus ad laſciuiam eſt, qui ad bonum propè *abuſus* foret. Quis enim ad bonum, carnis concupiſcentia vtitur? Ecquis

Pſal. 37. v. 8.

Incauta pœnitentia ſubeſt concupiſcentia abuſus.

Græci Patr.

igitur

igitur eſt hic concupiſcentiæ ad laſciuiam *abuſus*? Profectò cùm hic Pſalmus in Pſalmis, quos Pœnitentiales vocant, cenſeatur, in illo ſuam libidinem cum pulchrâ Berhſabee deteſtari expetit. At cùm illius ad deteſtationem meminit, laſciuiæ ſagacitate correptus, rurſùs ad libidinem inuitus ſufflammatur. Quare *non ad bonum*, vt intendebat; *ſed ad laſciuiam*, quam deteſtari affectabat, *concupiſcentiâ abuſus eſt*. Exindè queritur, lumbos repleri *illuſionibus*: illuſiones autem vocat ludicras libidinum phantaſiàs, quæ dum ex peccatorum memoriâ concupiſcentiam inquietant, quodam pœnitentiæ abuſu pœnitentiam ludificant. Huc proculdubio alludere videtur S. Cyprianus lib. de Bono pudicitiæ, vbi ait: *Impudicitia eſt deteſtanda, obſcœnum ludibrium reddens miniſtris ſuis*. Conſultiſſimè igitur, & moraliſſimè *lumborum illuſiones* dicuntur, *Obſcœnum ludibrium*: ludit enim vitium in re neceſſariâ virtutis, & pœnitentibus miſerè illudit, dum periculum de remedio conflat incautis, & antidoto venenum propinat, qui eſt pœnitentiæ *abuſus*, & incautè pœnitentium *ludibrium*.

Incautè pœnitentibus luxuria obſcœnè illudit.

S. Cyprian.

---

§. CCL.

Victrix caſtitas libidini ſumptuoſiùs præualet; & profligatam virginitatem quodammodò redintegrat.

1. CElebris eſt fulminea illa Iobi contrà impudicè adulteros ſententia: *Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima: ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Quem ad locum Iulianus: *Qui enim* (inquit) *torum violat alienum, ingens hic incendium excitat malorum: nam viro iniuriam facit, vxorem contaminat, ſuſpectos liberos incertóſque reddit, cum Prouidentiâ* (diuinâ vtique) *certat, habitudinem diuidit, viro ſtruit inſidias. Tantum examen malorum ex intemperantiâ adulterij exiſtit.* Proh! ſic eſt inhoneſtas, mentis deuaſtatio, virtutum exilium, certamen cum Prouidentia, malorum examen, bonorum incendium, & totius honeſtatis eradicatio? Ecquis de plantâ ſemiuſtulatâ, quid ni conbuſtâ & eradicatâ fructum ſperet? Sic morbus propè immedicabilis, libido putatur, virtutum lues, & animi tabes? Audiendus tamen eſt Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium: *Difficile*, Inquit, *eſt humanam animam aliquid non amare; & neceſſe eſt, vt in quoſcumque mens noſtra trahatur affectus. Carnis amor ſpiritus amore ſuperatur, deſiderium deſiderio reſtinguitur; quicquid indè minuitur, hinc creſcit.* Ecce tibi in libidinis ſepulchro tumulata caſtitas exurgit rediuina, & carnis amor caſti ſpiritus amore ſepelitur, obſcœnúmque concupiſcentiæ deſiderium puriſſimæ concupiſcentiæ deſiderio truditur, exanimatur, expungitur, & vbi libido ſqualebat obſcœnè, pudicitiæ lilium candidè refloreſcit; & pro luxuriæ fœtore cælum fragrat inopinata pudicitia. Tantùm continentiæ licet!

Iob. 31. v. 11. & 12.

Iulian. apud Philippæum in Olee c. 3. v. 1.

Adulterium certat cum diuina Prouidentia.

S. Hieron.

Carnis amor, caſti ſpiritus amore expungitur.

2. Geneſeos 48. Iacobum ſenio confectum, & morti proximum, quam charisſimus filius Ioſeph peramanter inuiſit. Viſo filio exultat Iacob, & vicinæ morti alacer inſultat. Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Dominus vobiſcum, reducétque vos ad terram patrum veſtrorum. *Do tibi partem vnam extrà fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Magno conſenſu Interpretes per hanc vnam partem, quâ Ioſephum auget ac ditat, intelligunt Sichimam, ſeu Sichem, aut Sichar, quæ eſt nobilis Samariæ vrbs, ſcorti Samaritanæ colloquio & conuerſione notiſſima. Ambigunt autem ſagaciùs Commentatores cur hâc præſertim vrbe muneratus ſit Ioſeph præ reliquis fratribus. Ioſephi merita, & Iacobi ergà illum amor, auctarium vltrà ceteros exigebant; cur verò nuncupatim vrbem Sichem illi hereditandam donauerit, cauſſam litteralem ipſe Iacob expoſuit illo verborum ænigmate, *Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*: cauſſam verò moralem ſic luculenter Eucherius meditatur, ad thema præſens opportunus interpres: *Ideò*, inquit, *locum ſtupris & flagitiis vacantem ad incolatum ſanctorum verbis caleſtibus, & gladio capiens ſpirituali; vt vbi habitatores antea laſciuia, & principes luxuria verſabantur, vbi fuerunt incentiua libidinis, & fomenta nequitiæ; ibi nunc ſancti ſacerdotes, magiſteria doceant caſtitatis, & plurima virginalis integritatis exempla quodam ſuperna lucis fulgore reſplendeant.* Scilicet conſultiſſimè Iacobus de cælo afflatus vrbem Sichimam ſæuis ſtupris, ac propudioſis libidinibus profligatiſſimam, ſuo caſtiſſimo Ioſepho largitur, vbi eius puriſſima oſſa iacent gloriosè ſepulta, vt poſthuma Patriarchalis continentiæ gloria, in conſtupratæ vrbis incolas ſic exuberet, vt in eos pudicitiam reuerberet tantæ caſtitatis exemplo. Nempè conſtupratrix ſalaciſſimè ciuitas, & impudicitiæ metropolis pudiciſſimo adſcribatur Patriarchæ Ioſpho, vt ſuo dominio iam indè auſpicato, & ſuis reliquiis poſtmodùm ſepeliendis, fragrantia opinatiſſima, dum continentiam ſpirat bono caſtitatis exemplo, incontinentem expiet vrbem, & integritatis ſymbolum proponat. Siſtat ergo generoſa Patriarchæ continentia, luxuriantis vrbis tabem latè ſerpentem: & fœcundior ſit vnius caſtitas ad continẽtiam propagandam, quàm multorum luxuries, ad ſæuam inhoneſtatis pruriginem. Non infœcundius, opinor, fuit Babyloniæ exemplum Suſannæ, quæ vitæ periculo caſtitatem redemit; quàm Ægypto ac Sichimis exemplum Ioſephi, qui carcere continentiam mercatur. Vtriuſque pudicitiam Ephrem Syrus eleganter pariat, quem ſuprà expendebamus.

Geneſ. 48. v. 22.

Eucherius.

Caſto Ioſepho conſtupratrix Sichem conſultiſſimè tribuitur. quare?

Ioſephi oſſa caſtitatem ſpirant vrbi ſalaciſſimæ.

Hic verſ. 23. S. Ephrem.

Enormi poteſtatis abuſu cana Senum li- 3.
bido, caſtam pulchrè Suſannæ Iuuentam damnat ad mortem, tamquàm ſtupri ream. Caſtitas in paradiſo luxuriam vincit; ſed luxuria in tribunali ſuperat & damnat caſtitatem. Cúmque Suſanna duceretur ad mortem ſuſcitauit Dominus Spiritum-ſanctum pueri iunioris cuius nomen Daniel, qui magna voce frequentem populum ruentem ad necem mirabiliter ſtitit. Reuertimini, inquit, ad iudicium,

dicium, quia falſum teſtimoniom locuti ſunt aduersùs eam. Reuerſus eſt ergò populus cum feſtinatione, *& dixerunt ei Senes: Veni, & ſede in medio noſtrûm: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Audacia ſanè humano faſtigio maior, quòd duodennis puer præſumat reſcriptum Seniorum populi ſuffragio fultum propriâ auctoritate reſcindere. At dum victricis pudicitiæ cauſſam agit, illam impudicè damnatam caſtè abſoluere ac vindicare non veretur, quò caſtitatem ſemper victricem aſſerat. Eleganter Auguſtinus Serm. 118. de Tempore, ita ad rem eleganter ſcribit: *Suſanna caſtitas & preſbyteros impudicos conuicit in paradiſo; & in iudicio falſos accuſatores obtinuit: biſque victrix reos fecit teſtimonij, quos reos fecit adulterij: atque tandem iudicem meretur caſtitas Danielem puerum iuniorem. Multum igitur de Deo pudicitia conſequitur, cùm virginem iudicem promeretur. Secura eſt de victoriâ caſtitas, cui iudicatura eſt virginitas. Pudicitia enim cauſſam niſi vir pudicus audire non debuit: talem enim arbitrium meretur caſtimonia, apud quem non periclitetur verecundia.* Ecce tibi damnata & velut victa caſtimonia, *bis* miriſſimè *victrix*, nec vincere aſſuetæ ſatis illi victoriatum eſt.

Hic verſ. 50.

Bis victrix caſtitas Suſannæ.

S. Auguſt.

3\. 3. Regum 1. canæ ſenectutis niuibus friget Dauid; dixerunt ergò ei ſerui ſui: Quæramus domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem, quæ cum ſinu ſuo foueat: & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad Regem. *Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, & miniſtrabat ei, Rex verò non cognouit eam.* Quæ eſt igitur iſta Sunamitis vxor & virgo, tam feruens vt frigidum calefaceret Dauidem, tam ſancta vt ad libidinem non prouocaret? Imò vt egregiè notat indidem Cornelius, Dauid *ei virginitatem non ademit, ſed conſeruauit.* Magnum hîc ſapientiæ ſacramentum, ethicè meditatur Hieronymus; opportuniùs quaſi rediuiuæ virginitatis myſterium agnoſcit Bacchiarius Tract. de recipiendis lapſis, ſic luculenter fatus: *Ipſe Dauid cùm in adoleſcentia ſua cùm adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgine inuenitur: vt intelligamus, quòd poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* Profectò virginitas non tantùm pudicitiâ conſtat, ſed & inuiolatæ integritatis decore, & nomquam marceſcente caſti pudoris gratiâ, hactenùs ſemper vernante perpetuæ pudicitiæ, felicitate. Quare virginitas irreparabili iactura profligatur; & ſemel victa, vel vnico libidinis triumpho tumulatur. Verùm longa velut obſtinatè caſtitas, etiam poſt leuiculum impudicè lapſum, rediuiua natiuitate virginitatem velut redintegrat, & in officinâ longioris arduè continentiæ miriſſimè reſculpit, & quodammodò reparat. Idcircò poſt iacturam olim pudoris, *virginem continentiam* Tertullianus agnouit; ne virginitas, quæ eſt potior continentiæ pars, ſemper victa putetur, & ſepulta hoſtilis impudicitiæ triumpho. Vndè *ipſe Dauid cum in adoleſcentia ſua cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgine inuenitur: vt intelligamus, quòd poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* Parum foret, quòd Dauid *ei virginitatem non ademerit, ſed conſeruauerit*, niſi ipſe etiâ *virgine continentia*, virginitatis imitamentum exhibuerit, virginitatis æmulâ caſtitate. quò caſtitas exinceps victrix perduret ad triumphi gloriam, & virginitatis æmulam gratiam.

3\. Reg. 1. v. 4.

Cornelius.

S Hieron.
Bacchiar.

Longa caſtitas poſt lapſum diu victrix, virginitatẽ æmulatur.

Tertull. aliàs expenſus.

5\. Iudith cap. 15. Holoferne perempto, & Aſſyrio exercitu male conciſo Iudithæ operâ ſtrenuè maſcula, & ſuprà feminam pugnace, ac victrice; Ioachim ſummus Hebrææ gentis Pontifex, cum Ieroſolymitano ſenatu, vnâ voce ſic eam ſalutant: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri: *Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris.* Scilicet oſtendit vnde additus fuerit ad ſuſcipiendum animus, & ad perficiendum arduum illud pugnáxque negotium virtus, quâ intrepidè caput Principis militiæ Aſſyriorum amputarit, & victrices hactenùs acies debellarit triumphali victoriâ; quia videlicet caſtitatem coluit. quaſi vigor pugnacitatis, victoriæ palma, & æterna triumphi gloria, fuerit continentiæ ſtipendium. Appoſitè S. Hieronymus Epiſt. 111. ita ſcribit: *Iudith caſtitatis exemplum triumphali laude, perpetuis eam præconiis declarante.* quaſi de caſtitatis vigore & armatura triumphali, Iudithæ ſatis victoriatum ſit. S. Hieronymo accinit S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 87. ſic fatus: *Iudith per caſtitatem præmio hoc accepit à Deo, vt Tyranno necem afferret.* nempe quæ vicerat carnis tyrannidem, Tyrannum vincere promeruit. Addit de Suſanna idem Hieronymus Epiſt. 190. ad Principiam virginem: *Quàm multa Suſanna* (Suſanna lilium ſignificat) *quæ candore pudicitiæ ſponſo ſerta componunt, & coronam ſpineam mutant in gloriam triumphantis.* quaſi dicat: Candidus pudicitiæ flos, etſi tener ac dilicatus videatur, adeò eſt pugnax, victorialis, triumphalis, vt non modò texat coronam, quâ ſuum caſtum coronet caput; ſed quod miriſſimum eſt, ſpineâ corona Dominicú caput exuat, illúdque glorioſa triumphi corona ſumptuoſiùs adornet. Itaque victoriis Iudithæ & Suſannæ, & reliquarum Herodum, in continentiæ ſtadio glorioſiſſimis, & Chriſtus ſpineo ſerto excoronatur, & triumphali corona redimitur. Hem! ſic eſt caſtitas coronarum fertilis, vt & proprium coronet caput, & triumphali gloria caput Chriſti coronet? Fœcunditas coronarum, caſtitatis ſtipendium eſt.

Iudith 15. v. 11.

Caſtitas pugnax, victrix, & glorioſè triumphalis.

S. Hieron.

S. Iſid. Peluſ.

S. Hieron.

Continentiâ caſtitas. & Chriſtum ſpineâ coronâ exuit, & triumphali coronat.

Fœcunditas coronarum caſtitatis ſtipendium eſt.

§. CCLI.

Caro, quæ eſt nuptialis animæ dos, auctoritate iudiciaria carnem damnat; & ſe deſueſcens, in ſpiritum quodammodò reſingitur.

1\. SEquitur animam nubentem Spiritui Caro, vt dotale mancipium, & iam non animæ famula, ſed Spiritus. Hæc Tertullianus lib. de Anima cap. 41. Venuſta ſanè metaphora, digna vt ab eodem Auctore repetatur lib. de Reſurr. carnis cap. 63. *In depoſito*, inquit, *eſt* Caro, *vbicumque apud Deum, per fideliſſimum ſequeſtrum*

Tertullian.

ſtrum Dei & hominum Ieſum-Chriſtum, qui & homini Deum, & hominem Deo reddet; carni ſpiritum, ſpiritui carnem. Vtrumqua iam in ſemetipſo fœderauit, ſponſam ſponſo, & ſponſum ſponſæ compatauit. *Nam etſi animam quis contenderit ſponſam, vel dotis nomine ſequetur animam Caro. Non erit anima proſtituta, vt nuda ſuſcipiatur à ſponſo. Habet inſtrumentum, habet cultum, habet mancipium ſuum Carnem, vt collectaneam comitabitur.* Cùm itaque anima Sponſa ſit Spiritûs, Caro etiam ſequetur animam vel *dotis* nomine; vel tamquam *inſtrumentum*, id eſt, *ſupellex*; vel ſicut *cultus*, ſeu otnatus animæ. Nimitùm cùm anima Spititui onbit, ſponſæ *dos*, *cultus*, *ſupellex*, Catoeſt, quâ anima & *cultiùs* otnatur, & opulentiùs *dotatur*, vt Spititui dignè nubat. Sumptuoſum quidèm *Carnis* elogium, ad cæleſtes eum Spiritu nuptias, animam ſponſam opulentè *dotare*, & *cultiùs* adotoate! Sic nobiliter de ipſa catne anima & ſpititus dotaotur?

Caro eſt nuptialis animæ dos, & cultus, ad nuptias cum Spiritu.

Cerda ibi in Notis.

2. Ad Romanos 8. ita Paullus ſcribit: *Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus.* Cur autem Chtiſtus ad damnandum carnis peccatum, etſi non peccatticem carnem, carnem tamen peccattici ſimilem aſſumpſerit, ſapientet ediſſerit Tettullianus lib. 5. contrà Marcion. cap. 14. *Voluit*, inquit, *Deus peccati carnem ſimili ſubſtantia redimere, id eſt, carnea, quæ peccatrici carni ſimilis eſſet, cùm peccatrix ipſa non eſſet. Nam & hæc erit Dei virtus, in ſubſtantia pari facere ſalutem.* Et non tantùm Chtiſtus in ſua catne etſi non peccattice, tamen ſimili peccattici catni, damnauit peccatum, ſed etiam fecit, vt ipſa noſtta caro peccatrix, & alioqui exprompta peccatorum officina, peccatum damnaret. Quod elegantet æquè ac ſubtiliter tradit Ambroſius in Præfatione in Pſalm. 37. ſic fatus: *Damnauit peccatum Chriſtus in carne de ipſa carne peccati, quæ iudicabili quodam vigore, & auctoritate cenſoria odit vitia quæ amare conſueuerat, & horret impudicitiam, quàm voluptatem putabat. Segregat ſe à laſciuis, abdicat à cupiditatibus, renunciat criminibus atque flagitiis, propulſat auaritiam, quæ virilitatem quandam carnis effeminat. En tibi illum Chriſti imitatorem* (Paullum inquam, Suſannam etiam hic, & Danielem,) *& ipſum de peccato peccatum in carne damnantem.* Libidinis tea ſtat cotam impuris Iudicibus Suſanna, Suſanna inquam, quæ velut carnis exlex, mottem probroſiſſimam ptætulit voluptati. Damnat peccatum in carne de ipſa catne peccati, *quæ iudicabili quodam vigore, & auctoritate cenſoriâ odit vitia, & horret impudicitiam, quam voluptatem putaret.* Quæ ſic etat libidinis exgrex, quaſi eius caro in ſpititum tefotmata eſſet, innocentiæ vocibus, & ore Danielis, *iudicabili quodam vigore, & auctoritate cenſoria*, & à carnis teatu, quem odit, abſoluitur, & impudicos ſceleroſè Iudices veteratoriæ libidinis condemnat. Hem! ſic efficitur innocentiæ bibula hominis caro, vt caro alioqui medullitùs peccattix, *iudicabili quodam vigore, & auctoritate cenſoriâ* hotteat carnis delicias, damnet impudicitiam, quam in pulchra iuuenta voluptatem putaret? Sic aſſiduo virtutis ſtudio caro defæcatur, & ad elogia ſpiritus teformatur?

ad Rom. 8. v. 3. & 4.

Tertullian.

S. Ambroſ.

Auctoritate cenſoria caro torum ſuum horret, & damnat.

…uaritia virilitateᵀ carne effeminat. Hic verſ. 50.

Exodi 30. agens de oleo, quo vngendi erant filij Aaron, ait: Hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras: *Caro hominis non vngetur ex eo.* Quorsùm conficitur oleum, quo hominis caro vngi non poteſt? Lyranus ibi: *Caro hominis non vngetur ex eo, exceptis Regibus & Sacerdotibus, qui quantum ad officium ſunt ſuprà homines: quia medij ſunt inter Deum & populum.* Moralem expoſitionem in Gloſſa interlineari Anſelmus Laudunenſis interſerit: *Caro hominis non vngetur ex eo: quia carnis voluptatem amantibus non conueniunt iſta.* Eandem expoſitionem explicatiùs tradit indidem Radulphus in Allegor. *Caro hominis non vngetur ex eo: quod quomodò dictum ſit quæri poteſt, cùm Aaron filijque eius ex eo vngi præcipiantur. In promptu tamen eſt aduertere eam, quæ ad vſum carnalem pertinet exhiberi vnctionem, non eam quæ ad ſanctificationem. Vndè non dicitur: Homo non vngetur ex eo, vt voluptatem potiùs carnis amputandam intelligas, quàm officium conſecrationis. Vnctio iſta ſpiritus eſt. Vnguento itaque iſto caro hominis vngi non poteſt: quia quicumque viuunt ſecundum carnem, Sancti-ſpiritus neſciunt vnctionem.* Itaque cùm dicitur, quòd huiuſmodi oleo *caro hominis non vngatur*, non præcipitur quòd non vngatur *homo*, qui Sacerdos inauguratur; ſed quòd non vngatur caro, *vt voluptatem potiùs carnis amputandam intelligat.* Scilicet vngatur oleo ſancto Sacerdos, non Sacerdotis caro; ſic enim ſpiritualis debet eſſe Sacerdos, vt quaſi eius caro reformata ſit in ſpiritum, ſitque exors carnis; etiam dum eius caro vngitur, ac ſi exemptus ſit catne, non *caro*, ſed *homo* iam totus ſpiritualis, velut carnis expers vngi dicatur. *Vnguento itaque iſto caro hominis vngi non poteſt: quia quicumque viuunt ſecundum carnem, Sancti-ſpiritus neſciunt vnctionem.* Sic ergò caro expianda eſt, vt carneas proprietates ac voluptates deſueſcens, ad ſpiritus elogia refingatur.

3. *Exod. 30. v. 32.*

Lyranus.

Reges & Sacerdotes cur non dicuntur homines.

Anſel. Laud.

Radulphus.

Sacerdos adeò debet eſſe ſpiritualis, vt carnis expers eſſe dicatur.

Paullus ad Romanos 8. Ita ſcribit: *Non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.* Porrò homines carnales, per carnis viam ambulantes, carnalia bona ſectantur, voluptabilia probant, eligunt, ambiunt: ſpirituales verò ſpiritualia expetunt; & ſua ſtudia, curas, & actiones dirigunt, vt motibus Spiritus-ſancti obſecundent, & ſecundùm Spiritum vitam & mores componant: quo tandem beatæ æternitatis metam pertingant. Itaque homines etſi in carne ambulent, tamquam catne exempti, & prorsùs ſpirituales effecti, quaſi caro in ſpiritum recuſa ſit, ſecundùm ſpiritum ambulare debent. Quod inibi homil. 13. exponens Chryſoſtomus, ſic ad rem eloquenter ſcribit: *Non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Non ſatis*, inquit, *eſt nobis ad ſalutem, à malo declinare, ſed & bonis operibus operam dare oportet; hoc porrò erit, ſi ſpiritui animam dederimus, tunc carni perſuaſerimus proprium ordinem ſeruare,* 4.

ad Rom. 8. v. 4.

S. Chryſoſt.

Cùm caro Proprium ſuum ordinem ſeruat, ſpiritualis efficitur.

uare, locúmque agnoſcere ſuum: nam ita demum illam efficiemus ſpiritualem. Quemadmodum ſi nos ipſos ad ſocordiam ignauiámque dederimus, animam etiam carnalem efficiemus. Itaque ſicut homo per ſocordiam & ignauiam, carnalibus deliciis totus, virtutibus ſpiritualibus nemo, *animam etiam carnalem efficit*, quaſi voluptatibus obbruteſcat: ita ſi caro ipſa ſpiritui obſequium præſtare aſſueſcat, ſic ſeipſam diffitetur, ac ſenſim deſueſcit, vt *demum illam efficiamus ſpiritualem.* Quod præſtatur, cùm *carni perſuaſerimus proprium ordinem ſeruare, locúmque agnoſcere ſuum.* Res ſanè miriſſima, quòd quandò caro proprium carnis ordinem ſeruat, ſic corpoream carnis proprietatem dediſcit, vt *ſpiritualis efficiatur.* O! ſic caro de obſequio, quod ſpiritui præſtat, velut excorporata, ſe in ſpiritum ethicè ſubſtantiat, non mutatâ natura, ſed ſpiritualibus imbuta elogiis, quæ animæ rectricis vicinia illi affricat, allinit, ſpirat. O caue, ne anima in carnem ethicè degeneret: & ſollerter ſatage, vt caro in ſpiritum reformetur!

5. *Ioann. 1. v. 14.* Ioannis 1. poſt multa Verbi diuini elogia, tandem concludit: *Et Verbum caro factum eſt.* Magnum ſanè diuinæ corporationis ſacramentum! *Caro* hic, vti & paſſim in Scripturâ per Synecdochen Hebræis familiarem, *Cornel. ibi.* ſignificat totum hominem. Quaſi dicat: *Verbum factum eſt caro.* id eſt: Filius Dei factus eſt homo. Sed quare non *homo*, ſed *caro* dicit? Scilicet opponit Verbo *carnem*, quaſi ſummo imum, beato miſerum, glorioſo viliſſimum, infirmiſſimum, & ſpurciſſimum.

Abiectiſſima humana carnis elogia.

Quid enim miſerius, vilius, infirmius, ſpurciùs carne humanâ? quæ longè infirmior, miſerior, ſpurcior eſt carne pecuina; & tamen ad carnem talem demittere ſeſe dignatum eſt Verbum Dei. *S. Bernard.* Audi S. Bernardum Serm. 3. de Natiuitate: *Verbum caro factum eſt, caro infima, caro infantilis, caro tenera, caro impotens; omnis operis, omnis laboris impatiens,* *Tertullian. infrà allegandus.* Quod Tertullianus explicatiùs ediſſerit, aiens: *Terreni cenſus carnem.*

Humana carnis terrenus cenſus.

O qualia & quanta pendit humana caro redituum nomine, quoniam *terreno cenſu* obærata eſt! Quid non vile, infimum, abiectum, infirmum, inconſtans, caducum, & in matricem puluerem recidiuum, terræ cognatum non eſt? Tota hominum vilitas de *terrenâ carne* cenſetur. Audiendus eſt idem Tertullianus lib. de Carne Chriſti cap. 16. vbi carnem Chriſti ab Adamo progenitam, noſtræ ſimilem, nec ſideréæ naturæ & incorruptionis, ſic contrà Alexandrum hæreticum, à fæce peccati vendicat:

Chriſtus non in carne meliore carnem redemit.

nam, inquit, neque ad propoſitum *Tertullian.* Chriſti faceret euacuantis peccatum carnis, non in eâ carne euacuare illud, in quâ erat natura peccati. *Neque ad gloriam: Quid enim magnum, ſi in carne meliore, & alterius, id eſt non peccatricis naturæ naeuum peccati redimis?*

Nouum peccati.

Ergò, inquis, ſi noſtram induit, peccatrix fuit caro Chriſti. Noli conſtringere explicabilem ſenſum: *noſtram enim induens, ſuam fecit: ſuam faciens, non peccatricem eam fecit.* Profectò nimis detraheretur & Incarnationis myſterio, & Redemptionis ſacramento ſi *in carne meliore*, id eſt, alterius naturæ, vtrumque perageretur. De peccatrice alio qui carne, vtpotè ab Adamo prognata, iam non peccatrice, vtpotè à Verbo aſſumpta, dictum eſt: *Verbum caro factum eſt.*

---

§. CCLII.

Fraterna Charitas de concordiæ elogio, multimodè prædicatur.

1. *Geneſ. 37. v. 2.* GEneſeos 37. *Accuſauit* Ioſeph *fratres ſuos apud Patrem crimine peſſimo.* Indidem grande litigium eſt inter Expoſitores, quodnam ſit hoc peſſimum crimen, de quo fratres apud Iacobum patrem Ioſephus accuſauit. Appoſitè ad eum locum Lyranus: *Lyranus. Hebræus.* *Hebræa littera*, inquit, *non habet, crimine peſſimo; ſed ſic habet: Et retulit patri rixam eorum peſſimam; & iſtud concordat cum eo quod dictum eſt ſuprà, quòd filij Liæ deſpiciebant filios ancillarum, & ex hoc erat odium, & contentio inter eos, & iſtud in tranſlatione noſtrâ vocatur crimen peſſimum: quia ſicut fraterna charitas quid optimum dicitur, ita è contrario odium fraternum, crimen peſſimum appellatur.*

Diſ[...] ter[...] crimen [...] mum [...] latur.

Itaque crimen quod plurifariam fœcundiſſimo criminum vocabulo exponitur, eſt rixa inter fratres, ſimultas inter propinquos, & fraternæ charitatis diuortium. Sic vel vocabuli emphaſis criminosè diſcordiam culpat, & concordiam è diuerſo commendat.

5. *1. Cor. 15. v. 28.* 1. Corinthiorum 15. ad eos ſic Paullus altè ſcribit: Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia; tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, *vt ſit Deus omnia in omnibus*, id eſt (vt Anſelmus exponit) vice *S. Anſelm.* rerum omnium; ſcilicet, vt ſit ipſe noſtra vita, ſalus, virtus, copia, gloria, honor, pax, omnia bona, & finis, ac ſatietas deſideriorum noſtrorum. Aliter Elias Cretenſis in *Elias C[...]* Orat. 36. Nazienzeni num. 26. *Erit autem Deus omnia in omnibus, hoc eſt, loco cogitationum, ſermonum, & operum, in omnibus iuſtis.* Scilicet Elias accinit Nazianzeno, quem *S. N[...]* elucidat, Orat. 4. de Theologia, ibique ſic profundè ſcribit: *Erit autem Deus omnia in omnibus illo reſtitutionis tempore, non ſecùs ac ſi fax aliqua ad aliquod tempus ab ingenti rogo abſtracta, in eum rurſus adiungatur: ſed totus Deus: tum nempè iam non multi erimus, ſed toti Deiformes, totiúſque ac ſolius Dei capaces. Hæc enim ea perfectio eſt, ad quam omni celeritate properamus.*

Sicut [...] fa[...] re mi[...] & un per[...] cordiâ vn[...] plures.

Itaque Paullus ex ſententia Nazianzeni, nos properare, & in hâc vitâ mortali æmulari admonet concordiam, & vnitatem animorum, *cogitationum, ſermonum, & operum*, quæ erit in beata ac cæleſti; in quâ Deus vnus ac trinus erit in omnibus, omnéſque inter ſe, & in Deo, tamquam multæ faces quæ pyram conflant, & vnum rogum conſtituunt, Parum eſt, quòd fax aliqua è rogo ſeparata, reliquis adſimilis ſit, adſimilémque lucem, ac lucendi modum præferat, niſi eundum cum ceteris rogum conſtituat arcana quadam eſſendi ac operandi velut mixtura, qua *iam non multi erimus, ſed toti Deiformes*, & (vt dicam luculentiùs) vnus plures, ſicut multæ faces rogum vnũ ædificant, conſtituunt, conflant. Sic *erit Deus omnia in omnibus, hoc eſt, loco cogitationum,*

cogitationum, ſermonum, & operum. Sic humanæ cogitationes, ſermones, & opera ſibi mutuò conſentient, vt ſicut multæ lignorum faces vnus rogus ſunt; ſic & nos de concordiæ ſacramento, *iam non multi erimus*; ſed vnus plures: *erit enim Deus omnia in omnibus*. O hanc in cælo concordiam & vnitatem in terris æmulemur! Quam concordiæ vnitatem obnoxiùs à Patre Saluator expetiuit, *Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.*

Matthæi 6. ſolemnem orandi formulam Chriſtus omnibus præſcribit. Nota exordium haud captu facilem, & ſenſuum fœcundum: *Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum.* Quam ob cauſſam orandus Deus, *Patris noſtri* vocabulo denotetur, alias ethice expendebamus: expendere autem nunc oportet, quare Deum dum *Patrem* dicimus, eius nomen *ſanctificandum* poſtulamus? Homo tot rerum pauperrimè indiges, an non opportunius ſibi peteret *ſanctificationem*, quam Deo? Forte niſi homo ſupplex id ſuâ oratione poſtulet, Deus ſanctus non erit? Opinor, preces orantur, vbi neceſſariò cuenit, quod orando nobis adeſſe poſtulatur. Pulchrè ad rem nouum huius ſententiæ ſenſum, & cum ſententia præcedente nexum, nobis tradit S. Paſchaſius lib. 3 in Matthæum, ſic fatus: *Tunc rectè fons pacis ad alios deriuatur, cum in nobis manauerit, & omnes partes animæ ac corporis occupatas tenuerit. Oportet ergò quantum ex nobis eſt, & cum omnibus hominibus pacem habere. Deindè inter ſe, & in ſe diſſidentes iuſtitiæ affectu, ſingulos in ſe, & cum omnibus pacatos exhortando, monendo, agendo reſtituere. Vera quidem pax eſt, vbi nihil repugnat.* Obſerua attentius ſententiam, quam appoſitè ſubtexit: *Quapropter & ſi nobis pacati ſumus, ſollicitè conſideremus, ne à ſanctificatione nominis Dei in aliquo diſcrepemus: ſed Patris nomen in filijs dedicatum, vita & moribus oſtendatur. Vndè oramus, Sanctificetur nomen tuum, reuera vt nos ſancti ſimus. Igitur pax iſta non niſi voluntate bonâ nutritur.* Scilicet cùm a Deo ergà homines Patris nomen dedicatur, ab hominibúſque conſecratur præluſtre diuinæ filiationis elogium, oportet pacis atque concordiæ ſtudioſos eſſe, ne ſanctificatio diuini ac noſtri nominis, per diſcordiam perdatur. Scriptum eſt enim. *Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.* Quare moraliſſimè nos Paſchaſius admonet: *Si nobis pacati ſumus, ſollicitè conſideremus, ne à ſanctificatione nominis Dei in aliquo diſcrepemus. ſed Patris nomen in filiis dedicatum, vitâ & moribus oſtendatur.* Sic mutua concordia, ſeu fraterna charitas, diuinæ paternitatis ergà nos nomen dedicat, & nominiſque ſanctificationem beneficio pacis mirè operatur! Hanc doctrinam Paſchaſius didicit ex Auguſtino, qui lib 1. de Serm. Domini in monte, cap 2 ad illa verba, *Beati pacifici*, &c. ita ſcribit: *In pace perfectio eſt, vbi nihil repugnat: & ideò filij Dei pacifici, quia nihil in his repugnat Deo.* quaſi in eo qui pacem cum omnibus habet, nihil ſit

P. Didac. Celada id Suſannam.

quod Deo repugnet ... ... cat & in ... ... Dei nomen & elogium, ... concordiæ priuilegio mereatur. Hic Hic verſ. 53 nunc videlicet ... nequam Senes procul ab innocentiam ſeparatos, confeſtim proprij etiam oris teſtimonio atrociter prædamnari, mutuæ inter ſe diſſenſionis ſuffragio.

Iacobus in ſua Epiſt. Canon. cap. 1. Patientia, inquit, opus perfectum habet: *vt ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Quidam Interpretes τὸ *integri*, ita accipiunt, vt opponant multis; & ſenſus ſit: *Vt ſitis integri*, id eſt, non diſtracti diſſidiis: diſſidia dum membra diſtrahunt, vetant quò minus corpus ſit integrum. Itaque præſcripta verba non ad ſingulos videtur Iacobus referre, ſed iunctim ad omnes, quò ſic vnum corpus efficiant & integrent. Et ideò de concordia, & animorum coniunctione Apoſtolum loqui cenſent. Et eodem ſenſu intelligunt dici *perfectos*, & in *nullo deficientes*, quaſi nulla ex parte diminutos per ſchiſmata, & per diſſidia diuiſos; vt Chriſtiana fidelium congregatio, non mutila ſit vllius membri diſtractione, ſed integra atque perfecta, vnanimi concordiæ priuilegio. Cui expoſitioni fauet Moyſes: nam vbi Vulgatus habet: *Viri iſti pacifici nobis ſunt*, Aquila ex Hebraicâ origine vertit. *Viri iſti conſummati, atque perfecti ſunt.* quaſi vir pacificus, & de concordiæ elogio ſtabilis, homo *integer* ſit, *conſummatus*, atque *perfectus*, atque adeò *in nullo deficiens*. Qui autem rixis & ſimultatibus de facili offenditur, non integer, ſed mutilus habeatur.

Matthæi 5. cenſus concordiæ pacificis ſubliſſimè traditur: *Beati*, inquit, *pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.* Magna ſane pacificorum laus, & concordiæ meritum, quod nuncupatim diuinam ſibi vendicat filiationem. Hem! ſic nobilitatur concordia, vt præluſtre hoc elogium mereatur. Sic virtutes reliquæ ſine fraterna charitate, & mutuâ concordia propè vileſcunt, vt generoſum Filiorum Dei nomen mereri minimè dicantur? Luculenter Auguſtinus: *Meritum Chriſtianæ virtutis*, inquit, *vileſcit in cunctis, ſi vnitatem non habet pacis.* Sic ceteras virtutes pacifica concordia generoſè nobilitat.

Prouerbiorum 12. ſic nos erudit Salomon: *Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.* Scilicet impij non ſolum ſtudent pios fraudare bonis, ſed & ſpoliare vita: tum vt faciliùs bona eorum occupent, tum quia oderunt eos, eorumque pietatem ac virtutem, quæ quaſi ſudes in oculis ipſorum impietatem aſſiduè pungit, cruciat, & flagellat. Inde voluntatum diuortia, & diſcordiarum origo. *At os iuſtorum liberabit eos.* Quos? eos ſcilicet, quorum ſanguini inſidiantur impij. *Sicut os Danielis liberauit Suſannam ad mortem iniuſtè condemnatam*, ait ibi Lyranus. Cui adnuit Caietanus indidem: *Sapè*, inquit, *contingit impios occultè tendere ad effuſionem ſanguinis innocentis, & ad hoc verbis ſuis operam dant, occultè tamen, tamquam per inſidias. Sed diuina benignitate ſæpe quoque euenit, vt verba rectorum faciant euadere eos*

Margin notes (right column):
4 Iacob. 1. v. 4. P. Daza ibi.
Pacificus, homo integer eſt, alioqui mutilus.
Geneſ. 34. v. 21. Aquila.
5. Matth. 5. v. 9.
Concordia reliquas virtutes nobilitat.
S. Auguſtin. apud Euſeb. homil. 4. §. 1.
6. Prouerb. 12. v. 6.
Os Danielis Suſannam ab inſidijs liberat.
Lyranus.
Caietanus.

quibus impij inſidiantur. Itaque Daniel [illegible] ctu ſi aternæ charitatis ardens [illegible], odoratur inſidias, quas malitioſ[illegible] ſtrudebat Senes innocenti ſanguini clanculum molicbantur, ſed ore cœl[illegible]s ſagaciſſ[illegible]mo, caritatis vindex, Suſannam liberat, & Seniles

Salazar. iuueniliter la[illegible] ciuiam damnat. Noſtet Salazar ibi *te eos* (cum dicitur, *Os iuſtorum liberabit eos*) non refert ad i[illegible]lo[illegible]s quibus impij inſidias parant, ſi[illegible] generatim, ſi [illegible] ternæ charitati[illegible] dilatatione præmaturè Euangelica, ad ſolos impios refe[illegible]t. Quaſi dicat Salomon: Iuſti non ſolum ſe non pati, ſe[illegible] etiam ipſos a quibus fraudulentis acc[illegible]ſati[illegible]nibus damnantur, eos inquam ipſi teſtimonio ſuo abſoluunt. Chriſtiana enim charitas non modò ſeipſam, ſed (ad virtutis redundantiam) alios etiam tuetur & ſaluat. Quod

Virtus non modo ſeipſ. ſed & impios tuetur.

Caten.Græc. Auctor Catenæ Græcæ his verbis e[illegible]t: *Os iuſtorum liberabis eos Enimuero virtus earum eſt virium, vt non modo ſeipſam adiuuet atque defendat, ſed alios propugnet, opémque ope di[illegible] itutis ferat.*

---

§. CCLIII.

Pœnaliſſimum conſcientiæ tormentum, quandam delicti pompam ſumptuoſiùs oſtentat.

1. NEmo ſui aſylum habet, qui male egit: nullam aget idoneam fugam, vbi, licet tutus ſit ſecutus maneat: quia ipſe ſe vbique inſequitur, & perſequitur, & conſcientiæ ſtimulo exagitat. Paueſcit, vbi putabat non metuere: non timebit inimicos, & erit in ſe quid timeat. Fugit lictorem, ſpiculatorem, carnificem; non ſufficit, ſe acerbiorem animitùs carnificem non euaſit. Formidabit etiam tutus, etiam tuta. Mala conſcientia ſemper eſt ficti periculi anxia titubatio. Non animo poteſt confidere, etiam qui fidem in tyranno inuenerit. Putauerim non abſimili ſupplicio in nos animaduertiſſe naturam, ac barbari illi, qui damnatos vinciebant cadaueribus, vt fœtore torquerentur. Alligatum nobis ſupplicium eſt poſt culpam, cuius cadauer ſupereſt, pauor, pudor, & *noctè diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.* Sæpè atrocius morte malum eſt, vitam conſcire malam.

Ferè ex Euſeb. lib.2. de Arte volunt. cap.38.

Quàm acerbè reſcientia excrucietur.

2. Geneſeos 3. Adam ille humani generis priùs homicida, quàm conditor, inter paradiſeas conſtitutus delicias, iuſſus ab vna arbuſcula temperare, ſic interim importunam nouit, vt velut nauſeans ad reliquos ſapide edules fructus, vetitum ederet, quod adhuc crudum male ructat poſteritas tota.

Geneſ. 3. v.22. & 23. Condignà flagitij pœna mulctatus Adam, illi Deus tempeſtiuo ſarcaſmo illudit, & ait: *Nunc ergò, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis.* Eane præcipua cauſſa Adami eiici[illegible] [illegible]ti quia [illegible]is ingrat[illegible]ſſimè præuaricator, & cunctæ p[illegible]ſteritatis euerſor, [illegible]nus e[illegible]t, qui [illegible]ar[illegible] voluptati fruereto? Imo & æquum videbatur, vt confeſtim

poſt [illegible] ſcelus, paradiſi [illegible] ſolio, [illegible] præuaricator [illegible] temporis [illegible] deliciis [illegible]. Verùm comm[illegible] hæc in paradiſo [illegible] poſt d[illegible] ſuſ[illegible] pœnæ [illegible], vel non inſ[illegible] pœna, quà [illegible] poſt [illegible] reatum [illegible] moleſtaretur. Bellè [illegible] Arnoldus Carnotenſis de Opere ſex dierum [illegible] hæc [illegible]. *Et emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis. Non ſtatim poſt præuaricationem [illegible] eſt homo de paradiſo voluptatis, ſed conſ[illegible]io ſ[illegible]leris, nihil deliciæ paradiſi conferebant.* Conferunt qui[illegible]em deliciæ peccatoribus vt [illegible], nihil peccantibus conferunt vt gaudeant. Conſcientia peccati Adamum etiam dum in paradiſo verſatur, a paradiſo voluptatis ablegat, & [illegible] lus con[illegible] [illegible] [illegible] in paradiſo [illegible] [illegible] conſcientiæ [illegible], & [illegible] ſui paradiſi ab[illegible]. Parum foret Adamum extra [illegible] in paradiſo [illegible] ipſo etiam paradiſo [illegible] [illegible] in paradiſo [illegible] ſenteret. Conſul[illegible] Deus moram [illegible] paradiſi aduoca[illegible] pœnitentiæ auxi[illegible] [illegible] accer[illegible]t. Paradiſus peccanti Adamo [illegible] paradiſus, quia *conſ[illegible]io ſceleris nihil deliciæ paradiſi conferebant,* quocirca *non ſtatim poſt præuaricationem [illegible] eſt homo de paradiſo voluptatis.* L[illegible]ter qui[illegible]em Arnoldus [illegible] [illegible]æ domeſ[illegible] [illegible] [illegible].

In eodem Geneſ. 3. cap. [illegible] narrat, quòd vbi [illegible] quit; cum audiſſent [illegible] D[illegible] deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, *Abſcondit ſe Adam & [illegible] a facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* F[illegible] peccator Deum [illegible] [illegible] tus adeſt [illegible] ſ elogio æque [illegible] tiſſimus. Deum, quin & ſeipſum [illegible] fu[illegible]t; Dum ſcelerum ſ[illegible] vind[illegible] & [illegible] mentis a[illegible]iores minas [illegible] ate excutiet, nullo al[illegible]s pœnæ [illegible] redimet. Modulatè Claudius M[illegible] V[illegible] lib. 1. Poemat. in Geneſim, de hac P[illegible] parentum inconſulta fuga ſic pang[illegible]: *Nec ſatis ignorant, quid agant, quá crimen inustum, ſeque ipſos fugiant: cuperent ſi fortè pateret, condere ſe barathro. Vſque adeo contermina pœna culpa ſua eſt, vt iam miſeros mortale pauentes mortis imago iuuet, ſiluæ vmbroſique luſtra obtendunt [illegible] ſolatia [illegible] tenebris* [illegible] Barat[illegible]um expeterent, & [illegible] [illegible] quam nec morte pe[illegible] [illegible] [illegible] cuſſiſſent. Fruſtra [illegible] iam [illegible] *contermina pœna culpa ſua eſt,* [illegible] & [illegible] quam nec morte pe[illegible]cat[illegible] [illegible] uaciùs ſemper exa[illegible] ad [illegible] tius, quo [illegible] conſ[illegible] a [illegible]. F[illegible] de Cain [illegible] ſubdit [illegible]: *Et quia te [illegible] placuit, tibi primus v[illegible]es inuentor mortis, [illegible] moriere peremi. Perpetuumque [illegible], mor[illegible] vt tibi [illegible]ga timorem [illegible] dabo.*

4\. Iſaiæ 66. v. 24.

Iſaiæ 66. *Et egredientur* (Beati in finali iudicio ,) & *videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me : vermis eorum non morietur , & ignis eorum non extinguetur : & erunt vſque ad ſacietatem viſionis omni carni.* Quaſi parum foret dixiſſe, quòd Beati è cælo egredientur, & *videbunt* cadauera damnatorum, addit proſtitui vſque ad ſacietatem *viſionis* omni carni. Quorsùm repetit tanto verborum apparatu , miſeros damnatos à tantâ hominum multitudine *videri* ? S. Bernardus præſcripta verba exponens de conſcientia, ita reſpondet : *Vt pro multitudine intuentium ſit confuſio multa. At nullus de tanta numeroſitate ſpectantium moleſtior oculus, ſuo cuiuſque. Non eſt aſpectus ſiue in cælo , ſiue in terra , quem tenebroſa conſcientia ſuffugere magis velit , minùs poſſit. Non latent tenebræ vel ſeipſas. Se vident, quæ aliud non vident.* Pergit, præſcriptum Prophetæ locum de conſcientiâ exponens: *Hic eſt vermis qui non moritur , memoria præteritorum. Semel iniectus , vel potiùs innatus per peccatum , hæſit firmiter, nequaquam deinceps auellendus. Nec ceſſat rodere conſcientiam , eâque paſtus , eſca vtique inconſumptibili , perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis , & vitæ morientis. Hæc eſt ſecunda mors quæ nunquam peroccidit, & ſemper occidit.* Longulè, ſed bellè conſcientiæ tormentum Bernardus ediſſerit. Hinc Suſanna pulchro conſcientiæ ſuffragio it alacris ad turpem cruentæ mortem: ſceleroſiſſimi autem Senes dum malitioſè damnant caſtum innocentiæ nitorem , conſcientiæ teſtimonio , carnificum officium acerbiùs anteuertunt. Porrò *nullus de tanta numeroſitate ſpectantium moleſtior oculus ſuo cuiuſque. Non eſt aſpectus , quem tenebroſa conſcientia ſuffugere magis velit , minùs poſſit.*

Quàm ſit moleſtus conſcientiæ aſpectus.

S. Ber. l. 5. de Conſid. c. 12.

... conſcientia perpetua ... morſicans.

Hic verſ. 51. 52.

5\. Ierem. 17. v. 1.

Ieremias cap. 17. ſic Iudæis durè prophetat : *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum.* Nempe peccatum Iudæorum inſculptum , & quaſi ſtigmate notatum eſt ſtylo ferreo in tabula vel lapide adamantino, id eſt , in eorum corde adamantino , hoc eſt duriter obſtinatiſſimo , vt in perpetuum maneat indelebile, ſempérque legi poſſit. Verſio Arabica : *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt calamo ex ferro ſuper vngues vnguis obſignatum in ianuis cordis eorum.* Origenes homil. 12. in Ierem. ſic locum moraliter exponit : *Cùm conſcientia peccati imaginem ſumpſerit , habeo formam illius , & ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et quidem ſi eſſet peccatum atramento conſcriptum , deleri poſſet, ſed ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino ſuper pectus cordis.* Benè eſt , peccatum cuiuſque ſcriptum ſit in propria peccatoris conſcientia , non atramento delebili , ſed ſtylo ferreo inſculptum in adamantina cordis tabula , ſeu in pectoris ianuis ; quò æternum perduret , de facili legi poſſit. Sic ergò ſcribatur peccatum in conſcientiæ charta. Sed quid eſt , quod ait Origenes : *Ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur?* Quæ eſt hæc *pompa* , ſeu ſolennis oſtentatio triomphi , ſub cuius ſpecie delictum in conſcientia depingitur ? Nimirùm in opere metum delictum eſt : illud autem delictum tranſlatum ad conſcientiam , non ſolum delictum , ſed quamdam *delicti pompam* attentat : quaſi conſcientia inſolentem delicto apparatum , & nouam oſtentationem fœneret. Pompale in conſcientia apparet delictum, in quà ſceleris pompam ſumptuoſiùs oſtentat , dum triumphum de ſe agit, aut præfert , aut quidpiam pompaticè funebre. Hàc conſcientiæ pompâ funeſtatur ambitioſa delicti vanagloria.

... cus.

... genes.

Delicti pompa in conſcientia ... ſumptuoſius depingitur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Salomon Prouerbiorum 13. appoſitè hanc morum gnomen ſceleſtis proponit : *Peccatores perſequitur malum : & iuſtis retribuentur bona.* L X X. Interpretes ſic locum extribuot : *Eos qui peccant perſequuntur mala.* Malum accipe tum culpæ , tum potiùs pœnæ, ſupplicij , & vindictæ. Culpa enim admiſſa perſequitur eum qui illam admiſit , iugitérque eius conſcientiam ſtimulat , pungit, angit , cruciat , abſrodit , lancinat , vt vbique criminis ſui conſcius paueat , trepidet, & carnificem , vel vindictam Dei meticuloſus expectet. Pulchrè S. Baſilius magnus apud Antonium in Meliſſa parte 1. Serm. 16. quaſi exponat præſcripta Salomonis verba, *Peccatores perſequitur malum* , ita ſcribit : *Sicut vmbræ corpora , ſic peccata ſequuntur animas , & manifeſtas facinorum repræſentant imagines.* quaſi peccatum commiſſum ſit animæ *vmbra* , quæ peccatorem quoquouersùm ſequitur , & perſequitur : & tamquam vmbra , ſeu vmbratilis larua illum ſemper minis territat , & pauores ingerit horrendos in malæ conſcientiæ nocte. O terrificas ſcelerum vmbras , è tartaro minaces , de gehennâ incendiarias , de inferno truces ! Addit emphaticè , in obſcurâ peccatoris conſcientia *manifeſtas facinorum imagines repræſentari* ſcilicet cùm ſcelerosè delinquit peccator , ſub nubilo obſcure confuſaneo, delicti grauitas obuerſatur menti ; at feruore delicti iam tranſacto , dum animus ſerenatur , deformior flagitiis enormitas impreſſiùs apparet , & conſcientia *manifeſtas facinorum imagines repræſentat.* O time conſcientiæ carnificinam , & manifeſtam peccati deformitatem.

6\. Prouerb. 13. v. 21.

LXX. Interp. Cornelius.

Peccatū velut vmbra peccatorem ſequitur , & perſequitur.

S. Baſilius Antonius.

In conſcientia repræſentantur manifeſta ſcelerū imagines , & nuda peccati enormitas.

§. CCLIV.

Senectus vitiis inueterata, indocilis eſt, inflexilis, & in malitia penè obſtinata.

1\. S. Iſid. Peluſ.

SAnctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 314. ita ſcribit : *Cani effuſi ſunt in Ephraim, & ipſe ignorauit, vitioſis nimirùm affectibus iuueneſcens. Eodem modo tibi quoque ingens annorum turba canitiem inuexit , & tamen rigidum & inflexum animum habes.* Nihil , opinor , æquè timendum eſt in ſenectute vitiis canâ , & in multâ annorum turbâ immaturè iuueneſcente, quàm quòd *rigidum & inflexum animum* , ſi non inuenit, facit. Hominem ſexagenarium vitiis innutritum, nemo prudens

Senectus vitiis inueterata, reformari non poſſe dicitur.

cogitat velut pupillum trahere ad tutelam virtutis, ſub eáque illum continere. *Reſpice ætatem eius iam duram & intractabilem, non poteſt reformari. Tenera finguntur*, ait Seneca. *Intractabilis* ad rem virtutis dicitur ſenum ætas vitiis adſueta; *inflexo animo dura*, rigida, flectineſcia, & quæ ad virtutem *non poteſt reformari*: quaſi cum canis ebiberit pertinaciam, quâ impreſſiùs deprauatus, deſperationi ſit proximus. O quàm eſt arduum, malitiam ſenectute inolitam, & canis *intractabilem* reformare, flectere, recurare.

Senec. Ep. 25.

2\. Lucæ 12. ſic homines iubet eſſe Chriſtus: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. In confeſſo eſt apud Commentatores hic agi de horâ mortis, in quâ Dominus veniet, vigiles & paratos remuneraturus; acerbiùs autem puniturus deſides, & imparatos. Vnde de Iudicis aduentu ſubdit: *Et ſi venerit in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigilia venerit, & ita inuenit, beati ſunt ſerui illi.* Cùm in quattuor vigilias diuidatur noctis cuſtodia; & hæ quattor vigiliæ reſpondeant quattuor hominum ætatibus, nimirùm pueritiæ, iuuentuti, puerilitati, & ſenectuti, teſte Tito Boſtrenſi; ſagaciùs quæritur à Commentatoribus, cur primam & quartam vigiliam omiſerit. Et de prima, quæ adſcribitur pueris infrà pubertatis annos adhuc conſtitutis, leue dubium eſt, cùm vix ſint malitiæ compotes per imperfectam aut nullam arbitrij libertatem. Graue autem & arduum, cur intermittatur quarta vigilia, quæ ſenectuti adſcribitur. Quâ ſuper re multis aliàs philoſophati ſumus. Nunc iuuat Cardinalis Toleti verba proponere ad rem in paucis tempeſtiua. Sic ſcitè ſcribit in Lucæ cap. 12. Annot. 67. *Dices, cùm quattuor ſint vigiliæ noctis, cur non meminit quartæ? Reſpondeo, quia rariſſimi ſunt, qui ad extremum vitæ differentes benè operari, inueniuntur ita facientes, ne etiam pigros faceret, ſi eius meminiſſet.* Itaque conſultiſſimè ac moraliſſimè Chriſtus Deus intermittit quartam vigiliam, ne in eâ ſenectus vitiis aſſidua, Chriſtum aut morum reformatorem, aut bonorum remuneratorem expectare dicatur, *ne pigros faceret, ſi eius meminiſſet*. Sic eſt rarum inueterata vitia recurare, & inolitos in ſenectute mores exuere, vt præcaueat vel ſpem illis proponere; ne ſi conuerſionis in cana ſenecta eluxerit certa ſpes, in præcedentibus vitæ ætatibus, ad virtutem, & morum reformationem deſides pigreſcerent. Vnde in quarta vigilia intermittitur iniectæ ſpei facile illicium, quaſi in cana ſenectute vitiis inueterata, morum in bonum mutatio propè deſperetur. Sic annoſa ſenectus *rigidum & inflexum animum habet*. Tenera finguntur: dura verò ſic perdurare ſolitant.

Lucæ 12. v. 38.

Titus Boſtr.

Toletus

Cur quarta vigilia, id eſt, ſenectuti, ſpes non iniicitur.

3\. Separatis ab inuicem nequam Senibus, fallaciſſimis falſi criminis impoſtoribus, & totius tragœdiæ malè arbitris, puer Daniel pudicitiæ damnatæ ſequeſter, alterutri dixit: *Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua quæ operabaris priùs.* Meritò Daniel Senibus ſceleroſiſſimis dierum malorum vetuſtatem exprobrat, & de annoſitate criminis temeritatem impudenter audacem exaggerat quaſi flagitij animoſitatem, & impunitatis fiduciam (ſicut criminis impoſiti auctoritatem) in canis ſitam eſſe præſumant, *ſpem omnem in annorum numero collocantes*, vt appoſitè dixit Emiſenus. O *inueterati dierum malorum* Senes, qui in vitiis enutriti, ſpem in ſenectute ponunt; indè fiduciam concipientes, vnde ferè deſperationi proximi eſſe potuiſſent. Heu canorum malitiam propè incurabilem! Faciliùs forſan numeroſi anni recurari poſſent, quàm vitia annoſitate inolita.

Hic. verſ. 52.

Friuola ſpes eſt in annorum numero collocata.

Emiſ. homil. 5. ad Monachos.

Oſee 7. de ſceleroſo Iſraëlis populo ſic prophetat: *Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. Et humiliabitur ſuperbia Iſrael*, &c. Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd homo valdè ſenex ſenem ſe eſſe neſciat. Virium imbecillitas (vt alia deſint) ſenectutis vel nolentem admonet: & canis albicans caput, annoſitatem oſtendit, & vetuſtatem demonſtrat. Quis eſt tam à ſe alienus, & ignarus ſui, qui ſe eſſe ſenem ignoret? Hanc Prophetæ ſententiam his verbis inibi Hieronymus ad impios refert: *Sed & cani*, inquit, *effuſi ſunt in eo, imò efflorueruni, id eſt, multo errauit tempore, & nihilominùs ignorauit ſenectutem, & vetuſtatem ſuam, de qua ſcriptum eſt: Quod veteratur & ſeneſcit propè exterminium eſt. Et ſi ad iuſtum virum dicitur: Cani hominis ſapientia eius; quare non dicatur ad iniquum: Cani hominis ſtultitia eius. De hac ſenectute Daniel dicebat ad Presbyterum: Inueterate dierum malorum.* Heu cani peccatoris ſtultitia eius! ſic inueteratus dierum malorum ſtulteſcit, vt adhuc canus ſenectutem ignoret, & moribus iuuenis, vetuſtatem deſuëſcere putet? *Qui multo errauit tempore*, procul dubiò errabit, nec ſe errare cognoſcit erroribus adſuetus. *Cani hominis ſtultitia eius.* Canam ſtultitiam quis ſapere faciet? indocilis eſt. 4.

Oſee 7. v. 9.

S. Hieron.

Cani peccatorum ſtultitia eius ſunt.

ad Hebr. 8. v. 13.

Sapient. 4. v. 8.

Rurſùs ſemel expenſus locus ex Lucæ Euangelio, ſupereſt expendendus. Expectantibus enim hominibus Dominum ſuum, ab eis operationum rationem exacturum, dicitur: *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* Nuper cum communi Interpretum addubitabamus, cur omiſerit eos, qui quartam, & poſtremam noctis vigiliam agunt, nempe ſenes, qui vltimam agunt vitæ ætatem. Ij ne intermiſſione negliguntur? an indè multò ſolicitiores redduntur, de reddenda vitæ ratione viciniâ approximante. Tempeſtiuè S. Gregorius homil. 13. in Euang. hac de re ita ſcribit: *Etſi venerit in ſecunda vigilia, etſi in tertia vigilia venerit, &c. Horam vltimam*, inquit, *Dominus noſter idcircò voluit nobis eſſe ignotam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta..... Quia ergò & venturæ mortis tempus ignoramus, & poſt mortem operari non poſſumus, ſupereſt vt ante mortem tempora indulta rapiamus.* Itaque tēpora, quæ de ſenectute antè mortē accipimus ad morum reformationem (ſi fortè aliquandò id accidat) *rapere* eiuſmodi 5

Lucæ 12. v. 38.

S. Gregorius

Vitioſus ſenex, ſi aliquod virtuti tempus impendat, rapere, & furari dicitur.

modi tempora perhibetur. O quàm multa vno verbo ethicè compendiauit Gregorius! Nempè vitiis ab infantiâ ad ſenectutem vſque inutritus, ſic medullitùs conuiſcerauit malitiam à cunis inolitam, vt ſiquod ei tempus in ſenectute detrahat, vt impendat pietati, illud furto *rapere*, ſeu furari dicatur. quaſi *inueteratus dierum malorum*, tempus ſenectutis non habeat ſuum, ſed alienum ſcilicet vitiorum. Vndè ſi fortè aliquod tempus virtuti impendit, quaſi rem non ſuam, ſed diuturnitate male viuendi à ſe abdicatam, velut furto *rapere* perhibetur. Proh quàm rarò ſenectus vitiis inueterata, hoc ſibi tempus *rapit!* Nil tam hominis eſt, quàm tempus vitæ ſuæ; hoc in ſenectute à vitiorum dominio benè furax *rape*, vt cum bono latrone cælum rapere valeas. *Supereſt vt ante mortem tempora indulta rapiamus.* Moraliſſimè quidèm de more Gregorius!

6. 3. Regum 3. Salomon in ſui regni auſpicio, ſic orat Deum ſceptri præbitorem: *Ego* [3. Reg. 3. v. 7. & 9.] *autem ſum puer paruulus.... Dabis ergò ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit.* ſum, inquit, puer, id eſt, valdè iuuenis, rudis, & inexpertus, ideóque quaſi puer ad tantum onus, ſcilicet ad regimen tanti populi Iſraëlis, ex me inidoneus: Salomon enim hoc tempore vigeſimum agebat annum (vt inibi latiùs adſtruebamus) Petit ergò *cor docile*, id eſt, doctrinam excipiens, flexile ad ſapientium conſilia audienda, & exequenda: ne propoſito, quod ſemel inconſultè arripuit, pertinaciùs adhæreat. [*Inueteratus dierum malorum, indocilis eſt ad rē virtutis.*] Meritò autem ſe *puerum paruulum*, ſeu iuuenem viginti annos natum dicit, cùm ab alio expetit doctrinâ, & virtute erudiri, poſtulans ſibi *cor docile*: nam ſenex ille apud Theogenem non eſt veritus dicere: *Ne doceas, ætas me facit indocilem.* [Theogenes.] Scilicet hoc deerat ſenectuti, vt vitiis adſueta, *indocilis* eſſet ad virtutem. Tenera flectuntur, finguntur: in rudibus pueritiæ annis *cor docile* eſt: maior autem ætas *dierum malorum inueterata*, *indocilis* planè eſt, dura, flecti-neſcia, & obſtinationi proxima.

7. Prouerbiorum 22. Prouerbium eſt, ait Salomon: *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet ab eâ.* [Prouerb. 22. v. 6.] Quaſi dicat: Prouerbium vulgò receptum, & communi vſu iugíque experientiâ comprobatum ſancitúmque, ideóque veriſſimum eſt, puerum viam, id eſt modum viuendi, quem à teneris edoctus fuerit, hauſerit, imbiberit, ita vt ei aſſueuerit, retenturum vſque ad ſenium, & vſque ad finem vitæ, Imò vſque ad ſepulcrum, iuxtà illud Iobi: *Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius, & cum ipſo in puluere dormient.* [Iob. 20. v. 11.] Cur, quæſo, non dicit, Caro, quæ mollior eſt, & indè vitiis magis obnoxia? ſed *Oſſa eius?* Planè quia ſicut quæ oſſibus inſident, cum ipſis dureſcunt ac durant, ita protsùs vitia iuuentutis, quotidiè duriora exiſtunt, adeóque inoleſcunt & inſoleſcunt, vt etiam in ſenectute ſolidentur, & quod deterius eſt, non imminuta, ſed plerumque multiplicata. [*Vitia adoleſcentiæ obdurātur & durant in ſenectute, & in ſepulchro.*] ita ex S. Gregorio adnotat Cornelius ad eum Prouerbiorum locum. Qui addit ex Titelmano: Iuuentutis [S. Gregorius. Cornelius. Titelmanus.]

P. Didac. Celada in Suſannam.

vitia cum peccatore *in puluere dormient*, hoc eſt, in ſepulchro reponentur: nam cùm cetera omnia poſt mortem relinquantur, ſola opera ab incunabulis vſque ad ſepulcrum mortuos conſequuntur. [*Mortuo mederi, & ſenem docere, idem eſt.*] Item dicuntur *oſſa* vitiis inolita, quia vſque ad ſenium obdureſcunt & durant: *Grandior ætas* (ait Seneca) *dura & intractabilis, non poteſt reformari: tenera finguntur.* [Seneca epiſt. 25.] Sententiosè Diogenes: *Mortuo mederi, & ſenem docere, idem eſt.* [Diogenes]

---

§. CCLV.

Mortis memoria victricem mortem deuincit; venenatam vitiorum tineam inhibet, mundóque mutos facit.

SAnctus Gregorius Magnus homil. 13. in Euang. ex illis Domini verbis: *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi*, omnes ad exſomne ſtudium virtutis, ex mortis expectatione continua neruoſiùs adhortatur: 1. [Lucæ 12. v. 38. S. Gregorius.] *Horam vltimam*, inquit, *Dominus noſter idcircò voluit nobis eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta: vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. Quia igitur momentis ſuis horæ fugiunt, agite fratres chariſſimi, vt in boni operis mercede teneantur. Audite quid ſapiens Salomon dicat: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus nec ſcientia, nec ratio, nec ſapientia erunt apud inferos, quò tu properas.* [Eccl. 9. v. 10.] *Quia ergò & venturæ mortis tempus ignoramus, & poſt mortem operari non poſſumus, ſupereſt vt ante mortem tempora indulta rapiamus: ſic enim mors ipſa cùm venerit, vincetur, ſi priùs quàm veniat, ſemper timeatur.* [*Aſſidua mortis memoria inuictā mortem vincit.*] Sic morti inſultare licebit cum Propheta: *Vbi eſt mors victoria tua?* Mors enim præcogitata mortem ipſam exarmat, vincit, detriumphat: *Sic enim mors ipſa cùm venerit, vincetur, ſi priuſquàm veniat, ſemper timeatur.* [1. Cor. 15. v. 55.] Nimirùm bellua illa immanis, omnium retrò ſeculorum horror, aſſidua illius cogitatione domatur, vincitur, proculcatur. O! de facili vinci poteſt, quod ſola cogitatione vincitur. Sibi inuidet victoriam de morte, qui de morte aſſiduè non cogitat, qui illius memoriam tamquam ſibi moleſtam excutit, qui illam ſemper timere negligit. Nam qui mortem aſſiduè obuerſat memoriæ, & timore continuo honorat, illi inſultare impunè poteſt, dicens cum Propheta: *Vbi eſt mors victoria tua.*

Oſee 13. ita ſcribitur: De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos: *Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne.* 2. [Oſee 13. v. 14.] Syrus ſecutus LXX. interpretes, quos etiam Paullus ſequi videtur 1. Corinth. 15. v. 54. & 55. [Syrus. LXX. Interp. 1. Cor. 15. v. 55.] ſic locum vertit: *Vbi eſt igitur victoria tua, ô mors? aut vbi eſt aculeus tuus inferne?* Arabicus [Arab. Ant.] Antiochenus, *Vbi eſt cauſſa tua* (lis tua, ius tuum) *ô mors? vbi telum* (vel gladius) *tuum, ô inferne?* Appoſitè ad rem Arabicus Alexandrinus, *Vbi nam ſcientia tua, ô mors? & vbi ſpina tua?* [Arab. Alex. *Spina mortis.*] Itaque victoria illa, quàm tot retrò ſe-

culis mors de omnibus reportabat, in *lite* poſita eſt; iubetúrque oſtendere quo iure victrix ſemper mors habeatur, dum dicitur: *Vbi eſt mors cauſſa tua*, id eſt, *ius* tuum, vel *lis* tua? Vndè quæ *victoria* erat, iam *cauſſa* eſt? *lis* imò & cauſſa cecidit, litem perdidit, & antiquum *ius* tot ſeculis ratum ad eiuſmodi *victoriam* amiſit? Opinor, litteraliſſima occaſio fuit Chriſti Dei mors, qui ſua morte mortem abſorbuit: cauſſam verò ethicam dedit Syra Alexandriæ ex criptio, quæ pro illis verbis, *Vbi eſt mors victoria tua?* vertit, *Vbinam ſcientia tua, ô mors?* quaſi mortis *ſcientia* mortem vicerit. Altè quidèm! Nempe victoria, quam paſſim reportabat mors, iam nulla eſt, & nuſquam apparet, ſi in mortalibus *ſcientia* mortis ſit. Quantumuis hactenùs victorialis ſemper mors, antiquum ſuum *ius* ad *victoriam* alleget, *litem* perdet, ſi *ſcientia* mortis, & eius adſit aſſidua meditatio. Morti ergò Propheta inſultat: *Vbi eſt mors*, iam non *victoria*; ſed *ſcientia tua*, quâ non modo victorialis mors, ſed vel mors eſſe deſiiſti, aſſiduâ tui recordatione deuicta, profligata, & ad nihilum redacta? O! ſic *ſcientia* mortis, vel eius cogitatio, morti victoriam præripit, illámque detriumphat? Aſſidua mortis memoria, imbecillum & ignobile ipſius mortis nullificamen eſt. Infirmus ſanè hoſtis eſt, qui cogitatione deuinci poteſt. Nemo hanc ſibi victoriam inuiderit facile parabilem.

Mortis ſcientia victricem mortem deuincit.

3. Habacuc cap. 3. ita pangitur: Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius: *Ante faciem eius ibit mors. Et egredietur Diabolus ante pedes eius.* Moraliſſimè quidèm: ante cuius faciem præit mors ſemper oculis obuerſata, & penitiùs inſpicienda; ante pedes eius Diabolus egreditur proculcandus. Verùm LXX. interpretes, Theodotion, & alij; aliis punctis pro *morte* legunt λόγος, id eſt, *verbum, ſermo, ratio.* Quod eſt hoc *verbum* ſeu *ratio*, quæ mortis præeuntis, & ante faciem ſpectatæ, vices ſubſtituit. S. Cyrillus inibi apud Catenam Corderij, ita ſcribit: *Ante faciem eius ibit verbum. hoc eſt, fama erit & rumor multus ante ipſum.* O quàm facile pedibus Diabolus teritur & conculcatur, ſi ante faciem mortalium cogitata mors, & *ratio* ſeu *verbum*, id eſt, illius *fama*, & iam aduentantis *rumor* præeat. Nexum rationis, ſeu potiùs cogitationis cum morte, luculenter ediſſerit Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom. ſic fatus: *Iam vt mors eſt ſeparatio animæ à corpore; ita cogitatio eſt mors rationalis abducens & ſeparans animam à motibus & perturbationibus, & deducens ad vitam beneficentiæ & bonarum operationum, vt tunc Deo dicat liberè: Viuo ſicut vis.* O antè faciem mortalium præeat mors, quæ ſi præierit, præit etiam λόγος, id eſt, *verbum*, ſeu *ratio*; & indè agendorum attenta *cognitio*, vel cogitatio, qua eualebit Diabolum hactenùs inuictum, pedibus proculcare. Itaque antè cuius faciem it mors, præit etiam attenta cogitatio, qua ſe ad *rationis* normam adamuſſim componit. Quid vtilius? quid optabilius?

Habacuc 3. v. 5.

LXX. interp. Theodotion.

Ante cuius faciè it mors, præit etiam ratio.

Clem. Alex.

4. Prouerbiorum 25. ita ſcribit Salomon: *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Maximè verò hæc veluti à tinea corroſio cernitur in peccatoribus, quibus mala conſcientia parit vermem, id eſt, remorſum conſcientiæ, qui eos perpetuò corrodit. Sicut ergò teredo, teſte Plutarcho in Sympoſ. ex putredine oritur, ſic triſtitia naſcitur ex conſcientiæ per peccatum putrefactione. Ex putrefactione etiam meditatá noſtri corporis cadaueraſcentis in ſepulcro, fœtidè vermiculantis poſt mortem, alius morſicans vermiculus ſeu teredo naſcitur, quæ alios venenatos vitiorum morſus prohibeat. Pulchrè naturalium Philoſophorum princeps, ad hanc rem inibi a Cornelio aduocatus, ita ſcribit: *A ſcorpione aliquandò percuſſi, numquam poſteà crabronibus, veſpis, apibúſve feriuntur. Minùs miretur hoc, qui ſciat veſtem à tineis non attingi, quòd fuerit in funere*: ita tinea acediæ, triſtitiæ, impatientiæ, ac vitiorum omnium vermis non attingit eum, qui iugem habet memoriam *funeris*, & mortis præſentis & æternæ, vbi *vermis eorum non moritur.* Hæc enim *funeris* ſeu mortis memoria omnes virtutis labores exantlat, dolores ſuperat, angores extricat, difficultates exarmat, atque hominem extimulat vt ardua quæque pietatis facinora alacri animo audenter capeſſat. Tutus eſt à tineâ vitiorum, qui viuas ſui exequias aſſiduâ recordatione celebrat, & lugubres ſui *funeris* veſtes repetita memoria *attingit.* Licuerit ad aliena Philoſophorum caſtra tranſire, vt hac ſalubri diſciplina vndequaque erudiamur.

Prouerb. 25. v. 20.

Plutarch.

Veſtis, quæ funus attigit, immunis eſt à tineæ morſu, quare

Plinius lib. 28. cap. 3. Cornel. ibi.

Iſaiæ 66. v. 24.

Prouerbiorum 31. hanc parœmiam ænigmati ſimilem Salomon proponit: *Aperi os tuum muto, & cauſſis omnium filiorum qui pertranſeunt.* Mirum ſanè eſt, quòd Salomon iubeat, vt ſapiens & diſertus loquatur cum *muto*, à quo expectare nequit reſponſum vllum. Puto, qui *mutum*, atque adeò ſibi non reſpondentem alloquitur, & fruſtrà ſermonem perdit, & totam confabulationem garrulus texit. Ineptè garrit, qui cum *muto*, atque adeò ſurdo ſermonem miſcet. Sed opinor, poſterius huius ſententiæ hemiſtichium, prioris repetitio & expoſitio eſt Hebraico idiomate. Quare τὸ *&*, non eſt copulatiuum ſed exegeticum. Quaſi dicat: *Aperi os tuum muto* & ſurdo, id eſt, *cauſſis omnium filiorum qui pertranſeunt*: vel, vt Vatablus vertit, *in cauſſa omnium filiorum interitûs*, id eſt, mortis. Quaſi *filij interitus* ſeu mortis, id eſt, qui medullitùs habent conuiſceratũ ſibi *interitũ* hereditarium, & mortem animitùs præſentem, dicantur *muti* ad rerum mundialium nugas, & ſurdi ad mũdi loquelam. Ergò *aperi os tuum muto* huic, qui eſt *filius interitus* futuri & præmeditati, quaſi ab eo eſſe ſpirituale acceperit: & inde omnia temporalia, præſtigiatrice facundiâ aliàs vocaliſſima, illi muta ſunt; & ille viciſſim ad omnem rerum mundialium ſtrepitum ſurdus pariter ac *mutus*. Ergò huic *muto aperi os tuum*, cum illo conuerſare, miſce cum animo colloquia: impunè enim ac proficuè poteris. Sic iuuat è cortice huius loci ad mores ludere: medullam alibi enucleauimus.

5. Prouerb. 31. v. 8.

Cum muto, id eſt, cogitante de ſua morte, loquendũ eſt.

Vatablus.

Pſalmo 54. ſic funeſtè occinit Vates: *Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viuentes.* 6.

Pſalm. 54. v. 16.

viuentes. Tropologicè commendatur hîc mortis meditatio, apud ethicos Commentatores ſudatiſſima. Sed nouiter forſan ſagacius perquirere iuuat, quare venite *mors ſuper illos* dicitur? Num cùm dicitur *ſuper illos*, mortis rectio ſeu imperium denotatur, quo hominibus imperat, & homines dirigit, tegit, & gubernat? Opinor, mortalis homo, dum adhuc viuit, non male vitæ ſuæ habenas morti traderet, illique permitteret motuum ſuorum regimen. Audiendus eſt inibi Cordetius in Annotationibus ad hunc verſiculum: Hoc ergo ſenſu, *Veniat*, inquit, *mors ſuper illos*, *id eſt, Occupet eorum mentem, intellectum, cor, animum, & ſic illos regat, & gubernet.* Itaque cùm ait, *Veniat mors ſuper illos*, perinde eſt ac ſi dicat: Mors in eorum memoriâ, velut in iudiciario throno reſidens, illorum mentem, cor, & animum occupans, *illos regat & gubernet.* Et in hunc ſenſum peridoneè aduocat illud Pſalmi 9. *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant Gentes, quoniam homines ſunt.* Itaque ſicut dicitur, quòd veniat *mors ſuper illos*; ita & quòd *conſtituatur legiſlator ſuper eos*, quaſi meditata mors, & in memoriâ reſidens, ſit optimus morum *legiſlator*. Symmachus vertit, *Pone Domine legem eis*, quaſi ipſa mortis recordatio, velut lata lex ſit, quæ omnem probitatem præcipiat, & ad obſequium timore trahat. Quare Aquila exhibit, *Pone Domine terrorem eis*; ecquem non terreret viuacior mortis memoria? Græcum Scholion habet, *Illuceſce*; quaſi mortis memoria velut facula ſit, quæ dum præfulget, mores dirigit.

Cordetius. Memoria mortis eſt velut legiſlator, qui mores regit.

Pſalm. 9. v. 21. Mortis memoria eſt velut lex, & lex morum.

Symmach. — *Aquila.* — *Scholion Græcum.*

§. CCLVI.

Diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt.

1\. *Senec. ep. 73.*

VIdiſti aliquando canem, *miſſa à domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat.* Idem peccatoribus euenit, quicquid voluptatis fortuna expectantibus proiecit, id ſine vlla cunctatione demittunt, ſtatim ad rapinam alterius erecti & attenti. Malitia nunquam ſatur, vix vnquam ceſſat. Finis percipiendi, eſt exordium deſiderandi vitioſo immeritè circulo: & ſic ſceleroſa auiditas, nonquam dicit ſufficit. O vtinam ſaltem imitarentur languidum ex morbo graui & diuturno emergentem, cui ſanitatis loco eſt, leuior acceſſio. Hic ſi attendit, ſubinde grauatur, & in eadem deuoluitur. Sed aliquando à periculoſo morbo exurgit; etſi relapſurus, exurgit tamen, & ſtat erectus; & dum languet, poſſe conualeſcere ſubindicat, non ſemper morbi grauedine proſtratus. Periculoſum eſt, nouam vitam ſemper inchoare; in vitiis autem veteraſcere, propè deſperata res eſt, & damnationi confinis. Infrequens ſtillatio tuſſim facit, continua phthiſim. Nec ſanè quælibet vitis inſitionem patitur, ſi vetus & exeſa eſt, ſi infirma graciliſque, & diuturnâ inualetudine exucca, aut non recipiet ſurculum, aut non alet. Sic qui diu & ſine interruptione vitiis indulſit, ſimul & emarcuit & induruit. Propè non poteſt recipere rationem, aut receptam nutrire. Tantum non intermiſſæ diuturnitati ad malum licet!

Non intermiſſa peccandi diuturnitas, grande malum eſt.

Geneſeos 6. ingentem primæuæ gentis malitiam exaggerat Dei dolor, pœnitentia Deo peregrina, & inſolens mundi eluuio pœnaliſſimè taxauit. Quænam eſt hæc tam exorbitans hominum nequitia? *Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pænituit eum quod hominem feciſſet in terrâ. Et tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominem*, &c. Quid ſubeſt huic hominum malitiæ, quod illam ſic enormiter exaggerat, vt mitiſſimum Deum ſic acerbiſſimè exaſperet? Duriórne atrociter violentia? an blandior ſalaciſſimè libido? an vtrumque cum appendicibus huiuſmodi vitiorum conſequentiis? Multa multi ſuper hac inſolitâ Numinis exacerbatione: quam, opinor, non dubiè ſacer Hiſtoricus inſinuauit, dum homines *omni tempore* malitiæ intentos expreſſit. Quod moraliſſimè his verbis ibidem Chryſoſtomus ad rem expendit: *Intenta eſſet ad malum omni tempore, &c. Vide quomodo ſingula quæ dicuntur, peccatorum oſtendunt magnitudinem. .... Non enim ex ſubreptione hoc illis accidit, ſed in corde cogitant, & hæc per ſingulas horas voluunt, & in hoc ſtudium ſuum collocant. Et neque ſemel & iterùm, vel fortuitò ſupplantati à peccato, à malitiâ ſibi temperant; ſed..... nihil obiter, nihil negligenter ab eis fit, neque breui, ſed omni tempore, ſed omnibus diebus, omnem vitam in hoc impendunt. Vidiſti malitiæ immanitatem?* Sententiosè pariter ac moraliſſimè, vitiis *omni tempore impendi*, *malitiæ immanitas* nuncupatur. Profectò τὸ *immane*, ſi Latiniſſimos conſulas, *ferum* ſignificat, *ingens, immenſum.* Scilicet malitia quæ *omni tempore* inſoleſcit, & ſine intermiſſione inceſſanter perdurat, velut *immenſa malitia* fetaliſſimè eſt. O quàm multa hoc vno *immenſitatis* epitheto Chryſoſtomus compendiauit? Hinc idem Chryſoſtomus eximiam Noëmi probitatem egregiè metitur, opportunè ſubdens: *Hic, oro, animo expende miram huius iuſti Noë ſapientiam, qui in tantâ malorum conſpiratione malitiam effugere valuit, & nihil inde damni ſenſit, ſed quaſi ex aliâ naturâ conſtitutus, à communi omnium perditione eſt exemptus.* Qui conuictores *omni tempore* delinquentes, exemptus à perditione patitur, ſic hominem dediſcit, vt velut *alia natura conſtitutus* videatur. Sic malitia aſſiduè ac ſine interruptione ſpectata, ſpectatorum mores toxicat? Sic non intercepta malitia eſt exitialis, & conuictorum mores deprauat?

2\. *Gen. 6. v. 5. & 6.*

S. Chryſoſt.

Omni tempore vitioſum eſſe, malitia immanitas, ſeu immenſitas dicitur.

Qui malo aſſiduè exemplo non deprauatur, velut alterius naturæ eſt.

Exodi 29. victimas ſibi acceptabiles, & à Sacerdotibus offerendas & comedendas, præſcribens Deus, ait: *Arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron & filij eius.* Hæc ſacerdotalis eſca ſecundùm myſticum ac moralem ſenſum adumbrat, quod Sacerdos eſcas non 3. *Exod. 29. v. 31.*

crudas, ſed coctas edere debet: cùm autem
Oſee 4 v. 8. de Sacerdote dicatur, quòd *peccata populi mei comedet* manifeſtè inſinuatur, peccata non cruda, ſed cocta comedenda eſſe. Non autem facile percipias, quónam pacto cruda alioqui peccata decoquenda ſint. Tempe-
S. Ambroſ. *Interruptio peccatorum. peccata alioqui cruda, excoquat.* ſtiuè Ambroſius lib. 4. in Lucæ cap. 4. *Sicut ex multa cruditate*, inquit, *febres naſcuntur & vermes, ita ſi quis non decoquat peccata ſua, velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentia, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahat recentium delictorum, igne aduretur æterno, & ſuis vermibus conſumetur.* Ecce tibi peccata velut eſca quædam eſt, quæ ſi cruda diu in ſtomacho ſit, & recentium delictorum acceſſu cruda alia ſuper indigeſtum demittantur, *ex multa cruditate febres naſcuntur* calori gehennali non abſimiles, illi ſaltem confines. Quare peccatorum ſalubri interruptione quiſque *decoquat peccata ſua*, digerat, deputet, abſumat, & humilitate atque cautelâ inde eliquatâ bonos motes ſaltem ad tempus enutriat: ne *miſcendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quandam contrahat recentium delictorum*, quam *ignis perpetuus aduras*, neque vnquam excoquat gehennali incendio. O, interruptio peccandi *peccata decoquat*, ne cruda infernali flammæ æternum pabulum ſubminiſtrent! Hæc arguta *decoctionis* allegoria, conceptuum fœcunda eſt, quos quiſque iam de facili edet.

4. Purpuratus Vates Pſalmo 17. ſic ad rem
Pſalm. 17. v. 26. & 27. modulatè occinit, alloquens Deum meritorum æquè ac peccatorum æquum differenter arbitrum: *Cùm ſancto*, inquit, *ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Deúſne is eſt, qui cùm ſanctiſſimus, innocentiſſimus, & electiſſimus ſit in ſeipſo, talis erga bonos dicatur; erga peruerſos autem *peruerti*, dicat Propheta? Num Deus etiam erga peruerſiſſimos *peruerti* poteſt? Quæ eſt hæc peruerſio Deo nimis aliena? Hac ſuper re alibi multis & ad litteram & ad
Græci Patr. Corderius. mores velitabamur. Græci Patres in Commentario apud Corderium noſtrum ſic locum exponunt: *Si in peccato* (ait Dauid) *& quæ inde oritur peruerſitate permanſiſſem, congruum ſupplicium intuliſſes: ſed quoniam cuſtodiui vias tuas, & cum iuſto computatus ſum, non ſecundum præteritam peruerſitatem meam, ſententiam accommodaſti; ſed ſecundùm vitam quam poſtmodum tranſegi in iuſtitia.* Quod expli-
S. Athanaſ. catiùs ad rem S. Athanaſius indidem in Catenâ expreſſit: *Cum peruerſo peruerteris*, inquit, *Meritò me tua beneficentia dignum iudicaſti, quandoquidem iuſtus cùm ſis, noſti cum ſancto ſanctus effici. Si enim peccato immoratus fuiſſem, etiam omnimodam auerſionem ſuſtinuiſſem.* Nimirùm Dauid conſiderat Deum ad-
Deus cum Dauide non peruertitur, quia peccatũ non continuauit. ſpectu ad ſanctos, innocentes, & electos, ſanctiſſimum, innocentiſſimum, & electiſſimum, & largiori beneficentiâ beneuolum: aduersùs peruerſos autem ſic minacem, ſeuerum, durum, ac peracerbum, ac ſi Deus ipſe ipſis peruerſis hominibus ſimilis foret, peruertíve potuiſſet: cúmque & de infidiſſimi homicidij & fœdiſſimi adulterij reatu Dauid ſe nuper *peruerſum* animaduerteret, ſimúlque aduerteret Deum erga ſe minimè *peruerſum* fuiſſe; ſibi gratulatur, Deóque tacitè gratias agit, quòd ad feſtinatam reſipiſcentiam ſuam aſpexerit; ideóque erga illum aliquando *peruerſum peruerſus* ipſe Deus non extiterit. Scilicet tantùm reſipiſcentiæ à peccatis licet, vt tametſi Deus eum peruerſis peruertatur; quaſi peruerſum ferè non reputet eum, qui peruerſitatem interrumpit, aut emendat; ſicque Deus aduersùs ſe *peruerſus* non fuerit. *Si enim*, inquit, *peccato immoratus fuiſſem, etiam omnimodam auerſionem ſuſtinuiſſem.* Hanc *Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus bonus eſt.*
omnimodam auerſionem, quâ Dauid ſcelerum interruptione exemptus eſt, ſuo malo hi ſceleroſiſſimi Senes experti ſunt, enutriti in peccatis ab incunabulis vſque ad ſenium. Quare Daniel vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: *Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius*, &c. Hîc verſ. 52.
Peritè autem aduertit Tertullianus lib. de Tertullian.
Pœnit. cap. 7. *Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt, toties delinquendo, quoties ignoſcitur. Ceterùm finem vtique euadendi habebit, cùm offendendi non habebit.* Quem locum aliàs expendebamus.

Pſalmo 6. ſpecie acerbioris vindictæ, cle- 5.
mentem mitiſſimum ſe inimicis exhibet re- Pſalm. 6. v. 11
gius Propheta, ſic fatus: *Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valdè velociter.* Non pauci Interpretes notanter premunt *τὸ conuertantur*, & ad conuerſionem peccatoris, quæ fit per pœnitentiam, ſententiam referunt. Scilicet poſterius huius verſiculi hemiſtichium prioris expoſitio eſt, quod in ſacris Bibliis, præſertim in Pſalmis, vſitatiſſimum eſt. Præmittit ergo Dauid: *Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei.* Id eſt, rogo te Domine Deus, vt impij ho- *Ille verè ſcelerum ſuorum pœnitet, qui citò pœnitet.*
mines multâ tangantur pœnitentiâ. Dein quomodo eos verè pœnitere debeat ſcelerum, exponit dicens, *Conuertantur & erubeſcant valdè velociter.* Id eſt, tunc quidem verè & maximè illos criminum pœnitebit, ſi citò pœniteat. Etenim quos ſerò pœnitet ſcelerum ſuorum, per continuatam malitiam, quam reſipiſcentia non interrumpit, ſceleribus diu ſunt adſueti, rarò aut nunquam ſcelerum ſuorum veram pœnitentiam egerunt. Ita hunc locum exponit ſanctus
Gregorius in ſeptem Pſalmos pœnitentiales S. Gregor.
ſic fatus: *Et quoniam tempus breue eſt, & finis peccatorum mors eſt; ne quis putaret in hominis eſſe poteſtate, quando vias ſuas velit dirigere, repetit: Erubeſcant ſe peccaſſe, erubeſcant conuerſionem diſtuliſſe.* Igitur *conuertantur* *Pœnitentia ſera, rarò vera.*
& erubeſcant valdè velociter: nam diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt, iuxta tritum illud: *Pœnitentia ſera, rarò vera.* O nimis verum!

§. CCLVII.

§. CCLVII.

Laſciua nequitia eſt, quæ hominem prolixâ annoſitate grandæuum non ſinit eſſe ſenem.

1. *Senectus eſt etiam libidini obnoxia.* SEnectus in bonis moribus dulcior, in conſiliis vtilior, in deliberatione conſultior, in grauitate maturior, in auctoritate grauior, ad pericula cautè paratior; ad continentiam facilior, vt ad reprimendas libidines firmior, quaſi de corporis imbecillitate temperantiæ vigorem fœneretur, dum infirmitate fortior euadit. Sed heu in ſenectute non pueritia in nobis, ſed (quod grauius eſt) puerilitas remanet? & hoc quidem peius, quòd auctoritatem habemus ſenum, puerorum indulem, & iuuenum vitia, quæ vſque ad capulum medullitus inoleſcunt: *Dum enim vnuſquiſque* (ait Ambroſius) *quandiu viuit, obnoxius eſt lapſui, nec ſenectus immunis à crimino; ideò legis quia Abraham mortuus eſt in ſenectute bona, eo quòd in bonitate propoſiti ſui permanſit:* non ergo eſt ſenectus morum ſuffragium, & vitæ teſtimonium, niſi maturitate morum indoles recuſetur, & vita anteacta ſalubriter recuretur. Idem Ambroſius elucidans illud Pſalmi, *Super ſenes intellexi*, ita ſcribit: *Nouit Propheta quibus ſe præferat ſenioribus, inueteratis ſcilicet in peccato, & veterno impietatis, atque ſenio perfidia delirantibus.* Quibus verbis proculdubio ad huſce veteratores adludere videtur, quos Daniel *inueteratos dierum malorum* iure merito nominauit; qui libidinis *veterno* luxuriantes, *ſenio* iuueneſcentis luxuriæ, & falſatæ frauduleuter *perfidia delirarunt.*

Ambroſ. lib. de Bono mortis, c. 8. Gen. 25. v. 8. Pſalm. 118. 100. Hic verſ. 52.

2. Threnorum 3. flebilis hæc Prophetæ vox auditur: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Id eſt, oculus eripuit mihi animam flendo, anima mea per oculos mihi in lacrymas eliquata effluxit, quaſi dicat: Miſerabilis aſpectus filiarum populi mei captiuarum, ab hoſte illuſarum, animam mihi expectorauit. Multò potiori iure illacrymentur oculi qui falſatæ voluptatis ſpecie delectari, cor ſeduxerunt, vt poſtpoſito ſummo bono & pulchro, ſub niueâ etiam canorum maturitate, obſcœna concupiſcentiæ ludibria pueriliter ſectantur. Quò eloquenter adludit S. Gregorius lib. 21. Moralium cap. 2. vbi præſcriptum Ieremiæ locum ſic elucidat: *Oculus*, ait, *meus deprædatus eſt animam meam; concupiſcendo enim viſibilia inuiſibiles virtutes amiſit, quæ ergo interiorem fructum per exteriorem viſum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad cordis munditiem ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt.* Subdit moraliſſimè pariter ac veriſſimè Gregorius: *Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam perſtrepunt, & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrenentur ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.* Proh Senum etiam ſenſus quamuis hebetes, & velut effœti, quia tamen carnales adhuc ſunt, *puerile quiddam* de carnis lenocinio mutuant, & irrequieto puerorum ſtrepitu concupiſcentiam inquietant, & continentiæ illudunt? Heu etiam in Senibus puueriles ſenſus, & iuueneſcentes luxu mores! Nullum grauitatis pondus, nulla dignitatis auctoritas, nulla canorum grauitas, nulla grauioris ſenectæ annoſitas, tuta eſt, quin illam *carnales ſenſus puerile quiddam perſtrepentes*, inſtigent ad libidinem, iuuenili ardore malè æſtuantem. Sic cana ſenectus pueriliter ad incontinentiam delirat? Profundè autem addit Gregorius, ob hunc puerilem ſenſuum ſtrepitum etiam in capulari ſenectute, adeſſe oportere *iuuenilem quendam vigorem*, quo laſciuè fluxa in ſenili ætate puerilitas ſenſuum, quaſi iniecto lupatu refrenetur. Nimirùm ſi in graui ſenectâ ſenſibus carnalibus ſubeſt *puerilitas* voluptuoſa; adſit etiam quædam temperantiæ *iuuentus*, quâ huiuſmodi laſciuiæ puerilitas iuueniliter ſeneſcat ad luxum, & ad caſtitatem iuueneſcat. Quod eſt ſenilis continentiæ ſacramentum; nempè ſi in ſene eſt ſenſuum puerilitas ad luxum, ſit etiam ad caſtitatem iuuenilis vigor.

Threnor. 3. 51. S. Gregor. In ſene eſt ſenſuum puerilitas, ſit etiam iuuenilis ad continentiam vigor.

3. Regum 11. Fuerunt, inquit, Salomoni vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ, & euerterunt mulieres cor eius. *Cùmque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur Deos alienos.* Cùm omnis affectus immoderatus auertat ſenſûs, & oculis etiam lynceis craſſas offundat tenebras, id tamen potiſſimum facit libido, vt primùm occupauit hominum mentem, quantumuis illi fuerint aut ſapientiâ inſignes, aut ſenectute graues, à quibus cum pudore mentem prorſus expectorat. Docuerunt id (vt docet Sanctius) hi Senes iudices in Babylone, quorum in Præfecturæ auctoritate, & ætate nimis prouectâ, libidinis maleficio, & mens ſtolidè deſipuit, & in canorum niue iuuenilis concupiſcentiæ ignis exarſit. Inde Salomon *iam ſenex* ſic iuuenili inſoleſcit libidine: *Ætate prouectior Salomon, & mente paullatim ſeneſcente, magis etiam patriæ religionis oblitus*, &c. ait Flauius Ioſephus, quia ſub ſenili libidine mens etiam ſeneſcat, & decrepita in iuuenilem libidinis ardorem, & inde ſtuporem degeneret. Appoſitè Cyrillus Alexandrinus lib. 7. contra Iulianum: *Cùm iam eſſet ſenex*, &c. Inquit: *Deceptrix res eſt mulier, & idonea ad decipiendum ſemel ſuis captos laqueis: nam inter arma alia habet voluptatem, qua mens vincitur...... Corripiebatur Salomon in ipſa ſenectutis via, mente iam deflorescente, nec priſtinum habente vigorem, ſed quaſi cum corpore ſeneſcente. Et ſicut iuuentus ſecura, otioſa eſſe neſcit; ita & ſenilis ætas: & quemadmodum ſcilicet adoleſcentes ad omne quod operandum eſt, vadunt, & nihil requirentes ruunt; ita & viri decrepiti mens.* Nimirùm tametſi ſenes ſapientiâ, prudentiâ ac mente vigeant in ætatis ac vitæ langore; at venereæ voluptatis armis mens *vincitur*, & brutæ carni mancipium traditur, viliſſimæ ſeruituti obnoxia. A ſenili laſciuia *mens defloreſcit*: & quæ in ſene continente, frondeo virore gratius vernat, & fructuoſiùs autumnat ad conſultiſſima quæque & videnda & prouidenda; in laſciuo ſene languet, marcet, *defloreſcit.*

3. Reg. 11. v. 4. Sanct. in l. 3. Reg. c. 11. v. 4. Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 2. S. Cyrillus. Senum ratio libidine vincitur, & cum corpore ſeneſcente mens defloreſcit.

defloreſcit. O miſerabilem ab obſcœno veneris præſtigio, mentis languorem, & propè rationis iacturam, quâ rationalis homo ſenio auctoratior, mutis animantibus perſimilis, quò plus voluptatum mollitie blandeſcit, eò rationis inops, obſtinatiùs ad libidines omnes obduratur. Senum ratio cupidine *vincitur, & cum corpore ſeneſcente mens defloreſcit.* Quod Salomon mortalium ſapientiſſimus, ſuo malo in ſenectute expertus eſt. *Cúmque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres,* &c.

Pineda.

Quod ſic ea ponit Pineda lib. 7. de rebus Salom. cap. 7. vt non ſolùm cùm eſſet ſenex, deprauari cœperit falsâ idololatriæ religione, ſed etiam libidine effrenatâ, quem ita cum priori coniungo, vt vtrumque hac temperatione verum exiſtimem; quòd prouectiori ætate voluptati immodicè indulſit, & paullatim emollitus, atque mulieroſus redditus, poſt paucos annos, etiam falſæ feminarum religioni collum ſubmiſerit. Hæc ille.

4.
Iſaiæ 65. v. 20.

Iſaias cap. 65. ſic opportunè prophetat: Non erit ibi ampliùs infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos: *Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* Profectò peccator centum annorum vocatur *puer*, ob amores & mores pueriles; quippè qui libidinum petulantiâ iuueneſcit.

Philo Iud. Antonius.

Sic Philo Iudæus allegatus lib. 2. Meliſſæ cap. 18. ait: *Qui multum temporis in vitâ corporis vixerunt ſine vllâ virtute ac probitate, eos longi temporis pueros appellare licet.* Et iterùm: *Quouſque nos ſenes adbuc pueri erimus? Corporibus quidem propter temporis longinquitatem, ſenes; animis autem propter ignorantiam & hebetudinem admodum pueri.*

Quis ſit puer centum annorum.

Heu canos petulanter pueros, ſeu concupiſcentiæ obſcœno ludibrio pueriles admodum ſenes? Libidinis præſtigium eſt, quo nec totis centum annis, in ætate etiam effœtâ, in grandæuâ annoſitate, & canorum niuibus, nondum quis ſenex ſit, nec ad ſenectutem peruenerit, laſciuæ iuuentutis ignibus ſufflammatus.

Libidinis nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem in ſenectutis annoſitate.

Pineda.

Sententioſè Sapiens ille laudatus à noſtro Pineda lib. 7. de rebus Salomonis cap. 7. modulatè dixit Sileno: *Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.* Non retardantur anni, nec grandæua recurratur ætas corporis, effusâ concupiſcentiæ libidine, quæ annoſum non ſinit eſſe ſenem. Incurabili ſenectutis morbo agitur; nec ſenectutis ſtipendia captat, moribus ſemper puerilibus, ſemper iuueneſcente ad effuſiorem luxum concupiſcentiâ. O malum! annoſæ ſenectutis incommoda, detrimenta, & languores ſubit iugi virium defectu; puerilitas autem motum, & iuueneſcens libido ſenectutem arcet, ac vetat; Concupiſcentiæ ſalacioris *nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.* Adhuc in canâ ſenectâ immaturi iuuentutis laſciuæ mores, puerilitatem male perpetuant. Nefandum concupiſcentiæ ænigma eſt, quod decrepitæ annoſitati puerilis iuuentus ſubſit, & in effœtâ ſenectute laſciuiens ætas perſeueret. O monſtrum!

5.
Pſalm. 118. v. 100.

Pſalmo 118. ſic pangit Propheta: *Super ſenes intellexi, quia mandata tua exquiſiui.* Ad quæ verba ſic luculenter ſcribit Ambroſius: *Dei gratia erogata ad doctrinam, maturitatem ætatis ſupergreditur ſenilis. Cùm enim ætas ſenectutis vita immaculata ſit, vtique doctrina vita immaculata ſenilem præſtat ætatem.* S. Ambroſ.

Et mox velut addubitans ſubdit: Verumtamen non mihi videtur ſeipſum laudare Propheta, & præferre ſenioribus. Confeſtim rationem reddit: *Nouit quibus ſe præferat Senioribus, inueteratis ſcilicet in peccato, & veterno impietatis, atque ſenio perfidiæ delirantibus.* Nec mirum, vt his Senibus Dauid modeſtiſſimus ſe præferat, qui generoſam ſuam prolem, puellam Suſannam inquam, ſtolidè ac impudicè damnarunt.

Senes unde [illegible] annoſi [illegible] perfidia [illegible] delirant.

De his enim idem Ambroſius ſuprà in Pſalmum 36. ad illud verſ. 25. *Iunior fui, etenim ſenui,* ita opportunè ſcribit: *Habet & Chriſtus qui in pueritiâ ſua aui maturos vicerint: vt Daniel puer ſpiritu valido Seniores illos redarguit Iudæorum, & de victoria iure deiecit in mortem.* Scilicet Senes illos dierum malorum, & nequitiâ *inueteratos*, impietatis veterno, & iuueneſcente luxuriæ *ſenio delirantes*, cana ſenum auctoritas ac dignitas planè dedecet: nam laſciua nequitia eſt, quæ homines prolixâ annoſitate grandæuos non ſinit eſſe ſenes.

Pſalm. 36. v. 25.
S. Ambroſ.

§. CCLVIII.

Diu impunita peccatorum felicitas, acerbiorum pœnarum mina ſunt.

1.
Diuturna peccatorum felicitas, acerbiorum pœnarum mina eſt.

NVlla eſt tam bona fortuna, de quâ nihil queri poſſis. Mihi crede, is beatior eſt, cui fortuna ſemper vacua eſt, quàm is cui parata eſt. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura; ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum inuidiâ conſpiciuntur; eóſque ipſos quos exornant, premunt: plus minantur, quàm proſunt. Lubrica & incerta ſunt: nunquam benè tenentur. Nunquam enim eodem gradu ſtat fortuna volubilis; & felicior, infelicitatis prognoſticum importat. Illa ipſa lenis Dei patientia, quæ hos ſceleroſè felices diu diſſimulat, acerbior ira eſt, quæ & conſcientiam diutiùs torquet, & pœnaliora congerenda ſupplicia, ab inuidia rigoris vindicat. Intutus eſt diu felix, diuturnæ felicitatis impoſturâ ſeductus. O Dei patientiam, iræ aliquando matrem! Quò Deus tardior eſt ad pœnam, eò iratior in culpam, & ad ſupplicium pœnaliſſimè acerbior. Ingrato diutiùs benefacere, vltionis compendium eſt. O tardam Dei iram ampliùs timeamus!

2. Regum 24. poſtquam vrbano renixu populi numerationem Ioabus detrectauit, tandem Regis imperio obſequenter paret, & Iſraëlis populum mal[illegible] numerat. *Percuſſit autem cor David eum, poſtquam numeratus eſt populus, & dixit Dauid ad Dominum. Peccaui valdè in hoc facto.* A ſuo verò corde perc[illegible]ſum eſſe Dauidem, nihil eſt aliud, quàm conſcium peccati animum ſcrupulorum aculeis

2. Reg. 24. v. 10.

eſſe

eſſ[illegible] poſ[illegible]um. Qu[illegible]re [illegible] con-[illegible]ia, & qua[illegible] a p[illegible]ando q[illegible] [illegible] [illegible]s, p[illegible]ce[illegible]tum fateri [illegible]uum, o[illegible]atque [illegible]tum, quem pr[illegible]pt[illegible] hu[illegible]modi [illegible]ſum [illegible] o[illegible]empor[illegible], ac[illegible] [illegible]actum, [illegible] [illegible]nderat [illegible] ſuppl[illegible]ium, quo[illegible] [illegible] [illegible]at a lege dec[illegible]tum, ac ſi quod aliud in [illegible]m c[illegible]pit [illegible] [illegible] vel [illegible] aliò [illegible] [illegible] V[illegible]ru[illegible] [illegible]ulenter Ambroſ[illegible] [illegible] lo[illegible] [illegible]. *Percuſ[illegible]t autem cor Dauid eum [illegible]o[illegible]quam numeratus eſt popu-[illegible], & d[illegible] Dauid ad Dominum: Peccaui valdè in hoc [illegible]lo Confe[illegible]ione*, inquit, *præuenit nun-ci[illegible]m Dei, pecc[illegible] [illegible] ſe val[illegible]e [illegible]ommemorans, non qu[illegible]ſi admoneret ol[illegible]i[illegible]um, ſed quaſi vrgeret mo-[illegible]antem, ne diutius commotionem differret of-[illegible]*. Hac e[illegible]go aut confeſſione, aut prece c[illegible]it, vt [illegible] Gad [illegible] à De[illegible] [illegible]mo-n[illegible]s, illi [illegible] adeſſet, & ſe [illegible] [illegible] Conſ[illegible]l[illegible]ſſimum [illegible] arbitr[illegible] [illegible] accerſere, imo & præ-[illegible] [illegible] Dei, qui de pecc[illegible]to pœnas ſumeret, *non qu[illegible] [illegible]dmoneret oblitum, [illegible]d quaſi vrgeret morantem, ne diutius commotionem dif-ferret offenſa*. O bene! Caute timet [illegible], [illegible] pœnæ ac[illegible] [illegible] [illegible] ſup[illegible] [illegible] [illegible]tionem. Sc[illegible] nunquam Deum [illegible] velle fla-gi[illegible]memorem, quam cùm ill[illegible] videtur ob-lons, & hu[illegible]ma [illegible] [illegible]. Hanc velut oblui[illegible]rem acerbiſſimam [illegible] & [illegible]memoriam peccati, illius confeſſione ſol[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]e ſupplicium diſſim[illegible]latione ex[illegible]rbetur, pœnaliſſim[illegible] mul[illegible]æ aucta[illegible]o. H[illegible] *quaſi v[illegible]et morantem, ne diutius commo-ti[illegible]m di[illegible]e[illegible]et offenſ[illegible]*. Sapienter mauult velut [illegible] [illegible] ira[illegible] pati in recenti offen-ſa [illegible]nem, quam dilatæ pœnæ d[illegible]ſtrictio-[illegible] ex[illegible] [illegible] vind[illegible]am d[illegible]ſſimulatione [illegible] à Deo c[illegible]a[illegible]et, & ſupplicij rigore [illegible] [illegible] repenſet.

[illegible]el hic immaturus ætate, puttes ſcele-rosa ma[illegible] Senes, Iudicum præcox iu-de[illegible] d[illegible] [illegible] : & vno co[illegible] accerſito, dixit ad eum : *Inueterate dierum malorum nunc ve-nerunt peccata tua, quæ operabaris priùs : iudi-cans iudicia iniuſta*, &c. Quid eſt, q[illegible] illâ ipsâ die qua inupinate lapidati, tuttcri, & fi[illegible] i debet, antiqua illi peccata *veniſſe* di-c[illegible]ur : Era[illegible] [illegible] ab[illegible] [illegible] luco? aut à Dei me-m[illegible] longe aberant? A iuuentute forſan ad ſenectutem *venerunt*. Si nuda verba ſpecten-tur, inſolens plane eſt loquendi modus, quo pe[illegible]cata olim impunè commi[illegible]ſa, ad ext[illegible]e-[illegible]n vſque ſenectutem maturaſſe perhiben-t[illegible], cùm atrociori rite ſupplici[illegible] acerbius caſti[illegible]antur. Dicitur autem *veniſſe* peccata; qu[illegible] [illegible] v[illegible]nerunt pœnaliſſima peccatorum ſuppl[illegible] [illegible] [illegible] enim d[illegible]hit ſcele[illegible] pœnas, [illegible] [illegible] [illegible] ætate eno[illegible] [illegible]us patr[illegible]uer[illegible]t. [illegible] Euſebius Stromate 8. ſic præſcripta [illegible] verba comment[illegible]tur : *Inueterate die-[illegible] malorum nunc venerunt peccata tua, &c.* [illegible] *c[illegible] ata diu malitia turpiſſimum hunc apparauit ex[illegible]n[illegible] Vaga totius vitæ ſcelera [illegible] tandem [illegible]p[illegible]ciun[illegible]. Diu impunita denique conſpirant in [illegible] [illegible] & [illegible] dies vlciſcitur multo[illegible] annos [illegible] [illegible]. Hi miſeri Senes felicitate male agendi audaces, tam vſu poteſtatis inuerecundi, immemores quod exc[illegible]ſo ex[illegible]elſior ſit, ſuum ipſi* *interitum obſonarunt, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]er ſeipſum decu[illegible]e[illegible]et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tradu[illegible] qui male iudi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iu-dicentur a iuuene.* N[illegible] [illegible] malitia impunit[illegible]te [illegible] [illegible] [illegible], ſed du[illegible]ior ſupp[illegible] t[illegible]dem a[illegible]bus, ſe[illegible] vindictam [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] etiam *venient peccata*, & anti[illegible] & [illegible] ſcelera tandem *coeunt*, & *con[illegible] [illegible] nam*, cò [illegible]tem [illegible] [illegible]. Q[illegible] [illegible]e Dau[illegible] offen[illegible]um Deu[illegible] *quaſi vrgebat cunctantem, ne diutius commotionem differret offenſæ*.

Sudatum illum Iſaiæ locum con[illegible] [illegible] ſ[illegible] [illegible] : Dominus, inquit [illegible] [illegible] ti[illegible] egredietur [illegible] vi[illegible] prælia[illegible] ſuſc[illegible]bit zelum : vociferabitur & clamabit : ſup[illegible] [illegible]-micos ſuos confortab[illegible]tur. *Tacui ſemper [illegible], patiens fui, ſicut parturiens loquar : di[illegible]pabo, & abſorbebo ſimul.* Quaſi di[illegible]t : Ego Deus multis [illegible] [illegible]lis, tot nef[illegible]nda patienter diſſimulaui flagitia, non amplius id feram, non patiar, non ſilebo, ſed loquar vt par[illegible]-riens, quæ ex vi doloris quo fœtum enit[illegible]ur, fremit & rugit : ita & ego rugiens detonabo in hoſtes me[illegible]s, eoſque [illegible] [illegible]bo, c[illegible]nde[illegible]-nabo, & fulminabo. Vnde ſequitur *D[illegible] [illegible]pa-bo, & abſorbebo.* Quæ verba ex Vatablo & Fo-r[illegible]o ſic inibi excribit Corne[illegible]ius : *Anhelabo & [illegible]ſorbebo pariter, id eſt, anhelus, & crebro ſingu[illegible] [illegible]litum expirabo & in[illegible] [illegible]abo, exorbe[illegible]o & inſorbebo quod[illegible] [illegible]corum qui fatigantur [illegible]ve[illegible] labore, vel animi dolore & anguſtia. Q[illegible] di-cat : Tantam edam hoſtium ſtragem, vt ex defa-tigatione anhelus ſimul expirare & inſpirare de-beam. Quaſi dicat : Silui longo tempore, licet indignans, ideóque ſ[illegible]rans, gemens, & anhe-lus; ideóque amplius ferre non v[illegible]lens, loquar vt parturiens, & prorumpam in acrem [illegible]indi-ctam.* Itaque creb[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]lus & [illegible]-mens [illegible] [illegible]ens, *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]uos confortetur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nunquam ingemiſcit vir fortis, niſi [illegible] vt ſe inten[illegible] ad firmitatem.* Vide q[illegible] [illegible] Deus poſt lon-gum ſilentium & pati[illegible], contra diu fe-liciter ſceler[illegible]os tandem ex[illegible]ſerit. O caue à ſubitâ irâ Dei, & a longâ patientiâ caue!

Paulus ad Romanos 2. huiuſmodi miſeri-cordiæ diuinæ abuſum ſic reprehendit : *An diuitias bonitatis eius (Dei), & patientiæ, & lon-ganimitatis contemnis? ignoras quoniam beni-gnitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secun-dum autem duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die iræ.* Scilicet cum [illegible] ſupplic[illegible]is infligen-dis cunctetur Deus (talis eſt enim Numinis ira; ſed quæ tarditatem acerbitate cumpen-ſat) hom[illegible] male abuti[illegible]ur Dei benignitate ac miſericordiâ, quam dum negligit, contem-nit, & contemptu euacuat. Saluberrimè S. Bernardus ſerm. de triplici miſericordiâ, hæc verſans Apoſtoli verba : *Theſaurizas tibi*, inquit, *theſauros iræ, pro prorogatis tibi theſau-ris miſericordiæ, quos contemnis, & euacuas in te miſericordiam Dei.* O q[illegible]alis maneat homo ſibi relictus, apud quem [illegible] bo[illegible]tas, p[illegible]-tas, benignitas, mi[illegible]ricordia, & omnis vis Dei [illegible] vaeniſſe[illegible]!

Pr[illegible]p[illegible] [illegible]s V[illegible]tes [illegible] [illegible]no 143. p[illegible]quam late parite[illegible] ac graphi[illegible]e impiorum felicita-tem,

Marginal notes (left): *Deum [illegible]ran-[illegible] ſuit [illegible] [illegible] du-[illegible]zater-* ... 1 ſa. ... *[illegible] diu [illegible] in [illegible] an [illegible]unt. [illegible]pi.*

Marginal notes (right): 4. — Iſaiæ 42. v. 14. — Cornel. ibi. — Vatablus. Forerius. Cornelius. *Deus poſt lõ-gam patien-tiam, expira-re & inſpira-re dicitur ad vindictam.* — Tiriſius. — 5. — Ad Rom. 2. v. 4. & 5. — *Sceleſtus diu impunè felix, diuina miſe-ricordia exors dicitur.* — S. Bernard. — 6.

rem, quæ vota mortalium occupant, & pectora implere putantur, deſcripſit, modulatè
Pſalm. 143. v. 15. ſubdit: *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Has autem impiorum proſperitates præſcripſerat: Quorum filij, inquit, ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſuâ. Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſæ, abundantes in greſſibus ſuis, boues eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor
Felix, pro viatico iniquitatis habet proſperitatem. in plateis eorum. Multa hîc adaggerant & exaggerant Expoſitores, vt mundialium felicitatum compendium his verbis traditum euincant, quod etiam liquet ex ſententiæ clauſulâ: *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.* Sed egregiè falluntur. Nam, vt ſcribit Theodorus Heracleotes in Commentatio
Heracleot. Græcorum Patrum allegatus: *Qui enim*, inquit, *à Deo rerum obtinens abundantiam, pro viatico iniquitatis habent proſperitatem.* Moraliſſimè quidem humana multimodè proſperitas, diuitiis ac deliciis vndequaque exundans, *viaticum iniquitatis* nuncupatur. Errat malitia, quæ felicitatis itinerario non dirigitur ad errores, quibus per auia audenter vagatur. Abſque humanæ felicitatis *viatico* macilenta eſt iniquitas, malitia deficit; vtraque enim felicitatibus adipatur, & tanquam *viatico* laute nutritur, adoleſcit, incrementatur. O time proſperitatem velut *iniquitatis viaticum*, quod non conniuentia, ſed ira Dei acerbiùs permittit.

7. Iſaias cap. 26. *Miſereamur*, inquit, *impio, & non diſcet iuſtitiam.* Quaſi dicat: Iuſtè de-
Iſaiæ 26. v. 10. ſideto iudicium tuum in vindictâ impiorum.
Cùm ſentimus Deum iratum, tunc maximè confidamus propitium. Nam ſi eis parcas, non diſcent iuſtitiam, ſed manebunt in ſua impietate: at ſi eos punias, vel ipſi, vel certè alij eorum exemplo & pœnâ territi conuertentur. Appoſitè S. Bernardus ſermone 42. in Cantica: *Volo*, inquit,
S.Bernard. *iraſcaris mihi Pater miſericordiarum, ſed ſolâ irâ quâ corrigis deuium, non quâ extrudis de viâ. Illud nobis tua benigna animaduerſio parit, hoc formidoloſa nutris diſſimulatio: cùm enim ſentio te iratum, tunc maximè confido propitium. Etenim cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Plura in hanc ſententiam ſcribit in hoc ſerm. & in illud Petri: Ecce nos reliquimus omnia.

§. CCLIX.

Enormis quorumdam vitioſitas, ad omnia flagitia inſolenter hiat.

1. SÆpè vitia & ſcelera noſtra eò nos magis latent, quò maiora ſunt. Leuis aliquem motiuncula decipit, ſed cùm creuerit, & vera febris exarſerit, etiam duro & perpetitio confeſſionem accepit. Pedes dolent, & articuli punctiunculas ſentiunt; adhuc diſſimulamus, & aut talum extorſiſſe nos dicimus, aut in exercitatione aliquâ laboraſſe. Dubio & incipiente morbo quæritur nomen, qui vt talaria cœperit intendere, & vtrumque pedem fecerit, neceſſe eſt podagram fate[illegible]. *Contra euenit in [illegible] morbis quibus aff[illegible]iuntur animi: quo quis peius ſe habet, minus ſentit.* Qui leuiter d[illegible], a[illegible]q[illegible]do dormire ſe d[illegible]tens cogitat. Grau[illegible]nus etiam ſomnia exting[illegible]t, a[illegible]umq[illegible] al[illegible]iis mergit, quam vt vii [illegible] ſinat. Quar[illegible] nemo æſtimat: [illegible]eque ad illa velut [illegible]us fe[illegible]ur ſine modo ac termino; nullum [illegible] a[illegible]ſcit immetata malorum concupi[illegible], ad omnia voluptabilia auidè expr[illegible]ti[illegible]bilis eſt, & in ea adquæ nauſeat, [illegible] e[illegible]uoluitur, dum noua & ine[illegible] non ſuppetunt appete[illegible]tiæ, ad q[illegible]od[illegible] hianti.

Quò quis peius ſe habet, minus ſentit. Sen[illegible] ep

Ieremias Threnorum 2. Cui, inquit, comparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te: *Magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* Ru[illegible]tus ibi per *contritionem*, [illegible] intelligit. Cui [illegible] Hugo Carenſis a[illegible]nuit: comparatio e[illegible] cum mari, rectè co[illegible]gru[illegible] animæ p[illegible], quæ velut mare fl[illegible]bus cogitationum, deſide[illegible]tum, dolorum, anx[illegible]atum, timorum, omniumque paſſionum a[illegible] iactat[illegible] & æſtuat. Exinde Hugo ſeptem [illegible] totidem vitiis accommodat. A[illegible]duas ſcilicet maris elati[illegible]nes, ſuperbiæ; ſal[illegible]edinem, quæ ſitim affert, auaritiæ; amaritu[illegible]nem, inui[illegible]diæ; fluctus, iracundiæ; ſpumam luxuriæ; altitudinem, hypocriſi & aſtutiæ h[illegible]ma[illegible]æ, cuius cor eſt profundum & inſcrutabi[illegible]e; vo[illegible]ragines, gulæ; turbationes & nigred[illegible], triſtitiæ. Et ſanè peccatrix vitioſitas re[illegible]e comparatur *mari*, quæ eſt ſcele[illegible] abyſſ[illegible] immenſa: nam omnia flu[illegible] in [illegible] iugiter influentia, [illegible] non auger[illegible] q[illegible] inſtar guttæ: & ideo *mare non redundat.* [illegible] hoc forſan humana malitia im[illegible]udenter audax, mare ipſum vaſtitate præc[illegible], & aby[illegible]ſum profundiorem ſuperat. Hac de re audiendus eſt Petrus Lombardus in Aggæi cap. 1. ſic opportune fatus: *Tres ſunt viæ, quibus itur ad mortem. Prima via mortis eſt, à Dei voluntate, quæ omnium cauſa & magi[illegible]ra eſt, recedere. Secunda eſt, curam carnis facere in deſideriis. Tertia, non eſſe ſuis contentum, ſed more fluentis aquæ ad omnia effluere.* Redeo ad Prophetæ verba: *Magna eſt velut mare contritio tua*, id eſt, iniquitas tua (vt ex Ruperto, & Hugone exponebamus:) imò & mari longè vaſtior: maris enim aquas terminis metari licet; at humanæ iniqu[illegible] aquæ *ad omnia effluunt.* Proh vitiorum immetatam hiantiam, & deſideriorum, quin & operum temeritatem! Ex hac profund[illegible]ſimâ abyſſo, prauitatis aqua longè latéque ex[illegible]ndans, *ad omnia effluit.* Nec ardua, nec inacceſſa, neque humanis viribus impoſſibilia humanam malitiam cohibent, quominus audeat. Hem! Si malitia ad om[illegible] vbertim exundat: Quis terminus c[illegible]ntineat paſſionum vortices? quis immenſos deſide[illegible] hiatus ſiſtat? quis luxuriæ ſcabiem, q[illegible]s iræ ſtrages, quis gulæ voraginem i[illegible]beat: *Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur*, dixit Salomon, nunquam olim voluptabilibus ſatur, ab appetentia ad
Eccle. 1. v. 8.

Thren. 2. v. 13.
Rup.
Hugo De[illegible]gio
Vi[illegible] ad [illegible] terminum fluunt

ad nauſeam, à nauſeâ rurùs ad eorundem appetentiam, in circulum perpetuò circumactus.

3\. Prouerb. 18. v. 3. Cornelius.

Notiſſima Salomonis vox eſt, Prouerbiorum 18. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Impius hîc ſumitur in actu perfecto ſeu completo. Igitur impius vocatur, qui non ſemel vel iterùm ex infirmitate vel ignorantiâ in peccatum lapſus eſt; ſed qui aſſiduè ex malitiâ & impietate peccat, vt iam peccati callum obduxerit, qui ſanè in peccatorum profundum deuenit. De hoc ait Gratianus de Pœnit. diſt. 1. canon. 60. ex Gregorio: *Voluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* O inſatiabilem peccandi eſuriem, ad quam exaciandam, æternum viuere appetentiùs hiant! Scelerosa delinquendi libido, ad vitæ amorem impotenter inſtigat, quò viuâ peccati morte ſeſe plenis buccis inceſſanter ingurgitent. O bona malorum mors, licèt in ſe peſſima, quâ peccatum cum homine cadaueraſcit, & peccandi in hac vitâ tela vaſtior præciditur! O gula viuendi, nunquam peccando ſatur! *Voluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare.* Quid ſceleſtius? quid enormius? quid inordinatius? Peccatorum votis totam implere æternitatem licet? Sic vltra vires vltium audet? Heu vitioſitas peccatricis æternitatis bibula, præcoquo peccandi deſiderio! Heu *Senes dierum malorum* ſceleſtiſſimè *inueteratos*; imò & peccandi votis, æternitatis malè candidatos.

Gratianus. S. Gregor. *Peccatores vellent ſine fine viuere, vt ſine fine peccare poſſent.*

Ibidem verſ. 52.

4\. Prouerb. 18. v. 3.

Accinit Hieronymus in Ezechielis cap. 1. vbi perſtrictim exponens præfata Salomonis verba: *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit*, per τὸ *profundum peccatorum*, intelligit amiſſionem conſcientiæ, & ſyndereſis iacturam, quæ diu peccando exoleſcit, & inde peccator inſoleſcit: *Conſcientiam*, inquit, *cernimus præcipitari apud quoſdam, & ſuum locum amittere, iuxta id quod ſcriptum eſt: Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Quid diſtat à brutis animantibus, ac effetis belluis, homo ſyndereſi viduatus? quem ſcelerum conſcientia non mordicat, cadauer hominis eſt, & rationis pulſu caret. Quare hæc peccandi ſcabies, ſyndereſis inops, innocentiam de ſecuritate æmulatur, quod eſt profundiſſimum peccatorum barathrum: *Maximè*, ait Saluianus) *accuſatrix hominum noxiorum eſt, vſurpatrix innocentiæ arrogantia: & nos hoc ſolum malis noſtris addere poſſumus, vt nos innoxios iudicemus.* Irremediabile malum eſt, & in omnia ſcelera ſine fine ruens, *conſcientiæ præcipitatio*, abſque *ſyndereſis* aurigatione effrenis. Quid tam immeritè ſceleroſum, quàm præſumpta nocentiſſimè innocentia? Et quidem innocentia, quæ digniſſima omnium laude ab ipſis portatur. *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur*, ait regius Vates Pſalmo 9. Quæ verba ſic Græci Patres in Commentario exponunt: *Quoniam laudatur*

Peccator aliquando conſcientiam amittit, & ſyndereſim. Hieron.

Saluian. l. 2. de Prouid. *Irremediabile malum eſt, præſumpta nocentiſſimè innocentia.*

Pſal. 9. v. 23. aliàs 3.

Græci Patr. apud Cord.

P. Didac. Celada in Suſannam.

peccator in his, in quibus oportebat ipſum latere & confundi. Vel quia tanta fuit tua tolerantia, vt nonnulli exiſtimarent iſtiuſmodi à te benedici, tibique gratos eſſe & acceptos. Et Chryſoſtomus ad eum Pſalmi locum: *Quoniam hymnum dixit ſuper cupiditate animæ ſuæ, & auarus benedicens infamauit Dominum.* Nimirùm hæc nocentiſſima impiorum innocentia, adeò procaciter inſoleſcit, vt non tantùm proprio ore ſe commendet, ſed alieno commendari arroganter exambiat. Quin & Deum, quia vltionem acerbiùs diſſimulat, tanquam ſuæ nequitiæ laudatorem ſiſtat: quæ ſceleroſiſſima præſumptio contumelioſè Deum *infamat.*

Malitia Deû habere laudatorem ambit, quò illum infamat. S. Chryſoſt.

Pſalmo 9. ſic purpuratus Vates funeſtè de his canit: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum.* Græci Patres in Paraphraſi, per τὸ *conuertantur peccatores in infernum*, interpretantur, *ad inferos quamprimùm deſcendent*, quaſi eò enormius peccando deuenerint, vt inferno confines ſint, & iam gehennali pyrâ ſemiuſtulentur. Verùm Didymus in Catenâ viuaciùs locum exponit: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes, &c. Peccatores & Gentes*, inquit, *vocat, non homines tantùm, ſed etiam poteſtates carnis expertes. Omnis enim peccati particeps, hanc ſortitur denominationem, eò quòd vox illa, Peccator, non ſubſtantiam, ſed qualitatem ſignificet. Quemadmodum autem is qui ſecundùm locum non eſt in cælo, cogitatione tamen & inſtituto vitæ in cælo verſari poteſt: ſic qui mortalitatis ſigna circumfert* (morte immortali delictorum) *exiſtimari poteſt iam nunc infernum inhabitare.* Heu iam peccator infernum inhabitat!

5\. Pſalm. 9. v. 18. Græci Patr. *Peccator infernum inhabitat. quaret* Didymus.

6\. Sapientiæ 13. Vani, inquit, ſunt omnes homines; & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex: ſed aut gyrum ſtellarum, *aut Solem & Lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt.* Quid tam fatuè ſtultum, quàm creaturas irrationales, imò & exanimales, tanquam Deum colere, illiſque diuinos honores exhibere. Putatur fatua ſtultitia hominum, & mera iniquitas eſt: auidum enim peccandi ſtudium, Solem & Lunam tanquam Deos finxit, vt peregregiè notauit Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 4. ſic fatus: *Solem & Lunam Deos putauerunt. Cùm aberrauerint quidam*, ait, *ab vno Deo, alij quidem Solem ponebant, vt occidente Sole, noctis tempore ſine Deo eſſent: alij verò Lunam, vt in die Deum non haberent.* Quid adulantiùs peccandi licentiæ, quàm aliquandio Deo carere, qui eſt delictorum vindex? Interdiu impunè delinquit, qui Lunam, tanquam ſuum Numen colit: noctu autem impudenter inſoleſcit, qui Solem velut Deum adorat. Temporarius atheiſmus patrandis enormiter flagitiis adulatur. Malunt ſine Deo aliquando eſſe, quàm peccandi libidinem continere Numinis reuerentiâ. O quàm impotenter in vitia effrenis præcipitat vel temporalis atheiſmus! Iacturam Dei facit, vt emat peccandi licentiam. Eleganter quidem Cyrillus.

Sapient. 13. v. 2.

Qui Solem, quaſi Numen adorat, noctu ſine Deo eſt, & impunè delinquit. S. Cyrillus Ieroſolym.

§. CCLX.

Praua diu conſuetudo liberam quandam velut neceßitatem ad peccandum inducere videtur.

1. Odo Clunia. lib. 2. collat.

ELeganter Odo Cluniacenſis: Neque alia cauſſa, inquit, facit difficultatem benè viuendi, quàm longa conſuetndo peccandi, qnæ nos ita tenet addictos vt quandam vim naturæ videatur habere. Miramur cùm non nobis deſidioſis, ſine labore, quaſi ab alio ſanctitas conferatur, qui nullam boni conſuetudinem fecimus. Malum namque vetus impugnat conſuetudinem nouam: quicquid primum in te inſtituetis, hoc manebit. Quapropter vſus inoleuit, vt pueri vel puellæ ſpiritualibus ſtudiis manciparentur, priuſquam ſecularibus blanditiis illicerentur. Sed proh dolor! iniquitate iam ſuperabundante, res in contrarium verſa eſt: ſchola virtutum facta eſt amphitheatrum vitiornm. Ibi vitia diſcuntur magis, vbi deſueſci debuerant. Quid quòd tergiuerſamus, & naturæ fragilitatem opponimus Deo, quaſi neſciat ille quales nos fecit, & oblitus noſtræ humanæ fragilitatis, impoſuetit homini mandata quæ ferre non poſſit? O cæcam inſaniam, & profanam temeritatem! Dupliciter quippe Deum videmur incuſare. Neque enim iuſtus qui poſſe dedit, impoſſibile aliquid imperare poteſt: neque qui pius eſt, hominem condemnaret pro his quæ vitare non poteſt. Hanc itaque iuſto (Deo) iniquitatem, nec pio crudelitatem adſcribamus. Hactenus ille, quibus liberam à malâ conſnetudine peccandi velut neceſſitatem eloquenter deſcribit.

Peccandi cõſuetudo neceſſitatem ad peccandum inducere queritur.

2. Prouerb. 22. v. 6. Hebræus. Caietanus. Chaldæus. Pagninus.

Prouerbiorum 22. ſic nos erudit Salomon: *Prouerbium eſt: Adoleſcens iuxta viam ſuam; etiam cùm ſenuerit non recedet ab eâ.* Hebraïcè, *initia*, vel *dedica puerum ad os via ſua*, &c. Caietanus, *aſſueſac puerum*, &c. Chaldæus, *erudi adoleſcentem*; Pagninus, *imbue puerum.* Pueri enim ac iuuenes idonei ſunt, qui virtuti *aſſueſiant*, illâ *imbuantur*, ac *erudiantur*: ſenes autem vitiis adſueti, prorsùs inidonei ſunt, qui inueteratam conſuetudinem dediſcant, & ad virtutem informentur, de prauæ conſuetudinis inolitâ ruditate. Quare ſtultus ille ſenex apud Theogenem, non patiebatur ſe ab alio doceri, dicens: *Ne doceas, ætas me facit indocilem.* Exinde dictitabat Diogenes perinde eſſe, *mortuo mederi, & ſenem docere.* Eleganter ad rem ſanctus Maximus ſerm. de Baptiſtâ: *Qui non aſſueſcit virtuti*, inquit, *dum iuueneſcit, à vitijs neſcit diſcedere, dum ſeneſcit. Et contra quod in virtute addiſcitur, in maturâ ætate ſeruatur.* Profectò qui in vitiis enutritus, illiſque aſſuefactus eſt, ſimul ad virtutem denuò ſectandam *indocilis* eſt: ideóque illam *neſcit* diſcere, quod eſt deteſtabilius prauæ conſuetudinis elogium. Heu! ſic praua diu conſuetudo homines inuitiat, vt tanquam ad virtutem *indociles*, eam *diſcere* neſciant? *Cor docile*, tanquam principem hominis prærogatiuam Salomon laudatiſſimè expetiuit: oppoſitum praua vitiorum conſuetudo præſtat, quæ cor *indocile*, & quod virtutem *neſciat* diſcere facit. O mentis hebetudinem ad omnes ſanctitates cæcam! Quid tam pernicioſè inſolens humanæ menti, quàm ad virtutes *indocilem* reddi? *Indocilis* irrationalium cognatus eſt, & brutis pecudibus confinis. Hæ autem arbitrio exemptæ, nec laudem operibus merentur, nec pœnam. Homo verò à prauâ conſuetndine *indocilis*, & *neſciens* diſcere, cùm ſui arbitrij adhuc maneat, etſi dicatur *indocilis*, docibilitatis pœnas luit; neque eiuſmodi indocibilitas à conſnetudine inducta, voluntatem cogit, nec culpam expiat.

Theogenes. Diogenes. S. Maximus. *A prauâ cõſuetudine homo dicitur ad virtutem indocilis.* 3. Reg. 3. v. 9.

Iob 20. ita Sopbar loquitur: *Oſſa eius* (impij) *implebuntur vitys adoleſcentiæ ſuæ, & cum ipſo in puluere dormient.* Scilicet homo aſſuetus peccatis ab ætate primâ, non recedet ab illis, etiam cùm in ſenectute iuuenilis ardor deferbuerit: imò cùm in ſepulchrum illatum fuerit flagitioſum & iuuenili incontinentiâ contaminatum cadauer, cum ipſo quoque commoratura, quæ vitam non deſeruere inolita flagitia. *Difficulter* (ait S. Hieronymus) *eraditur, quod rudes anni perbiberunt.* O quàm eſt inolitum, quod ſic difficulter *eraditur*! Sed cur, quæſo, non dicit, Caro, ſed *oſſa eius?* Planè, quia ſicut quæ oſſibus inſident, cum ipſis dureſcunt ac durant, ita prorſus vitia iuuentutis longâ conſuetudine inolita. Quod pulchrè Gregorius inibi his verbis ediſſerit: *Hoc enim quod male cœpit, peiùs quotidie per conſuetudinem roborat. Dicitur itaque: Oſſa eius implebuntur vitys adoleſcentiæ eius: quia dura in eo prauitatum conſuetudines à vitio ſumpta ſunt peſſimæ inchoationis. Quæ nimirùm oſſa cum eo in puluere dormient, quia conſque in illo iniqua conſuetudines perdurant, quò hunc ad mortis puluerem pertrahant. Cum eo enim in puluere oſſa, vel vitia dormire, eſt vſque ad puluerem eum non deſerere, id eſt, vſque ad mortem ab iniquitate minimè ceſſare. Tenent igitur illum prauæ conſuetudines quæ ſemel cœperunt, atque quotidie duriores exiſtunt: & cum illo in puluere dormiunt, quia non niſi cum eius vita finiuntur.* Vtinam iuuentutis vitia ſaltem in ſenectute ſiſterent. Sed proh dolor! cum peccatore in puluere dormient, hoc eſt, in ſepulcro reponentur: nam *cùm cætera omnia* (vt benè Titelmanus aduertit,) *poſt mortem relinquantur, ſola opera ab incunabulis vſque ad ſepulcrum mortuos conſequuntur.* Heu nimis tenax prauæ conſuetudinis vis, quæ ſic eſt obſtinatè diuturna! Vnde ſnmmam nequitiæ horum Senum, his verbis Daniel compendiauit: *Inueterate dierum malorum*, &c.

3. Iob 20. v. 11. S. Hieronym. epiſt. ad Lætam. S. Gregor. l. 15. Moral. c. 4. *Praua conſuetudo vſque ad ſepulcrum ſequax quomodo?* Titelm. apud Cornel. in Prouerb. 22. v. 6. Hic verſ. 52.

Prouerbiorum 18. ita ſcribit Salomon: *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit*, &c. Impius hîc vocatur, qui non ſemel vel iterùm ex infirmitate vel ignorantiâ in peccatum lapſus eſt; ſed qui aſſiduè ex malitiâ & impietate peccat, vel iam peccati callum obduxerit, qui ſanè in peccatorum profundum deuenit. Quare ſanctus Chryſoſtomus in

4. Prouerb. 18. v. 3. *Conſuetudo velut ſui impotens ſæpe ad peccandum.* S. Chryſoſt.

Cornelius.

in epiſt. ad Theodorum, per *profundum* accipit peccandi conſuetudinem: *hac enim neceſſitatem quandam peccandi affere, quâ fit vt homo quaſi impos ſui rapiatur in ſuas concupiſcentias, quibus vltrò ſe totum mancipauit: quò fit vt omnia qua eum à peccato auocare poſſent, ſpernat & contemnat: perinde ac porci luto ſe obruentes & opplentes contemnunt omnem nitorem ac puritatem; imo luto & ſordibus ſe oblectant & paſcunt.* Hæc inibi Cornelius, quibus hoc *profundum* ſeu batatrum, ad quod praua conſuetudo præcipitat, apprimè exponit. Adſentit Gratianus de Pœnitentia diſt. 1. can. 60. ſic ex ſancto Gregorio fatus: *Vòluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare dum viuunt...... Hinc Chriſtus ex perſonâ membrorum ait: Non abſorbeat me Profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Puteus eſt humana iniquitatis profunditas, in quam ſi cecideris, non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris os tuum. Confitere ergo, & dic: De profundis clamaui ad te Domine, & euades. Claudet ſuper illum Dominus, qui in Profundo contemnit.* Ecce tibi in quod *Profundum* corruat, qui inceſſanter peccat, & ex conſuetudine delinquit.

Gratianus. S Gregor. *Qui ex conſuetudine peccat, ſine fine peccare vellet.* Pſalm. 63. v. 16.

5\. Lucæ 15. adoleſcens ille Prodigus, de ærumnarum malo aliquando meliora ſapit: *In ſe autem reuerſus, dixit: Quanti mercenary, &c. Surgam, & ibo ad patrem meum.* Syrus pro *τὸ in ſe reuerſus*, habet, *ad animam ſuam*, id eſt, ad cor, ad mentem rediens. Theophylactus, *à ſua exteriore diuagatione rediens.* Ethicâ expenſione digniſſimum eſt, quòd cùm hic Prodigus adoleſcens adhuc prauus eſſet, laudatur quòd ad ſe reuerſus fuerit, cùm ad malum hominem redierit. Quid tam iniquum foris extrà ſe inueniret, quam animitus ſeipſum, dum ad ſe reuertitur? Scilicet prauus erat hic nequam adoleſcens Prodigus, ſed nondum malitia callum obduxerat, nec praua perdiu conſuetudo luxuriandi inoleuerat, nec per conſuetudinem in mores abierat, ingenerauerátque naturam aliam. Quod ſi accidiſſet, vituperio potiùs quàm laudi datum fuiſſet, quòd extra ſe aliquandiu vagatus, ad ſe tandem à prauâ conſuetudine nequiſſimum, vnquam rediret. Huc proculdubio adludere videtur ſanctus Gregorius 12. Moralium ſic alte fatus: *Sapè nonnulli exire à prauis actibus cupiunt; ſed quia eorundem actuum pondere premuntur, in mala conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt.* Nimirùm tametſi communiter laudatiſſimum ſit peccatoribus, *in ſe reuerti*, & ab exterioribus, in quibus malè vagantur, ad ſe redire, ſicut Prodigus adoleſcens: at cùm in aliquo praua peccandi conſuetudo diu inoleuit, adeò miſerè inuitiatus eſt, & medullitus nequiſſimè ſceleroſus, vt pœnaliſſimi ſupplicij loco ſit, quòd *à ſeipſo exire non poſſit*, ſed cogatur ſecum, id eſt, cum homine perditiſſimè flagitioſo, & deſperationi confini ſemper eſſe, conuerſari ſemper, & *à ſeipſo exiſtere non poſſe*, prauæ conſuetudinis vinculo validiſſimè detentus.

Lucæ 15. v. 17. Syrus. *De prauâ cõſuetudine vene, quòd peccator à ſemetipſo exire non poſſit.* S. Gregor.

P. Didac. Celada in Suſannam.

6\. Ieremiæ 13. ita de prauâ conſuetudine ad peccandum ſcribitur: *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Sicut hoc eſt impoſſibile per naturam, ita illud eſt nimia difficile; nam peccandi conſuetudo, quaſi adfabricata altera natura eſt: Exinde Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 5. *Suſpirabam ligatus*, inquit, *non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & ideò mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippè ex voluntate peruerſa facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini facta eſt Conſuetudo, & dum Conſuetudini non reſiſtitur facta eſt neceſſitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis (vnde catenam appellaui) tenebat me obſtrictum dura ſeruitus.* Plura ibi in hanc ſententiam Auguſtinus. Et Gregorius homil. 31. in Euangelia: *Vſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit; ad rectitudinem conatur, & labitur; quia vbi diu ſponte perſtitit, & ibi cùm noluerit coacta cadit.* O monſtroſa infeliciter *coactio*, quæ peccatores libertate minimè exemit! Heu liberè coactæ voluntatia monſtrum!

Ieremiæ 13. v. 23. S. Auguſt. *Conſuetudo monſtrum eſt liberè coactæ voluntatis.* S. Gregor.

---

§. CCLXI.

Qui correptionem detrectat, præproperus gehennæ inquilinus putatur.

1\. Nihil obiurgando improbum profecimus, ais; diſſimulat, oblitus eſt, admonitionem vultu negligit, opere contemnit; exaſperatur citiùs quàm emendatur; ore tantillum morigerus, reapſe pertinax in ſuâ malitiâ perſeuerat. Quid facere debeam? Quæris rem gubernatori maximè neceſſariam, quemadmodum ſceleroſi ferendi ſint, vt, ſi fieri poteſt, corrigantur, non perdantur. Sanè placido animo, manſueto, magno, & placidè acti opus eſt. Non eſt, quòd ſæpè reprehenſum, & nunquam ſatis emendatum indigneris, tanquam aliquid noui acciderit, magis mirari debes, ſi non accidiſſet. Aſpice quemadmodum immenſæ cupiditates hient ſemper & poſcant. Non miraberis ibi neminem corrigi, vbi nemo non grauatè corripi ſuſtinet. Quis eſt iſtorum tam firmæ voluntatis ac ſolidæ, vt tutò apud eum ſtudium virtutis ponas? Alius libidine inſanit, alius abdomini ſeruit, alius lucri totus, cuius ſummam non vinces: alius inuidiâ laborat, alius cæcâ ambitione, & in gladios ruente. Adiice torporem mentis ac ſenium, & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultúſque perpetuos. Adiice æſtimationem ſui nimiam & tumorem, ob quæ contemnendus eſt, inſolentem. Quid contumaciam in peruerſa nitentium, quid lenitatem aliò tranſilientem loquar? Huc accedat temeritas præceps, & nunquam fidele conſilium daturus timor, & mille errores, in quibus voluimur. Audacia timidiſſimorũ, & diſcordia familiariſſimorum, & publicum malum incertiſſimis fidere, faſtidire poſſeſſa,

Ferè ex Senecâ lib. 7. de benef. c. 26. leui flexu ab ingrato ad increpatum.

Conglobantur cauſſa, ob quas ſceleroſus reprehenſionem inemendabilis detrectat.

optare quæ conſequi poſſe ſpes non fuit. Propter hæc, non eſt, quòd faciem eis increpationibus acerbis indures: ſi quid eſt pudoris reſidui ſeruet. Sæpè dubiam verecundiam vox acerbæ reprehenſionis clarior rupit: nemo id eſſe, quod etiam videtur, timet. Deprehenſus pudor amittitur. Idcirco reprehenſio moderatiùs facienda eſt; quod ſi non proficit, acriùs repetenda: ſi verò tandem obiurgationem detrectet, obſtinato confinis eſt, & irremediabili deſperationi vicinus. Qui aurigationem reouit, præcipitio proximè vicinatur.

2. Gen. 6. v. 13. Geneſ. 6. primæuo illo mundi æuo Deus diu ſuſtinendo pertæſus multam hominum malitiam, dixit ad Noë: *Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate.* O acerbioris ſententiæ fulmen! Et ob quænam ſcelera tantum excidium Deus decernit? *Omnes conſonant* (ait Chryſoſtomus,) *omnes ad iniquitates pergunt: & in tanta multitudine non inueniri poteſt aliquis, cui virtus ſit cura..... quaſi nemo videret, rationémque delictorum ab ipſis exacturus eſſet, ſic ſeſe malis operibus manciparunt, non cogitantes quòd me nihil latere queat.* S. Chryſoſt. ibi. Itaque finis vniuerſæ carnis, id eſt, irremediabile hominum excidium decernitur, quia homines ſic feruntur effrenes ad cuncta flagitia; ac ſi nemo rationem delictorum ab ipſis exacturus eſſet: nec in tantâ ſcelerum colluuie, aliquis eſt, cui virtus ſit cura: qui ſceleroſos reprehendere audeat, ſic ſunt correptori rebelles? Quod pulchrè ediſſerit S. Gregor. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 12. *Finis vniuerſæ carnis venit coram me*, inquit: *Eis qui omninò corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſſio, ſequentium eſt initium tormentorum.* Nimirùm non tam quia homines enormiter ac inceſſanter peccant, & omnia flagitiorum genera impudenter & atrociter committunt; ſed quia admonitores ſpernunt, & *omninò corrigi renuunt.* *Qui renuit corripi, eſt præproperus gehennæ inquilinus.* Quare tam dura flagella, & acerba pœnaliſſime ſupplicia nunc pati coguntur, vt quod inchoatur in pœnâ temporariâ, in æternâ deſinat: & quod cœpit in vndarum naufragio, in gehennalis pyræ infernali incendio conſummetur. *Eis qui corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſſio, ſequentium eſt initium tormentorum*, ac ſi renutus ad correptionem, ſit gehennæ ſcintilla, & fumus inferni, iam nunc vſtulans perpetuò comburendum. Sic qui renuit corrigi, eſt præproperus gehennæ inquilinus! O viderint, & caueant, qui reprehenſionem contemptim aſpernantur!

3. Eccli. 31. v. 14. & 15. Siracides Eccleſiaſtici 31. ſic nos ſalubriter erudit: *Memento quoniam malus eſt oculus nequam: Nequiùs oculo quid creatum eſt? Ideò ab omni facie ſua lacrymabitur, cùm viderit.* Opinor, nil præſtantius in hominis opificio, quàm oculorum fabrica; quam ſi hîc dilaudare ſumptuoſiùs vellem, longum nimis facerem. Quo ergo pacto dicitur: *Nequius oculo quid creatum eſt?* Quæ eſt hæc oculorum nequitia? Reſpondet Cornelius inibi ex Palacio: Cornelius. Palacius. *Nec enim creatum eſt quicquam tenerius, aut irritabilius, aut impatientius oculo; & propterea lacrymabitur à facie ſua, id eſt, ab aſpectu ſuo.* Itaque etſi nihil præclarius, lucidius, aut præſtabilius oculo; quia tamen ad quemuis licèt leniſſimum attactum, nimis irritabilis eſt, & impatiens etiam lenocinantis medicamenti, ideò iniquiſſimus denotatur. Pulchrè ad rem S. Baſilius Magnus epiſt. 388. S. Baſilius. *Quemadmodum*, inquit, *vbi oculi laborauerint, alicui etiam illa, quæ mitiſſima ſunt medicamenta, dolorem inuehunt, ita mea forſan in præſenti oratio te furore magis percellet, quàm demulcebit.* Scilicet grauate nimis ſe reprehendi ſinunt, quos diuturna vitia, aut paſſio aliqua tenet. *Oculis comparantur, qui ſe ægrè corripi ſinunt.* Lenis etiam correctio eſt illis aſpera, dura, grauis. Mali errare potiùs quàm corripi ac emendari nolunt: quod oculorum ſimilitudine Baſilius ediſſerit: *nec enim creatum eſt quicquam tenerius, aut irritabilius, aut impatientius oculo.* Muliebribus lacrymis irritamentum oculus prodit, *furore* vel leniter correptus: quaſi impatientia ſit correptionis ſequela. Qui leni correptione furit, æternaturi ſupplicij candidatus eſt, & gehennæ propè confinis. Sicut hi nequam Senes à Daniele acerbiùs reprehenſi. Hic verſ.

4. Prou. 5. v. 12. & 13 & 14. Prouerbiorum 5. impiorum ſera hæc vox auditur: *Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam? Penè fui in omni malo.* Syrus. Syrus habet, *Correctionem abominatur cor meum.* Hebræus. Pro τὸ *non acquieuit*, Hebraïcè habetur, *ſpreuit*, Theodot. Theodotion *exacerbauit.* Aquila. Symmach. Pro *docentium me*, Aquila & Symmachus vertunt, *illaminantium me*; Cornelius. Cornelius ex Hebræo, *implaentiam mihi.* *Reprehenſio impinenda eſt. quaret* Correptor enim ſuam monitionem, velut pluuiam diſtillat & impluit in aures & animum correpti, vt reſtinguat vitiorum ac paſſionum ardores; non grandinat, fulminat, ne odium & iram ſufflammet, & à medicinâ plus ægrotet. Sed expenſione digniſſimum eſt, quòd impij ſerà ducti pœnitentiâ, non tam incuſent commiſſa ſcelera, quam quòd *increpantibus non acquieuerunt*; ſed increpationem *ſpreuerint, abominati ſint, deteſtati ſint*; & increpantem *exacerbauerint*: *Qui correptionem detrectat, penè prolapſus eſt in gehennam.* quaſi increpationis repulſa foret totus impiorum reatus, & ſcelerum compendium. Exinde ſceleratorum quiſque concludit: *Penè fui in omni malo*, per *malum* autem quidam interpretes *Dæmonem* accipiunt, vt ſenſus ſit: Dum ſceleroſus increpationem *deteſtabar*, & increpantem *exacerbabam*, iam præpropetè verſabar quaſi inter Dæmones impuros & ſceleſtos. Cornelius. Cornelius autem, & alij per *omne malum*, aptiùs intelligunt gehennam. Sicut enim in cælo eſt omne bonum, ſic in inferno omne malum. Quaſi dicat: Per vitia correptionem impatienter refutantia, reprehenſionis repulsâ, & emendationis renutu, penè prolapſus ſum in gehennam: *Paſſus tantùm inter me & gehennam interſuit*, ait R. Salomon. R. Salomon. Vide in quod barathrum proruat, qui obiurgationis diſciplinam deſpicit, & correptorem deteſtatur. Relege dicta in hoc §. num. 2.

5. Prouerb. 15. v. 12. Salomon Prouerbiorum 15. ita ſcribit: *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur.* Nimirùm qui vitiorum peſte & contagio correptus, correctionem auerſatur, *cum ſapientibus non conuerſabitur* (ſic legunt

LXX. interp. legunt L X X. Interpretes:) *quia enim futurum putat, vt ab ys arguatur, idcirco eos fugit,* Aben Ezra. ait Aben Ezra. Pro *peſtilens* (notat ibi Hebræus. Cornelius. Cornelius) Hebraicè habetur, *Irriſor, illuſor, qui omnia monita irridet, & cachinno exſibilat, quales ſuo contemptu, ſannis, iocis, & dicterys peſtilentiſſimi, & ſummè noxy ſunt: quia omnia iura tam diuina quàm humana in iocum vertunt, & riſu eludunt: qui proinde vt peſtes vitandi, & velut membra putrida eyciendi & reſecandi ſunt: quia ſuo malitia contagio multos inficiunt, animiſque eorum interimunt.* Vide qualis ſit, qui correptionem contemptim refutat: inde non miraberis dici propè gehennæ inquilinum. *Peſtilens* eſt, qui eiuſmodi contagium exhalat, & ipſe moribus obſtinatè corruptus, ſpectatorum mores peſtilenter toxicat, & immedicabiles reddit. O caue quiſquis cælum amas, & gehennam times!

Qui correptionem refutat, peſtilens dicitur.

6. Pergit Salomon eandem morum gnomen aliter inculcans: *Viro*, inquit, *qui corripientem durâ ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur.* Proverb. 29. v. 1. Chaldæus. Chaldæus Paraphraſtes, *Et non erit medicina.* Hebræus. Viuaciùs in Hebræo textu, *Et non ſanitas*, vel *non medela.* Scilicet hæc clauſula reddit rationem, cur viro, qui correptionem durâ ceruice contemnit, repentinus ſuperueniat interitus, vel *conteratur*, vt habent Hebræa, & Chaldaïca; nempè quia *non ſanitas*, id eſt, conteretur inſanabiliter, irremediabiliter, irreparabiliter, & immedicabiliter citrà vllum remedium, ait Aben Ezra, R. Leui, & Aben Ezra. R. Leui. R. Salomon. Salazar. R. Salomon. Accinit inibi noſter Salazar: *Et non eſt ſanitas*, rationem continet, ob quam iſtiuſmodi ſontes correptionum impatientes morti deſtinantur, *quia nimirùm inſanabiles cenſentur.* Heu correptionis impatiens, *inſanabilis* cenſetur! Sic irremediabiliter delinquit, qui ſalutaria correptoris monita impatienter refutat? Quid ſupereſt obiurgationem recuſanti, niſi immedicabilis morbus, deſperatio vicina, interitus imminens, hians gehenna, immaturus inferorum inquilinus? Impatienti correptionis *non eſt ſanitas, nimirùm inſanabilis cenſetur.* O time!

Correptionis impatiens, inſanabilis cenſetur.

§. CCLXII.

Qui pœnitentiam moroſè procraſtinat, in vita fine aut nolle, aut non poſſe negotiatur.

1. B. Petr. Dam. ſerm. 72. SCitè Beatus Petrus Damianus: *Homo*, inquit, *habet diem, habet & noctem: habet Solem in die, habet Lunam in nocte. Dies hominis eſt vita iuſtitia, nox hominis eſt vita nequitia. Sol in vitâ iuſtitia, eſt charitas, qua praeſt vita iuſtitia: Luna verò in vita peccatoris, eſt Pœnitentia. O quàm clarus Sol eſt charitas, cuius quidem radios enumerat filius Solis Paullus Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios,* 1. Cor. 13. v. 4. *vbi ait: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. O quàm clarum eſt Pœnitentia iubar, quod noctem peccati remouet, quod conſcientia nubilum tergit.* Cùm Sol, diei nitidus præſes, diurnam egit præſidentiam, ſenſim caligo noctis ſuccedit; ne ergo nox ſit obſcurè illunis, Luna adeſt, quæ lampade ſplendidâ, depulſis tenebris noctem illuſtrat. Scilicet poſt peccati tenebras, confeſtim adſit Pœnitentiæ Luna, quæ noctem peccati claret, adeò vt dicere cum Prophetâ poſſis: *Et nox ſicut dies illuminabitur. O quàm clarum eſt Pœnitentia iubar, quod noctem peccati remouet, quod conſcientia nubilum tergit!* Pſalm. 138. v. 12. O in nocte nequitiæ Luna pœnitentiæ ſtatim præfulgeat, quæ noctem claret!

Noctem nequitia Luna pœnitentia quantocyùs claret.

2. Siracides Eccleſiaſtici 5. ſic peccatores ſeriò adhortatur: *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Eccli. 5. v. 8. Quæ verba ſic effert Syrus interpres: *Ne cuncteris pœnitere coram Deo, & ne impedimentum patiaris de die in diem.* Syrus. Quaſi dicat: Omnem pœnitendi remoram quantocyùs abrumpe & perfringe, ne ſi cunctando moras trahis, & diu peccatis aſſueſcis, tandem nec pœnitere velis; & ſi velis, fortè non poſſis. Quâ ſuper re ſic eleganter philoſophatur Emiſſenus hom. 3. ad Monachos: Emiſſenus. *Videamus quid eſt, Peccator adycit ad peccandum? Verbi gratia, mali cuiuſlibet paſſio impugnare me cœpit, ſi non ſtatim me pœnitudo vita huius momordit, cràs tanta mihi huius vity facilitas veniet, & quedam (vt ſic dixerim) ſuauitas, vt reuocare me ab illo & continere non poſſim.* Nota quæ adhuc eloquentiùs ſubdit: *Ita enim euenit, vt qui primo tempore emendare noluerit, incipiat in ſequenti nec velle, nec poſſe. Verbi gratia, ſuperbia acquieſcere cœpi, legem violaui, ſeniorem læſi, iuniorem deſtruxi; ſi non ſtatim me pœnituit tam grauiter fuiſſe prauentum, ita de die in diem libentiſſimè me rapiet impetus paſſionis, vt iam nec delinquere me intelligam, nec peccare me ſentiam. Obſcurat enim atque obruit intellectum onus delicti, aſſiduitas delinquendi: etenim ita cor negligentis obduratur.* Reſcindat ergo Pœnitudo peccato ſuccedanea delictorum catenam, quâ ſenſim *obduratus, iam nec delinquere te intelligas, nec peccare te ſentias.* Ergo *ne cuncteris pœnitere coram Deo, vt qui primo tempore emendare nolueris, incipias in ſequenti nec velle, nec poſſe* Heu quàm multos lugemus, qui diu pœnitentiam negligentes, in ipſo mortis articulo, aut pœnitere noluerunt, aut feſtinato interitu præuenti, vel perbreue pœnitendi ſpatium minimè repererunt!

Qui pœnitentiam procraſtinat, in fine vita aut pœnitere nollet, aut non poterit.

3. Nouus hîc Iudex ſedet Daniel, reatum Senum ſalaciter fraudulentum iudicaturus. Vidénſque eos in nequitiâ inueteratâ obduratos, acerbiùs increpat, ſi fortè eorum malitiam diuturnitate obſtinatam, ore peracerbo ſaltem edomet, & (ſi fieri poſſet) ad pœnitentiam flectat: durities enim domanda eſt, ſuadenda non eſt. Sic enim alterutrum alloquitur: *Inueterate dierum malorum,* Hic verſ. 52. *nunc venerunt peccata tua, qua operabaris priùs*, &c. Hos Senes diu ſceleroſos & impœnitentes, cùm peccatis inueteratos ait, & anteactorum retrò ſcelerum omnium illis malitiam imputat, bonus Daniel non ſuggerit deſperationem veniæ, ſed proponit incitamentum pœnitentiæ, quam ſi ſtatim arripiant, omnia *peccata venientia* ſiſtant, & in fugam conuertant. Luculenter dubius Auguſtinus lib. 3. Hypognoſticon: *Pœnitentia,* S. Auguſt.

Pœnitentia omnes culpas reuocat, ad perfectum.

Inquit, *eſt res optima: quæ omnes defectus reuocat ad perfectum*, hoc eſt, totam vitam corrigit, *inueteratam dierum malorum* nequitiam, recentis officioſitate gratiæ incunctanter expungit, & omnium virtutum perfectionem auſpicatur, vel fortè cum Paullo, Magdalenâ, Auguſtino, & aliis cõſummat; adeò quod cœpit in nequitiâ inueteratâ deteſtanda, in perfectione conſummetur: *Pœnitentia omnes defectus reuocat ad perfectum.* Ecquis quantumuis diebus malis inueteratus, hanc inopinatam felicitatem capeſſere cunctando procraſtinet? Sed, opinor, quiſquis cum his nequam Senibus, in totâ vitâ diebus malis inueteratâ pœnitentiam refutauit; etſi Danielem nactus ſit, & ſcelerum increpatorem, & ad pœnitentiam hortatorem, iuſto Dei iudicio incipiet pœnitentiam *nec velle, nec poſſe.* Sic feſtinata, ac funeſtè turbulenta mors ad diu impœnitentes accedit!

4\. Matth. 25. v.41.

Matthæi 25. in die iudicij horror huius diuinæ vocis aures reproborum atrociter verberabit: *Tunc dicet & his qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum.* Nota antitheſim: Chriſtus enim electis dicit: Venite ad me, & ad meam gloriam: Reprobis verò: Diſcedite à me ad Dæmonem & gehennam; quia in vitâ Dæmoni adhæſiſtis, non mihi. *Diſcedite*, inquit, quaſi reprobi inducantur tunc velle ad Chriſtum accedere, ſed tardâ iam pœnitentiâ appropinquare non ſinuntur. *Æternum*, inquit. Heu ignem æternum reprobis deſtinatum! Sed cur pro temporali culpâ, æternæ pœnæ reprobi deſtinantur? Audiendus eſt Bernardus, qui epiſt. 253.

S.Bernard.

hac ſuper re ita ad rem philoſophatur: *Ob hoc proculdubio inflexibilis, & obſtinata mentis punitur æternaliter malum, licèt temporaliter perpetratum; quia quod breue fuit tempore, vel opere longum eſſe conſtat in pertinace voluntate; ita vt ſi nunquam moreretur, nunquam velle peccare deſineret: imò ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet.* Scilicet qui patrato ſcelere pœnitentiam negligit, & de die in diem emendare ſe negligenter cunctatur, dum pœnitentiam cunctanter protelat, *inflexibilem & obſtinatam mentem* fouet, & *pertinaci voluntate*, ſicut nunquam vellet mori, ita nunquam peccata deſinere vellet. Quare qui pœnitentiam aſſumere negligit, ſicut ſemper viuere vult, ita & ſemper peccare, ſi poſſet: exinde committendis peccatis non deeſt animus, ſed vita deeſt. Idcirco qui poſt commiſſa peccata pœnitere cunctanter negligit, velut inflexilis obſtinatâ mente ſemper velle peccare interpretatur, & inde æternaliter punitur: nam mens obſtinata, nunquam per pœnitentiam reſipiſcere volens, cùm nunquam peccare ceſſet, & ſemper viuere affectet, ſemper velle peccare meritò interpretatur: qui impœnitens *ſi nunquam moreretur, nunquam velle peccare deſineret: imò ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet.* Quod cernere oculis licet in his nequam Senibus *dierum malorum inueteratis*, qui neque in ipſo interitu pœnitentiam iniiſſe leguntur: quaſi vellent diutiùs viuere, vt diutiùs peccare potuiſſent.

Qui pœnitere negligit, ſpeciatim dignus eſt, qui æternaliter puniatur. quare?

5\. Eccli.5.v.8.

Redeat iterùm ſemel expenſus Siracidis locus, aliter expendendus: *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius*, &c. Syrus interpres: *Ne cuncteris pœnitere coram Deo, & ne impedimentum patiaris de die in diem: quia repentè egredietur furor.* Benè ait, *ne tardes pœnitere*; quia quæuis mora tarditate criminoſa, *ſubitò* ſeu *repentè* Domini furore punitur. Ergo ſi *ſubitò* adeſt vindictæ furor, *ne cuncteris pœnitere.* Appoſitè Origenes in cap. 25. Numer. expendens egregium illud facinus Phinees, quando repentè *arrepto pugione*, ingreſſus eſt ad virum Iſraëlitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem: *Tibi*, inquit, *de manibus gladius corporalis ablatus eſt, & datus eſt gladius ſpiritualis. Accipe hunc gladium, & ſi vides Iſraëliticum ſenſum, id eſt, voluntatem cum Madianitis ſcortantem, ne parcas, ne diſſimules, Statim peccatum percute; imò ipſum fomitem peccati reſeca, ne vltrà concipiat, & generet.* Ac ſi dicat cum Siracide, *Ne tardes, ne cuncteris pœnitere coram Deo*; ſed *ſtatim, ſtatim*, inquam, pœnitentiæ *gladio peccatum percute*; cadat, pereat, tumuletur viuâ gratiæ morte, & concupiſcentiæ ſepulcro. *Imò ipſum peccati fomitem reſeca*, id eſt, peccandi occaſiones & illicia cautè deuita, ne iterùm ſimili naufragio ſorbearis. Pende illud *ſtatim*; nam ſi tantillum *tardes, & differas de die in diem, ſubitò Dei furore* correptus, impœnitens & inemendatus æternum peribis. Quod ex Noëmi temporibus, his verbis Ambroſius edisserit. lib. de Pœnit. cap. 28. *Cùm nobis*, inquit, *inopinatus ſit exitus terminabilis, & vita noſtra dubia ſint ex ignorantià curricula, quomodo ſibi quiſque ſupereſſe ad confitendum tempus exiſtimat, qui temporis ſui tempus ignorat. Dilatio temporis confeſſionem creet, & non deſperationem generet; quia exaggeratur in dilato damnatio, quæ diuinam patientiam pertinaci animoſitate cogitat. Quod ſancti Noë temporibus docetur effectum, cum per centum annos pertracta patientia, implacabilem per mundi ambitum fudit cataclyſmum, inundante cenſurâ.* Dubium Ambroſium haud dubiè benè monentem ſequere.

Syrus.

Numer.25. v.8. Origenes.

Statim poſt peccatum, peccatũ percutiẽdum eſt gladio pœnitentiæ.

Ambroſius locens.

Pertinax animoſitas eſt, non ſtatim pœnitere.

6\. Geneſeos 4. reiectanea de terræ frugibus munera Deo Caïnus offert, Abel autem adipatas de grege pecudes: hæc Deus reſpicit, illa reſpuit. Quod grauatè nimis Caïnus tulit: cuius turbulentum animum vt Deus tranquillet, dixit illi: Cur concidit facies tua? *Nónne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit?* LXX. Interpretes ſic locum excribunt: *Nónne ſi rectè offeras, non rectè autem diuidas, peccaſti? quieſce.* Opinor, benè offert, qui partem vitæ ſuæ offert Deo: non autem *rectè diuidit*, qui florentem & robuſtam ætatem mundo deſtinat, & marcidè effœtam ſenectutem Deo ac ſibi dedicat, vt in eâ pœnitentiam agat. Sententioſè moralis Philoſophiæ Princeps lib. de breuitate vitæ ita ſcribit: *Non pudet te reliquias vitæ tibi reſeruare; & id ſolum tempus bonæ menti reſeruare, quod in nullam rem conferri poſſit? quàm ſerum eſt tunc viuere incipere, cùm deſinendum eſt!* Rectè offert, ſed *non rectè diuidit*, qui reiectaneam ſenectutis ætatem pœnitentiæ deſtinat; quaſi tunc

Gen.4 v.7.

LXX. Interp.

Non rectè diuidit, qui ſenectutem pœnitentiæ deſtinat.

Seneca.

benè

benè viuere incipiat, cùm deſinendum
eſt. *Ne* ergò *cunctèris pœnitere coram*
Deo, vt non de *pertinaci animoſitate cul-*
peris.

---

§. CCLXIII.

Viuax peccatorum memoria, mira pœni-tentiæ vi peccatum expungit.

1. IOſephum natura & indoles ingenuum fe-
cit, ſeruum fraterna inuidia. In ſeruum (ait
Pſalm. 104. Pſalmographus) venundatus eſt Ioſeph. *Hu-*
v. 18. *miliauerunt in compedibus pedes eius: Ferrum*
LXX. Interp. *pertranſiit animam eius*, ſic legunt LXX. In-
terpretes, & ex eis communiter Græci Patres.
Scilicet vt anima in caſu nominandi poſita
diuidat potiùs ipſum ferrum, quàm ab ipſo
ferro ipſa diuidatur. Quò alludit Ambroſius
S. Ambroſ. lib. de interpellatione Dauid: *Non ſcindatur,*
ait, *anima tua ferro, ſed vt anima Ioſeph, ita*
anima tua per ferrum pertranſeat. Quod expli-
catiùs ediſſerit lib. 2. Epiſt. 7. ad Simplicia-
num: *Pulchrè Pſalmiſta ait, In ſeruum venun-*
datus eſt Ioſeph, humiliauerũt in compedibus pe-
dem eius, non animam eius: quomodò enim hu-
Saltem tarda pœnitentiæ cogitatio, peccatum penetret, ne anima à peccato penetretur. *miliata eſt anima, de qua dixit, Ferrum pertran-*
ſiit anima eius? Nam cùm aliorum animas pec-
catum tranſeat (ferrum enim peccatum, quod
eſt penetrabile, id eſt, penetratiuum,) Ioſeph
ſancti anima ita non patuit peccato, vt magis ip-
ſa penetraret. Nimirum ferrum peccati non
pertranſiit, nec diuiſit animam Ioſephi; imò
eius ſancta anima peccati ferrum *penetrauit.*
Nam attenta animi conſideratione cælitùs
illuſtrata, peccati grauitatem percallens, ac
penetrans, illud ſic declinauit, vt dito carce-
re, & compedibus duris, eius patrationem
vltrò redemerit. O, cum ſancto Ioſepho pec-
cati grauitatem animitùs *penetra*, ne pecca-
tum tuam animam *penetret*, diuidat, ac malè
in æternum concidat. Porrò de peccati meri-
to eſt illa Danielis vox ad alterutrum Senio-
Hic verſ. 55. rum: *Ecce Angelus Domini accepta ſententia*
ab eo, ſcindet te medium. Ergò ſaltem pœni-
tentia, quæ definitur *tarda cogitatio, penetret*
peccatum, ne peccatorem peccatum penetret,
diuidat, & *ſcindat medium.*

2. Apocalypſis 15. hoc ſignũ in cælo Ioannes
Apocal. 15. 2. videt: *Et vidi tamquam mare vitreum miſtum*
Cornelius. *igne.* Valdè diſſident Interpretes in huiuſma-
ris vitrei ſignificatione. Cornelius inibi per
hoc mare vitreum ignè miſtum, genuinè ac-
cipit hoc ſeculum, vel huius ſeculi homines,
qui diuitiis, voluptatibus, potentia, ac dig-
nitate, & ſeculari ac mundana gloria perlu-
cent. Hi in mari huius ſeculi luſitant, deli-
ciantur, voluptuantur; ſed merſi peccatorum
pondere, peccatorum pœnas luere incipiunt:
nam mare in in quo ludunt, *miſtum* eſt *igne*,
non bono gehennalis incendij auſpicio. Et
ſanè cùm obſcœna mundi peccata maris
ſymbolo denoterentur, ſtagnum potiùs turbi-
dum, luteum, ac cœnoſum oſtendi Ioanni
Prophetæ debuit. Quare hoc mare vitreum
eſt, & indè oculis peruium? Cur *igne miſtum*,
& indè clarè pellucidum? Pulchrè indidem
Ribera. noſter Ribera reſpondet: *Quiaquamuis im-*
pij ſcelera ſua contegant, eorum cogitationes Deo
manifeſtiſſimæ ſunt, ac ſi lucido quodam vitro
tantum tegerentur. Profectò humana ſcelera *Mare vitreũ igne miſtum, pœnitentiam informat, quomodo?*
velut vitro lucido obtecta tranſparent Deo;
tranſluceant & homini peccatori. Videat ea
in mari, vt illa lacrymarum vndis diluat.
Aquæ ſint *miſtæ igni*, & quidèm infernali, ad
cuius ignis (alioqui obſcuriſſimi) claritatem,
peccatorum grauitas perſpicaciùs videtur, &
flagitiorum reatus apparet. O, delicta noſtra
in hoc *mari vitreo ignibus miſto*, nos etiam
ſæpè videamus, vt qualia Deo noſtra appa-
rent peccata, nobis quoque appareant. Hoc
autem magnum & mirabile ſignum, nempè
mare vitreum miſtum igne, in cælo, apparet: de
cælo enim eſt, & de cæleſtis gratiæ officioſi-
tate, vt ſic appareat. O, attentis oculis videa-
mus qualiter peccata noſtra *in cælo* appareant
Deo ac cælicolis, vt digno peccatorum cen-
ſu ea taxantes, interiori deteſtatione, & am-
bitioſo pœnitentiæ ſqualore eadem expie-
mus. Grandius planè ſignum, nempe *vitreum*
mare ignibus miſtum, noſtram pœnitentiam
informet, & noſtram vitam exinceps refor-
met. Si hi nequam Senes ſua ſcelera enor-
miter flagitioſa, in hoc *mari vitreo ignibus mi-* Hic verſ. 21. 28. & 40.
ſto cernerent fore perſpicua, nec ea ſic celare
fraudulenter ambirent, nec ſic inſoleſcerent,
vt eadem committere auderent: exindè tar-
dè huius ignis frixionem perſenſerunt.

Pſalmographus poſt multa, ipſáque gra- 3.
uiſſima peccata hominum recenſita, hæc Dei
nomine ſubdit: Exiſtimaſti iniquè, quòd
ero tui ſimilis: *Arguam te, & ſtatuam contrà* Pſalm. 49.
faciem tuam. Intelligite hæc, qui obliuiſcimini v. 21.
Deum. Verè Deũ obliuiſcitur qui peccatorum *Homo ſe proiicit in dorſum; ſe contra faciem ſuam ſtatuat.*
ſuorum oblitus, ea non videt: & indè nec
dolet, nec pœnitet. Quare tandem ſtatuendus
eſt peccator contrà faciem ſuam. S. Auguſti-
nus præſcripta Pſalmi verba, ſic ad rem elu- S. Auguſt.
cidat: *Arguam te, & ſtatuam contrà faciem*
tuam. Quid enim inquit, *vis latere teipſum in*
dorſo, tuo? Ibi es, non te vides: facio vt te vi-
deas. Quod poſt dorſum poſuiſti, antè faciem
tuam ponam: videbis fœditatem tuam, vt eru-
beſcas. Gere tui curam, conſtitue te antè te. Sibi
inuiſus homo, Deo inuiſus eſt: videat ſe pec-
catorem, vt pœnitentiæ arbitrio ſe iuſtum fa-
ciat. Ipſe ſe poſt dorſum ponit, ne ſe abomi-
nabilem videat: ergò antè faciem ſuam ſta-
tuendus eſt, vt ipſe fœditatem ſuam videns,
de ipſa aliquandò erubeſcat, & ſui pudore, ſe
tandem emendet. O, *conſtitue te ante te.* Ne
tui tædio te poſt dorſum proiicias. Ante fa-
ciem tuam te fœdum ſtatue, vt de viſa fœ-
ditate pulchreſcas arguto pœnitentiæ inge-
nio. Vide te deformem tibi, & formoſus di-
uinis oculis apparebis. O expongendæ fœ-
ditatis facile parabile medicamentum! O ex-
promptum hominis venuſtandi lenocinium!
quod eſt pœnitentiæ myſterium.

Hi nequam Iudices, libidine iuuenes, æta- 4.
te ac malitia Senes, pulchrè caſtam Suſan-
nam videntes, exarſerunt in concupiſcen-
tiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & *de-*
clinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, Hic verſ. 9.
neque recordarentur iuſtorum iudiciorum. Ergò
fraudulenter æquè ac atrociter damnatâ Su-
ſannæ innocentiâ, confeſtim adeſt Daniel,

Hic verſ.52. inopinatus Iudicum iudex, & alterutri hæc verba fulminat: *Inueterate dierum malorum; nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius; iudicans iudicia iniuſta*, &c. Nimirùm qui diu peccando, diuinæ iuſtitiæ oblitus erat, & declinauit oculos ſuos vt non videret cælum, & in eo ſignum illud magnum & mirabile,

Viuax peccatorum memoria, pudorem incutit gehennâ fortè acerbiorem.

nempe *mare vitreum igne miſtum*, vbi eius ſcelera tranſparebant; ſed poſt dorſum proiecerat peccata ſua; nunc Danielis operâ ipſe contrà faciem ſuam ſtatuitur, & omnia retrò peccata coràm adſunt, & perſpicuè apparent: *Nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius.* O quis in hoc ſonte horror? quis ſcelerum pudor! Hinc illis impendet durus crepitantium ſaxorum nymbus; indè pyra inardeſcens, & ferrea ad torridam frixionem ſartago; aliundè tot *venientium peccatorum* pudenda veſtigia: quid illis atrocius, quid horribilius? Appoſitè aliorsùm Baſilius: *Fortè grauior quam ignis æternus, hic pudor erit, vt numquam non ob oculos habeant ſcelerata vitæ veſtigia.* O tardus peccatorum in inferno pudor, fortè gehennali incendio grauior & acerbior! Ergò nunc tempore acceptabili *numquam non ob oculos habeamus ſcelerata vitæ veſtigia*, quò temporalis pœnitentiæ pudor æternum pudorem redimat, ipſa fortè grauiorem gehennâ. Vtinam his Senibus iſtiuſmodi pudor adfuerit: ſed in illo tragico rerum tumultu, & pœnitentia ad vitæ finem reſeruata, vt nulla pœnitentiæ veſtigia inuenio, ſed veſtigia cateruatim *venientium peccatorum*, ita Babylonius ignis infernali incendio confinis videtur.

S.Baſil. orat. 23. de Iudicio.

5. Geneſeos 3. Protoparentes inſidè delinquunt. Confeſtim adeſt Deus, aut veniam pœnitentibus præbiturus, aut pœnam ſi impœnitentes in ſcelere perſeuerent. Sed cùm audiſſent vocem Domini Dei, *Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Cùm quis per voluptatem aliquid turpe geſſit, quod ſuaue eſt abit, quod turpe & triſte eſt manet: tranſit iucunditas non reditura, manet anxietas non relictura. Anxietatis ac pudoris inſtinctu latibulum quærit, vbi peccatum vel à Deo abſcondat: quod ſi antè faciem ſuam, & oculos Dei palàm propoſuiſſet, pudore pœnitentiæ illud expungendo, meliùs abſcondiſſet: Sed *in eâ occultatione* (ait Gregorius) *non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippè ne omnia videntem videat, non autem ne ipſe videatur.* O maleconſulta peccati abſconſio, quâ non ſe à Deo, ſed Deum abſcondit ſibi! *A facie Domini* abſcondi præſumit, & à facie ſua Deum abſcondit; viſu ſuo vacuus, & operoſus alieno. Licèt peccator poſt dorſum ſua proiiciat ſcelera, nec videt illa, nec Deum vltorem videt; videtur autem ab omnia vidente, & occulatâ prouidentiâ pœnas profugij depoſcente.

Geneſ.3.v.8. *Adam non ſe abſcondit à facie Dei, ſed Deum à facie ſuâ.*

S. Gregorius lib.22. Mor. cap.13.

6. 3. Regum 1. ſenex Dauid nouas init nuptias cum Abiſag Sunamitide: *Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, & miniſtrabat ei, Rex verò non cognouit eam.* Conuenit inter Expoſitores contrà Abulenſem, Abiſag fuiſſe legitimam Dauidis vxorem; hoc enim inſinuat Scriptura cùm ait: *Dormiebátque cum Rege; Rex verò non cognouit eam.* Quaſi dicat: Poterat eam cognoſcere vt maritus, ſed reipſa non cognouit, ne ei virginitatem adimeret, ſed conſeruaret. Quod myſterio non vacat: exindè enim elucet quanta ſit pœnitentiæ vis, quæ lacrymarum naufragio interſtinguit concupiſcentiam; vt qui dudùm adulter fuerat, poſt pœnitentiam, vxore virgine pulcherrima continenter abſtineat. Eleganter Bacchiarius Tractatu de recipiendis lapſis, ita ſcribit: *Ipſe Dauid cùm in adoleſcentia cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute, cum virgine inuenitur: vt intelligamus, quòd poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* Scilicet poſt adulterium diu pœnitens, dicebat: *Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contrà me eſt ſemper*; inde qui dudùm cum adultera, iam cum virgine inuenitur; adeò vt Dauidis caſtitas in pœnitentiæ officinâ reformata, vel potiùs denuò reſculpta, tanta floruit puritate, vt fuerit *virginitatis imitatrix*, & virginis continentiæ æmula. Ergò viderint hi Senes in canâ etiam ſenectâ ſalaciſſimè incontinentes.

3. Reg. 1. v.4.

Abulenſis.

Longa caſtitas à pœnitentiâ, virginitatem æmulatur.

Bacchiarius.

Pſalm. 50. v. 5.

§. CCLXIV.

Cùm Deus peccatoribus pœnali animaduerſione iraſcitur, tunc illis clementiùs indulget.

Vide patientiam, & longanimitatem Dei noſtri (ait Petrus Damianus:) Hæc feciſti, & tacuit. Omnia videt, omnia audit. Vidit opera tua, recurſus, & excurſus flagitiorum tuorum, & continuit iram ſuam. Ecce videt, & tacet; videt, nec manifeſtat; videt, nec iudicat; videt, nec vindicat, videt, & videre diſſimulat: vocat, & non audis; promittit, & contemnis; minatur, nec metuis; & theſaurizas iram tibi in die iræ. Cùm ergò ſit Iudex iuſtus & fortis, multùm eſt patiens, nec iraſcitur per ſingulos dies. Ecce continet iram, reprimit furorem, auertit oculos, peccatoribus parcit; & illi omnia hæc in ſuum iudicium congregant omnium rei. Numquid qui ita tacuit & ſiluit, ſemper ita tacebit? *An non legiſti, quia ad iudicium veniet, patientiam abiiciens, humilitatem neſciens, ignorans miſericordiam? Attendiſti patienter tacentem, attende & impatienter loquentem: Sicut parturiens, inquit, loquar.* Proh! ſic diuturna Dei patientia iram nutrit, exaſperat, armat, vt Chriſtus Deus inducatur Iudex, velut *patientiam abiiciens, humilitatem neſciens, ignorans miſericordiam, & impatienter loquens?* Quid exaggeratius? O caue! 1.

B Petr.Dam. ſerm.37.

Chriſtus iudex inducitur velut abiicièns patientiam, humilitatem, & miſericordiam quaſi

Iſaiæ 42. v.14.

Pſalmo 59. Dauid ſic Deum alloquitur: *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcûs.* Nimirùm antropopathôs Deus inducitur, arcum vibrans, vt ſagittas aduersùs peccatores contorqueat. Innuit Theodorus in Catenâ Græcorum Patr. inibi, hanc *ſignificationem* ad declinádam Dei iram, eſſe, ærumnoſam vitam ducere (ſicut in peccatoribus diuturna felicitas, infauſtum æternæ damnationis augurium eſſe ſolitat) *In medio,* 2.

Pſal.59. v.6.

Theodorus apud Catenâ Cord. 113.

medio, inquit, *tantorum malorum exiſtentes non permiſiſti lædi, ſed tamquam ſigno quodam nos diſtinguens. ... Hoc autem dicit ex metaphora eorum, qui in bello ſæpenumerò hoſtibus permixti, ſibi mutuò ſignum quodam ac ſymbolum familiaritatis ſeu amicitiæ præbent, vnde ſe inuicem agnoſcant*, &c. Itaque qui in tribulationibus ac miſeriis vitam tranſigit, velut ſignum aut *ſymbolum* militare accipit, ne vel à quopiam è militibus *lædatur*. Ceterùm acutè pariter ac opportunè Auguſtinus indidèm locum elucidat: *Videte*, inquit, *quid ſit in arcu. Nónne ſagitta in priora mittenda eſt? neruus tamen retrò retenditur in contrarium quò illa mittenda eſt: & quantò plus erit eius extenſio retrorsùm, tantò maiore impetu illa currit in priora. Quid eſt quod dixi? Quantò magis differtur iudicium, tantò maiore impetu venturum eſt. Ergò & de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi ſuæ ſignificationem, vt fugiat à facie arcus.* Sentẽtiam quam pluribus edilſerit Auguſtinus, vno verbo Tertullianus luculenter expoſuit: *Vndè*, inquit, *& bellicam machinam retractu tela vegetantem.* Itaque qui Chriſtum Deum venturum Iudicem timet, illum tamquam ſagittarium conſideret; quiquò magis ac diuturniùs neruum retrò contendit, eò robuſtiùs eiaculatur ſagittam, & periculoſiùs ſauciat. Nam arcum contendens, illiùs *retractu tela vegetat.* At vndè longa cunctatione ſcelera aut non videre, aut illorum punitionem diſſimulare, aut illis ignoſcere videbatur, indè arcum intenſiùs armans, tela cunctando vegetat, & de morosâ pœnæ dilatione duriùs ferit. Igitur obuiis miſeriis gratulemur, quod velut *ſymbolum bellicum* aut *ſignificatio* eſt, quâ iratæ iuſtitiæ minas feliciter declinamus. Secùs miſerabilior felicitas, quæ diu tribulationibus intacta eſt, acriorem lethaliter ictum expectat, *retractu tela vegetante.*

Tribulationes ſunt velut bellicum ſymbolum amicitiæ.

S. Auguſtin. apud Corder. ibi.

Tertull. in Scorp. c. 1.

Nerui retractu, arcuum tela vegetat: tardam ergò Dei vindictam time.

3. Idem purpuratus Vates Pſalmo 49. poſtquam enormiora populi flagitia recenſuit, quæ diu bonitas diuina patienter diſſimulauit, ſubdit: *Hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contrà faciem tuam.* Ecce tibi longanimitatis diuinæ abuſus, impiè ſacrilegam de Deo exiſtimationem peccatoribus ſuggerit. S. Auguſtinus Serm. 13. in appendice de diuerſis, tom. 10. hanc Dauidis ſententiam ſic elucidat: *Hæc feciſti*, inquit, *& tacui. Quid eſt, Tacui, niſi, Non vindicaui? Seueritatem meam diſtuli, patientiam tibi prolongaui, pœnitentiam tuam diu expectaui. Ego autem cùm adhuc expectarem, vt te pœniteret: tu autem & me contempſiſti, & Apoſtolum audire noluiſti, ſecundum duritiam cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizaſti tibi iram in die iræ.* Addit ad rem ſapienter Auguſtinus: *Suſpicatus es, inique, quòd ero tui ſimilis. Parum eſt, quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deum quia non ſtatim pateris vltorem, vis habere participem, & tamquam corruptum iudicem prædæ ſocium vis habere.* Itaque ſua ſibi patientia detrahit Deus, & de eius bonitate malus malitiam è peruerſo fœnerat; & dum ſupplicium longanimus diſſimulat, & complacentiam de peccato, & cum humano ſcelere participium habere putatur. O blaſphemiam impiè ſacrilegam! quam & tuo ſuffragio, & meæ ſententiæ fulmine acerbiùs vindicabo; vt ſupplicij ſeueritas tuam de me opinionem redimat, & ego de meâ bonitate vindicias faciam. *Arguam te*, inquit, *& ſtatuam contrà faciem tuam.* Pergit indidem Auguſtinus quâ ſolet ingenij ſubtilitate: *Statuam te antè faciem tuam. Modò ergò quiſquis talis es, fac quod tibi minatur Dominus facere: tolle te de dorſo tuo, vbi te videre non vis, diſſimulans à factis tuis, & conſtitue te ante te. Aſcende tribunal mentis tuæ, eſto tibi iudex: torqueat te timor, erumpat confeſſio, dic Deo tuo, Quoniam delictum meum antè me eſt ſemper. Quod erat poſt te, fiat antè te. Et cùm factum fuerit antè te, puniatur à te, ne tu ipſe poſteà à Deo iudice fias antè te, & non ſit quò effugias à te.* Longum nimis facerem, ſi Auguſtini ſententias ſingulas ſolitâ expenſione elucidare vellem, quas ille dilucido acumine expoſuit, ethici Interpretis otium anteuertens. 4.

Pſal. 49. v. 21.

S. Auguſtin.

ad Rom. 2. v. 5.

Dum diſſimulat Deus impunita ſcelera, ei placere putantur.

Homo tollat ſe de dorſo ſuo, & conſtituat ante faciem ſuam, vt puniat peccata ſua.

Geneſeos 6. vt ſacer Hiſtoricus ineluctabile Noëtici diluuij ſupplicium honeſtet, illius æui inhoneſtatem pertinaciter ſalaciſſimam, & violentiam obſtinatè crudeliſſimam conſultò recenſet, quò à ſæuitiæ ſuſpicione Deum tandiu patientem ſcelerum expiet: *Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum.* tandiu diluuium adhuc differam, ſi fortè interim minis ſaltem perterriti reſipiſcant. Hugo Cardinalis ſic ad eum locum ex Bernardo & Proſpero ſcribit: *Non permanebit ſpiritus meus, id eſt, indignatio mea. Quaſi dicat: Nec ita indignabor, quòd non velim eum corrigere per flagella. Crudelior eſt omni indignatione hæc miſericordia Domini, qua parcit peccatoribus, nec corrigit per flagella. Peccator enim peccat, non ideò à Domino non videtur, quia male agentis pœna differtur. Grauius enim in eum diſcernitur, cùm & ipſa correctio denegatur.* Videtur venia miſericors, cùm Deus velut conniuens vel indulgens peccatori, illi non indignatur; ſed *crudelior miſericordia* dicitur. Proh! nuſquam Dei iuſtitia, ita, aut furor nominatur *crudelis*, ne ſeuerior ſcelerum vindicta hoc terto denotetur elogio; & tamen diuturna debiti ſupplicij indulgentia, & velut diſſimulata venia, *crudelis miſericordiæ* vocabulo nominatur? Cùm peccatori pœnalis *correctio denegatur*, gehennæ augurium eſt, æternæ damnationi diſſimulauerit confine, deſperationis viaticum, & peracerbum *crudelis miſericordiæ* arbitrium. Heu *miſericordiam* cum *crudelitate* duriùs coniugatam! 5.

Geneſ. 6. v. 3.

Hugo Card. S. Bernard. S. Proſper.

Meriti ſupplicij dilatio, crudelis miſericordia dicitur.

Iſaias cap. 26. piiſſimè immiſericors Vates, iudicij rigores his verbis à Deo expoſcit: Cùm feceris iudicia tua in terrâ, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. *Miſereamur impio & non diſcet iuſtitiam.* Quaſi dicat: Iuſtè deſidero ſeuerum iudicium tuum in vindictâ impiorùm. Nam ſi eis miſerearis & parcas, non diſcent iuſtitiam, abuſu miſericordiæ, manebunt in ſua impietate: quare hæc in impios clementia & miſericordia immiſericors videtur. Eleganter Bernardus Serm. 42. in Cant. *Tunc*, inquit, *magis iraſcitur Deus*, 6.

Iſaiæ 26. v. 10.

cùm

S.Bernard.

cùm non iruſcitur: Miſereamur, inquit, impio, & non diſcet facere iuſtitiam. miſericordiam hanc ego nolo: ſuper omnem iram miſeratio iſta, ſepiens mihi vias iuſtitia. Satiùs profectò mihi iuxta

Qui nunc Deum ſentit iratum, maximè propitium ſperet.

Propheta conſilium, apprehendere diſciplinam, nequandò iruſcatur Dominus, & peream de via iuſta. Volo iraſcaris mihi pater miſericordiarum, ſed illâ irâ quâ corrigis deuiũ, non quâ extrudis de viâ. Nota verba quæ ſententioſè ſubtexit: *Illud nobis tua benigna animaduerſio parit, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio: cùm enim ſentio iratũ, tunc maximè confido propitiũ; etenim cùm iratus fueris, miſericordia recordaberis.* Exindè

Pſalm.98. v. 8.

Moyſes dicitur Propitiatio, quia illius exceſſibus Deus nõ pepercit.

id appoſito exemplo ptobat: *Deus* (inquit Pſalmo 98. *tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones ipſorum. Moyſen loquitur, Aaronem, & Samuelem, quos præmiſerat; & hoc vocat propitiationem, quòd eorum non pepercit exceſſibus.* Præſcriptis verbis multas ſententias oppottunè conglobat Bernardus expenſione digniſſimas, quas teſcripſiſſe ſat eſto. Illud autem innotatum non dimittam, ſanctiſſimam illam Prophetatnm trinitatem, appellari *propitiationem*, non tam quia iratum Deum peccatori populo reddebant ptopitium, quod ſæpenumerò abundè ptæſtiterunt; quàm quia *Deus propitius fuit eis, quòd eorum non pepercit exceſſibus.* Hem! *propitiatio* dicitur, & tanti vocabuli meretur elogium, quoniam Deus velut non *propitius, eorum exceſſibus non pepercit?* Altò quidem ſtilo Bernatdus.

7. Iſaiæ 26. v. 15. S.Hieron. ibi.

Denique idem Ptopheta inibi addit: *Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti: numquid glorificatus es? elongaſti omnes terminos terræ.* Quaſi dicat, ait Hieronymus: ex hàc tuâ indulgentia ingtâti populi receſſetunt à te, vſque ad vltimos tertæ tetminos. Indulſit, indulſit Deus his ſceleroſſimis Senibus,

Hic verſ. 52.

quibus etiam ptæcelſam ſui populi Prætutam indulſit; quâ abuſi, eis duriſſimo ſupplicio tandèm *venerunt omnia peccata ſua, quæ operabantur priùs.*

---

§. CCLXV.

Tardat diuina ira, vt humana pænitentia leniùs emendet, quod acerbior, pæna duriùs expiaret.

1. Hic verſ. 52. & 53.

Conſultiſſimè ſceleſtiſſimos Senes iudicandos Daniel diuidit. Concors eſt communicata malitia; diuiſa ipſa ſe mendacem ptodit. Alteti eotum ſic durè dixit: *Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata, quæ operabaris prius: iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios.* Impunita diu Senum malitia turpiſſimum hunc eotum exitum appatauit. Vaga totius vitæ ſcelera coëunt tandem in ſupplicium: & de-

Cùm ſcelerũ vltionẽ Deus diſſimulat, pænitentia adulatur.

licta decepta diututnâ impunitate tandem conſpirant in pœnam: & vna, ipſáque breuis diecula vlciſcitur multos annos ſceleroſè exactos. Hi miſeti Senes felicitate malè agendi audaces, vſu poteſtatis inuerecundi, diuinæ longanimitatis abuſu inexpiabiles; immemores, quòd excelſo excelſior ſit; inintij in diuinam patientiam & prouidentiam, ſuum ipſi ſibi interitum atrociorem obſonatunt. Non ſua ſibi Deus patientia detrahit. Dum vltionem diſſimulat, pœnitentiam ſubotnat temporaria impunitate, ne æternùm ſeueriùs puniat. Licentia delinquendi videtur, & lenocinium pœnitentiæ eſt. Tantæ diu lenitatis abuſus, ſupplicij ſeueritatem excuſat. Tardat ira, vt voluntaria pœnitentia leniùs emendet, quod acetbior pœna duriùs expiatet.

2. Pſalm. 144. v. 7.

Pſal. 144. purpuratus Vates regia dignitate ad tegiminis politiâ humanitùs eruditus nexum miſericordiæ & iuſtitiæ in diuinâ gubernatione, his verbis deprædicat: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitiâ tuâ exultabunt.* Quid eſt, quod dum Dei iuſtitiam prædicat, *memoriam* lenitatis ac miſericotdiæ diuinæ commendat? An cunctatior mota in ſupplicijs dignè infligendis, diuinæ ſuauitatis ac indulgentiæ memotiam impottat? Audiendus eſt inibi Hilarius, qui

S.Hilarius.

præſcriptum Prophetæ locum ſic eloquentet elucidat: *Deus, inquit, cùm contrà morem humanæ impatientiæ non feſtinat punire, miseratus eſt tenens iuſtitiam in pæna, poſt miſericordiam non proficiente patientia: habens miſericordiam in pæna, poſt patientiam exercendo iuſtitiam. Non enim Deus rapit humanorum criminum occaſiones, neque tamquam infirmitatis noſtræ naturaque neſcius ipſum illud ad pænam erroris & peccati noſtri tempus inuadit* (Nota attentiùs quæ ſubiicit verba:) *Sed diſſimulat & differt pænitentiæ ſolatium dilatione vltionis*

Deus pænitentia ſolatium dilatione vltionis negotiatur.

expectat, ſuauem ſe omnibus præſtans, dum per miſericordiæ & iuſtitiæ modum temperandæ ſeueritatis indulgentiæ ſe reſeruat. Hoc in Deo præcipuum, hoc in Potente laudandum. Hoc, inquam, in Dei gubernatione *præcipuum* eſt, & in humano gubernatore Dei æmulo ſublimiùs prædicandum, quod humanotum criminum puniendorum occaſiones non rapit; ſed peccata diſſimulat, & pœnam non affert, ſed longanimis differt; quippè qui humanæ *pænitentiæ ſolatium dilatione vltionis expectet.* Iſtiuſmodi in puniendo cunctatio, non impunitati blanditur, ſed pœnitentiam adulantiùs ſubornat: & humanotum ſceletum tædium & odium, futuræ pœnitentiæ *ſolatio* quodammodò fruſtretur. Diuino humanæ *pænitentiæ ſolatio*, Dei patientiam peccator debet. Futura hominum pœnitentia, patientiæ diuinæ ſtipendium eſt. Hoc de humana pœnitentia ſolatium, arcanæ ſunt vindiciæ cunctantis diu prouidentiæ ſcelerum opportunè vltricis; quæ flagitiis *inueteratos* Senes, fruſtrata *pænitentiæ ſolatio* acerbiùs punit.

3. Iſaiæ 42. v. 14.

Iſaiæ 42. aduersùs Hebræam gentem, & indè in extremo iudicio contrà gentes omnes diuinæ patientiæ & indulgentiæ abuſu reptobas, hæc vetborum fulmina Vates iactat: *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Dicit itaque Deus ſe ſatis diu ſiluiſſe, tuliſſéque patienter inueteratos enormiter peccatores, qui ex eius ſilentio & patienti indulgentia, impunitatis lenocinio inſolentiam prauitatis exaggerant. Iam tandem ait, rumpendum eſſe ſilentium, eo ſiue rugitu, ſiue fremitu, quem laborans in puerpuerio mulier ſolet

emittere

emittere. Er quemadmodùm mulier poſtquam diu celauir in vtero fœrum, randem cum dolore ac gemitu illum enititur: ſic Deus diu in animo patientiſſimo conceptum dolorem, offenſionémque compreſſit, id eſt, iram à peccarore in diem vindictæ theſaurizatam, pòſt verò illam eò in peccaroris caput acerbiùs effunder, quò ſileorio diſſimulantiori, & leniori patienria fuerar diutiùs compreſſa; quaſi ex ſilentio, diuturnâ patiētia acerbiratem vlrio muruarir. Alto ſtilo Tertullianus lib. de Reſurr. carn. cap. 14. ſic de finali Dei iudicio loquitur: *Dicimus plenum perfectúmque credendum iudicium Dei, vt vltimum iam, atque exindè perpetuum; vt ſic quoque Deo dignum, dum pro tanta eius patientia plenum atque perfectum.* Vndè, quæſo, diuinum iudicium plenitudinem ac perfectionem hic muruare perhibetur? An ex plena atque perfecta Dei ſcientia, æquirare, iuſtiria? Hæc inrerim Tertullianus omitrir, dum ex longanima diu *patientia plenum atque perfectum* fore Dei iudicium deprædicar. Præcedens diu ſilentium, mura ſcelerum diſſimulatio, & lenis diuturnè parientia, *plenitudinem & perfectionem* diuioo iudicio fœnerant? Nec plenum, neque perfectum, oec Deo dignum forer Dei iudicium, quod præuia parientia, *ſolatium pœnitentiæ* cunctando ſubornans non præſtruxit? Hem! ſic præambula Dei patientia offenſas diſſimulans, ſupplicij acerbitarem excuſar?

Tertull.

Præuia patientia. Dei iudiciū plenum atque perfectum probat

4\. Eccleſiaſtæ 7. gnome moraliſſima proponirur: *Noli eſſe iuſtus multum* (id eſt, plus æquo & nimis, vnde ſequirur,) *neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.* Quaſi dicar: Noli nimis rigidè ius proſequi: quia ſummum ius ſumma eſt iniuria. Ita Iſidorus Peluſiota ait: *Noli eſſe iuſtus multùm, noli iuſtum ſeuerè ac rigidè proſequi; verùm per bonitatem id exupera.* Quæ eſt hæc *bonitas*, quæ in indice, iuſtitiæque aſſertore *exuperare* ac præcellere deber, quâ non erit nimis iuſtus? Appoſitè Auguſtinus: *Cùm iuſtum, inquit, lex prædicet, & hic verè iuſtus qui plenam habet iuſtitiā, quomodo contrà Salomon: Noli, inquit, eſſe iuſtus multum? Nimia iuſtitia incurrit peccatum, temperata verò iuſtitia facit perfectos. Non enim ſine malitia eſt, qui multum eſt iuſtus: quia peccantibus ad ſingula ſi reſpondeas* (inflicto pœnali ſupplicio,) *non deerit vbi pecces: Denique Dei temperata iuſtitia eſt ...... ſuffert enim eos vt ſint qui proficiant.* Nimirùm temperara iuſtitia, quæ Dei iuſtitiam æmularur, peccanribus ad ſingula non *reſpondet* inflicta pœna; ſed patienter ſufferr reos, vr lenocinaore Dei patientia non deſinr *qui proficiant*, & acerbo ſupplicio perituros potiùs *faciat perfectos.* Ex flagirioſis peccaroribus perfectos tandem facere, diuinæ & humanæ parienriæ arbirrium eſt. Ira ad punitionem feſtinat; iuſtiria iræ neſcia, remperara cunctatione dum pœnirenriæ adulatur, punitionem auertit.

Eccle. 7. v. 17.

S. Iſid. Peluſ. lib. 3. epiſt. 310.

S. Auguſtin. in quæſt. ex veter. ac nouo Teſtam. q. 15.

Temperata iuſtitia peccatoribus ad ſingula non reſpondet, vt perfectos faciat.

5\. Reddeat iterùm ſemel expenſus ex Daniele locus, in quo ſic acerbè alterum è Senibus increpar: *Inueterate*, inquir, *dierum malorum nunc venerunt peccata tua quæ operabaris priùs.* &c. Quid eſt, quod his Senibus iniquitate *inueteratis*, dicuntur demùm *venire*, ſeu quaſi redire peccata, cùm iam iam eorum damnario & cædes imminebar? Vndè retroacta peccata *veniſſe* dicuntur? Fortè illinc, aur illis aberant? Scilicer quodammodò peccata abeſſe dicuntur toto rempore, quo Dei patienria punirionem differt, quò ad pœnitenriam voluntarios alliciat. Vndè ſuprà dixit Hilarius: Deus *diſſimulat & differt, & pœnitentiæ ſolatium dilatione vltionis expectat*, quaſi expectatam pœnitentiam velut iam exhibiram quodammodò acceptet. Quis enim adeò obſtinatus cenſebitur, qui diuinæ patienriæ illicio non rrahatur? Guerricus Serm. 1. de Natiuitare: *Etſi poteſtas & terror apud ipſum eſt, totum tamen interim diſſimulat donec pœnitenti parcat, confitentem recipiat.* Et Lactantius lib. de Ira Dei cap. 20. *In tanta igitur impietate hominum, tantiſque peccatis id aſſequitur patientia Dei, vt ſe ipſi homines damnatis vitæ prioris erroribus corrigant*: qui ſi hactenùs *damnati & correcti* non ſint, in fine vitæ *venire* forſan peccara perhibentur.

Hic verſ. 52.

Quare ad hos Senes retroacta peccata venire dicuntur?

S. Hilar. hic n. 2. expenſus.

Guerricus.

Cur Deus hominū peccata punire diſſimulat?

Lactantius.

6\. S. Anſelmus in Proſologio cap. 9. ſuper hâc re ſic Deum alloquitur: *Verum malis quomodò parcis, ſi es totus iuſtus & ſummè iuſtus? quomodò enim totus & ſummè iuſtus facis aliquid non iuſtum? Aut quæ iuſtitia eſt merenti mortem æternam, dare vitam ſempiternam? Vndè ergò bone Deus, bone bonis & malis; vnde tibi ſaluare malos, ſi hoc non eſt iuſtum, & tu non facis aliquid non iuſtum ...... de plenitudine bonitatis eſt: quia peccatoribus tuis pius es, & in altitudine bonitatis latet quæ ratione hoc es. Etenim licèt bonis bona, & malis mala, ex bonitate retribuas; ratio tamen iuſtitiæ hoc poſtulare videtur. Cùm verò malis bona tribuis, & ſcitur quia ſummè bonus hoc facere voluit, & mirum eſt cur ſummè iuſtus hoc velle potuit. ..... Etſi difficile ſit intelligere quomodò miſericordia tua non abſit à tua iuſtitia; neceſſarium tamen eſt credere, quia nequaquam aduerſatur iuſtitiæ, quod exundat ex bonitate, quæ nulla eſt ſine iuſtitia, imò verè concordat iuſtitiæ. Nempe ſi miſericors es, quia es ſummè bonus non es, & ſummè bonus non es, niſi quia es ſummè iuſtus: verè idcircò es miſericors, quia ſummè iuſtus es.* Longulè parirer ac eloquenrer toto hoc cap. & ſequenti hanc theſim Anſelmus tractar. Ecce tibi quomodò Deus ſummè iuſtus, iuſtè miſereatur malis, dum eorum iuſtam punirionem miſericordirer diſſimular, & dilatione ad pœnirenriam allicit.

S. Anſelm.

Quomodo Deus ſummè iuſtus, iuſtè miſereatur malis, dum illorum punitionem differt.

7\. Nahum cap. 1. aduerſùs Niniuiras ira ſcribir: Dominus patiens, & magnus forrirudine, *& mundans non faciet innocentem.* Vatablus vertir, *Abſoluendo non abſoluet*: abſoluere enim eſt non punire; quaſi Deus diu tacendo, patiendo, & diſſimulando Niniuitarum ſcelera, vt ad pœnirenriam conuertantur, inrerim velur *mundos* habear, ac ſi eos iam *abſolueris.* In hunc ſenſum interpretandus eſt Syrus, *Et iuſtificando non iuſtificat*; Arabicus Anriochenus, *Et mundans non mundat*; Arabicus Alexandrinus, *Et mundus ſine mundatione*; Theophylactus, *Sine noxa exiſtens non eſt citrà noxam.* Ecce tibi toto tempore, quo peccatori differtur pœna, vt pœnirentiam agat, dicitur *Sine noxa, abſolutus, &*

Nahum 1. v. 3.

Peccator toto tempore, quo non punitur, vt agat pœnitentiam, dicitur abſolutus, & mundus. quare?

Vatablus.

Syrus.

Arabicus.

Theophyl.

tus, & mundus. Hem! ſic certò pœnitentia
ſperatur? Sin minùs, time: nam *abſolnendo
non abſoluit.*

---

§. CCLXVI.

Inobedientia malum, de bono obedientiæ enormiùs culpatur.

1. LEx Moyſis ſemiplena erat, quare neceſsè
fuit vt Chriſtus veniret, qui eam imple-
ret: enimuerò non *venit ſoluere legem, ſed*
Matth. 5. v. 17. *adimplere.* Hebræa gens ſub Moſaicâ lege
ſemiplena, faciliùs duci poterat ad obſe-
quium, in tanta licentia rerum, quas Euan-
Saluian. l. 2. de Prouid. gelium ſub præcepto vetat: *Tunc laſis*, (ait
Saluianus) *vltio ſuppetebat, nunc patientia;
tunc iraſcentibus lex miniſtra erat, nunc aduer-*
Lex Moſaica indulgentior Euangelio. *ſaria; tunc accuſatori gladium porrigebat, nunc
charitatem; tunc etiam carnali illecebra lex in-
dulgebat, nunc Euangelium nec aſpectum; tunc
corporea voluptates habebant quandam licen-
tiam, nunc iubentur etiam oculi cuſtodire cenſu-
ram; tunc ad multas vxores recipiendas vnius
mariti thorum lex dilatabat, nunc ad vnam ex-
cludendam caſti affectûs deuotione conſtringit.*
1. Cor. 7. v. 29. *Supereſt enim vt qui habent vxores, ſint tam-
quam non habentes.* Neceſſarium igitur fuit,
vt adeſſet Chriſtus, qui Moſaicam legem ſe-
miplenam impleret, & ad legis Euangelicæ
complementum, & illecebris, & minis homi-
Matth. 5. v. 18. nes adigeret, ne *iota vnum, aut vnus apex* de
lege præteriri vllatenùs permitteretur. Adeò vt
dixerit Apoſtolus de Euangelio totus: *Qui-*
Iacobi 2. v. 10. *cumque totam legem ſeruauerit, offendat autem
in vno, factus eſt omnium reus.* Sic eſt vel vnius
præcepti violatio nocenter ſceleroſa! Hinc
Hic verſ. 53. vel maximè Inobedientia deteſtanda eſt. Quò
magis deteſtere hoſce Senes ſalaciſſimè iniu-
ſtos, Moſaicæ legis paſſim violatores, & infidè
refractarios: & Suſannam reuerenter ſuſpi-
cias, quæ diuinis legibus innutrita, vitæ pre-
tio obſequium redemit.

2. Geneſeos 2. conſummato iam mundi opi-
Geneſ. 2. v. 17. & 18. ficio, & in paradiſum voluptatis homine in-
dulgenter delato, Deus *præcepit ei dicens: Ex
omni ligno paradiſi comede: de ligno autem
ſcientia boni & mali ne comedas. in quocumque
enim die comederis, morte morieris.* Plures, ipſaſ-
que ſuauiter edules arbores largiùs Deus con-
cedit, vt Adamus ſub præcepto ab vnâ dum-
taxat arbuſcula temperaret. Sed quid eſt,
quòd Deus infinitè ſapiens, rem adeò leuem,
nec de ſe malam, ſub pœna mortis ſeriò ve-
tat? Grandius ſanè indè vitiandæ etiam po-
ſteritatis malum imminebat ex prohibitione
rei minimè malæ. Quorsùm lex diuina ſic fe-
ſtinat, ſic audet? Quod ex illius temperantia
compendium, in tanto diſpendio tranſgreſ-
S. Auguſtin. ſionis? Belliſſimè Auguſtinus lib. Sent. num.
238. ita ſcribit: *Perfectè Deus, euidentérque*
Rem non malam Deus Adamo vetat, vt ex pœna appareat Inobedientia enormitas. *monſtrauit quantum ſit bonum obedientia; cum
Hominem in paradiſo poſitum, ab ea re prohi-
buit, quæ non erat mala. Sola ibi Obedientia po-
tuit tenere palmam; ſola Inobedientia incidit in
pœnam.* Itaque conſultiſſimè Deus ſummam
præcipiendi poteſtatem dedicauit in præce-
pto, quod rem alioqui non malam vetaret, vt
non excellentia rei præceptæ, ſed mera præ-
cepti obedientia præniteret, ac præriperet ex-
cellentiæ palmam. Æquum videbatur, vt pri-
mi præcepti dedicatio, Dei amorem, aut debi-
tum ipſius cultum conſecraret. Aſt quò res
præcepta magis excellebat, excellentia obſe-
quij obedienter exhibiti, nô valdè eminebat.
Res itaque nô mala ſeueriùs vetatur, vt quan-
tû ſit malum nô Obedire iuſſionibus, ex per-
graui mortis pœna Inobedientiæ ſeueriùs in-
flicta euidenter innoteſcat; dum ſola & mera
Inobedientia, tot etiam totius poſteritatis
ſtragibus iuſtè punitur. Ergò dedicatio primi
mandati, eſto rei minimè male prohibitio;
quia *ſola ibi obedientia potuit tenere palmam;
ſola Inobedientia incidit in pœnam*, & quidèm
pœnarum omnium grauiſſimam.

Ioannis 21. de ſepulchro dudùm Chriſtus 3.
Diſcipulis rediuiuis apparet; & quò ſe viuum Ioann. 21. v. 15.
euidentiùs comprobet, cum illis amicè pran-
det. *Cúmque prandiſſent, dixit Simoni Petro Ie-
ſus: Simon Ioannis diligis me plus his?* Amicum
ſubindè colloquium perdurat, quouſque Pe-
trus Princeps Eccleſiæ inauguratus, palàm
renunciatur. Notat hîc myſticè Alcui- Alcuinus.
nus, quòd *Simon* Hebraicè idem eſt quod Hebræus.
obediens; *Ioannes* idem eſt quod *gratia.* Sic *Non ſufficit*
vocatur Simon Petrus, vt potè obediens gra- *eſſe Simonem,*
tiæ. Benè eſt, appelletur *Simon*, quia obe- *niſi etiam*
diens, & quidèm gratiæ, quæ eſt obſequij nor- *Petrus fi.*
ma. Quid autem eſt, quòd tunc non tantùm *quaret*
Simon, ſed & *Petrus* dicitur? Quorsùm de ho-
mine notiſſimo ſuperuacua nominum gemi-
natio? Annon ſatis cognitus erat Simonis,
aut Petri vocabulo, quo ab Euangeliſtis fre-
quenter nominatur? Moraliſſimè Petrus Da- B. Petr. Dam.
mianus homil. 9. quæ eſt de S. Benedicto, hâc
ſuper nominum re philoſophatur: *Amica
prorsùs*, inquit, *confabulatio Simonis ad Ieſum,
& ſermo omni oratorio flore venuſtior; dignúſque
Simon, qui cum Saluatore plenius proloqua-
tur. Simon namque obediens, Ieſus Saluator.
Loquitur ergò Obedientia cum Salute; quia ſo-* *Obedientia,*
lis obedientibus æterna ſalus hereditario iure *quæ titubat,*
debetur; ſi tamen ibi ſit Petrus, id eſt, ſi obedien- *in inobedientiam malè*
tia non vacillet, aut titubet, ſed fundata ſit ſu- *degenerat.*
prà firmam petram. Ecce tibi ſermo oratorio
flore ethicè venuſtior: Simon, id eſt, *obediens*,
dicitur Petrus, id eſt, *petra*, vt obedientia ſu- *Solis Obedi-*
prà firmam petram fundetur: nam obedien- *tibus heredi-*
tia quæ (ſicut fides) *vacillat & nutat*, in Ino- *tario iure*
bedientiam male degenerat. Obedientiæ ti- *gloria debe-*
tubatio, confinis eſt Inobedientiæ, & contu- *tur.*
maciæ infidè cognata. Quiſquis in re obe-
dientiæ infirmè vacillat, refractario vicina-
tur. *Simon* ergò ſit *Petrus*, id eſt obedientia ſu-
prà petram ſolidè fundetur; nam ſic dumta-
xat *obedientibus æterna ſalus hereditario iure
debetur.*

Siracides Eccleſiaſtici 6. de ſubiectione, 4.
quâ diuinæ Sapientiæ ſubditi eſſe debemus, Eccli 6. v. 25. & 26.
eius obſequio parentes, ita ſcribit: *Iniice pe-
dem tuum in compedes illius & in torques illius
collum tuum. Subyce humerum tuum, & porta
illam, & ne acedieris in vinculis eius.* Eſto, leges
appellentur compedes, quæ greſſus cohibent,
ne pedes ad malum proſiliant; quomodò ea-
dem legum compedes vocantur torques &
monilia? Opinor, non benè compedes aut
vincula

vincula concinnabunt monilia. Sanè *torques*, aut catenas aureas ſignificat, aut *collare vinculum*, vt ex Græco κλοιὸς, inibi adnotauit Cornelius. (Cornelius. Græcus. S. Gregorius.) Qui aduocat illud Gregorij in Pſalmum 5. pœnitent. ad verſ. 21. *Sancti viri*, ait, *non incongruè compediti dicuntur, qui ligati vinculis diſciplinæ Dei* (legibus inquam) *nequaquam ad ea quæ exteriora ſunt, vagantur: & quaſi greſſum operis immobiliter figunt. De his namque compedibus ſcriptum eſt: Inijce pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum......* (Cant. 1. v. 9.) *Vndè in laudem ſponſæ in Canticis dicitur: Collum tuum ſicut monilia.* Metuis haſce *compedes* legum, ſeu præceptorum vincula, ne dum *greſſum operis immobiliter figunt*, te durè per obſequium conſtringant; & indè per inobedientiam vincula rumpis, quò exlex licentet vageris? aduerte iſtiuſmodi præceptorum *compedes* & vincula eſſe *torquem*, ſeu *collare vinculum*, & ſacrâ ſponſâ dignum *monile*. (*Obedienti, legum vincula ſunt torques, monilia, amplexus.*) Profundè Hieronymus epiſt. 127. ad Fabiolam: (S. Hierony.) *Vincula autem Chriſti voluntaria ſunt, & vertuntur in amplexus*, & quidèm cæleſti ſponſâ dignos. Si voluntarius legis factor eſt, *perfectæ libertatis legem* exequens, pulchrâ ineffabiliter metamorphoſi, de compedibus *torquem* facit, & dura *vincula* in blãdos *amplexus* reformat. Inobedienti dura ac ferrea eſt lex; obedienti verò torques, catena aurea, monile, & dulcior cæleſtis ſponſi *amplexus. Vincula Chriſti voluntaria ſunt, & vertuntur in amplexus.* Sic etiam econtrariò boni patris amplexus, quibus Prodigum adoleſcentem dulciter excepit, illi fuerunt voluntaria vincula, (Luc. 15. v. 20.) quibus vagum hactenùs iuuenem ad obſequium conſtrinxit. Refractario leges ſunt *vincula* ferrea; obedienti verò *torques & amplexus*. O bona eruditio!

5\. Pſalmo 118. ſic pangit regius Propheta: (Pſalm. 118. v. 3.) Beati immaculati *in via*, qui ambulant in lege Domini. *Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Frequens dubium eſt apud Interpretes, quare in verſ. 1. vna *via* ſeu lex commemoretur; & in hoc verſ. 3. pluratiuo nomine *viæ* dicantur? Anonymus in Catenâ Græcorum Patrũ apud Corderium indidem, (Anonymus. Corderius.) ſic locum exponit: *Hîc quidèm multitudinem Viarum, in primo verò verſu vnam Viam nominauit. Et in Ieremia tam multitudo Viarum quàm vna Via recenſetur:* (Ierem. 6. v. 16.) *State ſuper vias antiquas, & interrogate ſemitas Domini æternas; & videte qualis eſt via bona, & ambulate in eâ. Multæ ſunt viæ Domini. A vijs autem Propheticis venit quis ad viam noui Teſtamenti Ieſum-Chriſtum dicentem,* (Ioann. 14. v. 6.) *Ego ſum via. Hic vtique beatus eſt.* Anonymo accinit Hilarius ibi: (S. Hilarius.) *Viæ plures ſunt plurima Dei mandata, per has omnes ad eum neceſsè eſt peruenire, qui dixit, Ego ſum via, &, Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Et ſanè cùm Dauid omnia Dei mandata, omnéſque leges diuinas velut vnam *Viam* proponit, de iuſtis ac piis hominibus agit, quos appellat *immaculatos*: cùm verò plures *Vias* commemorat, de his, qui *operantur iniquitatem* loquitur. (*Immaculatis plures leges vna eſt; inobedientibus verò plures & graues.*) Ecce tibi *Via*, vna plures; *iniquis* plures, *immaculatis*, vna. Iniquis plura videntur mandata, quæ tamquam plura grauarè ferunt, plures *Viæ*, per quas moleſtè laſſantur, & obliquè exerrant, *immaculatis* autem omnes leges vna dumtaxat videtur; omnes Viæ velut vna Via illis eſt: per hanc compendio incedunt, placidè ambulant, & rectà tendunt ad cæleſtem patriam. Beatus ille, cui plures viæ vna eſt; miſer autem & infelix, cui plures, ipſæque intolerabiles videntur.

P. Didac. Celada in Suſannam.

6\. Matthæi 27. commemoratâ Chriſti Dei crucifixione, ſubditur: (Matth. 27. v. 35.) Poſtquam autem crucifixerunt eum, *diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam*, &c. S. Athanaſius Serm. de Cruce, (S. Athanaſ.) ita ſcribit: Chriſtus Deus *ſuſpenſus vt homo, ipſum diabolum comprehendit, ac milites terruit ne ſcinderent tunicam.....quoniam velum quidèm ſciſſum eſt, tunica verò Seruatoris ne à militibus quidèm ſciſſa eſt, ſed manſit integra.* Quare dum velum templi ſcindi iubetur, in eo rerum articulo Chriſtus de cruce ſuſpenſus, imperiali prouidentia ſatagit, ne eius veſtes vllo modo ſcindantur; & antè multa retro ſecula per prophetas antedici curauit? (*Veſtimenta Chriſti, eius mãdata ſunt, ideò, non permiſit ea ſcindi.*) Moraliſſimè Hieronymus in Marci cap. 15. (S. Hieron.) *Veſtimenta Domini*, inquit, *eius mandata ſunt, quibus tegitur corpus eius, id eſt, Eccleſia, quæ diuidunt inter ſe milites Gentium.* Scindatur, rumpatur Templi velum; non verò ſcindantur aut rumpantur Chriſti Dei veſtes: nam *veſtimenta Domini, eius mandata ſunt*, quæ ne rumperentur, de cruce patibulatus pendebat: & cetera tormenta mitiora ſibi putabat, quàm ſcindi aut violari eius mandata. (*Quam acerbè Chriſtus ferat inobedientiam.*)

---

§. CCLXVII.

Illiberalis Sacerdotum auaritia, multis vapulat, ne præſcribere videatur.

1\. Nimis eſt funeſta illa Prophetæ vox: *Et erit ſicut populus ſic Sacerdos*, (Oſee 4. v. 9.) quam ſic Gilbertus Abbas elucidat in appendice ad Sermones S. Bernardi in Cantica Serm. 13. (Gilbertus Abbas.) *Factus eſt Sacerdos ſicut populus, vt licentiùs populus ſicut Sacerdos fiat. Mundo ſe Monachi ſtudio conformant, & qui in mundo ſunt errorem ſuum noſtrorum ſatis verſutè, & nimis verè tuentur exemplo. Mutuis ad vitia ſeſe aut informant aut fouent exemplis paſtores, populi, ſeculares, & religioſi: promptuaria plena ſunt huiuſmodi, eructantia ex hoc in illud, aut turpis aut tepidæ conuerſationis ſpiritum peſtilentem. Heu quàm auido cordis ore prauum hunc attrahimus ſpiritum, & corrumpentem haurimus auram! Ieſu bone quandò erit, ſi tamen aliquandò erit, ſicut fides integra, ſic & incorrupti mores.* (*Malitia Sacerdotum excuſat, ac tuetur ſecularium malitiam.*) Hæc auiditas, vt eorum promptuaria ſint plena, ſæpe Sacerdotum auaritiam ſubornat, & eorum mores deprauat, mali exempli toxico latè ad ſeculares ſerpente. Hi nequam Senes, cupiditate, iniuſtitia, & auaritia turpiſſimi, à multis putantur Sacerdotes, quia hic *Presbyteri* nominantur, (Hic verſ. 18. & 53.) quò Sacerdotum nequitia libidinum ac diuitiarum iniuſtè auara, acerbiùs vapulet. Vulgare eſt illud Chryſoſtomi: (S. Chryſoſt.) *Sacerdotes multi, ſacerdotes pauci: non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos*, ſcilicet myſticus.

2. Oſee 4.v. 8. Oſeas Propheta cap. 4. hæc de Sacerdotibus verba ſcribit : *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.* Ruffinus. Putat Ruffinus ideò dici Sacerdotes peccata populi *comedere*, quia ſuis precibus & victimis ea abolent & conſumunt. Verùm hæc eſt laus Sacerdotis, non probrum, de quo hîc agitur. Peritè ibi notat Cornelius. Cornelius, quòd τὸ *comedunt*, perindè eſt, ac comedere ſolent : futurum enim Hebræis ſæpè ſignificat morem, & conſuetudinem actionis. Quid ergò eſt, quòd Sacerdotes populorum peccata *comedere* ſolitant? Culpæne populorum ſacerdotibus eſcatiles ſunt? num peccatis alienis conuiuantur & epulantur? S.Bernard. S. Bernardus Serm. 77. in Cantica : *Peccata*, inquit, *populi mei comedent. Quaſi dicat: Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam ſollicitudinem non impendunt. Quem dabis mihi de numero Præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupijs, quàm vitijs extirpandis?* S. Gregor. Bernardo aduuit Gregor. homil. 17. in Euangelia: *Cur*, ait, *peccata populi comedunt, niſi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia ſtipendia amittant?* quaſi ſecularium peccata ſacerdotibus ſtipédiaria ſint; ne ergò amittant eorum cenſum, fauentiùs illa *fouent.* Montanus. Viuacius ad rem Arias Montanus ſic Prophetæ verba elucidat: *Peccata populi mei comedent, &c. Optant*, inquit, *magnam peccatorum eſſe copiam, quæ ſuam illis mercem cum quæſtu compendióque ſuppeditent.* Porrò Sacerdotes addunt animos ad populorum peccata, quibus inhiant, vt opulentiùs veſcantur, dum peccatis eorum conniuent, ea palpant, iiſque adulantur, dicebant enim extenuando peccata populi : Illud nullum, vel leue eſt peccatum; Deus ſcit nos eſſe fragiles & Infirmos: tales ergò ſciens tolerat, iiſque compatitur potiùs quàm iraſcitur : non ergò ſitis anxij, ego illud in me ſuſcipio, ego pro te ſatisfaciam Deo. Haymo. Addit ibi Haymo: *Quoniam populus Dei eſtis, ex genere Abraham deſcenditis, propter illius amicitiam parcet vobis Deus, ſi peccaueritis ei.* Itaque τὸ *optant magnam peccatorum eſſe copiam, quæ ſuam illis mercem cum quæſtu ſuppeditent*, non erat deſiderium operum ſterile, ſed operoſæ ſollicitudinis fœcundum, quò de peccatis enormiter ampliatis, opulentius ferrent ſtipendium, & ſumptuoſiùs veſcerentur. Vide hîc deteſtandam Sacerdotum illius æui auaritiam.

Sacerdotes optant eſſe peccata, vt locupleto ipſorum quæſtu vedimantur.

3. Daniel. 14. v. 33. &c. Daniel. 14. in leonum lacu ſextiduo Daniel ieiunus ſtagnat: Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſoribus. *Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum in capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſuprà lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens : Daniel ſerue Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus.* Annon Angelus portare poterat prandium, quod expetierat? eccur ipſum Habacuc, à quo prandium poſtulabat, capillo ſuſpenſum, per tam vaſta terrarũ ſpatia vſque ad Babylonem aſportat, ſuperuacui ponderis baiulus? Sic Habacuc putatur auarus, vt vel ruſticanum prandium nõ præberet famelico Prophetæ aſportandum, niſi ipſe oculis ſuis videret in Danielis alimoniam, ad quam expetabatur, impendi? Leuiùs Habacuc putat, tot remotiſſimarum regionum ſpatia crine ſuſpenſum tranare, quàm ruralibus eſcis dubiè fraudari? Tanti æſtimat dapes meſſoribus apponendas, meſſoribus dignas? Ceterùm hæc Belis hiſtoria apud Septuaginta Interpretes hoc inſcribitur titulo, vt refert Hieronymus in Procœmio Danielis : *Prophetia Habacuc filij Iuda de tribu Leui.* LXX.Interp. S.Hieron. Quò mirere magis, vel potiùs mirari deſinas cautelam in ruralibus cibis Angelo expetenti præbendis, vel ad ieiuni Prophetæ alimonam. Sic eſt aliquandò ſacerdotium illiberalitatis ſuſpectum?

Cur Angelus Habacum aſportauit, vt ſuum ipſo prandiũ ferrett

4. Exhodi 32. v. 4. Exhodi 32. Hebræus populus expectando defeſſus Moyſen in monte commorantem, dixit ad Aaron : Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ille reſpondens ait : *Tollite inaures veſtras, de vxorum, filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Nimirùm difficultatem exaggerat, ſi fortè obortis domi iurgiis à propoſito deſiſtant. At populus fecit quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſòrio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Quæ verba ſic ibi Caietan. excribit, & exponit: Caietan. *Iuxtà Hebræum legitur: Et ligauit illud in crumena...... Significauit quòd vniuerſas inaures ligauit in vaſe vno, tanquam ſigillans illas publicè in crumena, ad tollendam ſuſpicionem omnem furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis, vt certus eſſet populus, quòd omnes inaures pariter ad faciendum Deum eorum funderentur.* Itaque vel ipſe Aaron veteris ſacerdotij primas, Sacerdotum princeps, & Hebrææ gentis gloria; qui apud omnem populum tãtá auctoritate eminebat, vt Deorum condendorum arbiter eligeretur; hic, hic, inquam, etiam cùm rem gratiſſimam populo molitur, tam cautè diuitias populares tractat, vt illas accipiens, *ſigillauerit eas publicè in crumena, ad tollendam ſuſcipionẽ omnem furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis.* Sic vel ſumma Sacerdotij dignitas, opinatiſſimá ſanctitate præfulgens, eſt huiuſmodi ſuſpicionibus vectigalis? Publico ſigillo muniatur tota oblati auri ſumma, ne ſi aliter ipſe ſit illius ſequeſter, furacitatis aut fraudis ſuſpectus habeatur. Aaronis cautela, ſit Sacerdotum eruditio, vt vel leuis ſupicionis timulas cautiùs obturẽt, ne Sacerdotium auaritiæ ſuſpectum habeatur; & inde apud ſeculares deuenuſtetur.

Aaron publicum aurum obſignat, vt fraudis ſuſpiciones precludat.

5. Matth. 16. v.18. Matthæi 16. Petro diuinitatem Chriſti coràm confitenti, ipſe Chriſtus reſpondet: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam : & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam.* Quaſi dicat : Ego qui ſum verus Dei Filius, vti profeſſus es, tamquam Dei Filius tibi dico & certò aſſeuero, ac dicendo facio & conſtituo te Petrum, vt ſcilicet poſt me ſis petra Eccleſiæ. S. Leo Magnus Serm. 3. in Anniu. aſſump. ſuæ, ſic locum explicat : S. Leo. *Et ego dico tibi, hoc eſt, ſicut meus Pater tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id eſt, cùm ego*

ſim

Sacerdotes nō ſolidantur & roborantur opibus.

ſim inuiolabilis petra, &c. tamen tu quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia. Itaque Petrus cùm futurus Eccleſiæ Pontifex inauguratur, *petra* dicitur, ſuprà quam Christiana Eccleſia ædificatur. Sed qua *virtute ſolidatur* hæc *petra*? Opinor, Pontificia Petri virtus, quâ ſolida petra Eccleſiæ dicitur, non ſtabilitur opibus, nec gazis roboratur, quamuis Vopiſcus de Aureliano dicat, *Et Pontifices roborauit*, quia Sacerdotes reditibus opimis, ſalariiſque muniuit, auxit, locupletauit. Et Caſſiodorus, *Menſtrua eum duximus largitate ſolidandum*: atque *ſtipendiis muniri*, ait Codex Theodoſ. Itaque petra (qui Petrus eſt) ſuprà quam Christianâ ædificatur Eccleſia, auctoritate Chriſti, & eius *virtute ſolidatur*, non reditibus opimis, ſtipendiiſque diuitibus eam Chriſtus *ſolidauit, muniuit, roborauit*, quod eſt caducum Sacerdotum Gentilium robur ac munimentum. Ipſius enim Petri hæc vox eſt: *Argentum & aurum non eſt mihi.* Bonorum quæ non habebat, Sacerdotes Petrus non reliquit heredes. Ambroſius in illud Pſalmi: *Portio mea Dominus. Cui*, ait, *portio Deus eſt, totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus quidam cum Domino Dominus eſt*. De quo aliàs.

Vopiſcus. Caſſiod. l. 3. var. epiſt. 52. Cod. Theodoſ. de Fil. mil. l. 21. Actor 3. v. 6. Pſal. 118. v. 57. S. Ambroſ. ibi.

6. Matthæi 8. curato mitiſſimè leproſo ait Ieſus: *Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus, quod præcipit Moyſes, in teſtimonium illis*, ſcilicet, Sacerdotibus: nam Princeps Sacerdotum, licèt vnus, multos tamen habebat aſſeclas Sacerdotes minores ad varia ſacerdotalis officij munera deputatos. Putauerim cum multis Commentatorum, τὸ *in teſtimonium*, referendum eſſe ad verbum *oſtende*, & *offer*. Quaſi dicat: Oſtende te Sacerdoribus, eiſque munus Lege præſcriptum offer, vt illi videntes te à leprâ liberum, ideóque munus mundatis præſcriptum offerre, ex hoc oculari teſtimonio cognoſcant te verè ſanatum: itáque ipſi ſanitatis tuæ ſint teſtes. Non ſine felle aduersùs Sacerdotum auaritiam, Origenes hunc locum inibi ſic exponit: *Mittit ad Sacerdotes, vt cognoſcant non legis conſuetudine, ſed gratia operatione mundatum, &c. Vt omnes, qui vident portari munus, miraculum crederent.* Hem! tanta apud illius æui Sacerdotes fides eſt muneribus, vt perſpicui miraculi credibilitas, penes munerum arbitrium ſit? Tam euidens *gratiæ operatio*, ſuffragio munerum apud Sacerdotes indiget? Si hoc ſtipendio fraudarentur Sacerdotes, tanti miraculi gloria Chriſtus fraudaretur? *Qui vident portari munus, miraculum credent.* Heu apud Sacerdotes munerum præſtigias! Inteſtino odio Chriſtum Sacerdotes proſequebantur, ſic autem placantur munerum auaro lenocinio, vt miraculo, quod refutat inuidia, muneratio palàm atteſtetur. Sic apud Sacerdotes fides muneribus conſtat? Munditiei euidentia oculis patens, immunda eſt, & ſqualidè leproſa, niſi ſtipendiis emaculetur. O! penes Sacerdotes tantùm muneribus licet? Sic eſt officioſum munerum ingenium! Sic Sacerdotū cenſuram dona ſubornant, & quoquouersùs inclinant! Procul ſit ſacerdotium Chriſtianum ab hâc Hebræorum Sacerdotum ſcabie.

Math. 8. v. 4. Cornel. ibi. *Hebræorum Sacerdotū fides de munerum arbitrio pendet.* Origenes.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCLXVIII.

Nimis eſt hominibus volupe, propriam vtilitatem impotenter affectare.

HOmo ſibi totus, & nemo aliis, fruſtrà naſcitur, & in creaturarum rationalium cenſu orioſè computatur. Cuncta rationalis natura velut vnum corpus eſt, cuius ſumus inuicem membra: membrum autem ſibi totum, & aliis nullum, onus eſt corpori, non ſubſidium: amputari potiùs, quàm foueri meretur, vt quod vnicè vtilitati ſuæ proſpicit, viduetur aliena. Planè degenerat ab ingenua rationalis naturæ præſtátia, & irrationalibus vicinatur, qui propriis commodis ſolletter inuigilat. Viderint hinc humana vota, quò anhelent; viderint humana ſuſpiria, quo ferantur; viderint humani labores, quò aſpirent. Omnium propoſitus votorum ſcopus, vtilitas propria eſt, & aliquis fauor auri, aura ambitionis, aut annona voluptatis. Qui ingrato titulo deputat quicquid de ſuo labore ſibi non prodeſt, exgrex rationalis naturæ meritò deputatur. Quid tam irrationabile quàm ſibi vni viuere, qui vni ſibi moritur? quàndoquidèm ex ope aliis humaniter collata, tanta bonæ morti apparantur ſubſidia. 1.

Propoſitus votorum ſcopus, vtilitas propria eſt.

Numerorum 22. Balac Moabitarum rex accerſit prophetam Balaam, vt Hebræo populo atrociùs maledicat. Surrexit Balaam manè & ſtratâ aſinâ ſuâ profectus eſt cum Moabitis. Et iratus eſt Deus. Stetítque Angelus Domini in via contrà Balaam, qui inſidebat aſinæ. Cernens aſina Angelum ſtantem in via, euaginato gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, non potuit; imò in anguſtum redacta, concidit ſub pedibus ſedentis. Balaam autem iratus, vehementiùs cædebat fuſte latera eius. *Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt: Quid feci tibi? cur percutis me iam tertiò?* Reſpondit Balaam: Quia meruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem. Dixit aſina: Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque in præſentem diem? dic quid ſimile vmquam fecerim tibi. Protinùs aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via euaginato gladio, qui Balaam erudiuit de peragendo negotio cum rege Moab. Grande quidèm prodigium, vt Angeli opera aſinæ lingua in vocem humanam expediretur, imitaretúrque rationales hominum ſermones. Ceterùm expenſione digniſſimum eſt, quid Angelus, & aſina locuta ſit. Angelus Balaam inſtruit de re totâ à ſe peragendâ, quod aſina, quæ ſemel loqui cœpit, præſtare etiam potuit. Nec minùs forſan prodigioſis brutæ aſinæ verbis Balaam obtemperaret, quàm ſermoni Angelico. Moraliſſimè Gregorius lib. 17. Moralium cap. 1. *Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt, &c. Irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſſit.* Nimirùm Angelus loquitur, quæ non ſibi, 2.

Numer. 22. v. 28. *Aſina rationis verba edens, propriā dūtaxat vtilitatem negotiatur.* S. Gregorius.

ſed prophetæ Balaamo, & populo Dei prodetaut, vt intellectualem naturam decet. *Irrationale* autem *animal*, à natura rationali extraneum, etſi *rationis verba edidit*, adhuc ſe irrationale, animale, ac brutum probat, dum loquitur dumtaxat quod illi expedit, & ſibi vtile putat, aiens: *Quid feci tibi? cur percutis me? Nónne animal tuum ſum?* &c. Ecce tibi aſina, adhuc cùm *rationis verba edit*, tantùm quæ ſibi proſunt, loquitur; proprium incommodum arcerè ſatagit, & ſuæ ſolùm vtilitati ſollicita inuigilat. Scilicet quantumuis *rationis verba edat*, animalem naturam, nec ſatis rationalem probat, cuius animi vota propriis tantùm vtilitatibus obnixiùs impenduntur: quare ſublimius negotium illi credere, nefas foret: nam ſibi totus, nemo aliis erit.

3\. 2. Regum 16. impiè armatam Abſalomi ambitionem, Dauid rex feſtinus fugit. Cúmque pertranſiſſet paullulùm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboſeth in occurſum eius, cum duobus aſinis, qui onerati erant *ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & centum maſſis palatharum, & vtre vini*: & munus enormi mendacio adornauit, aiens, dominum ſuum Miphiboſeth manſiſſe in vrbe, vt auitum Iſraëlis regnum ſibi pararet, populari tumultu recuperationi lenocinante. Dauid autem nimium credulus, ait Sibæ: *Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd Rex hactenùs ſapientiſſimus & æquiſſimus, ambitioſo adulatori, & detractori auariſſimo ac mendaciſſimo rem minimè veroſimilem cauſſa inexaminata crediderit. Nemo hic in Dauide non culpat inexcuſabile iudicium, quo filius Ionathæ, Ionathæ inquam chariſſimi, bonis omnibus ſpoliatur, contrà fas, aduersùs iuramentum, & fidem Ionathæ datam, infidelitate iniuſtè ingratiſſimâ. Dauidici ſceleris cauſſam alij referunt ad animi perturbationem in eo rerum articulo, alij ad lenocinium adulationis, alij ad maledicentiæ credibilitatem, ad munerum præſtigias alij. Abulenſis indidem quæſt. 2. ita ad rem ſcribit: *Tulit Siba ea, quæ putauit nimis vtilia eſſe itineri.* Exiguum ſanè Regi donum Siba obtulit, ſed tunc *nimis vtile*: ſic autem ad ſibi valdè vtile feruntur homines, vt vel Dauid rex ſapientiſſimus, ſanctiſſimus, æquiſſimus, & Ionathæ amiciſſimus, ſui oblitus; & ad iuſtitiam, ad iuramentum, & priſtinas amicitias cæcus, ad id quod ſibi *nimis vtile* videbatur, oculatiſſimus foret. Heu ſic homo ad propriam vtilitatem impotenter fertur?

2\. Reg. 16. v. 4.

Propria vtilitatis ſtudio, Dauid nimis deliquit.

Abulenſis.

4\. Regius Vates Pſalmo 118. ſic pangit, Deum alloquens: *Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.* S. Chryſoſtomus hunc locum elucidans, vò *inclina cor meum*, dictum putat ducta ſimilitudine à corporibus; quorum quodlibet ſuapte natura in locum proprium mouetur: ita vt ſicut terra ſuo pondere in ima vergit, ſic animus ſuo ductu in auaritiam tendat. Ceterùm S. Ambroſius lib. 2. Offic. cap. 6. hæc Pſalmographi verba perſtringens, ita ſcribit: *Aliqui habent; declina cor meum in teſtimonia tua, & non in vtilitatem.* Cur autem forſan præſtet *auaritiam* potiùs quàm *vtilitatem* exscribere, ſic argutè præmiſerat: *Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam: ne vtilitatis ſonus excitet pecuniæ cupiditatem.* Nimirùm ſatiùs ethicè eſt, abſtinere vocabulo *vtilitatis*, nam vel ipſius nominis *ſonus*, ſic blanditur auribus, ſic ad proprij commodi appetentiam inſtigat, vt vel auditum *vtilitatis* vocabulum, illius cupidinem ingerat, grato cunctis lenocinio. Sic *vtilitatis ſonus excitat cupiditatem*! Sic ex Ambroſij verbis, aut verborum ſono, ad mores velitari liceat.

Pſalm. 118. v. 36.

Vel ſonus vocabuli vtilitatis, ad ſui cupiditatem homines extimulat.

S. Ambroſ.

5\. 1. Corinthiorum 13. Charitas, inquit Paullus, *non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt.* Pro vò *non eſt ambitioſa*, Græcus & Syrus vertunt, *Non patrat quod pudendum eſt.* Clemens Alex. lib. 3. Pædag. cap. 5. *Non indecorè ſe gerit.* quaſi dicat: Non pudeſit charitas, quia nihil, nullúmque decus ambit; imò & vtilitatem, quam è re etiam ſua captare poteſt, propter dilectos proximos negligit, & contemnit; nil tam è re ſuâ putans, quàm quod illis commodum eſt. Audiendus eſt ibibi Chryſoſtomus homil. 33. *Non quærit quæ ſua ſunt. Nam eum qui diligitur, omnia eſſe exiſtimat; & tunc probrum ac dedecus eſſe reputat, quandò illum à probro & dedecore non poteſt liberare. Quod ſi per ſuum probrum ac dedecus liceat prodeſſe ei qui diligitur, ne probrum quidèm ac dedecus eam rem ſibi exiſtimat. Ille enim de cetero eſt ipſe. Hoc enim eſt amicitia, eum qui diligit, & eum qui diligitur, non ampliùs eſſe duos diuiſos, ſed vnum eſſe hominem. Ne quæras ergò quod tuũ eſt, vt inuenias tuum. Nam qui quod ſuum eſt quærit, non inuenit quod ſuum eſt.* Ecce tibi fraternæ Charitatis hyperbole eſt, vtilitatem quam ſibi quiſque naturaliter affectat, ſic apperenter eam aliis quærere, & tamquam ſuum ſibi commodum vnicè reputare quicquid vtilitatis alijs impenditur, quaſi homo propria vtilitate vacuus, & operoſus aliena, ſit charitatis exaggeratio. & virtutis meta. Qualem hîc ſuſpicere & admirari Danielem licet; ſic liberandæ Suſannæ totus, vt nemo ſibi videatur.

1\. Cor. 13. v. 5.

Græcus.

Syrus.

Clem. Alex.

S. Chryſoſt.

Charitas vtilitatem alienam ſibi vndè tamquam propriam reputat.

Hic verſ. 54. &c.

6\. Actorum cap. 8. cùm vidiſſet Simon Magus, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus-ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum-ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Ecce tibi hic Simon poſt Euangelium promulgatum fuit primus Simoniæ parens, lucroſæ vtilitatis ambitione inſtinctus. Antè Euangelium porrò hoc auaritiæ œſtro exciti, Simoniaci fuerunt, Balaam pretio volens vendere ſua oracula, benedictiones & maledictiones. Numer. 22. v. 7. Et Eſaü vendens ius primogenituræ, eíque annexum Sacerdotium fratri Iacobo, ad Hebræos 12. v. 16. & Giezi à Naaman Syro exigens pretium miraculoſæ curationis à lepra. 4. Regum 5. v. 20. Itaque primus ſub Euangelio ſacrilegus Spiritus-ſancti inſtitor, Simon Magus fuit. Super cuius ſacrilegio auariſſimo aliè philoſophatur.

Actor. 8. v. 20.

Coincl. ibi.

Numer. 22.

Ad Hebr. 12.

4\. Reg. 5.

Simonia primordiali Protoparentum delicto vetitè pariatur.

S. Clem. Rom.

loſophatur Clemens Romanus lib.6.Conſtit. Apoſtol. cap. 7. vbi tradit diaboli conſilium fuiſſe, per Simonem Magum Apoſtolos, *pecunia delinitos & captos dono Dei priuare: ſicut Adamum poſt deguſtatum cibum interdictum, promiſſa immortalitate priuauerat.* Itaque ſicut ſerpens Diabolus pretio vetiti pomi Protoparentes immortalitate priuauit; ſic Apoſtolos illicio pecuniarum delinire & capere Simon ambiuit, vt Dei dono eos, & in eis reliquos exinceps Chriſtianos, furaciter ſpoliaret. Nimirùm profundè pariat Clemens primordali delicto auarum ſcelus à Simone intentatum. Dein rectè notat Thaſius 1. quæſt. 1. cap. *eos qui*, peiorem eſſe Simoniam hæreſi Macedonianorum: *Illi enim*, inquit, *creaturam, & ſeruum Dei Patris & Fily, Spiritum delirando fatentur: iſti verò eumdem Spiritum efficiunt ſuum ſeruum.* Nec modò quaſi ſeruum, ſed tamquam pecus ac peculium à ſe emptum, quod aliis diuendere ad libitum poſſint. Vide quò trahit homines lucroſæ vtilitatis auariſſima ambitio. Caue.

Simoniaci velut ſeruum tractant Spiritum ſanctum.

Tharaſius.

§. CCLXIX.

Homo nequam reprehenſionem acerbiùs armat in reprehenſorem; quem velut Satanam putat.

1\. Seneca lib. 3. de Irâ c. 13.

CAmbyſen regem nimis deditum vino, Præxaſpes vnus ex chariſſimis monebat, vt parciùs biberet, turpem eſſe dicens ebrietatem in Rege, quem oculi omnium auréſque ſequerentur. Ad hoc ille, vt ſcias inquit, quemadmodùm numquam excidam mihi, approbabo iam, & oculos poſt vinum in officio eſſe & manus. Bibit deindè liberaliùs quàm aliàs capacioribus ſcyphis, & iam grauis & vinolentus, obiurgatoris ſui filium procedere vltrà limen iubet, alleuatáque ſuper caput ſiniſtrâ manu ſtare. Tunc intendit arcum, & ipſum cor adoleſcentis (id enim ſe petere dixerat) figit, reciſóque pectore hærens in ipſo corde ſpiculum oſtendit; ac reſpiciens patrem, an ſatis certam haberet manum, interrogauit. Hactenùs Seneca. Vide hîc quàm grauatè reprehenſionem ſalutarem audierit, peruerſo officio malè gratus. Sic homo reprehenſione exaſperatur.

In reprehenſorem ſuum ſæuit Cambyſes.

2\. Numerorum 22. accerſitum Balaam à Balac rege Amonitarum, vt Dei populo malediceret, ac diris deuoueret, Deus primo vetuerat ire, vt eius retunderet auaritiam, & maledicendi cupidinem: poſtmodùm eum iam retuſum & reprehenſum impunè abire permittit, ſed hâc lege, vt non alia loquatur, quàm illa quæ à Deo audiet. Confeſtim Balaam auri auidus, ibat ad regem Balac ea mente vt malediceret Hebræis, quod ſciebat Deum nolle. *Et iratus eſt Deus. Stetitque Angelus Domini in via contrà Balaam, qui inſidebat aſinæ*, &c. Angelus autem Balaami cædem in duriorem inobedientiæ obiurgationem commutauit. Angelum hunc fuiſſe Michaëlem (qui Præſes erat Synagogæ Iudæorum, vti iam eſt Eccleſiæ Chriſtianorum) tradunt Procopius, & alij apud Theodoretum quæſt. 42. Ceterùm præſcripta verba, ſic Hebraicè ſcribuntur: *Stetit Angelus Domini in via in Satā Balaam.* Scilicet Angelus Michaël dum adeſt inobſequentis Balaami durus obiurgator, *in Satan* illi fuiſſe perhibetur. Moraliſſima ſanè reprehendentibus eruditio. Licèt Angelus ſit de cælo miſſus, qui delicta reprehendit: licèt iuſtè, vt par eſt Angelo, reprehendat: licèt reprehendat eâ peritiâ, quæ Angelum decet; à iuſtè tamen reprehenſo *Satan* reputatur, *Satan* audit; illúmque reprehenſus tamquam infernalem *Satanan* auerſatur. Hem! vel angelus Michaël dum peritè & ſalubriter delicta obiurgat, inuidioſo *Satanæ* elogio, & aduerſarij vocabulo nominatur?

Numer. 22. v. 22.

Angelus cùm reprehendit, Satan putatur.

Procopius. Theodoret. Hebræus.

Matthæi 18. ſic Chriſtus Deus correptionem faciendam mitigat: *Si peccaueris* (Syrus, *errauerit*) *in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Vt hæc correptio, quæ ex ſe eſt odioſa, ſit fructuoſa & efficax, duo maximè requiruntur, ſcilicet charitas, & prudentia. Charitas, vt is, qui peccat, ſentiat correptionem proficiſci non ex odio, vel faſtu, ſed ex amore & compaſſione. Prudentia, vt fiat modeſtè, leniter, ac eo loco, tempore, & modo, quo putatur is qui peccauit, eam grato animo accepturus ad emendationem, nec odio exacerbandus ad hoſtilitatem. Scitè S. Gregorius Nazianzenus Orat. de Modeſtia in diſputationis ſermone ſeruanda: *Hanc rationem*, inquit, *tene, vt partim illum corrigas, idque leniter & humanè, non vt hoſtis, neque vt durus & rigidus medicus, neque vt ſectionibus tantùm & cauteriis aduersùs morbum ſciens graſſari.* Profectò ſeuerior reprehenſio non correptum, ſed inimicum excudit. Audiendus eſt Ambroſius; qui lib. 8. in cap. Lucæ 17. ſic ad rem eleganter ſcribit: *Corripe eum inter te & ipſum. Plus enim proficit amica correptio, quàm accuſatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Seruetur potiùs quod prodi metuat qui monetur. Bonum quippe eſt vt amicum magis te qui corripitur credat, quàm inimicum. Faciliùs enim conſilio acquieſcitur, quàm iniuria ſuccumbitur.* Ecce tibi dura correptio, ab eo qui corripitur, non tam admonitio, quàm *accuſatio turbulenta* putatur, non emendationem negotiatur, ſed *indignationem mouet*; correptionem putat *iniuriam*, cui ſuccumbere obnoxiùs renuit, & *inimicum* cenſet correptorem. Angelus etiam de cælo miſſus, durus Balaami reprehenſor, odioſum *Satanæ* vocabulum interim inuidioſè ſortitur.

3\. Matth. 18. v. 15. Syrus.

Qui reprehendit, iniuriator, accuſator, & inimicus putatur.

S Nazianz.

S. Ambroſ.

Geneſeos 37. Ioſephus paſtoris filius paſtoritiam vitam cum fratribus agebat: *Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Non hîc morabor Interpretes, quale fuerit hoc crimen peſſimum, aut illius fama, quam patri Iacobo ad eorum correctionem detulit. S. Thomas 2. 2. q. 33. art. 7. ad 2. ita ſcribit: *De Ioſeph credendum eſt, quòd fratres ſuos quandoque admonuerit, antequam eos patri deferret.* Nimirùm Ioſephus fraternæ probitatis exactor, & ipſe fratres de crimine peſſimo obiurgat, 4.

Geneſ. 37. v. 2.

S. Thomas.

& fruſtrà obiurgatos, à patre Iacobo ſeueriùs ad emendationem obiurgandos ſatagit. Verùm enimuerò quod Vulgatus habet: *Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo*, alij excribunt: *Detulerunt Ioſeph fratres de peſſimo crimine apud Iſraël patrem ſuum.*

S. Chryſoſt.

Quâ ſuper re ita imbi Chryſoſtomus ſcribit: *Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo. Alia littera: Detulerunt, inquit, Ioſeph de peſſimo crimine apud Iſrael patrem ſuum. Vidè fratrum Ioſeph malitia eminentiam, etiam patris charitatem perturbare attentabant, & qua non erant, fingunt contra fratrem.*

Quàm vicinatur regeſta iniuria iuſto reprehenſori.

Res profectò ethica expenſione digniſſima, quòd iiſdem prorſus verbis, quibus ſcribitur Ioſephum reprehendiſſe fratres de crimine peſſimo, exponatur etiam eorumdem fratrum acerbior obiurgatio, qua ipſum Ioſephum fictis etiam criminibus apud patrem reprehendunt. Nimirùm ſic contrà ſuum obiurgatorem exacerbantur, imò inſaniunt Ioſephi fratres, vt quaſi vltrix vindicta foret correptionis appendix, & illius indiuidua ſequela, reprehenſorum fratrum furor mendax, reprehenſionis meritæ ſuccedaneus inducitur. Quin & ſimultaneus, cùm & Ioſephi reprehenſionem, & reprehenſorum fratrum mendacem crudeliter reprehenſionem in eiſdem verbis deſcriptam legerint. quaſi perindè ſit: Ioſeph *accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo*, ac fratres *detulerunt Ioſeph de peſſimo crimine apud Iſrael patrem ſuum.* Sic vel iuſto reprehenſori acerbior reprehenſorum regeſta iniuria vicinatur? Audiendus eſt Gregorius lib. 8. Moral. c. 14. ſic opportunè fatus: *Redargutione deterior redditur, quia quaſi dira percuſſionis aſtimat iaculum puritatis verbum. Vnde exaſperatus protinùs in contumelias ſurgit, & qua mala exaggeret contrà vitam correptoris inquirit. Demonſtrare longè incomparabiliter reum reprehenſorem ſuum deſiderat, vt innocentem ſe non ſuis actibus, ſed alienis criminibus oſtendat: ita vt ſæpè homo redargutionis aliquid ſe dixiſſe pœniteat, & quaſi à carpentis manu, ſic à corripientis animo quidam, vt ita dixerim, ſanguis mœroris currat.*

S.Gregorius.

5. Lucæ 12. homines, qui de rebus tẽporariis auarè ſolliciti, diuinam prouidentiam incuſſant, his verbis reprehendit, erudit, & caſtigat Chriſtus: Conſiderate *coruos*, quia non ſeminant, neque metunt, & Deus paſcit illos. Confeſtim autem, quoniam indecora ac propudioſa, & indè nimis mordax obiurgatio videri poterat, ducta ſimilitudine à tetra & infelici volucre: ne correptio acrior exacerbaret plus æquo auditores, aliam floridè placidam, & iucundè vernantem mox ſubiicit: *Conſiderate*, inquit, *lilia agri quomodo creſcant: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis.* Vide hic quàm fauſta ſimilitudine acerbè obiurgatos iam amœnet.

Lucæ 12. v.27.

Quod Petrus Chryſologus Serm. 163. eloquenter his verbis ediſſerit: *Deus ſic hominum diligit genus, vt ipſos quos dominantis iure corripit, mox paterno ſoletur & mulceat blandimento: quos comparatione fœdiſſima auis exaſperaſſe videbatur, ad floris odorati, & ſpecioſi nimiùm reducit exemplum.* ſic ſollicitè Chriſtus præcauet, ne dum valdè exacerbat obiurgatio, irritet potiùs quàm emendet, & remedio morbus recrudeſcat. Ergò de Chriſti ore floret reprehenſio, quò vberiùs fructificet ad emendationem. Cùm autem tota in Phariſæos obiurgatio acerbè exaſperatur, impœnitentiam ominatur, vt habetur Matthæi 15. verſ. 11. & 13. Quare propheta Daniel, Chriſti præproperus æmulator hoſce Senes ſceleſtiſſimos peracerba reprehenſione duriùs ferit, hic verſ. 52.

S. Chryſol. *Quos in obiurgatione coruis aſſimilat, mox liliis comparat, quare?*

Matth. 15. Hic verſ. 55.

6. Prouerbiorum 9. hanc morum gnomen Salomon proponit: *Qui arguit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit.* Syrus habet: *Qui corripit flagitioſum, capiet ſibi ignominiam.* quaſi flagitioſus correptus euadat correptoris deriſor in vanægloriæ officinâ. Quare S. Gregorius lib 8. Moralium cap. 24. ita ſcribit: *Scirpus in flore*, inquit, *eſt hypocrita in laude. In flore ſuo manum carpentis incidit, quia in laude hypocryta poſitus, ne hunc quiſquam corripere audeas, aſperitate ſua protinus vitam corripientis ſecat Sanctus nãque eſſe nõ appetit, ſed vocari: & cùm fortaſiè corripitur, quaſi in opinionis gloria detruncatur, deprehenſum ſe in prauitate iraſcitur, loqui ſibi redarguentem prohibet, quia quaſi in occulto vulnere tactus dolet. Qualis imperitis innotuit, talis vult ab omnibus æſtimari, & paratior eſt mori quàm corripi.* Heu nimis vere! Ecce tibi qualiter vanagloria reprehenſi, illum in deriſorem & conuitiatorem refingat.

Prouerb. 9. v. 7.
Syrus.
S. Gregor.
Vanagloria reprehenſ. illum refingit in deriſorem & conuitiatorem reprehenſoris.

7. Paullus ad Galatas 5. pergit eos vrgere, vt iugum antiquæ legis ſemel excuſſum, non admittant: ſed vide quo lenitatis ingenio eos corripiat, dum in quempiam alium, erroris culpam reiicit: *Ego*, inquit, *confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque eſt ille.* Vide hic pie aſturam Apoſtoli in corrigendo peritiam, erroris malitiam deriuando in maleſuadum quempiam. Sic reprehenſionem mitigat, ne reos malè ſauciet, & delinquendi pudore eximat. Sapienter Philoſophiæ moralis Princeps lib. 7. de Benef cap. 18. *Fortaſiè*, inquit, *vitium, de quo quereris, ſi te diligenter excuſſeris, in ſinu inuenies. Iniquè publico iraſceris crimini, ſtultè tuo. Vt abſoluaris, ignoſce. Meliorem illum facies ferende, vtique peiorem exprobrando. Non eſt, quod frontem eius indures, ſine, ſiquid eſt pudoris reſidui, reſeruet. Sæpè dubiam verecundiam vox conuitiãtis clarior rupit. Nemo id eſſe, quod etiam videtur, timet. Deprehenſus pudor amittitur;* & inuerecundè efferatur in conuitiatorem. Delicatula eſt reprehenſionis valetudo: cautè ergò tractetur.

Ad Galat. 5. v. 10.
Dubiam verecundiam vox reprehendentis clarior rumpit.
Seneca.

§. CCLXX.

Angelorum perfectio, dignitas, maieſtas ſummatim traditur.

1. ILlud Pſalmi 32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Quæ verba de Angelis Græci Patres in Commentario

Pſalm. 32. v.6.
Græci Pat. apud Cord.

Commentario ſic elucidant: Angelis, inquiunt, exiſtendi initium verbum opifex dedit; ſanctitatem verò Spiritus ipſis addidit. Non enim infantes primùm creati ſunt, ac deinde paullatim meditando perfecti, hoc modo Spiritum participarunt; ſed in primâ ſui conſtitutione, & quaſi maſsâ ſubſtantiæ ſuæ, ſimul inditam habuerunt ſanctitatem. Quapropter & immobiles ſunt ad malitiam, *ſanctitate ceu tincturâ quapiam imbuti ac ſolidati*, quaſi Angelorum color ſit ſanctitas; eâ enim velut tincturâ imbuti ſunt. Grande quidem Angelorum elogium, quòd gratiæ & ſanctitatis tincturâ colorentur.

Angeli ſanctitate, velut tincturâ imbui ſunt, ſeu colorantur.

2. Cant. 5. v. 2.

Canticorum 5. ita loquitur ſponſa: Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: *Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Solent iuuenes amore feruidi, dum ſponſam quærunt, noctu oſtium ſponſæ ambire, aditúmque ad eam obſeruare, ideóque ſub dio ad multas horas pernoctare; quocirca frigore & guttis noctium cruciantur. Id illi faciunt amore carnali; ſed ſponſus Chriſtus id facit amore ſpirituali: quare rogat ſponſam, vt oſtium ſibi aperiat, vt in domo à rore & pluuiâ ſit immunis, ac guttas roris & pluuiæ, ceteráſque paſſiones, quas ſponſæ amore nocto contraxit, excutiat & deſiccet. Qui ſint hi *cincinni* Dominici capitis, qui cum ſuo capite Chriſto, rore nocturno, ac pruinâ madent, inter Expoſitores non conuenit. Multi myſticè multa ſuper hac re. Appoſitè inibi Lucas Abbas: *Cincinni*, ait, *Angeli ſunt Dei.* Inde pulchrum exurgit dubium: ſufficere porrò videbatur, vt ſponſa, id eſt, anima ſancta oſtium aperiret, ſi diceret: Aperi mihi, quia ſponſus tuus ſum, quia Deus tuus ſum, quia *ego ſum qui ſum*, quia Redemptor tuus ſum, quia tot tantáque pro te paſſus ſum; cur ergo, vt oſtium ſibi aperiat, allegat adeſſe etiam Angelos gelidâ noctis pruinâ vexatos? Tantáne in præſentiâ ſponſi ſui, nempe Chriſti Dei, Redemptoris ſui, Angelorum reuerentia, & ipſorum prærogatiua, vt Angelorum labores ad ſuam dignitatem, ſuáque merita ſponſus addat? *Aperi mihi, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium: cincinni, Angeli ſunt Dei.* Præluſtre quidem Angelicæ dignitatis prærogatiuum!

Cornelius.

Dominici capitis cincinni dicuntur Angeli.

Lucas Abb.

3. Iudicum 13. v. 18.

Iudicum 13. Manue pater Samſonis rogat Angelum quo cum loquebatur, vt ſuum illi nomen denunciet. Cui Angelus reſpondit: *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Chaldæus Paraphraſtes vertit, *arcanum*. Cur autem Angeli nomen ſit *arcanum* ſeu *mirabile*, ſagaciter indagant Interpretes. Cornelius cenſet, nomen Angeli eſſe admirabile ſignificatione, quia ſignificat Angeli naturam ac dotes, præſertim gratiæ & gloriæ, quæ hominum capium ſuperant, ideóque eis ſunt admirabilia. Ceterùm obſeruatione digniſſimū eſt, illa ipſa nomina, quæ in Scripturâ tribuuntur Angelis, non niſi cum Dei nomine, *el*, אל efformari; Michaël, Raphaël, Gabriel, vt ſic per ipſum nomen Angeli ad Deum animus eleuetur, cui nimirum omnes Angeli deſeruiunt. Itaque (concludit Fernandius) *non ſine Dei nomine profertur nomen Angeli, auditóque Angeli nomine itur ad Deum; nec enim Angelus vllam in ſeipſo detinet, aut morari creaturam vult; ad Creatorem recta deducit.* Quare Michaël ſonat, *Quis ſicut Deus?* Raphaël, *Medicus Dei*; Gabriel, *Fortitudo Dei.* Vide hîc Angelici nominis ſacramentum: vnde Angelorum nomen *mirabile* ſiue *arcanum* perhiberur: in ipſo enim nomine ſuam eſſentiam aut officium deſcribente, inſculptum eſt Dei nomen: neque enim Angelus vllam in ſeipſo creaturam detineri permittit, quin illam vel ſui nominis doctu ad Deum deducat: nam *audito Angeli nomine itur ad Deum*: ne vel nomen ipſum Angelorum diuinâ gloriâ vacuum ſit. Quid tam mirabiliter arcanum?

Chaldæus.

Cornel. ibi.

Audito Angelorum nomine itur ad Deum.

Fernandius in Gen. c. 32. ſect. 13.

Pſalmo 88. ſic Vates modulatè pangit: 4.
Quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei? Communiter Interpretes per τὸ *nubes* intelligunt Doctores, Apoſtolos, Prophetas, qui doctrinæ imbribus populos è cælo rigant ad vberem motum fœcunditatem. Quam etiam cauſſam vidit Dionyſius Areopagita in cæleſti Hierach. cap. 15. in beatis mentibus. Quare ait Angelos appellari *nubes*, non modò quòd pleni ſunt lumine quod terris communicant, verùm etiam *quòd inſit illis fœcunda vis quædam viuificandi, & augendi, & perficiendi per modum genituræ ſpiritualis cuiuſdam imbris, quo ſubiectum ſibi gremium pinguibus pluuijs ad vitales excitat partitudines.* Profundo ſtilo de more Dionyſius! Nempè Angelica natura de ſe infœcunda eſt, nec alium Angelum gignere eualet; at verò ineſt Angelis *fœcunda vis quædam viuificandi per modum genituræ ſpiritualis*, quâ *ad vitales excitat partitudines*. O! homo carnalem generat hominem, Angelus *ſpiritualem?* Sententia planè ſententiarum fœcunda.

Pſalm. 88. v. 7.

Angelus per modum genituræ ſpiritualis, ſpiritualem hominem generat.

S. Dionyſius apud Corderium ibid.

Geneſeos 28. profugus in Meſopotamiam 5.
Iacob, vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: *Angelos* quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam; & Dominum innixum ſcalæ, &c. Cúmque euigilaſſet de ſomno, ait: Verè Dominus eſt in loco iſto. *Pauénſque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Pauet Iacob ſacro timore, horrore, & reuerentiâ perfuſus, aiens: Quàm religioſus, quantâ reuerentiâ, tremore, humilitate, ac puritate colendus eſt locus iſte, ob Dei, & Angelorum per ſcalam aſcendentium & deſcendentium præſentiam. Inde tantus timor Iacobo incuſſus eſt. Opportunè ibidem Caietanus tanti timoris cauſſam affert: *Pauénſque, Quàm terribilis, &c. Timuit Iacob conſiderando ſeipſum relatiuè ad præſentiam Dei, & frequentiam Angelorum, ne imputarentur ſibi defectus ſui.* Tanta eſt Angelorum puritas, vt vbi primùm illos videt Iacob, Iacob, inquam, ille, Iacobææ gentis Patriarcha, Patriarcharum idea, populi Dei princeps, cuius ſanctitate parem priſca illa ætas non tulit; ſic pauidè timet, ſic timidè pallet ſuorum defectuum horrore? Hactenus Inſcioſus erat ad ſuorum defectuum notitiam; tam limpida autem

Geneſ. 28. v. 17.

Caietanus.

De puritate Angelorum, ſuos ſibi defectus imputari timet Iacob.

eſt puritas Angelorum, quos coram videt, vt paueat, *ne imputentur ſibi defectus ſui*; quaſi puritas Angelorum, noſtrorum defectuum imputatio ſit. Sic, ſic de ſe cenſet Patriarchalis ſanctimoniæ meta!

6. Iob 25. hæc Baldad Suhitis verba leguntur: *Poteſtas & terror apud eum* (Deum) *eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.* Porrò *poteſtatem* Deo eſſe ſummam ex eo probat, quia facit concordiam *in ſublimibus*. Sed quæ ſunt iſta ſublimia? Plures Commentatores putant eſſe Angelos, inter quos, licet varij ſint ordines, neque natura eadem, ſiue ſpecies, ita tamen ſtudiis motibúſque conſentiunt, vt Angelorum reſpublica idem ſapiat, idémque velit. Geneſeos 1. Dixitque Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. *Factúmque eſt veſpere & mane dies vnus*, Hebræo more vnus pro primo ſcribitur. Verùm S. Auguſtinus lib. 11. de ciuit. Dei cap. 9. ita ſcribit: *Angeli ſunt illa lux, quæ diei nomen accepit, cuius vnitas vt commendetur, non eſt dictus dies primus, ſed dies vnus.* Scilicet quod habet vnitatem diuiſionis neſciam, pulchrè Angelorum ſymbolum eſt: vnde dicitur *vnus* dies; non *primus*, qui diuiſionem ominatur, & inde diuiſio incipit. Vide hîc verſ. 55. & verſ. 59. quàm alterutri conſentiat vterque Angelus; adeò vt vnus ipſe videatur. Magna quidem Dei *poteſtas, qui facit concordiam in ſublimibus*, vt innumeri Angeli, vnus plures videantur.

Iob 25. v. 2.

Innumeri Angeli, vnus plures per concordiam videntur.

Gen. 1. v. 3.

S. Auguſt.

Hîc verſ. 55.

7. Geneſeos 16. Agar palabunda in deſerto, longa miſcet colloquia cum Angelo, qui magnifica illi beneficia abundè promiſit. Vocauit autem nomen Domini (Angeli inquam) qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidiſti me. *Dixit enim: Profectò hîc vidiſti poſteriora videntis me.* Puta Angeli Deum repræſentantis. Quaſi dicat: His oculis aſpexi Angelum à tergo mihi obuerſum, cùm me alloqueretur. Non faciem, ſed tergum tantùm oſtendit in corpore à ſe aſſumpto, vt ſignificaret vltrà in obſequentis Agaris meritum eſſe, faciem Angeli, etiam in aſſumpto corpore clarè videre, ne beatitudinis inſtar perciperet, ſi Angeli faciem videret & agnoſceret. Ceterùm Caietanus inibi contrariè, putà negatiuè hæc verba explicat hoc modo, quaſi dicat Agar: Vidíne illum abeuntem, qui vidit me, ſeu apparuit mihi? profectò non vidi. vnde cognoui eſſe Angelum Domini. Nam quandiu colloquebatur mecum, videbam illum: mox ita diſparuit, vt videre non potuerim, quem abeuntem videre potuiſſem, ſi homo fuiſſet. Quaſi Agar hîc à ſubitâ diſparitione, non ab apparitione, & colloquio Angelum eſſe cognouerit. Verba Caietani longula ſunt, & ſubobſcura, ſubſcribo clauſulam: *Hoc ſtatim euaneſcere à viſu Agar, fuit ratio quod Agar cognouerit illum eſſe Deum* (Dei Angelum inquam.) Res ſanè admiratione & expenſione digniſſima, nempè quòd Agar Angelum eſſe non cognouerit, neque ex faciali viſu, neque ex familiari colloquio, neque ex magnificis promiſſionibus, ſed ex diſparitione, cùm ſtatim *euanuit*. Scilicet Agar ex diſparitione, ſiue abſentiâ, eſſe Angelum cognoſcit. An quia Angelus, ſicut & ipſe Deus, per negationem ſæpè meliùs à nobis cognoſcitur? An quia præſens Angelus totam mentem, ſenſúſque omnes ſic obruit immenſâ ſuæ perfectionis magnitudine, vt illum agnoſcere minimè eualeret? An quia largiùs beneficus propè ignoratur cum ſuis beneficiis, quouſque ceſſet benefacere? Expromptum eſto cuique alias atque alias cauſſas ethicè excogitare, quibus mores inſtituat.

Gen. 16. v. 13.

Agar non ex beneficâ præſentiâ, ſed ex diſparitione, Angelum eſſe cognoſcit.

Caietanus.

Nec beneficium, nec beneficus agnoſcitur, quouſque diſpareat, ſiue ceſſet.

Pſalmo 23. ad cæli Principes, id eſt, Angelos, hæc Chriſti in cælum aſcendentis verba ſunt: *Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.* Quid eſt, quòd portas cæli, Angelorum portas vocat? Quod Græci Patres ibi in Commentario, ſubtiliter obſeruarunt: *Et non dixit: Aperite portas, quibus præſidetis; ſed portas veſtras.* Portæne cæli, Angelorum ſunt? Quid exaggeratius? Satis eſto digitum ad acumen intendiſſe. 8.

Pſalm. 23. v. 9.

Portæ cæli, Angelorum portæ dicuntur.

Græci Patr.

§. CCLXXI.

Angeli velut ambitioſo officio, clientum ſuorum ſalutem negotiantur.

HÆc ſponſi cæleſtis vox auditur Cant. 2. 1.
Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Origenes homil. 4. ex quatuor, per vites florentes accipit Angelos, qui *hominibus*, inquit, *largiuntur odorem ſuum, id eſt, doctrinæ & inſtitutionis bonum, quo inſtruunt & imbuunt animas, donec ad perfectionem veniant, & incipiant capaces fieri Dei.* Et poſt pauca: *Angelicæ*, inquit, *virtutes, quibus electi quique & beati in reſurrectione ſociabuntur, qui erunt ſicut Angeli Dei, ipſa ſunt florentes vites & vineæ, quæ odorem ſuum vnicuique animæ, & gratiam, quam à Conditore ſuſcepit priùs, & nunc iterùm perditam recuperauit, impertiunt, ſuauitatéque cæleſtis odoris fœtorem tandem abiecto ab eis mortalitatis, corruptioniſque depellunt.* Gratulemur Suſannæ, quòd de huius Angelici floris odore ſuauiſſimo, & infamiſſimæ mortis, & turpiſſimæ corruptelæ fraudulenter obiectæ, fœtorem depulerit; & continentiam ſpirans, cælum in terris flagrarit.

Cant. 2. v. 13.

Origenes.

Vineæ florentes, Angeli ſunt. quomodo

Actorum 12. Petrus Angeli operâ & ductu, 2.
excuſſis Catenis è carcere impunè egreditur; & conſultò venit ad domum Mariæ matris Ioannis. Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceſſit ancilla ad audiendum. Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, ſed intrò currens, nunciauit ſtare Petrum ante ianuam. *At illi dixerunt ad eam: Inſanis. Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebant: Angelus eius eſt.* Hinc liquido conſtat communem tunc fidelium opinionem fuiſſe, quòd quilibet à Deo haberet ſibi deputatum Angelum cuſtodem. Sed vndénam Diſcipuli colligunt Angelum eſſe Petri, qui pro illo pulſaret? Serio negant eſſe Petrum, quem arctè vinctum in ergaſtulo norunt, & armato ſatellitio cuſtoditum, & ſic conſtanter affirmant eſſe *Angelum*? Opinor, ex magno periculo, in quo tunc Petrus verſabatur, id egregiè colligebant, vt ſcitè inibi

Act. 12. v. 15.

Chryſoſto

Chryſoſt.

Mira Angeli ſollicitudo pro Petro & Suſannâ periclitantibus.

Chryſoſtomus adnotauit, homil. 26. ita fatus: *Porrò illi dicebant, Angelus eius eſt; & hoc verum eſt, quòd vnuſquiſque Angelum habet: & vnde venit illis in mentem tunc Angelum eſſe? à tempore illud coniectabant.* O bona Diſcipulorum coniectura, & ratiocinatio peridonea! Periclitatur tunc Petrus; ergo eius cuſtos Angelus ſollicitus adeſt, vt ei opituletur. Nempè è periculo clientis, negotioſam Angeli induſtriam benè arguunt: neque enim periclitante Petro, ipſius cuſtos Angelus otiari poterat, nec liberare vinctum non obnixiùs conari. *Vnde venit illis in mentem tunc Angelum eſſe? à tempore illud coniectabant.* Itaque & ſollicitus Angelus Domini pro Petro vincto, nec minùs ſollicitus eſt pro Suſannâ periclitante: præſtò enim adeſt, vt de eius innocentiâ & pudicitiâ vindicias agat, vltrici romphæâ mendaces & impudicos Senes iure merito trucidante.

3\. Pſalm. 103. v. 4. Corder. ibi.

Regius Propheta Pſalmo 103. Deum alloquens, ita pangit: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Id eſt, Qui facit, vt ij, quibus tanquam Angelis vtitur, ſint inſtar ſpirituum, id eſt, ventorum velociſſimi, & inſtar flammæ ignis efficaces.

Angeli velut ignis, ſtantes volant, & volantes ſtant. quare?

Pulchrè autem Angeli cum ſpiritu & cum igne comparantur. Cum igne quidem: quia ſicut ignis immobiliter adhæreſcit materiæ quam corripit; & nihilominus mobiliter nititur & conatur in ſublime, velut propriam patriam, ad quam tendit: ita & Angelus nobiſcum reſidendo velut conquieſcit, & ſimul ad cælum vſque noſtra negotia acturus, & orationes Deo oblaturus celerrimè peruagatur.

S. Bernard.

Quare S. Bernardus ſerm. 4. de verbis Iſaiæ, agens de illis propheticis Seraphinis, ita profundè ſcribit: *Vide flammam quaſi volantem & ſtantem ſimul; nec miraberis iam Seraphim ſtantes volare, ſtare volantes.* Ecce tibi quàm ſollicitè exambiant ſuis clientibus opitulari, & vbiuis eiſdem benefacere, nempè quadam immenſitatis æmulatione, & ſtare & volare dicuntur, quò adſint ibi vbi ſunt clientes, nec alibi deſint, ſi id expetat eorumdem amica tutela. Ipſis immobiliter adhæreſcunt, tanquam ſuæ materiæ flamma; & ſimul tanquam ſpiritus ſurſum, imò & quoquouerſum quodammodo tendere perhibentur, ne alicubi deſint. Sic ergo Deus *facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem: nec miraberis iam ſtantes volare, ſtare volantes.* Quod egregiè S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 2. his verbis expoſuit, de Angelis ſic fatus: *Et mittuntur igitur & aſſiſtunt; quia per hoc quòd circumſcripti ſunt, & per hoc quòd intus quoque præſentes ſunt, nunquam recedunt. Et faciem ergo Patris ſemper vident, & tamen ad nos veniunt, quia ad nos ſpirituali præſentiâ foràs exeunt, & tamen ibi ſe per internam contemplationem ſeruant.*

4\. Pſalm. 103. v. 4. S. Nazianz.

Vel aliter huiuſmodi ſententiam Pſalmographi verſare iuuat: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Aptè Nazianzenus orat. 34. ait: *Angelus ignis appellatur*, quia *purgandis animis noſtris adhibetur.* Præmaturè auertit Angelus ne quid Suſannæ corpus haberet immundum, purgatione indigum: bonum autem eius nomen, quod Senum mendacium ſordidarat, limpidè perpurgauit. Imò, & tanquam ignis, in ſartagine torrendo Seniorum corpora, innocentis Suſannæ famam purgauit à ſtupri ſqualore turpiſſimo.

Angelus dicitur ignis, quia purgat, & quia dona ſine inuidiâ communicat.

S. Iſid. Peluſ.

Aliter adhuc Iſidorus Peluſiota in Catena Græcorum, ad Lucæ c. 3. hunc Pſalmi locum elucidat: *Quam ob cauſſam*, inquit, *diuina ferè omnia ignis nomine deſignantur? Deus enim ignis dicitur; & Angeli ignis vrens; & apparuerunt Apoſtolis linguæ inſtar ignis; nonnulli quoque dicuntur ſpiritu feruentes. Exiſtimo quòd propter abundantiam & copiam inuidentiæ expertem, atque diuitias: quandoquidem vnus ignis mille lampades accendat, nec minuatur, ſed alias iterum totidem, imò plures valeat accendere.*

Num linguæ inſtar ignis Apoſtolis datæ, Angeli dici poſſint?

Itaque Angelus dicitur ignis propter abundantiâ inuidiæ expertem, dum alias atque alias impertit gratias, & dona magnifica, ſine vllo ſuæ abundantiæ detrimento. Sed attentiùs adnotare licet, quòd *Angeli dicuntur ignis vrens, & apparuerant Apoſtolis linguæ inſtar ignis*, quaſi Angeli quodammodo inditi ſint Apoſtolorum ori, dum illis in die Pentecoſtes, donatæ ſunt *linguæ inſtar ignis*, quò velut linguis Angelorum loquerentur. O quàm multa paucis Iſidorus luculenter compendiauit!

5\. Pſal. 43. v. 5. & 6.

Purpuratus Vates Pſalmo 43. ſic occinit Deo: Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus: *qui mandas ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*, &c. Deus itaque, quia innumeros ſeruandi modos in manu habet, *ſalutes* dicitur quaſi nuntios quocumque viſum fuerit deſtinare.

Angeli dicuntur ſalutes, & ſuis clientibus quodammodo omne bonum.

Vbi nota cum Ambroſio ibidem, nomen illud plurale *ſalutes*, quas Deus immittit; vt ſit ſenſus iſtiuſmodi, ac ſi dicat: Non hoc dumtaxat bonum, aut illud mandas, ſed omnia pariter bona largiris Iacob, id eſt, hominibus ſua vitia ſupplantantibus, aut cum dirâ calamitate colluctantibus. Sed quænam ſunt hæ *ſalutes*, quas Deus mandat?

S. Ambroſ.

S. Ambroſius ibi: *Salus in protectione Angelorum, qui ad miniſterium hominum deputantur.*

Corderius in Annot. ad eum Pſalm.

Itaque per *ſalutes* (vt ibi exponit Corderius) *vniuſcuiuſque Angelum tutelarem intelligit, qui ſalutes in plurali dicatur, quia omne bonum ſimul cum illo immittit Deus, quod quidem ad ſalutem corporis & animæ neceſſarium ſit. Vnde quicquid boni expetere poteſt homo vel ad corpus vel ad animam, totum id cum Angelo, & per Angelum largitur Deus;*

Pſalm. 90. v. 11.

qui Angelis ſuis mandauit de te ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Quod abundè experta eſt Suſanna, quæ in *omnibus* viis ſuis ab Angelo cuſtodita, audacter dicere potuit: *In te inimicos noſtros*

Hic verſ. 61.

(Senes ſalaciter & mendaciſſimè cruentos) *ventilauimus cornu*; cùm & ipſos lapidibus obruit, & ſemimortuos torridâ ſartagine frixit.

6\. Math. 18. v. 12.

Matthæi 18. ſic loquitur Chriſtus: Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: *Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Ex hoc loco ſacræ Scripturæ manifeſtè conſtat, omnes Chriſtianos, imò homines omnes habere Angelum ad ſui cuſtodiam ab ortu vſque ad mortem à Deo deputatum.

S. Hilarius.

Hæc autem Chriſti Dei verba ſic elucidat Hilarius canone 18. in Matthæum: *Angeli puſillorum*

præſunt

Ambitioſo famulatu procurant Angeli ſalutem clientum.

præſunt fidelium orationibus, ſaluatorúmque per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculosè ille contemnitur, cuius deſideria & poſtulationes ad Deum ambitioſo Angelorum famulatu ac miniſterio peruehuntur. Profundè quidem Hilarius dicit, Angelos ſollicitè protegere, & opitulari hominibus *ambitioſo famulatu & miniſterio.* Si qua ambitio beatos Angelos pulſat, & quodammodo vrit, ea ſanè eſt, vt etiam in minimis contemptim miniſteriis terrenis hominibus famulentur exprompto nimis obſequio: nec vilia hæc dedignantur, quæ Deo placere cenſent.

S. Auguſt. *Quomodo Angeli ſe contemnunt?*

Verè de Angelis dixit Auguſtinus lib. 9. de ciuit. cap. 22. *Incommutabili & ineffabili pulchritudine* Dei, *cuius ſancto amore inardeſcunt, omnia quæ infrà ſunt, ſeque ipſos inter illa contemnunt, vt ex toto, quod boni ſunt, eo bono, ex quo boni ſunt perfruantur.* Qui ita *contemnunt* ſeipſos, *ambitioſo famulatu ac miniſterio* obſequia hominum procurant?

Cant. 1. v. 11. Hebræus. LXX. Interp. Symmach. *Num ab Angelis eſt decor & gratia animæ*

7. Canticorum 1. ait ſponſæ ſponſus cæleſtis: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Hebræus textus ſic exscribit: *Catenulas auri faciemus tibi punctatas argento*: LXX. Interpretes, *Similitudines* (Symmachus *inſignia*) *aureas faciemus tibi cum ſtigmatibus ſuis, diſtinctionibus argenti.* Ornamenta ex auro & argento, quibus animam tanquam Chriſti Dei ſponſam, pretioſiùs & ſumptuoſiùs exornet, promittit. Sed quis hunc ornatum & decorem venuſtandæ animæ comparat? Pulchrè inibi Pſellus apud Theodoretum: *Hic omnis apparatus*, inquit, *mirabilem ſponſæ ex argento in aurum mutationem ab amicis verbi & ſponſæ accuratè conquiſitam, id eſt, decorem & gratiam ſponſæ ab Angelis Dei adhibitam ſignificat. Hic enim Domini amicorum eſt mos, vt cùm animam aliquam ad Chriſtum ſtudiosè feſtinantem nacti ſunt, vndique tanquam cuſtodes illam circumdent, atque adiuuent, quò illam Domino aptam, gratámque reddant.*

Pſellus. Theodoret. Hic verſ. 55

Quaſi parum foret Angelis Suſannæ, tanquam Dei ſponſæ, decorem & gratiam adhibuiſſe, *vndique tanquam cuſtodes illam circumdant*, obuallant, & egregiè tuentur à Senum exitiali mendacio.

---

§. CCLXXII.

Angelorum fortitudo & ſollertia ad ſuos clientes armandos, defenſandóſque.

Cant. 6. v. 3.

1. CAnticorum 6. hæc vox cæleſtis ſponſi ad ſanctam ſponſam auditur: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Quaſi dicat ſponſus: Sponſa mihi eſt ſuauis, dulcis, amabilis, pacifica; ſed hoſtibus ſæua & terribilis (iuxta illud cap. 1. v. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.*)

Cant. 1. v 9. Guilielm. *Angeli ſunt ſicut Ieruſalem, & ſicut caſtrorum acies.*

Verùm præſcripta verba Guilielmus de Angelis myſticè commentatur: *Pulchra es, &c. ſicut Ieruſalem; terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Angeli*, inquit, *quia faciem Patris contemplantur, per Ieruſalem, quæ viſio pacis interpretatur, aptè ſignificantur. Quoniam verò mittuntur propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis, per caſtrorum aciem ordinatam figurantur. Sibi ſunt Ieruſalem; nobis autem caſtrorum acies.* O quàm eſt pugnaciter terribilis caſtrorum acies ordinata!

Numerorum 14. Ioſuë inauguratus populi 2.
Dei princeps, ſic illum acri ſermone adhortatur ad ſtrenuè pugnandum aduersùs Chananæos: Ne timeatis populum Terræ huius: *Receſſit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.* Pro τὸ *receſſit ab eis omne præſidium*, Hebræus textus habet, *receſſit ab eis vmbra eorum*; Chaldæus Paraphraſtes vertit, *fortitudo*; LXX. Interpretes, *receſſit ab illis tempus.* Veroſimilis eſt Hebræorum traditio, qui ſerió putant, ſub hoc tempus in Chanaan mortuum eſſe ſanctum Iob, cuius precibus & meritis dum viueret, placatus Deus parcebat Chananæis. Nunc autem illo iam mortuo, receſſerat omne præſidium ab eis, vnde debellandi, diripiendi, & trucidandi Hebræis traduntur. Ceterùm Nouarinus in vmbrâ Virg. lib. 4. cap. 27. per τὸ *præſidium*, ſeu *vmbram*, ſanctos Angelos interpretatur: *Alij*, inquit, *vt notauit Pheſicte, ſic exponunt, Receſſit vmbra eorum, id eſt, Angelus, qui conſtitutus erat ſuper eos, & qui eos protegebat; vbi interim vides, non eſſe alienum vmbram de Angelis dici, vmbra nomine cuſtodis Angeli protectionem ſignificari.* Itaque cuſtos Angelus dicitur noſtrum *tempus*, quaſi illud habeamus Angelorum ope (Profunda quidem ſententia, & alibi forſan expendenda.) Item Angelus dicitur noſtra *vmbra*, ſub illius enim protectione tuti ſumus, & à vitiorum æſtu refrigeramur. Dicitur etiam noſtra *fortitudo*, quia ſine illâ imbecilli & enerues reddimur ad ſpiritualem luctam. Exinde Angelus, *omne præſidium* noſtrum eſſe dicitur; quaſi abſque Angelis *omne præſidium* hominibus deſit; dum illi auxiliares adſunt, *omne* adſit *præſidium*, quod hîc Suſannæ adfuiſſe Propheta Daniel ſubnotauit.

Numer. 14. v. 9. Hebræus. Chaldæus. LXX. Interp. *S. Iob dum viuebat, erat Chananæis præſidium.* Nouarinus. Pheſicte. *Angelus eſt nobis, noſtrum tempus, vmbra, & omne præſidium.* Hic verſ. 55.

Exodi 15. ſubmerſo Pharaone, ſic Moyſes 3.
cum omni Hebræorum populo exultim Deo occinit: *Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?* Pro τὸ in *fortibus*, nonnulli Interpretes, Angelos intelligunt; ac ſi perinde ſit Angeli ac *fortes.* Quare Iob 41. ſcribitur: *Cùm ſublatus fuerit, timebunt Angeli*, vbi plures ex Hebræo legunt *fortes*, quaſi *Fortis*, Angeli ſynonymum ſit. Ait ergo Moyſes: Quis ſimilis tui in *fortibus*, id eſt, in Angelis, Domine? ac ſi dicat: Et ſi tanta ſit Angelorum vis, valentia, virtus, robur; non tamen tam adeò temerariè audet, vt *terribilem* tuam potentiam vel æmulari præſumat. Scilicet non ſatis omnipotens Dei fortitudo exprimitur, niſi Angelicum robur excellere dicatur, quaſi ex eo quod Angelorum fortitudinem ſuperat, Deus palam comprobetur. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Tradunt Hebræi, Machabæos hunc verſiculum vſurpaſſe, quaſi inſigne belli & victoriæ, eúmque caſtris & prælijs in vexillia prætuliſſe, eóque hoſtes fortiſſimos & numeroſiſſimos paruâ manu proſtrauiſſe; indéque eos dictos Machabæos. De quo conſuli poteſt

Exod. 15. v. 11. Iob 41. v. 16. Hebræus. *Fortis, eſt Angelorum nomen, & ſynonymum.* Hebræi.

Sixt. Senen. Genebrard. poteſt Sixtus Senen. lib. 1. Biblioth. & Genebrardus in Chronologiâ.

4. Ezechielis 1. ille currus myſteriorum plenus, & illa Cherubica, ſeu Angelica animalia deſcribuntur. Et ſimilitudo, inquit, ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli *horribilis*. Sub firmamento autem
Ezech. 1. v. 24. penuæ eorum, &c. *Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi*
Vox Angeli, quaſi Dei omnipotentis dicitur. *ſonum ſublimis Dei.* Duplex erat motus Cherubim ſeu Angelorum, currum diuinæ gloriæ ſubuehentium. Primò volabant quaſi aues, cùm vi ſpiritûs tollebantur in altum; túncque alarum concuſſione mirum ſed confuſum excitabant ſonum & fragorem, quaſi aquarum multarum, dum in mari ad littus, vel in flumine ad ſaxa alliduntur. Et *quaſi*
Hebræus. *ſonum ſublimis Dei.* Hebraicè, *omnipotentis*. Sic & infrà cap. 10. v. 5. vbi ita ſcribit Prophe-
Ezech. 10. 25. ta: *Et ſonus alarum Cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius, quaſi vox Dei Omnipotentis loquentis.* Benè Angeli vox dicitur *horribilis*, quæ Deum *omnipotentem* importat, & caſtigantis omnipotentiam exprimit. Hem! vox Angeli, quaſi vox Dei quà *omnipotentis* auditur? Dei omnipotentia Angelico ori permittitur?

5. 2. Regum 24. ob numeratum arroganter populum, populus graſſante atrociùs peſte feritur. Immiſit enim Dominus per Angelum peſtilentiam in Iſraël; de mane vſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt de populo, à Dan vſque ad Berſabee, ſeptua-
2. Reg. 24. v. 16. & 17. ginta millia virorum. *Cúmque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam. Dixitque David ad Dominum, cùm vidiſſet Angelum cæ-*
Angelus ſtrages edere prohibitus, adhuc truci vultu minas iactat. *dentem populum: Ego ſum qui peccaui, &c. vertatur obſecro, manus tua contra me.* An non de ore Dei Angelus audierat, *Sufficit: nunc contine manum tuam*, quo igitur pacto, adhuc ſic velut ferocit Angelus, & ſtricto gladio ſtrages minatur? adeò vt venia contriti & ſupplicis Dauidis precibus adſcribatur. Ap-
Abulenſis. Cornelius. poſitè inibi ex Abulenſi, Cornelius: *Angelus iam, inquit, iuſſu Dei ſtiterat plagam: quo facto, oſtendit tamen ſe Dauidi vultu truci & igneo, cum ſtricto gladio, quaſi minans adhuc populum ferire: quare territus David cum ſuis ſupplex in terram procidit, petijtque populo veniam, & impetrauit.* O ſeueriſſimas Angelorum iras! Exertâ iuſſione Angeli cædentis furorem Deus ſiſtit, & adhuc ſe peccatori *Dauidi oſtendit vultu truci & igneo, quaſi minans adhuc populum ferire?* Si Angelus iuſſus gladium condere in vaginam, ſic truci vultu minas iactat, & Danidem ſic terrirat, quis fulgurantem vultum, & gladium ſtrages edentem ſu-
Hic verſ. 55. ſtinebit? O dura vox, quam in Senes Propheta vibrat: *Ecce Angelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo, ſcindet te medium.* Tantæne animis cæleſtibus iræ? O caue!

6. Dulcis Prophetæ vox eſt in Pſalmo 124. Non commouebitur in æternum qui habitat
Pſalm. 124. v. 2. in Ieruſalem. Montes in circuitu eius: *Et Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſeculum.* Hunc locum de Angelorum cuſtodiâ, quâ clientes ſuos velut præſidio & armis circunſtant, ambiunt & protegunt, communiter Interpretes exponunt. Huiuſmodi autem armorum circuitum eleganter tradit Tertullianus lib. de Animâ cap. 37. ali- Tertullian.
ter aliorſum expenſus: *Omnem, ait, hominis paraturam aliqua vtique poteſtas diuina voluntatis miniſtra modulatur.* Quid eſt, quòd Angelus noui militis ſui arma *modulari* perhibetur? Angelus modulatur arma, & omnis præſidij circunſtantias.
Arma modulamur, an carmina? Profectò apud Latiniſſimos (vt Tertulliani Commentatores adnotant) τὸ *modulari* ſignificat carmen cum numerorum ratione componere; nempè quando Poëta longam ſyllabam breui nectit, & rurſùs ſubiicit breui longam, quò modulatum euadat carmen. Ita cum tutelaris Angelus clientem ſuum totum de Apoſtolo armat, ſic loricæ catenulas ſquamatim nectit, vt armorum paraturam *modulari* dicatur: ne qua pateat rimula, per quam eius alumnus feriri valeat à pugnaci aduerſario. Sic cataphractum dimittit ſuum clientem in perículoſo aduerſùs Dæmonas certamine. Quare homo de Angelo armatus, non tam ad pugnam, quàm ad victoriam procedere videtur; Quia *Dominus in circuitu eius*, id eſt, Angelus tutelaris *in circuitu* eius eſt. Hinc
forſan alibi Tertullianus *Angelorum circun-* Tertullian. lib. de orat.
ſtantiam agnouit, & de armis modulatis, & de c. 3.
præſidio clientibus exhibito.

Deuteronomij 32. ita de Deo canit Moy- 7.
ſes: Inuenit populum ſuum in terrâ deſertâ, circumduxit eum, & docuit, & *cuſtodiuit* vt pupillam oculi ſui. Et vt hanc cuſtodiam ex-
poneret, confeſtim addit: *Sicut aquila pro-* Deuter. 32. v. 11.
uocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum,
atque portauit humeris ſuis. Per aquilam S. Hie- S. Hieron.
ronymus in Iſaiæ cap. 65. Deum intelligit;
Ambroſius verò Chriſtum in cælum aſcen- S. Ambroſ.
dentem; vterque ſuam mentem multimodis apud Cornel. ibi.
analogijs comprobat. Opportuniùs ad rem
Agellius in huius Cantici commentario, de Agellius.
Angeli tutelaris protectione hunc locum intelligit, & comparationem de Aquilâ petitam his verbis luculenter emedullat: *Expan-* Nam Angelus transfigi cupit vt aquila, quò alumnos ſuos defendat
dere dicunt alas ſuas Aquilam cum transferre, ſed ſuper alas, non vt aliæ volucres de vngue ſuſpenſos ferre, ſed ſuper alas; quod illa vt infirmiores accipitrem irruentem de ſuperiore loco timeant, aquila non niſi ſagittam de inferiore loco iactam pertimeſcat, cùm accipitre ſit valentior: itaque malle vt ſuum corpus illa transfigat, quàm pullorum. Sic Dominum, quamuis ille nil à quoquam timeret, in ſequentibus Ægyptijs interpoſuiſſe inter vtrumque agmen Angelum, qui hoſtium tela ab illorum corporibus depelleret. Tollens, inquit, ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſraël. Vide quàm ſollerter tutelares Angeli ſuos alumnos protegant, vt quaſi ſuo periculo noſtrum periculum redimant. Procul à cuſtode Angelo periculum, cùm in
tuto iam ſit, & diſcriminis exors. Iſtiuſmodi Analogia Aquilæ cum Angelo cuſtode.
autem analogia inſinuat, quòd ſi periculi capax foret, non vereretur illud vltrò ſubire, & pro cliente ſuo cruentè transfigi; quandoquidem vides Dominum Deum ſuum, pro eiſdem hominibus crucifigi. Vt vt poteſt, fixionem exambit; & ſicut Aquila transfigendum

gendum obiicit corpus ſuum, quò ſuos pullos tutiùs protegat; ſic quodammodo Angelus, quò alumnos defendat ſuos. Quid exaggeratius?

§. CCLXXIII.

Expromptum Angelorum obſequium Deo exhibitum, multimodè expenditur, & commendatur.

1. B. Petr. Dam. opuſc. 23. c. 4.

SEntentiosè B. Petrus Damianus: *Cùm Deus,* inquit, *homini tantam prœroget gratiam, quantam Deus ab homine patitur iniuriam; deputat Deus virtutes Angelicas humanæ cuſtodiæ; & infelix homo relicta munditiâ, & puritate virtutum, ſqualoribus ſe polluit, ac ſordibus vitiorum.* Nam cùm in exhalantis ac cœnoſæ luxuriæ fœtore prouoluitur; cùm vermeſcentis auaritiæ ſordibus inquinatur; cùm denique ad inſtar Ægyptiorum fluminum homicidalis anima in odij ſanguinem vertitur; poſtremò cùm velut in cloacam ſtercorum corruens multiplicis nequitiæ fæcibus inuoluta fœdatur; *hunc Angelus fœtorem, & inhoneſtam purulentiæ nauſeam inuitus ſatis & grauiter tolerat; etſi cæleſtis imperij lege conſtrictus.*

Mittens Angelos ad noſtram cuſtodiam, Deus iniurias ſibi illatas compenſare dicitur.

In quibus verbis primò notandum eſt, quàm ſit magnum beneficium Angelorum cuſtodia, quandoquidem cùm Angelos tutelares donat Deus, *homini tantam prœroget gratiam, quantam Deus ab homine patitur iniuriam.* Æquéne diuina largitas è peruerſo beneficentior, compenſat iniurias ſibi ab hominibus flagitioſiùs illatas, dum *virtutes Angelicas humanæ cuſtodiæ deputat?* Pulchra ſanè hyperbole conceptuum fœcundè grauida! Dein aduerte, quòd cuſtos Angelus ſcelerum noſtrorum *fœtorem & nauſeam* inuitus ſatis & grauiter tolerat, *etſi cæleſtis imperij lege conſtrictus* adſit hominum cuſtodiæ, quæ eſt etiam exaggeratior hyperbole, cùm Angelorum obedientia expromptiſſima ſit, qui eſt huius §. labor.

Quàm grauatò ferat Angelus noſtrorum ſcelerum fœtorem & nauſeam.

2. Matth. 6. v. 9.

Matthæi 6. ſic ex præſcripto Deum orare iubemur: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ.* Quaſi dicat: Da nobis Domine tuam copioſam & efficacem gratiam, vt ita alacriter, integrè, & concorditer per omnia, tam in agendo quàm in patiendo tuis iuſſis ac deſideriis obediant homines, ſicut Angeli iiſdem in cælo obediunt, quæ eſt obſequij meta. Sicut Angeli in cælis promptiſſimè & pleniſſimè faciunt voluntatem Dei; ſic eandem quoque faciant homines in terrâ: *Iubet* (ait inibi Chryſoſtomus) *hic degentes conuerſationem cum cæli habitatoribus habere communem, & antequam ſuperna illa præſtetur habitatio, cælum quodammodo vult fieri è terrâ, alióſque nobis Angelos terram monſtrare.* Itaque obedientia Angelorum, conſummata obediendi idea eſt.

Obedientia facie Angelos in terrâ! S. Chryſoſt. *Diuina voluntas Angelicam in ſe abſorbuit voluntatem.*

S. Bernard.

Quâ ſuper re audiendus eſt Bernardus ad præſcripta Matthæi verba, ſic luculenter fatus: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ. Voluntas diuina, quæ priùs Angelos creauit faciens eoſdem, poſtmodum in eis facta beauit. Sicut enim verbum quod erat in principio carnem ſuſcipiens dicitur, vt verè dicitur factum caro: ſic & voluntas illa æterna in Angelis facta eſt, cùm Angelicam in ſe omninò abſorbuit voluntatem. Hoc igitur oramus, vt voluntas illa, ſicut in cæleſtibus facta eſt creaturis, & ſic etiam in terrenis fiat.* Hem! Sicut Dei Verbum caro factum eſt, ſic quodammodo Dei voluntas *Angelicam in ſe omninò abſorbuit voluntatem?* Mitto hæc alibi aliorſum perſtrictim expenſa, *τὸ abſorbuit*, totius ſententiæ emphaſim claudit, ab Euangelico oratore emedullandam.

3. Pſalm. 102. v. 20 & 21. Corderius in Annotat. ib.

Pſalmo 102. purpuratus ſic pangit Vates: *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, qui facitis voluntatem eius.* Quid eſt, quòd priùs obſequij quàm iuſſionis mentionem fecerit? Videbitur, quòd dixiſſet aptiùs: Audientes vocem ſermonum ad faciendum: & ſic rectum ordinem ſeruaſſet: audienda enim priùs ſunt, quæ poſtea perficiantur. Hic vel ſimul vtrumque eſt, vel iuſſionem præïte eiuſdem iuſſionis adimpletio videtur. Quid ſibi vult iſte verborum contra ordinem (vt ita dixerim) ordo? Opinor, perfectioris obſequij idea ſeu hyperbole eſt. *Facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius*, quaſi priùs verbum faciant, quàm vocem imperantis accipiant; & præmaturum obſequium, iuſſionem anteuertat. Neque iſtiuſmodi exprompta obedientia ex imbecillitate prouenit, ſed ex validâ potentiâ exurgit: inde dicuntur, *Potentes virtute, facientes verbum illius*, quaſi perfectior obedientia, Potentes aut inueniat, aut faciat.

Obedientia Angelorum, iuſſionem anteuertit.

Obedientia potentes inuenit, aut facit.

4. Pſalm. 67. v. 18.

Regius Propheta Pſalmo 67. ſic modulatè occinit: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium.* Quis eſt iſte diuinæ ſublimiùs maieſtatis currus? quibus etiam rotis currit, aut volat? Cornelius in Ezechielis cap. 1. *Angeli*, inquit, *hi vocantur currus. Quatuor ergo Cherubim ſuperiores Angeli, quaſi duces cæterorum Angelorum: currus & rotæ ſunt inferiores Angeli. Hinc rotæ plenæ ſunt oculis; quia hi Angeli ad animarum cuſtodiam ſunt deſtinati*, inquit Alcazar. Pulchrè Nouarinus lib. 4. Electorum ſacrorum cap. 26. *Angeli dicti ſunt rotæ, ac ſi Angeli in Dei obſequio ad modum rotæ facile voluantur.* Profectò expromptioris obedientiæ hieroglyphicum *rota* eſt, quæ de facili quoquouerſum mouetur. Sed de iſtiuſmodi rotis ita ſcribitur Ezechielis 1. cap. *Cúmque*, inquit, *ambularent animalia*, Angeli inquam, *ambulabant pariter & rotæ.* Et mox: Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum. *Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Et ſanè, ſi ſpiritus vitæ erat in rotis, quorſum illa animalia validiſſima & perniciſſima, quæ currum Dei velociùs ſubueherent? Scilicet diuinæ gloriæ & prouidentiæ currus, Deo aurigante, ab his validiſſimis animalibus vehitur; & inde rotæ etiam, id eſt Angeli, vehuntur ad aurigatoris nutum: ſed quò vehuntur ſeu trahuntur, *rotæ*, hoc eſt Angeli, vltrò ipſi eunt, ſponte ipſi pergunt; *ſpiritus enim vitæ erat in rotis*, ne quaſi exanimalis rota, ſed tanquam Angelica rotæ vis iret quò aurigator ſpiritus

Cornelius. Alcazar. Nouarinus.

Angeli per rotas ſignificati, perfectiorem obedientiam deſignant. Ezech. 1. v. 20.

eam

eam dirigeret: ne tanquàm mortuum & inane quid *rota* trahi ab animalibus putetur. Nimirùm ad nutum diuinæ voluntatis hæ *rotæ* trahuntur ſeu raptantur; & cùm animatæ ſint, ſpontè eunt, & vltrò pergunt: ne vlla vis aurigatorem retardet, ſed tota Angeli vis & vita ocyſſimæ celeritati obſequio ſit. Exinde *ſpiritus vitæ erat in rotis*: cúmque ambularent animalia, *ambulabant pariter & rotæ*, quæ eſt perfectioris obedientiæ meta, & Angelici obſequij ſymbolum.

5.
Geneſ. 32. v. 25.
Quod nolumus, non poſſe dicimus.

Geneſeos 32. totâ nocte Iacobus obnixiùs luctatur cum Angelo: *Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum*, &c. Ceterùm cùm minimus omnium Angelorum nimio valentior & potentior ſit, quàm quiuis hominum, quæri dignum eſt, quî factum ſit, vt Angelus luctans cum Iacobo, *eum ſuperare non poſſet*? Thomas Anglicus: *Cùm videret*, inquit, *quòd eum ſuperare non poſſet, id eſt, non vellet*, quaſi quod nolumus, id non poſſimus. Tanta eſt ſpontaneæ voluntatis vis: *Velis, & poteris*, ait Stromatæus alibi expenſus. Aliter inibi Caietanus: *Angelus*, inquit, *vtitur potentiâ ſuâ non ex neceſſitate, ſed ſecundùm arbitrium diuinæ voluntatis*. O bona Angeli velut impotentia, aut imbecillitas! Scilicet Angelus videt diuini arbitrij nutum propendere ad Iacobi de ſe victoriam: vnde quaſi ſui immemor, & ſuæ dignitatis ac roboris oblitus, ſatiùs ducit, ſe tanquam imbecillum non poſſe hominẽ ſuperare, ab eóque planè vinci, & Inducias ſupliciter expoſcere, quàm vel latum vnguem à diuino nutu diſcedere. Quid in obſequio Angelorum Deo adulantius, quàm de Angelicæ impotentiæ notâ, diuini obſequij perfectionem redimere? Cenſeat quaſi imbecillus, ne inobſequens diuino arbitrio cenſeat.

Thom. Angl.
Clem. Alex.
Caietanus.
Angelus mauult quaſi imbecillus, quàm inobſequens diuino nutui cenſeri.

6.
Gen. 1. v. 27.

Geneſis 1. ſub finem ſextidui, dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram, &c. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum*. Hæc imago Dei ſita eſt in mente hominis, quia homo eſt in ſummo rerum gradu in quo eſt Deus, putà quòd homo ſit naturæ intellectualis. Ceterùm audiendus eſt S. Ambr. in Pſalm. 118. ſerm. 10. *Cælum*, inquit, *non ad ſimilitudinem, homo ad ſimilitudinem. Angeli enim ad miniſterium, homo ad imaginem. Eſto vt & Angeli ad imaginem, Scriptura tamen de homine locuta eſt quod ſit ad imaginem*. Nemo ibit inficias, Angelum etiam eſſe Dei imaginem, quia mente præditus eſt; eſſe autem imaginem Dei, de homine dicit Scriptura, de Angelo ſubticet, aut ſupponit. Quin & præter mentem, aliud genus ſimilitudinis Ambroſius agnoſcere videtur, nempè miniſteriale obſequium, & ad nutum Dei obſequens miniſterium. *Angeli ad miniſterium, homo ad imaginem*. Exinde Angeli à ſacris Scriptoribus, Dei oculi, aures, pedes ac manus ſæpè appellantur. Sic & Dei *voluntas illa æterna in Angelis facta eſt, cùm Angelicam in ſe omninò abſorbuit voluntatem*, quaſi ita expromptè Angeli diuinam voluntatem exequantur, vt Angelica voluntas, altera ipſa Dei voluntas dici poſſit, quod Dei nomine denunciat Iſaias: *Vocaberis voluntas mea in eâ*. Nec mirum ſi Dei *voluntas Angelicam in ſe abſorbuerit voluntatem*. Ergo Angeli etiam de obſequij *miniſterio*, Dei imaginem ſimillimam exprimunt.

S. Ambroſ.
Angelus de miniſterio obſequentiſſimo, imago Dei appellari poteſt.
S. Bernard. ſuprà.
Iſaiæ 62. v. 4.

7.
Abdiæ v. 1.

Abdias Propheta ſic contra Idumæos vaticinatur: *Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes miſit: Surgite, conſurgamus aduerſus eum* (Edom) *in prælium*. Quis fuerit hic *legatus* à Deo miſſus, vt Gentes ſurgerent contrà Idumæam, non conuenit inter Expoſitores. Hugo Card. Dionyſius Carthuſ. & Leo Caſtrius, cenſent fuiſſe *Angelum* à Deo miſſum ad Chaldæos, vt eos concitaret ad excidium Idumæorum. Ceterùm Lyranus, Ribera, Cornelius, & alij putant, quòd per catachreſin, *ipſa motio & concitatio Dei vocetur Legatus*. Quaſi dicat: Deus mouit, euocauit, & concitauit Chaldæos ad bellum Idumæis inferendũ, perinde ac ſi legatos Angelos ad eos miſiſſet. Profundè quidẽ legatus Angelus, idẽ putatur ac motio ſeu vocatio, quæ aliquid faciendum inſpirat. Sic eſt velox *Angelus*, ac *motio*, ſeu *cõcitatio*, quæ tota aut mẽte, aut ore peragitur? O quàm incunctanter negotiũ peragit hic legatus! Hæc celeritas innuitur hic verſ. 55. & 59.

Hugo Card.
Carthuſian.
Leo Caſtr.
Lyranus.
Ribera.
Cornelius.
Motio ſeu concitatio perinde eſt ac legatus Angelus. quæret
Hic verſ. 55. & 59.

---

§. CCLXXIV.

Ignobilis, imò nulla eſt auita nobilitas, quam virtus non fundat.

1.
Euſeb. Emiſſ.
Male nobilis, propè eſt, vt neget ſe Chriſti ſanguine comparatum.
Ad Rom. 6. v. 20.

EVſebius Emiſſenus hom 3 ad Monachos, ſic eos acerbè vellicat, qui ſe iactabant ingenuos: *Hoc*, inquit, *ferre non patior: Ingenuus homo ſum. Iam primùm qui ante Propoſitũ ingenuum eſſe ſe iactat, puto quòd adhuc emptum eſſe ſe neſciat. Qui Chriſtiana militia mancipatus, dicere ſe præſumit ingenuum, penè eſt vt neget ſe Chriſti ſanguine comparatum. Quid eſt aliud, Liber ſum, quàm ipſi Domino clamare, Nihil debeo? De talibus dicit Apoſtolus: Cùm enim ſerui eſſetis inobedientiæ, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Non benè ingenuus approbatur, qui vitiorum ſeruitute deprimitur.* Huc, huc deducit humanæ nobilitatis vana gloria: cùm enim iſtiuſmodi homo ſit vitiorum ſeruus, quaſi nobilitate excuſſerit Chriſti iugum, *penè eſt vt neget ſe Chriſti ſanguine comparatum*. Heu ſuperbe ambitioſa nobilitas peruerſo ingenuitatis priuilegio exempta Euangelij iugo, & inde exors ſanguinis Chriſti reputatur! Vide hîc quàm nihili fiat ſumma tunc orbis nobilitas, ſcilicet Iudaica, ignobili exilio mulctata, ſeruili captiuitate infamis, iugo Babylonico oppreſſa, ac ſi per flagitia populus Dei eſſe deſierit; & non Iudę, ſed Chanaan ſoboles. Vnde probroſiſſimè audit: *Semen Chanaan, & nõ Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuũ*. Sic eſt inanis & vacua nobilitas, quam virtus non fundat. Vnde Bernardus ſerm. de exultat. Ioan. Baptiſtæ, de eo inquit: *Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus*. Generoſitatem ſui ſanguinis obliuiſcitur Ioannes, vt eximiè apud Deum nobilis eſſe poſſit. O quàm rarum & magnum eſt, propriam nobilitatem obliuiſci!

Hic verſ. 56.
Ioannes generoſitatem ſui generis obliuiſcitur. quæret
S. Bernard.

2.
Gen. 4. v. 17. & 18.

Geneſeos 4. egreſſus Cain à facie Domini, cognouit vxorem ſuam, quæ peperit Henoch: *Et ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiaël, & Mauiaël genuit Mathuſaël, & Mathuſaël genuit Lamech.*

Henochia prima in orbe fuit vrbs, in quâ cum Caino numeroſa tunc eius poſteritas habitauit. Scilicet nomẽ ſuum in Primogeniti ſui vrbe & ſobole propagare & perpetuare ſatagit. O! mali in terris, boni in cælis ciuitatem & nobilitatem deligunt. Vide autem quàm breue ſit impiorum ſeculum, & quàm anguſtè propagetur hominum Primogeniti nobilitas, quantumuis primâ orbis vrbe ſtabilita ad æternam ſeculorũ memoriam. Porrò Cainus tantùm ſeptimam habuit generationem, quæ in Lamech deſiuit diluuio funditùs obruta. Quamobrem Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Geneſim ſuper hâc genealogiâ ita philoſopha-
S. Cyr. Alex. tur: *Tempus vitæ eorum, qui ex Cain procreati ſunt, ſilentio traditum eſt: nihil enim memoratu dignum egerũt. Quapropter meritò Dei labuntur memoriâ. At iuſtorum vitam Deus cognoſcit, & quàm maximi facit; nihilque eorum eſt, quod mentem diuinam lateat. Iis dicitur: Veſtri capilli*
Lucæ 12. v. 7. *capitis omnes numerati ſunt. Si capillorum ergo numerus dignus Dei memoriâ cenſetur; quónam pacto tempus vitæ eorum ignorare veroſimile ſit?* Caduca & obſcura eſt nobilitas, etſi multis
Nobiliũ prælustre nomen Deus nullo modo cognoſci patitur. retrò ſeculis apud homines inclyta, quam virtus non fundat & clarat. Vetuſtas, ſummum nobilitatis faſtigiũ eſt, quod niſi pietas velut fulcro ſuſtentet, ſeneſcit, nutat, cadaueraſcit, & in nihilum corruit. *Quare meritò Dei labitur memoriâ.* Vnde ſubdit Cyrillus: *Ex iis facilè quiſque intelligere poteſt, nullo pacto Deum vitam peccatorum pati cognoſci: audient namque cùm ad*
Matth. 25. v. 12. *Chriſti tribunal adſiſtent. Amen dico vobis, neſcio vos.* Scilicet Deus, alioqui patientiæ multus, nobilitatem (quæ longam temporum ſeriem requirit, quâ nominis claritas & memoria propagatur) *nullo pacto cognoſci patitur.* Idcircò ſæpe videmus tot nobilium familiarum ruinas, tot earum ſine nomine cadauera, tot quondam prælustria ſtemmata penè iam nulla, quæ æquiſſima velut impatientia Dei funditùs ex ſuâ, atque hominum memoriâ expunxit. Hinc quotidie impietas viuas nobilitatum exequias funeſtè celebrat. Quare licèt Caini impietas obnixiùs exambiat ſuum æternare nomen prima orbis vrbe arroganter condita, illud vltrà ſeptimam generationem propagare non potuit.

3. Geneſeos 6. ſacer Hiſtoricus primææ gentis mores ac generationes his verbis refert:
Geneſ. 6. v. 4. *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis, poſtquam autem ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à*
Burgenſis. *ſeculo viri famoſi.* Burgenſis putat Gigantes fuiſſe Dæmones humana ſpecie indutos. Phi-
Philo. lo cenſet homines ſceleratiſſimos vocari Gigantes. Sed certum eſt gigantes fuiſſe homines monſtroſa ſtatura, robore, latrociniis, & tyrannide inſignes. Et ſanè Gigantes maximè generati ſunt ex filiis Seth (hi enim vocantur *filij Dei*) qui integerrimis erant viribus, & iam à primæuâ integritate degenerantes, ſummo ardore libidinis, toti in terram & ventrem proiecti, filiabus Cain (hæ enim vocantur *filiæ hominum*) vtpotè pulcherrimis, agglutinati ſunt. Quare exinceps prælustre *filiorum Dei* nomen perdiderunt; & in vocabulo *Gigantum* enormiſſima ſcelera deſcripta præferebant: adeò vt perinde ſit, *Gigantes*, ac omnium ſcelerum nequiſſimi violenter patratores, barbaris libidinibus ac flagitiis opinatiſſimi. Pulchrè Bachiarius in epiſt. de recip. lapſ. Philonem imitatus, ita
ſcribit: *Mox vt concupierunt filij Dei filias ho-* Bachiar.
minum, nati ſunt in terrâ Gigantes, vel quòd *Gigantum*
enormis nimium, & vltrà ſtaturam peccaminum *forma, vltrà*
reliquorum, Gigantis forma eſt. Itaque hactenus *ſtaturam peccaminum eſt.*
filij Dei, generoſum quidem auitæ pietatis vocabulum, quod vix præſumeret humana conditio. Quid enim eſſe poteſt terrenis hominibus, tam auguſtum, quàm à ſummo Deo ortum ducere prænobili filiationis titulo? Quod ſi in vitia degenerent, iam non *filij Dei*, ſed immanes barbaricè *Gigãtes*, vt ſcelerum ignominiam in nomine ſculptam gerant, & probroſum malitiæ vocabulum portent: *enormis nimiùm, & vltrà ſtaturam peccaminum reliquorum, Gigantis forma eſt.* Scilicet gigantea corporis ſtatura, peccaminum vaſtam enormitatem aſpectu euulget, & cunctis ſpectatoribus intimet. Ecce tibi, nuper *filios Dei* generoſos, nequitiæ arbitrio iam *Gigantes*, oculis & auribus enormiter infamiſſimos.

Matthæi 3. videns Ioannes multos Phari- 4.
ſæorum & Sadducæorum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à venturâ irâ? Facite ergo fructum dignum pœ-
nitentiâ. *Et ne velitis dicere intra vos: Patrem* Matth. 3.
habemus Abraham, &c. Solebant enim Iudæi v. 9.
ſibi blandiri, confidere & gloriari in hoc, quòd eſſent filij Abrahæ nobiliſſimi pariter ac ſanctiſſimi. Vnde illud Chriſto obiecerunt:
Semen Abrahæ ſumus. Hæc erat eorum ſuperba Ioan. 8. v. 33.
reputatio, hæc vna confidentia, hæc ſtulta gloriatio, quam hîc extundit Ioannes. Quaſi apud ſe dixerint Iudæi: Abraham fuit Patriarcha nobiliſſimus ac ſanctiſſimus, cui Deus promiſit benedictionem transfundendam in eius filios; nos autem ſumus filij Abrahæ, ergo heredes ſumus benedictionis, Abrahæ & ſe-
mini eius promiſſæ. *Eſto ergo liberè viuamus,* Cornel. hic.
tamen ex hoc quòd ſumus filij Abrahæ, ſaluabi- *Vel gloriam*
mur: tum quia Deus fidelis eſt in promiſſis; *beatam parentum, malè*
tum quia alioqui Abraham tantus Patriarcha *filij malè*
fraudaretur filiis, & filiorum ſuorum benedi- *præſumunt.*
ctione & ſalute à Deo promiſsâ, ac ſtirps Abrahæ deficeret. Reſpondet Ioannes, filios Abrahæ, heredes benedictionis & ſalutis ipſi promiſſæ, non cenſeri carnali origine, ſed ſpiritnali fide & virtute, quam à tanto Patriarchâ
trahunt imitatione: *Non enim*, ait Hilarius, S. Hilarius
ſucceſſio carnis quæritur, ſed fidei hereditas, digni- ibid.
táſque originis in operum conſiſtit exemplis, & proſapiæ gloria fidei imitatione retinetur. Scitè
Cyrillus Alexandrinus, cuius mentem nuper S. Cyr. Alex.
ebibit & expreſſit Cornelius: *Eò dementiæ*, in- in Amos c. 9.
quit, *miſeri proceſſerunt, vt ſibi ad felicem ſtatum,* *Vacuus meritis*
& ad gloriam ſatis fore arbitrarentur ex radice *eſt, qui*
Abrahami proceſſiſſe. O arrogantem fatuè *auitam nobi-*
amentiam! eximiam ſanctitatem, & felicem *litatem ſibi*
gloriam Abrahami, per generis abreptionem *imputat.*
Abrahamides fingere & mutuare præſumunt? Heu caſſa inaniter ambitio! Pulchrè incertus
Chryſoſtomus: *Ipſe*, inquit, *ſe vacuum ab* Imperf. hom.
omnibus bonis actibus oſtendit, qui gloriatur 3. in Matth.
in patribus: ingloria hæc gloria eſt, quæ in parentum meritis tantùm ſita. Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos eſt,

noſtrum

noſtrum eſt. Suum eſt cuiuſque quod illum facit ſanctum, nobilem, glorioſum, aut miſerum. Se nobilitate ac virtute vacuum probat, qui aliena facinora ſibi computat, & vſurpat.

5\. Hæ auitæ gloriæ abreptiones furaciſſimæ, aliàs per me multis vapulant; vapulent nunc etiam Chryſoſtomi eloquio eloquenter acerbo, hom. 9. in Matthæum ſic fatur: *Quid filios Samuelis neceſſitudo iuuit parentis, cuius non fuerunt virtutis heredes? Quid autem etiam Moyſi liberis paterna profecit cura inſtitia, cuius non ſucceſſit imitatio? Itaque nec ad illos patris imperium quaſi ex ſucceſſione defertur, qui illum vocabulo tantum ſignificabant parentem; ſed ad eum migrat, qui illius erat filius virtute, non genere.* Itaque Moyſis filij à Moſaycà virtute ignobiliter degeneres, patris imperio viduantur, quia *illum vocabulo tantum ſignificabant parentem*; quaſi vocabulo, non re vocabuli ſint filij Moyſis, qui ab ipſo reapſe progeniti, illius mores non arripiunt, & actibus exprimunt. Vide in Moyſe monſtrum inuiſum; nempe, nun filiorum pater eſt: & eorum quos non genuit, virtutum æmulatione potiùs pater efficitur, & eos imperij relinquit heredes: *Sed ad eum migrat, qui illius erat filius virtute, non genere.* Pergit inibi Chryſoſtomus: *Quid Noë filium de patris nobilitate lucratus eſt, qui ex ingenuo factus eſt famulus? Vidiſti certè quàm non ſuffecerit ad ſuffragium liberis paterna nobilitas: vitia ſiquidem voluntatis vicerunt priuilegia naturæ, & partum non modò de nobilitate patris, verùm de ipsà libertate etiam depulerunt. Eſau quoque quia prauus moribus erat, primogenituræ nobilitatem amiſit.* Igitur iure optimo hi Senes præfecturâ nobiles, & regiâ Iudæ ſtirpe præluſtres, enormioris malitiæ merito, *ſemen Chanaan, & non ſemen Iuda* idoneè nuncupantur.

S. Chryſoſt. *Boni patris malus filius, illum tantum vocabulo ſignificat parentem.*

6\. Ad Galatas 3 hanc nouam de cælo allatam politiam Paullus euulgat: Apud Chriſtianos, inquit: *Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus, neque liber..... Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.* Num hæc Apoſtolica præceptio Chriſtianæ nobilitati derogat? Moraliſſimè S. Hieronymus epiſt. 1. ad Demetriadem: *Non eſt*, inquit, *quod ſibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, ſi ex meliore parte ſit famulus. Multò eſt indignius mente ſeruire, quàm corpore.* Verè Plato ait: Neminem Regem non ex ſeruis eſſe oriundum, neminem non ſeruum ex Regibus. Omnia iſta longa temporum varietas miſcuit.

Ad Galat 3. v. 28 *Ignobilius eſt mente ſeruire, quàm corpore.*

Plato.

§. CCLXXV.

Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus.

1\. SI quid eſt in paucis aſpectabile in virtutis ſtudio ac ſtadio, hoc eſt, quòd ſtemma non inſpicit. Omnes, ſi ad primam originem reuocentur, ab vno Adamo, quin à Deo æquè ſumus. Magna eſt hæc nobilitas, niſi ab eà degeneres ſimus ignobilitate vitiorum. Mores genus fabricant. Negotium mentis nobilitas eſt. Bona autem mens omnibus patet, omnes ad hoc ſumus nobiles. Nec reiicit quempiam hæc à virtute nobilitas, nec eligit, omnibus etſi ſeruis licet. Patritius Socrates non fuit, Cleantes aquam traxit: Platonem non accepit nobilem Philoſophia, ſed fecit, & fecit Æſopum è ſeruo ingenuum, humanâ ſeruitute necdum excuſsâ. Quid eſt quare deſperes his te poſſe fieri parem? Nobilitatis Proceres, maiores tui ſunt, ſi te illis geres dignum. Geres autem, ſi hoc protinus tibi perſuaſeris, poſſe te ſummam morum nobilitatem æquare. Omnibus nobis totidem ante nos ſunt, nullius non origo vltrà memoriam iacet. Verum illud ſemper: Neminem Regem non ex ſeruis eſſe oriundum, neminem non ſeruum ex Regibus. Omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſúſque déque fortuna verſauit. Quis ergo generoſus? Ad virtutem de officioſitate gratiæ benè compoſitus. Hoc vnum eſt intuendum. Aliuqui ſi ad vetera reuocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis ſordidiſque alternata ſeries. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione ſuprà fortunam licet adſurgere. Suum eſt cuiuſque, de morum pendens arbitrio, quòd ingenuus ſit, aut ſeruus; imò & ex ingenuo ſeruus. Profectò hæc Chriſti Dei vox eſt ad Iudæos orbis tunc nobiliſſimos: *Amen, amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Hinc altè exclamat Auguſtinus: *O miſerabilis ſeruitus! ſeruus hominis aliquando ſui Domini duris imperijs fatigatus, fugiendo quieſcit: ſeruus peccati quò fugit? Secum ſe trahit quocumque fugerit..... non eſt quò eat, ſequitur ſe; imò non recedit à ſe: peccatum enim quod fecit* (cuius ſeruus eſt,) *intus eſt.*

Ferè ex Senecâ ep 44.

Nobilitas non tam à maioribus, quàm ex moribus.

Peccati ſeruitus fugâ nõ effugitur.

Ioan. 8. v 34.

S. Auguſt. tract. 41. in Ioan.

Hìc verſ. 56. benè iudex ſedet puer Daniel, iuuenilium Senum male iudicum: & altero amoto, iubet vt alter adſit iudicandus: *Et dixit ei: Semen Chanaan & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* Tales aliquis patres habere dicitur, qualium ingenium & mores imitatur. Quare cùm in Senibus, qui ſati erant ex regio Iudæ ſanguine, mores eſſent planè Chananæi, id eſt, delibuti flagitiis, quibus nullo in loco eſſet pudor, fides, ac religio; qui ſeruile vitiis ingenium de parentis ſui Chanaan maledictione trahebant; iure merito vocari potuerunt, *ſemen Chanaan*, id eſt, ſeruile; non ingenua Iudæ ſoboles, à quo ignobiliter degenerarunt, dum ſeruiles peccati mores induerunt. Idcirco vniuerſatim virtus, citiùs quàm pudicitia dicitur à Tertulliano, *Fides generis.* (verborum ſenſum aliàs dedimus, nunc ſuper cortice ad mores velitamur.) Profundè igitur virtus dicitur, *Fides generis*; ſiquidem prænobili generi infidus, propriam nobilitatem diffitetur, & ſeruile propriis vitiis genus ignobiliter aſſumit; quaſi prauis moribus ingenuitatem turpiter deſueſcat, & in ſeruilem ſe proſapiam vltrò ingerat. Exinde generoſum Iudæ ſemen, auità nobilitate præluſtre, ſemen Iudæ non eſſe, ſed Chanaan ignominioſæ ſeruituti addictiſſimi maledictione paternâ, perhibetur. Ecce tibi mo-

2\. Hìc verſ. 56.

Vbi deeſt virtus, nulla eſt fides generis: ſed Hebræus fit Chananæus.

Tertullianus de exhort. caſt. c. 2.

rum prauitas, *fidem generis* adulterat, & facit infidelem, dum generoſam Iudæ ſobolem regio ſanguine imburam, malitiæ genio in ſeruilem maledicti Chanaan poſteritatem refingit: (Geneſ. 9. v. 25.) *Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.*

3. (1. Reg. 25. v. 29.) 1. Regum 25. iuſtam Dauidis iram his verbis lenit ſapiens ac pulchra Abigaïl: *Si enim*, inquit, *ſurrexerit aliquando homo quærens te, & quærens animam tuam, erit anima Domini mei cuſtodita*, &c. Quaſi dicat: Si vitam Nabalo hoſti tuo condonas, cùm ipſe ſuis in te probris mortem mereatur; Deus congruam tibi mercedem rependet, vt viciſſim vitam tuam contra Saülem tueatur, illámque inter tot pericula ſecuram & longæuam conſeruet. (*In malitiæ officinâ Reges & Dij in ſeruos refinguntur.*) Hinc inter expoſitores dubium ethicè ſuboritur, cur rex tunc Saül Dauidem hoſtiliter perſequens, non Saül, non Rex, ſed communi vocabulo *homo* nominatur? Forſan prauitatis malo Rex interim eſſe deſiit. Vitiorúmne tanta eſt poteſtas, vt coronæ depoſitio ſit, ſceptri iactura, & regiæ poteſtatis cadauer? Opinor, in idoneè Rex diceretur, qui interim ſeruus eſt, & ſeruitutem vitiis emit. (Ariſtotel.) Sapienter Ariſtoteles lib. 1. Politic. cap. 4. *Alia eſt*, inquit, *ſimpliciter nobilitas, alia non ſimpliciter, vt Theodecti Helenam ex Dijs ab vtrâque ſtirpe prognatam quiſquam appellauit ſeruam; ſed cùm hoc aiunt, nullo alio quàm virtute ac vitio definiunt ſeruos ac liberos, nobiléſque & ignobiles.* Quod de Helenâ reginâ dicitur, de ſceleſto rege Saule dictum ſimiliter puta. Hem! ſic regia dignitas à vitiis periclitatur? ſic regium nomen vitioſitas tumulat? Hactenus rex, exinceps ſeruus, peccatrice ſeruitute ſtigmaticus. Adeò vt licèt *Helena ex Dijs ab vtrâque ſtirpe prognata* (vti rebatur Antiquitas,) *appelletur ſerua.* Proh! in malitiæ officinâ vel ipſi Reges ac Dij in ſeruos refingi puniantur?

4. (Pſalm. 118. v. 125.) Regius Propheta Pſalmo 118. ſic modulatè Deum precatur: *Seruus tuus ſum ego; da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.* Itaque rex Dauid diuinæ ſeruitutis titulo dona à Deo ſupplex poſtulat: *Nullus ſeruus* (Origenes in Caten. Græc. Patr. ibi.) *peccati* (ait Origenes) *ſeruus eſt Dei: qui igitur ſeruit ei in omni actione ac cogitatione, faciens omnia ſecundùm verbum eius, hic dicat: Seruus tuus ſum ego.* Bona ſeruitus, quam Rex magnus exambit, & cuius titulo ſeruitutis depulſionem perampla beneficia, & dona regia poſcit. Super hac ſeruitute ſic eloquenter indidem philoſophatur Ambroſius: (S. Ambroſ. ibi ſerm. 12. *Nobilis quiſque peccator, Satanæ ac vitiorum vile mancipium eſt.*) *Tuus ſum ego, ſaluum me fac. Non poteſt*, inquit, *dicere ſecularis: Tuus ſum: plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es; quia ea quæ ſunt corporis concupiſcis. Venit auaritia, & dicit: Meus es; quia argentum & aurum quod habes, ſeruitutis tuæ pretium eſt. Venit luxuria, & dicit. Meus es; quia vnius diei conuiuium, pretium tuæ vitæ eſt. Venit ambitio, & dicit: Planè meus es; neſcis quòd ideò imperare alijs te feci, vt mihi ipſe ſeruires? Neſcis quòd ideò poteſtatem in te contuli, vt mea te ſubijcerem poteſtati? Veniunt omnia vitia, & ſingula dicunt. Meus es. Quem tanti competunt, quàm vile mancipium eſt.* Sanè peccator qui non poteſt Deo dicere, *Tuus ſum ego*, audit à Diabolo, *Meus es tu.* Porrò vt ſubnectit Ambroſius: *Venit & introiuit in eum Satanas, & cœpit dicere: Non eſt tuus Ieſu; ſed meus eſt. Ea quæ mea ſunt cogitat, quæ mea ſunt in pectore voluit: tecum epulatur, & mecum paſcitur: à te panem accipit, à me pecuniam: tecum bibit, & mihi tuum ſanguinem vendit: tuus eſt Apoſtolus, & meus mercenarius.* Et quomodo Rex erit, qui Satanæ mancipium, tot dominis, quot vitiis ſeruit vili admodum ſeruitute? *Quem tanti competunt, quàm vile mancipium eſt!*

5. Ioſuë 5. Dei populus, principis Abrahæ generoſa ſoboles, poſt diuturnam in Ægypto ſeruitutem Ægyptios mores vitiis expreſſerat: & per quadraginta annos itineris longiſſimæ ſolitudinis, incircumciſus erat. Exacutâ autem petrinâ acie, charactere Abrahamidum, id eſt, Dei populi gens Iacobæa religioſè inuritur. *Dixitque Dominus ad Ioſue: Hodie abſtuli opprobrium Ægypti a vobis.* (Ioſuë 5. 9.) *Vocatúmque eſt nomen loci illius Galgala*, hoc eſt, *amotio*, ſcilicet præputij, & conſequenter opprobrij Ægyptiorum. Ioſephus autem τὸ *Galgala* interpretatur *libertatem* (Ioſephus.), quaſi poſt quadraginta etiam annos egreſſionis ex Ægypto, & redemptæ ſeruitutis, tunc primò ſeruitutis iugum & opprobrium excuſſerint, cùm Deo per circumciſionis religionem piè addicuntur, & eius charactere inaugurantur. Aptè Origenes (Origenes.) homil. 5. in Ioſuë: *Hodie abſtuli à vobis opprobrium Ægypti. Donec peccamus*, inquit, *donec regnant in nobis vitia paſſionum, etiam ſi relictis ſimulacris abſceſſiſſe videamur ex Ægypto, opprobrium tamen Ægypti ablatum non eſt à nobis.* Nimirùm totis quadraginta annis Dei populus excuſſâ Ægypti ſeruitute, (*Cur Dei populus diu poſt excuſſam ſeruitutem, cùm circumciditur, liber dicitur?*) corpore liber & ingenuus videbatur; ſed quaſi tunc etiam foret captiuus, Diis Ægypti ac Pharaoni ſeruiens, vbi circumciſionis religione, Deo addicitur, tunc, tunc quidem primò Ægyptiacæ ſeruitutis iugum & *opprobrium* declinaſſe dicitur; vnde locus ille *Galgala*, id eſt, *libertas* nominatur, quaſi ibi ingenua captiui populi libertas dedicata fuerit. *Donec peccamus, donec regnant in nobis vitia paſſionum, etiam ſi abſceſſiſſe videamur ex Ægypto, opprobriũ tamen Ægypti ablatum non eſt à nobis.* Luculenter quidem Origenes, & addit: *Si poſt remiſſionem* (velut circumciſionem) *peccatorum, vltrà non pecces, verè ablatum eſt à te opprobrium Ægypti. Si verò iterùm peccaueris, iterùm in te vetera reuoluuntur opprobria: idque eo magis, quò multò maioris criminis eſt Filium Dei conculcare, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducere, quàm legem Moyſi negligere.*

6. Threnorum 4. ſic plangit Ieremias: *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? ... Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* (Thren. 4. v. 2. & 5.) Scilicet quò erant regia nobilitate præluſtres, eò fuit contumelioſior eorum ignominia, & vilior ſeruitus. Quantò ſublimior dignitas, tantò turpior ipſorum ſub peccato captiuitas: *Quæ captiuitas* (ait ibi Paſchaſius) *valdè horrenda, cùm & traheris multis irretitus laqueis, ne ab his deflecti aut ceſſare queas ante faciem tribulantis,* (S. Paſchaſ. l. 5. in Lament. Ieremiæ.)

quæ

Quò illuſtrior dignitas, eò turpior ſub peccato ſeruitus.

qua malè cœpiſti. Vides námque quò duceris interdum & ſentis à quibus minaris, nec tamen reluctari praeuales, nec reſiſtere, donec miſerante Deo diſrumpantur vincula curſûs, & ſoluatur captiuitas. Intelligis profectò qua dico, quicunque infirmatus talibus irretitus vinculis, cùm volet, ſe nec valet expedire, contra quem deſæuit iam pœna peccati. Hane ſeruitutem *horrendam*, Babylonicâ captiuitate turpiorem, Iudææ, id eſt, regiæ nobilitatis Proceres meritò ſuſtinent, cùm nunc in ipſos hæc *pœna peccati deſæuit.* O caue ne ab inclytâ proſapiâ ſic turpiter in abiectiſſimam ſeruitutem degeneres!

Hic verſ. 1.

---

§. CCLXXVI.

Nobilium ſæpè genealogia, valdè dubia eſt; & coniecturis ac diuinationibus generoſa.

1\. Petr. Bleſ. epiſt. 3.

Res genealogia lõgâ temporum varietate miſcetur, ac confunditur.

Sicut non portabit filius innocens iniquitatem patris (ait Petrus Bleſenſis,) ſic nec filium reprobum decet de patris actibus gloriati. Et quæ nobis argumenta prætendis, vt eius te filium probes, cuius pompoſam memoriam magnificas & extollis; ſanè ideò Dominus Abraham ex Sarâ & Agar: *ex duabus etiam vxoribus, & duabus ancillis voluit Iacob prolem ſuſcipere, vt vniuerſitatis humanæ ſucceſſio de parentum conditione incerta, & ignara vtrùm à liberâ vel ancillâ deſcenderit, ſe de generoſitatis vbique gloria non extollat; titulos enim Sara aut Rachelis, quos ſibi quandoque adſcribit, vaga, & vulgaris opinio proſcribit, & abolet nequitia in moribus, ſeruitus in peccatis, vt ſe filios ancillarum conuerſatione teſtentur, qui de aliorum virtute, quam apud ſe non nouerunt, inflantur.* Prætetea in domo Iacob ſpurij (ancillarum legitimos filios appellat ſpurios) pariter cum legitimis funiculum hereditatis ſortiti ſunt, & communiter inter ſe familiæ iudicium dictauerunt. Hæc Bleſenſis, quibus oſtendit rem genealogiarum longâ temporum varietate miſceri; quàm ſurſum deorsúmque fortuna & opulentia, aut paupertas verſat, & dubia coniectura confundit. Indubiè hi nequam Senes oriundi erant ex generoſâ tunc Iudæ ſtirpe, & forſan Dauidis ſoboles; & tamen de ore veridici Prophetæ audiunt: *Semen Chanaan, & non Iuda.* Si ſpecie tenus vibretur cenſura, Danielis teſtimonio ex Chanaan ſeruili conditione, & genere deſpicatiſſimo orti putarentur. Nequid ſit in re genealogiæ tam inconcuſsè ſanctum an ingenuum, quod non ambiguis ſaltem rumuſculis attaminari poſſit.

Hic verſ. 56.

2\. Ioan. 8. v. 33. Ioannis 8. dixit Ieſus Iudæis, qui in eum crediderant: Si permanſeritis in ſermone meo, cognoſcetis veritatem, & veritas *liberabit* vos. Acriter hæc ſententia Hebræos pupugit. Quare confeſtim *reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam, quomodo tu dicis: Liberi eſtis?* Quaſi dicant: Nos ſumus filij magni Patriarchæ Abrahæ, ideóque ingenui & liberi, nec vlli ſeruiuimus vnquam, quare neque natiuitate, neque conditione ſumus ſerui, ſed præno-

P. Didac. Celada in Suſannam.

biles. Sic hodie multi (ait ex Chryſoſtomo Cornelius) ſi arguantur eorum mores impuri & reprobi, diſſimulant; ſed ſi tangatur eorum genus & nobilitas, exiliunt velut phrenetici. Non leue autem inter Expoſitores litigium eſt, an verè Iudæi dixerint: *Nemini ſeruiuimus vnquam?* Audiendus eſt Auguſtinus tract. 41. in Ioannem, ſic fatus: *Nemini ſeruiuimus vnquam, ſecundum huius temporis libertatem, quomodo verum dixiſtis? Ioſeph non eſt venundatus? Prophetæ ſancti in captiuitatem non ſunt ducti? O ingrati, quid eſt quod vobis aſſiduè imputat Deus, quòd vos de domo ſeruitutis liberauit, ſi nemini ſeruiſtis? Vos autem qui loquimini, quomodo ſoluebatis tributa Romanis, ſi nemini vnquam ſeruiſtis?* Omnibus in comperto erat, quòd olim ſeruierant Ægyptiis, cùm liberati & educti fuerint à Moyſe; item Philiſthæis, Ammonitis, &c. tempore Iudicum; item Babyloniis, cùm ſub Ioachin, & Sedeciâ capti, & abducti fuere in Babylonem: ergo omnis eius proſapia diu, durè, & abiectiſſimè ſeruiuit. Reſpondet Hugo Cardinalis indidem: *Nemini ſeruiuimus vnquam. Tamen ideò forſan hoc dicunt, quia nunquam ſeruierunt ſine reclamatione, nec de iure; ſed per violentiam ad tempus*, quaſi reliqui ſerui ignobiliter ſtigmatici, ſponte, & non ſemper coactè ſeruiant. Vide quàm ſit dubia & ambigua Iudæorum tunc nobilitas generoſè opinatiſſima. Verè apud Senecam *Plato ait: Neminem regem non ex ſeruis eſſe oriundum, neminem non ſeruum ex regibus.* Sic genealogiarum memoria, & earum per manus traditus error, omnia miſcet fortunæ arbitrio!

S. Chryſoſt. Cornel. ibi.

S. Auguſt. apud Caten.

Iudæi olim nobiles, negant vnquam fuiſſe ſeruos.

Hugo Card.

Senec. ep. 44.

Geneſeos 35. Rachele emortuâ propè vrbem Bethlehem, & funeſtè inibi ſepultâ, numeroſa Iacobi ſoboles ſeriatim recenſetur. Et addit ſacer Hiſtoricus: *Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ.* Nimirùm ante Iſaaci mortem diſcernitur electa Iacobi proſapia, à reprobâ Eſaü poſteritate. Ceterùm Beniamin non in Meſopotamiâ, ſed in Chananæâ propè Bethlehem natus eſt; cur ergo in Meſopotamiâ natus perhibetur ab eodem Hiſtorico ſacro, qui nuper eum propè Bethlehem natum fuiſſe narrauit? Grandius ſanè apud Expoſitores litigium. Sanctus Auguſtinus lib. 1. quæſt. veteris Teſtamenti, quæſt. 117. hac de re ita ſcribit: *Quod duodecim filij computantur Iſraël qui nati ſunt, vt dicitur: Hi ſunt filij Iſraël qui nati ſunt ei in Meſopotamia, cùm Beniamin longè poſtea natus ſit, cùm iam tranſiſſet Bethel, & appropinquaret Bethlehem. Fruſtrà quidam conantes iſtam ſoluere quæſtionem, dixerunt non legendum, Nati ſunt, ſicut Latini plerique codices habent; ſed, Facti ſunt: ita voluerunt intelligi Beniamin, quamuis ibi natus non fuerit, ibi factum tamen, quia iam fuerat in vtero ſeminatus, vt prægnans inde Rachel exiſſe credatur.* Hoc commentum multis expugnatur ab Auguſtino, qui ſubdit: *Nulla tamen eſt facilior ſolutio quæſtionis huius, quàm vt per Synecdochen dictum accipiatur. Vbi enim pars maior eſt, aut potior, ſolet eius nomine comprehendi quod ad ipſum nomen non pertinet.* Vides probitatis vſuram ex proborum

3\.

Geneſ. 35. v. 26.

S. Auguſt.

In re genealogia pars deterior, potioris nomine cenſetur.

conuictu, affinitate, nomine. Eudem nobilis patriæ cenſu Beniaminus æſtimatur, etſi natus ipsâ fuerit in deteſtandâ tunc Chanaanitide, quia *maior & potior pars* filiorum Iacob, in Meſopotamiâ naſcitur. Meſopotamus dicitur Beniamin, non Chananæus, etſi in Chananæâ natus, quia reliqui eius fratres in Meſopotamiâ nati ſunt. Sic in re natiuitatis, patriæ, ac proſapiæ iuuat vnum aut alterum applicare potioribus nobilis familiæ saluâ veritate. *Vbi enim pars maior eſt, aut potior, ſolet eius nomine comprehendi quod ad ipſum nomen non pertinet.* O nomine maioris ac potioris partis, deterior cenſeatur!

4\. *Iſaiæ 53. v. 8.* *S Hieron. Rupertus.*

Iſaias cap. 53. ſic Euangelicè de Chriſto Prophetat: *De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit?* S. Hieronymus & Rupert. τὸ *ſublatus* eſt, ſic accipiunt, quaſi dicat Propheta: Chriſtus ab anguſtiis iniqui iudicij, ignominioſiſſimæ paſſionis, & crucis probroſiſſimæ & infamiſſimæ ſublatus eſt, & tandem nobilis victor ad Patrem triumphalis aſcendit. Propheta ergo contemplans probra & dolores Chriſti in paſſione, in quâ velut vile mancipium, & hominum ſeruiliter abiectiſſimus habitus eſt; ſimúlque contemplans eius perſonam diuinam, & aſſumptæ humanitatis dignitatem, excellentiam, & nobilitatem, rapitur, & admirabundus exclamat: *Generationem eius quis enarrabit?* Sed vellem, vt tantæ admirationis cauſſam ſubiunxiſſet Propheta in Dei hominis anguſtâ genealogiâ recenſendâ: an illam poſſet ſine næuo, aut næui ambiguitate recenſere? quò quorumdam nobilium inanis faſtus detumeſcat, cùm oculis videant, in Chriſti Dei etiam genealogiâ aliquid impurum recenſeri.

Petr. Bleſ.

Eleganter Petrus Bleſenſis epiſtolâ illâ 3. ita ſcribit: *Quid inter parentelas hominum variando diſtinguis? Ab vno patre deſcendimus vniuerſi, & ſinguli. Certè ſpecioſus formâ præ filijs hominũ Chriſtus Ieſus, de quo ſcriptum eſt, quia vir nobilis eſt in portis eius,* (in Portis vrbium erant tribunalia, & frequens hominum multitudo: igitur magnum quid eſt, in Portis eſſe *nobilem:*) *cuius nobilitatem & generationem Propheta non ſufficit enarrare; & qui vnius noſtra generoſitatis eſt auctor, de iuſtis & iniuſtis; de magnis & ignobilibus carnẽ traxit: nã & agnus Paſchalis iuxta LXX. Interpr. de ouibus & capris aſſumebatur; in quo manifeſtiſſimè vides, quòd apud Chriſtum omnis fortuna, omniſque conditio acceptatur: vt quid ergo te in alteram virtute commendas, & aduersùs pauperem de tui generis excellentiâ gloriaris?* Vere pariter ac pulchrè Bleſenſis, quàm ſit mixtim confuſa vel Procerum genealogia demonſtrat, vt ipſos pudeat pauperes, id eſt, ignobiles contemptim vilipendere.

Generoſa Christi Dei genealogia, impuris mixta.

5\. Geneſeos 4. naſcitur Henoch, nequam Caini primogenitus, & illius nequitiæ heres. Quò autem celebraretur, perpetuaretúrque memoria primogeniti totius orbis, illi Cainus Henochiam vrbem ædificat: Et Caïn

Gen 4. v. 17. & 18.

ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiaël, & Mauiael genuit Mathuſaël, & Mathuſael genuit Lamech. His ſeptem generationibus Caini terminatur proſapia, diluuij naufragiis tumulata. Appoſitè Cyrillus Alex. lib. 2. in Geneſim ita ſcribit: *Tempus vitæ eorum, qui ex Cain procreati ſunt, ſilentio traditum eſt: nihil enim memoratu dignum egerunt: quapropter meritò Dei labuntur memoria.. .. Ex his facile quiſque intelligere poteſt, nullo pacto Deum vitam peccatorum pati cognoſci: audient nàmque cùm ad Chriſti tribunal adſiſtent: Amen dico vobis, neſcio vos.* Nobilium impiorum vita, quæ e *Dei memoria labitur, nullo pacto cognoſci patitur;* ſed aut eorum præclaram alioqui progeniem confundit, & obſcurat, vt è memoriâ hominum excidat, quod Dei memoriam non meretur. Quid non anceps & ambiguum apud homines de nobilitate impiorum Procerum, quos Deus non patitur cognoſci?

S. Cyr. Alex. Generoſam peccatorum nobilitatem neſcire Deus dicitur.

1\. Ad Timotheum 1. ita ſcribit Apoſtolus: Rogaui te, vt denunciares quibuſdam, ne *intenderent fabulis & genealogijs interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis*, &c. Egregiè ornat Paullus *genealogias* Nobilium, quas *fabulis* confines pronunciat. Sic quædam vera falſis miſcentur, vt fabularum ſaporem ebibant, & pro certis incertas coniecturas propinent. Ad hunc Paulli locum adludit Tertullianus lib. contra Valentinianos cap. 3. *Si quis*, inquit, *ex aliâ conſcientia fidei venerit, ſi ſtatim inuenerit tot nomina, tot coniugia, tot genimina, tot ſitus, tot euentus, tot felicitates, & infelicitates diſperſæ atque conciſæ diuinationis; dubitabitne hæc eſſe fabulas & genealogias, quas Paullus damnare præuenit?* Sapienter Tertullianus rem genealogiæ *diuinationibus*, ſeu coniecturis definit. Imò & Procerum nobilium genealogiæ definiri non poſſunt; ambit enim eorum vana gloria *interminatas* eſſe, quò tantâ antiquitate polleant, vt propè initio careant.

6\. *1. ad Tim. 1. v. 4. Genealogiæ interminatæ, & fabulis confines.* *Tertullian.*

§ CCLXXVII.

Inclyta olim virtus, ſubſecuta nequioris malitiæ emphaſis ſiue exaggeratio eſt.

IEremias Propheta cap. 16. has contra Dei populum peccatis exoſum, minas ſeueriùs vibrat: *Et reddam*, inquit, *primùm duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam*, &c. Eccur Hebræorum iniquitates appellat *duplices*? Vnde ſingularis iniquitas duplicitatem mutuat? S. Hieronymus ibidem, *duplices*, inquit, quia duplo grauiores fuerunt iniquitates Iudæorum legem Dei cognoſcentium, quàm Gentium ignorantium. Quod ex Origene hom. 11. S. Hieronymus videtur deſcripſiſſe: *Gentilium*, inquit, *peccata, qui voluntatem Domini neſciunt, dicuntur ſimplices iniquitates: duplices autem illorum peccata, qui ſcientes eam, executioni non mandant.* Ceterùm alij Interpretes, per *duplices*, intelligunt *multiplices*, quaſi populi Dei iniquitas, ob præſtantiam ſapientiæ illuſtrioris, & dignitatis oppidò excellentioris, vna multiplex ſit; & inde duriùs punienda. Quare *erga quaſdam perſonas, ac familias cenſura Dei inexorabilis eſt.* Sic Hebræa olim gens, & nunc Chriſtiana, in peculiarem Dei populum electiſſima,

1\. *Ieremiæ 16. v. 18.* *S. Hieron. Vna culpa populi Dei, dicitur duplex, & multiplex quare!* *Origenes.* *Saluian. l. 1. de gubern. Dei.*

&

& beneficiis ac honoribus inclyta, tantæ dignitatis ac nominis rea, & criminoſiùs inuenitur, & acerbiùs punitur cenſurâ pœnaliſſimâ, ob enormitatis excellentiam, quam excellentia delinquentium in delicta reuerberat.

2. [Geneſ. 49. v. 3.] Geneſeos 49. Iacob iniuriarum patiens vſque ad mortem, morti proximus Rubenum ſic durè mulctat: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas*, &c. Eccur Iacobus tot Rubeni prærogatiua ac priuilegia antedicit, priuſquam eius culpam, & culpæ pœnam indicat? Fruſtrà priùs magnificè honeſtat & nobilitat, quem ſtatim ſic ignominioſè culpat, & pœnaliſſimè caſtigat? Opinor, ſic priùs auguſtiùs nobilitat Rubenum, vt probroſiùs eum deturpet; quaſi præmiſſa nobilitas futuræ ex crimine ignobilitati intentiùs militet. Tempeſtiuè Origenes apud Catenam Lipomani indidem [Origenes. Ruben dicitur, Patris virtus, vt grauiùs notetur in vitio.]: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, &c. Sed*, inquit, *quod in initiis laudis aliquid videtur adſcribere, dicens: Tu virtus mea, idcircò fit, vt grauiùs notetur in crimine, qui tùm virtus patris haberetur, & initium filiorum, neſciit ſeruare reuerentiam patri.* Itaque nequam filius ſceleroſo in patrem inceſtu obſcœnè turpiſſimus, tunc, tunc quidèm potiſſimè *virtus Patris* nominatur, vt illius vitium appareat enormius, criminoſiùs culpetur, & puniatur atrociùs; quæ eſt è peruerſo arcana vitiorũ virtus: inde enim ſuccedanea malitia excellens ſuſcipit incrementũ, vnde excellentiori nuper virtute prænotatur. Præmittitur inclyti Rubeni clara prærogatiua, maioratu, ſacerdotio, & imperio præluſtria, quo puniẽdi criminis excellẽtior enormitas, & pœnalior ſupplicij atrocitas palàm oppigneretur: præambula enim virtus dũ infidelis eſt, ſecutum indè vitium mirè amplificat, incrementat, exaggerat, per monſtroſas vitij è virtutibus conſequentias, infelici aborſu ignobiliùs enatas: Dicens: *Tu virtus mea, idcircò fit, vt grauius notetur in crimine, qui cùm virtus patris haberetur, neſcit ſeruare reuerentiam patri.*

3. Iſaias cap. 14. non ſine ſarcaſmo inſultat Lucifero aiens: *Quomodò cecidiſti de cælo lucifer, qui manè oriebaris?* corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum . . . . . *Veruntamèn ad infernum detraheris in profundum laci.* [Iſaiæ 14. v. 13. Origenes. Euſebius. S. Athanaſ. S. Ambroſ. Leo Caſtr.] Quæ verba, Origenes, Euſebius Cæſar. Athanaſius, Ambroſius, & paſſim veteres, quos citat Leo Caſtrius inibi, hæc ad litteram intelligunt de caſu Diaboli è cælo. Parùm foret, quòd Lucifer ille, iam noctifer nominetur; [Nuper ſanctiſſimus, de paradiſo in infernum ruit.] & auroræ filius, tenebrarum filius nuncupetur: & quod expers corporis, cadaueraſcere, & vermibus ſcatere dicatur; niſi dicatur etiam è cælo in infernum, de empyreâ ſublimiùs ſede, in profundum laci præcipitatus ac merſus; quæ eſt calamitatum meta. Pulchre Bernardus Serm. 63. in Cantica [S. Bernard.]: *Præſumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpiſſimus ſaltus de excelſo in abyſſum, de clauſtro in ſeculum, de paradiſo in infernum.* O nuper Sanctorum caſum tragicè miſerabilem! quod cœpit in Lucifero, in Diabolo conſummatur: ex Angelo Dæmon, de faſtigio cæli in profundum laci, *de excelſo in abyſſum, de paradiſo in infernum* præceps ruit, ruinâ nimis calamitoſâ. Proh! ſic Angelus in cadauer degenerare dicitur? Qui de cælo cadit, in profundum laci corruit; ſicut de paradiſo in infernum. Sic antiqua præcelsè virtus neglecta, nequioris malitiæ lenocinium eſt.

4. [Apocal. 22. v. 11.] Benè eſt, moneat Euangeliſta Ioannes, Apocalypſis 22. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur adhuc.* admonitio ſanè tanto Apoſtolo digna. Sed quid eſt, quòd ait: *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc?* Scio nonnullos eam ſententiam permiſſiuè intelligere. Sed mallem, vt tantus Apoſtolus læſuras ac ſordes ſeriò inhiberet, citiùs quàm vltrò permitteret. Quare noſter Alcazar [Alcazar ibi.] iſtiuſmodi verba comparatiuè interpretatur. nempe virtutis ardor, vitiorum æmulatione viuidè inaccreſcat. Quaſi dicat: Quiſque pius accumulet merita, eo ſaltem ſtudio, quo demerita impius accumulat (quod aliùs thematis argumentum eſto) [Familia ſancta ob vnum ſceleroſum, ne infamentur.] Aliter S. Auguſtinus epiſt. 137. ad rem opportunè: Non mihi, ait, arrogare audeo, vt domus mea melior ſit quàm [S. Auguſt.] arca Noë, vbi tantùm inter octo homines, reprobus vnus inuentus eſt: Aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: Aut melior ſit quàm domus ipſius Iacob, vbi lectum patris filius inceſtauit: Aut melior ſit quàm domus ipſius Dauid, cuius filius contrà patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: Aut melior quàm cohabitatio ipſius Chriſti Domini, in quâ vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt: Aut melior ſit poſtremò quàm cælum, vnde Angeli ceciderunt. Subdit ad rem moraliſſimum experimentum Auguſtinus, præſcripti loci expoſitioni intextum: *Simpliciter autem fateor coràm Domino Deo noſtro, qui eſt teſtis ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodò difficile ſum expertus meliores quàm qui in Monaſteriis profecerunt; ita non ſum expertus peiores quàm qui in Monaſteriis ceciderunt: ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter & ſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolemur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergò propter amurcam, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vnde apotheca Dominica fructu olei luminoſioris implentur.* [Nemo eo eſt peior, quàm qui ex optimo, & inter optimos malus eſt.] Itaque ex optimis peſſimos quoſque non hortatur Apoſtolus ad vlteriorem & nequiorem malitiam; ſed prophetico idiomate illam prædicit, & illius exinceps accretionem, & immeratum cumulum certò prophetat, & propheticè antedicit quod creberrimum eſt, & Auguſtini experimento notiſſimum: *Non ſum expertus peiores quàm qui in Monaſteriis ceciderunt. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.*

5. [Actor. 1. v. 16. & 18.] Actorum 1. de Iudâ proditore ſic loquitur Petrus: *Qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum. . . . . . Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit me-*

dius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Talis fuit Iudas. Qualis verò fuerit anteà, Euangeliſta non tacet: *Qui connumeratus erat nobis* (ait Petrus,) *& ſortitus eſt ſortem miniſterij huius.* Et ſuprà dixerat: *Qui* (Ieſus) *præcipiens Apoſtolis, per Spiritum-Sanctum, quos elegit,* &c. Hinc liquet Iudam Apoſtolatûs gradum & miniſterium participaſſe, ac conſequenter euangelizaſſe, expuliſſe Dæmones, feciſſe miracula, perindè vt fecerunt ceteri Apoſtoli. Addit Nazianzenus, quòd *doctrina ſua verbis multos genuit filios.* Fuit ergò primitùs ille, & à Chriſto per Spiritum-ſanctum electus; & non tantùm ſanctus, ſed & zelo prædicationis ſuæ ſanctificans alios. Ex tanto autem ſanctitatum omnium faſtigio, non niſi in immenſum barathrum decidere potuit. Audiendus eſt S. Leo Serm. 16. de Paſſione: *Tu impijſſime homo, ſemen Chanaan, & non Iuda; nec iam vas electionis, ſed filius perditionis & mortis, vtiliora tibi Diaboli incitamenta credebas, vt facibus inflammatus auaritiæ, ad triginta argenteorum lucrum inardeſceres, & quid diuitiarum amitteres non videres. Vndè facinus commercij tui non ideò deteſtandum eſt, quia Dominum vtiliter æſtimaſti, ſed quia Redemptorem etiam tuum, ne tibi parceret, vendidiſti. Et meritò tibi tua pœna eſt commiſſa, quia in ſupplicium tuum nemo te ſæuior potuit inueniri.* Hæc & alia Iudæ deſertoris non bona elogia densè ſancti Patres adglomerant. Nam qui ex altiſſimo ruit, altè præcipitat calamitoſa ruina.

Actor. 1. v. 2.
S. Nazianz. de Chriſto patiente.
Profunda Iudæ ruina, quia à ſummo faſtigio ſanctitatis ruit.
S. Leo.
Hic verſ. 56.

6. Pſalmo 77. ſic Regius Propheta pangit, dum annuit Deus obmurmuranti populo annonam querulè poſcenti: *Tranſtulit,* inquit, *Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſuâ Africum.* Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, &c. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper, &c. Græci Patres, S. Hieronymus, & alij pro τὸ *tranſtulit*, excribunt, *abſtulit*: ne autem iratus Deus in gentem querulè peccatricem, videatur *abſtuliſſe Auſtrum*, & *induxiſſe Africum*, qui ipſiſſimus ventus putatur; nonnulli pro *Auſtro*, *Eurum* vertunt. Ac ſi diceret: Deus commutauit ventos, atque eum qui illis ſub triſti ſpecie opportuniſſimus & ſaluberrimus erat, remouit, totóque cælo eiecit; illum verò, qui leniſſimè ac blandiſſimè ſpirans ipſis maximè exitialis erat futurus, vt infenſos ſibi grauiter plecteret, loco eius induxit, ſiuè pro illo ſubſtituit. Ceterùm in Græcis codicibus, & in Vulgato *Auſtrum* legimus. Audiendi ergò ſunt Græci Patres in huius loci Paraphraſi: *Abſtulit Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſua Africum. Idem dicit Africum & Auſtrum: eſt enim idem ventus.* Ecce noſtri thematis moraliſſimum ſacramentum. Idem ventus, qui dum ſpirabat, gratia & beneuolentia affluebat, *aufertur*, nempe *Auſter*; & loco illius idem *Auſter*, ſolo euariato nomine *inducitur*, *Africus* inquam, ad plectendum Hebræi populi nequitiam: vt denotetur, quòd iiſdem protsùs rebus, quæ olim erant beneficia, fauor, gratia, ſolet & eualet Deus ſeueriùs punire, quaſi antiqua quondam gratia & virtus, de illius abuſu, in pœnaliſſimum ingratæ malitiæ inſtrumentum conuertatur. Quare iratus Deus *abſtulit Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſua Africum. Idem dicit Africum & Auſtrum: eſt enim idem ventus.* Belliſſimè quidèm Græci Patres ſententia acuminum grauida.

Pſalm. 77. v. 26.
Græci Patr.
S. Hieron.
Auſtro mulcet Deus, & eodē ſub nomine Africi caſtigat malitiam.
Græci Patr.

§. CCLXXVIII.

Spectata pulchritudo, diluuij cauſſa eſt, idearum malitiæ machinatrix, & delictorum latrocinium.

BOnum pulchritudinis, grande ethicè malum ſæpè eſt. O quot conſcientiæ ſtrages forma venuſtior paſſim edit! Seleucienſis Baſilius l. 1. de vita & miraculis S. Theclæ, eam inducit feris obiiciendam inuſitato ſpectaculo: Introducitur, inquit, Virgo, è Tryphænæ manibus vi à carnificibus extorta, *& veſtibus etiam nudata; quò ea ret leonum contrà illam impetum magìs irritaret: quòd ſpecioſis corporibus illud peculiare ſit, vt belluarum in ſe oculos ſemper attrahant, incitentque.* Hem! ſpecioſa corpora feras magis irritant, & pulchritudine laceſſunt: efferantur nempe beſtiæ, dum feram aliam ſe valentiorem intuentur, & rictu ac vnguibus efferatiùs armantur ad pulchri corporis atrociorem lanienam. 5

Baſil. Seleuc.
Specioſa corpora feras magìs incitant.

Geneſeos 6. Noëtici diluuij cauſſa proponitur: Cúmque cœpiſſent, inquit, homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent; *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Genus hominum diuino mandato diſtractum dicitur. Siquidèm duo ex Adamo ſuſcepti liberi Cainus & Sethus, originem ex ſe ſinguli naturæ dederont. Cainus quidèm fraternam dexteram fraterno ſanguine cùm purpuraſſet, nactus progeniem in mores nefarios ſuccedentem, reliquit etiã poſteros prauitatis heredes. Sethus verò cùm ad Abelum moribus accederet, hoc virtutis præmium tulit, vt eius filij, filij Dei vocarentur; & quæ naturam ſuperabat appellatio, dignitatem prædicaret. Contrà Caini liberi hominum appellatione continebantur, naturæ dumtaxat nomen ſortiti abſque vllâ dignitate. Ecce atrociorem violentiſſimæ eluuionis cauſſam, pulchritudo fuit, ob quam tot ſtrages eduntur, tot hominum naufragia paſſim hiant, & totus mundus diluuio ſorbetur. Pulchrè Seleucienſis Baſilius Orat. 6. *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, &c. Quomodò hoc tantà pœnà condignum: nam quarum erant admirati ſpeciem, earum nuptias complexi ſunt.* Nempe Sethi poſteri patrem hactenùs adepti meliorem, & filiorum Dei appellatione honorati, & paternæ benedictionis heredes, filias ex Caini poſteritate formoſas conſpicati, ſplendidas, & ornatu florentes, ſeruámque libidini rationem tradentes, diuina calcant edicta, & exectabilium formoſarum congreſſu fœdantur, fluxam & caducam voluptatem æternarum rerum votis anteferentes adulterant indolem ſuetam virtutis ire vias, ac iniquitati natura mancipatur. Ecce purgandæ nequitiæ, quam ex pulchritudinis abuſu tota gens hominum contraxerat, 5.

Geneſ. 6. v. 2.
Baſil. Seleuc.
Fœminarum eximia pulchritudo, diluuij rea eſt.

traxerat, iam diluuium feraliter ingruit, & cunctis gliſcunt naufragia. Sanè pulchritudo diluuij rea eſt. *Quomodo hoc tanta pœna condignum: nam quarum erant admirati ſpeciem, earum nuptias amplexi ſunt.* Sic eſt pulchritudo tot excidiorum conceptaculum? tot ſtrages in pulchritudinis officina excuduntur? O nimis periculoſum naturæ bonum!

3\. Pergit ibidem Hiſtoricus ſacer, & cùm ante dixiſſet, quòd *videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ*, &c. Subdit immenſum humanæ malitiæ pelagus, quod ex huiuſmodi adamatâ pulchritudine feminarum exundauit: *Videns autem Deus*, inquit, *quod multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum*, &c.

Gen. c. 6. v. 5.

Nimirùm de impotenti femineæ pulchritudinis illicio venit hominum multa malitia, id eſt, continua, varia, vehemens, & latè diffuſa: & *omne figmentum cogitationum tantùm intentum eſſet ad malum.* &c. vt eſt in Hebræo.

Hebræus.

quaſi de adamatæ pulchritudinis male artifice figulinâ prodeant multa, ipſáque monſtroſa iniquarum cogitationum *figmenta*; quò veſana hominū nequitia, ad malum *tantùm* ſtudioſiùs erat intenta; nec per interualla, ſed *omni tempore*, quaſi parum foret vetis, & reapſe patrandis ſceleribus impendi, ſuperimpenditur etiam euanidis nequitiæ *figmentis*, quò poſſibilia peccata imaginatione amplificet, & vltrà reipſa peccandi metas euagetur ampliori malitiæ licentiâ. Quò indidem eleganter adludit

Theodoret.

Theodoretus quæſt. 47. *Videntes filias cognationis Cain ſpecioſas, &c. declinant prorſus ad intemperantiam & malitiam, ſubſeruire facientes affectionibus rationem, vt etiam excogitent alias nequitiæ ideas; & hoc non ſemel aut bis, ſed per totam vitam.*

Viſa pulchritudo nouas libidinū ideas, & malitiæ figmenta architectatur.

Vide quàm viſa ſalaciùs pulchritudo hominem inuitiet, & perditiſſimè depraueт; ſiquidèm non contentus adſuetis peccandi deliciis malè dulcibus, & quod brutis concupiſcentiæ *affectionibus ratio ſubſeruiat* inſano mentis abuſu; vt malitiæ ſphæram longiùs latiúſque extendat, *alias excogitat malitiæ ideas*: & *omne figmentum cogitationum tantum intentum ad malum omni tempore* habet. En quas edit pulchritudo ſtrages, non modò in luxuriantis conſcientiâ, ſed in ipſa etiam mente, quam facit recentium *idearum* officinam, quâ *omne figmentum cogitationum* tantùm ad malum omni tempore intendit. Viſa pulchritudo concupiſcentiæ præſtigiis, & libidinis philtro ſic aëra toxicat, ſic rationem perſtringit, vt nouis malitiæ *ideis*, & libidinum *figmentis* blandè ſeducat. Quare hic Daniel inueterato ſæuis libidinibus Seni dixit: *Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: ſic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis*, &c.

Hic verſ. 56. & 57.

Venus dicitur, Dea Machinatrix. apud Pauſan. lib. 8.

Ecce tibi fraudum impudicarum inſolentes *ideas*, & male acuta libidinum *figmenta*. Quare à priſcis Sapientibus Venus dicebatur, *Dea Machinatrix.*

4\. Threnorum 3. flebilis Propheta euntibus præ dolore lacrymis, ſic opplorat oculorum prædam: *Oculus meus*, inquit, *deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.*

Thren. 3. v. 51.

Horum verborum ſenſum extendit Gregorius ad oculos, qui ſpecie compoſitæ venuſtatis, & boni commutabilis delectati, cor ſeducunt, & pulchro virtutis bono poſthabito, fucatæ pulchritudinis ſordes depereunt, & hianter amplectuntur, opulento cordis latrocinio: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, inquit; *Concupiſcendo enim viſibilia inuiſibiles virtutes amiſit. quæ ergò interiorem fructum per exteriorem viſum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad cordis munditiem ſenſuum diſciplina ſeruāda eſt: nam quantàlibet virtute mens polleat, quantàlibet grauitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam exterius perſtrepunt, & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrenentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.*

S. Gregor. l. 21. Moral. c. 2.

Senum etiam ſenſus puerile quiddam perſtrepunt.

Vide hìc quàm opulentam cordis prædam, venuſtiores puellæ Ieroſolymitanæ intentiùs ſpectatæ, per ſpectatorum oculos agant. Heu furaces animæ ſenſus! Ah crebra per rapaces oculos cordis latrocinia, quæ ſanctitatum ætatium & virtutis cenſum expilant, euacuant, exhauriunt! Grauiſſimè S. Cyprianus, ſeu forſan Origenes, de Singularit. Cleric. *Mentior*, inquit, *ſi non videmus exindè interitus plurimorum. Quanti & quales Epiſcopi & clerici ſimul, & laici poſt confeſſionum victoriarúmque calcata certamina, poſt magnalia & ſigna vel mirabilia vſquequaque monſtrata, noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, cùm volunt in naui fragili nauigare! Quantos leones domuit vna infirmitas delicata, quæ cùm ſit vilis & miſera, de magnis effecit prædam* (Pende attentiùs quæ ad rem ſubiicit verba:) *Longè ſit peſtis iſta, & lues, & clandeſtina pernicies. O quam inordinabilis feminæ propinquitas iaculatur, cuius vicinia eſt delictorum latrocinium!*

S. Cyprian.

Oculus dum animam deprædatur, delictorū latrocinium exercet.

Dum *oculus animam deprædatur* blandientis concupiſcentiæ furaci medullitùs lenocinio, Cyprianus interpretatur, *delictorum latrocinium.* Nimirùm ſpectata pulchritudo aëra toxicans, & illicio venuſtatis mentem auferens, & animam in prædam rapiens, de viſæ pulchritudinis vicinia, *delictorum latrocinium* dicitur. Mitiſſimus ſanè loquendi modus, quòd oculus dum animam deprædatur, *delictorum latrocinium* exerceat. quaſi homo à viſa pulchritudine velut exanimus, libidinum patiatur furta, & delictorum latrocinia. Sic eſt ſpectata venuſtas, furax animi, & concupiſcentiæ rapax? Sat eſto ad ſententiam conceptuum grauidam, digitum intendiſſe. Procliue eſt plura ſubtiliùs ruſpare.

Geneſeos 34. redux è Meſopotamia Iacob 5.
cum tota familia, propè vrbem Sichimorum Geneſ. 34.
tentoria figit. Egreſſa eſt autem Dina filia v. 2.
Liæ vt videret mulieres regionis illius. *Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Henæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit*, &c. O Dina quid neceſſè eſt vt videas mulieres alienigenas? qua neceſſitate? qua vtilitate? an ſola curioſitate, vt videas, & videaris? Vel ſolo proſpectu venuſtas feminea periclitari ſolitat. Pulchrè de pulchrâ Dinâ ait Bernardus Tract. de Curioſitate: *Et ſi tu otioſè vides, ſed non otioſè videris. Tu curioſè ſpectas, ſed curioſiùs ſpectaris.* Non fuit otioſus femineæ pulchritudinis aſpectus, qui tot operoſe ſtrages

S. Bernard.

Ioſephus. *Spectacula ſunt perienloſa caſtitatis ludibria.*

sè ſtrages edidit. Putat Ioſephus lib. 2. Antiq. cap. 19. quòd *cùm eſſet celebritas apud Sichimitas, Dina venit in vrbem.* Nempe erat dies feſtus, ludi publici magno hominum concurſu celebrabantur: ibi illa curiosè ſpectans, curioſiùs ſpectatur: & ſcortatio oculorum, ſtupri meditatio fuit. Eloquenter Saluianus lib. 6. de Prouidentia: *Ludi publici, ludibria ſcilicet ſpei noſtra, ludibria vita noſtra. In theatris deperimus, iuxtà illud: Stultus per riſum operatur ſcelus.* Mox cauſſam reddit, reiiciens culpam in oculos ſalaciter ſpectatores: *In illis imaginibus fornicationum omnis omninò plebs animo fornicatur. Et qui fortè ad ſpectaculum puri venerant, de theatro adulteri reuertuntur.* O ludibrium obſcœnum pudicitiæ! ó propudium libidinis aëra toxicantis! In theatris rerum impudicarum comœdiæ aguntur, ibi incontinentiæ nundinæ celebrantur, ibi tot ſtupra ſenſibus obiiciuntur, quot carmina audiuntur, quot pulchræ feminæ ornatu ſumptuoſiùs meretricio oculis obiectantur.

Saluianus. Prouerb. 10. v. 23.

S.Auguſt. B.Petr.Dam. *In theatris oculorum deſiderio diabolica Sacramenta celebrantur.*

B. Petrus Damianus lib. 6. Epiſt. 28. ex S. Auguſtino, *Deſiderium oculorum dicit omnẽ curioſitatem. Iam quàm latè patet curioſitas, ipſa in ſpectaculis, in theatris, in Sacramentis Diabolicis.* Alto quidèm ſtilo Petrus Damianus turpiſſimas theatrorũ obſcœnitates, quæ *oculorum deſiderio* celebrantur, appellat *diabolica Sacramenta*, quæ velut ex opere operato (vt aiunt) ſpectatæ libidinis malitiam operantur. Scilicet hoc decrat comœdiis, vt *Diaboli Sacramenta* dicerentur.

§. CCLXXIX.

De blandientis pellacia vi, magnum eſt feminea pulchritudinis myſterium.

1. SAlomon laſciniendo feſſus, & indè ad meliorem vitæ frugem conuerſus, ita ſcribit: Luſtraui, inquit, vniuerſa animo meo, vt ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem: & cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium: & inueni amariorem morte Mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, *vincula ſunt manus illius.* Opinor, his verbis robuſtior vis femineæ potentiæ deſcribitur, & ſpectatæ pulchritudinis emphaſis. Porrò Aquila, & ex eo Hieronymus, pro *τὸ vincula ſunt manus illius*, vertunt, *Vincta ſunt manus eius:* quod explicatiùs reddit Chaldæus Paraphraſtes: *Ligataque manus eius ſic, vt non faciant opus.* Quaſi dicat Salomon: Licèt vinctæ ſint formoſæ mulieris manus; adeóque potenter ligatæ, vt ad operandum impotentes, non faciant vllum opus; tanta eſt tamen muliebris formæ vis, tam arcana potentiſſimè valentia, vt videndo aëra toxicet, intuentes faſcinet, concupiſcentiæ aduletur, rationem ſubornet, & virorum ſuſpiria trahat, illóſque ſubiuget, & in triumphum victorialis agat. O editas à pulchritudine ſtrages! Nec cana Iudicum ſenectus à venuſtatis fraude, & barbara pulchritudinis ſæuitia immunis fuit.

Eccle. 7. v. 27.

Aquila. S.Hieron. Chaldæus.

Feminea pulchritudo, ligatis etiam manibus validè operatur.

Hic verſ 56.

2. Numerorum 24. Balaam pro expetitis maledictionibus benedictiones eructans, quibus Hebræam gentem potiùs felicitabat; tacere iuſſus, hæc Regi Moabitarum reſpondit: *Verumtamen pergens ad populum meum, dabo tibi conſilium; quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.* Quaſi dicat Balaam regi Balac: Video me per auguria & diuinationes Iſraëlitis nocere non poſſe, diſcedens ergò dabo tibi conſilium, quo per mulieres Iſraëlitæ ad cultum Idolorum pelliciantur, itáque perdantur. Hoc enim conſilium ſuggeſſiſſe Balaam, patet ex cap. 31. v. 16. & Apocalypſis 2. v. 14. idque diſertè tradit Ioſephus lib. 4. Antiq. cap. 6. idque proſperè ei ſucceſſiſſe liquidò conſtat ex cap. 25. Numer. Ita Theodoretus q. 45. & Auguſt. q. 60. Verba Balaam ad Regem, ſic concinnat Origenes homil. 20. in Numer. *Procùl*, inquit, *amoue armatorum manum, & electam congrega ſpeciem puellarum, ludentes pedibus eant, manibúſque plaudentes: forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat, vincentur ſpecie qui non vincuntur pralio..... Amor patria, & vitium gentis conſpirat in laſciuiam, & ad decipiendum proba exiſtit improbitas.* Vide hic victricem femineæ pulchritudinis valentiam, quæ triumphale robur videndo exarmat, vincit, proculcat impotenti venuſtatis fraude, quà de populo Dei ſatis victoriatum eſt. Nec te prætereat diſertiſſima pariter ac veriſſima ſententia ænigmati ſimilis: Ad ſic vincendum potentiſſimâ Veneris deceptione, *proba exiſtit improbitas.* O antitheſim in re libidinis de *probitate* ludentem! Proba improbitas, ſacramentum pulchræ libidinis eſt, & exermis potentiæ emphaſis, quam explicatiùs iam iam ediſſerit propheta Ioannes.

Numer. 24. v. 14.

Numer. 31. Apocal. 2. Ioſephus. Theodoret. Auguſtin.

Origenes. *Mira libidinis potentia.*

Proba exiſtit libidinis improbitas.

Apocalypſis 17. ſic Angelus Ioannem alloquitur: Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ. Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam: & mulier erat circumdata purpura, & coccino, & *inaurato auro* (autúmne inauratur, vt gratiùs placeat:) & lapide pretioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſuâ, plenum abominatione, & immunditiâ fornicationis eius. *Et in fronte eius nomen ſcriptum: Myſterium.* Geſtat hæc famoſa meretrix nomen ſuum myſticum in fronte, ſicut in fronte etiam nomen Dei geſtabat Aaron. Hoc autem nomen, *Myſterium*, non eſt nomen pulchræ & obſcœnæ huius mulieris, vti putauit Pannonius; ſed à Ioanne quaſi per parentheſim interiicitur, vt excitet aduertentiam noſtram, vtque meminerimus nomen mulieris venuſtiùs inhoneſtæ, non eſſe proprium illius, ſed figuratum, & myſticè exponendum. Vnde infrà verſ. 7. vocat, *Sacramentum mulieris.* Grande quidèm *Sacramentum*, & myſticè arcanum pulchræ ac inhoneſtæ feminæ *Myſterium*, quo impotens libidinis pellacia inſcribitur, & nominatur plena ſignificatione luxuriæ, non vocabulo re nominis vacuo. Magnum ſanè *Myſterium* eſt, & mitiſſimum *Sacramentum*, quòd ad libidinis blandimentum *proba exiſtit improbitas*; dum turpiter obſcœna improbitas fœdæ libidinis ſuffragio, probitatem è peruerſo fœnerari dicitur. Quare obſcœnum ludibrium libidinis altè dicitur *Myſterium*,

3.

Autúmne inauratur.

Apocal. 17. v. 5.

Pannonius.

Cur pulchra obſcœnè fœmina appelletur, Myſterium.

ſterium, & *Sacramenti* nomine profundè inaugurarunt.

4. Hic verſ. 8. In hoc cap. 13. Danielis verſ. 8. in pomario viri ſui pulchra Suſanna animi cauſſâ deambulat: *Et videbant eam Senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum in canæ ſenectutis cinibus ſic arſiſſe concupiſcentiæ igniculum, & de frigidæ ſenectæ cineribus emicuiſſe libidinum flammam. Quónam fomento ardor iſte excitatur, nutritur, & ardet? Opinor, de femineæ venuſtatis ſcintillâ, in canorum niue prodigioſus ignis accenditur, oculorum lumine flabellatus. Appoſitè S. Maximus Serm. 6. in Natali dum. primam feminam, & in eâ reliquas hereditario iure, appellat *Fomitem iniquitatis.* Nimirùm in frigidâ ſenectâ horum Senum concupiſcentia interſtincta languebat: at ſpectata pulchritudo, etſi pudiciſſima & ſanctiſſima, in alioqui frigida corpora *fomitem iniquitatis* ingeſſit, quo *exarſerunt in concupiſcentiam eius.* Proh omnis ætas intuta eſt à libidinis pernicie vel niues ſufflammante! Vel aliter accipe quo pacto in propè effœtâ horum Senum ætate,

Pulchro feminæ fomitem libidinis Senibus ingerit.

S. Maximus.

5. venuſtiſſimæ Suſannæ frequens aſpectus, hoſce Senes reddidit ad laſciuiam iuuenes, quaſi à femineæ pulchritudinis viſu prodigioſè iuueneſcant, quod forſan eſt pulchræ *mulieris myſterium*, ſeu libidinis *ſacramentum.* Sententioſè pariter ac verè Hieronymus exponens illud Ieremiæ Threnorum 3. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ*, ita ſcribit: *Per oculum corporis pertulit prædam cordis. Quantalibet*, ſubdit, *grauitate mens vigeat; carnales tamen ſenſus pueriliter exterius perſtrepunt; & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrenentur ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.* Ecce tibi in canorum niue, & perdiu annoſâ ſenectute, à conſpectu femineæ pulchritudinis, iuuentus quædam oculorum, & puerilitas ſenſuum: quod alias intentiùs expendebamus.

Thren. 3. v. 51.

Viſâ pulchritudine, Senum ſenſus iuueneſcunt, & repueraſcunt.

6. 2. Regum 11. accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ: *Viditque mulierem ſe lauantem, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mulier pulchra valdè.* Incautus hic aſpectus fuit Dauidicæ tragœdiæ cauſſa turpiſſima. Oculi enim ſunt in amore duces: ac proinde impoſſibile eſt laſciuam cogitationem arcere à mente, niſi ab oculis arceatur pulchræ mulieris aſpectus. Nam (vt ait Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. cap. 11.) *Laſciui aſpectus, & verſatilibus, & tamquam conniuentibus oculis intueri, nihil eſt aliud quàm oculis mœchari, cùm per eos cupiditas ineat primæ pugnæ præludia.* Inire autem huius pugnæ præludia, penè vinci eſt. Pulchrè Auguſtinus in titulum Pſalmi 50. *De longè*, inquit, *vidit Dauid illam, in quâ captus eſt. Mulier longè, libido propè. Alibi erat, quod videret; in illo vndè caderet.* Scilicet pulchra femina longè poſita, & procùl ſpectata, cùm ingerat libidinis *fomitem*, qui concupiſcentiam medullitùs ad luxum ſufflammet; & ſi longè ſit poſitum, quod Dauid eò vſque pius & ſanctus, & hi Senes annoſitate effœti, vident; iam illis intùs ſubeſt, vndè cadant: *Alibi erat, quod viderent; in illis, vndè caderent.* quod forſan etiam eſt pulchræ mulieris è peruerſo *Myſterium.*

2. Reg. 11. v. 2.

Procul ſpectata pulchritudo, medullitus ingerit, vnde homo cadat.

Clem. Alex.

S. Auguſtin.

Redeant ſudata Iobi verba, aliter ad hanc 7.
theſim elucidanda: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine:* S. Chryſoſtomus homil. 34. in Matthæum, ſcribit: *Legem poſui oculis meis*; LXX. Interpretes, *Teſtamentum poſui oculis meis.* Et ſanè niſi teſtatoris præcedat mors, teſtamenti ſanctio inualida eſt. Mortuus iam ethicè eſt, qui ſemel pulchram videns mulierem, de illâ diu non cogitat, nec animitùs meditatur? Sic eſt viſæ mulieris tenax memoria, quam nulla expungit obliuio? Opportunè Petrus Damianus lib. 7. epiſt. 18. ad piam ac pulchram Guillam. *Quoniam*, inquit, *rei ex quâ conflictus oritur, meliùs eſt gratuitam ignorantiam poſſidere, quam de comparandâ ſemper obliuione confligere*, iuuenculis mulieribus, quarum formidamus aſpectus, tutò litterarum præbemus alloquium. Ego certè qui iam ſenex ſum, à venuſtioribus atque fucatis mulieribus, ſic oculos tanquam pueros ab igne cuſtodio. *Infelix quippe cor meum, quod Euangelica totiens myſteria centies perlecta non ſufficit, ſemel aſpecta forma memoriam non amittit: & ibi vanitatis imaginem obliuio non intercipit, vbi lex diuino deſcripta digito, non permanſit.* Heu nimis verè! Sic eſt hominum memoria ſpectatæ pulchritudinis bibula? ſic venuſti mulierum characteres humanis mentibus impreſſiùs ſculpuntur blandientis concupiſcentiæ cælo, vt de affectatâ obliuione expromptior memoria ſemper victrix exiſtat? Centies repetita quæque prono memoriæ lapſu facile expunguntur. Iuuiſæ ſolùm ignorantia pulchritudinis, meditatæ libidinis aſylum eſt. Idcircò conſultiſſimè Iobus, non ſolùm fœdus ſeu legem, ſed etiam *teſtamentum poſuit oculis ſuis*, vt tanquam iam mortuus, aut quaſi per ignorationem nemo, de mulierum formâ cogitaret. O! vnuſquiſque ponat *teſtamentum* oculis ſuis, ne de ſpectatæ feminæ venuſtate cogitent: nam *melius eſt gratuitam ignorantiam poſſidere, quàm de comparandâ ſemper obliuione confligere.* Sic *ſemel aſpecta formæ memoriam non amittere*, perarduum eſt! Neque cana horum Senum annoſitas tota fuit in frigidâ ætate, quominùs auidè exciperet, & tenaciſſimè retineret ſemel conceptam ſpectatæ venuſtatis imaginem.

Iob 31. v. 1.

S. Chryſoſt.

LXX. Interp.

Teſtamentum oculis conſtitutum eſt, ne feminarũ pulchritudinem videãt.

B. Petr. Dam.

Viſæ pulchritudinis imago tenaciſſimè hæret hominum memoriæ.

---

§. CCLXXX.

Caſtitas propria Iudicum virtus eſt: libido autem canam horum Seniorum Iudicum maturitatem abſtulit.

IVnior Plinius Traiani encomiaſtes, in Pa- 1. Plinius.
negyris auſpicio tanti Principis cõtinentiã laudat: *Quod enim*, inquit, *præſtabilius eſt, aut pulchrius munus Dei, quàm Caſtus, & ſanctus,*

&

Caſtitas fit propria virtus Principũ ac Iudicum.

& Deo ſimillimus Princeps? Opinor, dos Principi præſtabilior foret, rei bellicæ at politicæ peritia, liberalitas, valentia, magnanimitas. Eruditè quærit Philo lib. de Charitate, cur Moyſes Hebtææ gentis Princeps, Ioſuæ potiùs reliquerit ſui principatûs heredem, quàm aliquem è propriis filiis, aut ſaltem cognatis contribulibus? An deerat in ſua poſteritate, & cognatione, qui Dei populo præeſſe potuiſſet? Reſpondet, quòd Ioſue potiùs elegit, *in dictis factiſque eius honeſtatem expertus.* quaſi parum profuiſſet ciuica ac bellica peritia, & reliquæ dotes, quæ Principem ſumptuoſiùs adornaot, ſi honeſtas defuiſſet. Sic libido ceteras Principum ac Iudicum dotes, quamtumuis eximias deuenuſtat, depranat, inoitiat?

Philo.

2\. Geneſeos 49. hâc benedictione Iacob Patriarcha ſuũ Ioſephũ adornat & auget: Filius accreſceos Ioſeph, filius accreſcens, *Sedit in forti arcus eius & diſſoluta* (alij *conſolidata*, ſed eodem ſenſu) *ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: indè Paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël.* Vox *inde* non locum, ſed cauſſam ſignificat, idémque valet quod *ideò*, vel *idcircò*. quaſi dicat: Quia Ioſeph tot aduerſa fortiter ſubſtinuit, nempe fratrum hoſtilem inuidiam, & tetrum diu carcerem æquanimiter pertulit, & petulantis dominæ pellaciam continenter excuſſit, ſpe in vno Deo collocatâ; *idcircò egreſſus* eſt *Paſtor*, id eſt effectus eſt Rector & Princeps Ægyptiorum; & *lapis*, id eſt, firmamentum ſui populi Iſraël; & eius opulenta poſteritas Iſraëlis regnum obtinere promeruit. Quod Paraphraſtes Chaldæus his verbis peridoneè tradit: *Eò quod* Ioſeph *obſeruauit legem in occulto, propoſuitque conſtantem ſpem ſuam, poſitum eſt aurum optimum ſuper brachia eius; poſſeditque Regnum & confirmauit*, &c. Itaque Ioſephi in occulto caſtitas, quâ feminæ blanditias conſtanter recuſauit, & ferreas catenas reddit aureas, id eſt, auream Regum torquem, & poteſtatem atque theſauros regios illi attulit; indeque *poſſedit regnum* ipſe in Ægypto, poſteri in Samariâ. Hem! ſic eſt Caſtitas, regia virtus, & Regnorum fœcunda matrix? Sic continentia ſceptrum *poſſidet, & confirmat regnum?* Caſtitas firmamentum principatûs eſt, & inhoneſtas labentis regni titubatio. Quis Princeps Iudéxve, æquus eſſe non deſinat, quem libido ad iniquitatem adulantiùs & pertinaciùs ſollicitat, & regias virtutes omnes impotenter arietat?

Geneſ. 49. v. 24.

Ioſephi in occulto caſtitas, regnum illi palàm attulit.

Chald. Paraphraſt.

3\. Eccleſiaſtici 20. hæc gnome proponitur: *Concupiſcẽtia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: ſic qui facit per vim iudicium iniquum.* Significat Siracides iuſtitiæ, vtpotè Virginis integerrimæ, ſymbolicum eſſe ſtuprum, quo & integritas iuſtitiæ, & decor fidei iudicum turpi & infami ſcelere corrumpatur. Iudicibus enim commiſſa eſt tutela iuſtitiæ, ſicut eunuchis commiſſa eſt cuſtodia virginis, vt eam integram & illibatam conſeruent. Quare quàm indignum, contráque omne ius & fas eſt, à ſpadone inferri vim virgini ſibi cõmiſſæ; tam indignum & infame nefas eſt, à Iudice inferri vim iuſtitiæ ſibi concreditæ, vt nocentes abſoluat, innocentes damnet & plectat. Quocircà Tullius lib. 1. epiſt. ad Atticum, ait à Clodio iniuſto iudice conſtupratum eſſe iudicium. *Afflicta*, inquit, *Reſpublica eſt empto conſtupratóque iudicio.* Adnuit Plato lib. 11. de Legibus, cap. 34. *Cauere*, ait, *pro viribus debet quiſquis alium iudicaturus eſt, ne ſponte aut inuitus ſupplicium mulctámue falsò, & non meritò inferat: Iudicium enim Virgo quadam pudica eſſe dicitur. Pudori autem atque iudicio ſecundùm naturam odio mendacium eſt.* O Senes malè Iudices! qui virginẽ iuſtitiam falſato teſtimonio ac iudicio ſic fraudulenter conſtuprant, quid mirum vt Suſannam pulchrè pudiciſſimam adulterare affectent? Vtrobique impudicitia inſoleſcit libidine non abſimili. Qui Virginem iuſtitiam fraude turpiter corrumpunt, mirum non eſt, ſi pudicitiam inhoneſtare præſumant. Cognata vitia ſunt Iuſtitiæ ſtuprum, & adulterium cum feminâ. O vide quàm ſit obſcœna vtraque libido, & quàm ſit in Iudicibus turpis!

Eccli. 20. v. 2. & 3.

Cornelius.

Tullius.

Plato.

Iudices Virginem iuſtitiam iniuſtitys conſtuprant, peruerſà libidine libidini cognatà.

Iob 12. Dei vis omnipotenter vltrix his verbis prædicatur: *Balteum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum.* Quis eſt hic *balteus*, qui ſic Reges ornat, & armat? Et qui ſunt hi *Reges*, qui exarmati balteo ſic exauctorantur? Scilicet Iuſti appellantur *Reges*: vt nonnulli moralium Interpretum ethicè obſeruarunt. Inter eos autem non conuenit ob quod virtutum meritum. An propter iuſtitiæ æquitatem, quæ ius ſuum vnicuique tribuit? an propter opulentiam, magnanimitatem, & munificentiam, quod proprium Regum elogium eſt, & velut regius eorum character? S. Gregorius lib. 11. Moral. cap. 9. iuſtos cenſet appellari *Reges*, ob continentiæ balteum, quæ eſt generoſè auguſta caſtitatis laus. Et in hunc ſenſum præſcriptum Iobi locum Gregorius interpretatur: *Qui membrorum ſuorum motus benè gerere ſciunt, non immeritò Reges vocantur; ſed cum de ipſa continentià mens elatione tangitur, plerumque omnipotens Deus eius ſuperbiam deſerens, in immunditiam operis cadere permittit.* Itaque continentia eſt propria Regum, Principum, ac Iudicum virtus. Caſtitas enim *Reges* inuenit, aut facit. Hâc potiſſimùm æquitas conſtat, quæ bona affectuum aurigatrix eſt. Porrò libido æquitatem flectit, mentem perſtringit, fraudes ſubornat, mendacia architectatur, iniuſtitiam accerſit, vitiis annuit; & ſic virginem iuſtitiam obſcœnè corrumpit. Quare continentiæ *balteus Reges* inaugurat, & Iudicibus dignitatem impertit. Hæc ſi adſit procùl eſt corruptela; ſi verò abſit, tribunalia velut proſtibula videas, & lugeas. Ablato itaque hoc caſtitatis *balteo*, *Reges* atque Iudices putidè exanctorantur.

4\. Iob 12. v. 18.

S. Gregorius ibi.

Caſtitas Reges inuenit, aut facit.

In hoc cap. 13. verſ. 56. Danielis, pudicam Suſannam de iniqua Seniorum Iudicum libidine, falſo teſtimonio ac iudicio damnatam, Daniel præmaturè Iudex, aſſerere negotiatur, & iniuſtum Iudicum iudicium, eorum incontinentiæ veriſſimè adſcribit: Semen, inquit, Chanaan, & non ſemen Iuda, *ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: ſic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.* Itaque immanis 5.

Hic verſ. 56. & 57.

ira,

ira, ſeu attox rancor, quo Suſannam ſraudulenter damnatunt, Iudicum incontiuentiæ adſcribitur, à quâ iſtiuſmodi vltrix ira attociter ſæuiens, ortum ducere perhibetut, dicen-
Prouerb. 15. v.18. te Salomone, *Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas*. LXX. Interpretes,
LXX. Interp. *Longanimis vir extinguet iudicia*, id eſt, lites quæ in iudiciis & tribunalibus agitátur. Quare
Vatablus. te Vatablus legit, *Longanimis ſedat litem*. Ceterùm Græci codices pro τὸ *vir iracundus prouocat rixas*, oppoi tunè excribũt: *Inhoneſtus eſt,*
Græcus. *qui offert maturitatem.* Nempè horum Senum Iudicum obſcœna *inhoneſtas*, eorum in iudi-
Inhoneſtas abſtulit earum horum Seniorum Iudicum maturitatem. cando *maturitatem abſtulit*; & eos ſicut iuuenili ardote feris libidinibus inſanire, ita fraudibus iudicia conſtuprate fecit, ab eis Senum *maturitatem auferens.* Quo adludit Daniel, aiens: *Species decepit te*, nequam Senex, & malè iudex, *& concupiſcentia* de libidinis tenutu irata, *ſubuertit cor tuum*, vt honeſtatem iohoneſtatis damnares, *Inhoneſtus eſt, qui aufert maturitatem*, Senibus Iudicibus cognatam. O inhoneſtas maturitatis exots, teſtimoniorum mendacium, & iudiciorum cotruptela! O caue hanc pernicioſam tribunalium peſtem, quæ virginem inſtitiam adulterat, & nſoria ſubſellia malè toxicat.

6. Ad Epheſios 6. ſic Paullus Chriſtianorum
ad Epheſ. 6. v.14. Proceres adhortatur: *State ergò ſuccincti lũbos veſtros in veritate, & induite loricam inſtitia.*
Cornelius. Rectè ibi Cornelius pro τὸ *veritate*, *fidelitatem* accipit, & poſtmodùm *conſtantiam* interpteratur. Et ſanè veritas, fidelitas, & conſtantia, ptopria Iudicum elogia ſunt: vudè eoſdem ſtatim *Inſtitia lorica* valenter obarmat. Subti-
S. Nazianz. liter Nazianzenus Oratione 42. *Quaro*, inquit, *quid lumbis cum veritate commune ſit, &*
Vel mentis lumbos debet Iudex habere caſtitate ſuccinctos. *qua Paulli mens fuerit, cum diceret: State igitur ſuccincti lũbos veſtros in veritate?* Opinor, huic quæſtioni teſponderat paullò antè Oratione 47. ſic fatus: *Quid lumbi, quid renes? Sint lumbi veſtri pracincti, ac per continentiam reſtricti.*
Lucæ 12. v.35. .... *Renes autem laudabilem immutationem ſentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transferentes, vt dicere queamus: Domine ante te omne deſiderium meum, &: Diem hominis non concupiui.* Itaque Chriſtiani Iudices eſſe debent *inſtitia* armati, *veritate* Inſtructi, *fidelitate* ornati, & *conſtantia* fortes, in recto flecti-neſcij. Quæ bona Iudicum elogia non aderunt, niſi ſint
Græcus. *ſuccincti* (Græce *circumcincti*) *lumbos in veritate*. id eſt, verè caſti, & eximiè continentes: non tantùm corpore, ſed etiam mente.
1 Petri 1. v. 13. quod Pettus dixit, *Succincti lumbos mentis veſtra*; quò mens etiam caſtitatis cingulo conſtringatur. Adeò vt dixerit Nazianzenus, quòd tam longè debet eſſe caro vt luxurietur, quòd *vis tota cupiditatis ad Deum transferenda ſit.* O, mentis lumbi ſic debeot eſſe in Iudicibus ſuccincti? Heu qualis ac quanta in illis continentia deſideratur! O Senes malè Iudices, incontinentia iuuenes, ætate cani, luxu molles, impietate duri, mendacio aſtuti,
Hic verſ. 56. & 57. fraudibus multi, fidelitate ac inſtitia nulli Ex libidinis æſtuante conceptaculo hæc tribunaliũ monſtra prodeunt. Vtinàm ſola Babylon tot monſtrorum enormium matrix foret. O barbaras Iudicum libidines!

7. Pſalmo 50. ſic Propheta regius adprecatur: Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: *& ſpiritu principali* Pſalm. 50.
confirma me. Dubium eſt apud Expoſitores. v.14.
quis ſit hic *ſpiritus principalis*, ſeu Principi congruus & neceſſarius, vt petitè ſubiectis populis principetur. Didymus in Catenâ *Spiritus-ſanctus dicitur ſpiritus principalis.*
Græcorum Patrum ad Cordetium, cenſet, per ſpiritum principalem intelligi *Spiritum-ſanctum principem atque doctorem.* Indidem Ori- Didymus.
genes ſcribit: *Primùm autem cor mundum* (id Origenes.
eſt, purum & caſtum) *creatur, deindè in ipſo ſpiritus rectus innouatur in viſceribus: deindè* *Caſtitas dicitur ſpiritus principalis.*
poſt duos ſpiritus, ſpiritu principali quis à Deo confirmatur, vt aliquis firmus & inconcuſſus permaneat: quaſi hic *ſpiritus principalis* ſit cordis munditia & rectitudo in viſceribus ſolidiùs confirmata. Nempe *ſpiritus principalis* munditiem cordis ſanctiùs robotat. Vndè aliqui Expoſitores intelligunt caſtam continen- *Maieſtatem*
tiam, Principe dignam. Opportunè Seneca *Principis lædit, qui læſum cenſet impudicum.*
lib. 9. Controu. 2. ita ſcribit: *Maieſtatem læſam dixiſſem, ſi tibi exeunti lictor è conſpectu non ſubmouiſſet meretricem.* Hem! crimen *læſa maieſtatis* cenſetur ſiquis exiſtimet Principè non Seneca.
deuenuſtari meretricis aſpectu, ſed eo potiùs delectari: Hæc Gentilis homo ſed Chriſtiano cothurno. Benè monentem ſequere.

---

§. CCLXXXI.

Adſueta libidinis obſtinata malitia, velut impotenter ad voluptabilia hominem laſciuum rapit.

CIrcumferimus hoſtem noſtrum (ait Petrus 1.
Bleſenſis:) *caro noſtra licèt ſit vexata doloribus, repleta illuſionibus, infecta ſordibus, afflicta infirmitatibus, obnoxia paſſionibus, flagellis trita, plagis caſa, morti denique deputata; tamen adhuc aculeis contradictionum hiſpida, rebellis, ſuperba, murmuroſa, querulosa, contumax, inquieta, in ſuum & anima coniurat exitium: nec poſſe ſatisfieri ſibi putat, donec ſe & animam pracipitet in aterna damnationis abyſſum.* Hæc omnia humanæ malitiæ monſtra, ex *contumacia* libidinis, per cognatas vitiorum conſequentias oriuntur. Porrò ſic eſt obſtinatè flecti-neſcia libido, vt nec *poſſe ſatisfieri ſibi putet*, donec hominem in vitiorum ſentinam, & inferni barathrum obnixiùs præcipitet. Pett. Bleſenſ. Epiſt. 11. *Contumax libido hominem obnixiùs pracipitat in infernum.*

Iob cap. 31. loquens de ſcortatione, hoc 2.
eam culpat elogio: Hoc enim neſas eſt, & ini- Iob 31. v. 12.
quitas maxima. *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Hic locus ab interpretibus in varias trahitur expoſitiones, quæ rationem reddant, quare adeò ſit ſceleroſum laſciuiæ crimen. Hieronymus ab hoc ſcelere diſſipari dicit ac deteri virtutes omnes: *Nefanda res eſt*, in- S. Hieron.
quit, *& iniquitas maxima hac funeſta ac deteſtabilia cogitare, vel facere: ignis eſt incemina libidinis, omnia bona virtutum deuorans, atque vniuerſa in homine ſanctarum rerum incrementa conſumens.* Quid tam pugnaci robuſtiſſimè pertinaciâ nociuum, quam omnes pariter virtutes atterere, *Libido, omnium virtutum excidiũ eſt.*

deuorare, conſumere? O indefeſſam vaſtando peroicaciam! Hanc verò analogiam æſtuaotis concupiſcentiæ cum igne, luculenter ediſſerit Galfridus apud Tilman. in

Sapient 4. v. 1. Galfridus.

Allegor. ad illud Sapieotiæ 4. *Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate*, vbi pro *claritate*, cum aliis *charitatem* legit, ſic inibi fatos: *Caſtitas & charitas faciunt hanc pulchritudinem. Sine alterâ enim corpus in putredinem deſinit. Sine alterâ verò animus inextinguibilem ſibi flammam de ardore ſua Obſtinationis accendit.*

Libido ſibi flāmā de ardore ſua obſtinationis accendit.

Itaque vbi deeſt charitas & caſtitas, inextinguibilia accenditur flamma de humaoæ *Obſtinationis ardore.* Heu! concupiſcentia bomana, *Obſtinatus* ardor nominatur? Obſtinatio ratione non flectitur, non cedit auctoritati, potentia validiſſimâ non domatur; ſed pertinaci duricie inflexilis, oppugnationibus obdoratur; inde contumacior eaiſtens, vndè credi poterat emolliri. Ecquis arte aut vi interſtinguat, quod *inextingnibilem ſibi flammam de ardore ſua obſtinationis accendit?* Fugâ potiùs bæc peroicies declinatur. Expromptius concupiſcentiæ remedium ſunt vota & preces, quæ libidinis Obſtinationem è cælo edoment. Sub canis frigidè cineribus, concupiſcentiæ latet ſciutilla, quâ totus homo vſtulatur, flagrat, decinereſcit, gehennæ fumo

Hic verſ. 56. & 57.

denigratus. In hiſce Senibus *Obſtinatus* latebat libidinis ardor; à pueritiâ vſque ad caoos, à cuois vſque ad ſepulchrum medullitùs æſtuans, quem nec dioinæ legis metus, nec conſcientiæ morſus, nec infamiæ periculum, nec gehennalis ſupplicij horror eualuit interſtinguere. O caue obſtinationem concupiſcentiæ, quam nec caoa frigidè ætas edomare potuit?

3. Paullus ad Romanos cap. 6. ita ſcribit:

ad Roman. 6.v.11.&.12.

Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato (eſt daodi caſus) *viuentes autem Deo. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.* Scilicet vult Paullus, vt homo ſit Deo ac virtuti viuus, peccaro & *concupiſcentiis*

S.Proſper.

mortuus. Pulchrè S. Proſper lib. de vitâ contemp. cap. 21. *Quid eſt*, inquit, *mori peccato, niſi damnandis operibus omninò non viuere, nihil concupiſcere carnaliter? Vt ſicut qui mortuus eſt carne, nullius pudicitiam callidâ circumuentione corrumpit, non luxuria carnis inſeruit, non ad ſocietatem turpium, turpitudinis amor inuitat, &c. Quem non facit pertinacem contumacia: qui remotus eſt prorsùs à ſecularibus illecebris, remotus ab immundiciis.*

Libidinis pugnax pertinacia, quouſque homo pra caſtitate viuū cadauer baiulet.

Ecce tibi, ſic eſt obſtinatè pertinax libido, & carnis coocupiſcentia, vt ille, quem illecebris non titillat, quem cupidine non inquietat, quem vi ſua non trahit impotenter ad luxum, *mortuus*, dicatur, & vni Deo dumtaxat viuus. Elegan-

S. Cyprian.

ter Cyprianus (ſi eius eſt opuſculum) de Singolaritate clericorum, ad hunc procul dubiò Paulli locom adludens, ita ſcribit: *Huius* (caſtitatis) *retinaculis omnis obſcœnitas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. In hanc velut in ſcopulos franguntur impetus qualeſcumque ſanguinis inundantis; & in illa ſedatur ſpumans humoris inſania corporalis* (Penſa attentiùs opportuniſſimam ſententiæ clauſolam) *Qua dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentia, mortua membra ſua cognoſcitur baiulare.* Ecce tibi pugnaciſſimam concupiſcentiæ obſtinationem, quam qui mortificatione inceſſanter repreſſit, & caſtirate ſedauit, ænigma hominis in homine repræſentat, ænigmaticâ ſubſtantiæ antitheſi, dum in viuo homine, *mortua membra ſua cognoſcitur baiulare.* Sic caſtitas cadauer viuum non inuenit, ſed facit! Quaſi parum foret ad oſtendendam concupiſcentiæ obſtinationem, & indomitam contumaciam, illam appellaſſe *effrenem, furentem, impetum ſanguinis inundantis, ſpumantem humoris inſaniam*; addit oon ceſſare eius obſtinatam pugnacitatem in homine, qoouſque præ caſtitate in viuum cadauer refingatur, & *mortua membra ſua cognoſcatur baiulare.* Plus audet Iob cap. 20. *Oſſa eius*, inquit, *implebuntur vitiis adoleſcentia ſua, & cum eo in puluere dormient.* De quo alias vbertim. Iob 20.v.11.

Oſee 1. Dixit Dominus ad Oſee: Va- 4.
de, & ſume tibi vxorem fornicationum, Oſee 1.v.2.
& fac tibi filios fornicationum: *Quia forni-* & 3.
cans fornicabitur terra à Domino. Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim. Illa vocum geminatio ſignificat impensè & continuò *fornicabitur.* Nam futurum iunctum participio vel gerundio eiuſdem verbi, Hebræis ſignificat vehementiam, contiouationem, & conſuetudinem. Quarè cùm dicit, *Fornicans fornicabitur terra*, indicatur iodeficiens libidinis continuatio. Idcò appoſitè addit, doxiſſe *Gomer* filiam *Debelaim*, vt obſeroat Vatablus: *Gomer*, Vatablus.
ait, *ſignificat conſumptionum, & Debelaim palatas duas, quibus anima & corporis voluptates intelliguntur, qua pariunt conſumptionem & interitum*, putà virtutis & ſanctitatum omnium, de continuo vitiorum fotu, & prauo inceſſanter exercitio, quod eſt libidinis appendix, & carnalium voluptatum elogium.

Libido charactere malitia imprimet: & inde contumax manitur.

Idcircò Philo Iudæus lib. de Philo.
Sacrificiis Abelis & Caini, propè finem, *Characteres malitia* agnouit, dum quaſi per anatomiam naturæ bumanæ prauitatem ſollertiùs ſcrutatur. Ex propè indelebili luxuriæ obſcœno *charactere* naſcitur impenſa contiouatio, vehementia, & vſque ad mortem pertinax loauriandi conſuetudo; quaſi homo hoc prauo *charactere* impreſſus, adhuc in cana frigidè ætate eaæſtuans, à iuuenili ardentiùs ſcortatione non deſiſtat. Heu tenaciſſimè obdurata libidinis contumacia, vſque ad ſepulchrum malè ſequaa! *Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentia ſua, & cum eo in puluere dormient.* Iob 20.v.11.

Lucæ 14. ad nuptiale epolum, cæleſtis 5.
gloriæ vmbram, homines beneuolè inuitati à magno illo Patre-familias, omnes ad vnum ire inurbanè recuſant. Alius villam nuper emptam cauſatur: alius quinque boum iuga probanda. *Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire.* Quæ verba S. Gregorius homil. 36. in Euangelia, ſic exponit: *Quid per vxorem*, ait, *niſi voluptas carnis accipitur?*

Lucæ 14. v.20. S. Gregorius

cipitur? ac ſi qui *voluptate carnis* blandè afficitur, apertè dicat, *Ideò non poſſum venire* ad Chriſtum, eiúſque ductum ſequi. Quid eſt, *non poſſum?* O verbum nimis audax qui *carnis voluptati* aſſueſcit, ad Chriſtum *venire non poteſt?* Trita eſt Auguſtini ſententia: *Per arbitrij libertatem*, inquit, *factum, vt eſſet homo cum peccato, ſed iam pœnalis vitioſitas ſubſecuta, ex libertate fecit neceſſitatem.* Quid ergò mirum, ſi ab aſſuetudine luxuriandi ſenſim *facta neceſſitas*, impudenter dicat: *Ideò non poſſum venire?* Scilicet libido contumaciter obſtinata, adeò impotenter raptat concupiſcentiam, & vnà trahit voluntatem, non vt omninò libertatem tollat, & cognatam arbitrij indifferentiam præpediat; ſed ita potenter reddit illam ad voluptabilia procliuem, vt vix, aut ne vix quidèm libidini non pronè adſentiat, & obſequenter ad nutum pareat: ſemper caſtitati beneſuadæ contumax, blanditiis voluptatum obſecuta de facili; quaſi diu adſueta libido alteram naturam laſciuiendo refinxerit. *Ideò non poſſum venire*, laſciuus reſpondit.

Voluptuoſa cõſuetudo alteram luxuriandi naturam refingere dicitur.
S. Auguſt. l. de Perfect. iuſtitiæ.
Laſciuus, non poſſe venire ad Chriſtum dicit.

6. Geneſeos 39. ingenuus Ioſeph in Ægypto ſeruit. Erat autem ætatis flore vernans, pulchrà facie, & decorus aſpectu. Quare iniecit Domina ſua ſuos oculos in eum, libidinis pellaciâ aſſidua, blando oris lenocinio: *Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti: & illo recuſabat ſtuprum.* Eloquenter Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 5. *Non ſolùm*, inquit, *lubrica, ſed etiam procax, importuna, petulans eſt libido; nec habet quod vereatur adultera.* Profectò ſicut nemo mirabitur in Domina tam ſalaci ſalacitatis pertinaciam (nam adſuetæ libidinis obſtinata malitia, velut impotenter ad voluptabilia hominem laſciuum rapit:) ſic mitiſſimam in iuuene continentiam, nemo non miretur. Luculenter Zeno Veronenſis Serm. de Pudicitiâ, de eâ ita ſcribit: *Beata cùm alludit in pueris; beatior cùm adoleſcentibus lapſus feliciter timet; beatiſſima, cùm in iuuenibus carnalia extinguere laborat incendia. Sanè in ſenibus vt eſt honoranda, ita admiranda non eſt; quia licèt ſit victrix, tamen triumphi ſui palmam ſenectutis cum vigore partitur.* Quò magis deteſtere horum Senum petulantiam procaciſſimam.

Geneſ. 39. v. 10.
S. Ambroſ.
Libido eſt importuna, procax, & petulans.
S. Zeno.
Caſtitas in ſenibus, palmã cum annoſitate partitur.

---

§. CCLXXXII.

Datúrne vitiorum virtus, auxiliari paſſionum ſuffragio victrix?

1. HEbræus Philo elucidans facinus illud Phinees, qui ſuis ſtipatus Leuitis, abſque vllo diſcrimine obuios quoſque vituli adoratores peremit; nec fratribus parcens, qui tuti eſſe videbantur ſanguinis priuilegio; ſic ad rem eloquenter ſcribit: *Interfecit*, inquit, *vnuſquiſque fratrem ſuum, & propinquum, & proximum, germanum animæ corpus: rationi verò propinquas irrationales potentias. Neque enim aliter noſtri pars optima poteſt euadere cultrix eius, qui in vniuerſo eſt optimus. Sed ante omnia homo vertendus eſt in animam ſeiunctò reciſóque germano eius corpore cum ſuis concupiſcentiis inſatiabilibus, quo facto brutæ partes animæ ſeiungendæ ſunt à cognatis rationabilibus. Nam ea more torrentis in alueos, quinque diuiſi, per omnes ſenſuum lacunas concitant impetus affectuum.* qui eſt aſſiduus mortificationis labor, nempè paſſiones (quas vocant) efferas mitigare, lupatúmque illis iniicere, ne effrenes aduersùs virtutem ferociant. Ceterùm magnæ virtutis laus eſt, ſic edomitos iam affectus continere, vt non ſolùm non exorbitent, & frenos patiantur non difficili aurigatoribus obſequio, nec malignâ ſæpè fide; ſed etiam paſſionibus vti auxiliaribus, ad ſanctitatum auctarium. Porrò hæc incentiua vitiorum, pio quodam ſui abuſu ad virtutis vſuram aduocantur, coguntúrque probitati fauere. quod eſt diu inolitæ mortificationis ſtipendium, & aliquis conſummatæ virtutis faſtus.

Exhodi 32. v. 27.
Philo lib. de Profugis.
Mortificatio ſingulos cognatos rationi concupiſcentias.

2. 2. Corinth. 12. Ne, inquit Paullus, magnitudo reuelationum extollat me, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Propter quod ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam *virtus in infirmitate perficitur.* Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Magna olim & nunc quæſtio, quid ſit hic ſtimulus carnis, quam *ſudem* Tertullianus appellat? Si enim eſt ſtimulus, quomodò colaphizat vt colaphus? quomodò ſtimulus colaphizans, Angelus Satanæ nominatur? De quo inibi olim pluribus. Itaque cõmuniter cenſent Interpretes hunc carnis ſtimulum fuiſſe concupiſcentiæ motus, libidiníſque tentationes: hæc enim concupiſcentia ſtimuli telive inſtar carni noſtræ ita infixa eſt, vt euelli in hâc vitâ non poſſit. Hoc igitur acerrimæ paſſionis ſtimulo Paullus præceleres ac ſublimes ſuperbiæ motus repigrat, & ad perfectionis faſtigium per humilitatem ocyùs feſtinat. Nam *virtus in infirmitate perficitur:* quia indè virtus exurgit victrix, vndè timeri poterat expugnanda. Pulchrè Richardus Victorinus Tract. de gradib. charitatis cap. 1. ſic de eâ fatur: *Miſeriis non reprimitur, quia in infirmitate perficitur, prorsùs virtus Omnipotens, quæ ipſas miſerias facit potentes, dum conuertit in adiutorium, quæ parata ſunt ad nocendum: quâ ſuffulti milites Chriſti impauidi certant, certi de victoria medijs periculis incedunt tutiſſimi, nec Dæmonem, nec hominem metuentes.* Sanè Omnipotens videtur virtus, quæ ipſas vitiorum illecebras, in virtutis lenocinium reformant, & nobis domeſticas Diabolorum phalangas cogunt virtutibus è peruerſo militare. Profectò miriſſimum eſt, quòd tanta ſit virtutis virtus, vt ipſas infirmitates, paſſiones. & concupiſcentias ad vitia præcipites, *faciat potentes* ad virtutem, *dum conuertit in adiuterium, quæ parata ſunt ad nocendum.* Hem! ſic Omnipotens virtutis vis paſſiones expiat, & ſibi conſecrat auxiliares? Ecce Paullus libidinis ſtimulo ſuperbiam extinguit: & Suſannæ etiam *virtus infirmitate perficitur*, & libidinis

2. Cor. 12. v. 7. & 9.
Tertull. l. de Fugâ in perſ. c. 2.
Richas. Vict.
In Suſannâ libidinis incentiuo triũphat caſtitas.

Hic verſ.57. incentiuo victrix caſtitas, riuales ſalaciſſimè
potentes glorioſè detriumphat.

3. Geneſeos 27. dum Eſaü eſculentum pater-
næ benedictionis ſtipendium venari prope-
rat, Iacobo filio mater Rebecca inſtanter ſua-
det, vt illam dolo præripiat. Seriò Iacobus
recuſat facinus, aiens: *Timeo ne putet me ſibi
voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictio-
nem pro benedictione.* Matri tandèm Iacobus
obſequitur, & à neſciente patre optatam be-
nedictionem fraudulenter extorſit. Vix egreſ-
ſo Iacob foras, venit Eſaü, & ait: Surge pa-
ter mi, & comede de venatione filij tui. Do-
Geneſ. 27. v.33. lo Iacobi cognito: *Expauit Iſaac ſtupore vehe-
menti: & vltrà quàm credi poteſt admirans, ait:
Quis igitur ille eſt qui dudùm captam venatio-
nem attulit mihi, & comedi ex omnibus priuſ-
quam tu venires? Benedixique ei; & erit bene-
dictus.* Vehemens hic ſtupor ex inopinatâ
rei inſolentia, & fraudis magnitudine, & vl-
trice iracundiæ commotione naſcitur. Illo-
ſum ſe à filio Iſaacus aduertit, ſtupor de fa-
cinore, dum ira vltionem ſollicitat, maledi-
ctionem ſubornat. Non benè opinor, ſucce-
dere ſolet, quod iracundiæ, vindictæ, & paſ-
ſionis cuiuſuis fide geritur. Et tamen Iſaacus
ſic mitigat ac flectit ſtuporem natum ex in-
ſolenti iracundè rei admiratione, vt benedi-
ctionem fraude extortam, & rixarum fomi-
S. Auguſtin. tem ſanctiùs confirmet. Sapienter Auguſti-
nus quæſt. 80. in Geneſ. *Quod habent Latini
codices: Expauit autem Iſaac pauore magno
valdè, Græci habent, Ecſtaſim, vbi tanta com-
LXX.Interp. mutatio* (fortè commotio) *intelligitur, vt qua-
dam mentis alienatio ſequeretur. Ipſa enim pro-
priè dicitur Ecſtaſis. Et quia ſolet in magna-
rum rerum reuelationibus fieri, in hac intelli-
gendum eſt factam eſſe ſpiritualem admonitio-
nem, vt confirmaret Benedictionem ſuam filio
minori, cui potius iraſcendum fuit, quòd fefel-
lerit patrem.* Ecce tibi vehemens ſubitò ex-
citata in viro ſanctiſſimo commotio, quâ
obſtupuit ob fraudulentum filij minoris fa-
cinus, ob maioris iniuriam, ob paternum au-
dacter ludibrium, quò illum *fefellit*, ex quâ iu-
ſta impatientia ergà fraudem timeri poterat,
largitæ benedictionis pœnitentia, & acerbior
maledictionis cenſura, quam Iacobus timuit,
vertitur in raptum, & reformatur in ecſta-
ſim: & vrgente paſſione, vndè timeri pote-
rat benedictionis datæ reuocatio, & maledi-
ctionis fulmen, indè arcani eruditio myſterij,
& benedictionis extitit confirmatio. Stupor
refingitur in ecſtaſim, commotio in prophe-
tiam reformatur, ira in beneficentiam com-
mutatur, & fallaciæ vindicta in fidelem exin-
dè indulgentiam è diuerſo reſculpitur. Parum
foret Iſaacum per indulgentiam paternam Ia-
cobo poſteà benefacere, niſi vehementi frau-
dis commotione, & irato iniuriæ ſenſu &
cenſu benedictionem dolo extortam benefi-
centiùs confirmaret, & arcanâ metamorpho-
ſi vehemens paſſio, & mentis commotio ob
fraudulentam iniuriam, in ecſtaſim commuta-
ret, & in beneficentiæ fomitem conuerteret,
ipſas cogens paſſiones, ſuppetias vitiis abne-
gare, & in virtutis aduerſa caſtra fideli ſatel-
litio auxiliares adſciſci. O arcana paſſionum è
peruerſo auxilia! Faſtus virtutis eſt, quòd

Vehemens Iſaaci commotio, in ecſtaſim virtualiter reformatur.

etiam illi vitia, & vitiorum incentiua obſe-
quenter famulentur.

Paullus ad Romanos cap. 8. ita ſcribit: 4.
Scimus autem, quoniam diligentibus Deum om- ad Rom. 8.
nia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundum pro- v.28.
poſitum vocati ſunt ſancti. Vox *omnia* eſt om-
nium capaciſſima, quæ nihil excludens,
cuncta complectitur. *Omnia*, id eſt, omnes
tribulationes, omnia & arrogantiùs proſpe-
ra, & ærumnoſiùs aduerſa; quibus homo
aut elatione tumet, aut impatiente puſilla-
nimitate deiicitur. *Omnia*, id eſt, peccata
etiam, quorum occaſione humiliter detumeſ-
cit, & caſo humilitatem oppignerat. Quin &
ipſas paſſiones, animi ſubſultûs, cordis affe-
ctus, & corporis concupiſcentias, quæ pec-
cati vocabulo ſolent denotari, dum ſanctus
vir mortificatione frenat, flectit ad virtutem,
illíque auxiliares è diuerſo habet. Sed quid
eſt, quòd gentium Doctor, & Eccleſiæ Ma-
giſter, intrepidus ait, Omnia in bonum San-
ctis *cooperari*? Num peccata ipſa, vitia, at-
que paſſiones, virtuti *cooperantur*? Inſida vi-
deri poſſet hæc peccati ad virtutem *coopera-
tio*. Hinc forſan nonnulli Interpretes, vt ſen- Cornelius.
tentiam emolliant, è Græco textu excribunt, Græcus.
Cooperatur, & ad Spiritum........ſanctum refe-
runt, ne quoquo modo hæc *cooperatio* ad vir-
tutem paſſionibus, peccatis, aut vitiis adſcri-
bi videatur. Verùm enimuerò *cooperantur* ha-
bet Vulgatus, & Interpretũ cum eo auctora-
tiſſimus conſenſus, Emphaſis huius coopera-
tionis, fortè expreſſa eſt à S. Paullino epiſt. 1. S.Paulin.
vbi ſic eleganter ſcribit: *Quàm aſſiduum cum
hoſte certamen ſit, & quanta in eo verſentur in-
ſidiæ: quæ illic vitiorum virtus*, &c. Pendo
nunc nuda verba, verborum autem ſenten-
tiam alibi expendebamus. Inteſtinum aſſiduè
hominum cum pugnaciſſimis paſſionibus, &
inolitis vitiis proponitur certamen, & inſi-
dioſa inceſſanter pugna, quâ perfectus vir
cum illis pugnaciſſimè belligeratur, & in quâ
non tantùm apparet virtus virtutum, quæ
paſſiones cohibet, & vitia detriumphat; ſed
paſſionum ac *vitiorum virtus*, cùm ſcilicet
ipſæ paſſiones ac vitia virtuti *cooperari*, ac
militare coguntur, & illorum occaſione glo-
rioſiùs victoriarum eſt, & ſumptuoſiora vir-
tutum trophæa à Sanctis eriguntur. Huc
flecti poteſt, quod aliorsùm dixit Ennodius, S. Ennodius
Felix luxuria ſuffragio inuenis. Alto igitur ſti- Dict. 21.
lo dixit Paullus, Sanctis *omnia cooperantur in
bonum*.

Paſſionum ſuffragiis detur ne vincit virtus.

5. Ad Galatas 1. de ſe ſic Paullus ſcribit: Au-
diſtis conuerſationem meam aliquandò ad Galat. 1.
in Iudaiſmo: *quoniam ſuprà modum perſeque-* v. 13. & 14.
*bar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam.....
Abundantiùs æmulator exiſtens paternarum
mearum traditionum.* Hæc olim Saulus. Sed
ô qualis, quantúſque iam Paullus! dum mi-
nas vertit in patientiam velut inſenſilem;
æmulationem antiquatæ legis in legis no-
uæ zelum ardentiſſimum recudit; & vitia
omnia in omnes virtutes, ſanctitatéſque
omnes refingit, velut auxiliari vitiorum ſuf-
fragio conſummatus. Audiendus eſt S. Chry- S.Chryſoſt.
ſoſtomus homil. 22. ad populum Antioche-
num, ſic de Paullo fatus: *Paullus Apoſtolus gen-
tium Doctor.... Chriſtum in ſe habens loquentem,*

terreſtris

Paulli elogia multimodè conglobantur.

terreſtris Angelus, & cæleſtis homo, receptaculum Spiritus-ſancti, qui in corpore corruptibili paradiſum babitauit, Zelo incomparabilis, charitate magnus, Eccleſiarum Dei ſollicitus curator, orator pietatis, imbecillium deductor, credentium pronubus, Iudæorum redargutio, noſtri omnium ſagena, poſt mortificationem doctor, poſt mortem præco, qui nobis demonſtrauit quomodò in cælos aſcendere oporteat. En Paullus quondam Saüli antitheſis eſt; adeò vt in aliam naturam recuſus videatur. Quare S. Auguſtinus

S.Auguſt.

Serm. de Petro & Paullo, de eis ait: *Dedit Dominus Apoſtolis poteſtatem ſuper naturam, vt eam curarent: ſuper Dæmones, vt eos euerterent: ſuper elementa, vt ipſa immutarent.* Non ſolùm phyſicè, ſed & ethicè *natura* motibus immutatur, & vitiorum quædam virtus è peruerſo refingitur.

§. CCLXXXIII.

Bona ſtrenuè voluntas, à virtutis labore ſabbatizat; Dei arbitrium eſt; & quantum vult, tantùm mereri dicitur.

1. S.Bernard. VEtè Serm. 3. de Aſcenſione Bernardus: *Omnes,* inquit, *quod bonum eſt noſtis, & viam per quam incedere, & quomodò incedere in eâ debeatis; ſed voluntas non vna eſt. Quidam enim ad omnia via, & vita huius exercitia non ſolùm ambulant, ſed & currunt, imò potiùs volant, vt eis & vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni ſuaues, labores non ſolùm tolerabiles, ſed & appetibiles, videantur. Alij autem non ſic, ſed corde arido, & affectione recalcitrante vix trahuntur ad hæc, vix gehennali timore compelluntur. Indè autem tam perniciosa tepiditas emanat, quia affectus, id eſt, Voluntas eorum nondum purgata eſt, nec bonum ſic Volunt, ſicut nouerunt à propriâ concupiſcentiâ abſtracti grauiter & illecti.*

Facilitas, aut difficultas virtutis, ſæpè à voluntate eſt.

Sic bona animosè Voluntas vias virtutis ſalebroſas & arduas, in planas ſternit! ſic peracerbas ſectandæ pietatis amaritudines mellit, & difficultates exarmat! Indè eſt, quòd in viâ virtutis *non ſolùm ambulent, ſed & currant, imò potiùs volent*; in quâ alij grauatè feruntur, nutant, repedant, & paſſim impingunt; quaſi pietatis negotium humanas vires tranſcendat. Diſcrimen aſſignat Bernardus, nempè, *Voluntas non vna eſt.* ac ſi à Voluntate potentia, impotentiáve ſit. *Velis, & poteris,* vt ex Clemente Alexandrino ſæpè aliàs ſuggeſſimus.

Clem. Alex. aliàs expenſus.

2. Exhodi 35. v. 2.

Exhodi 35. congregatâ omni turbâ filiorum Iſraël, dixit ad eos Moyſes: Hæc ſunt quæ iuſſit Dominus fieri: *Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbatum, & requies Domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur.* Diſce hîc quanta fuerit ſabbati cura, & religioſa à laboribus vacatio. Sabbatum autem *requies Domini* dicitur, vel quia Deus poſt ſextidui opus, ab omni opere requieuit die ſeptimâ, quod eſt Sabbatum: vel quoniam ſabbati *requies Domino* deſtinata & conſecrata erat; & indè antitypus futuræ in cælo beatitudinis, quæ exors laboris eſt, & beata cælitum requies. Ceterùm in hâc vitâ quædam ſabbati imitatio eſt in

P.Didac. Celada in Suſannam.

his etiam qui calamitoſis laboribus vexantur, dummodò bonam animosè Voluntatem habeant. Quod pulchrè Serm. de Circumciſione his verbis tradit Bernardus: *Roga dari tibi lumen deuotionis, diem ſereniſſimam, & ſabbatum mentis, in quo tamquam emeritus miles in laboribus vniuerſis viuas abſque labore, dilatato corde currens viam mandatorum Dei, vt quod priùs cum amaritudine, & coactione tui ſpiritûs faciebas, de cetero iam cum ſummâ dulcedine peragas, & delectatione.* Ecce tibi bona animosè Voluntas, quæ degenerem ſeruiliter *coactionem* neſcit, ſed ad virtutem vltrò fertur, & eam ſtrenuè arripit; ſereniſſima dies, *ſabbatum*, id eſt, *requies Domini* & Domino, *emeritorum* prærogatiua, *in laboribus vniuerſis abſque labore*, in anguſtiis dilatata, in periculis ſecura, in ærumnis læta, in mentis nubilo ſerena dicitur. Hæc calamitates beat, difficultates extricat, tribulationes expedit, tentationes excantat, exarmat perſecutiones, amaritudines mellit, labores excutit, & in omnibus humanæ vitæ, & Chriſtianæ diſciplinæ aduerſis, beatitudinis cæleſti æmulatione in terris ſabbatizat. Sic, ſic iam à bonâ animoſiùs Voluntate fit, *quod priùs cum amaritudine, & coactione tui ſpiritûs faciebas; de cetero iam cum ſumma dulcedine & delectatione.* Tantum ſtrenuæ Voluntati licet!

S.Bernard.

Animoſa voluntas, ſabbatum eſt laboris expers, beatitudinis æmulum.

Lucæ 2. nato Domino, adſunt Angeli, & 3.
ipſius natiuitatem paſtoribus annunciant, atque hunc hymnum adglomerati canunt: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Illud *bonæ voluntatis* dupliciter poteſt exponi. Primò referendo illud hominibus, vt eos determinet. Quaſi dicat: *Pax* (id eſt, omnium felicitatum cumulus) ſit hominibus, at non omnibus, ſed iis qui ſunt bonæ voluntatis. Ita Ambroſius apud Cornelium. Secundò S.Leo Serm. de Natiuit. *Pax,* ait, ſit hominibus, quæ ſcilicet faciat eos bonæ voluntatis, vt nimirùm ſuam voluntatem diuinæ ſubiiciant, ſeſéque illi per omnia ſtrenuè conforment, virtutis animoſitate alacres. Itaque altiſſimo diuinæ prouidentiæ conſilio factum eſt, quòd Deo dudùm incarnato, & recèns nato, vt homines de Diaboli ſeruitute ad ſe traheret, ab eis *bona* ſtrenuè *voluntas* exigatur; ne velut *coacti* ab omnipotentia, ſed propriâ volũtate vltrò ad Chriſtum venirent, & Diaboli ſeruitutem ſponte repudiarent. Quâ de re ſic eleganter ad rem philoſophatur Emiſſenus aliàs aliorsùm expenſus, homil. 11. de Paſchâ: Hoc, inquit, elaborat diuina prouidentia, vt quia conſenſus crimen intulit perdito, voluntas meritum conferat adquiſito. Quæ cùm ita ſint, ſi homo de poteſtate Diaboli per Dei potentiam, & (vt ſic dictum ſit) per violentiam tolleretur, poterat Diabolus (qui hominem proprio vitio dedititium poſſidebat) aliquid rationis adferre, ac Deo dicere: Iuſte rerum arbiter, tuus quidèm eſt homo per creaturam, ſed meus cœpit eſſe per culpam: tuus per naturam, meus per inobedientiam; qui maluit audire ſeductionem meam quàm legem tuam: *Tibi debetur iure, mihi crimine: tuus eſt opere, meus eſt Voluntate. Ne ergò per potentiam Dei ſe iniquè*

Luc. 2. v. 14.

S.Ambroſ. Cornelius. S. Leo.

Euſebius. Emiſſenus.

Cur Deus recens natus bonam ſtrenuè voluntatem ab homine exigat?

opprimi poſſet Diabolus calumniari, aſtutum callido Deus conſilio explicat. Hem! velut callido conſilin aſtutum Dæmonem Deus implicat, & præproperè adbuc recèns natus *bonam* ſtrenuè *Voluntatem* ab bominibus expetit, & præcoquâ felicitate beat, dum Angelico ote publicat: *Et in terra pax hominibus bona Voluntatis*, vt bonam Voluntatem hominnm attrahens dininæ Incarnationis ſaetamento, nupet Deo inſultans Dæmon, non vſurpet illam vocem Deo inuidioſam, & virtuti pernicioſam: Homo *tuus eſt opere, meus eſt Voluntate.* Tantum humanæ Voluntati licet!

4\.

Luc.2.v.14. Redear itetùm ſemel pergratnm Angelorum melos: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.* Vocabulo *pacis*, ſumma & vniuerſa felicitas, & bonorum omnium in terris cumulus deſignatur. Nibil virtutis, nibil ſanctitatis deſideratur in bona volunrate; quæ etſi operibus viduata, fœcunda meritorum matrix eſt; eo ſenſu, (Hugo Vict. apud Euſeb. homil. 42. §.4.) quem belliſſimè tradit Hugo Victorinus aliundè expenſus: *Totum*, inquit, *meritum hominis in Voluntate. Quantùm vis, tantùm mereris. Sed ne dicas: Quid ergò opus eſt operari? Scias voluntatem haberi ſine opere non poſſe, ſi potueris operari. Non eſt enim voluntas, ſi non* (Quātùm voluntas vult, tantùm mereri dicitur.) *operatur quod poteſt: ſi autem non poteſt, ſufficit ipſa ſibi. Sed ideò poſt voluntatem etiam opus requiritur, vt ipſa eo opere augeatur. Tale eſt enim cor hominis, vt opere ſuo ampliùs inardeſcat, ſiue ad bonum, ſi rectum eſt; ſiue ad malum, ſi peruerſum. Quantùm ergò voluntas creſcit, tantùm & meritum.* Pluta hic Victorinus adaggetat bnnæ Volutatis elogia, quæ ſi ſigillarim emedullarem, longum nimis facerem. Altè quidèm dicitur: *Quantùm vis, tantùm mereris.* quaſi bona Voluutas ſit meritorum immerata menſurâ. O audeat generoſa volnntas, & piâ quâdam deſiderandi temeritate, impoſſibilia mente præſumar, & vel de impoſſibilibus meritum ebibet. Velis, & mereberis. quid expeditins? qnid fa- (Bona voluntas operatur in quantùm poteſt.) cilius, & expromptius? Qui deſes eſt in volendo, ſibi inuidet ineffabilem meritorum cumulum, quem exaggerare de facili poſſet. Non telinquam innotatum, quòd *Non eſt voluntas, ſi non operatur quod poteſt.* Vide nexum inter Voluntatem & opus. quaſi bona Voluntas, tamerſi libera ſit, agentia natnralia æmulatur, operando quantùm poteſt. Quòd ſi deſes vacat ab npere quod poteſt operari, quaſi iam deſierit eſſe Voluntas, quodammodò in aliud quoduis nomen tranſit, à generoſitate Voluntatis depoſita. Sic (Prouerb. 13. v. 4.) dieimus Hiſpanè: *Eſo no es querer, ſino veleidad.* Quod Salomon dixit: *Vult, & non vult piger*: ſic enim ſegniter vult, ac ſi non vellet: quare non velle teputatur. Denique etſi tanto in pretio ſint opera ad rem virtutis; ex eo dumtaxat hîc Victorinus commendat opera, quòd bonam voluntatem adaugeant. Sic magnò bonæ volnntatis valorem taxat! (Hîc verſ. 57.) Vide hîc quàm fuerit operum fœcunda, bona Suſannæ vnluntas.

5\.

(Matth.26. v.39. Arabicus.) Matthæi 26. in ſuæ Paſſinnis veſtibulo, peracerba triſtitndine Chriſtus angitur; ſicque ſupplex orat Patrem: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. *Verumtamen non ſicus ego volo, ſed ſicut tu.* Arabicus: *Non ſecundùm voluntatem meam, ſed ſecundùm voluntatem tuam*, ſupple fiat. S. Lucas: *Non* (Lucæ 22. v. 42.) *mea voluntas, ſed tua fiat.* Ergò nnn propriâ voluntate, ſed alienâ Chriſtus paſſinnem, & mortem ſubiieit: quod nimis auguſtiſſimum Dominicæ paſſionis opus deuenuſtare videtur: nam qnod peregrinatur à volnntate, à virtute & merito ſimul exulat. Verùm Chriſti voluntas licet in ſe vna, virtute tamen & operatione fuit quaſi duplex, ſcilicet vna naturalis, ſimplex & velut conditionata, quâ fugiebat mortem; altera rationalis & abſolnta, quâ vltrò ſe ſubdebat volunrati Diuinæ, & mortem ſpontè ſubire volebat. Hâc ductus patitur, moritur. Hæc Chriſti voluntas, multiplieiter vna fuit, aut plures vna. Quod ſcitè his verbis ediſſetit Bernar- (S. Bernard.) dus Serm. 3. de Reſurrectinne: *Non mea voluntas, ſed tua fiat. O Domine*, inquit, *voluntas, de qua dixiſti, vt non fieret, ſi bona non erat, quomodò tua erat? Si bona erat, quomodò derelicta eſt? Et bona erat, & eius erat: ne-* (Patiendi voluntas in Chriſto, vna plures fuit, quare?) *que tamen minùs relinquenda, ob hoc videlicet, vt fierent meliora. Neque enim oportebat propria praiudicare communibus. Erat ergò voluntas Chriſti, & bona erat, qua dicebat: Si fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte; ſed ea, de qua dicebat, Fiat voluntas tua, melior erat, quia communis non ſolùm Patris, ſed & Chriſti ipſius (oblatus eſt enim, quia ipſe voluit,) & noſtra...... Atque hac voluntas Patris erat, vt videlicet haberet quos adoptaret in filios; Chriſti erat, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus; noſtra erat, quia pro nobis faciebat, vt redimeremur.* Ecce tibi addenſata volnntatum numeroſitas: fuit enim voluntas Chriſti, quà homo, non naturalis, & velut conditionata, ſed abſnluta, & efficax: fuit voluntas Chriſti ipſius, quà Deus, atque adeò voluntas Patris, quæ ipſiſſima eſt: fuit etiam voluntas hominum, quorum caput Chriſtus eſt (velle autem capiti potiùs, quàm membris attribuitur) Quare Chriſti voluntas, qua paſſus eſt, mortem ſubiit, & excellentiſſimum exhibuit meritum, vna plures fuit, ad voluntarij redundantiam plutatiuè exundans. Igitur Chriſtus in Paſſionis infiuito merito, non voluntate viduatur, ſed eius voluntas quodammodò multiplicatur.

---

§. CCLXX XIV.

Caſtitas eſt felicior nominis propagatio, mundus caleſtis, muratior virtus, lilium inter ſpinas, & florida pracinctio.

PLerique eorum (Petri Damiani verba 1.
ſunt) qui voluptati illecebræ carnalis in- (B.Petr.Dam. opuſcul 7. c.24. Caſtitas ſui nomen feliciùs ac diuturniùs propagat.) ſerniunt, memoriam ſui nominis poſt ſe relinquere per poſteritatem ſobolis concupiſcunt: & hoc toto mentis affectu idcircò deſiderant, quia nequaquam ſe huic mundo mori funditùs deputant, ſi nominis ſui titulum per ſuperſtes reſiduæ prolis germen extendant.

extendant. Sed multò clariùs, multóque fe-
liciùs hoc ipſum cœlibes munus accipiunt.
Perpende quod de militibus caſtitatis per
Prophetam dicitur: Hæc dicit Dominus Eu-
Iſaiæ 56. v. 5. nuchis: *Dabo eis in domo meâ, & in muris meis*
locum, & nomen melius à filijs & filiabus: quia
memoriam nominis, quam filiorum poſte-
ritas per breue temporis ſpatium potuiſſet
extendere, iſti merentur abſque vllo obli-
Pſalm. 111. v. 7. uionis obſtaculo in perpetuum poſſidere. *In*
memoriâ enim *æternâ erit iuſtus.* Et iterum in
Apocal. 14. v. 4. Apocalypſi per Ioannem dicitur: *Ambula-*
Caſtitatis in cælo excellentia ſumma. *bunt mecum in albis, quia digni ſunt, & non de-*
lebo nomina eorum de libro vitæ. Vbi iterùm di-
citur: *Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coin-*
quinati: virgines enim ſunt, qui ſequuntur
Agnum quocumque ierit..... Quapropter pen-
ſandum eſt, atque in mente noſtrâ omni ſtu-
dio reuoluendum, quantæ dignitatis, quantæ-
que ſit excellentiæ illic fieri ſummum, vbi
ſumma felicitas eſt eſſe vel vltimum. Hacte-
nus ille.

2\. Ad Philippenſes 3. Multi ambulant (ait
Paullus) quos ſæpè dicebam vobis, nunc au-
tem & flens dico, inimicos crucis Chriſti,
quorum Deus venter eſt, & gloria in confu-
ſione ipſorum: quippe qui de peccatis tur-
pibus, de quibus confundi deberent, & quo-
rum eos pudere oporteret, etiam gloriantur.
Poſtquam autem huiuſmodi turpiſſimam li-
bidinum pruriginem impudenter effrenem,
quâ velut cœno obſcœnè mundus ſqualet,
Ad Philip. 3. v. 20. Paullus expoſuit, protinus ſubdit: *Noſtra*
autem conuerſatio in cælis eſt. Græcum πολίτευ-
μα, eſt vitæ ratio, inſtitutum, regimen poli-
ticum reipublicæ vel ciuitatis; & opponit
illis qui *terrena ſapiunt*, id eſt, quæ mundi
ſunt. Quaſi dicat: Qui huius mundi ſunt,
terrena ſapiunt, turpiſſimis libidinibus ſic
inſoleſcunt, vt nec earum pudore afficiantur;
Caſtitas eſt mundus cæleſtis Dei, quomodo? *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt*; adeò eſt
pura, caſta, & cæleſtis, ac ſi iam ſimus ciues
cæli, etſi terræ inquilini; ac ſi non mun-
dum terrenum, ſed cæleſtem præ corporis
& animi puritate inhabitemus. Huc procul-
S. Nazianz. dubio alludit Nazianzenus in carmine de
virginitate, vbi caſtitas dicitur, *Mundus ca-*
leſtis Dei; adeò vt Caſtus dicere cum Paullo
poſſit, *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*. Profectò
homo caſtus in mundo eſt, ſed mundi exul,
& *cæleſtis mundi Dei* nobilis inquilinus. Porrò
hic terrenus mundus, totus eſt concupiſcen-
tia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſu-
perbia libidinis; continentia autem in cæ-
lum ducit coloniam, & politico *cæleſtis mun-*
di regimine gaudet. Imò ipſa caſtitas eſt *cæle-*
ſtis mundus Dei, quem reliquæ virtutes, tan-
quam patriam, & ſanctitatum omnium me-
tropolim feliciter incolunt. O exulemus ab
Hic verſ. 57. hoc mundo terreno, & in caſtitatis *cæleſti*
mundo cum Suſannâ habitemus!

3\. Canticorum 8. de puriſſimâ ſponsâ ſic lo-
Cant. 8. v. 9. & 10. quitur cæleſtis ſponſus: *Si murus eſt, ædifice-*
mus ſuper eum propugnacula argentea. Quo au-
Sanct-us ibi. dito caſta ſponſa protinus reſpondet: *Ego*
murus, & vbera mea ſicut turris. Quaſi dicat:
Quando de pulchræ ac caſtæ ſponſæ conſtan-
tia ſollicitæ eſtis, ô filiæ Ieruſalem, ſubſi-
diúmque quæritis, quo infirmum illius pectus
contra procorum machinas muniatis, ego
illud vobis iam oſtendo. Puellaris conſtantia
minis oppugnari ſolet: ſi ergo ſponſa inſtar
muri fuerit, qui pulſatus non reſpondet, ne-
que quemquam admittit, niſi diſiectus, tunc
debitam mihi fidem caſtè ſeruabit. Tunc
ſponſa reſpondet: Sponſus meus à me mu- *Meracior continentia debet eſſe muratior.*
rorum firmitatem poſtulat, quaſi de virtute
ad reſiſtendum procorum machinis dubitare
videatur: ſed ego, vt ſponſo præſtem quod
ius ipſum cogit, contra minas & vim proco-
rum, murus ſum. Sponſæ hæc ſunt verba, an
Suſannæ procos Iudices caſtè refutantis?
Pulchrè Nyſſenus lib. de Virginit. cap. 21.
Quoniam, inquit, *non poteſt quiſpiam ad Dei* S. Nyſſen.
puritatem accedere, niſi talis prius ipſe factus
ſit: illud certò neceſſarium eſt, vt ſe magno ali-
quo, firmóque interiecto Muro à voluptatibus
remoueat, vt nullo quidem pacto hac appropin-
quatione cordis inquinetur immunditijs. Murus
verò firmiſſimus eſt, quadam ab affectuum im-
perio abalienatio. Scilicet meracior caſtitas,
muratior eſt: nam velut firmo interiecto
muro debet refutare concupiſcentiæ illece-
bras, & formidabiles procorum minas. Dicat
ergo cum caſtâ ſponsâ Suſanna caſtiſſima:
Infernalis ſerpens atrocia quæque ſibilet,
tartareæ phalanges admotis machinis ſæuè
ferociant; tota Senum fraus blanditijs aut
minis armata immaniter aduersùs caſtitatem
deſæuiat, *Ego murus, & vbera mea ſicut turris*; Hic verſ. 23. & 57.
Fruſtrà ergo ad me labefactandam ac ſubruen-
dam totas fraudum ac minarum machinas
admoueant. Quid Suſannæ accommo-
datius?

Oſee 14 gratias largiùs ſpirans Deus, hæc 4.
populo ſuo beneficè pollicetur: *Ero quaſi ros,* Oſee 14. v. 6.
Iſraël germinabit ſicut lilium, & erumpet radix
eius vt Libani. Syrus interpres, *Ero quaſi ros* Syrus.
Iſraëli, & germinabit quaſi lilium; Arabicus Arabicus.
vterque, *Ero quaſi ros Iſraëli, germinabit au-*
tem vt roſa. Hebraicè pro τὸ *germinabit*, ha- Hebræus.
betur, *florebit*. Sæpè adnotauimus, quod ne-
mo non ſcit, nempè *Suſanna*, perinde eſſe
ac *lilium*: id enim ſignificat. Ceterùm veteres
Hebræi apud Galatinum lib. 3. cap. 17. & lib. 9. Galatinus.
cap. 11. præſcriptum Oſee locum legunt cum
interrogatione, & reſponſione: *Quando ero*
ros Iſraëli? cùm germinabit (vel *florebit*) *ſicut*
lilium. Profectò ros è cælo in terram occultè *Cùm lilium Suſanna inter ſpinas floret, Deus ipſe eſt ros Iſraëli.*
cadens, herbas leniter humectat, & fœcun-
dat; id, id inquam, munus ego Iſraëli præ-
ſtabo; ego quidem roris munia exhibebo
populo meo. Quòd ſi interroges, Quando
Deus ipſe erit *ros* Iſraëli? Reſpondet Pro-
pheta, Cùm Iſraël germinabit, vel *florebit*
ſicut lilium, vel ſicut Suſanna pulchro flore
candentis pudicitiæ, illæſa à ſpinis Senilium
impudicè fraudum, & veteratoriæ nequitiæ.
Opportunè Ambroſius lib. 1. de Virginitate. S. Ambroſ.
Lilium, inquit, *inter ſpinas ſignificat caſtitatem*
ſpiritualium nequitiarum ſentibus obſideri. An
non hi Senes nequiſſimi, diuinæ legis zelo,
& iuſtitiæ prætextu ſalaciſſimam fraudem
obtendentes, *ſpirituales nequitiæ* ſunt, & ſpi-
noſæ huius *lilij ſentes*? Pulchrè exclamat Ber- S. Bernard.
nardus ſerm. 48. in Cantica: *O candens lilium*
(ô Suſanna inquam,) *ô tener & delicate flos,*
ſubuerſores ſunt tecum; vide quomodo cautè am-

bules (etiam in pomario viri tui.) *Plenus eſt mundus ſpinis; in terrâ ſunt, in aëre ſunt, in carne tuâ ſunt: verſari in his, & minimè lædi, diuinæ potentiæ eſt, non virtutis tuæ.* Verè Suſanna èſt *lilium inter ſpinas*: nam Senes frandulenter *ſubuerſores,* zeli *nequitijs ſpiritualibus*, pudicitiæ tuæ candidum lilium obſident, & cruentare ſatagunt. Sed *cùm flores ſicut lilium inter ſpinas*, Deus tuus erit *ros Iſraëli*; tunc enim Iſraël de cælo irroratus, ad omnes ſanctitates fœcundabitur.

5\. Lucæ 12. v.35. Lucæ 12. ſub patabolæ ſpecie hanc morum gnomen Chriſtus proponit: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Myſticè lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam (cuius, vti & ſeminis, origo eſt in lumbis) per continentiam coarctamus, ait S. Gregorius. Et Chryſologus ſerm. 24. (S. Gregor. S. Chryſol.) *Lumbos noſtros aſtringi iubet baltheo caſtitatis, & totum carnis noſtræ pendulum, fluidum, reſolutum, conſtringi mandat continuâ zonâ virtutis, vt carne ſuccinctâ ad Domini occurſum liber, velox, expeditus noſtræ mentis reddatur inceſſus.* Militari caſtitatis *baltheo* nos Chriſtus præcingit: nam continentiæ ſtudium, planè res militaris eſt, & bella præſagit, & ſolos de continuâ pugnâ ac victoriâ triumphos. Super hac caſtitatis præcinctione, aliter Tertullianus philoſophatur in lib. de pudicit. cap. 6. ſic fatus: (Tertullian. *Adam laſciuia frondibus pruriginem, caſtus caſtimoniæ floribus præcinctus, puritatem oſtentat.*) *Luſerit*, inquit, *ante Chriſtum caro, nondum erat apta officio caſtitatis, adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio, de ficulneis folijs pruriginem retinens; inhærebat vſquequaque libidinis virus, quod nec ipſa adhuc aqua lauerant: at vbi ſermo Dei deſcendit in carnem, ne nuptijs quidem reſignatam; ſed ſermo caro factus eſt, ne nuptijs quidem reſignanda, quæ ad lignum non incontinentiæ, ſed tolerantiæ accederet, quæ non dulce aliquid, ſed amarum aliquid inde guſtaret, quæ non ad inferos, ſed ad cælum pertineret* (attentiùs pende verba quæ ad rem ſubdit Tertullianus:) *Quæ non laſciuiæ frondibus, ſed ſanctimoniæ floribus præcingeretur, quæ munditias ſuas aquis traderet; exinde caro quæcumque in Chriſto reliquas ſordes priſtinas ſoluit, alia iam res eſt, noua emergit, iam non ex ſeminis limo, non ex concupiſcentiæ fumo, ſed ex aqua pura, & ſpiritu mundo.* Scilicet olim Adamus & Eua poſt peccatum, cùm cognouiſſent ſe eſſe nudos, (Gen. 3. v. 7. *Xauerius caſtimonia floribus præcingitur.*) *conſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata, de ficulneis folijs pruriginem retinentes.* Sed poſtquam *Verbum caro factum eſt*, præ caſtitatis ſtudio alia caro, dum concupiſcentiam ad Deum tranſtulit, iam *non laſciuiæ frondibus, ſed ſanctimoniæ floribus præcingitur.* Nempe vt caſtimoniæ *floribus præcingamur*, hortatur nos, aiens: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Poſt *baltheum* ad prælia aduersùs carnis blanditias; caro iam alia, mundè defæcata, caſtimoniæ floribus vernat, floret, fructificat, non iam militari baltheo pugnax, ſed *florida præcinctione*, ſanctitatum omnium beatè fœcunda. Cingulum planè feliciter inſolens, è floribus contextum. Iam lumbi prurigine contumaces, perizomate frondeo quondam macerati, iam florum fœcundè feraces, liliis florent, floribus nitent, & caſtimoniæ fructibus vbèrrim exundant: & qui *ficulneis folijs pruriginem* oſtendebant, de *florida præcinctione*, caſtitatis nitorem oſtentant, puritatem ſapiunt, & cælum flagrant. *Sint lumbi veſtri præcincti*, nempe *non laſciuiæ frondibus, ſed ſanctimoniæ floribus præcingamur*: floridus enim eſt caſtitatis baltheus.

---

§. CCLXXXV.

Caſtitas eſt ſpiritualizandæ carnis contentio, humanæ ſubſtantiæ funus, obſequij ſiderei meritum, & quoddam diuinæ puritatis participium.

TRadunt Hebræorum Magiſtri, Origenes, & Hieronymus, hos duos Senes fuiſſe Sedeciam & Achab ſalaciſſimè adulteros, de quibus ait Ieremias: *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam & Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: pro eo quòd fecerunt ſtultitiam in Iſraël, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.* Hoc ſupponere videtur eruditus quiſpiam apud Euſebium, qui illud Ezechielis, *Sume tibi ſartaginem ferream*, ſic appoſitè ad rem interpretatur: *Cur non timeant ab extremo & ſempiterno ſupplicio, quod poſt hanc vitam manet libidinoſos? Ludunt quidem & laſciuiunt in Pelago ſuarum voluptatum, vti piſces in maris ſalo, vel in fluento riuuli natantes: at ſignum, inquit Ezechiel, eſt domus Iſraël propè oram riuuli, aut littus maris, quà piſces luſitant, ſignum erexit, vt minaci ſpectro laſciuientium compeſceret intemperantiam: ſed quod tandem illud eſt ſupplicium? Sume tibi, dicitur Prophetæ, ſartaginem ferream; ea ad conſpectum veſtrorum luſuum ac deliciarum. O miſeri piſces, ferrea ſartago gehennalibus flammis inardeſcens ebullit, in hanc è mari, riuulóque huius ſeculi tranſmigrabitis. Flammæ poſt aquas, ſempiterni cruciatus poſt fugaces delicias momentaneáſque voluptates excipient amatores mundi.* Ferrea ſartago æſtuanti Senum libidini inardeſcit atque ebullit; caſtitati verò Suſannæ ſoſpitas poſt periculum, de periculo ſecuritas, de infamiâ turpi immortalis gloria, paradiſea felicitas, felicitatis Angelicæ candidata. Per ardua caſtitas, quaſi per errorem: ſed proſpero errore & cæcâ felicitate, tranquillè beatum tenet portum, æternúmque beatè tenebit. (1. Hebræi. Origenes. S. Hieron. Ierem. 29. v. 22. & 23. Ezech. 4. v. 4. Euſebius hom. 26. *Salaciſſimis piſcibus, in littore ſartago inardeſcit, & ebullit.* Hic verſ. 5. Hic verſ. 57.)

2\. Ioan. 1. v. 13. Ioannis 1. quotquot Chriſtum receperunt, credúntque in nomine eius, & tantæ fidei opera reſpondent, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Syrus Interpres pro τὸ *ex voluntate*, excribit, *ex appetitu.* (Syrus. *Per exceſſiuã mortificationem caro contendit fieri ſpiritualem.*) Et ſanè haud dubium eſt, quòd ſumatur pro concupiſcentiâ, ſeu appetitu carnis. Sed mitiſſimum, quòd carni tribuatur *voluntas*, cui non niſi appetitus & concupiſcentia adſcribi ſolitat. Num ea eſt continentiæ vis vt mortificationis arbitrio, *appetitum* carnis, in animæ *voluntatem* reformare præſumat? Caróne per caſtitatem in ſpiritum refingi poteſt? Intermitto nunc, quod per continentiam *Angelificata caro*, apud Tertullianum legitur. (Tertullianus alibi expenſus.) Hac ſuper re ſic gradu 4. Ioannes Climacus philoſophatur: (Ioan. Clim.) *Exceſſiua*, inquit, *naturæ abnegatio,*

corporiſque

corporiſque mortalis atque corruptibilis,mirabilis re vera ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam contentio. Scilicet defæcatior limpidè caſtitas, per naturæ humanæ abnegationem *exceſſiuam*, tantâ tranquillè niter mortalis corporis puritate, vt quaſi corruptibilis carnis oblita!, mirabiliter fiat *ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam contentio.* Hiſpanè dicas: *Vn cuerpo caſto, apoder de exceſiua mortificacion, porſia à ſer eſpiritual.* Vel hæc caſtitatis in humanâ carne *contentio*, ſummæ laudis exaggeratio eſt, & pulchra puritatis hyperbole. Id ambire, & *exceſſiua* mortificationis vim oſtendit, & cum ſpirituali immortalitate confinium denotat. Exinde caro in hac pulchrâ *contentione* perſiſtens, refutato concupiſcentiæ nomine, vocabulum ſibi *voluntatis* vſurpat. O generosè pia caſtitatis præſumptio, de exceſſiuâ *contentione* feliciter audax!

Caro propter caſtitatem contendit eſſe ſpiritualem.

3. Ad Galatas 2. ita ſcribit Paullus: Ego enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuam. *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Luculenter ſanctus Gregorius Nyſſenus hom. 15. in Cantica: *Hiſce verbis*, inquit, *tantùm non clamat Apoſtolus, nullam in ſe affectionem humanam viuere, non faſtum, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non honoris aut gloria cupiditatem; ſed his omnibus abraſis, ſolus*, inquit, *ille mihi ſupereſt, qui nihil eſt horum, qui eſt ipſa puritas, & immortalitas, qui paſcitur inter lilia.* Dudum ſibi viuebat Paullus; cùm verò iam libido & *voluptas* in eo non viuunt; ſed viuunt *immortalitas & puritas*, eáque adeò prælustris, vt caſtitatis floribus poſſit eum paſcere, *qui paſcitur inter lilia*; tunc, tunc quidem verè dicere poteſt, *viuo iam non ego*, quaſi continentiæ prærogatiuâ iam ſit mortuus, & ſui exequias egerit. Exinde caſtitas à S. Cypriano appellatur, *Funus humana ſubſtantia.* Hem! Sic vitam terrenam caſtitas funerat? Humana ſubſtantia caſtitate funeratur, vt velut Angelica ſubſtantia de funere reſurgat, rediuiuâ natiuitate generoſior? Sed adhuc eandem rem ampliùs enucleare iuuat.

Ad Galat. 2. v. 20.
S. Nyſſenus.
Caſta continentia eſt humana ſubſtantia funus.
S. Cyprian. alibi expenſus.

4. Iudicum 11. ad bellum contra Ammonitas Iephte egreditur: votúmque vouit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihíque occurrerit reuertenti cum pace, *eum holocauſtum offeram Domino.* Egreſſa eſt vnica eius filia: & mox viuas ſui exequias celebrat, ſuo & ſodalium planctu lugubri. Notat inibi noſter Mariana, quòd *Hebræi non putant Iephte filiam occiſam, ſed Dei obſequijs in virginitate mancipatam.* Vices *occiſionis* continentia obit? pro morte caſtitas ſubſtituitur? Conſultiſſimè ergo nuper Cyprianus caſtitatem vocauit *Funus humana ſubſtantia*: caſtitas quippe in homine peremit quicquid in eo carnem ſapit, & ſubolet carnem. Vnde filia Iephte caſtitatis obſequio mancipata, occiſa dicitur, & oblata in holocauſtum, perempta, & tumulata: eſt enim caſtitas, *funus humana ſubſtantia.* Viua putari poſſet filia Iephte; ſed iam occiſa, mortua, & funerata eſt, dum caſtitati perpetuò mancipatur. Audiendus eſt dubius Cyprianus de ſingularitate cleric. ſic fatus: *Huius* (nempè caſtitatis) *retinaculis omnis obſcœnitas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. In hanc veluti in ſcopulos franguntur impetus qualeſcumque ſanguinis inundantis; & in illâ ſedatur ſpumans humoris inſania corporalis.* Nota attentiùs quæ ad rem ſubdit verba: *Qua dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentia, mortua membra ſua cognoſcitur baiulare.* Quare caſtus eſt velut viuum cadauer, & ſpirans pheretrum, quod *mortua membra ſua baiulat.* Grande quidem caſtitatis myſterium!

Iudic. 11. v. 31.
Iephte filia caſtitati mancipata, perempta dicitur.
S. Cyprian.
S. Cyprian.
Caſtus eſt viuum cadauer, & mortua membra baiulat.

5. Geneſeos 37. Ioſephus poſt ſomnium de manipulis, aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim, adorare me.* Quod cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, inuidiam concitauit fratrum; pater verò rem tacitus conſiderabat. Benè eſt; manipulorum ſymbolo portendebatur fratrum in Ægyptum profectio, ad faciendam frumentationem tempore famis, vbi eum adorarunt. At quid eſt, quòd ſidereo famulatu, & cæleſti adoratione Ioſephus Patriarcha ſuprà humanum faſtigium ſublimatur? Citò dicam. S. Aldelmus lib. de virg. huiuſmodi ſiderum obſequia caſtitati adſcribit, ſic fatus: *Vt non immeritò à limpidiſſimis luminaribus, ac reſiduis ſtellarum ſideribus, ſimúlque ſecundis manipulorum faſciculis, ſomno ſopitus adorari, venerarique videbatur.* Nempe Ioſephus fuit caſtimoniæ laude prælustris: hæc autem virtus cæleſtis eſt, imò ſupercæleſtis; nam Angelicam gloriam acquirere, maius eſt quàm habere: eſſe Angelum felicitatis eſt, eſſe caſtum virtutis. Quare cæleſtis ſiderum officioſitas caſtum Patriarcham obſequiis veneretur, & obſequenter adoret. *Non immeritò à limpidiſſimis luminaribus, ac reſiduis ſtellarum ſideribus adorari, venerarique videbatur.*

Gen. 37. v. 9.
Ioſephi caſtitas cæleſtia ſiderum obſequia meretur.
S. Aldelmus.

6. 2. Petri 1. Per Chriſtum, inquit, maxima, & pretioſa nobis Deus promiſſa donauit: *Vt per hæc efficiamini diuina conſortes natura: fugientes eius, qua in mundo eſt, concupiſcentia corruptionem.* Hoc diuinæ naturæ conſortium fit per gratiam habitualem, & gratiæ habituali appendices donationes. Hieronymus tamen lib. 1. contra Iouinianum, id etiam appropriat virginitati, ſic fatus: *Grandia nobis & pretioſa virginitatis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamur diuina conſortes natura*, quòd facit id quod ſequitur: *Fugientes eam qua in mundo eſt concupiſcentia corruptionem*, & illud Sapientiæ: *Incorruptio facit proximum eſſe Deo.* Itaque virginitati, & caſtæ incorruptè continentiæ etiam appropriatur, quòd homines faciat *diuina conſortes natura*: nam *prima Trias virgo eſt*, Chriſtus Deus virgo, & ex virgine natus eſt. Perbellè Hildebertus in Allegoriis ad 1. Corinthiorum 7. *Virginitas*, inquit, *Angelicam redolens conuerſationem, cantat canticum nouum, quod nemo poteſt dicere præter eos, qui cum mulieribus non coinquinati ſequuntur Agnum. Quippè quibus fuit cum Chriſto quoddam virginitatis participium, quoddam & in præmio conſortium.* Benè de virgine etiam dicitur, quòd eſt *diuina conſors natura*;

2. Petr. 1. v. 4.
S. Hieron.
Sap. 6. v. 20.
Virginibus eſt cum Chriſto Deo quoddam virginitatis participium.
Hildebert.

quippè

quippè cui eſt cum Chriſto Deo *quoddam virginitatis participium*, quaſi virginitas, & purior caſtitas ſit quædam velut abreptio puræ & virgineæ Deitatis: virginibus enim eſt cum Chriſto Deo *quoddam virginitatis participium*; & inde *quoddam in præmio conſortium*. Quocirca exinde idem Hildebertus beat virginem animam tanquam virginis Chriſti ſponſam generoſè fecundam: *Beata nimirùm ſponſa, cuius pudor dum concipit, non deperit; dum generat, non laborat. Beatiſſimus etiam ſponſus, cui niſi cohæreat nulla virgo eſt; nulla caſta, niſi eum diligat; nulla libera, niſi ei ſeruiat. Eius prole nihil viuacius, cum quâ nulla propagatur mortalitas: eius dote nihil vtilius, in qua ſufficientiam comitatur æternitas.* Eleganter quidem Hildebertus, virginitatis, & etiam *virginis continentiæ* (vt loquitur Tertullianus) laudes ediſſerit, ne continentia quæ verbum animæ maritat, quodam caſtitatis *participio*, infœcundè putetur improles. Dum caſtitatem laudauerim, Suſannam laudo: quæ honoris ac vitæ diſcrimine caſtitatem ſeruauit: quippè cui fuit cum Deo quoddam puritatis *participium*.

Anima caſta prolifica, & fœcunda Chriſti ſponſa eſt quomodo.

Tertullian.

Hic verſ.57.

§. CCLXXXVI.

Humanus timor (qui timor idoli dicitur,) laruâ territat, euiſcerata autem timendi cauſſa, prodeſſe potiùs deprehenditur.

1\. Ferè ex Senecâ ep.24.

QVod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiuſculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus aſſueuerunt, cum quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expauеſcunt. Non hominibus tantùm, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua. Quid mihi gladios & ignes oſtendis, & turbam carnificum circa me frementium? Tolle iſtam pompam ſub quâ lates, & ſtultos territas; mors eſt, quam nuper ſeruus meus, quam ancilla non grauatè ſubiit. Pauper fiam? inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo, quò mittar. Honoris iacturam patiar? Si tuo malo merito, habes quod facto tuo ambiiſtis ſi immeritò, deſines pendere ex alienâ opinione, quæ pro libidine iudicij cenſuram vibrat, & diſpenſat famam, quaſi illius ſequeſtra, honore ſeculari, id eſt, graui, & nimis moroſo Domino exemptus es. Moriar? Dum hoc dicis, diſertè ais: Deſinam ægrotare poſſe; deſinam exilium pati, & inhonorari poſſe; deſinam mori poſſe; deſinam fortunam exinceps pati poſſe: nam vltimus vitæ dies, fortunæ etiam mors eſt. Tolle igitur humanis calamitatibus perſonam, & funeſtam nominum pompam; & rem ærumnarum mitiùs tolerabis. Malum quod, (quia mortalis homo natus es, natiuitatis cenſu miſeriis vectigali) totâ vitâ te ſubiturum neceſſariò deuorâſti, cùm iam decoctum eſſe debebat, malè adhuc crudum eructas, dum illud ipſum pauidè times, & anxio mœrore expaueſcis.

Ne timeamus calamitates, earum larua demenda eſt.

2\. Pſalm.13. v.5.

Regius Propheta Pſalm.13 de impiis, qui Deum auxiliarem negligunt, nec eum timent, ita pangit: Dominum non inuocauerunt, *illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Quam ſententiam ſic inibi elucidant Græci Patres in paraphraſi: *Propterea vos qui audacter loquimini, & nihil veremini* (excuſſo Dei timore, hominum) *timori & terrori ſuccumbetis, & in fugam conuertemini, cùm nemo vos exterruerit, aut perſecutus fuerit. Nam hoc declarant illa verba, Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Et ſibi accinunt in eiuſdem loci Commentario: *Qui nihil timebatis, pauore concidetis nemine perſequente.* Vide hic ad ſcelera maſculo robore viros, ad humana pericula pueros, qui ad vanas ſuſpiciones perterrefiunt, expaueſcunt, expalleſcunt. Appoſitè Plutarchus, quaſi inſcius exponeret præſcripta verba ſacri Vatis, *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor*, ita ſcribit: *Cùm id quod affligit ex inani quadam opinione conſiſtit, tunc vt laruas formidantibus pueris in manus tradimus, & inuertimus; quò re perſpectâ vanos errores contemnere aſſueſcant: ita nos quoque, quod tragicis fabulis eſt perſimile, diligenti conſideratione, vt manibus pertractantes, detegere oportet.* Mentita calamitatum perſona, velut larua vmbratilis nos maiuſculos pueros fruſtrà territat. Formidatæ nimiùm tragœdiæ, ſæpè proſpera, aut non improſpera cataſtrophe eſt. Tollenda eſt à rebus perſona puériliter formidanda, & ſua cuique vera facies reddenda, & palàm apparebit, illic nos trepidaſſe timore, vbi nulla ſubeſt timendi cauſſa. Verè Sophocles: *Meticuloſo ſtrepunt omnia.* Quare Hebræi vocant *timorem mendacij*, vel *timorem idoli.* Sic iſtiuſmodi timor ſuperſtitioſè mendax eſt, vt quiduis inaniter timeat; ſicut Gentilis timet *idolum*, id eſt, ſuum Numen falſatâ opinione mentitum.

Græci Patr.

Laruata tragicè mala contrectanda ſunt, vt metuere deſinamus.

Plutarch.

Sophocles apud Cod. ibi.

Hebræus.

Oportet autem hunc *timorem mendacij*, ſeu *idoli*, ad rem præſentem enucleatiùs expendere. Iſtiuſmodi enim vanus, & mendaciter inanis timor, aliquid profanæ idololatriæ, aut ſuperſtitioſæ infidelitatis ſapere videtur. 3.
Matthæi 14. ſuper mare Chriſtus ambulat: eo adueniente, deſcendens Petrus de nauiculâ, ambulabat etiam ſuper aquam, ſalo pro ſolo vtens, vt veniret ad Ieſum. *Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac.* Et continuò extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Quid eſt, quòd Petrus dum vertiginoſos pelagi fluctus timet, ne eis atrociter ſæuientibus inuoluatur miſero naufragio, quod illi iam iam hiabat; tunc *modicæ fidei* perhibetur, tanquam culpandâ infidelitate degener? Opportuniſſimè Seleucienſis Baſilius orat.22. hac ſuper re ita ſcribit: *Modicæ fidei, &c. Infidelitatis argumentum eſt timor.* Scilicet dum humanum periculum pauidè Petrus *timet*, tunc, tunc quidem, meritò *modicæ fidei* arguitur, & palàm denotatur: nam *infidelitatis argumentum eſt timor* humanus, quem ſpes in Chriſto Deo fundata excutere debuiſſet. Mundialium enim malorum humanus timor, *timor mendacij*, ſeu *idoli timor* Hebræâ phraſi moraliſſimè nuncupatur, quaſi humanus timor, periculi inanitate vaniſſimus, ſit ſpei abiectio, fiduciæ iactura, teſſera infidelitatis, & non dubia fidei titubatio. Quare *timor idoli* nuncupatur:

Matth.14. v.30.& 31.

Mundanus timor, timor idoli dicitur, tanquam infidelitatis argumentum.

Baſil.Seleuc.

nuncupatur: nam *infidelitatis argumentum eſt timor.* De timore Dei hîc commendatur Suſanna; quæ & periculo famæ ac vitæ, Dei timorem redemit; quæ ſpem in ſummo etiam periculo non excuſſit; quæ & auitæ religioni, & Deo patrum ſuorum fideliſſima, *idoli timorem* nunquam coluit, contemptim ſemper abiecit. Non ſic mulierculæ, quæ humani laruâ timoris perterritæ, obſcœnæ lenitatis hîc turpiter denotantur. *Sic faciebatis,* inquit, *filiabus Iſraël, & illa timentes loquebantur vobis; ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.*

Hic verſ. 57.

4. Tobiæ 6. iunior Tobias manſit primâ manſione iuxta fluuium Tigris, & itineris calore æſtuans, propiùs accedit ad ripam fluuij, vt lauaret pedes: & ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem *expaueſcens* Tobias clamauit voce magnâ, dicens ad viæ ſocium Azariam: Domine, inuadit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei Angelus: *Exentera hunc piſcem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter, &c.* Immanis ille piſcis, qui nuper terrorem inieceràt Tobiæ, & in vitæ periculum induxerat; quare illum pallidè *expaueſcens*, queruIè formidauerat timore perterritus; idem iam manu apprehenſus, non modò non nocet, ſed idoneum affert ſalutis, vitæque ſubſidium. Appoſitè Sanctius ibi num 9. ita ſcribit: *Exentera hunc piſcem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi, &c. Nihil erat,* inquit, *in piſce iam ſtrato atque diſcerpto (exenterato,) quod non haberet eximium aliquem vſum, vel ad cibum, vel ad medicinam, non carnes, non viſcera, cor, iecur, & fel.* Litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè. Scilicet *immanem piſcem* ferociter *inuadentem* Tobias *expaueſcit*, & nimio timore perhorreſcit: ſed dum metuendam belluam manibus ſtrenuè apprehendit, & medullitus *exenterat*, nil reperit, *quod non haberet eximium aliquem vſum.* Itaque *exenteranda* eſt pauidè metuendi cauſſa, & emedullanda incuſſi pauoris materia, & nihil non vtiliter in eâ eximium forſan inuenietur. Heu ſæpè quod hianter optamus, vota ſunt inimicorum: & quod metu ingenti pallidè *expaueſcimus*, optantiùs expetere oportebat! O diſcamus de Tobiæ exemplo, & Angeli inſtructu, metuendi occaſionem penitiùs *exenterare*, euiſcerare, emedullare, vt timendi cauſſa; felicitatem abundè cumulet. Quin & Tobiæ gratulor, quòd inuadentis belluæ immanis viſu attonitus, & repentino periculo expalleſcens, auſus fuerit obtemperare Raphaëli monenti: *Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius.* Audacia videri poſſet vltrà vires animoſa, tem adeò difficilem non timere. Profectò ſemper verum illud Senecæ: *Non quia difficilia ſunt, non audemus; ſed quia non audemus, difficilia ſunt.* Sic inertia noſtra, quæ ignauè non audet, difficultatem quam non inuenit, facit: indéque ignauum timorem mutuat, vnde alacritatem fœnerari debuiſſet.

Tobiæ 6. v. 5.
Exenteranda eſt timoris cauſſa, quæ ſæpè felicitatem affert.
Sanctius.
Tobiæ 6. v. 4.
Ab ignauiâ noſtrâ, verum difficultas eſt.
Seneca.

5. Pſalmo 63. ſic Regius Propheta Deum modulatè precatur: Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor: *A timore inimici eripe animam meam.* Acutè in Catenâ Græcorum Patrum notat Origenes, notanter non dixiſſe Dauidem, Eripe me ab inimico, ſed à timore inimici: *A timore inimici,* inquit, *ſiue à timendo inimicum, eripe animam meam, ſiue à timore: qui timor non amicus, ſed inimicus eſt. Amicus quidem timor Dei ſapiens, ſed inimicus timor qui non eſt iſtiuſmodi.* De hoc inimico timore interpretatur illud Iſaiæ: *Timorem autem eorum ne timueritis, neque conturbemini,* quaſi infeſtior ac ſæuior inimicus ſit timor inimici, quàm ipſe inimicus. Sic peior eſt bello timor ipſe belli. Maximi exercitus ſæpè fuſi ac fugati ſunt timore ipſo; & vincendus hoſtis vano ſui timore vicit. *Plerumque ſuſpicionibus laboramus, & illudit nobis illa quæ conficere bellum ſolet fama, multò autem magis ſingulos conficit. Ita eſt, citò accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt, nec excutimus, ſed trepidamus, & ſic vertimus terga, quemadmodum illi quos puluis motus fugâ pecorum, exuit caſtris, aut quos fabula ſine auctore ſparſa conterruit. Neſcio quomodo magis vana perturbant, vera enim modum ſuum habent, quicquid ex incerto venit, coniectura & licentia pauentis animi traditur.* Exinde non tam ab inimico, quàm ab inimico timore inimici, Propheta eripi ſatagit; vt à meticuloſâ famâ, quæ bella ſolet conficere liberetur. Idcircò Chriſtus Deus non tam contra prælia hoſtiliter ſæuientia, quàm contra famæ bellicæ metum ſuos armat: *Cùm audieritis,* inquit, *bella, & opiniones bellorum, ne timueritis.* Ne tam citò opinioni accedamus, quam vana, & inemita fama leuiter ſparſit, & de leuitate, aut falſitate credibilitatem inuenit. Quicquid ex incerto venit, ſæpè certiùs animum ſauciat.

Pſalm. 63. v. 2.
Origenes.
Timor inimici plus quàm inimicus nocet.
Iſaiæ 8. v. 12.
Senec. ep. 13.
Fama ſolet bellum conficere.
Marci 13. v. 7.

§. CCLXXXVII.

Deſideriorum audax error, immetatè multus ac vagus, giganteum animum temerariè mentitur.

1. OPes, honores, voluptates, & quicquid placidum, quicquid pulchrum, & quicquid aſpectabile in mundo eſt, nihil eſt aliud quàm ludicra deceptio, & ſuccidua cupiditatum mutatio. Verum gaudium in ſe habere promittunt: auida occurrit cupiditas id verum rata: fallitur; ſtatim tranſuolat alio hæc boni ſpecies, quam ſequax appetentia exoptat: ſed rurſùs refugit quod in ſpe placebat; iterùm ſectatur illa, recedit illud. Ita ſemper ab vno in aliud proficiſcitur cupiditas; nunquam ſic venit, vt perueniret: nam finis adipiſcendi, de futilis boni tædio, eſt initium aliò proficiſcendi, immetato cupiditatum circulo, & recentium deſideriorum rotâ perpeti. Sic aberramus, ſic erramus, ſic deuijmus, ſic perpetuò fallimur iſtis volucribus bonis. Cùm conſequimur, non inuenimus: tranſmigrat aliò ſpecies boni; quæ ſimiliter
ſpebus

Ferè ex Euſeb. de arte volunt. lib. 5. c. 29.
Deſideriorum vagus immetatò error.

ſpebus allicit, ſed ieinnâ poſſeſſione non ſatiat. Ita auiditate Tantaleâ punimur: fruſtrat comprehenſio cupita: perpetuo deſiderio angimut, rotamur; aſſiduâ fame circumferuntur optata. Fugit illud quod voto placebat, contactum noſtrum, quoquouerſum nos iactante cupiditatis orbitâ in deſideriorum volutabro. Tædium optata poſſidendi, non eſt deſideriorum punitio, ſed alia deſiderandi alacre fruſtrà initium. Heu! quis humana deſideria metetur? Talis eſt vagus immetatè deſideriorum error, à poſſeſſione velut à morte ſuâ, nouam vitam recenti voto mutuantium.

2. Salomon Eccleſiaſtæ 1. ſic ſcribit de aquarum fluuialium naturâ, motu, impetu: *Omnia flumina*, inquit, *intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant.* Syrus habet, *Omnes torrentes precipitantur in mare*, quo ſignificatur quàm auidâ appetentiâ, & quàm præcipiti curſu, atque cæco naturæ impetu omnes in mare ferantur. B. Alcuinus diſp. cum Pipino Caroli magni filio: *Quid*, inquit, *eſt mare? audacia via, limes terra, hoſpitium fluuiorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.* Opinor, Mare moraliſſimè dici, *gratiam in voluptatibus*; flumina enim inceſſanter toto inclinationis impetu ad mare feſtinant, vt tanquam in centro quieſcant, & hac *voluptatis gratiâ* tandem fruantur. Hanc voluptatis gratiam, quam flumina decurrendo ad mare, in mari quætunt, peregregiè exponit Richardus Victorinus tract. 1. de ſtatu inter. hominis, cap. 10. *Omnia flumina*, ait, *in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur; quia oblectamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur.* Quare flumina in mari non quieſcunt; ſed *vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Sic perpetuo motu flumina exagitant ſeſe: ſic & homo mundialium bonorum deſideriis perpetim agitatur. Nimirùm licèt fluminum aqua dulcis ſit, dulcoris ſui tædio, cognati tamen deſiderij impetu, præcipitanter tendit ad mare, vt ibi quaſi in centro quieſcat: verùm cùm experiatur ibi ſuam prædulcem aquam, *in amaram mutari*, ad nouam mutationem continuò hiat, & rurſus fontem ac fluuium eſſe, arcano marinæ aquæ ſacramento negotiatur. Nam per occultos terræ meatus ebullit & exilit, & dum per eos amara aqua maris percolatur, dulcis iam fons in montibus emicat, & hinc inde collectis riuulis, in fluuium dulcibus aquis exundat: & marinæ amaritudinis rudis olim expertor, eam excurſu properato, ac errore certo tenere feſtinat. O mortalium deſideriorum hieroglyphicum, Richardo Victorino interprete! Aquam dulcem ſicut flumina poſſides, quid eam faſtidis, & hianti deſiderio ad maris propetas amaritiem? Aquas maris amatas neſcius ſitis; quas cùm tandem voti compos, nactus es, & eis abundè prolutus, imò earum naufragio obrutus, amaritudinem ſentis; iam cupis non eſſe amarum mare, ad dulces fontis aquas anhelas, quas ſubtiliter de commercio cum Sole negotiaris: ſed tui oblitus in fluuium exundate gliſcis; & ad fluminis dulcedinem nauſeans, ad maris expetam amaritiem, diſſimulatam ambitioſo magni Maris nomine, iterùm propetanter feſtinas, & toto deſideriorum impetu præcipitas. *Omnia flumina in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur, quia oblectamentum in faſtidium vertitur.* Et tamen *ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant.* O ludicra hominum iudicia! Heu, tædium optata poſſidendi, non putatur deſideriorum punitio; & inde alacre rurſus deſiderandi initium fit!

Eccle. 1. v. 7. — Syrus. — B. Alcuinus. — Richar. Vict. *Flumina dū ad mare feſtināt, eſt pulcherrum mortalium deſideriorū ſymbolum.*

3. Propheta Regius Pſalmo 88. Iſraëlitici Regis ac regni exaltationem exponens, ait: *Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexterum eius*: quia vſque ad mare Occidentale, & verſus Orientem, vſque ad flumina Meſopotamiæ proferetur Dauidis imperium. At exactè, propriéque nemo non intelligit, quàm conuenit iſtud abſolutum dominium Chriſto Domino, de quo etiam ſolo contendit Euthymius & alij exponi poſſe. Siniſtrâ nimirùm contra mare agit, & dexterâ flumina ſiſtit, inhibet, obturat. Profectò magis è re fore videbatur, vt *dextera*, quæ robuſtior eſt, aduerſus mare vteretur; ſiniſtra enim fluminibus ſatis erat. An non mare eſt fluminibus fortius? Cur ergo ſiniſtrâ contra illud agit, & valentiorem *dexteram* fluuiis pelago imbecillioribus reſeruat? Profectò ſublimiori ſenſu hîc agit Scriptura, & per *flumina*, interprete Auguſtino, intelligit mundialia bona, ad quæ omnium deſideria feruntur, quem deſideriorum impetum vt cohibeat, dexterâ vtitur: *Et ponet* (ait inibi Auguſtinus) *in mari manum eius, hoc eſt, dominabitur Gentibus, & in fluminibus dexterum eius. Flumina currunt in mare; cupidi homines in amaritudinem huius ſeculi prolabuntur.* Quod explicatius indidem Beda expoſuit: *Et dexteram eius ponam in fluminibus, id eſt; in his qui per cupiditatem magis & magis influunt in amaricantes fluctus huius, ſicut fluminis in mare.* Nimirùm qui vt agat contra mare, id eſt, contra omnem Gentiliſmum, ſiniſtrâ dumtaxat vtitur; *dexterum* contentiùs extendit, vt fluminum ſiſtat impetum, hoc eſt, vota, deſideria, quæ *per cupiditatem magis & magis influunt in amaricantes fluctus* maris. O ſtupidam mortalium deſideriorum appetentiam! ô male dulce voluptatum myſterium! Dulces fluminum aquæ, arcanâ quadam cupiditate, & mentitâ recentis gratiæ ſpe, influunt in amaricantes fluctus maris; & cæco impetu ſic ad ſalſatum bonum rapidè feruntur, vt cùm ſiniſtra ampliſſimo mari ſufficiat, *dextera* robuſtiùs extendatur, ne *per cupiditatem magis & magis influant*, in optatam marini fluctus amaritiem. Tanto támque rapido impetu deſideria deſideriorum fœcunda, *magis & magis* ad cupita feruntur? Heu quale bonum ſic hianter flumina ſitiunt! O quanto erroris impetu humana deſideria præcipitant!

Pſalm. 88. v. 26. — Euthym. — S. Auguſtin. — Beda. — *Vt deſideria humana ſiſtantur, dextera intentius robuſtâ opus eſt.*

4. Sitacides Eccleſiaſtici 23. ſic Deum ſupplex orat: *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me.* S. Auguſtinus de gratiâ & libero arbitr. cap. 16. ſic locum excribit: *Elationem oculorum ne dederis mihi, & concupiſcentiam auerte à me.* Appoſitè Auguſtinus

Eccli. 23. v. 5.

Hebræus.

Auguſtinus pto τὸ *deſiderium* vertit *concupiſcentiam:* hauc enim Hebræi vocant חֶמְדָּה *chemda*, id eſt, deſiderium. *Deſiderum* ergo vocat impatieorem & impotentem erga voluptatem quamlibet affectum, earúmque ardentem cupidioem & ſitim, vt ſcitè inibi Cornel. adnotauit.

Cornelius. Tigurina. *Hominis deſiderium, & impotens concupiſcentia, & animus giganteus dicitur.*

Tigurina & alij hoc loco ſic habent: *Domine pater, Deúſque vita mea, ne mihi tribuas oculos elatos, ſed giganteum animum à ſeruis tuis ſemper prohibeas.* Giganteus animus eſt, nimis excelſus, & tumidus, ſe ſuprà ſe & reliquos arrogantet erigens; ac ſi deſideria animum ſeu hominem ſubrigaot vltrà humanam ſtatutam, & pet impotentiam pluta ac plura concupiſcendi, mentitâ magnitudine gigantem excudant. Heu, hiantia ad cócupiſcibile deſidetia, in puſillo homine, giganteum aoimum fruſtrà videas! Sic temetariè deſidetia audent, vt & *impotens concupiſcentia*, & *giganteus animus* nominetut? O

Hic verſ.57.

audacter temeraria Senum deſideria, vel potiùs æſtuans concupiſcentia, quæ poſt innumeras Iſraëlitides ſalaci fraude decepras, decipiendæ Suſannæ impotenter inhiant!

5. Geneſeos 6. Gigantes inducuntur, non tam cotpotis proceritate, quàm nequitiæ magnitudine, & ſcelerum enormitate. Vnde ſubditur:

Gen.6.v.5.

Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet; &, Delebo, inquit bominem, &c.

Immedica mali deſideria, fuit ne diluuy immittendi reatus.

Hinc mundo ingruit vniuerſalis eluuio, & gentis diu peccatticis naufragium ineluctabile. Pro τὸ *cuncta cogitatio* inteura ad malum, aliqui Interpretes notantet exctibunt, *Concupiſcentia*, alij *Deſiderium*. Mirum ſanè eſt, & valdè mitum, quòd cùm tunc ſic exundarior enormiora hominum flagitia, ex quibus diluuium exundauit; adultetia, gula, rapinæ, violentiæ, & dentatus vbique Gigantum gladius immeritis ſtragibus; cauſſam hîc voiuetſalis diluuij, & humaoi excidij, *concupiſcentia deſideriorum* ttibuatur.

Tráſlationes variæ.

Hiantia ad malum *deſideria*, ſic putantur enormiter ſceleroſa, ſic ſunt ſceletum immetatè fœcunda, vt tunc, tunc quidem, humanæ malitiæ ceoſus, à deſideriis fieti dicatur? Nimirùm opera modum ſeiunt, modum deſidèria neſciunt. *Cuncta cogitano cordis intenta ad malum omni tempore*, iure merito *deſiderium* appellatut.

Gen 41.v.20. Lipomanus ibi.

Lipomanus elucidans illud cap.41.Geneſeos, Vaccæ macilentæ deuoratis & conſumptis prioribus, &c. ſententioſè ſcribit: *Vitia nunquam ſaturantur, ſed ſemper famem patiuntur, iuxta illud Oſea,*

Oſee 4.v.10.

Comedent, & non ſaturabuntur. Septem autem boues pingues refert ad ſeptem dona Spiritus ſancti, *quæ omnia carnalia deſideria excedunt.* Scilicet ſicut ſuprà num.3. *Dextera* tribuitur, quòd deſidetiorum flumina inhibeaotur; ſic ſeptem omninò Spiritus ſancti donis adſcribitut, quòd vaga concupiſcentiæ *deſideria* ſiſtantur. Pottò vitioſa deſideria, ſic ſunt voluptabilium famelica, vt *nunquam ſatientur, ſed ſemper famem patiantur, iuxta illud, Comedent, & non ſaturabuntur.* Prohh quis humana deſideria exatiet? Ipſam deſidetiorum ſitim, volupruando bibit. Satiatus opere, eſorit deſideriis.

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCLXXXVIII.

Ille abundè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt.

SPem agitat ardot deſidetij, ptæcipitat cupiditas. Facili gradu à deſiderio ad expectationem imus: ſi impotentia non obſtet, decliui progteſſu cupientis labimur in ſpem. 1.

Ferè ex Euſeb.l.5.de arte volunt. cap.26.

Iſti affectus, ſpes & deſidetium iniuſtè diuidunt vitam: maximam partem vſurpant, cum iniuriâ etiam præſentium, quæ negligimus, dum futura ptouidemus, etiam oegligenda ſuâ opportunitate. Nunquam viuimus, vt viuamus; quia aut ex futuris pendente, aut præſentibus malè occupatiſſimâ vitâ viuimus. Cupiditatis vſu, vel potiùs deſideriotum abuſu erramus: idcitcò omnia inquinamus errotibus.

Deſideriorum abuſus compeſcitur.

Peccat in deſiderando vulgaris cupiditas, ſuíſque punitur votis: nam quò plus compos voti eſt, eò eſt impoteus ſui & voti. Vt pleraque, ſui etiam obſequio augetur cupiditas. Sine ſatietate eſt, deuia peregrinatur: tantò à ſuo diſcedit fine, quantò vlteriùs procedit: ideò, quò plus habemus, plus cupimus: petuagata enim extrà viam, nunquam peruenit quò vellet, ounquam finem tangit: ita, dum per plura progreſſa eſt, maius interuallum fecit, longiùs à fine eſt. Siquidem cùm rettò imus, quò plus feſtinamus, eò à termiuo anttoi sùin deſtinato, recedimus. Iter ſine termino cupiditas eſt. Quantò quis mundialium bonotum deſideriis plenior eſt, tantò eſt rebus inanior. Mious cupete, plus habeudi arbittium eſt.

2.

a. Corint. 6. ita de ſe, & aliis Apoſtolis, imò & fidelibus Paullus ſcribit: *Sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* 2. Cor. 6. v.10.

Quaſi dicat: Neceſſaria ad vitam noo habeo, nec plura opto; imò quaſi ima, vilia, àc mihi ſubiecta contemno. Vnde perinde habeo, ac ſi omnia poſſiderem. Abuodè habeo, quæ habere non ambio. Audieodus eſt Bernardus ſetm. 21. io Cantica ſic præſcriptum Paulli locum exponens: *Non eos æſtiment ſola cæleſtia poſſidere, quia ea ſola audiunt in promiſſione. Poſſident & terrena; & quidem tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes: eò pro certò magis Domini, quò minus cupidi. Denique fideli homini totus mundus diuitiarum eſt. Totus planè, quia tam proſpera quàm aduerſa ipſius, æquè omnia ſeruiunt ei, & cooperantur in bonum: ergo auarus terrena eſurit vt mendicus, fidelis contemnit vt Dominus. Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat.* Belliſſimè quidem Betnatdus.

S. Bernard.

Rerum mundialium magis eſt Dominus, qui minùs cupidus eſt.

Nempè eò quis mundialium bonotum magis Dominus ac poſſeſſor eſt, quò minùs auidus eſt, & coutemptor egregius: quaſi quod poſſeſſione habes, cupiditate amittas. Etgo genetoſo contempru poſſide, quod poſſeſſione cupidâ perdes; quod eſt pnlchrum Chtiſtianæ philoſophiæ ænigma, & Euangelicæ vittutis ſacrameotum: *Nihil habentes, & omnia poſſidentes: magis Domini, quò minùs cupidi. Auarus terrena eſurit vt mendicus, fidelis contemnit vt Dominus. Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat.* Quò minùs cupidus fuetis, eò magis Dominus eris.

3. *Matth. 19. v.17. Cornel.ibi.*

Matthæi 19. vbi audiunt Apoſtoli quàm ſit difficile diuitem intrare in regnum Dei, reſpondens Petrus dixit Chriſto: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Scilicet reliquimus omnia quæ habebamus, puta nauim & retia, quibus piſcando victum quærebamus; quæ licèt in ſe pauca & parua forent, tamen, vt ait ſanctus Bernardus: *Multum deſeruit, qui voluntatem habendi dereliquit: à ſequentibus Chriſtum tanta relicta ſunt, quanta à non ſequentibus deſiderari potuerunt.* Pauper enim ſpiritu licèt cenſu ſit inops, tamen ſenſu eſt diues, quia amore Chriſti omnia, quæ habere, ſperare, & conſequi poſſet per omnem vitam in mundo, imò totum mundum, & omnia quæ in eo ſunt, reliquit: & dum eorum acquirendorum deſideria neglexit, omnia opulentiùs acquiſiuit. *Petrus*, ait Auguſtinus, *non ſolum dimiſit quicquid habebat, ſed etiam quicquid habere cupiebat. Quis autem pauper non turgeſcit in ſpe ſeculi huius? quis non quotidie cupit augere quod habet? Iſta cupiditas præciſa eſt. Ibat in immenſum, accepit modum, & nihil dimiſſum eſt. Prorſus totum mundum dimiſit Petrus, & totum mundum Petrus accepit. Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Nempe omnia Petrus reliquit, dum omnium poſſidendorum deſideria neglexit: quæ cùm votiuè abdicauit, melius poſſedit; *magis Dominus, quò minùs cupidus*; plus diues, quò magis cupiditatis egenus. Democritus quondam interrogatus, quomodo quis fieri poſſet diues, reſpondiſſe fertur: *Si cupiditatum pauper ſit.* Ille, ille quidem plenè diues eſt, qui *cupiditatum pauper eſt.* Paupertas mendicantium cupiditatum, plena opulentia eſt: *Magis Dominus, quò minus cupidus.*

S.Bernard. tract. in præſcripta verba.

Verè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt.

S. Auguſt. in Pſalm. 103. Conc. 3.

2. Cor. 6. v.10.

Democritus.

4. *Ad Galat. 4. v.9.*

Paullus ſic ſcribit ad Galatas cap. 4. Nunc autem, inquit, cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo, *Quomodo iterùm conuertimini ad infirma & egena elementa?* Grande eſt inter Expoſitores litigium, quid intelligat Apoſtolus per hæc *egena elementa*, quæ Tertullianus lib. 5. contra Marc. cap. 4. *elementa mendica* excribit & exponit. Auguſtinus, Ambroſius, & alij Solem & Lunam intelligunt: alij aërem, ignem, diem, mare. Hæc autem mundi elementa ideò *egena* quia *mendica*, Hugo moraliter refert ad *eleuamenta honorum & dignitatum*, quod ſimiliter de voluptate ac reliquis mundialibus bonis poteſt intelligi: ſunt enim bona bonitatis *egena* & vacua; & quæ alia atque alia hianter *mendicant*. Quaſi non tantùm homo horum bonorum deſiderio agatur, ſed res ipſæ alias atque alias auidè deſiderent. Quod eleganter his verbis Euſebius ediſſerit: *Qui plus habet, plus eget: premitur duplici egeſtate; eget pro ſe; eget pro rebus, egentibus vtique. Ipſæ res alias deſiderant* (ecce tibi mundi elementa egena, mendica.) *Credo, ſi ſenſum exprimere poſſent, cum gemitu clamarent, & intentus expoſtularent multa vocibus. Magna egeſtatis cauſſa non ab inopiâ eſt magnâ, ſed copiâ. Qui plura habet, pluribus eget: non tantùm tot eget, quot habet; ſed per tot eget pluribus, quot habet. Ad plura illaqua habet, opus eſt deſiderare, quæ ipſa deſiderant, aut exornationi ſuæ, aut conſeruationi, aut defenſioni, aut fructui. Vtram certiorem opulentiæ cognoſcendæ regulam putabis ex his, quæ adſunt, an quæ deſunt? Ditiórne erit, qui habet plus, an cui minus deeſt? Iſtum credo: nam illud propter iſtud, non cupimus habere res, niſi vt non deſint: & quicquid ſit, ad diminutionem cupiditatum iſtud eſt. Si pauca deeſſe putes, pauca optabis.* Vide quam ſint mundi *elementa egena & mendica*: nam quò plus habes, plus optas: quò plus optas, plura deſunt; quò plura tibi deſunt, pauperior es, quæ deſideriorum tacitè precariâ voce mendicas, & te illis egere palam fateris. Ergo parce deſideriis, vt inopiæ parcas; ne etiam in locuplete opulentiâ, de mendicitatibus deſideriorum, pauper ſis, & vlteriorum ſemper mendicus.

Tertullian. S.Auguſt. S.Ambroſ.

Hugo Card. ibi.

Mundialia bona, alia atque alia deſiderant.

Euſeb. lib. 3. de arte volunt. c. 27.

Qui minùs deſiderat, ditior eſt.

5. *Prouerb. 4. v.17.*

Prouerbiorum 4. ſic de hominibus impiis ac ſceleroſis monet Salomon: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Quæ verba Beda, Hugo, Ianſenius ſic exponunt per hypallagen: Comedunt auidè impietatem quaſi panem, & iniquitatem ſicut vini poculum plenum ore exhauriunt: ita enim cupiunt & ſitiunt res mundiales prauitate Infectas, vt ſitim hanc explere nequeant, ſed magis acuant: vna enim impietas excitat ſitim & deſiderium alterius, quâ perpetratâ nouâ ſiti ſitiunt aliam & aliam; ſicut bibones quò plus potant, eò plus ſitiunt, & potare geſtiunt. Alludit ad illud Iob: *Qui bibit quaſi aquam iniquitatem.* Quod aliorſum pulchrè dixit Emiſſenus: *Ipſam ſitim bibere.* Itaque quiſquis mundialia bona expetit ac ſitit anhelo deſiderio, dum eis ſe largè potat, non eorum potandorum ſitim extinguit, ſed potando plus acuit; adeò vt *ipſam ſitim*, id eſt, noua eorum deſideria *bibere* videatur, minus acquiſitorum Dominus, quò magis acquirendorum auidus. Ille ergo verè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. Hi autem voluptuoſi Senes eò hîc pauperiores ac viliores inuenti ſunt, quò magis erant cupiditatum diuites.

Qui bona mundialia acquirit, & eorum ſitim bibit.

Iob 15. v.16.

Emiſſ. hom. 3. de Epiph.

Hic verſ. 57.

6. *Act. 5. v.34.*

Actorum 5. de naſcentis Eccleſiæ Chriſtianis ſacer Hiſtoriographus ita ſcribit: *Neque enim quiſquam egens erat inter illos.* Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant antè pedes Apoſtolorum. Et ſuprà verſ. 32. de multitudine credentium dixerat: *Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat.* Abdicabant ergo rerum proprietatem & dominium ſtudio paupertatis. Non enim poteſt ſalutare virtutum ſtudium fieri ſine frugalitatis curâ; frugalis autem paupertas virtutes animo implantat. *Paupertas* (ait Apuleius) *eſt apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta* (dicere potuit) in Chriſtianis pauperibus, diues & opulenta, ſi deſideriorum etiam pauper ſit, id eſt, ſi ſeipsâ ſit contenta, nihilque vltrà deſideret. Democritus apud Antonium in Meliſſâ part. 1. ſerm. 33. quaſi commentans illud naſcentis Chriſtianiſmi: *Neque quiſquam egens erat inter illos*, tametſi facultates ſuas ad Apoſtolorum pedes prouoluerant; ſic Chriſtiano cothurno fatur: *Si non multa deſideres, pauca tibi multa videbuntur.*

Suprà v.32.

Paupertas omnium virtutum bibula.

Apuleius in Apologia.

Contrahe deſideria, & paupertas diuitijs æquipollet.

Antonius. Democritus.

Deſiderium

Deſiderium enim contractum, paupertatem diuitijs æquipollentem reddit. Qui deſideriorum diues eſt, ille reapſe pauper eſt. Contrahe deſideria, & anguſta paupertas diuitiis æquipollet. Sententiosè ab Ariſtotele dictum eſt, *Paupertatem multis quidem indigere, inexplebilitatem autem omnibus.* Diues ſanè inexplebilis eſt; namquò plus habet, eò plus deſiderat, & ad plura hianter ſuſpirat. Narrat Stobæus ſerm. 95. quòd Socrates Archelao ipsũ ditare volenti, renunciari iuſſerit: *Quòd farina Chænices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam ſi res meæ mihi non ſufficiunt, at ego ipſis ſufficio, & ſic etiam ipſa mihi.* Belliſſimè quidem ait Socrates: Ego reculis meis ſufficio; non enim plura deſidero, nec me votis ad alia extendo; quare iam ea quoque mihi ſufficiunt. Non res ipſæ, ſed ipſarum deſideria, pauperem faciunt, aut diuitem excudunt in frugalitatis officinâ. Ille abundè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt.

Ariſtotel.
Si facultates meæ mihi non ſufficiunt, ego ipſis ſufficio, ſi deſideriorũ pauper ſim.
Stobæus.
Socrates.

---

§. CCLXXXIX.

Multum ſibi adijcit virtus tribulationibus ac periculis laceſſita.

1\. *Multùm adijcit ſibi virtus tribulationibus laceſſita.*

MVltùm eſſe animi ſcio pluribus ad calamitatum ac tentationum patientiam diu inſtructis, ex Philoſophiæ ac præcipuè Euangelij ſcholâ, qui periculorum meditatione alacres ad illorum tolerantiam adſurgunt, & laborum tolerandorum præcoquâ patientiâ, abſque experimento de illâ ſibi conſtanter placent. Antequam autem quis cum fortunâ conſeruerit manum, viréſque expertus ſit ſuas, de diuinâ gratiâ robuſtas, in virtutis caſtris adhuc tyro eſt: eiuſmodi enim vires meditatione inexpertâ alacres, nunquam certam dare fiduciam ſui poſſunt, niſi cùm multæ difficultates, hinc & illinc apparuerint, aliquando verò & propiùs acceſſerint. Sic verus ille animus, & in vitiorum non venturus arbitrium probatur. Hæc eius obruſſa eſt. Non poteſt athleta magnos ſpiritus ad certamen adferre, qui nunquam ſuggillatus eſt. Ille qui fudit ſanguinem ſuum, cuius dentes crepuerunt ſub pugno, ille qui ſupplantatus aduerſarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit contumacior reſurrexit, & ſæpè è genu pugnauit, cum magnâ ſpe deſcendit ad pugnam.

Hic verſ. 57. O Suſanna, à *mariti ſtadio* ad ſtadium iuſtitij ſalaciter & cruentè mendaciſſimi, deducta es; iam fortuna toto extremæ calamitatis pondere ſuprà te eſſe videbatur, crepitantium ſaxorum nymbo feraliſſima; nec tamen ignauè tradidiſti te, ſed maſculâ in femineo corpore fortitudine ſubſiliiſti, & acrior conſtitiſti, exemplari patientiâ pugnaciſſimâ. Multùm enim adiicit ſibi virtus tribulationibus laceſſita.

2\. Ioann. 12. v. 24. & 25. Ioannis 12. hoc nouum, & mundo inſolens virtutis dogma, de Chriſti Dei ore palàm auditur: *Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Nempe *qui amat animam ſuam*, id eſt, animæ ſuæ deſideria & concupiſcentias, præ voluntate & mandatis meis, vt velit concupiſcentias ſuas ſequi, quàm mandata mea; hic perdet animam ſuam in gehennâ: qui verò eam *odit*, reſiſtendo eius concupiſcentiis, & vltrò ſubeundo calamitates in virtutis ſtadio exantlandas; hic *cuſtodit eam*, vt æternam beatitudinis vitam è diuerſo à me conſequatur. Eleganter S. Gregorius ſerm. 32. in Euangelia: *Quia*, inquit, *niſi quis à ſemetipſo deficiat, ad eum qui ſuper ipſum eſt, non appropinquat; nec valet apprehendere quod vltrà ipſum eſt, ſi neſcierit mactare quod eſt. Sic olerum planta transponuntur, vt proficiant; atque (vt ita dixerim) eradicantur, vt creſcant. Sic ſemina rerum in terra admixtione deficiunt, vt in reparatione ſui generis vberiùs adſurgant. Vnde enim videntur perdidiſſe quod erant, inde accipiunt apparere quod non erant.* Vtramque Chriſti Dei ſententiam pulchrâ elucidatione Gregorius illuſtrat. Itaque qui calamitatis rigore, & tribulationis iniuriâ, propè defecit, ſic huiuſmodi defectu ſeipſum è diuerſo auget, ſic vita ſanctitatis adſurgit, & virtus arcanè viueſcit, vt homo qui à ſe ſic deficit, ſuper ſeipſum Deo propinquus adſurgat; inde accipiens incrementum, vnde credi poterat iam extinctus; dum ex ſui defectu rediuiuus, è peruerſo ad præſtantius eſſe reformatur.

Homo dum tribulationibus propè deficit, ad præſtantius eſſe reſurgit.

S. Gregor.

Danielis 3. ſæua atrociter fornax, & inretituum minax, à Nabuchodonoſorianis accenditur, quâ tres pueri, Deo potiùs quàm Regi obſequentes, citiùs decinereſcant. Viri ergo hi tres, id eſt, Sidrach, Miſach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. *Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.* Quæ verba ſic elucidat S. Zeno Veron. ſerm. 1. de tribus pueris: *Tres*, inquit, *pueri in illo ſacro certamine præ oculis Deum ſibi præpoſuere, non flammas; præmium futurum, non pœnam. Sicque inter tetros vndantis incendij globos triumphantes, barbarum Regem, minas omnes, ipſum quoque ſupplicium docuerunt, ignes ſanctis hominibus non eſſe fortiores.* Et ſerm. 6. *Vindicantur de incenſoribus ſuis, Deum vident; mors tranſit in vitam, metus in gloriam. Sic quis non optet ardere?* Luculentiùs adhuc ad rem Emiſſenus homil. 3. de Epiphaniâ: *Illic*, inquit, *iuſti velut per amœnos gurgites incendijs naturam ſuam mutantibus tranſmeabunt, intacta ignibus corpora ipſis honorificanda pœnis, quia non ſunt onerata peccatis. In illos enim ſæuis æſtibus nil licebit, quos ante libidinum flamma non attigit: & quibus puritas contulit reuerentiam, inferre neſcit rationabilius ardor iniuriam...... & quia non inueniet vbi neceſſe habeat exercere iudicium, ſponte præbebit obſequium.* Ecce tibi bonus pœnæ arbiter ignis, pœnam in honorem reformat, & pœnalem ſæuitiam in reuerentiam honorificam è diuerſo recudit. Quin & pœna, tribulatio, & calamitas ſic innocentiæ ac virtuti famulatur, vt illi *ſponte præbeat obſequium.* Sic laceſſita virtus, 3.

Dan. 3. v. 24.

S. Zeno.

Emiſſenus.

Innocentia iniurijs honoſtatur, & pœnis honorificatur.

vnde extincta eredi poterat, mitum accipit incrementnm, dum iniuriis boneſtatur, detrimentis augetur, mulcetut pœnatum lenocinio.

4. Canticorum 4. ſic cæleſtis ſponſus ſponſæ capillaturam dilaudat: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.* Nimirùm captis ad atdua quæque montium aſcendentibus, ſponſæ eximia venuſtas comparatur. Sed quid in eiuſmodi captarum aſcenſu contemplari licet, qnod pulcbtitudinem virtutis exaggeret? Pulchtè S. Ambtoſius ſerm.16. in Pſalmum 118. ſuper hac te philoſophatur: *Vides*, ait, *quòd in altis grex iſte paſcitur: vbi alijs præcipitia, ibi capris nullum periculum: vbi alijs periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à paſtoribus ſuis dumosâ de rupe pendentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt, vbi fœcundæ arbores fructum integrum ſubminiſtrant. Ideò elegit eas Spiritus ſanctus, quibus cœtum venerabilis Eccleſiæ compararet.* Eleganter qnidem Ambtoſius! nec prælustris ſententia elucidatione indiget.

Cant.4.v.1. Cur ſanctior anima capris comparatur?

S. Ambroſ.

5. Sapientiæ 8. ſic de virtutis acquiſitione, ſignificatæ nomine ſapientiæ, ſcribit Salomon: Circuibam qnætens, vt mibi illam aſſnmerem. *Puer autem eram ingenioſus*, & ſortitus ſum animam bonam. Et cùm eſſem magis bonus, veni ad cotpus incoinquinatnm, &c. Bonam indolem virtuti acquirendæ augendæque Salomon præbet. Sed bumanum ingenium quid ad ſanctitatem tefert? Ptofectò vittus non renunciauit ingenio: eſt enim virtus piè ingenioſa, cùm pietas de tribulationibus ſanctitates ingeniatur, perfectionem conſummat. Luculenter Emiſſenus homil.4. Epiphaniæ: *Diuina*, inquit, *prouidentia, quæ etiam malorum operibus benè vtitur, meliora de contrarijs peragit: & ita iuſtas ordinat cauſſas, vt boni ex aduerſis proficiant, & ad pia tranſeant merita pietatis ingenia.* Scilicet in patientiæ officinâ fides artifex alienam malitiam in propriam bonitatem refingit; & de aliotum inhumanitate humaniſſimè ttanquilla, & toleranter pacata; *pietatis ingenia* acutè peragit. Quid tam ſubtiliter ingenioſum, quàm gloriæ coronam pet eonttaria texere? inopiâ ditari, fœcundari orbitatibus, humilitatibus gloriari, triſtitudine gaudere, infelicitate proſperari, lætari lacrymis, infortuniis felicitari, & calamitatibus beari, nounm *pietatis ingenium* eſt, & aliquis virtutis faſtus; dum de alieno crimine propria metita auget, & aliotum ſæuitiam manſuetudini pacatiſſimæ famulari cogit, & de inflictis attociter vulneribus ſe inuulnerabilem exhibet. O mitiſſima *pietatis ingenia!* Eſto ad hæc benè acutus, vt ſis ad vitia benè hebes.

Sapient.8. v.19

Emiſſenus.

Ex aduerſis proficere, pietatis ingenium eſt.

6. Iſaias cap.48. hæc Dei nomine populo denunciat. Proptet nomen meum longè faciam furotem meum. *Furorem* appellat, iram non iam ad correptionem, ſed ad extremam perditionem. Quare ſubdit: *Laude meâ infrenabo te, ne intereas.* Non leue eſt inter Eſpoſitores litiginm, quæ ſit hæc *laus*, quâ ſuum populum frenabit. S. Betnardus ſerm.11. in Cantica, per frenum laudis diuinam largiùs beneficentiam intelligit, quâ ſuis ſceleribus veniam indnlget: *Laude meâ infrenabo te. Ne nimiâ peccatorum triſtitiâ deſperes, & quaſi equus effrenis præceps ruas, fræno te inhibebo indulgentia mea, & meis laudibus erigam, reſpirabiſque in bonis meis, qui de tuis confunderis malis, dum me ſanè benigniorem, quàm te culpabiliorem inuenies.* Ceterùm Cornelius in epiſt.Iacobi cap.1.verſ.2. ſic ad tem luculenter locum exponit: *Laude meâ infrenabo te, ne intereas. Laude, id eſt, tribulatione: hæc enim eſt frenum concupiſcentiæ, ideóque laus Dei.* Bona tribulatio, quæ dum frenum effteni concupiſcentiæ inijcit, laus diuina glorioſè nuncupatur. Profectò iniectum concupiſcentiæ frenum, virtutum libettas eſt, & ſanctitatum dilatatio. De facili habenas virtuti laxat, cui concupiſcentia frenatur: hæc enim eſt vitiorum lenocinium, & virtutis pugnax retinaculum. Pulchrum quidem ſynonymum eſt, *Tribulatio* acetbior, & ſumptnoſior *Dei laus. Laude meâ infrenabo te. Laude, id eſt, Tribulatione.* LXX. Interpretes vertunt, *Glorioſa mea inducam ſuper te, glorioſa*, hoc eſt, glorioſam tribulationem, & felicem calamitatem, quæ patienter tolerata, homini patienti gloriam, Deo laudem afferat. Arias Montanus paſſiuè vertit: *Laude mea infrenabor*; cui adſentit Vatablus, *Propter laudem meam frenum inijciam mihi, tui cauſſa*; ne te diu tribulatio vrgeat, premat, & acerbiùs moleſtet.

Iſaiæ 48. v.9.

S.Bernard.

Dei laude frenatur, qui Deum beniguiorē, quàm ſe culpabiliorem agnoſcit.

Cornelius.

Dei laude frenatur, qui tribulatione premitur. quare?

LXX. Interp.

Montanus. Vatablus.

Subdit Propbeta eodem cap.48. verſ. ſequenti: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentnm, elegi te in camino paupertatis.* Quaſi dicat: Excoxi te non ſicut argentarius in fornace ardentiſſimâ excoqnit argentum, vt ignis ab eo ſeparet omnem ſcotiam. Si ergo ſic excoxiſſem te, vtique conſumpſiſſem te, cùm non niſi peccatorum ſis ſcotia, ſed leniori camino ſeu putgatorio te purificaui, ſcilicet leniori tribulatione. Ad hunc Iſaiæ locum videtur adludere Auguſt. de Tempor. barbarico cap.3. *Si aurum es*, inquit, *quid times paleam, quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, ſed ignis paleas in cineres vertet, tibi ſordes tollet.* Quid tuæ inuides puritati, dum tribulationem refutas? 7.

Iſaiæ 48. v.10. Tribulationū ignis, ſcoriam ſeparat ab argento.

S. Auguſtin.

§. CCXC.

Prodigioſa peccati natura, in ſe parum cohæret, & in condignis ſupplicijs ſibi pugnat, de inidoneo rerum abuſu.

NEſcio quomodu magis nos vana perturbant: vera enim modum ſnum habent: quicquid ex incerto venit, coniecturæ & licentiæ pauentis animi traditur. Sed heu vanis & commentitiis terum humanatum periculis angimur, quæ ſæpè exigua, incerta, aut nulla ſunt! Laborioſâ nos excipiente vitâ, temerarius, nullâque ratione ſubnixus error inuadit, ob ſolam ignorationem metuentibus nobis quod neſcimus. Quemadmodum in infantibus accidit, qui ad vanas ſuſpiciones, & vmbratiles inaniſſimè larvas perterreſiunt, & hortibiliter expaueſcunt; 1.

Calamitas apud ſapientes, eſt tātùm calamitatū vocabulum.

expaueſcunt; ad vera autem peticula imperterriti ſunt, & ſub cultro tuo rident, ridiculario periculorum cenſu. Sapienter
S.Chryſoſt. Chryſoſtomus homil.5. ad populum: *Calamitatum nomina*, inquit, *philoſophantibus ſunt tantùm nomina; vera autem calamitas Deum offendere.* Profectò barbarum quidem peccatum eſt, & immane monſtrum à ratione longiùs exerrans: nec ſic tamen errando fugit, vt illud pœna monſtro ſimilis non ſequatur: eſt enim monſtrum pœnæ monſtroſi ſceleris vmbra.

2. Geneſeos 3. ſerpens Diabolus maleſuadæ nequitiæ reus, tanquam ſceleroſæ præuaricationis primæuæ indubius auctor, his Dei ad ſerpentem verbis pœnaliſſimè damnatur: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus
Gen.3.v.14. tuum gradieris: *& terram comedet omnibus diebus vitæ tuæ.* Pro τὸ *terram*, quæ in ſerpentis Diaboli paſtum deſtinatur, alij *puluerem*, alij *fauillam* excribunt: vtrumque autem, nomen, & res nominis, quodammodo denotat interitum, qui quidem à Diabolo longè peregrinatur. Et ſanè cùm *dies vitæ* illi tribuuntur, aliquo modo eius vita, alioqui immortalis & immetata, velut metata, & quaſi mortalis innuitur. Valdè ſudat Com-
Poteſtatem agere eſt Diabolorum vita. mentatorum induſtria, vt hanc Diaboli *vitam diebus* numeratam exponat. Alibi ex Eucherio tradebamus: *Omnibus diebus vitæ*
Eucher. apud Caten. Lipom. *tuæ, id eſt, omni tempore, quo agis hanc poteſtatem, ante illam vltimam pœnam indicij.* Quaſi poteſtatem obire, ſit Diabolorum vita: & depoſitio ab eiuſmodi poteſtate, ſit eorum mors. Sic obeundæ dignitatis ambitio, Diabolis, atque etiam hominibus medullitus hæret? Propiùs ad rem Caietanus, qui cenſet hanc pœnam eſſe Dæmoni inflictam propter pomi vetiti ſuadelam nefa-
Caietanus. Immortalitatem culpa quodammodo mortalem facit. riam, ita indidem ſcribit: *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Ad ſerpentem eſt ſermo; ac per hoc omnes dies vitæ eius, vniuerſum tempus comprehendunt, quo Diabolus viuit, quatenus ſerpens. Terminabitur enim vita eius ſerpentina adueniente Chriſto ad iudicium.* Ecce tibi quàm tranſpareat in culpâ monſtrum pœnæ. Scilicet Dæmon immortalis eſt, eiúſque vita immetato æuo æternùm perdurabit, non minùs quàm Angelorum. Quoniam verò peccatum ſerpens Dæmon commiſit, iam illius ſerpentina duratio *diebus* cenſetur, & interitui obnoxia inducitur, quaſi aliquando mortem ſubitura, quò innoteſcat ex peccati merito, & monſtroſo reatu, naturam immortalem non manere prorsùs à morte immunem; ſed morti ſaltem ſerpentinæ obæratam. Grande quidem monſtrum eſt, de peccati reatu immortalitatem morti quodammodo obnoxiam, ne mors non ſit peccati pœna, quæ immortalitatem labefactare ambit. Exinde Propheta Diabolo cadauer tribuit,
Iſaiæ 14. v.11. dicens: *Concidit cadauer tuum.* De quo aliàs vbertim.

3. Gentium Doctor ad Galatas 3. ita ſcribit:
Ad Galat.3. v.13. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Pro τὸ *maledictum*, Græcè eſt *maledictio*, ſeu *execratio.* Nimirùm Chriſtus Deus in ſe, ſuáque perſonâ benedictus, factus eſt maledictio, quatenus perſonam ſubiit peccatorum, quorum peccata & execrationes in ſe luendas & expiandas ſuſcepit: non ſecùs ac ſi quis debitum terrij in ſe ſuſcipiat, debitor ſit & dicitur; ſic & Chriſtus pro nobis ſit & dicitur maledictus, execrabilis, peccator. Vide peccati monſtrum, quod licèt alienum, impeccabilem Chriſtum Deum ſic culpat. Verùm ſanctus Hieronymus indidem ſic præſcriptum Paulli S.Hieron.
locum ad rem præſentem elucidat, premens illud *redemit*, non emit: *Chriſtus nos redemit de maledicto. Redemit nos*, inquit, *non emit: quia qui emit, alienum emit; qui autem redimit, id emit quod propriè ſuum fuit, & ſuum eſt, & ſuum eſſe deſiuit.* Peccator Chriſti eſt, & Chriſti eſſe deſijt. quomodo? Ecce tibi non vulgare peccati prodigium, vulgari *redemptionis* vocabulo expreſſum. Porrò qui emit, alienum emit; alioqui vacat emptionis nomen. Chriſtus autem peccatorem non emit, ſed *redimit*: quia peccator Chriſti Dei erat, & eſt etiam, & *ſuum eſſe deſiuit.* Hem! quomodo peccator Chriſti erat, & eſt, ſi Chriſti *eſſe deſiuit?* Eritne Chriſti Dei, qui Chriſti Dei eſſe deſiuit? Eſt ne tale, quod tale eſſe iam deſiuit? Hæc pugnantia, & ſecum minimè cohærentia, peccato ſubſunt, quò monſtroſa peccati natura explicatiùs innoteſcat.

Deuteronomij 32. Hebræis ſceleroſè im- 4.
piis hanc Deus pœnam peracerbè minatur: Deuter.32.
Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues v.24.
morſu amariſſimo. Quæ verba ethicè flectit Hugo Cardinalis ad male dulcem peccato- Hugo ibi.
rum voluptatem: eiuſmodi enim morſus putatur dulcis, ſuauis, melleus; reipsâ autem inſuauis, amarus, & felleus eſt, dum præſens amaritudo expectatam largiùs voluptatem mentitur; & multiplicata fella voluptatis expectationem vbertim caſtigant. Et ita peccator voluptatis fame appetenter hians, *morſu amariſſimo* deliciarum famem ſatiat. Quod appoſitè ediſſerit S. Bonauentura tom.2. opuſc. myſticæ Theolog. part. 2. pet.6. ſic fatus: *Fit*, inquit, *vt anima, quæ* S.Bonauent.
ſatiari voluit in ipſis delectationibus creaturarum, infinitis amaritudinibus repleatur: quia quantò delectatio mundana ſpiritûs ſecreta ingreditur, tantò veneno peſtifero lamentabiliter adimpletur. Voluptas peccati, infinitis amaritudinibus nunc replet. O quàm non bonâ fide peccatrix ſcelerum voluptas peccatores allicit! Anhela *delectationum* fames, & hians peccatricis voluptatis appetentia, *infinitis amaritudinibus replet.* Finitam delectationem expectat peccator, & *infinitas amaritudines* inuenit inde ortas: quaſi de peccato expectata voluptas ſit adeò fœcunda amaritudinum matrix, vt vnam dumtaxat voluptatem ſpondens, *infinitas amaritudines* pariat. Sic eſt peccatum voluptatum ſterile, & infinitæ amaritudinis monſtroſè fœcundum! qui eſt peccatricis voluptatis *morſus amariſſimus*: ſiquidem *in ipſis delectationibus replet infinitis amaritudinibus.* Quod hi nequam Senes hîc ex- Hic verſ.59.
perti ſunt.

1. Corinthiorum 7. ſic in eis Paullus nos 5.
omnes monet: *Reliquum eſt, vt qui vtuntur* 1. Cor. 7.
hoc mundo, tanquam non vtantur. Emphaticè v.31.

Græcus. habent Græca: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non abutentes*, quaſi rerum mundialium vſus, de voluptatis illicio *abuſus* ſit. Grauiter æquè ac eleganter

Saluianus. Saloianus lib. 6. de prouid. hac ſuper re ſcribit: *Indigni cæleſtibus donis ſumus, qui beneficijs Dei non benè vtimur: qui facimus rem operum bonorum, materiam tantùm eſſe vitiorum.* Obſerua illud *tantùm*, quod rei bonæ abuſum exaggerat, dum res bonas peccandi licentia effuſior male toxicat.

Peccandi libido mutat naturas rerũ abuſu prodigioſo. Pergit: *Quo fit, vt pax contra nos ſit, quia ſic agitur à nobis, ne expediat rem recipere, quâ deteriores ſumus.* Ex pacis enim tranqoillâ felicitate, pugnaciſſima bella contra nos è diuerſo armamus. Vnde ſubdit opportunè: *Mutamus naturam rerum iniquitatibus noſtris, & quæ Deus bona fecit munere pietatis ſuæ, ea nos nobis facimus mala eſſe moribus malis.* Heu prodigioſa peccandi libido, rerum abuſu naturas rerum mutat, & bona ipſa portentosè deprauat, inuitiat, conſtuprat!

6. Iſaiæ cap. 48. peccatrici Hebræorum genti

Iſaiæ 48. v. 10. ſic Deus comminatur: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.* Quid eſt, quòd Deus ſuum populum defæcare & emundare intentans, non *quaſi argentum excoquet* illum? Nihil profectò ſic argentum & aurum purificat, purúmque putum reddit, ac caminus ignis, quo excoquitur. Nam vt ſapienter ait ſanctus Auguſtinus

S. Auguſt. de Tempor. barbarico cap. 3. *Si aurum es, quid times paleam, quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace; ſed ignis paleas in cineres vertet, tibi ſordes tollet.*

Merum argentum non timet caminum ignis. quare? Aurum ergo & argentum dum in camino ignis decoquitur, ſordibus perpurgatur, & pretioſum purè metallum ſplendidiùs fulget ad pretij valorem, & placendi gratiam. Cur ergo Hebræus populus non *excoquitur quaſi argentum?* Opinor, ſcelerum enormitas hac indulgentiâ denotatur, ne quod videtur *argentum*, ſputcior inueniatur *ſcoria*. Quod ex

S. Cyrillus. Procopius. Cornelius. Cyrillo & Procopio his verbis inibi Cornelius ediſſerit: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum.* Quaſi dicat: *Excoxi te non ſicut argentarius in fornace ardentiſſimâ excoquit argentum, vt ignis ab eo ſeparet omne ſtannum, plumbum, & ſcoriam, vt purum putum remaneat argentum. Si enim ſic excoxiſſem te, vtique conſumpſiſſem te, cùm non niſi peccatorum ſis ſcoria; ſed leniori camino & purgatorio te purificaui, itaque effeci, vt tu mores corrigeres, téque rurſum ex ſcoria per gratiam meam, efficeres argentum.*

Peccata ex argento, argenti excrementum, & ſcoriam faciunt.

Iuxta illud eiuſ-

Iſaiæ 1. v. 22. dem Iſaiæ cap. 1. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.* Nimitùm quia *argentum* verſum eſt in *ſcoriam*, id eſt, de peccatorum adulterinâ & expuriâ mixtione, argentum eſſe deſiiſti, & degeneraſti in ſcoriam; ne palàm appareat te totum vile excrementum & ſcoriam eſſe, ideò *excoxi te, ſed non quaſi argentum.* O viliſſimè degenerem à peccato metamorphoſim! Nuper *argentum*, iam metalli excrementum, & *ſcoria* eſt. Idcircò

Ierem. 6. v. 27. Ieremiæ cap. 6. dicitur: *Probatorem dedi te in populo meo.*

Vatablus. Syrus. Vatablos, *Excoctorem dedi te*; Syrus interpres, *ſcrutatorem*, nempè vt ſagaciter explores, an populus meus, qui ſplendidum *argentum* apparet, argenti excrementum ſit, & de peccati ſordibus mera ſordidè *ſcoria*.

---

§. CCXCI.

Homo crebris mutationibus varius, de inconſtantia culpâ, pœna nomine multis vapulat.

COgnatum hominis vitium eſt, ſui diſſimilitudo, & à ſe diuerſitas, pro externarum rerum, aut propriæ habitudinis varietate? eſt enim ſignum vacillantis animi, & nondum habentis tenorem ſuum, neque rationis regulam, cui conſtanter adſentiat. 1. *Ferè ex Senecâ ep. 20.* *Vnde oriatur inconſtantia, hominibus cognata.* Etiam nunc dicam vnde ſit iſta incoostantia, & diſſimilitudo rerum, conſiliorúmque. Nemo proponit ſibi quid velit, nec ſi propoſuit perſeuerat in eo, ſed tranſilit; nec tantùm mutat, ſed redit, & in ea quæ deſeruit ac condemnauit, reuoluitur. Quid eſt Sapientia? *Semper idem velle, atque idem nolle.* Neſciunt homines quid velint, niſi illo momento, quo volunt. In totum nulli velle aut nolle decretum eſt. *Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur, atque pleriſque agitur vita per luſum.* Inde homo nunquam ipſe, ſemper alius; etſi nunquam magis ipſe, quàm cùm eſt à ſe alius. Sic eſt varietatibus temperatus, & mutationibus corporatus!

Ad Epheſios 4. ita de Christo ſcribit Apoſtolus: Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos.* 2. Ad Epheſ. 4. v. 10. Itaque Chriſtus in terram paſſibilis verſatus eſt inter homines, vt homines de cæli ſcholâ erudiret, & morte redimeret: ſed etiam in imas terræ partes, nempè in infernum *deſcendit*. Et tandem ſuper omnes cælos, id eſt, in cælum empyreum, non iam vt hactenus paſſibilis, & mortalis; ſed immortalis, impaſſibilis, glorioſus, ac triumphalis *aſcendit*. Diuerſiſſimus planè ſtatus, & quo in terris ſub Diabolo eſurit, ſub Samaritide ſitit, ſub Phariſæis angitur, ſub Pilato patitur, moritur, & ſepelitur; & quo in inferis triduo agit: & quo tandem, poſtquam illi ſatis victoriatum eſt de mundo, de peccato, de inferno, in cælos triomphali pompâ conſcendit; ſedétque ad Patris dexteram, id eſt, ſub eodem dignitatis ac maieſtatis ſolio, vtpotè idem cum Patre Deus. Hæc Theologicè Paullos: addit ethicè, quòd in his tribus adeò diuerſis ſtatibus, *ipſe* eſt, non alius, non diuerſus à ſe, ſed idem *ipſe* ſecum, & cùm in terris inter homines verſatur paſſibilis, & cùm ad inferos infimiſſimos deſcendit, & cùm in Olympium cælum victorialis aſcendit. Cum vario ſtatu non variauit ingenium, propoſitum, mores; ſed *ipſe* eſt. *Inſtar miraculi eſt, vt homo ſit ſemper ipſe, vbique par ſibi, & idem ipſe.* Alto ſtilo Philoſophorum maximus & moraliſſimus dixit: *Maximum hoc eſt & officium Sapientiæ & indicium, vt ipſe vbique par ſibi, idémque ſit.* Seneca ep. 2. *Chriſtus vbique par ſibi, & idem ipſe eſt.* An id Seneca à Paullo mutuatus eſt? An Philoſophia aliquando cæcâ felicitate ethicam Euangelij veritatem explorauit. *Qui aſcendit, ipſe eſt & qui deſcendit: vt ipſe vbique par ſibi, idémque ſit.* Hoc quod be-

nemotatior

nemoratior Philoſophia fruſtrà ambiuit,
Chriſtus impleuit, quem Chriſtianus quiſ-
que æmulari debet; vt ſe, & cognatas homi-
ni varietates deſueſcens, Deum æmuletur,
Pſalm. 101. qui *idem ipſe eſt*, vt ait Propheta. O quàm eſt
v. 28. arduum homini mutationibus corporato,
hominem diffiteri inconcuſſâ virtutis con-
ſtantia! Neſciunt homines ſemper idem vel-
le, atque idem nolle. Hoc ſuprà humanam
mutabilitatem eſt, niſi gratiæ officioſitate,
velut anchorâ conſtanter fundetur. Homo
S. Nazianz. enim dicitur, *Animal omnium maximè varium,*
orat. 1. *& multiplex.* Ecquis quod de ſe *varium &*
multiplex eſt, ad inuariatam vnitatem redu-
Ierem. 13. cat? *Si mutare poteſt pardus varietates ſuas: &*
v. 23. *vos poteritis benefacere.* varietates, id eſt, ma-
culas: hominis enim macula & labes, eſt, ſic
varietatibus eſſe obnoxium.

3. Iſaiæ 57. ita ſcribitur: *Impij autem quaſi*
Iſaiæ 57. *mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Sic ſunt
v. 20. omnes homines, quos cæleſtis gratia non
fundat ad conſtantiam flectineſciam. Vata-
Vatablus. blus pro τὸ *quaſi mare*, vertit, *Euripi inſtar.*
Ab Oratoribus prouerbialiter vocatur Euri-
pus, homo varius, dubius, multiplex, muta-
bilis, inconſtans, qui inſtar Euripi agitatur,
Cornelius in & fluctuat; *nunc ait, nunc negat; nunc vult, nunc*
epiſt. Iacob *non vult; nunc amat, nunc odit; nunc fidit, nũc dif-*
c. 1. v. 6. *fidit: Euripus enim maris pars eſt inter Aulidem*
& Eubœam, ſepties die ac nocte reciprocans. Hæc
propter Vatabli tranſlationem. Vulgatus au-
tem habet, *quaſi mare feruens.* S. Iacobus in
Iacobi 1. ſua Epiſt. Canon. cap. 1. *Similis eſt*, inquit,
v. 6. *fluctui maris, qui à ventis mouetur & circum-*
Græcus. *fertur.* Græcum κλύδων ſignificat fluctuatio-
nem, tempeſtatem, turbationem, impetum,
Hominis in- æſtum vndarum, præſertim cùm à valido ven-
conſtantia, to ventilatur, agitatur, iactatur. Tunc enim
eſt mari, imò fluctus fluctum continuò propellit, adeò vt
& Euripo reciprocantibus vndis aquarum montes glo-
adſimilis. merentur, & nauigantes videantur nunc in
cælum attolli, nunc in infernum deſcendere.
Simili etiam modo de cognatâ mutabilitate
homo quoquouerſùs iactatur variarum occa-
ſionum aut affectuum vento. Appoſitè Chry-
S. Chryſoſt. ſoſtomus homil. 2. in Epiſt. ad Titum, in-
quit: *Quemadmodum venti quidam feri & im-*
manes, cum irruerint in pelagus, ipſum totum à
fundo perturbant, adeò vt & arena ſæpius vadis
immiſceatur: ita & hæ perturbationes, cùm in
animam irruperint, cuncta permiſcent, & quæ
ſuperiora erant ad infima detrahunt, excæcant-
que mentis clariſſimum lumen, atque in primis
gloriæ veſana cupido. Sic homo mutabilis eſt,
de cognatæ leuitatis ingenio; inſtar *maris*
ſpumosè æſtuantis, inſtar *Euripi* fluctus con-
tinuo reciprocantis, inſtar vagorum *fluctuum*,
quos ventorum arbitrium quoquouerſùm fa-
cile impellit. Sic fluctuat, ſicque inconſtan-
ter perpetuò fluctuabit, niſi virtutis ſolidæ
fundetur anchorâ.

4. 1. Regum 1. inidoneam Pontificis repre-
henſionem pacatè Anna tulit; & poſtquam
Deum intentiùs orauit, imò & exorauit, abiit
1. Reg. 1. in viam ſuam, *vultúſque illius non ſunt ampliùs*
v. 18. *in diuerſa mutati.* Hebraicè ſcribitur, *Et non*
Hebræus. *fuerunt ei ampliùs facies*, ſcilicet variæ & di-
uerſæ, ſicut hactenùs, ad arbitrium occaſio-
num, quæ illam facile huc illúcque flecte-
bant. Rupertus lib. 3. in Cantica, cap. 4. de
Annæ immutatâ facie, ita ſcribit: *Quid erat,* Rupertus.
inquit, *illa vniformitas vultuum, non ſe ampliùs*
in diuerſa mutantium? Nimirum identitas cogi- *Oratio in-*
tationum; & valdè intenta earumdem perſeue- *conſtantiam*
rantia precum. Itaque Matronæ conſtantia, *ſiſtit.*
quâ vultus eius non fuit in diuerſa mutatus;
ſed vniformis, par ſibi, & idem net perdura-
uit; ex eo venit, quòd diuerſis cogitationi-
bus exinceps non vrgebatur: porrò *cogitatio-*
num identitas, ſui *identitatem* operabatur: niſi
enim *identitate cogitationum*, ipſa ſibi quaſi
adunaretur, non eadem, & ipſamet perdura-
ret; & ſibi diſpar, alia, atque alia non ipſa
appareret. Hem! ſic eſt homo de facili muta-
bilis, vt identitas ſecum, de *identitate cogita-* *De cogitatio-*
tionum veniat? Proh! ſi diuerſæ & variæ ho- *num identi-*
mini adſint cogitationes, quæ illum ad varia *tate venit*
ac diuerſa incitent, hominem ita ſcindent, *vniformis*
vt quodam ſui diuortio in varios ac diuerſos *conſtantia*
eundem hominem mutent? Tantáne eſt *cogi-* *hominis.*
tationum vis? an tam eſt homini procliue mu-
tari, vt ad cogitationum arbitrium, quaſi ſui
identitatem deſueſcens, in alium, atque alium
iugi mutatione varietur? *Quid erat illa vni-*
formitas vultuum? Nimirùm identitas cogitatio-
num? Quæ arundo ſic eſt flexilis ad vento-
rum nutum, vt homo ad cogitationum ar-
bitrium?

Prouerbiorum 15. ſic nos admonet Salo- 5.
mon: Labia ſapientium diſſeminabunt ſcien- Prouerb. 15.
tiam: *Cor ſtultorum diſſimile erit.* Biblia Ti- v. 7.
gurina, *non eſt ſolidum*; LXX. interpretes, Tigurina.
non eſt ſecurum; auctor Catenæ Græcorum, LXX Interp.
Stultorum corda ſunt lubrica & inſtabilia. Quæ Caten. Græc.
verba S. Hieronymus indidem ſic exponit: S. Hieron.
Cor ſtultorum, etiam ſibimetipſi diſſimile erit,
dum mutabilitate diuerſarum cogitationum va-
rium ſe exhibet; & numquam idem quod fuerat,
manet. Idem habet S. Gregorius 3. p. Paſto- S. Gregor.
ralis, Admonit. 19. quaſi humanæ mutabili-
tatis inconſtantia, non ſolum vultum euariet,
ſed variarum cogitationũ ſuggeſtu, *cor num-* *Homo incon-*
quam idem quod fuerat, maneat. Qui de muta- *ſtans, num-*
tionum inconſtantiâ, tot habet corda, quæ *quam idem*
identidem ſubſtituat, euiſceratus corde, imò *quod fuerat,*
& excors eſt, ſemper a ſe difformis, ſemper *manet.*
alius, & alius ſemper Protheus, ſuam iden-
titatem crebris mutationibus euacuans: *Dum*
mutabilitate ſe varium exhibet, numquam idem
quod fuerat, manet. Quare homo inconſtans,
ſui refuga, ſe perpetuò diffitetur. Conſidera
hos Senes nequam, nunc aiunt, nunc negant:
nunc amant, nunc odio habent: nunc Ma- Hic verſ. 59.
giſtratu digni, nunc extremo ſupplicio dig-
niores. Ipſi à ſeipſis, & falſato ſuffragio in-
ter ſe diuiſi, duplicitate, & mutabilitate
bicordes, Angelo *ſecandi*, traduntur. Quo
flectineſcia Suſannæ conſtantia micantiùs
elucet, ſemper ipſa, numquam alia; de
identitate cogitationum numquam peccandi,
immobilem conſtantiam mutuata, ſemper
eadem perſeuerat, maſculâ firmitate incon-
cuſſa, ipſa ſemper par ſibi. Nam vt appo-
ſitè ait Sixtus Philoſophus: *Sapiens ſem-* Sixtus.
per ſimilis eſt ſibi, inſipiens ſemper diſſimilis. Cor
ſtultorum diſſimile erit.

Geneſeos 7. exoſus Deus hominum mali- 6.
tiam, impudenter æquè ac ſalaciter temera-

 riam,

riam, Noëtico diluuio præter pauculos cuncta diſperdit & bruta etiam animalia humanorum ſcelerum pœnas luunt: Et deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, *tam reptile, quàm volucres.* Quid *reptilia*, quid *volucres* peccarunt, vt pari cum hominibus naufragio periclitentur? Expoſitores hic multas rationes peritè adaggerant, vt hoc ſupplicij participium defendant. Forſan *reptilia & volucres* in ſeipſis innoxiæ, volucrem hominis inconſtantiam adumbrant. Audiendus eſt S. Baſilius de Conſtit. Monach. cap. 9. ſic fatus: *Horum* (hominum inconſtantiam) *volucris animus continenter flabris velati quibuſdam pulſatur: horum conſilia veſpertilionum volatibus adſimilia ſunt: quippe qui in directum numquam feruntur; ſed tortuoſo & incerto maximè volatu huc illùcque temerè pererrant, ac circumuagantur. Hi multum ſerpunt, & nihil promouent.* Scilicet hominum inconſtantium animus, adeò leuiculus eſt, vt *volucris* dicatur & pro alarum remigio, *flabris pulſatur*, eíſque quoquouersùm agitur tortuoſo & incerto errore, non abſimili veſpertilionum volatui, quo huc illúcque temerè circumuagantur & errant. Quin & velut reptilia, *multum ſerpunt, & nihil promouent.* Serpit multum, & nihil promouet, qui etſi intentiùs laboret, ſemper inchoat. Profectò malè viuit, qui ſemper viuere incipit: damnat quod erat, qui ſemper tentat eſſe, quod non erat. Id inconſtantiæ *volucris animus* ambire non ceſſat, dum inceſſanter experta exoſus, nouis inhiat; & ſui ſemper refuga, ſuam ſecum identitatem differtur, numquam idem, ſemper alius. O inconſtantiæ *volucris animus*, erroneo volatu vagus; multum ſerpens, numquam promonens: Quid enim promoueat, qui ſemper incipit?

Geneſ. 7. v. 23.

S. Baſilius.

Inconſtantiū animus eſt ad mutationes volucris.

Inconſtans animus, multum ſerpit, & nihil promouet. quare?

---

§. CCXCII.

Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij; & non pati, magnum lætitiæ detrimentum.

5. SIc ſalubriter in 1. Epiſt. Canonicâ nos admonet Petrus: *Nolite peregrinari in feruore, qui in tentatione vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat* id eſt, Nolite nouum, peregrinum, & inſolens cenſere (Syrus, *mirari*; Gothica, *expaueſcere*,) ſi feruent tentationes, perſecutiones, calamitates: *Sed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.* Quis autem non peregrinetur in hâc Apoſtoli ſententia? triſtitia porrò tribulationibus cognata eſt, & illarum ſequela. Niſi fortè ex præcepto Apoſtoli, non tam lætitiâ, quàm triſtitiâ gaudendum ſit. Ita quidèm, vt inibi S. Thomas commentatur egregiè: *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete. Triſtitia eſt eis materia gaudij.* Itaque non negat Apoſtolus triſtitiam eſſe calamitatis appendicem, qui nuper dixerat: *Oportet contriſtari in variis tentationibus.* Et Chriſtus dixit Apoſtolis: *Mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini.* Ecce in perfectis viris *triſtitia*; ſed quæ illis ſit *materia gaudij*. Planè inſolenx gaudij argumentum triſtitia eſt, lætitiæ è diuerſo auxiliaris. Non miſcentur contraria. Ita ſanè: neque enim quis lætus ſimul & triſtis eſt. Verùm lætitia è triſtitiâ materiata, ſic triſtitiam euacuat, vt miriſſimâ metamorphoſi in ſpirituale gaudium refingatur, in Chriſtianæ patientiæ officinâ.

Syrus. Gothica. 1. Petr. 4. v.12.

Ex triſtitiâ in tribulationibus Chriſtiana lætitia materianda eſt.

S. Thomas.

1. Petri 1. v. 6. Ioann. 16. v.20.

Geneſeos 1. in primordialis opificij exor- 2.
dio, lucem Deus accendit. Appellauítque lucem Diem, & tenebras Noctem: *factúmque eſt veſpere & mane, dies vnus.* Hæc loquendi formula exinceps in ſacrâ Hiſtoriâ præſcribit; adeò vt quod conflatur & coaleſcit ex luce & tenebris, ex mane & veſpere, aut ex die ac nocte, *dies* appelletur. Hinc infrà ſcribitur: Factum eſt veſpere & mane *dies ſecundus*, & *dies tertius*, &c. Sic Iacobus ad Pharaonem loquitur: *Dies* peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, & non peruenerunt vſque ad *dies* patrum meorum. Sic etiam de Zachariâ & Eliſabethâ ait Euangeliſta, quod *ambo proceſſerant in diebus ſuis.* Hinc ſubtiliter addubitat Euſtathius initio ſui Commentarij in Hexaëmer. *Quare dum tempora commetimur, Dies, non autem noctes annumeramus?* An non die ac nocte Dies conſtat? cur ergò præclaro *diei* nomine, non obſcuro noctis vocabulo, aut alio quoplam, quod obſcuræ noctis tenebras ſubinſinuet, Scriptura vtitur? Num clara Diei lux, nocturnæ caliginis obſcuritatem pellit, abſcondit, conſumit? Opinor in hâc nomenclaturâ, quâ nox velut ſuis fraudata tenebris, clarum diem integrat, res ethica notanter exprimitur moraliſſimo vocabuli ſacramento, & quàm exprompte in triſti & obſcurâ tribulationis nocte præfulgeat læta ac hilaris Dei claritas, quæ illius mœſtam caliginem abſorbeat, & lucis gaudio perfundat. Quod expetebat Propheta aiens: *Deus meus illumina tenebras meas.* Et alibi: *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Annon hîc vides lætum tenebrarum fulgorem, quo hilarem Dei lucem conflare & integrare eualent? *Quare & dum tempora commetimur, Dies non autem noctes annumeramus.* Vir enim ſanctus Chriſtianæ patientiæ arbitrio, tenebras in lucem, caliginem in ſplendorem, noctem in diem arcanè refingit: nam obſcuræ & acerbæ calamitatis cognata *triſtitia, eſt ei materia gaudij*, quaſi de mœrore exultet, & de mœſtâ triſtitiâ exultim gaudeat: ſicut ex triſti & obſcurâ nocte clarus & iucundus dies è diuerſo integratur.

Geneſ. 1. v. 5.

Geneſ. 47. v. 9.

Lucæ 1. v. 7.

Euſtathius.

Quare dum tempora metimur, Dies, nō noctes annumeramus

Pſalm. 17 v. 29.

Pſalm. 138. v. 12.

Matthæi 4. Chriſtus Deus ſumma Dei ſa- 3.
pientia, & originarius ſapientiæ fons, non erubeſcit nuper prædicantis Baptiſtæ voces iterare: numquam enim ſatis dicitur, quod numquam ſatis diſcitur. Exindè, ait Euangeliſta, cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: *appropinquauit enim regnum cælorum.* Si per regnum cælorum intelligatur empyrea Beatorum ſedes, creditu nimis arduum eſt, ſedibus mutatis, terris propiùs exindè vicinati. Si verò per regnum cælorum denotetur Chriſtiana virtutum diſciplina Euangelio tradenda, & iam euulganda;

Matth. 4. v.17.

miriſſimum

miriſſimum etiam eſt, nomine cæleſtis regni dcſignari. Porrò *regnum calorum*, olympiam bearitudinem, & ſummam felicitarem ac lætitiam innuir: at Chriſtiaoa diſciplina (ſicut eius auctor Chriſtus) pauperiate anguſtatur, perſecutionibus angitur, & velut inſeoſili parientiâ in tribulationibus, ærumois, perſecutionibus, iniuriis, atque calamitatibus premitur. Quo igitur pacto cælorum regno pacatiſſimo, lætiſſimo, & feliciſſimo rectè comparabitur? Audiendus eſt Auguſtinus tom. 10. ſerm. 5. in Appcodice de diuerſis, fortè ad præſcriptum locum tacitè adludens: *Calum eſt ibi, vbi culpa ceſſauit. Calum eſt ibi, vbi flagitia feriantur. Calum eſt ibi, vbi nullum mortis eſt vulnus.* Sæuis vulneribus, & crueotis plagis excarnificata videas Martyrum corpora; ſed triſtitiam non extorquet acerbus plagarum dolor, & carnificina feraliſſima: nam *calum*, beatáque lætitia *ibi eſt, vbi nullum* peccatricis *mortis eſt vulnus.* In eoocupiſceotiâ, in vindictâ, in opulentiâ, in ambitione, iucundius homines gaudium ponunt, cùm hæc peccatis obnoxia ſint, & peccandi gratia: aſt velut beata lætitia, & *calum eſt ibi, vbi culpa ceſſauit. Calum eſt ibi, vbi flagitia feriantur.* Res mœſtiſſima, & ærumnis anxia videtur innocentia, quæ mundiali gaudio, & peccatrici ſceleroſiùs lætitiæ renunciauit, & mœſtitiæ oubilo obſcurari videtur: at ſub triſtitiæ fronte, animitùs implet pectora gaudium, gaudio cæleſti ac beato non abſimile. *Calum eſt ibi, vbi culpa ceſſauit. Calum eſt ibi, vbi flagitia feriantur.* Hoc, hoc, inquam, cælum hominibus *appropinquat*, cùm doctrina Chriſti, id eſt, Euangelica diſciplina (quæ in patientiæ & ſpei officinâ triſtitiam in ſpirituale gaudium conuertit) propiùs vicinatur. Nam homini verè Chriſtiano *triſtitia eſt materia gaudij* vt ex S. Thoma nuper dicebamus.

Ipſâ tribulatione, triſtiſſimo adſit, calum eſt, ſi culpa vacat.

S. Auguſtin.

4. Pſalmo 30. regius Vates crebris ac duris perſecutionibus anxius, Deum alloquens exultim exclamat: *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abſcondiſti timentibus te!* Non tantùm hæc *dulcedo* intenſione magna, ſed etiam extenſione & numero *multa* dicitur: & quidèm arcanè abſcondita & abſtruſa, atque ab hominum oculis longè remota. Simplex verborum ſenſus eſt, Deum repoſuiſſe tamquam in arcanis theſauris ac in tuto collocaſſe inuiſam aliquam dulcedinem, & abſconſæ lætitiæ felicitatem, his, qui timent ipſum, & fellibus ærumnarum, in hominum oculis amaro animo infelices putantur. Hoc eſt enim *Manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Hanc *dulcedinis multitudinem* experiebantur, qui dicebant: *Secundùm multitudinem dolorum meorum, conſolationes tua latificauerunt animam meam.* Et Apoſtolus. *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtrâ.* Hæc in amariſſimis tribulationibus dulcedo, quam aſſiduè viri ſpirituales experiuntur, ab hominum ſecularium oculis nimis inuiſa & abſconſa eſt. Pulchrè Bernardus Serm. de S. Andreâ: *Noſtra*, inquit, *culpa eſt, quòd non ſapit nobis, qua pro Chriſto eſt tribulatio, nec guſtamus & nos Manna abſconditum.* Itaque hæc *magna multitudo dulcedinis* diuinæ, quæ ob culpam noſtram *non ſapit nobis*; eſt delicioſa iucunditas, & iucunda lætitia, quâ vir bonus in mœſtâ tribulatione animitùs perfunditur: quæ verè appellatur *Manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Eheu *noſtra culpa eſt, quòd non ſapit nobis tribulatio*, neque mœſtiſſima *triſtitia eſt nobis materia gaudij*! O, ne tibi hæc gaudia inuideris! Hoc arcano gaudio, opinor, perfuſa erat Suſanna, quo ſub lugubri veſte ac fronte medullitùs fruebatur: quippè quæ illacrymans ad Senum attactum, ſiccis oculis diræ lapidationis ſententiam exaudit; & dulciſſimis ſpebus erecta, pergit alacris ad immeritum innocentiæ ſupplicium: ſed liberationis gaudium, gaudium periculi cumulauit.

Pſalm. 30. v. 20.

Apocal. 2. v. 17.

Pſalm. 93. v. 19.

2. Cor. 7. v. 4.

Tribulatio inſtar eſt veluti Manna abſcõditum. quomodò?

S. Bernard.

Hic verſ. 60.

5. Actorum 5. Apoſtoli ob prædicatum Ieſum, in Iudæorum concilium ſiſtuntur. Qui & verborum acerbitate, & cruentis verberibus malè cæſi dimittuntur. *Et illi quidèm ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* O peregrinam gaudendi cauſſam! *Non dixit*, ait Chryſoſtomus, *quòd non dolebant, ſed quòd dolentes gaudebant.* Miriſſima quidèm gaudendi occaſio, dolor eſt. Non erant inſenſiles ad doloris acerbitatem; ſed è peruerſo ex doloribus materiatum eſt gaudium; quod minus foret, ſi contumeliarum ac dolorum ſenſus minor eſſet. Egregiè Nazianzenus Orat. 2. de Pace: *Non detrimentum ducentes pati*, inquit, *ſed non pati; quòd periculorum, qua pro Chriſto ſubeuntur, guſtum cœpimus* O guſtum in periculis, in contumeliis, in flagris, & doloribus benè abſconſum! O feliciſſimum illum, qui ærumnarum guſtum cœpit! Qui ſic patiendo iucundè deliciatur; & non pati, non triſtium dolorum exemptionem, ſed lætitiæ detrimentum putat! Nam concepta de doloribus *triſtitia, eſt illis materia gaudij.*

Actor. 5. v. 41.

S. Chryſoſt. ibi homil. 14.

Pati, non eſt detrimentum latitia; ſed non pati.

S. Nazianz.

6. Iacobus Apoſtolus in ſua Epiſt. Canon. cap. 1. ita ſcribit: *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Nonnulli Interpretes τὸ *omne* commentantur, totum, perfectum, plenum, præcipuum, ſummum *gaudium*, quaſi ſit enallage quantitatis. Verùm τὸ *omne* propriè capi poteſt, túncque erit ſenſus neruoſior, & ad rem litteralem, & ad ethicam. Quaſi dicat Apoſtolus, ait inibi Cornelius: Tentatio & tribulatio adeò non eſt mala, nec fugienda, *vt in eâ ſitum ſit omne bonum*, ac conſequenter omne obiectum omníſque materia gaudij, adeò vt omnis illa quam natura vel Deus per alia bona ſparſit, in vno hoc vniuerſali & ſummo tribulationis bono collecta & adunata videatur: ita vt in ſolâ tribulatione magis gaudendum ſit, quàm ſi ſolus omnes mundi opes, honores, & voluptates poſſideres. Vndè ſequitur, *Tribulationem eſſe ſummum bonum huius vita: ſummum enim gaudium nequit eſſe niſi de ſummo bono.* Eſt hoc primum. S. Iacobi paradoxum. Hactenùs ille. Sed de hoc aliàs.

Iacob. 1. v. 2.

Omne bonum huius vita eſt in tribulatione. quare in eâ ſummè gaudendum eſt.

Cornelius.

§. CCXCIII.

§. CCXCIII

Conſummatáne virtutis perfectio, è vitiorum gymnaſio ediſcenda eſt? quomodò?

1. *Ferè ea Senecâ.* NVlla res tam maioribus malis implicat, quàm quòd ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno multorum aſſenſu recepta ſunt, quorum exempla multa ſunt, nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus. Indè iſta tanta coaceruatio aliorum ſuprà alios ruentium. Quod in ſtrage hominum magnâ euenit, cùm ipſe ſe populus premit, nemo ita cadit, vt non alium in ſe attrahat, primi exitio ſequentibus ſunt. Hoc in omni vitâ accidere videas liceat: nemo ſibi tantùm errat, ſed alieni erroris cauſſa & auctor eſt. Sic verſat nos, & præcipitat traditus per manus error, alieniſque perimus exemplis. Sanabimur, ſi de alienis vitiis proprias virtutes armemus; ſi de alienâ in ſectandis vitiis animoſitate temerariâ, animoſiorem virtutum audaciam è peruerſo inſtruamus. A tepore noſtro eſt, quòd in re virtutis deſides ſimus; animos autem pietas ſumet, ſi de tepiditate erubeſcat, aduertens quòd remiſſior & inertior eſt ad virtutem; ſceleroſus verò ſtudioſior & animoſior ad vitia. Igitur pietatis ingenium ſit, ad aliena vitiorum caſtra tranſire; tranſeat autem non tamquam virtutis refuga, ſed tamquam piè callidus ſcholaris, vt in vitiorum gymnaſio, impenſius pietatis ſtudium, & piam virtutum audaciam ad ſanctitatum facinora ediſcat. Idcircò horum ſceleroſiſſimorum Senum temeraria impudenter flagitia in medium à ſacro Hiſtorico proponuntur, vt virtus vitio remiſſior erubeſcat: indéque animos ac vires reſumat, vndè credi poterat iam extin-

Virtus ex vitiorum ſcholâ temerariâ, audaciã ediſcat.

Hic verſ. 60. cta. Qui eſt aliquis bonitatis faſtus. quod hîc verſ. 60. moraliſſimè apparet; dum ex Senum comprobatâ & perſpectâ nequitiâ, Dei populus copioſum virtutum auctarium fœnerator.

2. *Geneſ. 6. v. 9.* Geneſeos 6. publicatâ primæuæ gentis ſceleroſitate crudeliter æquè ac ſalaciter impudente, non niſi exundantis diluuij ſtragibus eluendâ, ſubdit Hiſtoriographus ſacer: *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* Ecce maximam præconij ſpeciem, *Iuſtus*, hac appellatione omnem virtutem complectitur. Sic Noëmus omnigenam virtutem exercebat. Dein vt publicetur quomodò ad ſummum faſtigium peruenerit, inquit, *Perfectus* fuit, id eſt, nihil intermiſit, in nullo claudicauit. Præterea vt ex tempore quoque, & collatione cum aliis illuſtriorem nobis Iuſtum exhiberet, addit: *Perfectus fuit in generationibus ſuis*, in tempore in illo, in generatione illa impudenter peruerſa, quæ adeò in malum declinauit, vt neque veſtigium virtutis præferre voluerit. In illa igitur generatione ille ſolùm virtutem prætulit, & in tantum peruenit virtutis culmen, inter tot ſceleroſè malos, perfectus, & in omnibus abſolutus. Nam benè agere inter virtutis hoſtes, & inter eos, qui virtutem obnixiùs malo exemplo

Conuerſatio cum improbiſſimis, virtutum ſtudioſiores nos reddat.

prohibent, maius ſemper virtutis pondus teſtatur. Vulgaria hæc ideò præmiſimus, vt via ſternatur peregregio Chryſoſtomi commentario, homil. 22. in Geneſim, vbi ita *S. Chryſoſt.*
ſcribit: *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis. Hic diſcimus, quod ſi ſobrij fuerimus, & non deſides; non ſolùm nihil nobis nocet inter medios malos verſari & miſceri, ſed & multò nos facit virtutum ſtudioſiores.* Scilicet vt deſidibus ac tepidis egregiè nocet inter medios hominum cœtus flagitiosè perditorum verſari, quin ſpectatos illorum mores ſceleratos viſu hauriat, & auditu celeri arripiat: ita ad eiuſmodi prauitatem non modò auribus & oculis ſurdum eſſe, ſed ex illis è peruerſo diſcere virtutum audaciam, & in re pietatis ſtrenuam animoſitatem, magnæ virtutis ingenium eſt, quod impedimenta ſternit in iuuamen, & in perfectionis officina, ex aliorum temeraria vitioſitate, argutè generoſum perfectionis auctarium elaborat. Quid enim tam conſummatè aſpectabile, quàm ex alieno impenſiùs vitiorum ſtudio, *multò nos facere virtutum ſtudioſiores*? O, curemus è vitiorum gymnaſio, quod crebrò inuitis oculis & auribus frequentamus; virtutum eminentias ſublimiſſimas ediſcere, & opere exequi; ne nimis cauta virtus pigreſcat in tanta animoſitate vitiorum!

Canticorum 3. hæc ſponſæ præclara vox auditur: In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & 3.
non inueni. Attentiùs autem perſcrutemur, vbi illum, vt inueniat, ſponſa quærit. *Surgam*, inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea.* Circuitus magnam indicat ſollicitudinem, & ſtudium: quare dùm impij dicuntur omnia tentare, vt aliis exitio ſint (vt putat Theodoretus) in *circuitu* ambulare traduntur Pſalmo 11. Sed plurimum refert quem locum circumeas, quo te ſtudio, aut qua ratione circumagas. Aſſumpſit quidèm ſponſa durum moleſtúmque laborem; ſed omninò fruſtrà: quia ciuitatem circuiuit, vicos atque plateas luſtrauit, in quibus ſponſus Chriſtus non inuenitur; ſed frequens omnium iniquitatum emporium: *Nequaquam* (ait S. Ambroſius) *ibi quæramus Chriſtum, vbi inuenire non poſſumus: non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus enim eſt pax, in foro lites: Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas: Chriſtus operator eſt, in foro inane otium: Chriſtus charitas eſt, in foro obtrectatio: Chriſtus fides eſt, in foro fraus atque perfidia.* Non tamen putauerim, quod vſque adeò inconſultè ſancta ſponſa ſuum ſponſum Chriſtum, id eſt, conſummatam virtutem, quæſierit per vicos & plateas, vbi ſceleroſior malitia ſic longè latéque exundat. Qua ſuper re ita ſubtiliter S. Gregorius philoſophatur: *Sed qui dilectum ſuum non inuenit, ait, reſtat vt ſurgat, & ciuitatem circumeat. Per vicos autem & plateas quærat, id eſt, per anguſta & lata gradientes aſpiciat, vt ſiqua in eis valeat inuenire eius veſtigia, quærat: quia ſunt nonnulli etiam vitæ ſecularis, qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis.* Hem! in *vitâ ſeculari per lata gradientes aſpicere* debet cœleſtis ſponſa, & anima eximie ſancta, quia in eia

Cant. 3. v. 2. Sanctus Ambroſ. num. 6.

Theodoret. Pſalm. 11.

S. Ambroſ.

Per lata gradientes videat ſponſa, vt ſtrictiùs & perfectiùs viuat.

S. Gregorius homil. 25. in Euang.

eis forſan inueniet *aliquid imitandum.* Quid imitetur in eis, qui per *latam* perditionis viá, & ſeculi *plateas* incedunt? Opinor, impenſius vitiorum ſtudium, diuturnitatem in nequitiâ velut inolitâ, audaciam ad impietatis facinora intrepidè animoſam, & audacter temerariam. Igitur ſancta Spunſa circumeat *plateas, & per lata gradientes aſpiciat*, vt teporem excutiat, & virtutis animoſitatem de ſchulâ vitiorum ediſcat.

4\. Ad Rom. 8. v. 28. S. Hieron. S. Ambroſ. S. Auguſt. S. Anſelm. S. Thomas.

Celebris Apoſtoli ſententia eſt, ad Romanos 8. *Scimus autem*, inquit, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti.* Per τὸ *omnia*, omnes tribulationes interpretantur Hieronymus & Ambroſius. Verùm Auguſtinus lib. de Correp. & gratiâ cap. 1. quem ſequuntur Anſelmus & S. Thomas, magis ad rem idoneè, intelligit *peccata*, ex quorum occaſione vberiorem virtutem demerit. Huc

Paullin.

forſan adludit S. Paullinus ſæpè à uobis laudatus, Epiſt. 2. ad Sulpitium, in quâ *vitiorum virtus* prædicatur. Arcanum ſanè virtutis ſacramentum, quòd vitia & peccata ipſa emedullet, & in virtutis medullam reformet, dum vel ipſa enormiora peccata, & nequiora ſceleroſiùs vitia, in bunum cooperari è per-

S. Ambroſ.

uerſo cogit. Profundè S. Ambroſius Serm. 1. in Pſalmum 118. ita ſcribit: Chriſto *adeſt*, inquit, *Pater, adeſt, & Filius Dei; adſunt miniſtri, adſunt Cherubin & Seraphin, qui dicunt: Sanctus, ſanctus, ſanctus, plena eſt terra maieſtatis tua* (Pende attentiùs quæ ſubiicit verba:)

Plenus eſt mundus virtutum, quia vitiorũ plenus eſt. quare?

Plenus eſt enim mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. Nota cauſſalem illam voculam *quia*, cui ſubeſt totius ſententiæ emphaſis. Cur omnis terra dicitur plena diuinæ gloriæ? nempè *plenus eſt mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum.* quaſi vberior nequitiarum enormiter redundantia, quâ longè latéque terra exundat, ſit cauſſa, ob quam è peruerſo ſanctæ virtutes augeantur, emineant, & altiùs faſtigientur. Scilicet nequior terræ malitia virtutes ex occaſione perfectiùs conſummat, & nouis profectibus generoſiùs opplet, ac perficit, dum ex ſtudio, ardore, & temeritate vitiorum, in gratiæ officinâ fabricat virtutum eminentiam; quæ eſt *vitiorum virtus*: hæc enim arcanè virtus vitiis enormioribus ſubeſt.

5\. Iſaiæ 40. v. 31.

Iſaias cap. 40. ſic altè prophetat: *Qui autem*, inquit, *ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ, current & non laborabunt, Ambulabunt & non deficient.* Magna hîc virtus prædicatur quorumdam, qui ſpe robuſti, in viâ perfectionis *ambulant* ſine defectu, ſine labore ac laſſitudine *currunt*: quin & velut aſſumtis Aquilæ pennis, per omnium ſanctitatum ardua quæque, præ ſublimitate reliquis inacceſſâ, celerrimè volant. Vndè tam generoſa ſublimiùs virtus, tantis inceſſanter profectibus illuſtris? Scilicet antedixerat, *Mutabunt fortitudinem*,

Hebræus. Cornelius.

nempè, vt ex Hebræo textu Cornelius vertit, *integrabunt fortitudinem*, quaſi tota & integra fortitudo, non ſolùm animi, ſed etiam corporis, ad virtutem intentiùs contendatur. Quaſi Dei populo dicat Propheta: In tot ſceleribus, quibus, & quorum pœnis ferè obruti eſtis, nolite cadere animis, eos firmate in Deo, fixi eius fauore & ope, per virtutis viam ambulate, currite, volate: qui enim ita agunt, licèt paſſionibus infirmi, peccatis lapſi, & penè colliſi fuerint, *fortitudinem integrabunt*, non ex animi robore dumtaxat, ſed etiam ex corporis ad vitia olim fortitudine, quam pulchro imitamento ad virtutem conuertent, vt explicat S. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 16. ſic opportunè fatus: *Mutant fortitudinem, quia fortes eſſe ſtudent in ſpiritnali opere, qui dudùm fortes fuerant in carne.* Itaque ex carnis olim fortitudine ad voluptabilia quæque indefeſſâ, ediſcunt animi fortitudinem roborandam: ne imbecillè deſidior animus pigreſcat ad virtutes, dum aduertunt nuper imbecillam & fluxam carnem ad vitia fuiſſe robuſtiſſimam, indefatigabili ardore & aſſiduitate ad voluptates obſcœnas, & inaniſſimos honores hiante. Iſaiæ doctrinam cap. 6. ad Romanos Paullus expreſſit his verbis: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditia, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitia in ſanctificationem.* O *vitiorum virtutem* diſcamus ex ipſorum gymnaſio!

Integretur virtus ex animi & carnis fortitudine. quomodo?

S. Gregor.

ad Rom. 6. v. 19.

---

§. CCXCIV.

Iniqua Iudicum malitia Adami & Diaboli æmula, atrociùs punitur.

Argutè diſputans Seneca aduerſùs quoſdam malè Philoſophos, virtutes ethicè animales è proprio cerebro fingentes, ita ſcribit: *Iuſtitia quod eſt corpus? Animus. Fortitudinis quod eſt corpus? Idem animus. Atqui vnum corpus eſſe duorum animalium non poteſt. Sed idem animus, inquit, iuſtitiæ habitum induit, & fortitudinis, & temperantiæ. Hoc fieri poſſet, ſi quo tempore iuſtitia eſſet, fortitudo non eſſet; quo tempore fortitudo eſſet, temperantia non eſſet. Nunc verò omnes virtutes ſimul ſunt.* Et poſt paucula, *Iuſtitia autem pars eſt animi.* Primò notandus eſt nexus Iuſtitiæ cum fortitudine & temperantiâ. Porrò *Iuſtitia* ſtrenua res eſt, animoſa, magnanima, armanda ergò eſt *fortitudinis* robore, ne ſit languida æqui titubatio, & imbecillitas languidè enervis. Nec carere debet *temperantia*; ne impotenti libidinum vi potentiùs exarmetur (quod his Senibus malè Iudicibus accidit) Dein aduertere licet, quòd animus dicitur *Iuſtitia corpus*; quaſi Iuſtitia ſit animi animus. Sic debet eſſe ad amuſſim rationis librata, & rationabiliter æqua, ne ſcelera impunitate inſoleſcant. Seueriùs puniat malè ſceleroſos, non tantùm vt mali malè pereant, ſed vt alios pereundo deterreant. Bonis nocet quiſquis parcit malis. Bono iuſtitiæ proxima eſt ſeueritas; ſed quam ratio armat: nam animus eſt Iuſtitiæ corpus; ſit ergò Iuſtitia ratione materiata, ne irâ, libidine, aut auaritiâ agitatus Iudex, in iuſtitiæ officinâ iniuſtitias excudat. Heu pernicioſior iniuſtitia de prætento iuſtitiæ aſylo impunè ſæuit, & nocentiùs inſoleſcit. Iudex à iuſtitiâ nomen habet: ſit ergò

1\. Seneca epiſt. 20.

Animus, iuſtitia corpus eſſe dicitur. quare?

Nexus iuſtitia cum fortitudine, & temperantia.

Æqua ſeueritas iuſtitia proxima eſt.

Iudex

Iudex vir ſui nominis, ne vocabulum re vocabuli vacuum, ſit impunè nocendi titulus, & deſperata Reipublicæ euerſio. Cùm iuſtitium corrumpitur, peccat, qui rectè facit. Hinc malos Iudices manet ſeuerior pœna, quæ iniuſtitiam arceat.

2\. Apud barbaros potenter Babylonios, Dei populus diu exulat, opibus, libertate, ac patriâ viduatus; non pro iure dicundo tribunalibus ſecundùm patrias leges. Et conſtituti ſunt de populo duo ſenes Iudices in illo anno; de quibus locutus eſt Dominus: *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum.* Quæ eſt ſceleroſior iniquitas, quæ vltrà Babyloniorum ſcelera ſublimiùs faſtigiatur? Audiendus eſt Daniel, qui alterutrius cani Iudicis impoſturam ſagaciùs perſcrutans, ſic illum duriùs alloquitur: Inueterate, inquit, dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs: *Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem & iuſtum non interficies.* Hæc eſt ſumma ſcelerum, cùm non tam morbis, quàm remediis Reſpublica laborat: cùm iuſtitiæ aſylum, factum eſt ſpelunca latronum, ſicariorum latibulum, proſtibulum libidinis, lenocinium auaritiæ, iniuſtitiæ impunitas, & impunè delinquendi titulus; inde vitiorum fomenta. Eloquenter Cyprianus Epiſt. 2. ad Donatum: *Cerne tu,* inquit, *itinera latronibus clauſa, maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella vbique diuiſa.* Ecquis Princeps aut Magiſtratus hiſce damnis occurrit? *In forum aciem tuam flecte,* ait, *inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, vbi defenditur, reſeruatur. Patronus præuaricatur & decipit, Iudex ſententiam vendit, qui ſedet crimina vindicaturus admittit; & vt reus innocens pereat, fit nocens Iudex.* Nempè vt innocens Suſanna pereat, Iudices fiunt nocentes; & rea innocentia luit pœnas, quas Iudicum nocentior reatus promeretur. O malum! quicquid iniquè delitant Iudices, plectuntur innocentes? in caput innoxium innocentis deuoluitur Iudicum crimen? Sic Iudicum ſceleribus, & meritiſſimis eorum ſupplicijs, innocentia pœnaliſſimè obnoxia eſt? Sed præſto adeſt Deus tanti flagitij acerrimus vindex, & iuſtâ iniuſtitiæ vindictâ, enormem Iudicum iniuſtitiam expiauit.

Tribunalium ſceleroſior & pernicioſior malitia.

Hic verſ. 53.

Vt reus innocens pereat, Iudex fit nocens.

S. Cyprian.

3\. Pſalmo 74. ſic occinit Propheta regius: *Narrabimus mirabilia tua* (Græcus addit, *omnia*) Quæ ſunt hæc *omnia mirabilia* Dei, ſublimiùs prædicanda? Opinor, *omnia mirabilia* Dei, in compendium redegit, cùm protinùs ſubdit: *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in eâ, &c. Quoniam Deus Iudex eſt.* Ecce tibi omnium mirabilium Dei ſumma; quòd Deus, *cùm acceperit tempus, iuſtitias iudicabit,* tanquam ſupremus iudicum omnium *Iudex.* Quid autem ſit *tempus accipere,* exponit Symmachus, qui ſic excribit, *cùm accepero Synagogam,* id eſt, Synagogæ iudices, nempe hos *ſenes iudices,* qui Synagogæ malè præſidebant. Scholiaſtes tamen ex Aquila, *cùm accepero mandata,* ſeu *præcepta,* leges inquam, ſecundùm quas Iudices iudicare debuiſſent, & iuxtà quas iudicandi erunt. Accipit autem Deus *tempus,* non tantùm præſens, in quo delinquunt; & futurum, in quo ſecundùm legum apices iudicabuntur; ſed etiam præteritum, in quo retrò deliquerunt, dicente Daniele ad alterutrum Iudicum: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs.* Deus ergò ſupremus omnium iudicum *Iudex,* ſic colligens omne tempus, & omnes in eo leges promulgatas, *Iuſtitias iudicabit,* cùm in forum iudiciarium aciem oculorum intentiùs flectit, videns, & videndum omnibus proponens, quàm enormiter *inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, vbi defenditur, reſeruatur: qui ſedit crimina vindicaturus admittit; & vt reus innocens pereat, fit nocens Iudex.* Ecce tibi *omnia mirabilia* Dei, nempe *accipere tempus* Iudicum, & illud retrotrahere, leges coràm proponere, & *iuſtitias iudicare,* adeò ſeuerè & peracerbè, vt à ſententiæ fulmine *liquefacta* ſit terra, & omnes qui habitant in eâ miſerè contabeſcant. Iudicum animus ad iuſtitias olim ſaxeus, ſic nunc pauore ſoluitur & *eliquatur*? O nimis ſeuerum illud: *Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. Potentes potenter tormenta patientur!*

Symmachus.
Scholiaſtes.
Aquila.

Græcus.

Pſalm. 74. v. 3. & 4.

Cùm Deus Iudicum iuſtitias iudicat, liquefacta eſt terra.

Hic verſ. 53.

S. Cyprianus ſupra.

Sapient. 6. v. 6. & 7.

4\. Pſalmo 81. ſic pangit Propheta: Deus ſtetit in Synagogâ Deorum: in medio autem Deos diiudicat. Vſquequo iudicatis iniquitatem? &c. *Ego dixi: Dij eſtis; & filij excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini; & ſicut vnus de Principibus cadetis.* Quaſi dicat; O Iudices, ego quidèm vos Deos eſſe feci; arbitrium vitæ & mortis, felicitatis & miſeriæ ſubditorum penes vos conſtitui; verùm quoniam auguſtâ poteſtate vobis cælitùs indultâ abuſi eſtis ſceleroſo iudicio, *ſicut homines moriemini,* id eſt, eadem à me ſupremo Iudice patiemini, quæ vos aliis malè intuliſtis. Iudiciariæ poteſtatis abuſu damnatiſſimo *iudicaſtis iudicia iniuſta, innocentes opprimendo; & dimittendo noxios;* ego autem ſic pœnaliſſimè vos puniam, vt velut quodam iudiciariæ poteſtatis abuſu iudicare videar. Sic vos acerbè iudicabo! Heracleotes in Commentario Græcorum Patrum apud noſtrum Corderium, ita præſcriptum locum elucidat: *Ego dixi: Dij eſtis. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Cùm enim,* inquit, *propriam dignitatem ignoraretis, eadem cum Diabolo perpeſſi eſtis: qui cum in cæleſtibus Princeps exiſteret, corruit. Vel ſicut Adam cadetis: de quo ſcriptum eſt, Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Cùm igitur vos tales ſitis, rogat illum qui ſine perſonarum acceptione iudicat, vt exurgat: nam ſubdit: Exurge Deus, iudica terram.* Itaque τὸ *ſicut homines moriemini,* &c. intelligit, quemadmodùm etiam vertit Hieronymus, *Sicut Adam moriemini,* hoc eſt, ſicut Adam, cùm tamquam Deus eſſet futurus immortalis factus eſt mortalis & tragicè miſerrimus ſcelere ſuo; ita & vos, ô nequam Iudices, poteſtatis abuſu, Adæ iniquitatem & infelicitatem reſculpitis. Hem! Mali Iudices præuaricatori Adamo pariare licet? O quàm multa, quàm

Pſalm. 81. v. 6. &

Hic verſ. 53.

Heracleotes.
Corderius.

Geneſ. 3. v. 22.

S. Hieron.

Malus Iudex, alter Adâ, & Diabolus alter dicitur.

pauculis!

pauculis! Adhæc, cùm ait, *ſicut vnus de Princi-
bus cadetis*, per τὸ *vnus de Principibus*, intel-
Græci Patr. ligit Diabolum. Sic iidem Græci patres in
Paraphraſi: *Cadentes non ſecùs atque vnus de
Principibus cecidit. hic autem eſt Diabolus.*
Heu, nequam ſceleroſè Iudices, Adamo præ-
uaricanti in paradiſo, & Diabolo è cælis ca-
denti aſſimilantur? Malum Iudicem, alterum
Adamum puta; & ipſum alterum Diabo-
lum, de peroicie, & de pœnâ, Adami & Dia-
boli æmulum.

5\. Puer Daniel præcoquus ſeniorum Iudicum
Iudex, pro tribunali ſedet; & ait alterutri Iu-
Hic verſ. 55. dicum: Rectè mentitus es in caput tuum: *Ecce
enim Angelus Dei, acceptâ ſententiâ ab eo, ſcin-
Hic verſ. 59. det te medium.* Et rurſùs alteri dixit: *Manet
Angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te me-
Sceleratorum quæ vnanimitas. dium, & interficiat vos.* Mitto nunc quo pacto
dum Angelus Domini interficit alterutrum
horum Seniorum Iudicum, qui nequiſſimi
ſceleris conſortes erant, vtrumque interficere
perhibetur. Sic enim ſceleroſos vnit malitiâ,
ac ſi vnus duo eſſent, & idem ambo. De quo
aliàs. Verùm (vt in litterali commentario ad-
Ierem. 29. v. 22. notabamus) Ieremias de hoc ſupplicio locu-
tus, ait: *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut
Achab* (ſic nominabantur hi duo Senes;) *quos
frixit rex Babylonis in igne.* Itaque Nabuchodo-
ſor rex Babylonis dicitur à Ieremiâ huius ſen-
Malorũ iudicum ſupplicium, quod cœpit in Tyranno, in Dei Angelo conſummatur. tentiæ barbarus executor: & tamen Daniel
ſemel & iterùm huius ſupplicij miniſtrum ap-
pellat Angelum. Scilicet homo impius, crude-
lis, ſuperbus, atrox, idololatra, & populi Dei
hoſtis iuratus, & impiè ac immaniter vaſta-
tor, cùm ad malus Iudices trucidandos arma-
tur, tunc, tunc quidem *Angelus Dei*, potiùs
quam Tyrannus videri debet. Sic enim eſt
Deo expetibile malorum Iudicum pœnalius
ſupplicium, vt vel impius Nabuchodonoſor
idololatram exuat, barbaricam tyranuidem
dediſcat; & Angeli mores induat, & Angelicã
dignitatem, & gloriam repræſentet, cùm atro-
ciori ſupplicio in malos Iudices immaniter
ferocit: adeò vt acerbius ſupplicium quod
cœpit in Tyranno, in *Dei Angelo* conſum-
metur.

6\. Innotatum non dimittam, quòd ſicut hi
ſeniores Iudices Iſraëlitis omnibus præerant,
cùm à Daniele fraudulentum propalatur
mendacium; & iniquum eorum iudicium pa-
làm euulgatum eſt, ab ipſis qui illorum ſubdi-
ti erant, damnati ſont: & in praui iudicij pœ-
nã, qui ſuprà omnes erant, infrà omnes pœna-
Hic verſ. 61. & 62. liſſimè conſtituti ſunt. *Exclamauit itaque om-
nis cœtus voce magnâ ..... & conſurrexerunt ad-
uersùs duos Presbyteros, fecerúntque eis ſicut ma-
lè egerant aduersùs proximum.* Quà ſuper re au-
S. Cyprian. diendus eſt dubius Cyprianus de duodecim
abuſ. ſeculi, c. 9. ſic fatus: *Sciat Rex* (ſciat &
Malus Iudex, quos infrà ſe habuit, ſuprà ſe implacabili modo habebit. quilibet Iudex & Superior) *quòd ſicut in throno
hominum primus conſtitutus eſt; ſic & in pœnis,
niſi iuſtitiam fecerit, primatum eſt habiturus.
Omnes namque quoſcumque peccatores ſub ſe in
præſenti habuit, ſupra ſe modo implacabili
in illâ pœnâ futurâ habebit.* Quid
iuſtius? quid acerbius?
quid atrocius?
O caue!

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCXCV.

Iudicum peccatum nimis peccans, horrendè punitur.

PLutarchus in Conuiuio ſeptẽ Sapientum 1.
Græciæ, dum agitur de gloriâ Principis,
Magiſtratus, ſeu Iudicis, eorum hâc ſuper re
ſententias moraliſſimas his verbis ſapienter
recitat: *Ceterùm Solon paullulum moratus: Mi-* Plutarch.
*hi, ait, videtur hac ratione maximè gloriam con-
ſecutus, ſiue Rex ſiue tyrannus, ſi vnius imperium* *Quanam ſit gloria Principũ ac Magiſtratuum*
*in popularem reipublica ſtatum ciuibus conuer-
tat. Subiecit Bias: Si primus pareat legibus patria.
Poſt hos Thales prenunciauit, eum ſibi Principem
videri beatum, qui natura ordine ſenex moriatur.
Quartus Anacharſis: Si ſolus ſit prudens. Quin-
tus Cleobolus: Si familiarium nemini fidat. Sextus
Pittacus: Si ſubditos Princeps ita condocefaciat,
vt non ipſum, ſed ipſius cauſſa metuant. Vltimus
Chilo; Principem nihil debere meditari mor-
tale, ſed omnia immortalia.* Non ergò benè
hi Senes Magiſtratum geſſerunt, qui *im-
mortalium* obliti, & cælum non viden-
tes, ſtatuerunt oculos ſuos declinare in
terram, & *mortalem* Veneris volupta- Hic verſ 9.
tem meditari, & iniuſtâ morte immor-
talem caſtitatem atrociter mulctare. Quin
& pudiciſſima Suſanna *non ipſorum cauſ-
ſa, ſed ipſos metuit.* Denique etſi valdè
annoſi, non *natura ordine Senes moriun-
tur*, meritiſſimo cruentæ impudicè frau-
dis ſupplicio. O timeant Iudices ſupre-
mum iudicum omnium Iudicem! nam il-
lorum nimis peccat peccatum, indéque acer-
biorem pœnam accerſit.

Ioannis 19. Chriſto iam in cruce recens 2.
mortuo, ſæui carnifices ad conciliandam
Iudæorum gratiam latus eius aperiunt,
& mortuo inſultant. Venerunt ergò mili-
tes, & vtriuſque fregerunt crura. Ad Ie-
ſum autem cùm veniſſent, vt viderunt
eum iam mortuum, non fregerunt eius
crura: *Sed vnus militum lancea latus eius* Ioann. 19.
aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua. v. 34.
Multa multi ſuper ſanguine & aquâ, quæ
de præcordiis Chriſti manarunt. Gran-
de ſane prodigium, cùm vno vulnere
De latere tuo, ô Chriſte, diuerſis limiti- S. Cyprianus Tract. de Paſſione.
bus aqua & ſanguis emanant. Sanguinis
& aquæ ſignificantiam, in Sacramentis Prudentius.
Commentatores inueniunt. Aliter Pruden-
tius: *Traiectus*, inquit, *per vtrumque latus lati-
cem atque cruorem Chriſtus agit; Sanguis vi-
ctoria, lympha lauacrum eſt.* Victoria Chriſti,
an noſtra, an vtriuſque eadem, hoc victoria-
li ſanguine glorioſiùs madet? Verùm S. Cy- S. Cyrillus
rillus Ieroſolym. Catecheſi 13. ita de hâc re Ieroſolym.
eleganter ſcribit: *Ieſus aquam emiſit è latere
vna cum ſanguine fortaſſis propter duas cades, al-
teram iudicantis, alteram verò clamantium .....
Pilatus enim dixit: Innocens ſum, & aqua lauit
manus. Clamantes autẽ dixerunt: Sanguis eius ſu-
per nos. Erant igitur hac duo de latere, fortaſſis iu-
dicanti aqua; clamantibus verè ſanguis.* Nimirùm
quaſi parùm foret, Chriſtum Deum propter
peccata noſtra, & à noſtris peccatis, quæ Dei-
cidas tortores armarunt, viuum ſauciari,

flagellari, crucifigi, occidi; mortuus etiam Chriſtus præcordia atrociter vulneratur (quæ eſt crudelitatis hyperbole) & latus eius lanceæ mucrone inhumanè aperitur, vt aqua lauet iniuſtiſſimi Iudicis maculam, quam putauit manuali poſſe aquâ lauari; & fluente etiam ſanguine abluatur impoſtorũ temeraria verſutia, qui inſultanter clamarunt: Sanguis eius ſuper nos. Itaque tantum fuit ſcelus malè iudicantis, & prauum hoc iudicium malitioſè expetentium, vt emortui iam Chriſti pectus cum corde illius inhumanè transfigat, & quaſi adhuc viuum foret, ſanguinem & aquam effundat. Scilicet redemptio Chriſti morte iam peracta erat, & tamen corde adhuc vulneratur, vt pretioſus manet liquor, quo myſticè mali Iudicis, & ſycophantarum ſcelus expietur. Hem! adhuc poſt conſummatam redemptionem; idonea malè Iudicia medicina ſupereffluit, & vbertim exundat? profectò qui corde ſauciatur eorum nequitiâ, è corde etiam eius balneum ſymbolicè hauriat. Et ſanè notatione digniſſimum eſt, quòd etiam poſt omnium redemptionem abundè conſummatam, adhuc Chriſti ſanguis effundendus detinetur, qui nuncupatim mali Iudicis flagitium myſticè extergat, abluat, emendet. Vtrumque ſcelus Pilati, & Iudæorum inquam, in his Iudicibus veteratoriè ſycophantis tranſparet. Iniquè porrò Suſannæ innocentiam tanquam adulterij ream condemnant: & dum

Exiuit ſanguis & aqua propter duas cades, alteram iudicãtis, alteram eius ſanguinem expetentium.

Hîc verſ. 34. malè damnant, *impoſuerunt manus ſuas ſuper caput eius*, quaſi dicant: Si minùs verè ac iuſtè illam capite damnamus, in caput noſtrum pœna recidat. id eſt: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* quæ fuit recentior Phariſæorum vox. O quàm egebant hoc etiam balneo ſanguinis & aquæ, quæ è latere Chriſti profluxerunt, hi ſceleroſiſſimi veteratoriè Iudices, qui Suſannam damnarunt! Damnationis Chriſti & Suſannæ analogiam, latè ex S. Maximo ſuprà tradebamus.

S. Maximus. Auctor §. 2. n. 66.

3. Dauid nuper rex, in gratiam amiciſſimi Ionathæ, eius filio Miphiboſeth omnem Saülis poſſeſſionem munificè donat. Mox regi filium ſuum Abſalomum fugienti occurrit Siba adminiſtrator facultatum Miphiboſeth cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & cẽtum alligaturis vuæ paſſæ, & centum maſſis palarhatũ, & vtre vini: & per ſummum nefas exiguo muneri mendacium ambitioſè auarum addidit, nempe dominum ſuum Miphiboſeth Ionathæ filium, de regno cogitantem domi remanſiſſe. Quis tam impudens mendacium non ſtatim deprehenderet: cùm Miphiboſeth rebellionem contrà Dauidem machinari, nec poſſet infirmus viribus, & vtroque pede claudus; nec vellet, plurimis à Daui de beneficiis obæratus? Nihilominùs Dauid rex alioqui ſapientiſſimus, & iudex integerrimus, præcipitatâ ſententiâ enormiter iudicauit, reſpondens ad Sibam: *Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth.* Heu, ſic abſque prævio examine in cauſſâ non veroſimili, adulatori, auaro, ac detractori ſeruo creditur aduerſùs innocentem dominum? Principis Ionathæ filius ſic Dauidis iudicio depauperatur, dehoneſtatur, deturpatur? Nec iniuſti ſui iudicij alleuauit culpâ rex Dauid, tandem aiens ad Miphiboſeth: *Tu, & Siba diuidite poſſeſſiones*; ſed iniuſtæ ſuæ ſententiæ acerbiorem ſibi pœnam taxauit. Quod inibi ſagaciſſimè vidit Hieronymus, aut quiſquis eſt auctor Traditionum Hebrai. in libb. Regnm, ſic fatus: *Tu, & Siba diuidite poſſeſſiones. Pro eo quòd in hoc loco Dauid immemor fuit amicitiæ & fœderis, imò & iuramenti, quod habuit cum Ionathâ, & tam crudele dedit iudicium, dicens: Tu, & Siba diuidite agrum; idcircò Roboam & Ieroboam diuiſerunt eius regnum. Miphiboſeth enim in Paralipomenon, Meribaal legitur, & interpretatur: Litigans cum Altiſſimo.* Viderit Princeps ſeu Iudex, qui fert iniquam ſententiam aduerſùs innocentem, quòd eâ non tam innoxium reum, quàm ſe, & ſuam poſteritatem atrociùs ferit, & talionem acerbiùs multiplicat. In ipſâ iniquâ ſententiâ, quâ princeps Miphiboſeth diuidere hereditatem cum Siba eius ſeruo cogitur; diuiſio regni Dauidici inter Roboam nepotem, & Ieroboam eius ſeruum, deſcripta legitur, præmaturo aut vaticinio, aut augurio. O attendant Iudices ad hanc diſſimulatam prophetiam! quale iudicium iniquè fecerint, tale in ſe, vel in ſobole atrociter patientur. Hanc Pſeudoieronymi interpretationem ibidem examinabamus.

3. Reg. 16. v. 4.

2. Reg. 19. v. 29.

Pſeudoieronym.

Iniquâ Dauidis ſententiâ contrà Miphiboſeth, ſuos Roboam atrociter ferit.

Sapientiæ 6. hæ minæ aduerſùs Principes, 4.
& Iudices leguntur: *Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.* Alibi expendebamus, quàm ſit horreodum ſupplicium, quo Iudices à Deo caſtigantur. Nunc autem nouiter enucleate iuuat, quàm ſit feſtinatum huiuſmodi ſupplicium: dicitur enim, *Horrendè & citò apparebit*, &c. Vndè tanta acerbioris mulctæ acceleratio? Quærit? Theodoretus quæſt. 43. in Deuteronomium, quare Moyſes ob minimè graue dubitationis delictum, à Deo excluſus ſit Terra promiſſionis; populus verò grauiùs peccans in eam ſit inductus? Reſpondet: *Per hæc docet nos Dominus, ſe ſummam virtutem à perfectis exigere; & cùm ergà alios homines grauiter peccantes ſit longanimus, ſanctis tamen hanc veniam non concedere. quod quidèm Sapiens dixit aliquis: Tenuiſſimus venia & miſericordia dignus: Potentes autem potenter torquebuntur.* Hem! ergà reliquos ſceleſtos Deus *longanimis eſt*; ſecùs aduerſùs Principum ac Iudicum flagitia? Ita *citò & horrendè* Deus horum punit flagitia, vt cognatam ſibi *longanimitatem* interim diſſimulare, aut quodammodò deſueſcere videatur? Sic in boſce malitioſos Senes, & iniquos Iudices, ira Dei acerbiùs feſtinauit, vt atrocior lapidationis ac frixionis pœna, ſceleri ſtatim ſuccedanea denotetur, diuinæ *longanimitatis* diſſimulatione pœnaliſſimâ!

Sapientiæ 6. v. 6. & 7.

Iudices horrendè & feſtinatè pœnâ mulctantur. Theodoret.

Hîc verſ. 61.

Geneſeos 6. Deus tamquam ſupremus 5.
omnium iudex, & ſcelerum vindex, videns quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, pœnituit eum quòd hominem feciſſet. *Et tactus dolore cordis intrinſecùs, Delebo, inquit, hominem, quem creaui a facie terræ.* Dicitur

Geneſ. 6. v. 6. & 7.

citur anthropopathȏs *pœnitere & dolere*, cùm tamquam iuſtus iudex tot iuſtiſſimas ſtrages edere cogitat, vt impia enormiter ſceleta dignè puniat, ne præſcribat impunita malitia: erudiens humanos iudices de flecti-neſcia in ſontes ſeueritate, & ſimul de

Madeat lacrymis iudex, dum ſuo madet ſanguine reus.

tenerâ compaſſione. Quare *tactus dolore cordis intrinſecùs, Delebo, inquit, hominem.* Refert opportunè Maximus Serm. 6. quòd Bias inter Sapientes quondam opinatiſſimus, damnaturus reum ad mortem, lacrymatus eſt; & cùm ei dixiſſet quiſpiam:

Bias. Maximus.

Quid eſt quòd fleas. cùm penès te ſit vel abſoluere, vel condemnare hominem? Conſultiſſimè reſpondit: *Quia neceſſarium eſt naturæ quidèm condolere, legi autem ſuffragari.*

Omnibus ignoſcat præterquàm ſibi.

Madeat lacrymis Iudex, dum ſuo iuſtè madeat ſanguine reus. Iudicis compaſſio, & pietati & iuſtitiæ ſuffragatur: numquam enim ſæuit, qui dum condemnat, luget. Dictitabat Cato Cenſorinus, *Se omnibus peccantibus ignoſcere præterquàm ſibi.* Benè præuntem ſequere.

Cato Cenſ.

---

§. CCXCVI.

Deus dum acerbiora infligit ſupplicia, fatigari dicitur; fatigetur & Iudex, non delectetur.

1. QVemadmodùm generoſi ac nobiles equi melius facili freno reguntur, (lupatus feritati congruit,) ita Principis clementiam voluntaria hominis natura impetu ſuo ſequitur. Plus itaque hâc viâ proficitur. Crudelitas, & districtus ſemper in ſuppliciis rigor, minimè humanum malum eſt, & indignum hominis animo, quantò magis Deo incongruet. Ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in ſilueſtrem animum tranſire. Cohibenda tamen eſt impudens quorumdam audacia, ne ſerpat malitiæ contagium. Sanè crudelem medicum intemperans æger facit: hæc autem crudelitas non eſt, ſed miſera curatio: nam ſi vitia felici impunitate proſunt, peccabit qui rectè facit. Ergò ſeueritas animaduerſionis neceſſaria eſt; ſed quæ modum æquitatis teneat, & pœnam cunctariùs moduletur: quam districtio minax præcoquat, etſi minæ non proſint, inuitus infligat: atque rei puniendi dolorem ſuo priùs dolore leniat; & oderit culpam, non culpæ reum. Sibi proſpicit, & Deum imitatur, qui iuſtitiam ſic adminiſtrat. Deus enim *tactus dolore cordis intrinſecùs* anthropopathȏs inducitur, cùm è nubibus ruens mundi naufragium durè fulminat.

Iudex ſit ergà ſontes blandè ſeuerus.

Geneſ. 6. v. 6.

2. Iſaias propheta cap. 14. hæc de Diaboli ſupplicio ſcribit: Quomodò cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, &c. *Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Pœnaliſſima ſanè fuit Luciferi cum ſuis Angelis mulcta, & quæ vel inſontibus timorem incutiat. Non diu poſt hoc acerbius ſupplicium, Adamus infidè præuaricatur. Super vtriuſque

Iſaiæ 14. v. 15.

inſolentis flagitij pœnâ, ſic appoſitè ad rem Petr. Damianus philoſophatur: Audi, inquit, quomodò plurimus Deo labor incubuit, cum illum peſſimum Præſumptorem de cælis ad inferna detruſit, & hominem peccato penè ſimili comprehenſum, de paradiſo voluptatis in ærumnoſum immiſit exilium. Quantum putas tumultum in cæleſtibus efferbuiſſe palatiis, cùm mortifer ille vaſtator irreparabile diſſidium in illâ cæleſti curiâ fabricaret, conuentum proſcidit Angelicum, & agmina ſtellantia ſecum traxit in mortem? Deſæuit tunc Omnipotentis indignatio, totáque Diuinitatis dexterâ percuſſus eſt inimicus, & in perditionis deuolutus eſt abyſſum. Huic tam graui damno, tam grauiter vindicato, ſucceſſit & aliud. Peccauit namque ille, qui huic reſarciẽdæ ruinæ fuerat ſubrogatus, propter quem omnia ſubcæleſtia fuerant conſtituta. Peccante autem illo, multum ſplendoris ſidereis detractum eſt luminaribus, totámque elementorum materiam infectio deploranda confudit. (Nota penſiculatiùs verba, quæ magnus hic Doctor tempeſtiuè ſubiicit.) *Nondùm auerſus erat furor Domini, & adhuc manus eius extenta, & dexteram eius ſingulari vulnere fatigatam prouocauit in ſe fragilis & lutoſa ſubſtantia, ſenſitque reliquias fulminei furoris miſer homunculus, & perſonale delictum proſcripſit vniuerſos.* Profundo ſanè ſtilo dixit Petrus Damianus, vulnere ſeueriùs Angelis inflicto, Dei Omnipotentis dexteram *fatigatam*, nimirùm plus dicit, quam ſignificat, dum humano more loquitur. Porrò dextera Dei *fatigata* dicitur, quaſi magno intentiùs & operoſiùs conatu punierit, quod eſt districtioris iuſtitiæ diuinæ negotium, dum iratus Deus acerbiores pœnas ſontibus infligit, tamquam æquus ſcelerum vindex. Dicitur etiam Deus *fatigari* dum ſeuere punit, quaſi volens ſe totum bonitati, miſericordiæ, & benignitati impendere, quare velut inuitus in districtioris vindictæ opere, à ſe alieno, laborat, deſudat, *fatigatur*, quò innuitur quàm grauatè ferat, in peccatores iraſci, illoſque acerbiùs caſtigare. Sudato æſtu aliquandò *fatigatus* ex itinere ſedet Chriſtus Deus, quò beneficentiorem pietatem peccatrici Samaritanæ impendat: Dei autem dextera ſingulari etiam Angelorum vulnere *fatigata* perhibetur, quò excuſetur tamquam iam fatigata & velut laſſa, à mitiori plagâ, quâ homines feriet. Hem! Omnipotentis dextera puniendo *fatigatur*? Hæc Deus. quid eius miniſtri?

B. Petr. Dam. Serm. 53.

B. Petr. Dam.

Omnipotens dextera puniendo fatigari dicitur. quare?

Ioann. 4. v. 6.

Ioſue 10. completis iam Amorrhæorum iniquitatibus, vltrices populi Dei phalanges, commiſſo atrociter vtrimque prælio ferociunt. Iam victor Ioſue malè conciſis Amorrhæis à tergo pugnaciſſimè inſtat: fugatus hoſtis fruſtrà ſalutem pedibus credit. Fugit etiam Sol ad occaſum: & iam iam noctis tenebræ, fugæ incolumis lenocinium hoſtibus ſpondet. Tunc Ioſue imperiali audacia vocem humano faſtu maiorem in cælos vibrat: *Sol,* inquit, *contrà Gabaon ne mouearis, & Luna contrà vallem Aialon. Steteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Quæ verba ſic ad rem noſtram 3.

Ioſue 10. v. 12. & 13.

1

Baſil. Seleuc. Orat. 31.

Seleucienſis Baſilius elucidat: *Prælientibus illis* (Iſraëlitis) *elementa ſuccurrebant, quandò Sol rurſùm lentare doctus victoriam illis præcipiti curſu conficiebat: diurna ſpatia producebat, vt vno ipſo die pugnãtibus trophæum pareret: producebat curſum, vt victoria tempus corriperet, aut potiùs tempus extrahebat, vt ne diuturniore victoriâ Fatigatis moleſtiam crearet.* Nempè cùm de iniquitatibus Amorrhæorum cruenta acerbiùs vindicta ſumitur per Dei populum diuinæ iniuriæ vltorem; cæleſtis Sol memor olim Dei dexteram *fatigatam* ſupplicio Angelorum, curſum in noctem præcipitat, non quaſi productiorem victoriam Dei populo, Miniſtris Dei inquam, inuiderit; ſed ne illis cruentâ acerbiùs vindictâ *fatigatis moleſtiam crearet.* Victoriáne, quæ eſt humanarum felicitatum maxima, victores *fatigat?* Imò glorioſè recreat. At glorioſa victoria, dum eſt vltrix enormiter peroicies, ferociores etiam Dei miniſtros, & duros illius exactores, de piâ imperantis indole *fatigat:* & quantùm victorialis gloriæ affert, quia diuinæ iuſtitiæ obſequitur, tantùm erogat *fatigationi*, quia cruentè vltricem exhibet ſe ſe. Ergò & dextera Dei *fatigatur* vltione Angelorum; & eius Miniſtri iuſtiſſimâ & optatiſſimâ Amorrhæorum victrici vltione *fatigantur*: ne pœnali vindictæ deſit *fatigatio*, pietatis index, & illuſtre bonitatis documentum.

Dei populus victoriali vltione etiam fatigatur.

4\. Iſaiæ 1. v. 24. Foretius. Sanctius.

Iſaiæ cap. 1. ita ſcribitur: Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël: *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Illud autem *Heu.* non oſtendit exultare Deum, & quaſi triumphare de hominum exitio, vt putauit Foretius; ſed dolere quòd eò adactus ſit, vt ſupplicium vſque adeò durum ſumpturus ſit de illis, quos tam anteà molliter complexus fuerat. Oſtendit ſanè vox *Heu* animum ad ignoſcendum, & bene merendum pronum, qui ſi aliquandò cogitur in alterum ſæuire, id facit adeò inuitus, vt à ſuo ingenio, atque adeò à ſe ipſo totus abeat. Et quidèm dictiuncula *Heu* vox gementis eſt: exprimítque quod paſſim in foſſore, ac latomo videmus, qui cùm grauiores ictus meditantur, illorum impetum & conatum comitante gemitu naturaliter ſignificant. Sic etiam fiſſores lignorum grauem daturi ictum, cum gemitu & ſuſpirio eum eliciunt. Sed benè Cornelius indidèm obſeruat, quòd vox *Heu dolentis eſt, Conſolabor gaudentis.* Monſtri adinſtar eſt, de eâdem re ſimul *dolor & gaudium.* O diuerſiſſimos in Deo affectus, dum hominem duriùs caſtigat! Dolore *fatigatur*, & gaudio *conſolatur*, dum hominem ſuppliciis acerbioribus emendat. *Dolor* gaudium temperat, ne diu ira exardeſcat; & *gaudium* dolori immerſum infligendæ plagæ amaritiem diluit. *Gaudet* Deus cum Dei populo in hoc iuſtiſſimè peracerbo Seniorum ſupplicio: *doloris* autem indicium eſt, quòd Angelum ad vltionem paratum remonet, & vltionis infligendam pœnam extraneo Nabuchodonoſori permittit, vt antedixerat Ieremias.

Dolet Deus, & ſimul gaudet cùm acerbiùs punit.

Cornelius.

Hic verſ. 61. Ierem. 29.

Prouerbiorum 1. Salomon diuinam Sapientiam inducit tamquam hominum rectricem peritiſſimam. Sed quia nonnulli leges eius, eiuſdémque conſilia neglexerunt, acerbum illis iudicium comminatur, ſic illud duriùs exaggerans: Vocaui, inquit, vos, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id, quod timebatis, aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit.* Hebraicè eſt, cùm aduenerit *pauor, horror, ſtupor*, id eſt, cùm venerit terribilis clades, quam pauebatis, horrebatis, & ad cuius vehementiam obſtupeſciti s. Pro *in interitu*, Hebraicè eſt, *in confractione*; Aquila, *in inũdatione*; LXX. interpretes, *in perditione*. Peracerbus ſanè diuinæ iuſtitiæ rigor aduersùs ſceleroſos ſontes! Tantæne animis cæleſtibus iræ: Sed quis de Diuinâ benignitate non ſibi perſuadeat, quòd Deus tactus dolore cordis intrinſecùs, ſuam vim duriùs ſcelerum vltricem exerat? Sed, ô malum! *Ego*, inquit, *in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.* Lucifer Calaritanus in Apologiâ pro S. Athanaſio, & S. Cyprianus lib. de Singularit. clericor. legunt, *Gratulabor aduersùm vos.* Viuacius B. Antiochus homil. 38. de Inobedientiâ vertit: *Quia vocaui, & non obediuiſtis, ſed irrita feciſtis conſilia mea, igitur & ego veſtræ perditioni inſultabo.* Hebraicè pro *ſubſannabo*, eſt, *balbutiendo & blaſè loquendo, vos irridebo.* Hebræum enim verbum ſignificat blæſitatem & balbutiem, indéque irriſionem, quæ per ea fieri ſolet. S. Auguſtinus Tract. 33. in Ioannem, non *ridebo*, ſed *ſuperridebo* excribit, ſic fatus: *Inter deſperationem & ſpem fluctuat animus. Metuendum eſt ne te occidat ſpes, & cùm multùm ſperas de miſericordia, incidas in iudicium. Metuendum eſt rurſùs ne te occidat deſperatio, & cum putas iam tibi non ignoſci, quia grauia commeſiſti, non agas pœnitentiam, & incurras in Iudicem Sapientiam, quæ dicit: Et ego veſtræ perditioni ſuperridebo.* Heu quàm acerbè punit Dei *Iudex Sapientia*, quæ reis pœnaliſſimè caſtigandis *ridet, ſuperridet, irridet, ſubſannat, inſultat!* Hæc furoris hyperbole, & extremæ iracundiæ emphaſis eſt. Sed anthropopathôs de benigniſſimo Deo Scriptura loquitur, vt diuinæ iuſtitiæ rigores exaggeret; & peccatoribus pauorem incutiat.

5\.

Prouerb. 1. v. 26. & 27.

Hebræus.

Aquila. LXX. Interp.

Cuinâ Deus aduerſus peccatores puniendos gratulatur.

Lucifer Calaritanus. S. Cyprianus. B. Antioch.

Deus balbutiendo, & blaſè loquendo, condemnat, & punit

S. Auguſt.

Sapientia Iudex dũ peccatores acerbè punit, eis irridet & inſultat.

---

§. CCXCVII.

Impunitas, delinquendi libido eſt: ergò de diuinâ Iuſtitiâ Iudices ad ſeueritatem erudiantur.

1\. Innoc. diſt. 83. c. error.

AVdiant Reipublicæ Præſides ſummum Eccleſiæ Præſulem Innocentium: *Error, cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cùm non defenditur, opprimitur: negligere quippè cùm poſſis deturbare ſuperbos, nihil eſt aliud quàm fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori, cùm poteſt, deſinit obuiare.*

Sciat,

Sciat, ſciat Iudex, quòd flagitium, cui non reſiſtir, ptorsùs approbat, & apptobatione admittit. Reus eſt clancularij conſortij cum ſceleſtis, quiſqnis ſcelera graſſari diſſimulat. Hæc Iudicum deſidia, vitiorum animoſitatem nutrit, & omnem prauitatem fouet. Præfectorum diſſimulatio calcar addit ad malum, quod impuoitate inſoleſcir. Impunè delinquere, licentia ad delinquendũ eſt, & facinorum priuilegium. Ergò pœnalis terrot perpetrandis facinoribus terroré incutiat; & pœna duriùs inflicta culpas delinquentium expier, & ſpectatores metu coërceat. Acerbius ſupplicium, ſæuitia videtur in reũ, & mera pietas eſt erga vniuerſos, à quibus impietatem potentiùs arcet. Bonis oocet, quicumque parcit malis. Genus pietatis eſt hâc io re eſſe crudelem. Bono iuſtitiæ ptoxima eſt ſeueritas. Cùm vitia impunitate approbantur, peccat qui tectè facir. Quid puſillanimem inertiam cautæ prudentiæ penicillo colotas? Tenuis eſt omnis fictio, & facilè traſparet.

Iudex qui nõ reſiſtit ſceleribus, illa fouet.

2. Geneſeos 3. Protoparentibus mottem Deus interminat, ſi de ligno vetito ederent. Statim adeſt maleſuadus ſerpens, totus malo Dæmone imbutus, & magoificis promiſſionibus diuini præcepti tranſgreſſionem Euæ ſuadet: *Eritis*, inquit, *ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Ergò mulier poſt altercatiooem cum ſerpente Dæmone, & pomi ſuauiter edulis lenocinio, & ambitione Diuinitatis ſeducta, tandem comedit. Euæ comedenti Adamus adeſt, & illi adſimilem eſum ſuadenti facile annuit: *Et tulit* mulier *de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.* Miriſſimum ſanè eſt, tam facile Adamum præuaricationi aſſenſiſſe, & mortis à Deo comminatæ periculum ſubiiſſe. Mulier dudùm noonihil Dæmonia ſuggeſtioni reſtitit; Adamus autem nec tantillum reſiſtit; ſed protinùs ſuaſionibus adnuit. Licèt parum curauerit de offenſâ Dei; debuit ſaltẽ ſollicitus eſſe de pœnâ incurrendæ mortis, Dei ore ſeueriùs interminatâ. Sic mortem ſibi ac poſteris ſubeundã Adamus negligit? an Deum, cuius omniſcientiam affectat, fallacem reputat? S. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei. c. 11. cenſet, Adamum eò quòd non eſſet expertus Dei in puniendo ſeueritatem, putaſſe veniale eſſe hoc ſuum peccatum, facilèque ſe illius veniam à Deo impetraturum. Hem! præſumptio de bonitate Diuinâ ad veniam facili, lenocinium peccandi eſt: Sic ſuã ſibi Deus bonitate ac clemẽtiâ quodãmodò detrahit? an homo eſt malus, quia Deus bonus eſt? Æquũ eſt, vt ſæpè Deus oſtendatur peccatoribus iratus, ne homo diuinæ clemẽtiæ abuſu flagitiis inſoleſcat: & indè peccandi laxet habenas, vnde peccandi lupatũ mordere debuiſſet. Aliter ad rem ipſe Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad litteram, cap. 30. ita ſcribit: *Deditque viro ſuo, qui comedit. Nec ſuaderi iam opus erat viro, quãdò illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* Scilicet comminatæ mortis horrore tenebatur Eua, ne edule pomum tangeret, & vel Diabolo ſuaſore indiguit ad eſum, quandiu infligendæ pœnæ terror imminebat. Adamus autẽ nõ egebat Diabolo ad eſum inſtigatore, nec ambitioſâ omniſcientiæ ſpe à Diabolo ſagaciùs proponendâ; imò nec blandâ mulieris ſuaſione; quandoquidèm poſt eſum, illam *non fuiſſe mortuam* oculis cernebat. Nimitùm impunitas delinquendi, ad inſolentiùs delinquendum potentior ſuadela eſt, & gratum patrandorum ſcelerum lenocinium. Ceſſet, ceſſet tentator Diabolus, & faceſſant tentamentorũ fraudes, quæ ſuperuacaneæ, & languidæ ſunt, vbi maleſuada impunitas adeſt. *Nec ſuaderi iam opus erat viro, quandò illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* Interminatæ pœnæ opinata ceſſatio, impotentior ad delinquendum tentatio eſt. O time non timere! fefellit, fefellit hos Senes cruẽtè ſalaciſſimos, de ſecreti aſylo exiſtimata impunitas. Numquam, opinor, ſic auderent temerariè, ſi auſum temerariũ durâ lapidatione, & torridâ frixione luendum præuidiſſent. Putabant Iudices à nemine iudicandos; ſed potente Potentior eſt alius; & Deum Iudicem quis effugiet? Præſumpta impunitas, ſceleroſiùs audendi temeritas fuit.

Geneſ. 3. v. 6.

S. Auguſt.

Impunitas opinata, acrior contatio eſt, & delinquẽdi ſuadela.

S. Auguſtin.

Hic verſ. 61.

Pſalmo 74. ſic pangit Propheta regius, Dei 3.
In puniendo ſeueritatem: Quoniam, inquir, Deus Iudex eſt, hunc humiliat, & hunc exaltat: *Quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fax eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terra.* Quis eſt iſte diuinæ iuſtitiæ calix vini *meri* plenus miſto? Sanè vtrumque ex alterutro redarguitur, aut non eſſe *merum*, quod *miſtum* eſt; aut non eſſe *miſtum*, qui *mero* plenus eſt: merum enim miſturam excludit, & miſtio merum diffitetur. *Siquidèm cùm illud merum appellauit, inconſiderati eſſet illud rurſus miſtum nuncupare*, vt Græci Patres in Commentario adnotarunt; qui ſic locum elucidant: *Calici autem ac vino comparat iudicium: vino quidèm mero; quia vinum inebriat, & aberrare facit, eos præſertim qui purum biberunt; ſicut etiam videre licet accidere iis qui diuini iudicij pœnas experiuntur.* Heu pœnaliſſimum ſupplicium inſtar vini meri largiùs epoti, caſtigatum *inebriat, & aberrare facit!* O quàm dura eſt pœna dignè ſceleribus inflicta, quæ vice emendationis vel attonitum & ebrium *aberrare facit!* Et poſt pauca addunt propiùs ad rẽ: *Idem autem eſt merum & miſtum: quia miſtũ quidèm vocat plenitudinem, merum verò ſupplicij auſteritatem. In manu autem eſt propter ſupplicij promptitudinem. Subiungit calicem ſupplicij minimè euacuari: ſiquidèm non euacuatur propter multitudinẽ eorũ qui potantur, ſed plenum manet etiam poſt exinanitionem; & cùm omnes peccatores potauerint, manet indeficiens.* Itaque τὸ *miſtum*, non ſignificat miſtionem, ſed *meri plenitudinem*: quia ſæpè durius ſupplicium non ſolùm duris & acerbis conſtat, ſed etiam blandis fortunæ lenociniis miſcetur; quod grauius, pœnalius, & infelicius eſt, abuſu felicitatis: vndè quæ videtur fortuna proſperior infortuniis admixta, exaggeratior pœna eſt, & ſupplicij plenitudo cumulatior. Et quod mirere magis, quantumuis multi his pœnarum fæcibus potentur, *non euacuatur* hic potus fæculentus, ſed *plenus manet etiam poſt exinanitionem; & cum omnes peccatores potauerint, manet indeficiens.* Proh, qualis quantáque eſt pœnarum abyſſus, quæ poſt *exinanitionem*, adhuc *indeficiens* ſcaturit! Sanè *horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.*

Pſalm. 74. v. 9.

Græci Patr.

Rigor diuinæ pœnæ ſæpè inebriat, & aberrare facit.

Felicitas eſt aliquãdò ſupplicij portio.

Suppliciorum abyſſus, etiam poſt exinanitionem manet indeficiens.

P. Didac. Celada in Suſannam.

4 *Pſalm. 77. v.65.* Pſalmo 77. regius Propheta recenſens innumeras ſtrages rebelli populo duriter inflictas, ait: *Et excitatus eſt tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.* Vbi *Heſychius.* Heſychius in Catenâ Græcorum Patr. *Crapula autem qualis? à vino, quæ potantibus congruit; qui poſt vinum exurgentes magis impetuoſi exiſtunt. Sic etiam Deum poſt longanimitatem aduersùs eos qui hanc non animaduertunt, vehementiorem fore ſperamus.* Addit *Heracleot.* Heracleotes in Commentatio. *Itaque vt longanimitatis intenſionem oſtendat, ſermoni quoque crapulam adiecit: ac ſi dicat: Et exurrexit Dominus tamquam potenter dormiens, & crapulatus à vino, id eſt: Cùm hæc paterentur, negligens eos, &c.* Multa hîc Propheta perſtringit, quæ vltricem Dei iram eſſe acerbiſſimam oſtendunt. Primò ponitur dicitur poſt diotutnam & *longanimem* ſcelerum patientiam, quæ in die iræ iram theſaurizat. Dein tamquam ebrius, non tam ratione agere, quàm *impetu*, vocabuli abuſu, qui pœnam exaggeret. Et quod magis iuſtitiæ rigorem oſtendit, tamquam *negligens* tot ſtrages videtur edidiſſe. Quod in Hebræo textu viuaciùs exprimitùr: nam pro *τὸ crapulatus à vino*, ſub- *Hebræus.* eſt vocabulum, quo ſignificatur, *exultans* ſiue *cantans præ lætitiâ à vino concepta.* Scilicet quaſi per iocum & *neglectum exultando* cruciare, titubatio tolerantiæ eſt, & exacerbandi emphaſis. Vndè ſapienter cum ſarcaſmo clamat Sapientia ſceleratos alloquens: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* Auguſtinus Tract. 33. in Ioannem, *ſuperridebo*, id eſt, effuſiùs ridebo. Cyprianus, *gratulabor aduersùm vos.* Quid æquè acerbum & intolerabile in ſeuero Iudice, quàm duriter punire, nec ſeriò pœnam moleſtiorem infligere, ſed quaſi per iocum, & velut rem *negligens, exultans præ lætitia à vino conceptâ, ſubſannans, ſuperridens*, & intolerabili cruciamento, ſibi exultim *gratulans*? Tantæne animis cæleſtibus iræ? O, ab irato Deo pauidè time!

Deus acerbiùs peccatores punit, quaſi pœnam negligens, & ſuperridens atque de pœnâ ſibi gratulatus.

Prouerb. 1. v.26.

5 *Prouerb. 24. v.22.* Prouerbiorum 24. Salomon ſic nos erudit: Time Dominum, & Regem: *Quoniam repentè conſurget perditio eorum* (actiuè, id eſt, ab eis) *& ruinam vtriuſque quis nouit?* Scilicet *ruinam*, id eſt, punitionem à Deo & Rege infligendam quis nouit? Hebraicè, clades, contritio, exitium certum & ineuitabile, à quo nulla obtigit liberatio vel redemptio, ignota & inopinata hominibus ſunt, & ob illorum magnitudinem, & quia repentè obueniunt. *LXX. Interp. Caten. Græc.* Auctor Catenæ Græcæ ex LXX. Interpretibus, ſic locum excribit, & exponit: *Repentè namque de hominibus impiis vindictam & pœnam exigunt Deus & Rex: modum autem & rationem ſuppliciorum vtriuſque quis intelligit?* Nimirùm de his duobus Senibus crudeliter impiis, & ſalaciter mendaciſſimis *repentè vindictam & pœnam exigunt Deus & Rex.* Repentè quidèm: nihil enim minùs cogitabant, qui in aſylo iudiciariæ poteſtatis ſecuri, toti erant in moliendo & exequendo innocentis Suſannæ excidio. Vndè Syrus vertit, *Numerum annorum eorum quis nouit?* Quin & *Deus* luridâ cruentæ lapidationis pœnâ hos duos Senes mulctauit: *Rex* autem Babylonis tortidâ eos frixione ad interitum vſtulauit, Ieremiâ teſte. *Modum autem & rationem ſuppliciorum vtriuſque quis intelligit?* Opinor, hæc meritiſſima acerbitas, eorum vix culpam adæquat; omnem autem humanum ſenſum & æſtimationem traſcendit, cum *modus* cruciamentorum, & ſuppliciorum *ratio*, longè hominum cenſum excellant. Secura ſcelera timeant *Regem, Deum* timeant, repentinum eorum vltorem. quod ſuo malo hi ambo nequam Senes experti ſunt.

Modũ & rationem ſuppliciorum vtriuſque Senum quis æſtimet?

Syrus.

Ierem. 29. v.22. & 23.

6 *S.Chryſoſt. 1. Reg. 2. v.26.* Audiendus eſt Chryſoſtomus homil. 28. ad populum Antioch. qui exemplo Heli, ſe cenſet vrgeri in die iudicij: *Nullus*, inquit, *præſentium diuitum illic mihi patrocinabitur, cùm arguar, & accuſabor, tamquam Dei leges non congruâ cum acrimoniâ aſſeruerim. Hoc enim & admirabilem illum Senem* Heli, *vitam exhibentem inculpatam perdidit. Sed tamen quoniam Dei leges conculcantes neglexerit, cum filiis fuit punitus, & atroces pœnas dedit.* O! atrociter punitur Iudex, alioqui innocens, qui ſontes acerbiùs non punit?

Atrocitèr punitur, qui ſontes nõ punit.

---

§. CCXCVIII

Finalis iudicij mala dies, nimis omnibus timenda eſt.

1 *S.Bernard.* AVdi ſuper extremi Iudicij acerbitate, plangentem, imò horreſcentem S. Bernardum Serm. 16. in Cant. Paueo gehennam, inquit, paueo Iudicis vultum ipſis quoque tremendum Angelicis poteſtatibus. Contremiſco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elemẽtorum, à tempeſtate valida, à voce Archangeli, & à verbo aſpero. Contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad eſcam. Horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum. Horreo tenebras exteriores..... Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, *vt præueniam fletibus fletum*, & ſtridorem dentium, & manuum pedúmque dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, vrentium, nec conſumentium. Hactenùs ille. Profectò niſi *fletibus præueniatur* Iudicij finalis acerbitas, quis ſolpes euadet? *A dextris* (ait Anſelmús) *erunt peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita Dæmonia, deſuper Iudex iratus, foris mundus ardens, intùs conſcientia vrens. Heu miſer peccator ſic deprehenſus quò fugies? latere enim erit impoſſibile, apparere intolerabile.*

Finalis iudicij acerbitas expenditur.

S. Anſel. lib. de Simil.

2 Matthæi 5. ſic nos præmonet Christus ad iudicium: Eſto conſentiens aduerſario tuo (*Syrus.* Syrus, actori, vel *domino litis tuæ*) citò dum es in viâ cum eo: ne fortè aduerſarius tradat te iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. *Græcus.* Græcè *proiiciaris*, quaſi in ergaſtulum, locúmque pœnarum. *Amen dico tibi* (certò tibi aſſeuero) *non exies indè, donec reddas nouiſſimum quadrantem.* Hic aduerſarios vel eſt Conſcientia, ita Athanaſius q. 16. ad Antiochum: vel *Diabolus*, ita Tertullianus lib. de Animâ: vel *Deus* ipſe, eiúſue lex, ita Auguſtinus, Anſelmus, & Beda. Summa ſignificatur

Athan. incertus. Tertull. S.Auguſtin. S.Anſelmus. Beda.

Nemo credit quàm districtè indicat Deus, & quàm ſeuerè punit.

nificatur hîc per *quadrantem* minimi pretij nummus, & per eum indicatur omne culpatum debitum etiam minimum, rigidè vſque ad vltimum obolum cuique luendum & perſoluendum eſſe poſt hanc vitam, ex ſupremi Iudicis ſententiâ diſtrictiùs ſeueriſſimâ. Vndè

Cornel. ibi.

poſt funera, aiebat ille apud Cornelium: *Eò loci ſum, vbi omne debitum exactè rigidéque computatur, & ne vel bilum condonatur.* Lugubris etiam illa vox apud eundem reſonat: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quàm districtè indicat Deus, & quàm ſeuerè punit.* Audiendi ſunt Græci Patres in Commentario

Pſalm. 6. v. 1. Græci Patr. in Commentario Corderij.

Pſalmi 6. ad illud: *Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Quaſi dicat: Ne exigas à me vindictam peccatorum, nec delicta perſequaris; paternè me corripias, non ritu iudicis; medici more, non tortoris; ne admetiaris vindictam peccato.*

Deus vindictam peccatis admetitur, & ne vel bilû condonat.

Itaque Dauid ſupplex & lachrymis infuſus intentiùs Deum rogat, ne cùm in tremendâ ſupremi iudicij die, viuorum atque mortuorum omnium Iudex appareat, ſic rigidè agat, vt non tam delicta æquè punire, quàm velut hoſtili furore *vindictam peccatorum* ſumere videatur, & *tortoris* ritu eorum ſtrages edere. Quod certè fiet, ſi *vindictam admetiatur peccato*, quod eſt *nouiſſimum quadrantem reddere.* Proh! æquiſſimè ſeueriſſimus Iudex in tremendâ illâ die *vindictam peccatis admetietur*, qui erat Prophetæ timor, & pœnarum meta! O time, vel potiùs caue, ne ſubſit quod ibi timeas! *Nemo credit quàm districtè indicat Deus, & quàm ſeuerè punit.* Ibi, ibi, inquam, *ne vel bilum condonatur.*

5. Pſalmo 48. de Spiritu ſancto edoctus, ſic Dauid ſapienter occinit: Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam. Et quæ eſt hæc *propoſitio* corde ſapienter meditata?

Pſalm. 48. v. 6.

Cur timebo in die malâ? iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute ſuâ, &c. Alij ſcribunt, *Cur timebo in die maligni, mali?* quo nomine malus Dæmon appellari ſolitat. Non conuenit inter Expoſitores quæ ſit hæc *dies mala*, ſeu *maligni*, aut *mali*, quam ſic panidè Propheta

S. Baſilius. S. Ambroſ. S. Auguſtin.

timet. Baſilius, Ambroſius, & Auguſtinus per *diem malam* accipiunt diem nouiſſimi iudicij, ob extremam calamitatem, quæ tunc hominibus obueniet. Audiendus eſt Theodoretus

Theodoret.

indidem in Catenâ Græcorum Patrum, ſic fatus:

Ad Rom. 2. v. 6.

Timeo & tremo diem retributionis, in quo iuſtus Iudex reddet vnicuique ſecundum opera eius. Timoris huius cauſſa mihi eſt malè acta vita Vel incipit per interrogationem, vt etiam reſponſum accipiat. Cur timebo? vbi interpungendum eſt, vt ſit ſenſus: Si quis interroget me cauſſam, ob quam timeam, audiat confidenter, eſſe diem quemdam malum, quem formido: metuo autem ne in die illâ inæqualitas calcanei mei circumdet me. Me igitur circumdabunt opera mea praua quæ commiſi, vndique me cingentia, & non permittentia ſupplicium euitare.

Dies iudicij, dies mala, & dies Maligni dicitur.

Ecce qui de conſcientiæ ſuffragio anceps hæret quid timere poſſit, timet & tremit diem iudicij, quam *diem malam*, ſeu *diem maligni* vel *mali* appellat. Eheu! dies iudicij, quod ſubibimus, dies *Maligni*, id eſt, Diaboli eſt, an Dei irati dies? *Dies mala* abſolutè dicitur, quæ etſi damnatos culpat, prædeſtinatos beat? Hanc diem Propheta ad reliqua intrepidus, ſic *timet* ac *tremit*? Quid timet? *iniquitatem calcanei*, id eſt, *calcanei inæqualitatem* timet. Hanc autem timendi cauſſam magis inibi eſtenuat Ambroſius, aiens, *Reor iniquitatem calcanei magis lubricam delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti.* Hem! in die iudicij vel *lubricum delinquendi* ſic timet ſanctiſſimus Propheta, vt eo *circumdari, cingi*, & obſideri contremiſcat? Præterita etiam ad delinquendum potentia, ſic iudicandos miſerè angit?

Vel lubricum delinquendi timebitur in die iudicij. S. Ambroſ.

Malachiæ 3. Ecce ego, inquit, mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Plures expoſitores cum Auguſtino hæc intelligunt de die iudicij: Hebræi (ait ibi OEcumenius) hoc quod dicitur: Mittam Angelum meum, ad Eliam referunt. Quod verò ſtatim ſequitur: Veniet ad templum Dominator, Antichriſto coaptant, quem pro Chriſto in fine mundi ſuſcepturi ſunt. Pergit Propheta: *Et quis poterit cogitare diem aduentûs eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & emundans argentum*, &c. Pro τὸ *quis poterit cogitare?* Pagninus vertit, *quis ferre poterit diem quando veniet?* LXX. Interpr. & Chaldæus, *quis ſuſtinebit?* Cornelius ſic ex Hebræo vertit, *quis feret, quis ſuſtentabit, quis metietur, quis comprehendet?* Meritò in hunc ſecundo Chriſti Iudicis aduentu, *cogitare* & *ferre* velut ſynonyma ponuntur: *ſuſtinebunt* enim tunc peccatores, quantùm *cogitatione metiri* vix poſſunt. Appoſitè ibi OEcumenius: *Quis poterit cogitare*, inquit, *diem aduentûs eius? &c. Cum quantâ gloriâ & maieſtate venturus ſit, ſi nemo poteſt cogitare, quis poterit ſtare? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & peccatores exurens. Ignis enim in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Hoc igne conſumuntur ligna, fœnum, ſtipula.* Ecquis *metiri* poterit irati Iudicis rigores, quos vel mentis audaciâ aſſequi *cogitando* non valet? O immerata tunc pœnarum menſura, quæ audaciæ *cogitationis* permittitur! Mentis vires *cogitando* exere, & quantumuis audeas, non æquè *metiris* pœnaliſſimos angores, & peracerbos cruciatus, quos tunc peccatores ſuſtinebunt. Vnde addit, *Quis ſtabit ad videndum eum?* id eſt, quis erit vſque adeò obſtinatus, quem illius terribilis aſpectus non debilitet, ſternat & frangat? Quis vſque adeò rebellis, cuius animum ignea vis oculorum non ſufflammet? Quis non liqueſcat, non tabeſcat, ſicut plumbum & ſtannum liqueſcunt & tabeſcunt coram igne ardentiſſimo? Sic nuper laudatus Auguſtinus exponit illud Iſaiæ: *Si abluerit Dominus ſordes, &c. in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.* Sic hoſce Senes ſordidè & ſceleroſè Iudices, Deus per Danielem iudicauit *in ſpiritu iudicij*, præcoquâ diſtrictiùs auctoritate; & *in ſpiritu ardoris*: non enim tantùm lapidati ſunt, ſed & Babylonicâ friſione toſti, quod in multorum ſententiâ Ieremias fuerat ſeuerè comminatus.

4. (margin, beside "Malachiæ 3.")

S. Auguſtin. l. 20. de ciuit. c. 25. OEcumen. Malach. 3. v. 2. Pagninus. LXX. Interp. Chaldæus. Cornelius. *Calamitatem poſtremi iudicij, cogitatione metiri non poſſumus.* OEcumen. Pſalm. 49. v. 3. Iſaiæ 4. v. 4. Hic verſ. 61.

5. Sophoniæ 1. hæc minax Dei vox auditur: Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt omnes inuoluti argento. *Et erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſalem in lucernis*: & viſitabo ſuper viros infixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. Prouerbiali formâ exactè ſcrutaturus dicitur omnes angulos & latebras, ne quis ſe abſcondat, & iram euadat. Quod de die iudicij plures interpretantur, quando Deus ſcrutabitur arcana locorum & mentium, ac reuelabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, vt loquitur Paullus: tunc enim etiam de minimo verbulo otioſo, & de ſubtiliſſimis abditè cogitationibus rationem à quolibet diſtrictiùs exiget. Grauiſſimè S. Bernardus ſerm. 55. in Cantica: *Timete*, inquit, *ſcrutinium Iudicis, timete illum qui per Prophetam dicit: Et erit in die illâ, & ego ſcrutabor Ieruſalem in lucernis. Acuto viſu eſt, nihil inſcrutatum relinquit: oculus eius ſcrutabitur renes & corda, ipſáque cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutam in Babylone, ſi in Ieruſalem manet ſcrutinium? Puto enim hoc loco Prophetam Ieruſalem nomine deſignaſſe illos qui in hoc ſeculo vitam ducunt religioſam, mores ſupernæ illius Ieruſalem conuerſatione honeſtâ & ordinatâ pro viribus imitantes; & non velut hi qui de Babylone ſunt, vitam in perturbatione vitiorum ſcelerúmque confuſione vaſtantes. Denique illorum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, & non egent ſcrutinio, ſed ſupplicio. Mea autem (qui videor monachus & Ieroſolymita) peccata certè occulta ſunt, nomine & habitu monachorum adumbrata: & idcircò neceſſe erit ſubtili ea inueſtigari diſcuſſione, & quaſi admotis lucernis in lucem prodi, iuxtà illud Pſalmi: Cùm accepero tempus, ego iuſtitias (id eſt, vias iuſtorum) iudicabo. Verendum valdè, cùm ad hoc ventum fuerit, ne ſub tam ſubtili examine multa noſtra iuſtitia (vt putantur) peccata appareant.* Longulè, ſed ad rem moraliſſimè Bernardus, qui protinùs remedia ſubdit, quibus hoc Dei ſcrutinium, & diſtrictius inde iudicium, præuio iudicio noſtro anticipemus: *Si nos ipſos dijudicauerimus, non vtique iudicabimur.*

Sophon. 1. v. 12.

1. Cor. 4. v. 5.

S. Bernard.

In die iudicij Deus Ieruſalem ſcrutabitur in lucernis.

Pſalm. 74. v. 3.

§. CCXCIX.

Sacræ Sanctorum exuuiæ, & pœnitentiæ inſtrumenta, immenſitatem æmulantur: ſunt pignora & ſemina æternitatis, atque libidinis antidotum.

1. SAcra prophetæ Samuelis oſſa ſub Arcadio Imperatore, anno Domini 406. ex Iudæâ, magnâ & Imperatoris & populi pompâ & deuotione, tranſlata ſunt Conſtantinopolim. Quare S. Hieronymus ſcribens contra Vigilantium (quem nunc Hæretici ſequuntur) docet eius & ceterorum Sanctorum lipſana ſiue reliquias fidelibus eſſe venerandas: *Sacrilegus*, inquit, *eſt nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa* B. Samuelis longo pòſt tempore de Iudæâ tranſtulit in Thraciam? *Omnes Epiſcopi non ſolùm ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam & diſſolutos cineres ſerico & vaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tantâ lætitiâ ſunt iocundati quaſi præſentem viuentémque Prophetam cernerent atque ſuſciperent, vt de Palæſtinâ vſque ad Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laude vna voce reſonarent?* Vide quanto honore, reuerentiâ, ac religione æſtimandi ſint diſſoluti cineres, & ſacra oſſa eius, qui ſui parte potiori cælos incolit; & quæ tandem rediuiuâ natiuitate empyreâ gloriâ potiuntur in cælis. Viuos reputant populi ſacros cineres eorum, quorum animæ in cælis æternùm viuent, cum illis pariter victuros. Exindè Chriſtianus populus in Sanctorum exuuiis, *quaſi præſentem viuentémque* Sanctum *cernunt, ſuſcipiunt*, ſupplicant, venerantur.

S. Hieron.

Quàm honorare ſacri Sanctorum cineres ſint venerandi.

Geneſeos 28. de matris conſilio, offenſi fratris iras fugit Iacob. Et cùm in Meſopotamiam pergeret, veniſſétque ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, *tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco.* Vidit tunc in ſomnis myſticam illam arcanè ſcalam, & loquentem Deum largè ſibi beneficum. *Surgens ergò Iacob manè, tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper.* Nempe lapidem illum, ſiue ſaxum in quo dormierat, eleuauit Iacob, erectúmque ſtatuit, vt eſſet monumentum viſionis & apparitionis ſibi factæ; fuditque oleum deſuper in ſignum conſecrationis, ait Abulenſis. Ceterùm ethicâ animaduerſione digniſſimum eſt, quòd Iacob, qui eſt Iuſtorum typus, tametſi opulentæ & generoſæ familiæ iam princeps, in nudâ humo cubuerit, & ad auſteriſſimorum pœnitentium exemplar, pro molli puluillo, prædurum lapidem capiti ſuppoſuerit. Inde etiàm huic forſan lapidi tanta veneratio. Non enim tantùm Sanctorum exuuiis, ſed pœnitentiæ diſtrictioris & auſterioris inſtrumentis exhibetur. Quâ ſuper re audiendus eſt Auguſtinus ibi q. 84. ſic fatus: *Quòd ſtatuit lapidem Iacob, quem ſibi ad caput poſuerat, & conſtituit eum in titulum, & perfudit illum oleo, non aliquid idololatriæ ſimile fecit. Non enim vel tunc vel poſtea frequentauit lapidem adorando, vel ei ſacrificando.* Itaque vel ipſe Iacobus ſuæ diſtrictioris auſteritatis ac mortificationis inſtrumenta ſic religiosè colit, & reuerenter veneratur, vt neceſſariùm duxerit Auguſtinus anticipatâ cautelâ præmonere, tantum rudioris ſaxi cultum minimè idololatriam ſobolere. Hem! ſic vel ipſe Iacobus ſuæ mortificationis inſtrumenta honorat, de attactu colenda, de auſteriori duritie veneranda? Tantâne veneratione ac cultu dignum eſt ſaxum, capiti Sanctorum auſterè ſuppoſitum, vt mollem ac placidum ſomnum incommodet, exaſperet, inquietet? Quónam cultu dignæ erunt ipſæ Sanctorum corporum exuuiæ, quandoquidem vel aſperior illorum attactus, de miniſteriali pœnitentiæ officio, dignus tantâ veneratione cenſetur? Licet in eodem loco ac lapidanda erat caſtiſſima Suſanna, impudiciſſimi flagitioſè Senes

2.

Geneſ. 28. v. 18.

Abulenſ. ibi.

Lapis capiti Iacobi ſuppoſitus, cur quaſi tâ veneratione colitur, quare?

S. Auguſt.

Hic verſ. 61.

Senes lapidati ſint; non iiſdem, opinor, lapidibus, quibus contrà illam ſinus armauerant; ob reuerentiam lapidum, quibus ſanctiſſima Matrona foret obruenda. Nempè in putiſſimâ caſtitatis hoſtiâ futuras cruentè vibices religioſiùs venerati ſunt.

3. Pſalm. 138. v. 17.
Pſalmo 138. ſic pangit Propheta: *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus.* Qualis eſt iſte tantus honor Sanctis exhibitus, vt velut nimius à Prophetâ dicatur? Multi dum adhuc viuerent, ab ipſis etiam Regibus obſequentiùs honorati ſunt. Saltem in cælo empyreis honoribus fulgent. Vtrumque honorem omittens nunc Ambroſius ſerm. 93. Pſalmographi ſententiam exponit de honore Sanctorum reliquiis in terrâ exhibito. Cauſſam fortè inibi præmiſerat, aiens:
S. Ambroſ.
Hac eſt enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum etſi per vniuerſum mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo. O arcanum ſacrorum cinerum ſacrameorum! O elogium immenſitatis glorioſè æmulum! Per vniuerſum mundum in emortuis cineribus portio ſeminatur, & loca quantumuis diſſita eos virtute ac gloriâ non diſſipant; ſed vbiuis integra gloriæ ac virtutis plenitudo eminet. In exuuiarum venerabilium portiunculâ, & ſegmento quamuis minutulo, tota & integra Sanctorum virtus reſidet, & virtutum ac miraculorum gloria ſumptuoſiùs apparet. Non quantitate reliquiarum virtus minuitur, non locis diſſipatur, non morte perit, non vetuſtate exeditur; ſed in ſacrorum cinerum particulis per vniuerſum mundum ſeminatis; *manet tamen integrà in virtutibus plenitudo.*

Sanctorum reliquiæ immenſitatem virtute æmulantur.

4. S. Ambroſ. ſuprà.
Nec opinor, caſu excidit è profundo Ambroſij calamo, acuminum grauido, vox illa *ſeminatur*; dum ait: *Hac eſt Sanctorum gloria, quorum etſi per vniuerſum mundum ſeminetur in cineribus portio*, &c. Quid eſt, quòd ſacri *cineres ſeminari* dicuntur? Profectò nil tam ſterile quàm cinis, à quo pinguior ager ſteriléſcit, & infœcundus redditur. Sanè qui cinerem ſpargit, ſterilitatem potiùs ſeminat. Ecquid ergò eſt hoc cinerum ſemen ſic ab Ambroſio commendatum? Reſpondet idem
S. Ambroſ.
inibi Ambroſius: *Quòd ſi dicas*, inquit, *quid honoras in carne iam reſoluta, atque conſumpta, de qua iam nulla Deo cura eſt? Vbi eſt illud: Mihi autem valdè honorificandi ſunt amici tui Deus? Honorare debemus ſeruos Dei, quantò magis amicos Dei? de quibus dicitur: Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur. Honoro ergò in carne Martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices. Honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres.* (Addit belliſſimè Ambroſius) *Honoro in cineribus ſemina æternitatis.* Scilicet ſacræ Sanctorum exuuiæ, & ſancti eorum cineres venerandi, ſuſpiciendi, ac ſuſcipiendi ſunt, tanquam generoſa beatæ æternitatis ſemina. Ipſi enim frigidi & emortui cineres rediuiuo tandem ortu florebunt in empyreâ cæli gloriâ; quam hîc etiam in ſuis cultoribus & adoratoribus fœcundè *ſeminant*, dum eorundem Sanctorum interceſſione, precibus, ac meritis vitia in nobis ſteriléſcunt horum cinerum beneficiu; & virtutes ſeminantur, pullulant, florent, fructificant, quaſi beatæ æternitatis ſemina. *Honoro in cineribus ſemina æternitatis.* Quod ſub aliâ metaphorâ non abſimili Paullinus epiſt. 11. eleganter expreſſit, dum ad Sulpitium Seuerum mittens Crucis particulam, ita ſcribit: *Accipite magnum in modico munus, & in ſegmento penè atomo aſtula breuis: ſumite munimentum præſentis & pignus æternæ ſalutis.* Pignus æternitatis dicit, quod Ambroſius, *æternitatis ſemina* nuncupauit.

Sanctorum cineres appellantur, ſemina æternitatis.

Sanctorum reliquiæ ſunt pignus beatæ æternitatis.

S. Paullinus.

5. Deuter. 34. v. 6.
Deuteronomij 34. Dei nutu aſcendit Moyſes in montem Nebo. Mortuúſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini, in terrâ Moab, iubente Domino: *Et ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor.* Ergò Moyſes non ſepeliuit ſeipſum, vt volunt aliqui Rabbini; Rabbini. nec Ioſue, vt ait S. Ephrem; S. Ephrem. ſed Deus ſepeliuit eum miniſterio Angelorum, fruſtrà reſiſtente Diabolo. Itaque Moyſes mortuus eſt in monte Nebo, ſed inde ſingulari Dei prouidentiâ corpus eius ab Angelis tranſlatum eſt, & ſepultum in valle Moab. Sed quid eſt, quòd *contrà Phogor* tanto Dei ſtudio, Moyſis corpus ſepelitur? Reſpondent communiter Interpretes, quòd in hâc valle Moabitis confini, quæ eſt in tribu Gad, vel Cornel. ibi. potiùs Ruben, idolum Phogor, ſeu Priapum libidinis incentorem, coluerant Hebræi, fornicantes cum puellis Moabitis, vt ergò huic vulneri medicinam faceret Deus, voluit ibi ſepeliri Moyſen, vt mortis memoriâ, & ſepulturæ præſentiâ, à carnis illecebris & voluptatibus amouerentur. Nihil enim eas ita ſopit & extinguit, ac mortis & cadaueris inſpectio & attenta conſideratio. Aliter reſpondet Procopius inibi; nempe Deum tanto ſtudio oſſibus Moyſis elegiſſe ſepulturam iuxtà Phogor, ſeu idolum Priapi, *Vt cùm propè eſſet, impoſturam eius Dæmonis diſſolueret.* Procop. Gazæ. O arcanè validiſſimam ſacrorum cinerum vim! Nempe contrà Priapum, qui obſcœno Veneris ludibrio Iſraëlitas inceſtauerat, appoſitam adhibet medelam, ſacros, inquam, Moyſis cineres, quorum expetendâ propinquitate, & ſalubri afflatu, illecebroſa concupiſcentiæ contagio recuretur. Quaſi Sanctorum exuuiæ, & ſacri cineres, dum omnem ſanctitatem fragrant, caſtitatem ſpirent, & pudicitiam afflent, allinant, iouiſcerent; & libidinis idolum potenter excantent. Ergò conſultiſſimè & moraliſſimè *contrà Phogor*, id eſt, Priapum, ſacri Moyſis cineres tumulantur, *vt cùm propè eſſet, impoſturam eius Dæmonis diſſolueret.* Profectò duram facit impoſturam, quod blandè delectat.

Mortis memoria eſt antidotum libidinis.

Sacra Moyſis oſſa diſſoluũt Priapi impudiciſſimi impoſturam.

6. S. Serapion.
S. Serapion in lib. contra Manichæos, negantes ſacros Sanctorum cineres eſſe venerandos, ita ſcribit: *Sanè quidem corpora Sanctorum tantùm in virtute progreſſa ſunt, vt honorata fuerint, & non facta vacua ab operatione, & vi diuina. Mortuum iacebat corpus Eliſei, & cùm iaceret mortuum, ſuſcitauit mortuum: expulit mortem, liberauit ab obitu, reuocauit ad viuos vita defunctum. Quòd ſi Manichæi contrà hoc furenter, etiam Scripturam accuſant, deterreat eos ſimile exemplum, faciat vmbra Petri, vt ipſos pudeat: vmbra enim erat corporis, quæ cùm corpora ægrorum inumbrabat,* 4. Reg. 13. v. 21. Actor. 5. v. 15.

Petri vmbra inter eius reliquias cenſenda eſt.

eorum

eorum morbos depellebat. Luculenter quidem corporis Petri vmbram, inter Apoſtoli reliquias recenſet; quippè quæ aliquid illius corporis eſt.

---

§. CCC.

Inconſulta ac leuicula nimis compaſſio, diſciplinæ crux eſt, muliebris affectus, & paganæ fidei confinis.

1\. Seneca de Clement. lib 2. cap. 6.

AD Stoicorum limam expolienda compaſſio ſeu commiſeratio eſt, vt nobilis elementiæ nomen induat, & ingeneroſæ paſſionis vocabulum exuat. *Eſt enim vitium puſilli animi, ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis. Itaque peſſimo cuique familiariſſima eſt. Anus & mulierculæ ſunt, quæ lacrymis nocentiſſimorum mouentur, quæ ſi liceret, carcerem effringerent.* Iſtiuſmodi inconſulta commiſeratio non cauſſam, ſed ſontis fortunam ſpectat; ſincera autem miſericordia ſeu compaſſio rationi accedit, ad quam leuicula illa, cæca eſt. Hæc commiſeratio *vicina eſt miſeriæ; habet enim aliquid, trahitque ex eâ. Imbecilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem & ipſi ſuffunduntur.* Putauerim *morbum eſſe, non hilaritatem, ſemper arridere ridentibus, & ad omnium oſcitationem, ipſum quoque os diducere.* Gratulor Dei populo, quòd innocenti Suſannæ benigniùs compatiatur. Cui etiam gratulor, quòd ſeueriùs (quaſi nullâ leuiculâ & inconſultâ commiſeratione tangerentur) ſalaciſſimos atrociter Senes damnauerint, lapidauerint, frixerint. Genus miſericordiæ eſt, in iſtiuſmodi cauſsâ eſſe crudeles. Species hæc crudelitatis, laudatior ergà Rempublicam miſericordia eſt. Noli eſſe nimiùm iuſtus: ergò neque nimiùm benignus.

Inconſulta compaſſio. & vicina miſeria eſt. & puſillorum vitium.

Hic verſ. 33.

Hic verſ. 61. & 62.

2\. Luc. 9. v. 23. Matth. 16. v. 24.

Lucæ 9. Dominicæ crucis ſequela his verbis omnibus proponitur imitanda: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quænam eſt hæc propria cuiuſque crux, quam quiſque tollere & portare debet Chriſti imitatione? Multi ſunt Interpretes vt exponant quàm variè ac multimodè crux Dominica ab hominibus portetur. Verùm S. Gregorius homil. 32. in Euangelia, in compaſſione agnoſcit Domini crucem, ſed quam Simon Cyrenæus portat; Simon enim crucem baiulat, ſed in eâ non moritur: *Compaſſionem*, inquit, *animi plerumque latenter obſidet pietas falſa, vt hanc nonnunquam vſque ad condeſcendendum vitijs pertrahat, cùm ad culpas quiſque nõ debeat compaſſionem exercere, ſed zelum. Compaſſio quidem homini, & rectitudo vitijs debetur, vt in vno eodémque homine & diligamus bonum quod factum eſt, & perſequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incautè remittimus, non iam per charitatem compati, ſed per negligentiam conceſſiſſe videamur.* Bona crux eſt compaſſio; ſed compaſſio quidem bona, quæ non tam vitia fouet, dum illis, illorúmque pœnis muliebri compaſſione adnuit, quàm eadem ſeueriori renutu viriliter refutat. Hominis calamitoſi piè miſeretur: ſed dignam ſceleroſo reatui calamitatem deligat, approbet, præſtet. O quoties ab hâc falſatâ pietate, & anili inconſultiùs commiſeratione, malitia viget, & impunè vitium flagirioſè præſcribit! Leuicula compaſſio ergà ſceleroſum, permiſſum Reipublicæ ſcelus eſt, & Euangelicæ diſciplinæ peruerſa crux, quâ miſerè patibulatur. Specie tenùs videtur pia compaſſio, & mera pietatis fraus eſt, & virtutis crux, interitus, tumulus, & ſanctitatum omnium cadauer. Eſto ad vitia, ac vitiorum pœnas benè rigidus, ne per leuiculam commiſerationem ſis malè pius.

Compaſſio cruci aſſimilatur.

S. Gregor.

Leuicula compaſſio, quæ vitia impunitate fouet, Chriſtianæ diſciplinæ crux eſt.

Ioannis 11. poſt triduum funeris Lazari adeſt Chriſtus, ſerus (vt putabatur) ſororum conſolator. Ieſus ergò vt vidit Mariam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum eâ, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum. *Et lacrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.* quaſi dilectio fuerit compaſſionis matrix: compaſſio autem vt amici calamitatem commiſerando plorat, ſic moderationis termino clauditur; ne aut hinc pietati deficiat, aut indè immoderatiùs exorbitet. Pulchrè Theophylactus: *Et lacrymatus eſt Ieſus*, &c. *Hæc autem omnia Dominus naturam pati permittit, vt confirmet quòd & verè ſit homo, & vt doceat nos & terminos, & modum triſtitiæ ponere, eiúſque contrario. Nam abſque compaſſione & lacrymis eſſe, beſtiarum eſt: multum autem lacrymari, plorare, & contriſtari, mulierum.* Quod Theophylactus mutuaſſe videtur ex Magno Baſilio homil. 4. de Gratiarum actione: *Voluit*, inquit, *affectus qui vitari nequeant, aſtringere, & circumplecti intrà moderatam quamdam temperiem, & certos limites. Nimirùm inclementiam quidem, quæ nullius tangitur Commiſeratione declinans, tanquam feram immanem: ſtudium verò affectati doloris, & immoderatam lamentationem velut rem ingeneroſam excludens.* Itaque ſicut inclementia, quæ *nullius tangitur Commiſeratione*, res eſt *immanis, beſtialis, ferina:* ſic compaſſio facilis, blanda, diuturna, & mœroris nimiùm tenax, res eſt *ingeneroſa*, & planè *muliebris*; quapropter iudicio moderatore, & ratione aurigatrice valdè indiget, quæ hoſce affectûs peritè corrigat; & huic frenos iniiciat, illi calcar admoueat. Quid enim tam virum dedecet, quàm *muliebris* & diu querula *ingeneroſè* compaſſio?

3\. Ioann. 11. v. 35. & 36.

Theophyl. ibi.

S. Baſilius.

Nimis tenera ac diuturna compaſſio, ingeneroſus ac muliebris affectus eſt.

Siracides Eccleſiaſtici 38. ita ſalubriter monet: *Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare . . . . . . amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum eius vno die, vel duobus.* Probè Lyranus præſcripta verba de compaſſionis luctu intelligit; hortatur autem ne eiuſmodi luctus è commiſeratione ortus vltrà biduum perduret; ita vt non tam proſequi planctum, quàm *incipere ploratum* permittat. Quâ de re ſic ad rem præſentem Paullinus philoſophatur: *Scriptura diuina, quæ producere nos lacrymas quaſi euaporando dolori permittit, termino quoque deſignato præſcribit tempora, cùm dicit, amaritudinem luctûs vno ferendam die. O diuitiæ bonitatis Dei! quam pia idipſum ſollicitudine noſtri cauet, non pietatis impenſâ inuidus, ſed infirmitatis noſtræ conſcius,*

4\. Eccli. 38. v. 16. &c.

Lyranus.

S. Paullinus epiſt. ad Pamachium.

conſcius, & omnis immodici temperator, lacrymas in mortuo produci iubet, amaritudinem verò lugendi vno tantùm die claudit. Facundè pariter ac profundè Paullinus notat, quòd dum Deus temperat commiſerationis lacrymas, eáſque modico vnius diei ſpatio claudit, id non facit *pietatis impenſæ inuidus, ſed infirmitatis noſtræ conſcius.* quaſi tanta ſit temperatæ commiſerationis præſtantia, vt nos admonere æquum cenſuerit, quòd Deus illius inuidiâ minimè tangitur: *Non pietatis impenſæ inuidus.* O! tantum moderatæ compaſſioni licet? O feliciſſimom illum, qui commiſerationem ſic moderatur, & ita concinnè temperat compaſſionem, vt quaſi piiſſimus Deus de illius inuidiâ foret ſuſpectus, non otioſâ caotelâ audit, quòd moderatiùs *pietatis impenſâ inuidiâ* Deus non vellicatur. Quid exaggeratiùs?

Temperatæ compaſſioni hominum, Deus non inuidet.

5. Gentium Doctor 1. ad Theſſalonicenſ. 4. ſic eorum ſuper mortuis compaſſionem temperat: *Nolumus*, inquit, *vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.* Puder aduertere Biblicâ phraſi mortuos appellari dormientes: ſed iuuat diſquirere, cur Paullus triſtitiam ſuper mortuis veter, ſaltem temperatam eſſe iubeat, ne Chriſtiani paganis eſſe ſimiles videantur? Sapienter obſeruat Auguſtinus ſerm. 32. de verbis Apoſtoli, ipſum non prohibere omnem triſtitiam in morte amicorum, hæc enim naturalis eſt; ſed eam tantùm quam habent Gentiles & impij, *qui* (vt ipſe ait) *ſpem non habent. Contriſtamur nos*, ait Auguſtinus, *in noſtrorum mortibus neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi: indè triſtamur, hinc conſolamur; inde infirmitas afficit, hinc fides reficit; indè dolet humana conditio, hinc ſanat diuina promiſſio.* Ecce tibi qui mortuorum compaſſione tangitur, & ſumptuoſiori commiſerationis pompâ diutiùs ac funeſtiùs opplorat, paganam fidem, ſeu infidelitatem potiùs æmulari videtur. Nimia ex compaſſione triſtitia, fidem excuſſiſſe, & infidelitati propiùs vicinari putatur.

1. ad Theſſ. 4. v. 12.

Nimia in charorum morte compaſſio, fidem paganam, ſeu infidelitatem arguit.

S. Auguſt.

6. Geneſeos 50. tandem Iacnb Iacobææ gentis patriarcha, moritur, *Fleuitque eum Ægyptus ſeptnaginta diebus.* Explero autem planctûs tempore, illius cadauer aſportatur in Palæſtinam ad auitum ſepulcrum. Veneruntque ad aream *Atad*, quæ ſita eſt trans Iordanem: *vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies.* Ambitioſior ſanè fuit Ægyptiorum planctus, cuius immodicæ compaſſionis faſtum, Dei populus ad ſeptem dies conſtringit, quo ambitionem Gentium in luctu caſtigat. Quâ ſuper re ſic inibi Rupertus philoſophatur: *Porrò*, inquit, *quod fleuit eum Ægyptus ſeptuaginta diebus, non imitandum exemplum eſt eis, qui ſe peregrinos & hoſpites ſuper terram eſſe profitentur, qui hîc manentem non habent ciuitatem, ſed futuram inquirunt. Nam quòd filij quoque Iſrael Moyſen & Aaron trecenis diebus fleuiſſe dicuntur in Scripturis, hoc ex Ægyptiacâ conſuetudine populo nondùm erudito ſapererat; deinceps quippè melioribus paullatim aſſuefactus, ab illâ ſuperſtitione deſcinit, Scriptura dicente: Modicum plora ſuper mortuum, ſciens quoniam requieuit.* Itaque Ægyptiaca ſuper mortuis compaſſio lugubris, totos ſeptuaginta dies durans, ſuperſtitionis culpatur; quam adhuc rudis Hebræorum populus ſubolens, triginta diebus Moyſis & Aaronis exequias celebrat. Verùm Ioſeph *ſeptem dies* tantùm luget patrem chariſſimum: qui mos in Dei populo demum præſcripſit, ne ambitioſior ſuper mortuis compaſſio, viuorum ſpem quodammodò funeſtaret. Nec dimittam innotatum, quòd hæc area, in quâ Iacobi exequiæ celebratæ ſunt, dicta eſt Hebraicè *Atad*, à ſpinarum multitudine. Situs eſt locus hic, ait Procopius, iuxtà Hierichuntem, nunc ei nomen eſt *Betagla*, id eſt, domus circuli. Nam cùm ibi lugerent Iacobum defunctum, *in modum coronæ circumſteterunt cadauer.* ita S. Hieronymus. niſi quòd dicat eos circuiſſe cadauer, qui mos veterum fuit Gentilium, vt patet ex Homero & Virgilio; túncque defunctis Salue & Vale inclamabant, eiſque pacem & quietem imprecabantur. Vbi nota, quòd vbi moderatè compaſſioni ergà defunctos conniuent, *in modum coronæ circumſtant cadauer*, quaſi futuræ *coronæ* præſagio. Niſi fortè qui defunctorum exequiis adſunt, de mortis memoriâ, fauſtè ſibi *coronas* augurantur. Sic liceat in *coronæ* vocabulo ethicè ludere.

Geneſ. 50. v. 3.

Geneſ. 50. v. 10.

Ambitioſa defunctorum compaſſio lugubris culpatur.

Numer. 20. v. 30.
Deuter. 34. v. 8.

Eccli. 22. v. 11.

Hebræus.
Procopius.
Cornelius.

S. Hieron.

Defuncti cadauer, cur in modum coronæ circumſtant?

§. CCCI.

Gehenna damnatis inflicta, vmbra Dei, humanorum affectuum in Deo ſimilitudo, viuens ac rationabilis pœna, & Dei abuſus nominatur. quare?

1. PRæclarè S. Iuſtious apud Damaſcenom lib. 2. Parallel. cap. 77. ita ſcribit: *Quemadmodum corporibus omnibus à Deo procreatis hoc inſitum eſt, vt vmbram habeant: ſic Deum quoque, qui iuſtitiâ preditus eſt, tum ijs qui virtutem ſibi colendam propoſuerint, tum ijs qui vitium amplexari maluerint, pro cuiuſque merito præmia pœnáſque tribuere conſentaneum eſt.* Sicut vmbra indiuulsè ſequitur corpus, ita & Dei naturam condigna operuoi muneratio comitatur. Neceſſarium eſt corpori vmbram facere, nec obiectâ luce aliter poteſt: ſic velut neceſſarium eſt diuinæ prouidentiæ hominum rectrici, vltionem pro meriti condignitate acerbiùs diſpenſare, ne hominum malitia impunitate inſoleſcat, & diuturnitate præſcribat. Hæc velut neceſſaria punitionum vmbra, ſic Deum quaſi cogit, vt ſit libera neceſſitas (ſic fari liceat) *Caleſte theatrum*, ait S. Nilus, *incorruptè de rebus indicat, ac veritas earum rerum, quæ geruntur, indicij arbitrium habet.* Sanè pœnarum infligendarum *arbiter* eſt Deus: at humanorum ſcelerum inſolentia, ſic Dei iuſtitiam ad viodictam cogit, vt ſicut vmbra corpus, ſic Deum pœnalior punitio comitari dicatur. Adeò vt qui totus lux eſt, abſque vllâ in ſe obumbratione, hanc extrà ſe vmbram habere & facere humanis flagitiis compellatur. Ah naturaliter violenta Dei ſupplicia! Hanc Deo vmbram ſcelera noſtra faciunt.

S. Iuſtinus.
S. Damaſc.

Sicut vmbra corpus, ita præmium & pœnam præſtare, Deum ſequi dicitur.

S. Nilus apud S Damaſcen. ſuprà.

Deuſeto

2. Deuter. 32. v. 3. & 4.

Deuteronomij 32. ſic durè aduersùs peccatricem Iſraëlis genrem, Moyſes loquitur: *Date magnificentiam Deo noſtro. Dei perfecta ſunt opera, & omnet via eius iudicia*, (*omnes*, id eſt, præcipuæ viæ, Biblicâ phraſi:) *Deus fidelis, & abſque vllâ iniquitate, iuſtus & rectus. Peccauerunt ei*, &c. Quare cùm Deus acerbiora ſupplicia Iſraëlitis iratus minatur, dum præcipuas eius *vias* ait eſſe *iudicia* ſeueriſſima, & pœnas duriùs infligendas, ab omni ſe *iniquitate* vendicat; & iuſtum, rectum, & magnificum, eiúſque opera eſſe *perfecta* oſtentat? Quis, niſi planè iniquus, *iniquitatem*, diuinæ iuſtitiæ operibus impingat? Quis niſi ſtolidè Dei ignarus, diuina ſeuerioris vindictæ opera, non eſſe *perfecta* neggániat? Cur iuſtitiæ operibus minimè languidis, præproperam medicinam facit? Nnn enim Deus ranquam bomo iraſcitur, neque humanis paſſionibus imporeurer agitur. Ita quidem. Sed audiendus eſt S. Gregorius Nyſſenus de Deo ſcelera puniente, ita farus: *Iuſtnm Dei iudicium animi noſtri affectibus aſſimilatur*. O vide, qualis eſt homo affectionum ryrannide, rabie, ſeu impotentiâ actus; qualiter tranſilire potentiæ metas gliſcit; quàm atrociter ſæna inteſtinum odium audacter inrenrar; quo incendio titillatio libidinis exæſtuet ad Venerem; quàm temerariè furit xelorypia; quis paſſionum furorem dicendo exæquet? Igirnr qnod ſceleroſè affectio acerrima intentat, longè infrà id eſt, quod inſtnm Dei iudicium innoxiè minatur, & infligit. Quantumuis flagitioſè audeat inconſulta & effrenis paſſionum licentia ad malum; non tamen exæquar qnod iuſtum iuſtitiæ omnipotentis iudicium ſuppliciis exequitur. Audeat affectionum temeritas, & ſi per errorem; plùs audet irata Omnipotentis iuſtiria per iuſtum acerbiùs ſutorem. Quare *abſqne vllâ iniquitate* dicitur Deus humana ſcelera punire; qnia *iuſtnm Dei iudicium animi noſtri affectibus aſſimilatur*. Hæc analogia exaggerariot in malum, veritatem non adæquat in bonum. Nyſſeni eloquentia ad vitiorum tranſit caſtra, vt vocabula inueniat de paſſionum audaciâ, quibus acerbiotem Dei iuſtitiam è peruerſo adumbret.

Iuſtum Dei iudiciũ, animi noſtri affectibus aſſimilatur. cur?

S. Nyſſ. apud S. Damaſcen, lib. 2. Parall. cap. 77.

3. Ad Hebr. 10. v. 31.

Gentium doctor ad Hebræos 10. Scimus, ait, qui dixir: Mihi vindictam, & ego retribuam. *Horrendnm eſt incidere in manus Dei viuentis*. Horreudum eſt, quia nihil eſt tam graue, pœnale, & acerbum in vitâ, quod non ſit rolerandum potiùs quàm peccatis Deum offeudere, eiúſque iram laceſſere. Incidere autem in manus Dei humano more dixit Apoſtolus, pro eo quod eſt diuinum ſeuerè iudicium, & ſeuerioris ſententiæ fulmen ſubire, atque eius experiri vim ac potentiam acerrimam. Sed cur Deus dicitur *viuens* ad punitionem, non ſic ad miſerationem? Multa multi ſuper hâc vitâ Dei acerbiùs punientis. Audiendus eſt inibi Anſelmus: *Horrendum*, inquit, *eſt incidere in manus Dei viuentis, id eſt, qui ſemper viuens eſt, & pœnas ſemper viuentes infert eis, qnos damnat*. Benè eſt, Deus ſemper viuit, viuétque: quis niſi malè atheos id neget? Dicitur autem in ſuppliciis infligendis *viuens*, non tantùm quia ſemper viuens, viuaciùs illa inſert; ſed quia *pœnas ſemper viuentes infert*. O pœnas arcanè viuas! Heu damnarorum corpora, quæ de flammarnm ingenio ſemper cadauereſcunt ad vitam, & morte recidiuâ viueſcunt! Quomodò malè conſcius ſermo, ait Emiſſenus, poterit explicare, cùm cœperit inexpiabilis caro, & infectæ peccaris medullæ ſæuis gehennæ æſtibus penerrari, & more feruentium ac decoquenrium metallorum inextinguibili ardore tota hominis ſubſtantia intùs inſundi, *& depaſcentibus flammis corpora atque animas ex parte conſumi, ex parte nutriri, vt inter medios ignium globos, damnata natnra det pabulnm, & accipias incrementum?* Si fortè inſperſum illud dudùm conſcientiis vitium, & æris & plumbi adulterina permixrio quandoque inter ſtagna feruentia anhelantis gurgitis exuretur, tranſituris per vada ignea, mora erit ſupplicij magnirudo peccati. *Eſcas ardoribus crimina miniſtrabnnt, manebit præceptum & auctoris & iudicis, vt viſcera doloribus obnoxia, & ſolis cruciatibus conſecrata ignis arbiter depaſta non deuoret, ſed ad hoc pereat vt ſemper interimat: vt opus ac figmentum corporis noſtri in antiqnis ſceleribus mortuum, ei ad ſola tormenta rediuiuum*, finem in ipſo interitûs confinio non inueniat, ſed exanimata iam tolerantiæ virtus ſic pereat, vt reſurgat. *Illa enim non caſualis, ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſnbſtantiam neſcit abſumere.* Ecce tibi cur damnatis Deus *pœnas ſemper viuentes inferre* dicatur: quapropter Deus etiam *viuens* ad puniendum perhibetur.

Deus dicitur viuentes pœnas miſeris damnatis inferre. quare?

S. Anſelm.

Emiſſ. ſerm. 1. ad Monachos.

4. *Cur acerbius peccatorum ſupplicium dicitur, rationabilis pœna?*

Et ſanè cùm feraliſſimum illud tormentum, *pœna ſemper viuens* nominetur; ne pœnalis tanti ſupplicij æternitas, culpæ meritum excellere putetur, conſultiſſimè ab Emiſſeno dicitur, *rationabilis* pœna, quam diuina æquiſſimè ratio, culparum merito acerbiùs inflixit. Appoſitè S. Gregorius Nazianzenus epiſt. 63. ita ſcribit: Deo *gratias ago, ſicnt in lætis rebus, ita etiam in acerbis: quandoquidem illud exploratnm habeo, nihil rerum noſtrarnm apud ſummam Rationem expers rationis eſſe.* Proh! ſic diuina mulcta eſt duriùs pœnaliſſima, vt idoneâ caurelâ præmonendum ſit, quòd eſt *rationabilis* pœna; quandoquidem in rebus acerbis *nihil apnd ſummam Rationem expers rationis eſt?* Sic pœnaliſſima rormenrorum æternitas, humanæ rationis faſtum excellere videtur? Parùm foret his Senibus vaferrimè ac crudeliſſimè ſceleroſis, ralionem pati, & armatorum in Suſannam lapidum cruentas experiri vibices, niſi etiam ſetalibus flammis *frigi* iuberentur, iuxtà Ieremiæ vaticinium: quò rationabilis pyra tantum flagitium expiaret.

Emiſſ. ſuprà. S. Nazianz.

Hic verſ. 62.

5. Ieremias cap. 18. contrà impios Iudæos atrociùs deicidas, ſic durus Vates acerbiora ſupplicia vouet, vel potiùs prædicit: Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tuâ nnn deleatur: fiant corruentes in conſpectu tuo: *In tempore furoris tui abutere eis*. Hebraicè, *Fac in eis*, vel potiùs, *fac in eos*, nempè quod facere ſolet animus grauiori iniuria offenſus, & nimio furore ad vindictam excitus. Quid faciendum

Ierem. 18. v. 23. Hebræus.

Infernalis gehennæ cruciatus, Dei abuſus dicitur. quare?

dum ſit, conſultè ſubticet, ne quid acerbum ac pœnale non complecti, aut omittere videatur. Aptè verò interpres vulgatus hanc vindictam à furore erumpentem, per verbum, *abutero*, ſignificantiùs expreſſit: quia ſicut *vtor*, rem plerunque ſignificat honeſtam, functiooem ingenuam, ac nobilem: ſic *abutor*, opus indicat, aut miniſterium ſordidum ac vile, & degeneri abuſu ignobile. Opportunè

Hugo Card.

Hugo Cardinalis indidem: *In tempore furoris tui abutero eis. Populo enim ſuo, qui natus erat ad gloriam abutitur Dominus illum captiuando, quia illo vtitur ad aliud, quàm ad quod natus eſt. Sic erit de infernalibus: quia omm abuſi ſunt rebus Domini, id eſt, corpore ſuo & animâ, ideò & Dominus eis abutetur in pœnâ, vt quos creauit ad gloriam, conſumet ignominia.* Eheu! pœnaliſſimum infernalis gehennæ cruciameotum, ſic eſt durè peracerbum, vt Dei *abuſus* nominetur? Sic rerum mundialium abuſus, abuſu pœnarum expiatur? ô time!

6. Prouerbiorum 5. tarda forſan (vtinam tempeſtiua) peccarorum, obſtinatâ libidine rebellium, vox eſt: Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus noo acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magiſtris noo inclinaui aurem meam? *Penè fui in omni malo, in medio Eccleſiæ & Synagogæ.*

Prouerb. 5. v. 14.
Vatablus.

Vatablus ſic locum vertit, *Parùm abfuit quin lapſus ſim in cœtum omnis mali.* Per *malum* ergo poteſt accipi malum culpæ: libido eoim eſt origo & cauſſa omnis mali, id eſt, omoia culpæ & peccati, ait S. Chryſoſtomus. Quaſi dicat, ait Aben-Ezra: *Penè totum me in criminibus volutaui*, id eſt, propemodum incidi in omne vitiorum genus, cùm cooueſſarer in medio impiorum & carnalium hominum. Quod vel ad libidinem poteſt referri, quaſi ipſa ſit *omnis mali*, hoc eſt, vitiorum omnium prurigo, & conceptaculum: vel ad malum exemplum Eccleſiæ aut Synagogæ, id eſt, contubernij aut cœtûs ſcelcſtorum & carnalium hominum, qui de facili ſuos mihi mores affricabant, quos ego & oculis hauriebam, & opere exprimebam. Quare de eorum contubernio *penè totum me in criminibus volutaui, in medio Eccleſiæ & Synagogæ.* Alij per *malum* accipiunt Dæmonem, vt ſenſus ſit: Dum inter ſcorta & ſcortarores verſarer, verſabar quaſi iorer Dæmones impuros & ſceleſtos, qui non niſi tartareum ignem, cui ſimilis eſt libido, exhalant: videbar mihi viuus inter Dæmones agere, & io inferno defoſſus. Sed de hoc alias copioſè agebamus. Ceterùm

S. Chryſoſt.
Aben-Ezra.
Mali exemplum, omne malum alit.
Libido eſt omnis mali conceptaculum; & inteſtinus Dæmon.

Cornelius.
Gehenna deſcribitur, omne malum.

Cornelius indidem per *omne malum* accipit gehennam. Sicut enim in cælo eſt omne bonum, ſic io inferno *omne malum*. Audeat mena liberæ imaginationis licentiâ, & phantaſiæ priuilegio, mente concipere atrox quodpiam malum, & eorum omnium cumulum iunctim adaggerare. Immetarus omnium cumulus, quæ atrocitatum videtur hyperbole, ioferoi definitio eſt, & geheonæ emphaſis: eſt enim gehenna, *omne malum*. Prolixè ibis, ſi quodlibet malum impreſſiùs exponas; cuncta mala pœnæ, vel in compendium redige, vel fuſè diſiunge, & facundè dilata, id omne gehenna eſt, quia *omne malum* eſt. O caue!

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCCII.

Malè felix in hoc ſeculo, æternæ infelicitatis iam reus perhibetur.

OPinatiſſima Demetrij vox eſt: *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil euenit aduerſi.* Timeant felices huius ſeculi ſuam felicitatem, ne ærumnoſam infelicitatem ipſa tandem felicitas impetrer. Diuturna etiam fortuna, lubrica eſt, & ioſortunio adnuit. Adeò tremenda eſt proſperitas etiam cùm fidelis eſt, & coæua vitæ, indiuiduáque comes, quòd præſagium eſt æternæ miſeriæ. Ethnici etiam luxurioſi, auari, ambitioſi formidabant cupitos arctè fortunæ amplexus, & rebus feliciter venientibus precabantur proſperitatem illam mediocri ſolùm penſari calamitate, gnari rerum vices aduerſas proſperis connecti, quemadmodum Socrates diſſeruit: Dolorem & voluptatem res eſſe mutuâ implexas viciſſitudine, ſicut in puteo vrceus inanis & plenus. Quamobrem cùm ſecundæ res maximè adnuunt, tunc maximè oportet, vt ſecum quiſque meditetur quo pacto aduersâ ærumnam ferat. Male fortunatus eſt feſtiuus fortunæ luſus. Viderint hioc vota humana, quò aohelent; viderint labores, quò aſpirent; viderint auari votis, mercatores peruigiliis, ſellularij operis, voluptuoſi deliciis, milites periculis, omnes damnia. Omnium propoſitus votorum ſcopus, fortuna eſt, & aliquis dignitatis fauor, aut auri ſuffragium, aut aonona voluptatis. At hæc eadem cauſſa eſt proprij interitus, & miſeræ damnationis elogium. Quod magno ſuo damno experti ſunt hi hactenus fortunati impunè Senes, ſceleroſæ tandem fortunæ rei.

1.
Demetrius.
Felicior diu fortuna, infelicitati adnuit.
Socrates.
Hic verſ. 62.

Lucæ 16. aquæ tandem guttam diues Epulo 2.
petit à beatâ manu Lazari, cui panis micam denegauir. Et dixit illi Abraham: *Fili recordare quia recepiſti bona in vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* Græca addunt voculam σοῦ, id eſt, *tua*: ſic & Arabicus. Nempe recepiſti *bona tua*, id eſt, terrena, quæ ſcilicet tu vera booa æſtimabas, & quaſi tua ambiebas, negligena cæleſtia quaſi remota & à te aliena. Vel *recepiſti bona tua in vita tua*, quaſi dicat: Tu accepiſti portionem bonorum tuorom in hac vitâ, ergo nil ampliùs expectes in futurâ. Num quia hic diues Epulo *recepit bona ſua in vita ſua*, idcircò in alterâ vitâ *cruciari* perhibetur? Ecquod aliud huius diuitis ſcelus memoratur, niſi quòd fuerit humanæ felicitatis reus? Pulchrè io declamat. exclamat Bernardus: *Expergiſcimini ebrij, & flete: terribilis enim Deus in iudicijs ſuper filios hominum. Haccine cruciatuum cauſſa tota, quòd in hoc ſeculo bona recepit? ipſa planè: Neque enim ad hoc nos de paradiſo voluptatis animaduerſio diuina eiecisse videtur, vt alterum ſibi hic paradiſum adinuentio humana pararet. Homo ad laborem natus, ſi laborem refugit, non facit ad quod natus eſt, ad quod venit in mundum.* Succinctiùs, neruoſiùs, & luculentiùs S. Baſilius hom. 1. de Ieiunio: *Recordare quia recepiſti bona in vita tua*, ita ſcribit: *Timeo exemplum diuitis: illum delicia vita igni*

Lucæ 16. v. 25.
Græcus.
Arabicus.
S. Bernard.
Diues epulo, felicitatis, non iniuſtitiæ reus, hic damnari dicitur.
S. Baſilius.

 tradide

tradi derunt, non ob iniuſtitiam. Quis non mi-retur quàm acerbè Deus in proſperos ſæuiat, & felicitati vitæ huius iraſcatur? Hem! Sic Deus proſperitatem faſtidit, & punit, quæ non eſt crimen? nam ipſe illam largitur: aut, ſi crimen eſt, cur ipſe largitur? Nullus ab Abrahamo profertur diuiti illi damnationis reatus, niſi *bona in hac vitâ recepiſſe.* Nullum *iniuſtitiæ*, quæ alios diuites deprauat meritum explicuit venturi ſupplicij, ſed opulentiam, & feſtiuum fortunæ vſum. Heu, ſic eſt criminoſa felicitas, & criminum grauida? Non *iniuſtitiæ*, ſed felicitatis reus, hic diues Epulo cruciatibus mancipatur.

3. Michææ 6. v.10.

Michææ 6. Vox Domini, inquit, ad ciuitatem clamat, & ſalus erit timentibus nomen tuum. *Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena.* Quaſi dicat: Impij theſauris iniquè partis abundant: inde etiam deliciis, honoribus, diuitiis, & omnimodâ felicitate. Specie tenus felicitas videtur, ſed reipsâ ſcintilla ignis eſt in domo eorum: in eâ enim proſperitate gehennalis ignis tranſlucet. Opportunè Arnobios in Pſalmum 78. ita ſcribit: *Sæpè Dominus peccatoribus in hoc mundo lætitiam, & abundantiam, & potentiam vſurpatam relinquit, quia ſcit quæ paſſuri ſunt in gehennâ incendia; & condolens eis auertit in hoc ſeculo iram ſuam ab eis. Itaque non eſt illis inuidendum hoc miſeræ felicitatis interſtitium.* Nimirùm ipſa lætitia, abundantia, potentia, id eſt, felicitas ipſa, adeò eſſe ſolitat criminoſa, quia crimine parta, & criminum fœcunda, vt non de indulgentiâ veniat, ſed gehennalis incendij minæ ſint, & damnationis obſes. Diuinæ compaſſionis ſeu *condolentiæ* eſt, quòd ab eis in hoc ſeculo iram Deus auertat: *condolet* enim Deus de gehennæ incendio illis iam iam æternum fumante, cùm illos temporariâ felicitate beat. *Miſera felicitas* eſt, quæ æternam infelicitatem infauſtè ominatur. Iam præpropetè Deus de æternâ felicium infelicitate *condolet*, cùm illos temporariâ proſperitate felicitat.

Arnobius.

Deus condolens de æternâ infelicitate, impios in hac vitâ felicitat.

4. Iacob.5.v.1.

Iacobus taxauerat diuitum auaritiam, & inſolentem felicium exultationem, cap 5. eandem adhuc reprimit aſſignando pœnas: *Agite nunc diuites*, inquit, *plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis.* Quænam ſunt hæ calamitoſæ miſeriæ, quæ glorioſæ diuitum felicitati minaciter impendent? Elegantet Auguſtinus ſerm.62. *Cogitate*, ait, *fratres chariſſimi vbi ſint Reges, vbi potentes? Ecce quomodo de tanta potentia prouenit miſeria & anguſtia: de tantis diuitijs tot inopia: de tantis ſatietatibus tanta fames: de tam leui delectatione tam longa infirmitas: de tam breui luce tam longa tenebræ: de tam parua ſuauitate odoris, vel luxuriæ tanti dolores, ac fœtores damnationis perpetuæ: & de veſtimentorum abundantia tanta nuditas.* Iſtas cataſtrophas ſæpè Deus iuſtus ſcelerum vindex facit in hac vitâ, vti oculis cernimus, & ſemper faciet in futurâ: quò breuem in hoc ſeculo felicitatem, æternum infelicitet, quaſi temporaria felicitas æternaturæ infelicitati hominem deſtinet. Eleganter Simplicius in Enchirid. Epict. ait, quòd honor, & voluptas, atque adeò omnis humana felicitas *partim ad vltionem, partim ad pœnam dantur, vt affectuum colliſione exploti euomant aliquando affectuum ſordes, & ad pœnam deinde ac expiationem idonei reddantur.* Nempè adridens malis fortuna, & humana felicitas fauentiùs proſpera, pœnaliſſimè miſera eſt; nam fauentium rerum cognato abuſu, & proſperitatum perenni colliſione, affectuum ſordes pœnaliſſimè euomunt, & gehennalis æternùm expiationis *idonei redduntur.* Quaſi mundialis felicitas homines infernali incendio *idoneos* faciat: ac ſi humanæ felicitatis neſcius, inferno inidoneus cenſeatur. Scilicet quemadmodum in Sanctorum examine perſecutiones, ærumnæ, & calamitates eorum explorantur & allegantur ad ſacram apotheoſim, quâ in Beatorum catalogo ritè cenſentur! ſic etiam felicitas fauentiùs adludens, gehennali æternùm damnationi *idoneos* facit. O miſera felicitas, quæ æternæ damnationi *idoneos* reddit! *Ergo agite nunc diuites*, id eſt, fortunati, potentes, & in hoc ſeculo felices, *plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis:* nam felicitatis ſuffragio, æternæ infelicitati *idonei* iam eſtis.

S.Auguſt.

Fauentior nunc felicitas æternæ infelicitati idoneos reddit.

Simplicius.

5. Lucæ 6. v.24.

Lucæ 6. his verbis felicitatem humanam Chriſtus infelicitat: *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram*, &c. Quaſi dicat: Miſerâ felicitate inſoleſcitis, diuitiis veſtris quaſi ſummo bono fruimini, in iiſque magis quàm in Deo confiditis, quieſcitis, gaudetis, ſuperbitis, atque iis ad gulam, luxuriam, aliáque ſcelera abutimini: hac de cauſſa Deus opulentiam præſentem vobis indulget, vt conſolationem & felicitatem veſtram habeatis in hac vitâ, ſed in alterâ careatis felicitate cæleſti, verâ, beatâ, æternâ. *Nam qui conſolationem vitæ præſentis habuerunt, remunerationem perpetuam perdiderunt*, ait inibi Ambroſius, cui epiſt.34. Hieronymus accinit: *Difficile*, inquit, *imò impoſſibile eſt, vt præſentibus quis & futuris fruatur bonis, & hîc ventrem, & ibi mentem expleat, vt de delitijs tranſeat ad delitias, vt in vtroque ſeculo primus ſit, vt in cœlo & in terra appareat glorioſus.* O nimis vere! Quare peritè Æneas Gazæus in Axitheo, humanam felicitatem æternæ deſperationi vicinari diſſerit: *Si ſceleſtus aliquis*, inquit, *diteſcat ac valeat, id quidem conſtat eſſe ex prouidentia diuina erga nos propenſa voluntate & gratia. Siue enim hoc remedio fiat melior, quemadmodum pueri quibuſdam illecebris ad bonarum artium ſtudia inuitari ſolent: ſiue conuictus deſperata malitia, atque nudato eo quod latebat animæ totius vlcere, ſe ipſum quàm ſit intus & in cute malus, prodiderit; flammam ipſe ſibi parat, multam videlicet materiam cumulans, vnde etiam lapſus nullam habebit neque excuſationem, neque culpæ condonationem.* Ecce tibi diu in hoc ſeculo malè felix, *flammam ipſe ſibi paras, nullam habes neque excuſationem, neque culpæ condonationem:* idcircò dicitur *deſperata malitia conuictus. Nam qui conſolationem vitæ præſentis habuerunt, remunerationem perpetuam perdiderunt.* O potiùs

S. Ambroſ.

S.Hieron.

Æneas Gaz.

Diu malè felix, deſperata malitia conuictus dicitur.

tıme

rime felicitatem, qui infelicitatem anxiè metois!

6. Iſaias cap. 57. maleſidam impiorum felicitatem his verbis infamat: *Impij*, inquit, *quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.* Quaſi dicat: Sicut fluctus maris à terrâ reſorpti lutum faciunt, quod conculcatur; ſic impij, etſi videantur in ſublime elati, & ſuperbè turgentes, tumor eſt, non magnitudo, ſublimitates ſunt fluctuum, qui citò detumeſcunt, & cùm terras humiliter lambunt, lutum faciunt, quod conculcatur; ſic impij inaniter felices, à Deo & hominibus conculcabuntur in die iudicij. Significanter vertit Vatablus: *Impij autem inſtar euripi fremunt, qui neſcit quieſcere, cùm aqua eius limo & luto turbantur*, id eſt, ait, *cuius aqua propellunt ad littora cœnum & lutum.* Adludit indidèm Procopius: Impij ait, *animi perturbationem patiuntur, maris inſtar ſeipſos vlciſcentes, quòd quos fluctus ad littora trudit, aſſiduè parit quidem, ſed eorumdem in ſe reflexionem rurſùm pati cogitur.* Itaque fluctus etſi lutoſas maris ſordes videantur egerere; tamen per reflexionem, terræ lutum ac cœnum ſemper colligere & pati coguntur. Sic ſordidè lutoſa, & cœno ſimilis impiorum felicitas.

Impiorum felicitas, fluctibus lutum egerentibus, & lutum per reflexionem colligentibus, comparatur.

Vatablus.

Procopius.

---

§. CCCIII.

Deo ſe illidit omnis prauitas, dum malitiæ merito diuinam punitionem vltrò accerſit.

1. DEum, omni ſui definitione maiorem, ſic altè Bernardus definit: *Quid eſt Deus? voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentes ad ſe participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, accendens ad zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad ſapientiam, roborans ad virtutem, viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad ſecuritatem.* Attentiùs nota quæ appoſitè ſubiicit: *Quid eſt Deus? non minùs pœna peruerſorum, quàm humilium gloria: eſt enim rationabilis quædam æquitatis directio inconuertibilis atque indeclinabilis, quippe attingens vbique; cui illiſa omnis prauitas, conturbetur neceſſe eſt.* Itaque etſi Deus ſit *pœna peruerſorum*; tamen Deus non ſe illis puniendis vltrò ingerit; Deo enim ſpontè *illiſa omnis prauitas conturbatur*, ſeuerè punitur, & pœnaliſſimè caſtigatur. Nimirùm Deus dicitur prauorum pœna, quia Deo ſe *prauitas omnis illidit.*

S. Bernard. l. 5. de conſid.

Pulchra Dei definitio, epithetis densè conglobatis.

Ipſa ſe prauitas Deo illidit ad ſui punitionem.

2. Exodi 14. vt benè profugum ex Ægypto Iſraëlem, ab Ægyptiorum phalangibus redimat, extendit Moyſes manum ſuper mare, & vertit in ſiccum, diuiſáque eſt aqua. Et ingreſſi ſunt filij Iſraël per medium ſicci maris: *erat enim aqua quaſi murus à dexterâ eorum & læuâ.* Perſequentéſque Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites, per medium maris. Cúmque extendiſſet Moyſes manum contrà mare, reuerſum eſt ad priorem locum: fugientibúſque Ægyptijs occurrerunt aquæ, *& inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitûs Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.* Quid eſt, *Inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus?* Imò ipſi potiùs Ægyptij ſe inuoluerunt, dum pœnale naufragium vltrò ambiunt. Porrò naturaliter cognatum fuit aquis, ad proprium alueum decurrere. Quare ſpontè Pharao prouocat vndarum naturam, quarum naturali decurſu naufragus perit. Belliſſimè Hilarius in Pſalmum 144. ita ſcribit: *Sanctitas Dei iter populo ſuo diuiſo mari præbuit, ſed eadem ſanctitas & terribilis fuit virtus, cùm ingreſſis in ipſum iter impijs, vbi fuerat ſalus religioſorum, ibi pœna conſtitit impiorum.* (Attende ſollertiùs ad verba quæ ſubiicit:) *Circumſtant alios firmitate muri ſolidata vnda: alios refuſa ipſa illa, quæ conſtiterant, abſorbent. Ad iſtos pelagus naturam ſuam neſcit, hos per naturam ſuam punit. Ad iſtos ex mari terra eſt, iſtis quod erat mare eſt.* Grande quidem diuinæ punitionis ſacramentum, & arguta ſceleſtiſſimorum puniendorum emphaſis. Nimirùm ambiunt flagitioſiores impij impunitate inſolentes, iuſtorum priuilegia, quæ ſibi perpetuare præſumunt. Sed *vbi fuerat ſalus religioſorum, ibi pœna conſtitit impiorum* (nam *Deo illiſa omnis prauitas* meritò *conturbatur*; ſecùs immerita ſupplicij probitas.) Ipſi Ægyptij pœnale ſupplicium expetunt, & naufragium vltrò ſubeunt, dum ſolidatis Iſraëli vndis, Ægypto refuſis dignè abſorbentur. Ad populum Dei *pelagus naturam ſuam neſcit*; ſceleroſos Ægyptios *per naturam ſuam punit.* Ad Iſraëlitas *ex mari terra eſt*, Ægyptijs *quod erat mare eſt.* Non aliunde quàm *per naturam ſuam* Ægyptios mare punit: *quod erat mare eſt*, cùm ipſos pœnaliſſimè abſorbet. Cùm ambiunt vt *pelagus naturam ſuam neſciat*, & ipſis mare eſſe mare dediſcat, miraculum ad impunitatem prætendunt, qui ex elementi naturali fluxu, & cognatâ pelagi naturâ meritò abſorbentur mulctâ pœnaliſſimâ. Ipſa rerum natura impunitorum ſcelerum impatiens, punitionem atrociùs exercet, ne punienda prauitas præmiandam Iuſtorum impunitatem æmulari præſumat.

Exod. 14. v. 27. & 28.

S. Hilarius.

Ad Iſraëlitas ex mari terra eſt; Ægyptijs puniendis quod erat mare eſt.

Impij habere ex ambiunt iuſtorum priuilegia.

3. Danielis 3. de Babylonici regis iuſſu, ſæui atrociter carnifices, tres pueros mittunt in caminum ignis ardentis. Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri Regis ſuccendere fornacem, naphthâ, & ſtuppâ, & pice, & malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: *Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis.* Ecce tibi qualiter inſperſum illud dudum Chaldæorum conſcientiis vitiũ, adulterinâ diu impunitate inſoleſcens, & inculpatam trium puerorum innocentiam,

Dan. 3. v. 48. & 49.

victoriali potiùs gloriâ laureandam, ignis arbiter tractat. Sui oblitus hos paradiſeæ amœnitati conſecrat; hos, quorum crimina eſcas ardoribus miniſtrabant, atrociùs combutit. Ille ipſe ignis, qui innoxios innocenter pueros placido lenocinio temperatè adlambit; inſoleſcentia Chaldæorum ſcelera in vagos cineres,& tetras fauillas momento redigit. Innocentibus pueris rorem ſpirat, in ſæuos carnifices ardore ferocit. Illâ enim non caſualis,ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, innocentium ſubſtantiam neſcit abſumere; cùm Chaldæorum crimina noſcit, ardenter punit. Rebantur inſenſati Chaldæi, quòd flamma, quæ pueris leniter adulabatur, ſaltem ipſis fore parcituram,& prauitatem probitatis gaudere priuilegio. Eleganter Hilarius nuper laudatus: *Cùm tribus pueris in camino cantantibus,circumſtantes* Chaldæi *flammis, quas illi non ſentiunt, aduruntur: illis in roris humorem ignis temperatur, hos exæſtuans ignis amburit. Ipſa intùs extráque flamma ſunt, quarum pro diuerſitate meritorum,& deficit à ſe natura,nec deficit. Nam quod eſt manet ergà eos ignis eſſe quos vrit, & quod neceſſe eſt in his eſſe, quibus ros eſt.* Puerorum innocentia arbitrum exuſtionis ignem metuit, ardore refrigerantem; ſceleroſa autem Chaldæorum crudelitas,igne quem audacter vltrò ſubit, comburi merebatur. Pœnam ipſe laceſſit,qui flammis propiùs vicinatur. Pœnalem flammæ ardorem innocentia expiauit, malitia ſufflammauit. *Pro diuerſitate meritorum deficit à ſe* ignis *natura, nec deficit*: nam pœnæ arbitra, innocentes refrigerat,nocentes pœnaliſſimè comburit. Sibi imputent ſceleroſi Chaldæi,quòd ſpontè pœnam ſubeant. Dum vltrix Dei potentia vindictam diſſimulat, ipſi illam ſibi dum audacter laceſſunt,vltrò pariuntur.

Ignis Babylonij natura à ſe deficit, nec deficit Babylonios pœnaliſſimè comburens.

S. Hilar. in Pſalm. 144.

4. Sapientiæ 1. ita ſcribitur: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum (*Mortis* nomine,temporariæ & æternæ mortis pœnam intelligit.) *Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniam digni ſunt qui ſint ex parte illius.* Haſce pœnas acerbiſſimas impij non directè, ſed indirectè & comitanter expetunt. Quiuis enim peccator æſtimat *amicam* (vel potiùs *ſponſam*, ipſam mortem & pœnam, vt τὸ *ſponſiones* Dionyſius exponit) non mortem, ſed libidinem, voluptatem,violentiam,proximi iniuriam,&c.quam ardenter & perditè amat. Verùm totius ſermonis clauſula,ſententiæ energiam viuaciùs importat. *Quoniam digni ſunt* eiuſmodi *impij, qui ſint ex parte illius.* qui ſcilicet mortis *ſint ſors*, vt vertit Syrus, id eſt, (vt exponit Cornelius) digni ſunt qui ſint mortis *ſors, pars & hereditas, qui vt vnici filij ex aſſe ſint poſſeſſio mortis, eaque tam actiua, vt ſcilicet ipſi poſſideant non vitam, ſed mortem; quàm paſſiua, quos nimirùm ipſa mors heredites, ac vt hereditatem ſuam poſſideat, putà in quos ipſa deſæuiat exerceátque ſuum imperium, ac mori cogat.* Quam expoſitionem mutuauit ex Anaſtaſio Nicæno quæſt. 16. qui præſcriptum Sapientiæ locum elucidans,concludit: *Facti ſunt heredes mortis.* Nempe huiuſmodi impij inſolenter ſceleroſi, & impunitate inſolentes, *facti ſunt ex aſſe mortis heredes, vt vnici filij* eius.Quod experti ſunt hi Senes libidine molles, impietate duri, impunitate inſolentes, dum ſæuam atrocitet mortem, quam immeritò Suſannæ infligere ſatagunt, ipſi merito ſuo ſibi *manibus & verbis accerſierunt, & ex aſſe* hereditarunt. Sibi ipſi videbantur iudiciariâ vindictâ, & imperiali impunitate felices,dum ipſi nocentiſſimi damnant innocentem Suſannam; verùm appoſitè Boëtius: *Multò*,inquit,*infeliciores improbi ſunt iniuſtâ impunitate donati, quàm iuſtâ vltione puniti.* Infelices putas hos veteratores Senes, cùm crepitantium lapidum vibicibus,Suſannæ malè infligendis,liuent, pereunt, cùm Babyloniis ignibus æſtuant, ſufflammantur,decinereſcunt: at *multò infeliciores erant iniuſtâ impunitate donati, quàm iuſtâ vltione puniti.* Plus me illorum miſeret, cùm innocentem Suſannam immeritò & impunè damnant, quàm cùm à Daniele & Nabuchodonoſore, iuſtè & acerbè damnantur.

Sap. 1. v. 16.

Carthuſ. ibi.

Syrus.

Cornel. ibi.

Impunes impij ſunt mortis ex aſſe heredes.

Anaſtaſ. Nic.

Infeliciores ſunt impij iniuſtâ impunitate donati, quàm iuſtâ vltione puniti.

Boët. lib. 4. de conſolat. Proſâ 4.

Hic verſ. 62. & 63.

Iſaiæ 64. hæ grauiſſimæ Dei irati minæ 5.
leguntur: Non eſt qui conſurgat, & teneat te (ô Deus:) *Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.* Scilicet ad acerbioris ſupplicij minas, faciem ſuam Deus abſcondere dicitur, quaſi erubeſcat de ſuæ iuſtitiæ bono. Sed quid eſt, *Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ?* Non parùm ſudat ſollers Interpretum induſtria, quid ſit, iniquos *allidi in manu iniquitatis* ſuæ. Putauerim cum Cornelio, & aliis, τὸ *in manu*, perindè eſſe ac *per manum*, quod obuiam eſt Biblicâ phraſi. Quaſi dicat: *Tradidiſti nos peccato quaſi lictori cruciandos & allidendos.* Scilicet tradidiſti nos peccatis noſtris, vt illa quaſi *manu* ſuâ nos malè conciderent, vaſtarent, & funditùs depopularentur. Annon Deus iratus propter eorum ſcelera, extemprà omnipotentiæ ſuæ *manu* illos punire acerbè poſſet? Annon etiam infernalium Diabolorum *manu* potuit duriores ſtrages edere? Nimirùm atrocioris pœnæ exaggeratio eſt, quòd traditi ſunt in *manu iniquitatis* ſuæ: hæc enim aduerſùs iniquos atrociùs ferocit. Tanta eſt iniquitatis ſæuitia! Vnde Vatablus vertit: *Contabeſcere nos ſinis in manu iniquitatis noſtræ*; & Forerius, *liquefeciſti*, vel *reſoluiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.* id eſt, iniquitas noſtra omnem vim & virtutem noſtram abſorbuit, & exhauſit.

Iſaiæ 64. v. 7.

Acerbior pœna eſt, peccatorem puniri manu malitiæ ſuæ, quàm per

Cornelius.

Vatablus.

Forerius.

§. CCCIV.

Gratitudo concupiſcentiam cohibet, iram frenat, & legum obſequio obſequentius adulatur.

1. TVrpis fœneratio eſt,beneficium expenſum ferre. Qualiſcumque priorum euentus eſt, perſeuera in alios conferre. Meliùs quàm apud nullos, apud ingratos beneficia collocantur,quos aut pudor, aut occaſio, aut timiditas,aut aliorum accipiendorum neceſſitas, aliquando gratos poterit efficere. Ne

ceſſes dare, opus tuum perage;& patres boni vitt exequere. Alium te, alium fide, alium gratiâ, alium eooſilio, aliom præceptis ſalu-

Aſſidua beneficentia vel à feris gratitudinem extorquet.

taribus adiuua. Officia etiam feræ ſeotiunt. Nec vllum tam immanſuetum animal eſt, quod non cura mitiget,& in amorem ſui vertat. Leonum ota à magiſtris imponè ttactantur. Elephantorum feritatem vſque ad ſer-

Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 3.

uile obſequium demeretur cibus. *Adeò etiam quæ extrà intellectum atque æſtimationem beneficij ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis euincit.* Qui beneficiis inſtat, & onerat priura ſequentibus, etiam ex duro & immemori pectore gratiam extundet. Non audebit aduetsùs multa oculos attollete. *Quocumque ſe vertit, memoriam ſuam fugiens, ibi te videat.* Beoeficiis tuis illum ſtringe, quorum quæ vis, quæve efficacia ſit, vel à belluis feritas depoſita, & extorta gratitudo declarat. Sanè nobilioris beneficentiæ emphaſis, offi-

Hic verſ. 63.

cioſa gratitudo eſt: quæ de Suſaonæ exemplo, in vniuerſa eius cognatione hîc prænitet.

2. Geneſeos 39. fraternæ inuidiæ pretio, in exulem ſeruitutem venundatus ſeruit in Ægypto Ioſephus, Ioſepbus inquam, cani patris deliciolum, & in pulchrâ iuuentâ maternæ venuſtatis effigies. Eius autem domina libidinis ſetuitute ſubacta, oris pellaciâ ſtuprum impudenter ſollicitat. Qui nequaquam acquieſcens operi nefatio, dixit ad eam: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſuâ: nec quicquam eſt quod non in meâ ſit poteſtate, vel non ttadiderit mihi præter te, quæ vxor

Geneſ. 39. v. 9.

eius es: *quomodò ergo poſſum hoc malum facere?* Non *poſſum*, inquit, hoc malum facere, vt hero meo in me ita propenſo, liberali, benefico, tam ingratus, infidos, & iniuſtus ſim; vt eius honotem tecum conſtuprem. Nempe amator gratitudiois amore mulieris non vincitur, eius manibus libidine armatis non vincîtur: animum caſtè gtatum incitans adoleſcentia non vſtulat, nec diligentis auctoritas permouet. Magnus planè in adoleſcen-

Gratitudo eſt iuuenilis cõcupiſcentia victrix.

tiâ vir, qui venditus ſeruite tunc neſciuit, adamatus non redamauit, rogatus oon acquieuit, apprehenſus grariſſimè velut ingratus aufugit; & gratitudinis decoro pulcherrimo, obſcœnè fœda carnis ludibria fruſtraoit, & indomitam ſæuis libidioibus ætarem, beneficiorum memoriâ fregit. Perbellè S.

S. Gregor.

Gregorius lib. 30. Motal. cap. 18. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſuâ,*&c. *Bona,* inquit, *quæ aſſecutus fueras, repentè memoriâ intulit, & malum quod pulſabat eiicit; & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit.* Sic effrenem concupiſcentiam gratitudo domat? ſic beneficiotum iniecta memotia, æſtuanti libidini niues ſpargit? ſic male victrices carnis illecebras gratitudo vincit? ſic Veneris voluptuoſam vim blanditiis indomitam, perceptæ gratiæ recordatio ita deuicit, vt pulchræ iuuentæ petulantiam, impotem ad laſciuiam teddiderit? *Quomodò*, inquit, *poſſum hoc malum facere? Bona quæ aſſecutus fuerat, repentè memoriâ intulit, & malum quod pulſabat eiicit.* O gratitudinis triumphus

P. Didac. Celada in Suſannam.

pulcherrimus, quo de effetis libidioibus ſic ſtrenuè victoriatum eſt!

Deutetooomij 31. Moyſes Hebrææ gentis Legiſlator egregius, iam morti proximus, & benè ſcios Iudææ peruicaciæ, de legis impletione valdè ſatagit, & violationem illius ſic præcauet: *Poſtquam,* inquit, *ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit: præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri: vt ibi ſit contrà te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam,* &c. Et quaſi parum foret volumen legis in Gentis ſacrario collocaſſe, vt de ſanctitate loci, & Numinis præſentiâ ſanctiorem fœneraret auctoritatem, & illius violandæ metum ingeretet; confeſtim celebratiſſimum illud Canticum concinnè auſpicatur. Nec immetitò Commentatores ſagaciùs perquirunt, quamobrem in illo rerum articulo, quo Moyſes librum legis conſecrat, hymnum Deo gratantet occineret? Appoſitè S. Ambroſius Præfat. in Pſalmos: *Moyſes,* inquit, *tunc maximè Cantico vſus eſt, vt ..... ſacra ſuauitate dulcedinis in æternum legis obſeruantiam mentibus inoleret humanis. Denique legis tabulæ priuſquam Cantico firmarentur, per indignationem Moyſi fractæ, & comminutæ ſunt. Vbi verò tali ſignaculo conſecratæ ſunt, humana locum ira non habuit, quia ſanctificatio eam ſacræ ſuauitatis excluſit.* Itaque idem olim legis liber gratularorio Cantico non exceptus, de violationis prognoſtico inauſpicatè frangitur,& rupices paginæ humi iacent duriùs comminutæ. At vbi modulata gratitudo volumen legis obſignat, & gtatulatione *conſecrat*, obſeruantiam ſuadet, & obſequio gratanter adulatur. Scilicet beneficium diuinæ legis abſque appendice gratitudine acceptum, dum ingratitudo violationem ſubornat, tanquam contemptum erubeſcit, & pertinax legis fractione & comminutione ſeueriùs vltrice, ingratitudinem punit. Vbi verò diuina lex modulatâ gratulatione excipitur, quaſi de gratitudine humanâ *ſanctitatem* & *conſecrationem* mutuet; de gratâ obſignatione etiam mutuat & æui diuturnitatem, confractioois antidotum, obſeruantiæ obſidem, & arcanæ conſecrationis ſacramentom, quo feliciter ad obſequium conſecratur. ac ſi gratitudo humana ſit diuinæ legis obſeruandæ teſſera: & per oaturales virtutum conſequentias, priſtinæ fractionis aoticipata præſeruatio. *Legis tabulæ priuſquam* grato *Cantico firmarentur, per indignationem Moyſi fractæ & comminutæ ſunt. Vbi verò tali ſignaculo conſecratæ ſunt, humana locum ira non habuit.* Sic iram gratitudo inhibet; ſicut nuper ex Gregorio, concupiſcentiam frenare perhibetur.

3.

Deuter. 31. v. 24. &c.

S. Ambroſ.

Humana gratitudo diuinam legem à fractione tuetur.

Gratitudo iram prohibet.

Pſalmo 48. ſic occinit regius Vates: *Anima eius in vitâ ipſius benedicetur: confitebitur* 4.

tibi, cùm benefeceris ei. Benè notant in Paraphraſi Græci Pattes, multâ obſcuritate hunc locum in Hebræâ otigine caligare. Cùm aotem dicitur, *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei,* fucata potiùs quàm ſincera gratitudo denotatur, quæ io bonis dumtaxat

Pſalm. 48. v. 19.

Græci Patr.

S. Chryſoſt.

gratias agit: *In bonis gratias agens* (ait Chryſoſtomus in Pſalm. 9.) *reddidiſti debitum; in malis, Deum conſtituiſti debitorem. Qui beneficio affectus agit gratias, reddidit debitum; qui malè affectus afficit gloriâ, debitum acquirit.* Quid adulantius homini in aduerſis grato dici potuit, quàm quòd de auctario *gloriæ* indè cumulato, Deum habeat debitorem? Ad hanc gloriam, quam humana in aduerſis gratitudo, Deo beneficiorum largo præbitori fœnerat, adludere videtur Symmachus, qui præſcriptum locum ſic excribit: *Laudabunt te cùm benè tibi ipſi feceris.* quaſi benefacere alicui, ſit benefacere ſibi; quandoquidem illum quem beneficiis obligat, totum ſibi acquirat gratitudinis titulo. Scitè Saluianus lib. 2. ad Eccleſ. Cathol. *Cur quæſo, non vnuſquiſque noſtrûm totum pro ſe Deo offerat quod habet, qui non poteſt totum quod debet?* O bona hominis gratitudo, quæ cùm ſoluendo non ſit totum quod Deo debet, ſaltem totum quod habet, & Deo bonorum omnium largitori totum ſe offert, deſtinat, impendit!

Qui in malis gratias agit, debitum ſoluit, & acquirit. quomodo?

Symmach.

Deo quiſque offerat totum quod habet, qui non poteſt totum quod debet.

Saluianus.

5. Dauid ille quondam tragicis calamitatibus anxius, mœrendo ac plorando defeſſus; *Cogitaui*, ait, *dies antiquos: & annos æternos in mente habui.* Quinam ſint hi *dies antiqui*, & *anni æterni*, quos in memoriam Propheta reuocat, vt perſecutionis calamitatem leniat, & indè conceptam triſtitudinem excantet, non conuenit inter Expoſitores. Genebrardus ibidem ſic ad rem locum peritè commentatur: *Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui*, inquit: *Animo agitaui priſca olim Patribus præſtita beneficia, & dies illos, quibus illis, mihique benè erat, quando liberè & tutò te colebam, ſecurus à perſecutione. In mente etiam habui tempora illa ſecularia, quibus ab æterno citrà vllam viciſſitudinem felix extitiſti, extas, & extabis, ita vt etiam me illâ beatitudine ſis participem in perpetuum effecturus.* Ecce tibi vniuerſa beneficia, quæ *dies antiqui*, & *anni æterni* in immenſum extendunt, & immeratè protelant, breui nunc cogitatione, & anticipatâ memoriâ ſtringit, & recordationis breuiario in compendium redigit, quò ampliorem gratitudinem exprimat. Totam æternitatem, quâ beneficus Deus felix *extitit*, *extat*, *extabit*, momentaneâ recordatione compendiat; & diuinam perpetuò felicitatem, felicitatis humanæ fœcundè grauidam, gratanter ſibi computat, vt ſumptuoſioris arbitrio gratitudinis, felicem tragœdiæ cataſtrophen, & ſibi proſpera quæque exinceps auguretur. Tantum gratitudini licet! Quare ſapienter Propheta cumulat beneficiorum hyperbolen, vt gratitudinem adulantiùs exaggeret. *Cogitaui*, inquit, *dies antiquos; & annos æternos in mente habui.*

Pſalm. 76. v. 6.

Genebrard.

Dauid cumulat beneficiorum hyperbolen, vt gratitudinē exaggeret.

6. Siracides Eccleſiaſtici 35. hanc gnomen proponit: *Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.* Explicatiùs ſententiam tradit Tigurina cum aliis: *Qui rependit gratiam* (addunt Complutenſia, *ſicut qui*) *ſimilagine ſupplicat*, vel *litat: & qui beneficentiam exercet, ſacrificium facit gratulationis.* Quaſi dicat: Qui pro accepto beneficio rependit gratiam, hic quaſi ſimilam Deo litat: quo ſignificatur gratitudinem Deo gratam eſſe inſtar ſacrificij. Simili modo qui miſericordiam vel beneficentiam exercet, ſacrificium offert, & (vt Græcus habet) *ſacrificator eſt laudis*, id eſt, ſacrificium laudis Deo offert. Duo ergo ſacrificia laudis, quibus ſcilicet laudatur, delectatur, & glorificatur Deus, ſunt gratitudo & miſericordia. Itaque gratitudo inſtar ſacrificij Deo grata eſt.

Eccli. 35. v. 4.

Tigurina.
Compluteſ.
Cornel. ibi.

Gratitudo inſtar ſacrificij Deo grata eſt.

Græcus.

---

§. CCCV.

De ingratitudinis vituperio, Suſannæ gratitudo commendatur.

Terrere ad beneficentiam non debet, beneficia accipientium animus perſæpè ingratus, impiè aliquando manus. Scio non defuiſſe qui pro benefactis malefacta reponerent. memini filiorum in parentes crudeles manus. Tulliæ in Seruium, Ariſtobuli in Hyrcanum, Selymi in Baiazetem, Sanctij in Iaymem, & illius, qui poſt Clotharium patrem viuus cum vxore prolibúſque & domo exuritur. Crudeles in his impiáſque in piè benefactores manus lego, nec terreor. Nec terrere hi benefactorem debent. magis verò animare exemplum tot omni retrò ætate millium, qui gratitudine præluſtres excelluerunt. Teſtis mihi omnis litteratura & ſacra & profana; teſtis Hiſpania, Germania, Italia, nec longè quærendi: viuit etiamnum grata multorum in vtrâque purpurâ memoria, viuétque æternùm: neque vlla tam ingrata poſteritas ſilentio premet. Ingratitudo porrò degener ſemper eſt ab humana indole, barbaráque ſemper audit: nec agreſtis ſemper Babylon hoſce generoſos gratitudinis characteres, in Suſannæ familiâ abolere potuit; dum tanto beneficio congenita gratitudo, promeritam Deo gratiam incunctanter rependit, & in gratam panegyrim modulatè erumpit. *Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus.* 1.

Ingratorum frequens turba, ne generoſam beneficentiam inhibeat.

Hic verſ. 63.

Exhodi 23. hæc Moyſis ore ſuis Iſraëlitis 2.
Deus mandat: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in viâ, & introducat in locum quem paraui. *Obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaueris, & eſt nomen meum in illo.* Mirìſſima ſanè eſt Dei ergà ſuum populum beneficentia; quandoquidem poſt tot impia ſceleroſè flagitia, Angelum ſuum beneuolè mittit, qui eum præcedat itineris dux, comes & cuſtos, quoúſque in paradiſeam promiſſionis Terram, illum feliciter introducat. Opportunè B. Petrus Damianus opuſc. 23. cap. 4. ita ad rem ſcribit: *Hîc notandum, cùm Deus homini tantam proroget gratiam, quantam Deus ab homine patitur iniuriam, deputat virtutes Angelicas humanæ cuſtodiæ; & infelix homo relicta munditia & puritate virtutum, ſqualoribus ſe polluit, ac ſordibus vitiorum.* Vbi primò aduerte, quàm magnum ſit homini beneficium, Angelorum ſollers cuſtodia, vt velut tantum boni

Exhod. 23. v. 21.

B. Petr. Dam.

Pro iniurijs acceptis, Angelos cuſtodes Deus hominibus deſtinat.

boni donare dicatur, Angelos ad cuſtodiam deſtinans, quantùm ab hominum iniuriis malum patitur, peruerſo gratus officio. Dein notanda eſt hominis ingratitudo extrema in Deum, qui tutelarem Angelum ſolletti beneficentiâ exſomnem, *contemnendum putat*, etſi datus ſit ea ſummâ Dei beneficentiâ, quæ beneficia pro iniuriis erogat; etſi totus Angeli labor in eo verſetur, vt hominem in paradiſeam Terram promiſſionis introducat. O bona Dei æmulatio, quâ hominum iniurias beneficiis repenſat! O bruta hominum ingratitudo, quâ Dei beneficentiam iniuriis repenſare audet! *Cùm Deus homini tantam prærogat gratiam, quantam Deus ab homine patitur iniuriam, deputat Deus virtutes Angelicas humana custodia.* quæ eſt & beneficentiæ diuinæ, & humanæ ingratitudinis meta. Sed caue, *quia non dimittet cùm peccaueris*: ne ergò tantum beneficium ingratè *contemnas*.

Hominis ingratitudo extrema in Deum.

3. Exhodi 1. mortuo Ioſepho, omnique cognatione ſuâ, filij Iſrael multiplicati ſunt nimis, & impleuerunt terram Ægypti. *Surrexit intereà rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph.* Eâinde de Hebræo populo atrociter abolendo, cum regni Proceribus ſeriò tractat. Tot, tantáque beneficia Ioſephus regibus Ægyptiorum impenderat, vt Caietanus adduci non poſſit vt credat, hunc nouum Regem non fuiſſe alienigenam. Sic inibi ſcribit Caietanus: *Si Ioſepho* (Flauio inquam) *creditur, ideò nouus dicitur Rex iſte, quia ex alia familia ortus erat. Ex eo tamen quòd ignoraſſe dicitur Ioſeph, videtur quòd non Ægyptius fuerit; nam Ioſeph notus erat familiis omnibus Ægyptiorum.* Ceterùm hæc noui Regis ignorantia beneficiorum, non ex regionum longinquitate, ſed ex ſeculi huius malignâ ingratè proprietate oritur. Quâ de re appoſitè inibi Lipomanus: *In hoc*, inquit, *Rege, qui non nouerat Ioſeph, id eſt, beneficia quæ Ioſeph tulerat in Ægyptios, obſeruandi veniunt mores huius ſeculi., in quo maxima inuenitur hominum ingratitudo. In rebus enim humanis ferè fieri ſolet quod Pindarus in Iſthmiis tradit: Vetus beneficium obliuioni, & quaſi ſomno traditur.* Eheu! vetus beneficium, aut per obliuionem è memoriâ excidit quaſi infectum; aut tamquam non vera, ſed ſomniata beneficia putantur. Quid tam inane ac futile, quàm quod de ſomnio ſubſiſtit? quid tam euanidum, quàm quod ſomnio quaſi baſe fulcitur? Quam exigit gratitudinem beneficium, quod ſomnij phantaſia architectatur? Sic ingenium huius ſeculi gratitudinem cum beneficiis deludit! Hem! hodie in vrbibus, regnis, prouinciis, congregationibus ſæpè experimur illud: *Surrexit Rex nouus qui ignorabat Ioſeph.* Hinc ſententiosè aiebat magnus ille omni æuo vir Thomas Morus apud Cornelium ibidèm: *Benè ac laudabiliter facta pro merito compenſare, mundus hic nec ingratus ſolet, nec gratus poteſt.* O benè! Benè eſt, mundus de vitio ingratitudinis beneficia non compenſet accepta: at planè admirationem excellit, quòd *nec gratus poteſt*. Sic beneficij accepti magnitudo obruit accipientis animum, & præ inſolentiâ mundanos offuſcat, vt ad ingratitudinem cogat? An quia

Exhod. 1. v. 8.

Ingratitudo putatur impoſſibilis. quare?

Caietanus.
Ioſephus.

Lipomanus
Pindarus

Beneficia accepta mundus ſomniata putat.

Thom. Morus.
Cornelius.

Mundus hic gratus eſſe non poteſt. quare?

mundus obliuioni beneficiorum adſuetus, illa tamquam ſomnia reputans, nullo in pretio, habet, & indè gratitudinis materiam ſubtrahit? O! *Mundus hic gratus eſſe non poteſt?* Qui gratitudinis potentiam aufert, liberalitatis fontem exiccat.

4. Exhodi 13. Hebræorum populo iam iam egreſſuro de Ægypto, dixit Moyſes: *Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Ægypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto.* Grande quidèm beneficium, quòd de ſeruitute Ægyptiorum, & de Idolorum Ægypti ſeruitute liberentur, & in optatiſſimam Terram promiſſionis deducantur: *Gratitudinem autem duplicem* (ait indidèm Lipomanus in Catena) *præſcriptis verbis Deus exigit pro beneficio redemptionis ex Ægypto, memoriam ſcilicet beneficij ſempiternam, fidémque in Dei omnipotentiam & beneuolentiam* (Nota attentiùs quæ ſubſcribit verba,) *vt fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle. Non vmquam, inquit, excidat vobis tanti beneficij memoria, numquam inueniamini ingrati ei qui exemit vos magnificè de domo ſeruitutis.* Itaque Deus, ne Hebræi barbarum ingratitudinis crimen incurrant, duplicem gratitudinem exigit. Primò perpetuam beneficij memoriam: Dein *fidem in Dei omnipotentiam & beneuolentiam, vt fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle.* Moraliſſimè quidèm magnus hic Doctor, non tantùm fidem in Dei *omnipotentiam*, ſed etiam in Dei *beneuolentiam* exigit, *vt fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle.* Quis fidelium non credat, Dei omnipotentiam poſſe quemcumque à quâlibet calamitate atrociùs vrgente liberare? dubius autem de beneuolentiâ, claudicat fiducia, & ſpes languet: ergò *fideles credant omne bonum Deum poſſe & velle*: hæc animoſa perſuaſio, & fiduciæ emphaſis eſt, & exilium ingratitudinis. Sic, opinor, Suſannam credidiſſe, ſuam liberationem *Deum poſſe & velle*, quò illuſtriorem exhibuit gratitudinem. *Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Fuit ergò Suſanna bis grata, ſemel per fiduciam, iterùm cum tota cognatione & familia Deo gratias agens.

Exhod. 13. v. 3.

Lipoman.

Gratus eſt qui putat Deum poſſe & velle eum liberare à periculo.

Hic verſ. 35.

Hic verſ. 63.

5. Exhodi 15. Hebræus populus præ ſiti areſcens in deſerto, querulus de inopia expoſtulat: *Et murmurauit populus contrà Moyſen, dicens: Quid bibemus?* quod acerbè admodùm tulit Moyſes. Sed quid peccauit populus aridè ſitiens in vaſta eremo, petendo potum à Moyſe, qui illum eduxit; illiuſque dux erat? Pulchrè Rupertus inibi: *Non quia dixit, ſed quia murmurando dixit, Quid bibemus, rectè arguitur* populus. Addit Lipomanus quódnam fuerit hoc murmurationis peccatum, aiens: *Pro murmure contrà Moyſen, Deum oraſſe debuerant, cuius iam fuerant palam beneficentiam experti, Sed ingratitudo perpetua Iudaici populi deſcribenda ſuſcipitur in ſacris litteris contrà Prophetas omnes, tandémque & Dominum prophetarum.* Itaque hæc aquæ poſtulatio, non ex reipſa, ſed ex ſtilo murmurationis, peccati malitiam combibit. Quin & ingratitudini adſcribitur ad nequitiæ exaggerationem; ingratitudo enim flagitioſioris

Exhod. 15. v. 24.

Rupertus.

Lipomanus.

Res non mala de ſtilo murmurationis, de ingratitudine arguitur.

tis malitiæ tinctura eſt, quæ ſceleroſiùs actionem contaminat.

6\. Exhodi 2. Moyſes regiâ cognatione ſublimis, conſpiciens duos Hebræos rixantes, dixit ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? *Qui reſpondit: Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Timuit Moyſes*, &c. Quæ verba Lipomanus in Catenâ ibi his verbis elucidat: Notatur, inquit, hîc ingratitudo Hebraici populi, qui beneficium non agnoſcit. Eam ſiquidèm mercedem ex beneficio ſuo refert Moyſes, quam ferè omnes benefactores ab ingratis referre ſolent. Impius enim Iſraëlita reiiicit Moyſen, & accuſat ipſum homicidij. Vide maximam indignitatem & ingratitudinem. Moyſes reliquerat regiam aulam propter Iſraëlitas, vt ſignificaret ipſis, ſe ad liberandum ipſos ex Ægyptiacâ tyrannide diuinitùs ordinatum eſſe. *Sed certè ſtatim reiicitur ab ipſis, vix dum elementis liberationis inchoatis. Hæc exempla potiſſimum propter hoc nobis proponuntur, vt in ingratitudine hominum & contemptu noſtri benè confidamus, & in benefaciendo non defatigemur.* Hem! hominum *Ingratitudo*, fiduciæ noſtræ animoſitas ſit. O nouum ac mirum ſpei noſtræ calcar, è peruerſo auxiliare! Quis animo cadat, videns agreſtem hominum ingratitudinem? Spei vigorem ingratus ingerit. Hinc forſan etiam admiranda fiducia Suſannæ, quæ cum marito, & his ingratiſſimis Senibus iuſtitium dederat in ædibus ſuis, multáque in ipſos beneficia contulerat: quos vbi aduertit atrociùs ingratos, & infamiſſimam ei cædem machinantes, fidentiùs ſperat, nempè *in ingratitudine hominum benè confidit:* ingratitudo enim eſt animoſitas ſpei, & illius emphaſis.

Exhod. 2. v. 14. — *Lipomanus.* — *Hominum ingratitudo, noſtra ſpei è peruerſo vigor eſto.* — *Hic verſ. 6.*

§. CCCVI.

Ineſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt.

1\. ARdua & periculoſa videtur, ſed verè tuta pro Chriſto, & cum Chriſto pugna eſt; in quâ nec vulneratus, nec proſtratus, nec conculcatus fraudatur victoria; tantùm ne fugias: ſola cauſſa, quâ perdere poſſis victoriam fuga eſt, fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: & beatus ſi pugnando cadas; nam cadendo ad palmam & coronam adſurgis. O qualis eſt religionis Chriſtianæ œconomia, cuius vinci, victoria eſt. Pulchrè Nazianzenus: *Præſtat honeſtè vinci, quàm periculosè contrà fas vincere.* Bis vincit, qui ſe & aduerſarium, dum vincitur, vincit.

In re virtutis ſæpè præſtat honeſtè vinci. — *S. Naz. apud Anton. in Meliſſâ, Ser. de Charit.*

2\. Geneſeos 32. pauidè metuit Iacob iras fratris Eſaü occurrentis cum quadringentis viris, ne antiquarum ſimultatum memor, in ſe atrociter ferociat, & cuncta funditùs deuaſtet. Poſtquam autem omnia ex ordine diſpoſuit, & tranſiuit vadum Iaboc, manſitque ſolus; ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet, ex auroræ illuceſcentis auſpicio, dimiſſionem obnixiùs expetit. Dixitque vir ille ad Iacob: *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Et mox benedixit ei in eodē loco. Multa multi ſuper hâc Iacobi luctâ. Sic autem de eâ philoſophatur Auguſtinus, ita addubitans q. 104. in Geneſim: *Quòd ab illo Angelo deſiderat Iacob benedici, cui luctando præualuit, magna eſt de Chriſto prophetia. Nam eo ipſo admonet myſticum aliquid ſapere: quia omnis homo à maiore vult benedici.* Nota attentiùs quæ ſubiicit: *Quomodò ergò ab eo benedici iſte voluit, quem luctando ſuperauit?* Ecce tibi magnum Chriſtianæ œconomiæ myſterium. Nempe Angelus ab homine ſe vinci ſinit, & vltrò patitur: nec tamen quia victus eſt, eius robur imminutum eſt, nec homini imbecilliori ſpontè cedens, eiuſdem virtus ac præſtantia deuenuſtatur. Quare tunc, tunc quidèm vel maximè ab eo recèns victo benedici tamquam à *maiori* ſuppliciter poſcit. Non victo inſultat Iacob, ſed precariâ ſubmiſſione maiorem tunc illum fatetur, ab eóque honeſtari benedictione expoſcit, quo facto apud homines inuſitato myſticè adumbrat arcanum Chriſtianæ philoſophiæ ſacramentum, quò detumeſcat auguſtior victorum felicitas, dum à victo victor benedictionem ſupplicat. Hem, ſatis victo victoriatum hîc eſt!

Geneſ. 32. v. 26. — *S. Auguſtin.* — *Iacob ab eo benedici expetit, quem luctando ſuperauit. quare?*

3\. Gentium doctor & Eccleſiæ magiſter egregius, ſic de cæli gymnaſio eruditus, fideles erudit: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Moralis gnome eſt ænigmati ſimilis; nam dum ſuadet ne vincamur, ſed vt vincamus, bis nobis victoriam ambire iubet: ſed è diuerſo victoriam vſurpat: nam tunc in Chriſtianâ palæſtrâ vincimus, cùm inimicis vinci ac proculcari putamur. *Vindicare ſe*, ait Ambroſius, *non eſt actus fortitudinis, ſed abiectionis & timiditatis. Vincitur ab inimico, non vincit, qui ſe vindicat.* Timidum, abiectum, puſillanimem, ac victum exiſtimas, qui iniurias patienter diſſimulat, & iniuriantes beneficiis auget, peruerſo gratus officio? hic falſatus mundi cenſus eſt: in ſcholâ autem Chriſti, ille generoſiùs vincit, & victoriali triumpho auguſtiùs ouat, qui læſus læſuram diſſimulat, & offenſus offenſam velut inſenſili tolerantia ſuſtinet, & iniuriam magnanimâ generoſitate obſequiis meritur. *Vincitur* enim *à malo*, ſi mali impatiens, malum pro malo reddat: nam Chriſtianus *vincere in bono malum* iubetur. O qualis eſt Chriſtianiſmi virtus, cuius vinci, victoria eſt! Scripſit S. Chryſoſtomus tom. 3. homiliam hoc titulo: *Vt benedicamus maledicentibus, Chriſti & Sanctorum exemplo*, vbi hac ſuper re ſic eloquenter philoſophatur: *Velle alios malè agendo ſuperare, non diuinæ id legis eſſe, quin Dæmoniacæ conſtat. Siquidèm in Olympicis certaminibus, inferis dedicatis hoc pacto victoria comparatur. Sed in Chriſti ſtadio vincendi modus eſt longè diuerſus. Sancitum namque eſt percuſſum, non percuſſorem, corona donari oportere.* Additque: *Hic non ſolum ipſa victoria, ſed & vincendi modus admirationis habet plurimum: ſiquidèm qui ſuccubuiſſe videntur, palmam retuliſſe creduntur: hæc eſt potentia Dei, tale cæleſte ſtadium,*

ad Rom. 12. v. 21. — *S. Ambr. l. 1. Offic. c. 36.* — *S. Chryſoſt.* — *In virtutis ſtadio, potentia Dei eſt, vt vinci, victoria ſit.*

ſtadium, hoc Angelorum ſpectaculum. (Eadem propè idem Chryſoſtomus habet ad hunc Pauli locum) Scilicet aduerſarium vincere, illum ſuperando, ſauciando, & procuicando, ſecularis, profana, atque *Olympica* victoria eſt, *infernaliter*, ac *Dæmoniace* vincit. *In Chriſti ſtadio vincendi modus eſt longè diuerſus: ſiquidem qui ſuccubuiſſe videntur, palmam retuliſſe creduntur. Tale eſt cæleſte ſtadium, hæc eſt potentia Dei, hoc Angelorum ſpectaculum.* In hoc Angelorum ſpectaculo, & cæleſti ſtadio tota quaſi adlaborat *potentia Dei*, & eius omnipotens prouidentia, vt abiectè vinci, ſumptuoſior victoria ſit. Vincis, dum vinci videris: & cùm velut puſillanimus aduerſario petulanti ſuccumbis, victorialem præripis coronam. Auſpicium huius doctrinæ

Hic verſ. 63. Euangelium dedicauit, cui gratulandum de hoc nouo victoriæ ritu, cuius vmbram rudibus deſcriptam lineamentis in Suſannæ cognatis legimus. Nam Danielis ſuperno inſtinctu, acerbiſſimè punitis Senibus fraudulenter ac ſalaciter impuſtoribus, non ſibi gratulatur Suſannæ cognatio de eorum vltrice tragœdia, & pœnaliori cataſtrophe, ſed *quia non eſt inuenta in ea res turpis*. Non aduerſariorum vindictæ, ſed innocentiæ Suſannæ adgaudent.

4. 1. Corinth. 15. ita ſcribit Apoſtolus: Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo (id eſt, ad exitum perducetur,) qui ſcriptus eſt: *Abſorpta eſt mors in* 1. Cor. 15. v. 54. & 55. *victoria. Vbi eſt mors victoria tua?* &c. Non hic contendam cum Interpretibus, an in Oſee, an in Iſaia hæc allegata verba, aut verborum ſenſus reperiatur. Sat eſto ad rem, quòd mors videtur victrix, dum Chriſtum, & eius membra, ſanctos quoſque inquam, perimit, deuorat, abſorbet; è diuerſo ipſa mors eſt perempta, deuorata, abſorpta, & ipſa ſua victoria potiùs victa. Idcircò victrici morti velut inſultando ſubdit: *Vbi eſt mors victoria tua*? Pro *τὸ victoria*, alij excribunt, *contentio*, alij *cauſſa*, putà forenſis. Scilicet cauſſa in foro contentioſa, ſeu quæ contentiosè in foro peragitur, ſeu ritè ſecundum iuris præſcripta. Scilicet Mors & Infernus contentioſam de victoria litem intendunt, quaſi ſecundùm mundi ac *inferorum* ritum ac iura victoriam reportauerint. Ita quidèm; ſed in virtutum *cæleſti ſtadio*, & in *Angelorum ſpectaculo*, vbi de *potentia Dei* venit, vt vinci, victoria ſit; mors ſeculari, Olympicâ, ſeu infernali victoriâ victrix, tamquam victa declaratur in hâc forenſi *cauſſa*, & *contentioſo* litigio planè damnatur: & eius victoria nuſquam apparet; ſed ei inſultando dicitur: *Vbi eſt mors victoria tua*? quia in *cæleſti ſtadio*, ille qui ſic vincitur, ſolus vincit, & victoria è diuerſo ſtat: nemóque coronatur, niſi qui legitimè, id eſt, ritè, & iuxtà *cæleſtis ſtadij* ius certauerit, ac vicerit, dum vincitur.

Iuſtinian. & Cornel. ibi.

In cæleſti ſtadio, victoria cauſſa ſtat penes eum, qui vincitur.

5. 1. Machabæorum 6. ſtrennus ille vir Eleazarus in periculoſo illo contrà Antiochum prælio, vidit vnam de beſtiis loricatam loricis Regis: & viſum eſt ei quòd in ea eſſet Rex, & cucurrit ad eam audacter. *Et iuit ſub* 1. Machab. 6. v. 46. *pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.* Hoc Eleazari opinatiſſimum facinus, ſic ad rem eloquenter Ambroſius elucidat: S. Ambr. l. 1. Offic. c. 40. *Quanta igitur*, inquit, *virtus animi, primò vt mortem non timeret: deinde vt circumfuſus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, & contemptâ morte ferocior, abiecto clypeo, vtrâque manu vulnerate molem beſtiæ ſubiret, ac ſuſtineret; poſt infrà ipſam ſuccederet, quò pleniori feriret ictu. Cuius ruinâ incluſus magis, quàm oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho. Tanto virtutis ſpectaculo defixi hoſtes inermem occupatum incurſare non auſi poſt caſum ruentis beſtiæ, ſic trepidauerunt, vt impares ſe omnes vnius virtuti arbitrarentur..... Itaque Eleazarus heredem virtutis ſua pacem reliquit.* Vide hic à ruina triumphum, & victorialem mortem; hoſtium trepidationem, amica reconciliationis fœdera, atque pacem heredem, quæ ſunt felices victoriæ appendices. Qui ſic morte victrici obiit, *ſuo ſepeliri triumpho* meruit!

Qui victoriali morte obit, ſuo ſepeliri triumpho meruit.

Actorum 5. magnanimâ conſtantiâ flectineſcij ſtant Apoſtoli in Phariſæorum concilio, & vno ore ac ſuffragio Ieſum prædicant Chriſtum, & Meſſiam Hebræis promiſſum. 6. Hæc cùm audiſſent Iudæi Senatores, diſſecabantur, & *cogitabant interficere illos*. Tandem conuocant Apoſtolos, & maledico ore probrosè dehoneſtatis, ac *cæſis denunciauerunt* ne omninò loquerentur in nomine Ieſu: & dimiſerunt eos: *Et illi quidèm ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Ait Actor. 5. v. 41. itaque ſacer Hiſtoricus, cæſis denunciauerunt; nempe (vt communiter cenſent Interpretes) flagellarunt, aut fuſtigarunt Apoſtolos. Syrus interpres, *verberarunt*. Græcum Syrus. verbum *δείρω* ſignificat *verberare, & excoriare*, Græcus. quod Vulgatus *cædere* excepiſit. Itaque Apoſtoli Phariſæorum iuſſu, & *contumelioſis* probroſſimè verbis dehoneſtantur, & Diris flagris *ceduntur*, inhoneſtis vibicibus liuidi; non, opinor, *excoriantur*, licèt ſacer Hiſtoricus Græco verbo, quod *excoriare* ſignificat, viſus ſit. Ceterùm cùm ſic verbis ac verberibus inhumaniter *cæſi* dimittuntur, *Ibant gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Hem! ſic in probris & flagris, quibus dirè ſauciantur, exultim lætantur? Sic contumelloſè & acerbè pati, non vile, ſed generoſum putant, vt de ſuo ſancto Herone prædicat Nazianzenus Orat. 28. in eius laudem: *Philoſophi*, inquit, *animus ex eo quod paſſus eſt, generoſior redditur.* Prænobilis ſanè generoſitas, de paſſionum ſtirpe prognata! Addit Chryſoſtomus præſcripta verba elucidans: *Ibant gaudentes, &c. Tam fortis*, inquit, *inuictáque res eſt virtus, vt dum patitur, affligentes vincit.* Ecce tibi in Apoſtolis virtus Euangelica dum generosè acerba quæque patitur, *inuicta* tamen eſt; Imò quaſi paſſiones in tyrannos & carnifices retorquens, & patientiæ arbitrio reuerberans, victrix è peruerſo eſt; quia afflictiones patiendo, *affligentes vincit*. qui eſt Chriſtianus nobiliter triumphus, & nobilis Euangelij faſtus.

Gaudês Apoſtoli dû verberantur, au dum excoriarentur

S. Nazianz. *Chriſtianus afflictiones patiendo, affligentes vincit.* S. Chryſoſt.

§. CCCVII.

§. CCCVII.

Parentum ergà filios amor, acerrimus eſt, pugnax, inexpugnabilis: indè pater pœnaliùs caſtigatur in filiis; quos ſibi conuiſcerat, etiam dùm illis iraſcitur.

1. ELoquenter Caſſiodorus: *Vbi*, inquit, *eſt illa natura vis, quæ amplexu copula deſtinatur ad poſteros? Ferarum catuli ſequuntur parentes: à ceſpite ſuo virgulta non diſcrepant: propago vitis ſua ſeruit origini, & diſcrepat homo à ſuo fuſus initio! Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam poſſunt obligare perſonam? Nutriuntur à paruulis, ipſis laborantur, ipſis diuitia conquiruntur: & cùm ſibi vnuſquiſque credat abundare quod poſſidet, cùm à parentibus adhuc quaritur, pro alterà potius atate peccatur. Proh dolor, non merebimus eorum affectum, pro quibus ſubire non recuſamus exitium?* Sanè inter arcaniora naturæ miracula, parentum ergà filios amor eſt. Pater alterum ſe putat in filio, & velut potiorem ſui partem æſtimat: exindè vt ſobolem ſeruet, per exitia ruit, & filij incolumitatem proprio ſanguine redimere non ambigit; & præ tenero filiorum amore, ſibi acerbè durus exiſtit.

Caſſiod.l. 2. Vari.ep. 14.

Parentū ergà filios amor.

2. Iudicum 18. tribus Dan adhuc exſors, mittit de Saraâ exploratores, qui terram ſpeculentur ipſi. Terram Lais elegerunt, quam expugnatam habitarent. Expeditionem aggreſſi ſunt ſexcenti Danitæ, alacri pugnacitate imparcis ſtrenui. *Qui cùm pergerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretioſum, &c.* Res quidèm miriſſimè inſolens, paruulos ſuos ad bellum præmiſiſſe. Num chariſſima pignora, tamquam præmaturam vltrò prædam hoſtibus offerunt? Portant ſanè validum præſidium, imbellem paruulorum plebem, qui lacrymulis, gemitu, ſuſpiriis, eiulatu, numeroſum Laitarum populum terreant, malè concidant, expugnent, quò ſuas illis ſedes ſponte cedant. Monet hanc difficultatem inibi Abulenſis, & ita ſuper eâ ſcribit: *Et ante ſe ire feciſſent paruulos, &c. Poſſet dici quòd conſuetudo erat antiquorum, quandò pugnaturi erant, ducere ſecum vxorem, & filios, vt incitati amore iſtorum pugnarent acriter, & non putarent propter aliquem ſiniſtrum caſum fugiendum eſſe, quia nihil boni ſupererat ad quid fugere poſſent relictis in bello & captiuitate chara vxore, & dulcibus filiis.* Chara impedimenta præmittunt, vt præmaturè fugam impediant, ac præcludant. Scilicet ad periculoſum bellum ſtrenuè ineundum, amore coràm filiorum potenter armantur. Pauculi cum innumeris hoſtibus pugnare audent, cùm dulcis filiorum amor animos afflat: ab amore pugnaces ferociunt fuitque victoria amoris ſtipendium, & charæ ſobolis illuſtre trophæum. Cùm vident paruulorum lacrymulas, & teneros audiunt eiulatus, ſurdi ac cæci ad pericula, nil niſi hoſtium ſtrages animo tractant; & de charorum infantium imbecillitate ferociam truces fœnerantur. Vilis eſt propria vita, cùm de filiorum incolumitate res agitur. Ergò *ante ſe ire fecerunt paruulos, vt incitati amore iſtorum pugnarent acriter.* Sat nunc tenero amori durè victoriatum eſt. O, ſic filiorum amor parentes tangit?

Iudicum 18. v. 21.

Abulenſ. in Commentario ibi.

Prœeunt in bello infantes, vt parentes acriùs pugnent.

3. Oſee cap. 4. Hebræi populi peccatum, & appendicem congruè illius pœnam euulgat, Subtùs quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: *ideò fornicabuntur filia veſtra, ſponſa veſtra adultera erunt*: Deo permittente in pœnam tot criminum, vt victores hoſtes in Iſraëlitides omni libidine debacchentur. Adeò *quod filij & vxor vero Parenti fecerant & Marito, hoc in liberis ſuis & vxoribus ſentiant, & ex proprio dolore intelligant dolorem Dei*, ait Hieronymus. Et minæ quidèm eæ ſunt in parentum peccata intentatæ de fornicaturis filiabus. Parentes enim pro affectu in liberos magìs eorum pœnâ & ludibrio terrentur, ob ſingularem illum amorem, quo ipſos habent quamchariſſimos. Notatione digniſſimum eſt, quòd cùm Deus demonſtrare vellet Hebræis, quàm ſit eorum flagitiis offenſus, propudioſum alienæ libidinis ludibrium minatur eorum filiabus & vxoribus, vt parentes acriùs ſauciaret, quàm ſi in ſeipſis ipſi atrociùs punirentur. Acerrimus ſanè eſt dolor de vxore coràm conſtupratâ, obſcœno ſalacitatis ludibrio: verùm vt hoc totum libidinis propudium, non ad vxores dumtaxat, ſed ad filias referatur, S. Cyrillus ſic inibi præſcripta Oſee verba exponit: *Execrabilem videlicet ſeductionem, & immunditiam, propterea fornicabuntur filia veſtra: ſponſa autem, hoc eſt, filiorum vxores, adulteria perpetrabunt.* Ecce tibi tota peracerbi ſupplicij moles incumbit in filias, & filiorum vxores, quò Deus parentes duriùs feriat: *& ex proprio dolore intelligant dolorem Dei.* Quid exaggeratius? (Sic etiam impiè delinquente Cham, non ipſe, ſed Chanaan eius filius, à Noëmo maledictione feritur: *Maledictus*, ait, *Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* quod alibi expendebamus) *Sic Helcias & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioakim marito eius, quia non eſt inuenta in ea res turpis*; non quia à tanto vitæ diſcrimine ſoſpes euaſit, vt ex Hieronymo & Chryſoſtomo ſuprà notabamus.

Oſee 4. v. 13.

S. Hieron.

Parentes acriùs ſauciantur filiarum, & nurum libidine.

S. Cyr. Alex.

Geneſ. 9. v. 25.

Hic verſ. 63

S. Hieron.

S. Chryſoſt.

4. Exhodi 20. Deus ſuo populo præſcribens leges, has in præuaricatores minas iactat: *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.* Quid peccauerunt innocentes filij, vt de alieno parentum reatu plecterentur? Huic obiectioni ſic reſpondet Tertullianus lib. 2. aduersùs Marcionem cap. 15. Deus *Etſi patrum delicta ex filiis exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel poſteritatibus ſuis proſpicientes, legi diuina obedirent. Quis enim non magìs filiorum ſalutem, quàm ſuam curet? Sed etſi benedictio patrum ſemini quoque eorum deſtinabatur, ſine vllo adhuc merito eius, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offenſa.* Pulchra ſanè ratiocinationis clauſula. Durior ſeueritas non eſt, quæ in blando parentum amore fundatur, & paterno cum filiis reciproco nexu naturaliter ſubſiſtit.

Exhod. 20. v. 5.

Tertull.

Parentū gratia, ſicut & offenſa, in poſteros perdurare dicitur.

ſubſiſtit. Nimirùm parentum benedictio ſoboleſcit in poſteris: quaſi ingratus fuerit in benemerentem patrem, qui gratiam benedictionis in ſimiles parentibus filios non propagat. *Quis enim non magis filiorum ſalutem, quam ſuam curet?* Plectatur ergò pariter in amantiſſimâ ſobole, & paternus reatus in poſteritate perduret ad pœnam, cùm ſic obduruit ad culpam. *Sicut gratia, ita & offenſa.* O contentioſam gratiæ & offenſæ æmulationem, quæ parentes continere debet, ne gratiam charæ ſoboli inuiderint; aut atrociùs ſuæ offenſæ pœnaliſſimum reatum inflixerint. Heu male comeſtum Adami pomum, poſt tot ſecula adhuc crudum poſteri ructamus!

5. Geneſeos 34. Iacobi filij, iuuenili ardore ſæuientes ob ſororis ſtuprum, Sichimam depopulantur, ciues trucidant, vrbem diripiunt. His ergò audacter patratis, iratus Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis Chananæis & Pherezæis hab-

Geneſ. 34. v. 30. itatoribus terræ huius: *Nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* S. Auguſtinus quæſt. 109. in Geneſim; ſic exſcribit, & exponit præſcripta ver-

S. Auguſtin. ba: *Ego autem exiguus ſum numero; & conuenientes ſuper me, occident me: propter bella plurium, quæ conſurgere poterant, ſe dixit numero exiguum, non quòd minùs multos haberet, quàm poſſent ſufficere ad expugnationem illius ciuitatis, cùm ſuos in itinere in bina caſtra diuiſerit.* Itaque quod Vulgatus dixit de Iacob loquente cum filiis: *Nos pauci ſumus*, Auguſtinus emphaticè legit: *Ego exiguus ſum nu-*

Dum Iacob cum filiis viuatur, ſe amantius illis vnit, & conuiſcerat. *mero:* ipſe autem Iacob, numerus quantumuis exiguus non eſt, ſed primus, tamquam familiæ caput; numerum autem filij complent. Quid ergò eſt, quòd Iacob dicit: *Ego exiguus ſum numero*, quod Vulgatus ait, *Nos pauci ſumus*, nempe ipſe cum filiis? Ipſéne cum filiis, eſt ipſe exiguus numero? O magnum paterni amoris ſacramentum! Scilicet cùm ipſe Iacob filiis acerbiùs iraſcitur, & illorum inſanam temerariè audaciam acriùs reprehendit; tunc, tunc quidèm, quaſi ipſe ſolus eſſet numeroſus filiorum grex, ait: *Ego exiguus ſum numero*, ſic filios ſibi conuiſcerans, ac ſi vna eſſet cum illis ſubſtantia. Sic nec pugnaces rixæ patrem à filiis alienarunt! Sic parentum ergà filios amor, inexpugnabilis eſt?

6. Salomon Prouerbiorum 13. hanc gnomen

Prouerb. 13. v. 1. proponit: *Filius ſapiens, doctrina patris: qui*

Chaldæus. *autem illuſor eſt, non audit cùm arguitur.* Chaldæus Paraphraſtes ſic locum exponit: *Filius ſapiens*, inquit, *ſuſcipit doctrinam patris*: ſicque illam ſuſcipit, vt illa ipſa patris ſapien-

Filius eſt quaſi φίλος, id eſt, amor patris. tia, in filio inſculpta appareat, vt non duplex ſapientia, ſed ipſa altera, & ambæ eadem videatur. Itaque filius ſapiens eſt ipſa ſapientia & *doctrina patris*; id eſt, viuum ſimulacrum, in quo intuearis doctrinam & virtutem patris; viuus liber, in quo expreſſam legas ſapientiam patris, vt de eo dicas: En hic eſt ſapientia patris. Hinc dicitur filius

Sipontinus. quaſi φίλος *philos*, id eſt, *amor patris*, ait Si-

Tullius. pontinus. Et Tullius lib. 2. de Finibus: *Ef-*

Cæcinus. *figies probitatis paternæ, filius.* Et alibi: *Imago animi & corporis, filius.* Hinc Filius Dei Patris vocatur Patris imago, character, ſapientia, *ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ* ad Hebræos ad Hebr. 1. v. 3.

1. Itaque cum tanta ſit ſimilitudo boni filij ad bonum patrem, vel in ipſo filij nomine amor inſculptus eſt, Filius quaſi φίλος, id eſt, *amor patris.* Nempè patris imago, filiorum animo & corpori inſculpta eſt; nomini autem, *amor patris*: vt qui filium audit, patris amorem intelligat.

Amandi quidèm ſunt filij: at, *Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virgâ, non morietur: tu virgâ percuties eum, & animam eius de inferno liberabis*, ait, Salomon Prouerb. 23. Quaſi dicat: Parentes nimis filiorum amantes verentur, ne ſi eos frequen- Prouerb. 23. c. 13. & 14.

tiùs caſtigauerint, debilitentur, fiántque infirmi, & citiùs moriantur. At errant: nam diſciplina & ſeuera educatio robuſtos efficit pueros, vt diu ſani vegetique viuant: mollis verò & indulgens educatio eoſdem facit flaccidos, debiles, infirmos, vt citò moriantur corpore, citiùs animo. Vnde ait, *de inferno liberabis*, id eſt, de ſepulchro. Conſultiſſimè ergò ait: *Si percuſſeris eum virga, non morietur.* Ad quæ verba adludens Gregorius Nyſſenus Serm. 12. in Cantica, ita ſapienter ſcribit: *Ergò videtur vox Percutiendi hoc loco denotare immortalitatem, iuxtà illud Deuteronomy: Ego interficiam, & viuificabo; ego percutiam, & rurſùm ipſe ſanabo. Vndè & Dauid de hac virga oriri ait non vulnus, ſed conſolationem: Virga tua, inquit, & baculus tuus, ipſa conſolata ſunt me.* Elegantèr quidèm Nyſſenus. *Seuerior educationis diſciplina immortalitatem, non mortem affert.* S. Nyſſenus. Deuter. 32. v. 39. Pſalm. 22. v. 4.

§. CCCVIII.

Lex beneficentiæ eſt cæca & muta obliuio, ne lingua exlex gratiam conſtupret.

NOn facile dixerim, vtrùm turpius ſit, accipientem inficiari beneficium, an præbentem repetere, an palam ſe præbitorem venditare. Profectò cùm in accipientibus beneficium crimen ſit, ne confeſſione quidèm gratum eſſe, in dantibus quoque ſæpe eſt, qui dum famæ potiùs quàm neceſſitati donent opinionemque nundinantur, ingratos aut inueniunt, aut faciunt. Multos experimur ingratos, plures facimus; quia aliàs graues exprobratores exactoréſque ſumus, aliàs leues, & quos paullò pòſt muneris ſui pœniteat; aliàs queruli, & minima momenta calumniantes, gratiam corrumpimus omnem; non tantùm cùm dedimus beneficia garruli, ſed etiam publicitati citiùs quàm neceſſitati damus. Quàm benè fulget beneficium in manu dantis, tam male ſordet in eius ore dati muneris memoria. Grandius beneficentiæ theatrum eſt conſcientia. Liberalis ſe teſte contentus eſt. Idoneos teſtes potiùs ſiſtat accipientis gratitudo, quàm dantis vanagloria. Publicatio à ſe donati beneficij, garrulum potiùs quàm beneficum probat, & beneficentiæ fidem, quam ambit adſtruere, ſæpè deſtruit; nec beneficus habetur, qui veridicus ægrè creditur. Sic Daniel totus 1. *Beneficè liberalis ſe teſte contentus eſt, ipſe ſui theatrum.* Hic verſ. 63.

operi

operi impenſus, mntus autem ad Sſannæ familiam, ſic illi largiùs benefacit: quæ impenſiùs in agendas Deo gratias hic effunditur.

2 Tobiæ 55. tandèm redux Tobias iunior diuitiis opulentus, & ſplendidâ familiâ nobiliter auctus, magnam Raphaëli referre gratiam cum patre meditatur. Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius, *tulerunt eum in partem* (Hiſpanè dicimus, *aparte*, id eſt, ſecretò;) & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis *occultè*: Benedicite Deum cæli, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Ego enim ſum Raphaël Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum. Et re totâ ſicut acciderat, palàm manifeſtatâ,

Tobiæ 12. v. 20.

ſubdit: *Tempus eſt ergò vt reuertar ad eum, qui me miſit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.* Sanè mitiſſimum eſt, & attentâ expenſione digniſſimnm, quòd Raphaël ad ſecretam ædium *partem* vocatus, vt ſe publicet, & diuina beneficia eius ope collata denarret, adhuc *occultè* id vtrique Tobiæ dum intimat, tunc, tunc quidèm dixiſſe, *Narrate omnia mirabilia eius*, Dei inquam. Ipſe Angelus ſecretò aduocatus, *occultè* ipſis dicit, vt rem illam omnibus enarrent, & manifeſtè publicent? Quorsùm ſecretò dicit, quod latè omnibus publicare iubet? An cùm ſciat ſe ad homines loqui, etſi ſanctiſſimos, homines tamen, ſecretis lenocinantibus exprompriorem publicationem expetit? O quoties res fidei ſecreto commiſſa, publicationi blanditur, arcanâ quâdam ſecreti impatientiâ hominibus cognatâ! Verùm enimverò rem, opinor, aut tetigit, aut inſinuauit Sanctius, ſic inibi fatus: *Tunc dixit eis oculte, &c. Sicut oblatum fuerat ſecretò bonorum omnium Angelo dimidium, ſic etiam Angelus ſecretò, cui acceptum referri debeat illud beneficium edocet. Vbi obſeruandus eſt fidelis ſerui animus ingenuus, qui ex illis rebus admiratione dignus adſcribi ſibi nihil vult; neque ſibi propter illas gratias haberi, cùm tamen eius nonnulla eſſet virtus, & induſtria.* Nempè palam illis notificat præluſtre beneficium, quod à Deo liberaliùs acceperunt; cùm autem in eo beneficio exhibendo, Angeli *nonnulla virtus & induſtria* prælucear, non modò illud ipſe Angelus non publicat, ſed & quaſi aliquo ſuffunderetur pudore, *occultè* ſuggerit, vt qui beneficium acceperunt, illud euulgent, ne ſuam ergà Tobiæ familiam, *virtutem & induſtriam*, dum eam ipſe palàm publicat, illis exprobrare videatur. Itaque conſultiſſimè manult Raphaël, vt tanti beneficij publicatio, non ſit in dantis beneficium, ſed in beneficium accipientis ore. Quaſi apud homines tutior ſit beneficentiæ fides, in illud accipientis publicatione, quàm in ore Angeli, qui in illo exhibendo ſuam *virtutem & induſtriam* palàm oſtentaret. Hæc cautela Angelis non neceſſaria, ſalubris hominibus eruditio eſt, ne ore incauto beneficia benè collocata, malè abrodant aliquâ gloriæ fame.

Secreti euulgandi aliqua hominibus appetentia eſt.

Sanctius ibi. n. 2.

Cur Raphaël occultè iubet, vt beneficium à ſe acceptum publicet Tobias?

3\. Sitacides Eccleſiaſtici 17. Ita ad rem ſcribit: *Eleemoſyna viri* (alij *miſericordia*) *quaſi ſignaculum cum ipſo* (Deo inquam) *& gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Quaſi dicat: Ipſa miſericordia hominis eſt quaſi ſignaculum, id eſt, annulus ſignatorius Dei, cui inſculpta eſt imago miſericordis. Sicut enim anuulus ſignatorius homini eſt chariſſimus, quem ſemper in manu & præ oculis habet: ſic & beneficentia coràm Deo, ſcilicet ipſi in pretio & chariſſima, eiuſque oculos ſemper verberans. Verum è diuerſo vir miſericors ac beneficus ſigillo, ſeu annullo ſignatorio comparatur: ſigillum enim coràm ſemper eſt, rémque dum ſigillat, abſcondit, ac tuetur: homo autem beneficns, ergà egenos liberalis, beneficium palam publicat, & ſe tectiùs abſcondit. Rem hanc pulchro bombycis & hominis apologo repræſentat Cyrillus lib. 3. Apolog. moral. cap. 20. Bombyx enim ſerico ſuo quod homini præbet, ſe inuoluens & abſcondens, arcano quodam naturæ inſtinctu ſignificat beneficum beneficium debere oſtendere, ſeipſum verò abſcondere. *Quare liberalis*, inquit, *abſcondit faciem, fugit laudem, nullam repetit exteriorem mercedem. Numquam patens eſt natura gemmificans, nec auri liberaliſſima vena palàm ſe oſtentat. Natura nempè & virtus non in faciem tribuunt, quia nec rem, nec laudem pro muneribus virtualiter effuſis extrinſecus cupiuerunt.* Explicatiùs quidèm Cyrillus hoc bombycis inuolucro, & naturam beneficentiæ, & hominis benefici elogium expreſſit. Eamdem de liberalitate doctrinam aliter tradit in Gnomoglyphicâ Euſebius, Gnome 55. vbi vt probetur, quòd *lex benefaciẽdi, beneficij obliuio* eſt, inducuntnr Cupido cæcus, & Talpa cæcum animal ſe intuentes in ſpeculo, & ſubditur: *Os qui dedit ſpeculo, fuit munus videns. Non ritè ſuſcepit, ceu ius ſolùm hàc vice. Vt gratia lex eſt, ſit oculis prædita, Sic ritus eſt dandi, ſit abſque lumine. En cæcus vt amor (det vt benè munera,) & Talpa, ritè dant, ſui doni inſcij. Autenticè nam dat, dediſſe non putans. Et gratia magis ſpontè, quàm attenta influit.* Sententioſè quidèm benefica liberalitas ſic exponitur.

Beneficus ſit velut bombyx, qui dum beneficiũ præbet, ſe in illo abſcondit.
Cornel. Lib.

Cyrillus.

Euſebius.
Lex benefaciendi eſt ea beneficij obliuio.

Eccleſiaſtici 20. ſic à Siracide ſalubriter admonemur: *Datus inſipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio eſt.* Inſipiens largitor dicitur, & inutile præbuiſſe munus, qui etſi muto ſilenter ore ſuam beneficentiam abſcondat; tamen multiplici oculorum in te iactu, & male lingoato nictu, te tamquam olim egeſtuoſum, & nunc ingratum denotat, & plus à te fruſtrà ſperaſſe ſignificat. Verùm hæc publicandæ beneficentiæ ſcabies, ab oculis in linguam facilè ſerpit propagatione contagij. Nam apertio oris illius *inflammatio* eſt. Græcè, *Aperiet os ſuum vt præco.* id eſt, vociferabitur vt præco, & vbique præconizabit ſuum beneficium, tuam indigentiam, & ingratitudinem. Hæc beneficiorum iactatio, quâ ſuperbiæ fomite æſtuat malè beneficus, emphaticè dicitur *inflammatio*, quâ prurit, & æſtuat, & ſic gratiam beneficentiæ corrumpit. In qualem intorquet Democritus ſuum illud ſpiculum: *Malè pereas, quia Gratias virgines, meretrices effeciſti.* Porrò Gratia, virgo

4\.
Eccli. 20. v. 14.

Cõmemoratio beneficij dati, Gratias virgines, meretrices facit.

Cornelius.
Græcus.

Democritus apud Maxim. Serm. 8.

Eccli. 17. v. 18.

virgo debet eſſe, vt gratia ſit, dum autem
vanægloriæ, aut auaritiæ prutiente locello
corrumpitur, inuerecundè quidèm ſcortatur;
& dum virginis nomen amittit, Gratiæ per-
dit elogium, & in meretricem propudioſè
refugitur. Heu tot hodie Gratiarum ſtupra,
ſupercilioſo nictu, & ore garrulo perperra-
ta! Fruſtrà gratitudinem ſperat, qui cùm da-
ret, offendit; & beneficij iactatione Gratiam
obſcœnè conſtuprauit.
5. Actorum 5. miraculorum gloriâ clareſ-
cunt Apoſtoli, qui rerum naturam beneficè
quaſi pro arbitrio verſabant. Indè magis au-
gebatur credentium in Domino multitudo
virorum ac mulierum, ita vt in plateas eiice-
rent infirmos, & ponerent in lectulis ac gra-
Actor. 5. batis, *Vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius*
v. 15. *obumbraret quempiam illorum, & liberaren-*
Ioann. 14. *tur ab infirmitatibus ſuis.* Ecce hîc impletum
v. 12. videtur illud Chriſti Domini: *Qui credit in*
Vmbra Petri generoſius *me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & ma-*
miracula patrat. quærat *iora horum faciet.* Mirentur hîc alij miriſſi-
mam S. Petri thaumaturgiam; qui non tan-
tùm corpore, ſed vmbrâ ſolâ corporis, quæ
res inanis eſt, corporiſque ac lucis mera
priuatio, ſanat infirmos. Ego ſanè aliàs in
primis mirabar, tantam largiùs beneficen-
Auctor in tiam *vmbrâ* peragi; eò quidem miriorem,
Iudith c. 9. quò magis obumbratam, & ocultiùs abſcon-
§. 21. n. 113. ſam. Sed nonnulli apud S. Vincentium Fer-
rerium Serm. in Paraſceue, aliud huius Pe-
trinæ vmbræ parellelum in Chriſto Deo in-
ueniunt, ne hâc in re Diſcipulus Magiſtrum
excellat. Ibi enim refert quoſdam cenſere,
S. Vincent. *Ideò vnum dumtaxat latronem, qui à dextris*
Ferrerius. *erat Chriſti crucifixi, fuiſſe conuerſum, quia*
Cornelius. *ipſum ſolum tangebat vmbra Chriſti crucifixi.*
ita ex eo ſcribit Cornelius ad eum Actorum
locum. Scilicet celebris quæſtio eſt, quare
cùm humanæ redemptionis negotium muni-
ficè peragitur in cruce, adeò vt nemo tan-
6. ti beneficij exors ſit, & vterque latro de ſimili
crucis paſſione, de loci in patiendo propin-
quitate, de pari Dominici ſanguinis aſperſio-
ne, pari etiam gratiarum beneficentia adæquè
munerandus videretur; alteruter, non vterque
Bonus Latro muneratur? Nec ille, qui aduerſi Solis fulgo-
à Dominica re perfuſus, omnium oculis præclare patebat,
vmbra beneficio. eam gratiam accepit; ſed ille feliciſſimus la-
tro, quem Chriſtus obumbrabat. Hic, hic, in-
Lucæ 23. quam, iam iam futurus paradiſi præmaturus
v. 43. incola renunciatur, delibans redemptricis
gratiæ exuberâtes copioſè primitias; *quia ip-*
ſum ſolum tangebat vmbra Chriſti crucifixi, quâ
(vt vt poterat) redemptrix gratia à Chriſti
vulneribus largiter exundans, occultabatur.
Itaque obumbrans velum largiori munificen-
tiæ moraliſſimè oppanditur, vt vmbra diſſi-
mulat, quod de largiori beneficentiâ cumula-
tiùs exundat; nec ſola ſit Petri laus, vmbrâ
mederi, & beneficij obumbratione generoſiùs
S. Ambroſ. benefacere. S. Ambroſius lib. 3. Hexaëm. ad-
ludens ad Petri vmbram, ait: *Hanc viriditatem*
Cant. 2. v. 3. *gratiæ ſemper florentis in Chriſto, ſecuta Eccleſia*
dicit: In vmbra eius concupiui, & ſedi. Hanc præ-
rogatiuam doni virentis acceperunt & Apoſto-
li, quorum nec folium vmquam potuit elabi, vt eo-
Luc. 1. v. 35. *rum etiam vmbra curaret ægrotos. Obumbrabat*
enim infirmitati corporis fides mentis. An ideò

iam iam Deiparæ dicitur: *Et virtus Altiſſimi*
obumbrabit tibi? Sed de hoc aliàs forſan.

§. CCCIX.

Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt.

THomæ Kempenſis pulchra vox eſt: Om- 1.
nes ſancti, omnes fideles, & omnes crea- Tho. Kemp.
turæ Deum laudare tenentur; quia exaltatum cap 8 de lau-
eſt nomen eius ſuper omnes. *Qui Deum lau-* de Dei.
dant, laudabiles erunt; qui verò Deum non lau-
dant, confuſione ſunt digni, & omni honore
priuandi. Honorabile ſeruitium eſt, & dele-
ctabile officium, corde & voce Deum laudare,
& ſanctâ vitâ glorificare. Si Deum laudas, fa- *Qui Deum*
cis quod debes, & ad quod creatus es. Si Deum *laudât, lau-*
nõ laudas, ingratus es, luéſque ingratitudinis *dabiles erût.*
tuæ pœnas acerbas. Angelorum opus eſt, &
Sanctorum omnium gaudiũ ſingulare, Deum
ac Creatorem ſuum inceſſabili mentis affectu
laudare, benedicere, & glorificare. Hactenùs
ille. Cui concinit tota Suſannæ familia: *Hel-* Hic verſ. 63.
cias, inquit, *& vxor eius laudauerunt Deum pro*
filiâ ſuâ Suſannâ cum Ioakim marito eius, & co-
gnatis omnibus, quia non eſt inuenta in eâ res tur-
pis. De inoffenſo Deo, potiùs quàm de felici
Suſannæ ſoſpitate, Deo ac ſibi Helcias gratu-
latur, pulchrâ panegyri pulchrior Dei enco-
miaſtes, & gratus inceſſanter Dei ſui laudator.
Tota familia ſanctitate præluſtris Dei laudi-
bus pulchrè reſonat, Helcia choripæo.
Iſaias cap. 6. Vidi, inquit, Dominum ſe- 2.
dentem ſuper ſolium excelſum. Seraphim ſta-
bant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alte-
ri: *duabus velabant faciem eius*. Hebræus & Hebræus.
Chaldæus, *duabus velabant facies ſuas*, nempè Chaldæus.
Seraphini. *Et clamabant alter ad alterum, &* Iſaiæ 6. v. 3.
dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus
Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria
eius. Mirum ſane eſt, & expenſione digniſſi-
mum, quòd hi Seraphini, hoc Triſagium, quo
diuinas laudes ſumptuoſiùs prædicant, non
ad Deum in ſolio ſuæ maieſtatis ſedentem,
ſed alter ad alterum dirigant, & velut deſti-
nent. Vndè ibi notat Cyrillus, Seraphinos S. Cyrillus
alternis cecinisse, *Sanctus*; non quòd canen-
do defatigarentur; ſed *quia ſibi ipſis mutuum* *Cur Seraphi-*
honorem tribuunt: omnia enim cæleſtia or- *ni alter al-*
dinata ſunt & concinna. maximè verò id fe- *teri, non Deo*
cerunt, vt homines docerent in choro alter- *glorioſũ tri-*
nis pſallere, itáque continuò & concinnè *ſagium deſti-*
laudare Deum, ac ſe mutuò omnéſque *nent?*
homines ad Dei laudem excitare. Benè
eſt, de cæleſti politiâ *ſibiipſis mutuum hono-*
rem tribuant; ſed videntur minùs vrbanè
cum Deo agere, cùm diuinas laudes non
ipſi Deo, ſed alter alterutri deſtinat. Puta-
uerim, id feciſſe Seraphinos ex magna reue-
rentiâ, & tremore auguſtæ maieſtatis Dei.
Exindè *velabant facies ſuas*, ne ſe tamquam
oſtentarent, qui Deum palàm viderent. Sic *Seraphica*
etiam velut reuerentiali pudore diuinam *etiam laus*
laudem Deo deſtinandi, quaſi tantæ maieſta- *penè indigna*
ti imparem, glorioſum triſagium ad ſeipſos *Deo eſt.*
mutuò dirigunt. Pulchrè Siracides: Quis,
inquit, videbit Deum? *& quis magnifica-* Eccli. 43.
bit eum, ſicut eſt ab initio? Tigurina, Quia v. 35.

Tigurina.

eum extollet pro dignitate? Quare Seraphini Deo adſtãtes, Dei laudem, præ reuerentiâ non ipſi Deo, ſed ſibi mutuò deſtinant; ne etſi triſagium ſummæ laudis, laudem non Deo dignam Angelico ore vſurpent. Dilucidè

S.Gregorius. S. Gregorius lib. 3. Moral. cap. 5. *Penè omne*, ait, *quod de Deo dicitur, eo ipſo iam indignum eſt, quod potuit dici: nam cuius laudi non ſufficit obſtupeſcens conſcientia, quomodò ſufficit loquens lingua?* Sciunt, ſciunt Seraphini, quòd Deo tribuunt ſummam laudem, quam tribuere creatura eualet: at cùm *obſtupeſcens conſcientia* penè *indignam* Deo eſſe cognoſcat, & præ pudore *faciem velat*, & præ reuerentiâ, alter alterutri, non Deo, diuinæ laudis triſagium deſtinat. *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, plena eſt omnis terra gloria eius.* Hâc vrbanâ ciuilitate Seraphini publicant, quàm ſint Deo impares, quas prædicant, laudes, etſi illas Deus grataoter exaudiat.

3. Pſalm. 64. v. 2. S. Hieron. Pſalmo 64. ſic occinit regius Vates: *Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem.* Sudatiſſima eſt hîc illa S. Hieronymi tranſlatio: *Tibi ſilentium laus Deus in Sion.* vt nimirùm intelligamus eximium eſſe quoddam laudis genus, animi ſilẽtium, Numeo tacitè & demiſsè venerantis: ſcilicet hoc oritur ex profundiſſimâ reuerentiâ immenſæ Dei maieſtatis, eorum quâ loqui non audet. Ceterùm non benè *ſilentium*, quod os taciturnitate ſignat, perindè cenſetur ac

Facundè effuſior Dei laus, ſilentiũ putatur. quare? *hymnus*, qui mente, & ore diuinas laudes concinnè modulatur. Cenſuerim tamẽ, quòd tanta eſt Numinis excellentia, vltrà creaturarum captum ſublimiſſimè auguſta, vt *hymnus* quamuis facundè loquax, putetur diuinæ lau-

S. Cyprian. dis *ſilentium*. Eloquenter Cyprianus in Prologo libri de Operibus card. *Quicquid*, ait, *audiri, vel videri, vel ſciri poteſt, non conuenit maieſtati: hebes eſt in hàc conſideratione omnis acies ſenſuum, & caligat aſpectus.* Itaque cùm adeò ſit ſublimiſſimè auguſta Dei excellentia, vt omnem viſum, auditum, & ſcientiam omnem longè adhuc ſuperet, ſtupore *ſilentij* admirabundo laudatur; imò & cultior panegyris, & exaggeratior laus, cùm immenſam perfectionem laudando non adæquet, quantumuis putari poſſit garrula, & Poëticæ audacia, reipſâ motum ſilentium eſt, nec diuinæ laudis elogium plenè aſſequitur; & cùm eam vix mutire videatur, *ſilentij* potiùs vocabulum promeretur. *Tibi ſilentium Deus laus in Sion.* Sic facundia in diuinis laudibus eò vberior, & effuſior, qualis io Suſannæ familiâ reſonat, tacita eſt, muta eſt, ſilentium eſt.

4. Pſalm. 150. v. 2. Idem purpuratus Propheta Pſalmo 150. totus in Dei laudes effuſus, ſic modulatè occinit: Laudate eum in virtutibus eius: *laudate eum ſecundùm multitudinẽ magnitudinis eius.* Et quomodò poteſt homo Deum laudare ſecundùm infinitam multitudinem immenſæ

Strab. Fuld. magnitudinis eius? Quod Strabus Fuldenſis in Gloſſâ ſic elucidat: *Laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius. Quomodò hoc, cùm magnitudinis eius non ſit finis? Sed ſpiritualibus & ſanctis hoc dicitur: & cùm non ſit finis magnitudinis, ſecundùm eam laudatur Deus, cùm ſine fine laudatur.* Scilicet infinitam durationem, ſeu futuram omninò æternitatem in Dei laudibus ſemper prædicandis expoſcit, vt laudetur *ſecundùm multitudinem magnitudinis eius.* Aliter Theodoretus Heracleota in Commentario Græcorum Patrum apud Corderium: *Quomodò*, inquit, *fieri poteſt vt laudet eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius? Non hoc dicit, quòd laudem afferre poſſis, quæ magnitudini eius reſpondeat; ſed quantam*, inquit, *potes animo comprehendere multitudinem eius magnitudinis, tantam & talem offer quantum tibi conceditur, qualem par eſt offerre tam magno Deo.* Nota quæ ſubiicit verba: *Vidiſti mentem inflammatam, quæ contendit propriam ſuperare imbecillitatem?* Itaque in Deo laudando piâ quâdam temeritate audendum eſt, & audacter *contendendum propriam ſuperare imbecillitatem*: nam etſi qui laudat vltrà ſuum captum laudando excellat, ioſrà Dei laudandi faſtigium ſemper deprimitur. *Benedicite Dominum, exaltate illum quantùm poteſtis: maior eſt enim omni laude.* Cauſſa laudandi Deum, Deus eſt: modus laudandi Deum, eſt ſine modo laudare. In Deo laudando optima lex eſt, quæ exlex eſt: *maior eſt enim omni laude.* Ergò in Deo laudando adnitamur *propriam ſuperare imbecillitatem.*

Heracleot.

In Deo laudando mens contendat propriam ſuperare imbecillitatem.

Eccli. 43. v. 33.

5. Apocalypſis 4. in circuitu diuini ſolij apparent Ioanni quatuor illa Cherubica animalia, & in circuitu, & intùs plena oculis, quò oculatiſſima eorum Dei viſio innuitur: *Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.* Cur per vocabulum laboris, & irrequietæ laudationis, Angeli inducantur Deum inceſſanter laudare, & auguſtum hoc buccinare triſagium, alibi ethicè exponebamus. Audiendus eſt Caſſiodorus in Pſalmum 47. ſic ad rem ſapienter fatus: *Deus eſt*, inquit, *Virtus inexplicabilis, pietas incomprehenſibilis, ſapientia ineffabilis; cuius definitio eſt, finem in Sanctorum laudibus non habere.* Sanè miriſſima eſt hæc Dei noſtri definitio. Olim Deus à Moyſe familiariſſimo interrogatus, quis eſſet, reſpondiſſe legitur: *Ego ſum qui ſum*, quæ fuit aliqualis diuinæ eſſentiæ deſcriptio. At *finem in Sanctorum laudibus non habere*, & ſine ceſſatione aut requie ſemper laudari, eius *definitio* perhibetur. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis*: ne ergò ſit finis in laudibus. O! Deum ſemper lauda, & Deum optimè definiſti.

Apocal. 4. v. 8.

Caſſiodor.

Qui Deum, ſemper laudat, Deum definit.

Pſal. 144. v. 3.

6. Actorum 2. poſt Chriſti ad cælos Aſcenſionem, factus eſt repentè de cælo ſonus, tamquam aduenientis ſpiritûs vehementis: & apparuerunt Diſcipulis diſpertitæ linguæ tamquam ignis; & *cœperunt loqui variis linguis.* Quid autem locuti fuerint, cuncti auditores teſtantur: *Audiuimus*, inquiunt, *eos loquentes magnalia Dei.* Cur autem in linguis venerit Spiritus ſanctus, & Diſcipulos variis linguis Dei magnalia prædicare ſuggeſſerit, multæ ab Interpretibus rationes adducuntur. Sanctus Auguſtinus lib. de Blaſphemiâ in Spiritum ſanctum: *Ideò*, ait, *Apoſtoli linguis omnium Gentium locuti ſunt, quia per*

Actor. 2. v. 11.

S. Auguſt.

linguas

linguas conſtat conſociatio generis humani. Quod ibi late perſequitur. Aliter philoſophatur S. Leo Serm. 1. de Pentecoſte, cui adnuit Amboſius Serm. 75. ſic ad rem fatus: *Vt viri ſancti*, inquit, *peregrino ſermone loquerentur, prouidentia diuinitatis factum eſt; vt quia ad magnificandum Deum, vna loquela non ſufficit, per plures linguas mentis deuotio ſolueretur.* Scilicet quoniam Apoſtoli, Dei magnalia prædicare iubentur, neque vna lingua, loqueláque vna ſatis erat ad Dei laudes dignè prædicandas, eorum lingua, impar, Dei magnalibus dilaudandis, in omnium Gentium loquelam *ſoluitur*, ſoluitur inquam: nam ſi vno dumtaxat idiomate loquerentur, tamquam muti & elingues reputarentur. Quare diuinæ prouidentiæ arbitrio, prout Spiritus-ſanctus dabat eloqui illis, *variis linguis loquuntur*, & loquelâ omnium Gentium, *Dei magnalia loquuntur*, ne laus tamquam Deo non digna peregrinetur, niſi etiam *peregrino ſermone loquerentur.* Opinor, non Iudaico dumtaxat ſermone, ſed idiomate etiam Babylonico, Suſannæ familiam diuinas laudes gratanter buccinaſſe.

S. Leo.
S. Ambroſ.
Spiritu-ſancti variis linguis, diuinæ laudes prædicãdæ ſunt. quare?
Hic verſ. 63.

§. CCCX.

Vt verè ac ſolidè gaudeas, de Deo gaude: gaudere de reliquis, gaudij abuſus eſt.

1\. SApiens ille eſt, & virtute conſummatus, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcuſſus cum Deo quodammodò ex pari viuit. Nunc ipſe te conſule, ſi numquam mœſtus es, nulla ſpes animum tuum expectatione ſollicitat, ſi per dies noctéſque par & æqualis animi tenor erecti & placentis ſibi eſt, perueniſti ad humani boni ſummam. Alioqui ſcito tantùm tibi ex perfectâ virtute, quantùm ex gaudio deeſſe: ad hoc cupis peruenire, ſed erras, qui inter voluptates illuc venturum eſſe te ſperas. Inter diuitias, inter honores, inter delicias idem gaudium quæris? Iſta quæ ſic petis tamquam datura lætitiam, cauſſa dolorum ſunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium, ſed vndè ſtabile magnúmque conſequantur, ignorant. Omnes iſtos oblectamenta fallacia & breuia decipiunt; ſicut ebrietas, quæ vnius horæ hilarem inſaniam, longi temporis tædio penſat: ſicut plauſus & acclamationis ſecundæ fauor, qui magnâ ſollicitudine & partus eſt, & expiandus. Gaudium verum non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientiâ, quam vitia non pungunt & inquietant. Illud gaudium quod Deum, Deíque æmulos ſequitur, ſolidum gaudium eſt, non interrumpitur, non deſinit, deſineret autem ſi aliundè quàm de Deo, ac virtute ſumptum eſſet. Hoc de te diuinæ gratiæ ope, & in te naſcitur: & quia non eſt alieni muneris, nec arbitrij quidèm alieni eſt. Quod non dedit fortuna, non eripit. Liberationis gaudium fortuna non dedit Suſannæ, ſed Deus; & ideò non eripietur. *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Ferè ex Senecâ Ep. 60.
Voluptas de rebus mundanis, gaudium abuſiuè dicitur.
Vera lætitia de Deo, ac re Dei; ſecùs nulla.
Hic verſ. 63.

P. Didac. Celada in Suſannam.

2\. Pſalmo 83. Propheta quaſi tanti gaudij ſuſtinendi animo impos, ac ſi e mente in carnem lætitia cæleſtis exundarit, animoſiùs exclamat: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Illa ſanè lætitia ſincera & liquida, quæ piorum mentem ſingulari gaudio complet, & animitùs reficit, ſæpè in corpus ipſum refunditur, & in carnem exuberat, vt de ſe Dauid in hoc loco pronunciat. Non deſunt igitur viris probis multa ſuauiſſima beatáque gaudia, quæ faciunt vt geſtientem illam commotionem iucunditatis in corpore, quo ſenſus hiant, cupidéque aſpirat libido, fugiant & aſpernentur: in quâ ipſâ contemptione futilis ac fugitiuæ oblectationis lenociniique ſenſuum ineſt plena medullitùs lætitia, quâ ipſorum animi perfundũtur, quaſi humanas iucunditates, quas caro ſuſpirat, refutaſſe, ſumma iucunditas è peruerſo ſit, de humanæ iucunditatis coërcitione & carentiâ veræ iucunditati parans auctariũ. Perbellè S. Cyprianus lib. de Pudicitia: *Voluptatem*, inquit, *viciſſe, voluptas eſt maxima; nec vlla maior eſt victoria, ea, quæ de cupiditatibus refertur.* Ceterùm hanc caſtam ſuauiter lætitiam illi dumtaxat experiuntur generoſi contemptores inauratum, qui ſenſuum blandimenta, & illecebras blandæ voluptatis refutant, nõ ſentiunt animi viles, qui cupiditatibus ſuis vt ſuperbiſſimis dominis cupidè ancillantur. Sordida eſt voluptas quæ de obſequio tentationis ſeruiliter venit. Illa, illa inquã, generosè victrix, & auguſtè triumphalis voluptas eſt, quæ de voluptate contemptâ, deuictâ, & proculcatâ exurgit. *Voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima.* Voluptas humana hoc vno modo poteſt eſſe iucunda, ſi repudietur, ſi vincatur, & detriũphetur. O quam eſt voluptatis inops voluptas, quæ de ſui contemptu & repudio gratiã placẽdi fœneratur! Non vilis, ancillaris & captiua voluptas; ſed illa victrix & triumphalis, generoſo veræ voluptatis ſtemmate inornatur. *Voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima.* Ne tibi hanc voluptatem inuideris: ſi illam viceris; illâ frueris; ſi te vicerit, contemnet tamquam victum, & inopem voluptatis quodam neglectu relinquet. Vera lætitia deuictæ voluptatis ſpolia ſunt.

Pſalm. 83. v. 3.
S. Cyprianus
Voluptatem viciſſe, voluptas maxima eſt.
Repudio voluptatis conſtat vera, & victrix voluptas.

3\. Redeat iterùm ſemel expenſus exultantis Prophetæ locus: *Cor meum*, inquit, *& caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Mirum non eſt, quòd Dauidis *cor*, ſeu mens cæleſti lætitiâ, & diuinis gaudiis animitùs delibuta, in Deo *exultet*, & exultim hilareſcat: aſt illud mirifimum, & ſuprà humani corporis faſtum, quòd *caro* ipſa diuinis gaudiis iucundiùs exultet; *caro*, inquam, æterni mœroris conceptaculum, vtpotè concupiſcentiæ domicilium, vitiorum fomes, appetitionum igniculus, virtutum fraus, paſſionum matrix, & peccatorum omnium implacabile lenocinium. Caro, caróne humana, diuina ſentiat, cæleſtia delibet? Numquam ſic potuit ſuperbire vilis hominum *caro*, vt cæleſtia ac diuina vllo modo percipere præſumeret, & arrogarter ambiret. Quid viliori ac ſqualenti limo cum cæleſtibus gaudiis. Moralis Philoſophiæ princeps ſic audet ſcribere: *Gaudium niſi ſapienti non contingit; eſt enim animi elatio, ſuis bonis*

Pſal. 83. v. 3.
Senec. ep 50.

viribúſque fidentis. Altè verum *gaudium*, quod non niſi ſapienti, id eſt, viro perfecto contingit, definitur, *Animi elatio.* An quia *animus* cùm in terris affectat verum gaudium, eſſe velut præcoquus cæli inquilinus arroganter præſumit; & accerſere ad terras ambit, quo Beatorum *animi* in cælis perfruuntur, & glorioſè beantur? An verum de cæleſtibus *gaudium*, *Animi elatio* dicitur, quia animus eo delibutus, *carnem* ſicut vitæ conſortem, ſic & cæleſtis gaudij participem efficere exambit? Profectò ſpirituale *gaudium*, *animi elatio* videtur, cùm illud ex *animo* in terrenam *carnem* abundantiùs exundet: poſtiaúrque caro, quo numquam potiri arroganter præſumeret. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* O ambiamus hoc gaudium, quod elatior carnis arrogantia non præſumit! quo, quaſi coloniam duxerimus in cælum, cæleſtia gaudia præ ibamus. O bonum commercium, quo de terreni gaudij tepudio, cæleſte gaudium redimitur!

Veri gaudij elatio eſt, ambire vt ex animo gaudium exũdet in carnem.

4\. Adhuc emedullandus eſt præſcriptus Pſal-
Pſal 83. v.3. mographi locus: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Benè eſt, non tantùm *cor*, id eſt, mens, ſed etiam ipſa viri iuſti *caro*, cæleſti gaudio delibuta *exultet*, & quidèm in Deo. Quid autem eſt, quòd addit, *in Deum viuum* ſe exultare? Opinor, *cor* vitæ principium eſt, vndè *Deum viuum* exigit, vt in eo congruè exultet, ac ſi reliqua in quibus gaudere & exultare poſlet, & quibus mundus delectatur, ſibi mortua ſint, & gaudij exucca. Frontem tantiſper remittunt, pectus non implent. Sic ſunt fallacia, inania, fugitiua! Quod pulchrè notauit Auguſtinus hunc Pſalmi locum elucidans lib. Quinquaginta Homilia-
S. Auguſtin. rum, homil. 33. ſic ad rem fatus: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Non exultauit in hoc mundo, non in diuitiis, non in honore, non in luxuriâ, non in ebrietate, non vanitatibus mortuis, & citò cũ omni ſuo amore morituris; ſed in Deũ viuum. Quare non dixit in Deũ tantùm, ſed addidit in Deum viuum? Vt oſtenderet, quia totum quod non pertinet ad Dei cultum deberemus habere quaſi mortuum.* Bracteata eſt mundi felicitas, ſpecie tenùs arridet; medullitùs autem ſollicitudo eſt, ſui tædium, & verum mendacium, quia citò in contrarium vertitur. Quæ vitam hominis felicitate putamus, emortua gaudia ſunt, & felicitatis cadauera: vera & viua cordis & carnis exultatio, à *Deo viuo* eſt: quæ autem de Deo viuo non eſt, mortua exultatio eſt. Ad reliqua Deus ſufficit; ad exultationem verò in hâc mortali vitâ, *Deus* nominatim *viuus* emphaticè promittitur.

Cur ad aſſerendum verum gaudiũ, Deus viuus nominatur?

5\. Paullus ad Galatas 5. recenſitis carnis ope-
ad Galat. 5. v. 22. ribus, opera ſpiritus confeſtim recenſet: *Fructus autem Spiritûs eſt, charitas, gaudium*, &c. Opponit operibus carnis, id eſt, concupiſcentiæ, *fructus*, id eſt, opera ſpiritùs, quæ ſcilicet à ſpiritu gratiæ procedunt, quæque Spiritus-ſanctus per ſuam gratiam parit & producit. Et ſane *fructuum* vocabulo, non tam virtutum habitus, quàm actus, Interpretum Proceres intelligunt: *fructus* enim actus & opus ſignificat. Itaque *fructus gaudij* in corde non pullulat, nec floret in facie, niſi Spiritus-ſanctus per gratiam Iuſtis implanterur: non enim niſi ex bonâ radice & arbore, optimi flores ac fructus prodeunt. *Arborem* (ait Caſſiodorus,) *quam florere vi-* Caſſiod. l. 2. Epiſt.
des, quam ſummâ conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco viriditatis & fœcunditatis animatur, reddit in ſuperficie quod continet in radice. Hominum quoque vultus magnâ alacritate floreſcit, ſi viſceribus ſanus, grauamen nullius ſentiat læſionis. Ecce tibi bona arbor, quæ bonus boni gaudij fructus profert, Spiritus-ſancti ſucco *animatur & fœcundatur. Vultus magnâ alacritate floreſcit*; nam gaudium floret in facie: fructus autem huius generoſæ arboris, quam Spiritus-ſanctus *animat & fœcundat*, etſi in vultu floreſcit, in manu & opere vbertim fructificat, & copioſè autumnat: fructuum enim nomine, virtutum opera ſignificantur, quorum lætitia, ad omnes virtutes alacris, fœcunda matrix eſt, proueotu eximiè fertili. Porrò ſpiritualis lætitia pigro torpore excuſſo, magnâ alacritate ardua quæque virtutum facinora expromptiùs patrare audet: alacri enim ac læto animo nihil ſatis eſt; pigrè mœſto, vel leuia oneri ac tædio ſunt. O ambiamus hunc *gaudij fructum*, qui de Spiritus-ſancti ſucco pullulat, frondet, vernat, floret, & fœcundè fructificat: & indè *gaudium fructus* appellatur: *Fructus autem Spiritus eſt, gaudium.* Hunc
fructum Suſanna tulit, in tragico etiam pe- Hic verſ. 63.
riculo ſpe alacris.

Floridi gaudij fructus, de Spiritus-ſancti ſucco animatur, & fœcundatur.

Ioel Propheta lugubris, inter alia populi 6.
ſui mala, quæ mœſtus luget, ait: *Confuſum* Ioel 1. v. 12.
eſt gaudium à filiis hominum. Non dixit: *Gaudium* defecit, aut periit: nemo iam eſt qui gaudeat, mœror omnia fuoeſtat: ſed *confuſum eſt gaudium à filiis hominum.* Quæ eſt hæc *gaudij confuſio*, quâ ſic grauatè Propheta angitur? Opinor, peruerſus gaudij abuſus eſt, & lætitiæ peruerſio; gaudent enim de quibus lætari minimè oportebat; & lugent, de quibus gaudere debuiſlent. Inre Dei moleſtè detinentur, tædio eſt eis religionis auitæ cultus; nauſeant ad diuina, hiant ad humana. Hunc gaudij abuſum appellat Propheta *confuſionem gaudij*, & grauatè admodùm eam tulit, & hiſce querimoniis acerbiùs incuſat. Verùm, quia *confuſio*, plerumque eſt ordinis incongrua mutatio, ſeu ordinis perueſio, ſic inibi Rupertus Tuitienſis locum Rupertus.
exponit: *Confuſum eſt gaudium à filiis hominum. Confuderunt*, inquit, *gaudium, ſeu non ſeruauerunt ordinem gaudij filij hominum. Primò enim & principaliter gaudere debuerunt de Domino. Secundariò verò, non in bonis, ſed de bonis Domini: ſuper frumẽto, vino, & oleo, & cæteris, quæ dantur à Domino. Hunc ordinem ita confuderunt filij hominum, vt in Domino gaudere negligerent, in bonis autem Domini gaudere cuperent.* O lugenda *gaudij confuſio*, hominibus aſſidua! Gaudemus in bonis, quæ nobis Dominus præbuit; non in Domino omnium bonorum præbitore largiſſimo. Intolerabilis gaudij abuſus, & pœnitenda confuſio eſt, de bonis largiùs datis lætanter gaudere, & datorem largiſſimum contemptim negligere, & eius cultum tædio dehoneſtare. *Confuſum eſt gaudium à filiis hominum.*

A filiis hominum confuſũ eſt gaudium, gaudij abuſu.

§. CCCXI.

§. CCCXI.

Humana ambitio, diuinæ gloriæ furax, Chriſto præponi ſatagit, Dignitatum nomina, re vacua inaniter affectat.

1. Aſterius homil. aduerſ. auaritiam.

SIcut hiſtrionum perſonas (ait Aſterius) propriè & peculiariter eorum poſſidet nemo, ſed pro re & argumento promiſcuè quiſque ſumit: ita terram, faciéſque terrenas quaſi veſtes ex aliis alij induunt. Dic quæſo, num aliquid regno maius? Atqui ſcrutare quæ Regum ſunt: chlamydes conquire regias, quamplurimas ſanè reperies, quæ regum multorum corpora texerent, quod & de coronis, fibulis, zonis cenſendum; omnia nempè hereditatem inſtabilem, vſúmque eorũ communem, & ab iis qui abeunt, ad alios qui remanent, tranſeuntem. Hactenùs ille. quibus liquidè oſtenditur, quàm ſit futile, fugax, inſtabile, atque caducum Ambitionis argumentum, quo humanæ felicitatis ſumma compendiatur, Planè res Dignitatum hiſtrionica eſt, & ſcenicè peragitur, eáque mortalium pectora votis implet.

Argumentũ ambitionis ſcenicum eſt.

2. Lucæ 2. Chriſto recèns in terris nato, melodia de cælis Angelica modulatè reſonat; & timentium paſtorum attonitas aures mirè demulcet: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terrà pax hominibus bonæ voluntatis.* Quæ verba optatiuè intelligenda ſunt: quaſi dicant: Gloria ſit in altiſſimis Deo, id eſt, laudetur & glorificetur Deus in cælo, omnes cælites benedicant & glorificent Deum: laudent eum cælum & terra; iubilent illi omnes cælites & terrigenæ, quia natus eſt Chriſtus, qui eſt gloria Dei & Angelorum, & pax hominum. Sunt enim hæ voces Angelorum laudantium, partim gratulantium Deo & hominibus, partim optantium gloriam hanc & pacem in natiuitate Chriſti inchoatam, in eius vitâ & morte perfici. Itaque in hâc Angelorum hymnodiâ, *gloria* vni tribuenda dicitur, *pax* verò hominibus tribuitur: *Sed diſplicet mortalibus* (ait Bernardus) *Angelica partitio, quia gloria Deo, pax hominibus nunciatur; & dum vſurpant gloriam, turbant pacem. Solus gloriam meretur, qui facit mirabilia magna ſolus. Sicut Apoſtolus ait: Soli Deo honor & gloria. Porrò cum noſtro genere benè agitur, ſi datur frui pace Dei, pace cum Deo, & quidèm feliciter, & miſericorditer. Quónam ergò modo ſtabit pax hominum coràm Deo, & cum Deo, ſi Deo non poteſt eſſe apud homines tuta gloria ſua? O ſtulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.* De præuaricatoris Adami hereditate eſt, vt eius ſoboles hereditariæ Ambitionis inſtinctu, ſic ad honores auidè anhelet, vt pace contemptâ, gloriam appetentiùs exambiat, adeò vt *Deo non poſſit eſſe apud homines tuta gloria ſua.* Sic eſt Ambitio arroganter audax, & audacter temeraria; Sic eſt Ambitio inſolenter furax, vt gloria Dei in ſuæ Diuinitatis aſylo, intuta ſit à rapaci mortalium ambitu? Quid non affectet Ambitio, ſic gloriæ auara, vt ſibi gloriam Dei furari præſumat? O infelix præda, quæ diuinæ gloriæ raptu, & *pacem perdit & gloriam!* Cui, niſi inſolenti Ambitioni *diſpliceat Angelica partitio, quâ gloria Deo, pax hominibus nunciatur?* O impiè temerarios humanæ Ambitionis auſus! Adhuc crudum Adami pomum, eius ſoboles ambitiosè eructat. *O ſtulti filij Adam, qui gloriam appetentes, perdunt gloriam!* O inſanè furaciſſimas diuinæ gloriæ abreptiones!

Lucæ 2. v. 14.

S. Bernard. Epiſt. 126. apud Corn.

De ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tuta gloria Dei.

P. Didac. Çelada in Suſannam.

3. Pſalmo 47. purpuratus Propheta, facundus Dei encomiaſtes, ſic pangit: *Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ.* Magna ſanè Dei laus, quòd ipſe ſuo nomini plenè reſpondeat. Vndè (ait inibi Didymus in Græcorum Patrum Catenâ:) *Nomen diuina Scriptura vocare ſolet gloriam diuinam*: Deus enim implet actibus, quod nomine præfert: quare ſuam gloriam nomini implantatam, ſeu non dubiis characteribus inſculptam oſtentat. Grande ſanè in humanis elogium eſt, quòd homo ſit *vir ſui nominis*, vt quod nomine dicitur, re annuncietur. Inaniſſimum autem eſt, & nimis futile, quòd res re ſuâ inaniter vacua, de nomine ſibi adulantiùs blandiatur, ambitioſo vocabuli ludibrio, & futili rei vacuitate. Profectò illuſtrioris nominis viliſſimus reatus eſt; dum ſub præluſtri vocabuli gloriâ, ignobilium actuum ignominia tranſlucet. Quare profundè ad rem Chryſoſtomus homil. 1. in Epiſt. ad Romanos, ſic Ambitionis inanitatem ſuggillat: *Dignitates, inquit, temporales haudquaquam quis Dignitates dixit, ſed Dignitatum nomina dumtaxat.* Hem! ad illuſtria nomina, re nominis vacua, Ambitio negotioſa ſuſpirat? Grandia vocabula ambit, re vocabuli inaniſſimè exucca? O nugaciſſima nominum ludibria! O Ambitionis nugas! Omnium ſitim mouet Ambitio, & mera *Dignitatum nomina* propinat. Præfecturam ſumptuoſiùs ambiiſti? Præfecti nomen adeptus es. Quid indè? exſomnes curas, anxiam ſollicitudinem; ignominiam in honore, exaſperatas ſycophantarum linguas, liuidos curioſorum oculos, cenſuram vulgi, innocentiam culpatam, inuidiam plebis, reatum innoxium, vitæ periculum, famæ naufragium, ſuperuacuos ſumptus cenſu maiores, aut prædam magno luendam cum Verre. Seculares, & forſan Eccleſiaſticæ Dignitates his ærumnis plenæ ſunt, re Dignitatum vacuæ. Ad hæc veſana ſuſpirat Ambitio. *Dignitates haudquaquam quis Dignitates dixerit, ſed Dignitatum nomina dumtaxat.* Has ambiat humo re hominis vacuus, & vocabulum abſque re: pat vtriuſque inanitas eſt, & priuilegium nominis. Faceſſant creaturarum nomina, quas exinaniuit Ambitio. Solius Dei elogium eſt: *Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua.* Exindè Dei *nomen diuina Scriptura vocare ſolet gloriam diuinam.*

Pſalm. 47. v. 11.

Didymus.

S. Chryſoſt.

Abuſiuè dicuntur Dignitates, quæ ſunt Dignitatum nomina dumtaxat.

4\. Idem regius Vates Pſal. 106. ſic modulatè occinit: Dixit Deus, & ſtetit ſpiritus procellæ (id eſt, ſurrexit ventus maria concitans) & exaltati ſunt fluctus eius. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: & anima eorum in malis tabeſcebat.* Superbâ ambitione mare tumeſcit, & exaltati ſunt fluctus eius, adeò vt cælis videantur arroganter approximari, ſublimiſſimæ altitudinis æmulatione. Quid protinùs inde? *deſcendunt vſque ad abyſſos: & anima eorum in malis tabeſcebat.* Sic ambitioſo faſtigio præceps ruina vicinatur? Appoſitè Hugo Victorinus cap. 2. in Regul. S. Auguſtini. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos. Omnis ſuperbus tantò in imo eſt, quantò in altum ſe erigit; tantò profundiùs labitur, quantò excelſiùs eleuatur, vt ſtatera.* Sublimiſſimè te exaltauit ſollers ſumptuoſiùs ambitio: aſcendiſſe putabas in Dignitatis faſtigium, vltrà hominia faſtigium altè præcelſum; velut ſiderum conciuis, de cæli vicinâ gloriabaris: ſed vide quò te Ambitio ſublimarit: *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: & anima eorum in malis tabeſcebat.* Citò tabeſcit ambitio, quæ nuper cælos, protinùs abyſſum lambit: ambitio *tantò in imo eſt, quantò in altum ſe erigit.* dum ambit Dignitatis culmen, ruinam operosè ædificat. *Tantò profundiùs labitur, quantò excelſiùs eleuatur, vt ſtatera.* O quantulo pondere grauior, ſtatera præcipitat, & ad ima ruit! quod eſt Ambitionis centrum.

Pſalm. 106. v. 26.

Hugo Vict.

Ambitio in cælos aſcendens, protinùs vſque ad abyſſos deſcendit.

5\. 2. Regum 12. magni Heroïs, Ioabi inquam, magnanima ad Dauidem vox eſt: Dimicaui aduerſus Rabbath, & capienda eſt vrbs. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam: *Ne, cùm à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria.* Mirare hic fidelitatem & modeſtiam ducis Ioab, qui refutans gloriam vrbis mox capiendæ ſibi debitam, quam belli duces adeò ambire ſolent, eam in ſolidum tranſcribit in regem ſuum Dauidem. Hinc tropologicè ſic philoſophatur Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 9. *Militaris homo,* inquit, *ad regalis gloriæ famam gaudet ſui laboris transferre victoriam. Herodes & Philippus vrbes proprio labore conſtructas, ad honorem alter Auguſti, alter Tiberij Cæſareas appellarunt; & nos, qui vitæ huius pompam abiecimus, imò qui mundo nos mortuos fore iurauimus, vani nominis gloriolas concupiſcimus, & de rumuſculis friuolæ laudis inflamur.* Malè vitium vitio curatur, & infidè ambitio ambitione pellitur. At ſiqua vitiis, licèt maligna fides ſubeſt, ex hac Ioabi, Herodis, ac Philippi ambitione inſigniter præcellenti, noſtram emendare oportet. Illi regno, & belli imperio potentes, cognatam ſibi gloriæ ambitionem diſſimulant obſequij imperialis velamine; & nos qui in baptiſmo, & Chriſtianâ profeſſione, *vitæ huius pompam abiecimus, vani nominis gloriolas concupiſcimus, & de rumuſculis friuolæ laudis inflamur?* Tantum ambitioni licet! Sed illi nihil aduersùs Danielem licuit; nam cùm es mitiſſimo Suſannæ vindicatæ iudicio, *factus eſſet magnus in conſpectu populi*, ipſe ſe appellat *puerum iuniorem*, paruulum, & in Babylone ſe captiuum fatetur; quo egregiè vapulat vanagloria, & mundi pompa, laudis auara compeſcitur.

2\. Reg. 12. v. 28.

S. Petr. Dam.

Ioſephus l. 1. c. 16. de bello iudaico, & l. 18. c. 3. Antiq.

Ambitio vani nominis gloriolā concupiſcit, & rumuſculis laudis inflatur.

Hic verſ. 64.

Sententiosè Pſalmographus ambitioſam hominum ſollertiam his verbis caſtigat, Pſalmo 126. *Vanum*, inquit, *eſt vobis ante lucem ſurgere.* Quæ verba ſic elucidat Bernardus Serm. 1. de S. Victore: *Non erecti,* inquit, *placè, ſed peruerſi eſt animi antè quærere gloriam, quàm exercere virtutem, & velle coronari qui legitimè non certauerit. Vanum eſt vobis antè lucem ſurgere. Ita eſt. fruſtrà ad celſitudinem nititur gloriæ, qui priùs non claruit virtute.* Malè fundat cupitam gloriam ambitio, quam ſine hypoſtaſi ambit. Opportuniùs præſcripta Pſalmi verba ibidèm Auguſtinus exponit: *Vanum eſt vobis antè lucem ſurgere,* inquit: *Surrexit lux noſtra Chriſtus: bonum eſt tibi, vt ſurgas poſt Chriſtum, non ſurgas antè Chriſtum. Et qui ſe volunt præponere Chriſto? Qui volunt hic excelſi eſſe, vbi humilis ille fuit.* Hinc deteſtari licet ſacrilegam humanæ ambitionis inſolentiam; quæ cùm celſitudines meditetur, impiè ſatagit, ſe humili Chriſto *præponere*, & illo ſublimiorem apparere: *Se volunt præponere Chriſto, qui volunt hic excelſi eſſe, vbi humilis ille fuit.* Sic inſolenter audet ambitio. 6.

Pſalm. 126. v. 2.

S. Bernard.

Ambitio ad celſitudines negotiatur, ſe Chriſto præponere ambit.

S. Auguſt.

---

§. CCCXII.

Ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet: hic vel inſcius prophetat; huic Deus adeſt ad virium ſupplementum.

VNuſquiſque ſuum ingenium nouerit, & ad id ſe applicet quod ſibi aptum elegerit. Itaque quid ſequatur priùs conſideret. Non ſolùm nouerit bona ſua, ſed etiam vitia cognoſcat: æqualémque ſe iudicem ſui præbeat, vt bonis intendat, in officio ſuo vitia declinet. Quò enim vnumquemque ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore implet gratiâ. Sed id cùm in omni vitâ difficile ſit, tum in noſtro affectu difficillimum. Amat enim vnuſquiſque ſublimiora, non ſibi congruentiora officia ſequi: ſuperbiæ faſtum, non ingenij indolem ſequi: ſe non taxat muneri, ſed munus ſterni ſibi adlaborat. Falſatâ ſpe ſote ſe magnum præſumit, ſi magnum munus obiecit: ſed muneri impar, ipſo muneris faſtigio minoratur. Profectò non præcelſum munus, ſed præcelſi, mediani, aut infimi muneris exacta adimpletio, præcelſos inuenit aut facit. Hominis menſura non eſt officium, cui forſan ſæpè impar eſt; ſed ſedulè plena illius adminiſtratio, adminiſtratoris ſolliciti ſtaturam taxat. Homunculus ſuprà turrim, puſillus adhuc eſt; gigas in profundo puteo proceritatem ſeruat ſuam. Magnitudo, non alieni loci, ſed propriæ ſtaturæ res eſt. *Miniſterium tuum imple*, & in quocumque munere, cui adſcribaris, ſat magnus eris. Oh quot videmus dignitatum faſtigio minores, & honorum claritudine infelices! 1.

S. Ambr. l. 1. Offic. c. 44.

Impar magno muneri, illius ſublimitate minoratur.

2\. ad Timoth. 4. v. 5.

Geneſeos 1. quartâ mundialis opificij die, cælos Deus adornat multimodæ locis floribus. 2.

Geneſ. 1. v. 16.

bus. *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt praeſſet diei; & luminare minus, vt praeſſet noctis.* Benè eſt, Sol & Luna, duo luminaria magna dicantur, ſunt etenim & in ſeipſis, & adſpectu ad humanos oculos verè magna. Verùm vbi primùm ſuum cuique præſidentiæ munus tribuitur, Sol, luminare maius; & Luna, luminare minus nuncupatur. Quæ ſimul cum Sole recenſita, *magni luminaris* nomen meretur, cùm ignobiliori noctis præſidentiæ adſcribitur, quaſi magnitudinem ex deſtinatione amiſerit, *luminare minus* cur dicitur? Siene ignobile officium deuenuſtat Lunam, vt quæ antequam illud obiret, *luminare magnum* nominatur, dum iam obit, *luminare minus* appelletur? Huic

S. Ambroſ. *Luna etſi minus obeat munus, adhuc magnum luminare eſt.*

dubio perbellè ibi occurrit Ambroſius: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt praeſſet diei; & luminare minus, vt praeſſet nocti. Magna*, inquit, *poſſumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quàm ſuo munere.* Itaque Luna ſimul cum Sole nuper dicta eſt, *luminare magnum*; cùm autem nunc aſſignato minoris præſidentiæ munere, dicitur *luminare minus*, non retractat Deus magnitudinem, quam anteà prædicauerat: opera enim Dei ſunt abſque pœnitentiâ; ſed illud *Magni luminaris* elogium, de ignobilioris præſidentiæ officio mirè commendat, atque è diuerſo auget. Scilicet Luna nocturnæ præſidentiæ deſtinata, etſi non magnum obeat munus, diurnæ præſidentiæ impar, non minoratur eius magnitudo, quam adhuc in minori præſidentiâ retinet: ſed *τὸ minus*, non tam ad ipſam Lunam (quæ nuper dicta eſt, *luminare magnum*) ſed ad minus quod obit officium, referri debet, non ad ipſam Lunam, quæ in officio adhuc minore magnitudinem retinet, quâ nuper *luminare magnum* fuerat nuncupata. Inde enim eius magnitudo prælustriùs apparet, quòd licèt minus obeat munus, ſic illud ſedulò adminiſtrat, & plenè gerit, vt adhuc in minori officio, minor ipſa non ſit, ſed in illo etiam ſemper magna prælucear, nec minori officio minoretur. *Magna poſſumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quàm ſuo munere.* In ſuo quoque munere nocturno, & minori Solis munere, adhuc Luna eſt magna, nec quæ magna ante officium erat, cum officij exiguitate decreſcit. Qui magnus eſt, etſi minus magnitudine ſuâ miniſterium ritè obeat, præcelſum adhuc magnitudinis cognomen retinet. Nemo munere, id eſt, re alienâ magnus eſt. Sic adhuc

Hic verſ. 64.

puer *Daniel factus eſt magnus in conſpectu populi à die illâ, & deinceps*, meritorum dignitate verè *magnus*, qui hactenus ex palatino munere magnus non audiebat.

3\. Geneſeos 21. Sara diu improles, tandem prole vnâ totam populi Dei fœcunditatem peperit. Sedula ſemper materfamilias, grauatè nimis ferebat & Agaris ancillæ petulantiam, & fraternum Iſmaëlis cum ſuo Iſaaco contubernium, aptum conſtuprandis moribus, quos illa accuratâ educatione, & domeſticâ diſciplinâ, ad omnem virtutem inſtituebat. Cùm ergo vidiſſet Sara filium Agar

Gen. 21. v. 9. & 10.

Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: *Eyce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.* Grande quidem in patriarchali domo litigium, quod paternus Abrahami amor, & ſollers matrisfamilias cura excitauerant. Prouidens Saræ de familiæ bono ſollicitudo, ſic iracundiam ſufflammauit, vt certare cum Patris amore non ambigeret, & illum durè ferentem vtriuſque eiectionem emollierit. Quâ ſuper re ita philoſophatur Auguſtinus lib. 1. quæſt. 51. in Geneſ. *Quæritur, Sarâ dicente: Eyce ancillam & filium eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac; quare contriſtatus ſit Abraham, cùm iſta fuerit prophetia, quam vtique magis debuit noſſe ipſe, quàm Sara? Sed intelligendum eſt, vel ex reuelatione hoc dixiſſe Saram, quia priùs illi fuerat reuelatum; illum verò quem de hoc poſtea Dominus inſtruit, paterno affectu pro filio fuiſſe commotum.* (Obſerua attentiùs verba, quæ ad rem ſubiicit Auguſtinus;) *Vel ambos priùs neſciſſe, quidnam illud eſſet, & per Saram neſcientem hoc propheticè dictum eſſe, cùm illa mota eſſet muliebri animo propter ancillæ ſuperbiam.* Nempè bona materfamilias Sara, dum ſollicitè inuigilat ſuæ domeſticæ familiæ inſtitutioni (quod proprium Matronarum munus eſt,) animaduertit, ancillæ filium Ægyptiis moribus agreſtem, ſui Iſaaci mores inceſtare puerilis conuerſationis toxico: videt etiam ſuperbam ancillæ petulantiam Dominæ ſuæ barbaricè immorigeram: dum autem munus ſuum ritè gerit, & domeſticæ familiæ prouidet, etſi muliebri iracundiæ commotione; ſic illi Deus adeſt, vt vel inſcia prophetet. Prophetias Sara loquitur, Prophetidem agit, cùm ſuum matrisfamilias officium implet. Ad tantum dignitatis apicem Matrona ſublimatur, dum benè inſtituit ſobolem, dum ancillas malè morigeras, benè irata compeſcit. *Vel ambos priùs neſciſſe, & per Saram neſcientem hoc propheticè dictum eſſe, cùm illa mota eſſet muliebri animo propter ancillæ ſuperbiam.* Moraliſſimè quidem Auguſtinus. Dum officium plenè adimpletur, vel temperatis iurgiis ſeſe Deus immiſcet?

S. Auguſtin.

Dum commota Sara cohibet petulantiam ancillæ, tunc inſcia prophetat.

Actorum 27. ventis atrociter reſlantibus, naufraga periclitabatur nauis, quâ Paullus Romam vinctus vehebatur. Aſtitit autem mihi (ait ipſe) Angelus Dei, dicens: Ne timeas Paulle, Cæſari te oportet aſſiſtere. *Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.* Sed adhuc ſæuit mare procelloſis vorticibus infidum. Minaces fluctus hiant hiantem exſorbere nauim. Nautis autem quærentibus fugere de naui, cùm miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtentu quaſi inciperent à prorâ anchoras extendere, *Dixit Paullus Centurioni & militibus: Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis.* Hinc magnum oritur inter Commentatores litigium, quo pacto verè dixerit Paullus Centurioni ac militibus, *Niſi nautæ in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis*, cùm præcedenti nocte ex indubio Angeli ore, ipſe audierit: *Ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.* Verumque ex alterutro redarguitur, aut Angelum non dixiſſe verum, ſi diſcedentibus nautis perituri erant; aut Paullum dixiſſe falſum, dum ſi nautæ diſce- 4.

Act. 27 v. 31.

Omnia liberatio Paullo promittitur, ſi nautæ non deſerunt munus ſuum, etſi fruſtrà adſint.

 dant,

dant, promiſſam omnibus incolumitatem negauit. Hoc dubium ſic inibi OEcumenius enodat, ita fatus: *Quòd autem dicit: Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis, diſpenſatoriè dixit Paullus, vt confunderet eos, & ne excideret prophetia.* Profectò abſoluta videbatur Angeli prophetia de futurâ omnium liberatione ab hiante atrociter naufragio; Paullus autem bonus diuini ſermonis interpres, arcano ethicè commentario, Angeli verba expoſuit. Nimirùm omnes liberandos eſſe à certo naufragij periculo, ſi Nautæ qui regendæ naui præerant, munus non desererent ſuum, ſed illud plenè adimplerent. Non promittitur à Deo liberatio periculi, & ſoſpitas à naufragio, ſi ſuum deſerat officium Gubernator nauis. Non eget Deus hoc miniſteriali Nautarum munere; ſed moraliſſimè decernit omnes omninò liberare, dum in munus ſuum incumbant, etſi irritâ operâ, & caſſo labore illud plenè adimpleant. Quod conſultiſſimè admonet Paullus, *ne excideret prophetia.*

OEcumen.

5\.
Superior in quibuſuis rerum caſibus ne ceſſes à munere ſuo plenè obeundo.

Quaſi promiſſa omnium liberatio foret conditionata; ſcilicet omnes liberabuntur, ſi munus ſuum non deſerant, ſed illud plenè adimpleant, tametſi irritâ operâ omnes adlaborent. Nam incumbenti ſolletter in officium ſuum, ſic Deus adeſt auxiliatis, vt plenè ſuppleat, quod ille non eualet. Hinc etiam in hiſce *nauis* alïorſum admonentor Principes, Prælati, Gobernatores, ne in re etiam deſperatiſſimâ ceſſent à munere ſuo ſolletter obeundo, quantumuis maligna ſubſit ſpes proficiendi: nam diuina ſupplet prouidentia, quod illis virium & induſtriæ deeſt. Magnanimum magnorum virorum elogium eſt, ſpe erectâ munus ſuum in quibuſuis rerum caſibus pleniùs adimplere.

6\.
Iſaiæ 10. v. 22. & 23.
Conſummatio abbreuiata ſcopas exuberanter iuſtitiam.

Iſaias cap. 10. ſic prophetat: Si fuerit populus tuus Iſraël quaſi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo: *Conſummatio abbreuiata inundauit iuſtitiam. Conſummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Nempè rei iniunctæ conſummatio, quantumuis videatur breuis & anguſta; copioſa tamen exundatio iuſtitiæ & ſanctitatis eſt, & à cognatis ſordibus puritas defæcata. Quare Syrus interpres ſic locum vertit: *Conſummatio abbreuiata verrit, ſcopauit, inundatione deuoluit in iuſtitiâ:* vti fluuius inundans ſolet deuoluere, & abſtergere ſordes. Hunc autem celebrem Iſaiæ locum aliàs ex profeſſo emedullamus ethicâ velitatione.

Syrus.

§. CCCXIII.

Regij adminiſtri ex acceptis opulentè donatiuis, hamata munera Regi ſolitant redonare.

1\.
Petr. Bleſ. epiſt. 14.
Curia mores in largitionibus culpantur.

VErè pariter ac bellè Petrus Bleſenſis: *Illud,* inquit, *in Curiâ deteſtabile eſt, quia qui magis diligunt, minùs diliguntur. Imperiti etiam, & omninò inutiles elegantioribus beneficijs ampliantur, diuitiæ accumulantur diuitibus: nec eſt qui reſpiciat ad inopem & mendicum. Eliſeus implebat vaſa vacua: & deficientibus vaſis vacuis ſtetit oleum. In Curiâ contemnuntur vaſa vacua, & plena implentur, ligna in ſiluas, & aqua in marin deferuntur.* Iacturam regalium munerum erga ditiores Miniſtros aliàs deplorabam, in tantâ tenuiorum hominum egeſtate, quæ ſic aliquando tributis premitur, vt penè animam in confiſcato habeat. Nunc autem opulenta Miniſtrorum erga Principem munera, ad ſupplendam principalis ærarij inopiam, deplorare etiam licet. Iſtiuſmodi largitiones, diſpendia enormium expenſarum videntur, & mera & auara ambitio eſt. Minuta vectigalia recèns à populo exiguntur, poſt graues ac multas exactiones; gemit populus pauperum, cùm ſoluendo non ſit. Tunc prædiuites Miniſtri de regalibus donatiuis, & plebis deprædatione opulenti, opulenta vltrò ingerunt ærario donatiua, quaſi in Principem liberaliores, læti & alacres, quo plura de Principis liberalitate mereri videantur. Nimirùm pauca è multis aut gratis accepta, aut rapacitate parta hamato munere offerunt; & nec ſic tamen paucula ex opulentè acquiſitis reſtituunt. Vaſa vacua malè exhauriuntur: malè *nudare velis exutos. Cui nihil videtur relictum, à tributis conſtat eſſe liberatum.*

Qui nihil habet, à tributo exemptus videtur.

Caſſiod. l. 12. epiſt. 8.

2\.

Geneſeos 27. ſenex Iſaac debitam iure naturæ benedictionem primogenito Eſaü deſtinans, ait illi: Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foràs: cúmque *venatu* aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti, & affer vt comedam; & *benedicat tibi* anima mea antequam moriar. Quod cùm audiſſet Rebecca, benedictionem præoptans filio ſuo Iacobo, ait illi: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſaü fratre tuo, & dicentem ei: *Affer mihi de venatione tua*, vt comedam, & benedicam tibi. Nunc ergo fili mi, acquieſce conſiliis meis: *Et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur: quas cùm intuleris, & comederit, benedicat tibi priùs quàm moriatur.* Senex Iſaac munerari præcipit, vt benedictionem obſequiis impendat. Naturæ titulo debebatur primogenito Eſaü, conditam tamen de *venatione* prædam expetit, & ferinam de ſiluarum incerto dominio. Rebecca autem duos hœdos apparat, & offert de ipſius Iſaaci gregibus: *Pergens*, inquit, *ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos.* Et vt inibi opportunè Lipomanus adnotauit: *Non autem parare volebat Mater ſeni duos hœdos, ſed ex artubus delicatiores eligere, & parare pro officio lautitias quaſdam.* Ecce tibi mundialium donorum appoſitum hieroglyphicum. Eſaü ferinam, ſeu ſiluaticam de venatione prædam, quæ nullius erat, afferre ſatagit pro benedictione accipiendâ: at Rebecca & Iacob Iſaaco offerunt hœdorum de grege ipſius Iſaaci, delicatiores artus, & reliquam illorum portionem, id eſt, opimiorem & maximam ſibi reſeruant, quâ lautè ſaginantur. Non enim veroſimile eſt, ſenem Iſaacum totos duos hœdos vno prandio deuoraſſe. Vide quale donum caliganti Iſaaco offerat benedictionis rapax aſtutia, nempe ſuorum hœdorum particulam,

Gen. 27. v. 9. & 10.

Lipomanus.

De grege ſuo partem hœdorum laudibus Iſaaco donant, reliquum ipſi vorat.

particulam, opimiori portione ſibi reſeruatâ. O quoties ex opulentioribus Principum largitionibus, pars modica illis redonata, ex pluribus quæ abundè receperunt, gratiſſima illis eſt, gratiam & benedictionem eorum captat; pluriſque æſtimatur, quàm donatiua eorum, qui nihil a principali beneficentiâ accipiunt, & tributis inceſſantibus exhauriuntur! E grege ſuo hœdorum portionem offert, qui de acceptis largè muneribus particulam Principi largitori redonat. Opinor, non carò donum conſtat: hac enim ratione plures opulentiùs Principem munerarent.

3. Eſther cap. 3. Amanum de ſtirpe Agag, è Macedoniâ aduenam in Perſide, Aſſuerus rex ad ſecundum poſt ſe thronum auguſtè ſublimat, & regiis opibus auget. Hic vt Iudæorum excidium, quo totius imperij tranquillitatem prætendit, feliciùs exæquatur, ſic Regi ſuggerit: Si tibi placet, decerne, vt pereat, *Et decem millia talentorum appendam arcarys gazæ tuæ.* Vide nunc mihi quanto communis tranquillitatis zelo (ſi Deo placet) flagret Amanus, dum vſque adeò opulentum Regi donatiuum offert. Quæ verba ſic inibi Sanctius elucidat: Aman *regiæ gazæ adducturum ſe promiſit decem talentorum millia: quæ quocumque aut pretio, aut pondere conſideres, ingentem continent pecuniarum vim.* Benemeritum ſanè de re publicâ, & de regni tranquillitate ac religione, ſe hoc opulentiſſimo donatiuo probat Amanus, dum vltrò ſic effusè Regem munerat pro bono regni. Rex autem ſtupidus dixit ad eum: *Argentum quod tu polliceris, tuum ſit.* Ecce tibi quàm opulentè regium ærarium diteſcat regij Familiaris prædiuite donatiuo. Primùm ex Iudæorum interitu ingens regio fiſco accedit diſpendium ex tot capitibus tributariis diminuto cenſu. Dein homo aduena è depopulatâ gente Agag procreatus, ex effusâ amici Regis beneficentiâ *decem millia talenta* pendere eualet, regiis opibus ſibi adhuc reſeruatis. Quin & regiæ familiaritatis, gratiæ, ac munificentiæ ſecurus, prædiues donatiuum offert; benè ſcius, quòd Rex illud vel confeſtim redonabit, vel ipſe aliter opulentiùs extorquebit. Nimirùm Aſſuero Amanus non de *venatione* ſuâ, ſed de regiis *gregibus* Regi munera offert, & largâ ſpecie reuus oblatione, ad ſe ditiùs & ſumptuoſiùs deriuat. *Argentum* (ait Amano Aſſuerus) *quod tu polliceris, tuum ſit.* Iſtiuſmodi ſunt hamata principalium Miniſtrorum munera, quæ è regio cenſu profecta, ad ſe cum fœnore redeunt: & inde locupletiores exiſtunt, vnde depauperati credi poterant.

Eſther 3. v. 9.

Sanctius ibi n. 16.

Eſther 3. v. 11.

Suo locupletiſſimo donatiuo plus Amanus diteſcit.

4. 2. Regum 9. Dauid rex filium Ionathæ Miphiboſeth regiâ liberalitate munerat: dedit enim ei omnia quæ fuerant Saül aui ſui; hac tamen lege, vt cunctis facultatibus præeſſet Siba, quod magno ſui compendio præſtabat. Euaſitque adeò locuples, vt fugienti Dauid Abſalomum Siba occurrerit *cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & centum maſſis palatharum, & vtre vini.* 2. Regum 16. v. 1. Et vaferrimâ auaritiâ addidit Miphiboſeth de regno ſibi reſtituendo cogitare. Cui Dauid hactenus ſapientiſſimus præcipitatâ ſententiâ actutùm reſpondit: *Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth.* Et quod deteriùs videtur, cùm, bello feliciter confecto, Miphiboſeth venit ad Dauidem, & Sibæ calumniam manifeſtè denudauit, ſéque oſtendit innocentem; adhuc rex parùm ſibi conſentiens, in ſuâ ſententia perdurauit, aiens ad Miphiboſeth: *Quid vltrà loqueris? Fixum eſt, quod locutus ſum: Tu & Siba diuidite poſſeſſiones.* Grande hinc oritur inter Commentatores litigium: nam, ſi Dauid totum Miphiboſethi cenſum tranſtulerat in Sibam, aiens: *Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth:* & nunc eandem ſententiam firmam eſſe dicebat, aiens: *Fixum eſt, quod locutus ſum:* eccur confeſtim ſubdit: *Tu & Siba diuidite poſſeſſiones;* ſupponens ſe ab initio hanc diuiſionem decreuiſſe, cùm tamen cunctas poſſeſſiones vni Sibæ donandas iuſſerit? Noſter Mendoça in cap. 8. l. 1. Regum, ingenuè fatetur ſe quid reſpondeat minimè apud Interpretes inuenire. Inuenere autem Sanctius & Cornelius ex Abulenſi quæſt. 30. Veroſimile autem eſſe ſuſpicatur Cornelius, quòd Dauid ex verecundiâ, ne videretur erraſſe, noluit in totum reuocare primam ſententiam à ſe latam, ſed eam æquè ac bona dimidiauit; dimidium ſcilicet relinquendo Miphiboſeth, dimidium verò dando Sibæ. Vide quò Iudices pertrahat tuendæ ſententiæ (inauditâ parte) iniuſtæ peruicacia, & illius reuocandæ inſanus pudor. Aiunt alij fortè Dauidem, ſuſceptis muneribus adeò fuiſſe perturbatum, vt ad loquenda pugnantia quodammodo traheretur. Qualia fuerint hæc Sibæ munera, & vnde parta, eruditè pariter ac opportunè tradit Abulenſis in cap. 16 lib. 2. Reg. quæſt. 2. *Poteſt dici, quòd cùm Miphiboſeth haberet poſſeſſionem in terrâ Beniamin, in quâ erat Ieruſalem, & illius erat Adminiſtrator Siba, iuit ad aliquem locum propinquum vrbi, in quo eſſet poſſeſſio, & inde duxit illa munera.* Ecce tibi munerum Principibus à Miniſtris oblatorum ſacramentum. Nimirùm à Regis liberalitate hæc abundè acceperant, heri ſui Miphiboſethi erant, cuius ipſe Siba erat *Adminiſter* Regis iuſſu. Vide ergo quid de ſuo cenſu obtulerit Siba in hoc locuplete munere, quo Regem ſic deuinxit. O munificè auaram Miniſtrorum verſutiam! O miniſtrorum rapaciter opulenta donatiua! Bonus ac munificus *Adminiſter* Siba, qui Regi offert partem munerum, quæ Rex dederat, & heri ſui erant. Optimus omnium aulicus Daniel, & regiorum Familiarium idea, qui Regis dona meliùs repudiat, & ſic amaræ redonationi præproperè parcit.

2. Reg. 16. v. 1.

2. Reg. 19. v. 29.

Mendoça.

Sanctius.
Cornelius.
Abulenſis.

Regi offertur à Siba, pars eorum quæ Rex dederat, & heri ſui erant.

Abulenſ.

Hic verſ. 64.

5. Michæas cap. 7. de hac re ſic expoſtulat: *Malum manuum ſuarum dicunt bonum.* Ecquod eſt hoc malum, quod cùm grande *malum* ſit, & nimis pernicioſum, *bonum* audit; & inde propè irremediabile eſt? *Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt: & Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eam,* vrbem, metropolim, prouinciam, terram omnem. Audienda eſt litteraliſſima & moraliſſima Cornelij interpretatio: *Princeps poſtulat*

Michææ 7. v. 3.

Cornel. ibi.

poſtulat à Iudice ſibi adiudicari iniqua tributa. Et Index in reddendo eſt. Quaſi dicat: Index reddit quod Princeps iniuſte petit; reddit, iniquam, ſpe mercedis, quam à Principe expectas. Chaldaus vertit: Princeps poſtulat, & Index dicit, Fac pro me, & retribuam tibi. Denique Magnus, hoc eſt aliquis ex Magnatibus vel Rabbinis (id eſt, Doctoribus litteratiſſimis,) *locutus eſt deſiderium (Hebraicè corruptelam & prauitatem) animæ ſuæ: putà ſi rogetur de hac Principis poſtulatione, non reſpondet ſecundum iuſtitiam & legem; ſed ſecundum ſuam adulationem, ambitionem, & auaritiam.* Conſule ad hunc locum S.Hieronymum. Taceo.

Imponendis immodicè tributis, cur annuit Iudices & Magnatis — Chaldæus. — Hebræus. — S Hieron.

---

§. CCCXIV.

Mors continuâ recordatione præſens, dum peccata excoquit, beatam animi immortalitatem vindicat.

1 IMmortalitatem noſtram noſtra caduca vita inceſſanter fatigata nequit continuare: tam longum iter niſi interruptè à feſſis mortalibus peragi non poterat; manſio igitur neceſſaria fuit. diuerſorium autem mors eſt, vt inde repetamus expeditionem immortalitatis. Ethicè id potiſſimùm: nam cogitatæ mortis ſuffragio, benè viuimus, & ſperatam immortalitatem inde nobis mortalibus, vindicamus, neceſſariâ præſumptione, quâ de morte immortalitatem haurimus, digerimúſque mortalitatis naufragium. Porrò qui cognatæ mortis memoriâ inceſſanter vrgetur, quaſi in confinio mortalis ac immortalis vitæ verſatur; & de vicinâ immortalitate aduerſus mortem mutuat antidotum, & immortalitatis mucrone indubitatæ mortis aculeum exarmat, atque præcoquâ immortalitatis præſumptione, mortis acerbitatem redimit. Omnis etiam prophana Philoſophia contra vulgatem mortis opinionem inauguratur, & quam multitudo pauidè timet, docet aut memoriâ redimi, aut ſemper contemni, aut interdum optari. Quotumquemque Sapientum contemptio fatorum non immortalem fecit? quorum enim vitam memoria mortis compoſuit, hos memoria ſuæ vitæ à morte renocat in poſteritate. Socrates conſummauit ſapientiam libidine moriendi, Pythagoras facilitate, Anaxagoras garrulitate, Calanus adhuc temeritate, Seneca æquanimitate, omnes contemptu. Quod præſumpſit prophana olim Philoſophia, nunc Chriſtiana feliciter dedicauit.

Mors recordatione continuâ deuorata, immortales facit.

2 Siracides Eccleſiaſtici 41. his verbis mortis rigorem mitigare fatagit: *Noli metuere iudicium mortis. Memento qua ante te fuerunt, & quæ ſuperuentura ſunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni.* Syrus ſic locum excribit: *Ne timeas mortem, quia ipſa eſt portio tua*, &c. Biblicâ phraſi *portio* dicitur, ſors, ſeu hereditas. Quaſi dicat: Si ſapis, & memineris, quòd mors eſt tua *portio*, heredítas, cenſus; eiuſmodi recordatione ſic ditaberis, vt diuitem immortalitatem tibi vindices. Sententioſè

Eccli. 41. v 5. — Syrus.

dixit Iſocrates: *Mori omnium fatum decreuit: pulchrum vero mori proprium bonis natura attribuit. Immortalia quidem ſapias, magnanimus exiſtendo.* Neu pe h mortem, quæ tibi frequens obuerſatur, magnanimus contemnas, *immortalia ſapis*, & ex morte immortalitatem negotiaberis. Pulchrè magnanimus Socrates moritur: cuius mortem graphicè deſcribit Tertullianus lib. de Animâ cap. 1 *Iniuſtè*, inquit, *damnatus eſt Socrates, iam & de gratulatione reſponderat* (cui niſi magnanimo, de morte, & quidem iniuſtâ, gratulatum ſit?) *Ipsâ morte coràm immortalitatem vindicas anima neceſſariâ præſumptione ad iniuria fruſtrationem. Adeò omnis illa tunc ſapientia Socratis de induſtriâ venerat conſulta æquanimitatis, non de fiduciâ comperta veritatis.* Ecce tibi Socrates iniuſtæ mortis iniuriam fruſtratur, dum magnanimus *morte coràm immortalitatem vindicas anima* O diſcamus ex hac ſententiâ, in Euangelij gymnaſio meliùs ac ſolidiùs philoſophari; vt quod *præſumpſit* Philoſophus, reipſa Chriſtianus adimpleat! *Coràm morte*, oculis etiam mentis identidem obuerſatâ, *anima immortalitatem vindicemus.* Phyſicam animi immortalitatem vindicauit Socrates morte coràm Chriſtianus ergo coram morte, id eſt, morte crebrò ſpectatâ, beatam animæ immortalitatem feliciùs ac ſolidiùs vindicabit. O quoties aſſidua mortis memoria, mortem in immortalitatem tefinxit, & mortales immortalitate donauit!

Iſocrates ad Demonicum. — Tertullian. — *Ipſa morte crebrò ſpectata, beatam immortalitatem anima vindicat.*

Geneſeos 3. primus homo præuaricatus eſt mediæ mandatum, quod ei Deus ſub mortis pœnâ interminauit, aiens: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* Poſtmodùm adeſt Deus flagitij vindex, aitque: *Nunc ergo, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vita, & comedat, & viuat in æternum. Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis.* Impiè homo peccauit, piè mortis ei pœna inſligitur, id eſt, pœnæ abbreuiatio. Pepercit itaque Deus homini, & quia peccando ſtatûs innocentiæ felicitatem perdidit, æternitas præripitur infelici, vt ſit illi temporalis & moritura infelicitas: & conſiderata crebrò mortalitas, & peccatũ expiet, & amiſſam immortalitatem meliùs negocietur. Scite Algerus lib. 2. de ſacrament. cap. 6. *Quia enim*, inquit, *peccando Adam à Deo diuiſus eſt, ideò Deus poſtmodum in morte corporali diuiduum eum fecit à ſeipſo; vt in corporis & animæ diuiſione cognoſceret, quia ipſa eius anima Deo, qui vera eſt vita, non adhaſiſſet. Quia igitur mors exterior mortis intrinſecæ tam erat figura, quàm pœna, ideò hinc terrendo, hinc monendo, erat quædam ipſius culpa medicina. Si Deus prius abſtuliſſet pœnam medicinalem, quam culpam mortiferam, incurabiles nos redderet, quia ablata pœna magis condelectaremur culpa, & ita culpa vrgente & obſtante, nullus relinqueretur locus gratia.* Nota attentiùs quæ ſubſcribit verba ad rem opportuna: *Cùm igitur culpa mors ſit anima, interim punienda erat per temporales mortis moleſtiam, & ſic ſananda per gratiam: vt interim in regno mortis amaritudo paſſionum & laborum peccata excoquens purgaret, & ita gratia caleſtis virtutum germina,*

3. — Gen. 2. v. 17. — Gen. 3. v. 22. & 23. — Algerus. — *Mortis memoria peccata excoquit, & nos immortalitati reformat.*

germina, quò liberiùs, eò vberiùs inſerens, nos vitæ æternæ reformaret. Propter peccatorum igitur excoctionem & purgationem non erat interim mors temporalis auferenda, ſed æterna. Nimirùm ſceleroſum illud Protoparentis pomum adhuc eructamus crudum, ne ergo ab eius poſteris abſit mortalitas, mortis enim conſideratio *peccata excoquet*, illorum appendices ſcorias expuet, & ſic *nos vitæ æternæ reformabit. Propter peccatorum igitur excoctionem non erat interim mors temporalis auferenda.* Vrgeat homines temporalis mors, & ſeſe crebrò ingerat cognatæ mortalitatis memoria, quæ dum *peccata excoquit*, mortalitatem abſumat, & meliorem immortalitatem redonet, dum *nos vitæ æternæ reformat.*

4. *Geneſ. 18. v. 27.* Geneſeos 18. peracerbum Sodomis ſupplicium imminens ſedulò Abrahamus deprecari ſatagit, ſic demiſsè Deum alloquens: *Reſpondénſque Abraham, ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quempiam eſſe mortalium, quem tam ſordidæ & abiectæ conditionis ſuæ conſcium ac memorem, efferri animo ac ſuperbire non pudeat. *Eccli. 10. v. 9.* *Quid ſuperbit terra & cinis?* Profectò propriæ mortalitatis contemplatio, ad omnem animi elationem tumorémque penitus comprimendum valet plurimum. De pœnaliſſimo vitiorum errore eſt, quòd iſtiuſmodi mortalitatis noſtræ recordatio, mortalibus diu abſit. Ita quidem ſe res habet, vt quiſque maximis in vitiis, erroribúſque ac miſeriis verſatur, ita quaſi denſiſſimâ obductus caligine, cognatam ſibi mortalitatem, & mortem ſibi vicinantem non videt. Sapienter *S. Gregor.* Gregorius lib. 24. Moral. cap. 27. *In peccato*, inquit, *quiſque poſitus, mortalitatis ſuæ obliuiſcitur; & terram ſe eſſe non meminit. Poſt conuerſionis autem ſuæ gratiam, cùm humilitatis ſpiritu tangitur, quid aliud ſe, quàm cinerem eſſe recordatur? Abraham quaſi iam in cinerem reuerſus, dicebat: Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. Nam etſi viuentem carnem eorum necdum in terram mors reſoluerat, hoc tamen ille apud ſe erat, quod ſe abſque dubitatione futurum præuidebat.* *Pœnalior peccati mulcta eſt, mortalitatis obliuio.* Proh, nimis peccat peccatum, quod homini ſuæ mortalitatis obliuionem inducit! Propè deſperatur beata immortalitas in eo, qui ſuæ mortalitatis memoriam inſano mortis horrore diu expunxit. Mortalitas noſtra attentiùs ruminata; cinis ac fauilla, in quam homo abibit, repetitâ recordatione meditata, beatæ immortalitatis ſemen eſt, & æternæ felicitatis obſes. Adeò vt ſanctitatis Proceres virtute conſummati, futuram mortem præcoquâ recordationis præſumptione anticipent, & ſepulcralem puluerem, velut beatæ æternitatis matricem anteuertant: & vnde ſe puluerem ac cinerem iam putant, inde elogium immortalitatis ſibi vindicent. *Sanctus vir, dum viuus ſui exequias celebrat, futuram vindicat immortalitatem.* Itaque ſicut homo per peccatum, *mortalitatis ſuæ obliuiſcitur*: ſic de eximiæ virtutis ſtipendio, præmaturum aduocat funus, ſe viuum cadauer conſideratione tumulat, atque exequias viuas celebrat, auſpicatâ beatæ immortalitatis præſumptione ad mortis ac mortalitatis fruſtrationem. Rex ſuperbus & damnatiſſimus Aſtyages, ſic vixit mortis oblitus, vt nec in eius funere, mortis inducatur memoria, æternaturæ mortis pignore. *Hic verſ. 65.*

5. *Iſaiæ 57. v. 1.* Iſaias cap. 57. fauſtus alioqui Propheta, ſic nunc tragicè expoſtulat: *Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo.* Altè enim reliqui ſuperſtites debuiſſent meditari, & in cordis penetralibus tacitè cogitare, & animitus *recogitare* iteratâ perſæpè meditatione, mortem iuſtorum. Quàm ſit pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, & è contrario quàm ſit atrociter infelix, & infeliciter funeſta impiorum mors. Hanc ſtolidam mortalium inconſiderantiam, & cognatam impiis cæcitatem tragicè incuſat Propheta. *Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde. Requieſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione ſuâ.* Requieſcit iuſtus in *cubili* ſuo, id eſt, in ſepulchro; à quo ſpectatorum ſepulcralis memoria longè ſequeſtratur, quaſi ad eius mortem & tumulum cæcus eſſet populus. Quare ſic durè illos alloquitur: *Vos autem accedite huc filij auguratricis..... ſuper quem luſiſtis?* *Iſaiæ 57. v. 3. & 4.* A iuſto iam tumulato, qui coràm periit, reflectit ſermonem ad impios Hebræos, qui obdurato & cæco corde non *recogitabant* de eius morte, nec dignabantur eius intueri ſepulchrum, niſi ei illudentes; *Mors iuſti, & eius ſepulcrū ſpectatores illuminat.* quos tunc appellat *filios augurat ricis*, ſic vocat Ieroſolymæ incolas. Hebraicè pro τὸ *augurat ricis*, eſt עוֹנֵן *onen*, ab עַיִן *ain*, id eſt, oculus, deſcendens, idem eſt quod *oculauit*. *Hebræus. Cornelius.* Nimirùm cùm *iuſtus perit*, cùm eius *cubile*, id eſt, ſepultura hiat conſpectui veſtro, potiùs quàm exuuiis eius excipiendis: tunc, tunc quidem *oculaſſe* vos dicit, quaſi hactenus cæcos, mortis recordatione illuminauerit. Vos autem (ô malum!) adeò in veſtrâ cæcitate permanſiſtis, vt huic collyrio illuſeritis, quæ eſt extrema perditio, gehennæ confinis. O! *ſuper quem luſiſtis?* Sic liceat ex hoc loco ethicè velitari: litteraliſſimum illius ſenſum ſeriò inibi dedimus.

TRACTA

TRACTATVS APPENDIX, SEV MARIALE DE SVSANNA FIGVRATA, IN QVO VIRGINIS DEIPARÆ LAVDES

in Suſannâ adumbratæ prædicantur.

§. CCCXV.

Proœmiolum de Mariâ Deiparâ ſumptuoſiùs laudandâ.

1. (S. Bernard. ſerm. 4. de Aſſumpt. Virg. *De Mariâ loqui, eſt de indicibili dicere.*) VERE pariter ac bellè eximiæ vir ſapientiæ, ac ſanctimoniæ Bernardus: *Non eſt equidem, inquit, quod me magis delectet, ſed nec eſt quod terreat magis, quàm de gloriâ Virginis Mariæ habere ſermonem; vt licet de eâ loqui geſtiant omnes, tamen quicquid dicitur de indicibili, eo ipſo quòd dici potuerit, minùs gratum ſit, minùs placeat, minùs acceptetur.* Nemo ſanè pertingere ad laudem glorioſæ Virginis dignè poteſt, quæ omnium hominum voces excellit, facundiam ſuperat, & intelligentiam tranſcendit: maior eſt enim omni laude. Ceterùm eo ipſo quòd Mariana laus ineffabilis ſit, fandi tribuit facultatem: ſiquidem *de Indicibili* aliquid dicere, aliquantula laus eſt, quæ dicendi audaciam affectu excuſat, pietate emendat: præſertim cùm datâ fandi occaſione ſilere, vituperij loco ſit: nam taciturnitas importuna, aut maledicentiæ aut malecogitantiæ ſuſpecta vel rea eſſe ſolitat.

2. (*Maria eſt ſeculorum panegyris, & temporum felicitas.* Anonym.) Imò quis cohibeat laudatricem blæſè linguam, ſcius ipſam filioli balbutiem incomptè verba conantem, eſſe parentibus pergratiſſimam? Et ſanè, cùm, teſte Anonymo in Encomio Virginis, Beata Deipara dicatur, *ſeculorum panegyris, & temporum felicitas*; ingratitudinis reus erit hoc *ſeculum* tot Marianis beneficiis obæratum, niſi *panegyrim* panegyri reſtituat, & plenam laudem balbutienti (vt vt poteſt) laude repenſet, inuidus *temporum felicitati*, quod eſt deuotionis Marianæ ſtipendium. (Leo Imper. Orat. 2. *Laudatio Virginis ſine noſtro lucro non ſit.*) *Primum enim* (ait Leo Imperator) *illud curandum eſt, vt honos Virgini deferatur; deinde ſi quid etiam nobis adueniet gloriæ, dum illi gloria datur, conſentaneum eſt, vt etiam ad hoc ſpectantes, laudes celebremus. Certè quod agere aggredimur, nobis non erit abſque lucro; ſed per quæ illi oritur abundè gloria, per ea nos quoque cohoneſtabimur. Lucrabimur & nos, quod ſimus ſtudioſi eius laudatores.* (Matraccius. *Laus Deiparæ redundat in Filium Deum.*) Quæ Leonis verba Hippolytus Matraccius Lucenſis eruditè elucidat in Notis num. 1. & 2. vbi ex ſanctis Patribus præſertim Græcis, in laudem Deiparæ plura addenſat ſuffragia; quæ ne in re vulgati longum faciam, prudens omitto. (Rupertus.) Marianæ autem laudationis rationem aliam ſcribit Rupertus in Canticorum cap. 6. *Sic & te honoramus atque veneramur, ſcientes quòd totus honor impenſus Matri, ſine dubio redundat in gloriam Filij.* Ergo in laudibus Deiparæ, nunc etiam de more muſſitare aut balbutire audeo, ne vmbram corpori, typum antitypo, id eſt, Suſannam Mariæ non reſtituam: quod etiam in aliis hactenus Heroïnis audaciori piè calamo non ſemel ambiui.

3. Itaque provt ſacra Suſannæ hiſtoria ſuggerit, prædicandæ ſumptuoſiùs Deiparæ anſam arripio; & ſtromatum ad inſtar varia contexo, cæleſtem ſponſum (Cant. 1. v. 10.) æmulatus, qui ſponſæ Deiparæ hæc munera ſpondet: *Murenulas aureas faciemus tibi,*

tibi,vermiculatas argento. Symmachus vertit, *cum varietatibus*, alij apud Corne- Symmach.
lium,*cum variegaturis.* Has *murenulas varietatibus*,ſeu *variegaturis* ornatas, putat Cornelius.
Rupertus eſſe ſermocinationes Doctorum ſeu Interpretum , Virginis Deiparæ
laudes multimodè prædicantes. Sic ſatur Rupertus : *Faciamus ergo tibi murenulas* Rupertus.
veritatis,ornamenta benedictionis & gratiarũ actionis,benedicendo & gratias agendo, Laudare Virginem
quia ſic fecit tibi,ita vt non ſit locus,vbi vox laudis huius non audiatur,vox ſonora,vox Deiparam, illam
altiſona,quæ tuum nomen concelebrans (ô Deipara) *iugiter te ambiat, & quodammodo* ambire eſt.
de collo tuo dependeat. Bona planè ambitio,quæ dum in Marianas laudes *variega-*
tâ commendatione negotiosè effunditur,*iugiter te ambit*,ô Deipara. Hæc eſt pia
noſtræ mentis præſumptio, & piè audax calami *ambitio* , aliquid *de indicibili* di-
cere. Sed(verba ſunt Leonis Imperatoris:) *Quis conetur,*ô beatâ Virgo,*magnitudi-* Leo Imper.
nem gloriæ tuæ metiri? Facilius arbitror cæli ſidera oratione complecti, quam hanc. At, orat.5. Facultas
ô Virgo,& Mater,quæ ſola cæleſtibus his opibus affluis,quæ dicere conceſſiſti,ea iam dico. Mariæ lau-
Nihil enim meum,ſed lingua,oratio, & ſi quid aliud, id omne tua cura, & beneuolentia danda à Ma-
munus duco. Quare tua tibi vendicans,largire te laudandæ copiam in tantâ ingenij riâ eſt.
mei ac eruditionis inopiâ. Niſi fortè tantæ magnitudini cognata ſit impar lau- 4.
datio:*maior eſt enim omni laude.* Ideóque, ait Damaſcenus orat. 1. de Aſſumpt. *ne* Eccli. 43. v.33.
ſi omnes quidem toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant, tuas laudes oratione conſequi S Damaſc.
poſſent,cùm ipſa omnium encomiorũ leges excedas. Pergit Epiphanius:*Cui prædicandæ* Mariæ laudes
neque hominum lingua,neque Angelorum eſt ſatis. Tanta ſiquidem tua eſt perfectio, ait nemo dignè aſſequi poteſt.
S.Bernardinus,*vt ſoli Deo cognoſcenda reſeruetur.* Audi clauſulam ex Andreæ Cre- quaret
tenſis ore:*Vt propterea ſolius Dei ſit te pro dignitate laudare.* Liceat ergo nobis,quæ S. Epiphan. orat.de laud.
Cyrillus Alexandrinus verba ad Reginas deſtinat,Reginæ cælorum applicare: Virgin.
*Igitur,*inquit,*omnis ſermo noſter tuâ nobilitate inferior eſt,& fatetur ingenuè & abſ-* S Bernardin.
que rubore ſe victum. Eſſet autem venia, ſi laudare ea quorum dignitatem aſſequi ne- tom.2.ſer.52. art.3.c.2.
quit,revereretur. At ſiquidem facultatem benè agendi habeat , accuſatur autem quòd Andr. Cretenſ. orat. 1.
multam cogitet infirmitatem , ac moras nectat , nemo ab ignauia criminibus liberaret. de dorm.
Quare enim eos quos,vt par erat,virtutum præconijs celebrare poterat,volens ſilere con- Cyrillus l.2.
triſtat? Adnota diligentius quæ Cyrillus ſubtexit verba : *Si autem imbecillis eſt,* de Recta in Deum fide
& metuit,fatetúrque ſe victũ,non in ipſum culpam referimus,ſed in te potiùs,quæ tantis ad Reginas,
præclaris facinoribus illuſtris,facis vt omnes etiam ſermones ad orandũ compoſiti,nihili in exordio.
ſint. Scilicet ſi quæ culpa poſſet Mariam tangere (quæ omnis etiam leuiculæ 5. Velut culpa
culpæ prorsùs exors eſt) ea dumtaxat eſſet, quòd cùm tanta támque auguſta ſit, Mariana magnitudinis eſt,
humanam omnem facundiam, infantiæ & imperitiæ culpat. Quare in hac lu- quid laudari
cubratiunculâ Suſannæ appendice, piè audax Deiparæ multimodam gloriam, dignè non poſ-
etſi non dignis laudibus , & facundè elaboratâ panegyri, ſaltem cxambio cum ſit humano ore.
Leone Imperatore,*fauſtis acclamationibus & precationibus venerari , & quaſi coro-* Acclamationibus
nare. Accipe ergo potiùs laudandi votis , quàm laudibus coronam intextam ; & & precationibus
hoc incomptè pium patere obſequium ; tibi valdè ſuperuacuum , nimis mihi Deipara co-
proficuum:tanta támque benigna eſt tua beneficentia,vt pro hac *acclamationum* ronatur. Leo Imper.
coronâ , æternam beatæ gloriæ coronam expectem , tanquam regium Deiparæ orat.5.
ſtipendium : *Qui elucidant me,vitam æternam habebunt.* Tigurina, *Interpretes mei* Eccli. 24. v.31.
vitam æternam conſequentur. Dicam ergo,& finio cum Bernardo ſerm.39.in Can- Tigurina.
tica : *Denique qui elucidant te, vitam æternam habebunt, ait ipſa Sapientia. Quo* S.Bernard.
quidem præmio ego fraudari noluerim. Verùm laudes tuas conari , ſumptuoſius
mihi præmium ſit , ô Deipara.

Et ſicut hactenùs præſtiti , auſpicium ſumam ab eiuſdem immaculatâ Con- 6.
ceptione.Hanc autem lucubratiunculam cùm ſcripturi rem,ad manum inueni
recens editum egregiũ Volumẽ,cui titulus,*Maria immaculatè concepta*,quod me
non otioſum inuenit,ſed fecit, ſic eius oblectabar lectione.Sic mihi adgaudebã,
& Societati noſtræ, imò & omnium erga Deiparam pietati gratulabar : Quid
à P.Ioanne Antonio Velazquez non tempeſtiuum,ſubtile,limatum,ſplendens,
eruditum,pium,abſolutum? Vt hoc expectatiſſimum Opus ederet, omnes inge-
nij neruos contendit , omnes pietatis vires exerit , omnia vtriuſque eruditionis
archiua euoluit. Nos autem aliquale nunc ſpicilegium facimus,& ſi quid fortè
operoſas huius magni Meſſoris manus effugerit , in vnum faſciculum pacatè
concinnamus ; piam Concionatorum famem non adipare, ſed interſtinguere
conamur ; & auidam eorum ſitim , rigare potiùs quàm exſaciare. Satiabimur
cùm apparuerit gloria tua, ô Maria immaculatè concepta.

§. CCCXVI.

Immacnlata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe multi-modè vindicatur.

1\. S. Damaſc. orat. 1. de Natiuit.

Deipara tota eſt gratiarum pelagus, tota ſemper Deo propinqua.

ALto ſtilo Damaſcenus ad Virginem Deiparam ſic dirigit ſermonem: *Totu Spiritûs thalamus eſt, gratiarum pelagus. Totu pulchru, tota Deo propinquu: ipſu númque Cherubinos ſuperuns, uc ſuprù Seraphinos euectu, propinqua Deo extitit. O miraculum omnium miraculorum maximè nouum! mulier Seraphinis ſublimior effectu eſt.* Si Virgo Deipara eſt *totu gratiarum pelagus*; ergo nullâ ſui parte, aut ſuæ vitæ periodo, gratiis non vbertim exundat. Si *totu pulchra* eſt, nullibi in eâ fœdæ præuaricationis næuus eſt. Si *totu Deo propinquu* eſt, nullâ vnquam ſui parte, Deo abſens fuit: culpa enim à Deo longiùs abſentat. *Gratiarum pelagus*, ingratiæ ariditatem excludit.

2\. Lucæ 1. in illo ſuo Cantico cælitùs modulato, ſic de ſe Virgo Deipara loquitur: Beatam

Lucæ 1. v 49.

me dicent omnes generationes: *Quia fecit mihi magnu, qui potens eſt.* Quæ verba Hugo

Hugo Card.

Cardinalis non ſolùm de gratiâ ad Dei maternitatem idoneâ; ſed etiam de gratiis, in reliquis Marianæ vitæ periodis illi conceſsâ, hunc inibi locum intelligit. Et quidem aptè. nam, vt eruditè inibi Cornelius obſeruat, τὸ

Cornelius. Græcus.

qui potens eſt, ſi Græcum verbum obſerues, perinde eſt, ac *potens ac validus*; ſi autem Hebræum, cui ſubeſſe ſolet, idem eſt ac *omnipotens, ſibi ſufficiens, & abundans bonis omnibus.* Sic

Hebræus.

Titus Boſtrenſis locum exponit, aiens, *Qui id operatus eſt, Deus omnipotens eſt.* Scilicet Dei omnipotentiâ metiri licet hæc *magna* ſeu *magnalia*, quæ Deus in Beatâ Virgine operatus eſt. Sed audi S. Mectildem lib. 1. cui ipſa Deipara ſic loquitur: *Sicut enim artifex, qui mirificum opus facere decreuit, magno ſtudio præmeditatur, & in delectatione cordis ſui præimaginatur. Sic Beata Trinitas in me delectabatur & gaudebat, quia me talem imaginem facere volebat, in qua totius potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis ſuæ artificium elegantiſſimè appareret. Inſuper quia ſciebat opus ſuum nunquam in me damnari.* Scilicet cùm ipſius Deiparæ ore ſacro Spiritus ſanctus prædicat *magnu* ſeu *magnalia*, quæ in omnibus vitæ ſuæ periodis in eâ magnificè operatus eſt; conſultiſſimè notat, quòd ea fecit, qui *Omnipotens* eſt, & ſibi *ſufficiens, bonis omnibus abundat*: nam quod operatus eſt in eâ, *totius Potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis ſuæ* opus eſt. Nempè dum congruis diuinæ Maternitati dotibus Virgo Maria exornatur, Dei *ſapientia totu præmeditatur & præimaginatur* congruam diuinæ Maternitati puritatem; Dei *totu Bonitas* ad tantam munditiem operandam beneficè inclinat; & Dei *totu Potentia*, ſeu *Omnipotentia* illam exequitur, exertis validè totius Omnipotentiæ viribus. Ecce tibi Marianæ gratiæ menſura, Dei *Sapientia*, Dei *Bonitas*, Dei *Omnipotentia*: per hæc diuina attributa metiri oportet cumulum gratiarum, quibus Deipara venoſtatur, dotatur, exornatur, quò digna Dei Mater exiſtat. Qui rem aliter meditatur, non tantùm Marianæ immaculatæ puritati derogat; ſed & diuinæ *Sapientiæ, Bonitati,* ac *Omnipotentiæ* detrahere videtur: quippè quæ neſciuit ſuam Matrem, etſi Euæ ſobolem, ab originalis peccati labe præproperè eximere; aut noluit, quâdam velut penuriâ Bonitatis; aut non potuit, aliquâ quodammodo imbecillitate Omnipotentiæ. O, præ oculis ſemper habeatur hæc Marianæ gratiæ

Titus Boſtr.

S. Mectild.

Dei ſapientia, bonitas, & omnipotentia, eſt menſura Marianæ gratiæ, ac puritatis. quomodo?

ac puritatis menſura! Quia fecit illi *magna*, Hic verſ. 49.
qui Omnipotens eſt: in illa enim *totius poten-* Hic verſ. 2.
tiæ, ſapientiæ, & bonitatis opus *elegantiſſimè apparet*. Exinde tritum illud de immaculatæ Conceptionis puritate, adſpectu ad Deum eius Filium: *Pudo, luego quiſo*, quod Hiſpanis ſemper in ore eſt. Huic puritati typicè gratulatur tota cognatio Suſannæ, *quia non eſt inuentu in eâ res turpis.* Quid peccato turpius? Et quomodo fœditas fuit in eâ, quæ bîc *pulchra nimis* perhibetur?

Adludit Siracides, qui Eccleſiaſtici 1. in- 5.
terrogat, *Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inueſtigauit?* Cui interrogationi ſic verſ. 9.
reſpondet: *Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto,* Eccli. 1. v. 9.
& vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Quæ verba etſi de increatâ Sapientiâ, eâque per Incarnationem corporatâ intelligantur; Deiparæ Virgini accommodari ſolitant: & Vir-
gineo vtero accommodat Richardus de ſan- Richardus de
cto Laurentio lib. 2. de laudibus Mariæ, par- S. Laurentio.
tic. 5. Opinor, poſterius hemiſtichion, probatio eſt prioris; ſcilicet quòd Deus *ipſe creauit illam* (Deiparam) *in Spiritu ſancto*, id eſt, in eius creatione, formatione, ſeu animatione præuentâ fuerit Spiritus ſancti gratiâ, quæ naturæ labem anteuertit. Id probat, quia in eius creatione illam Deus *vidit*, id eſt, intimè, penitùs, & funditùs eius naturam, proprietates, & dotes introſpexit, & circumſpexit, quaſi captus eius ſpecie & pulchritudine, vti
exponit inibi Cornelius. Sic ergo videns il- Cornelius.
lam animitùs & medullitùs, *dinumerauit, &* *Nemo conetur*
menſus eſt: neque enim alius poterat eius tunc *Marianæ gra-*
gratias dinumerare & *metiri*, niſi qui illam *tiæ magnitu-*
talem tamque creauit. Opportunè Leo *dinem glorio-* *ſam metiri.*
Imperator cognomento Sapiens, orat. 3. quaſi Leo Imper.
adludens ad hunc Siracidis locum, ſic Deiparam alloquitur: *Et quis conetur magnitudinem gloriæ tuæ metiri?* Quaſi dicat: Cùm tu ſis *totius Omnipotentiæ* opus; qui Dei Omnipotentiam metiri audeat, ille, ille, inquam, ſolus tuam gratiam, gloriam tuam, tuas dotes, & de cælo accerſitas gratiæ & gloriæ ſumptuoſas gazas metiri audebit. *Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, vidit, & dinumerauit, & menſus eſt.* Quare nemo hominum metari aut taxari audeat gloriæ gratiam, quâ Deipara plenè exundat: tantæ enim támque immetatæ magnitudini æſtimandæ, impar eſt tenuitas humana: Ergo *quis conetur magnitudinem gloriæ tuæ metiri?* Qui Dei Omnipotentiam dignè æſtimet, Marianas gratias *metiri* ſolus eualet.

Canticorum 8. hæc Virginis ſponſæ ad 4.
ſponſum Deum vota leguntur: *Quis mihi det* Cant. 8. v. 1.
te fratrem meum...... vt inueniam te foris, & & 2.
deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domũ matris meæ Oſculum nunc petit, quod iam expetierat in huius

Cantici.

Cant.1.v.1. Cantici auſpicio, *Oſculetur me*, aiens, *oſculo oris ſui:* oſculum autem amicitiæ, amoris, & intimæ coniunctionis ſymbolum eſt. Vnde diuinus Hierotheus apud S. Dionyſium de Diuinis nominib. cap. 4. air amorem habere vim iungendi, miſcendi, & vniendi, qui ſignificatur per oſculum. Ceterùm in illo cap. 1. vt ei ſponſus imprimat oſculum, ſiue in publico, ſiue in ſecreto, expetit; nunc autem poſtulat, vt ipſa ſponſo oſculum figat, & quidem publicè, & coram frequenti populo, vt mutui tunc amoris ſignum palàm exhibeatur, ne quis de reciprocâ tunc beneuolentiâ exinceps poſſit ambigere: *Vt inueniam te foris, & deoſculer te*, τὸ *foris*, Græcè eſt, *ἐν ἀγορᾷ*, id eſt, *in foro*, ſic aliqui exetibunt, nempè *in foro*, vbi de meâ immaculatâ Conceptione diſceptatur. Sic ergo totum locum accipe pro immaculatâ Virginis Deiparæ Conceptione, quò in omni tempore, in illo etiam ſuæ animationis inſtanti, immunem ſe probet ab originali labe, & dignam diuino *oſculo*, quo mutuus amor iungitur. Itaque ſic Virgo Deipara Filium Deum, ſimúlque ſuum ſponſum alloquitur: *Quis mihi det te fratrem meum*, fratrem aduertenter appellat; nam vterque ſolos ex totâ Adami poſteritate, ſimul cum naturâ gratiam excepere in primo animationis inſtanti; ille per naturam Deitatis, hæc per adoptionis gratiam: quare in primo animationis ſeu Conceptionis momento, vterque ſpirituali generatione Deo naſcitur. Ob hanc ergo ſpiritualem cognationem *fratres* vnicè appellantur. Addit, *Quis mihi det, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* Quaſi dicat: In primo meæ Conceptionis inſtanti, in quô tua gratia naturam præuenit, tanquam ſponſæ gratæ & chariſſimæ dediſti mihi oſculũ: at iſtiuſmodi oſculum occultum fuit, quia in matris meæ viſceribus latitabam: vtinam publicetur hoc oſculum, gratiæ & amicitiæ ſymbolum. *Quis mihi det, vt inueniam te foris, & deoſculer te.* Quorſum hæc? *Nemo me deſpiciet:* nam *apprehendam te, & ducam in domum matris meæ*, Annæ inquam, in cuius domo, ac vtero huiuſmodi oſculum, in ſignum gratiæ, amicitiæ, ac beneuolentiæ mihi dediſti. Quare hianter nunc expeto, vt iſtiuſmodi oſculum in materni vteri penetralibus mihi impreſſum, foràs prodeat, & palàm omnibus euulgetur; ne cui liceat ambigere; ſed ad vnum omnibus innoteſcat. Ergo *quis mihi det, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* vnde eueniet, vt *iam me nemo deſpiciat*, id eſt, ait Anſelmus, *Et iam nemo deſpicabilem me cenſeat*, tanquam aliquando originali labe immundam, ſponſi mei inimicè refugam, Diaboli mancipium, Dei inimicam, ream primæui ſceleris: & inde tunc tui oſculi indignam. Ecce Deiparæ votum: *Quis*, inquit, *mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum genitricis meæ.* Quid accommodatius?

Hierotheus. S.Dionyſ. — Græcus. — *Deiparæ expetit, vt oſculum ſibi impreſſum in Annæ vtero publicetur, ne ſit deſpicabilis.* — S.Anſelm.

5. Cant.1.v.7. Canticorum 1. ſic ſponſa Deipara ſuum ſponſum Chriſtum Deum alloquitur: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Senſus eſt: *Indica mihi* (tu, ô ſponſe mi, qui es is) *quem diligit anima mea* (à quo tempore animata ſum) *vbi paſcas* (Hebraicè, *quomodo paſcas*, modum prouidentiæ, aut diuini regiminis ſciſcitatur,) *vbi cubes* (Hebraïce, vbi accubare aut quieſcere facias gregem tuum; quaſi aliquid inquietet Chriſti gregem.) Vbi, inquam, *cubes in meridie:* nam etſi ego aurora dicor, tu mihi ſemper *meridies* es, præ gratiæ ſplendoribus, & amoris æſtu. Nam ſi non *indicaueris* aut manifeſtaueris, me nunquam fuiſſe in nocte, ſed ſemper *in meridie* fuiſſe; & te, velut paſtorem in me, tanquam *in meridie* requieuiſſe, certè *vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* τὸ *vagari*, multimodè ex Hebræâ radice vertunt Interpretes, quidam ſicut *operta*, vel *operiens ſe* (ſicut Suſanna) vel *declinans*, vel *errans*; alij ſicut *vacillans*, vel ſicut *increpata*, aut *obiurgata*. Sic autem hunc locum ex Hebræo excribit Cornelius: *Quia cur ero ſicut vaga ſuper greges Sociorum tuorum?* Benè eſt, Beata Virgo Deipara ſemper eſt, eritque *ſuper greges Sociorum* ſuorum; ſed nollem, vt iam ad *greges Sociorum* declinet *increpata & obiurgata*, quaſi tenebris peccati originalis obſcurata putetur, & nitidæ Conceptionis *meridiem* quærat: ſed vt *greges Sociorum* filij ſui, gregatim ad illam illi gratulatum eant, quod ſummi Paſtoris Pontificio ore, nocturni obſcurè timores abacti ſunt, & omnium omniò plauſu, in ſuâ nitidâ Conceptione *meridiem* inuenit præpropero ſplendorum iubare. O, hæc clara dies Chriſtiano orbi iam illuceſcat!

Hebræum. — *Ne Deipara vagari cogatur ſuper Sociorum greges.* — Hic verſ.32. — Hebræus. Cornelius.

§. CCCXVII.

Deiparæ pura Conceptio à peccato Originali immunis, adhuc multis aſſeritur.

1. S Bernard. PVlchrè Bernardus ſerm. 2. ſuper Miſſus eſt: *Quàm verò aliam*, inquit, *requirebat Salomon, cùm dicebat: Mulierem fortem quis inueniet? quod eſt dicere: Si ita de manu fœmina pendet, & noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio, & de hoſte victoria: ſic enim legerat Deum promiſiſſe, & ita videbatur congruere, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipſam; fortis omninò neceſſe eſt vt prouideatur, quæ ad tantum opus poſſit eſſe idonea. At ne hoc quæſiſſe putetur deſperando, ſubdit prophetando: Procul & de vltimis finibus pretium eius, hoc eſt, non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terrâ, ſed de cælo: nec de cælo proximo terris pretium fortis huius Mulieris, ſed à ſummo cælo egreſſio eius.* E cælo eſt pretium eius, in quam potior redemptionis portio ſumptuoſiùs impenditur. Exinde, tametſi ex Adami limo in terrâ formatur & concipitur; tamen adeò terrenæ ſordidè concretionis exors eſt, vt omninò ſpiritualis ac cæleſtis ſit illius Conceptio: nam *à ſummo cælo egreſſio eius.* Qui in cælo inuenerit ſqualorem, in Mariæ conceptione peccati ſordes inueniet. In terrâ & de terrâ Maria concipitur; ſed eius Conceptio adeò eſt pura, vt Bernardi ſuffragio, *à ſummo cælo egreſſio eius* ſit.

Prouerb.31. v.10. — *A ſummo cælo eſt Mariæ egreſſio.* — Pſalm.18. v.7.

2. Numerorum 17. Moyſes duodecim virgas à duodecim Principibus tribuum accipit: inter eas autem ſola Aaronis virga mirè floret: Sequenti die, inquit, Moyſes *regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores.* Quaſi dicat: Formâ florum mutatâ & deſinente, gemmæ eorum transformatæ ſunt in fructus. Hebraicè eſt: *Et ecce virga protulit germen, & floruit florem.* Primò ergo virga hæc protulit germen, mox florem, ac ſtatim fructum. Per germen intellige, non frondes & folia, ſed baccas ſeu gemmas. Hæ enim baccæ ſeu calyculi, mox ſe aperiendo, & ſua folia dilatando, in flores, ac deinde in fructus maturuerunt, & conuerſi ſunt. Mirifſimè quidem hæc virga, Deiparæ hieroglyphicum, primò germinat, dein floret, demum fructificat. Quâ ſuper re ita philoſophatur Rupertus in Cantic. cap. 1. *Sicut enim virga illa*, ait, *virgas maleficorum & incantatorum deuorauit, & omnem ſuperbiam Ægyptiacam obtriuit: ac deinde germinauit, frondnit, floruit, & fructum protulit, non plantata, non ſucco terræ animata, ſed virtute cœleſti ſupra vſum naturæ prouecta: Sic tu pulcherrima mulierum, amica mea cunctam ſuperbiam Diaboli deiecisti, Conceptu florida, partu fructifera.* Arcanus ſanè rerum ordo, & qui ab arborum naturâ mirè peregrinatur. Porrò arbores reliquæ priùs florent, poſteà germinant, & demùm fructum proferunt. Hæc autem virga *germinat* antequam *floreat*, quia intuitu *germinis* producendi præmaturè floret: nam quoniam germen proferet, qui Deus homo eſt, Chriſtus Ieſus, ideò floret; ideóque eſt *Conceptu florida*, quia erit *in partu fructifera*: intuitu enim diuinæ Maternitatis, florida concipitur, florida concipit. *Et ecce virga protulit germen, & floruit florem.* Itaque Beata Deipara floret in ſuâ Conceptione gratiis vernans, floret in conceptione incarnati Verbi puriſſimæ virginitatis candore: hic autem virginitatis flos fructificat in genitura Chriſti Dei, in partu incarnati Verbi. *Ecce virga floruit florem:* nam *Conceptu florida, partu fructifera* eſt. Quid tam venuſtè pulchrum ac nitidum, & næui ac maculæ expers, quàm gemmeus flos? flos autem Suſannæ nomen dedit, vt vel nomine floreat, quæ Deiparam pulchrè *floridam* præfigurat.

Numer. 17. v. 8. Cornelius. Hebræus. *Deipara Aroniana virga ſimilis.* Rupertus. *Deipara Conceptu florida, partu fructifera.* Auctor ſuprà § 5. n. 4. Hic verſ. 2.

3. Canticorum 1. hæc querula ſponſæ Deiparæ vox auditur: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me; poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Pro τὸ *pugnauerunt contra me*, aliqui ex Hebræo vertunt, *contenderunt*, vel *rixati ſunt*. L X X. Interpretes, *pugnauerunt ἐν ἐμοὶ*, hoc eſt, *in me* in ablatiuo, id eſt, *ſuper me*. Quaſi dicat Virgo Deipara: Ego eram occaſio ſeu materia *contentionum* aut *rixarum*: contentiones autem rixæ, quæ *in me*, aut *ſuper me* erant, pugnæ contra me eſſe videbantur. Alij enim dicebant, meam Conceptionem puram & immaculatam fuiſſe; alij ſecùs accidiſſe pugnaciter *contendebant*: exinde ſuper me *contentiones & rixæ* ſuboriebantur. Quicumque ergo ſint hi Fratres mei (nam in bonam aut malam partem id vertunt Interpretes) *pugnarunt*, ait inibi Rupertus, *pugnas verborum, pugnas linguarum.* Cùm itaque filij matris meæ *pugnarent*, ſeu *contenderent*, aut *rixarentur* ſuper me; *poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui*, id eſt, ait Rupertus: *Pugnabant contra me, conſiderantes, & conſiderare volentes, quod fuſca ſim, quòd non verè decolorauerit me Sol, ſed nigra ſim ſicut tabernacula Cedar. Hinc ab illis paſſa ſum, vel patiar pugnas verborum, pugnas linguarum.* Nota attentiùs quæ ſubiicit: *Verùm non ita eſt. Pro vnâ vineâ, quæ debuit eſſe mea, vtpotè gens mea, multas vineas acquiſiui, quæ omnes cuſtodiam meam habent, & habere deſiderant, de meis meritis præſumentes, de interceſſionibus meis confidentes, & pro huiuſmodi cuſtodiâ clamantes ad me iugiter.* Sic Rupertus de peculiaribus totius orbis Eccleſiis, quas vinearum nomine indigitat: nónne idem optimè vſurpemus de tot ſacris Familiis, & Parthenopeiis vbique Sodalitiis, quæ priuatæ quædam & peculiares ſunt Deiparæ vineæ? Hæ enim dum de Virginis Deiparæ *meritis præſumunt*, & *de interceſſionibus confidunt*, ſpecialem Mariæ vineam eſſe meruerunt, & peculiarem Virginis cuſtodiam exambiunt. O pia *de* Mariæ *meritis præſumptio!* Qui de meritis Deiparæ in eius puriſſimâ Conceptione piè (iuxtà piam opinionem) *præſumit*, vinea ſeu poſſeſſio Mariæ eſt: & inde ſedulam illi cuſtodiam pollicetur. O, nemo ſibi hanc cuſtodiam inuideat! Sibi de hac cuſtodiâ gratuletur, quiſquis B. Virginis immaculatæ Conceptioni mente, aut ore, aut calamo adſauet; quíque illi pro virili tuendæ voto ſe obſtringit, quo tam pio animitùs ſtudio Hiſpania tota deuotiſſimè gliſcit, piè glorioſo Marianæ puritatis ambitu. O tandem perſpicuè aperiatur Pontificium os, & deerunt *contentiones, rixæ* ceſſabunt!

Cant. 1. v. 5. Hebræus. Græcus. LXX. Interp. *Rixæ aduerſus immaculatam Conceptionem, Mariæ cuſtodiam aucrunt.* Rupertus. *De Mariæ meritis præſumendum eſt.*

4. Canticorum 1. ſic ſponſam Virginem ſponſus Deus alloquitur: *Ecce tu pulchra es, amica mea* (L X X. Interpretes, *proxima mea*) *Ecce tu pulchra es.* Bis pulchram ſponſus ſponſam vocat; quia cui dilectionem Dei & proximi donat, geminam pulchritudinem inſerit. Bis pulchra, pulchra in vitâ, & in morte pulchra: pulchra in corpore, & in mente pulchra. Bis pulchra, quia non ſolùm totius vitæ honeſtate & ſanctitate pulchra fuit; ſed etiam in ſuæ Conceptionis ſeu animationis momento nitidè pulchreſcit, in quo reliqua Adami poſteritas fœdè ſordeſcere ſolitar. Geminata enim pulchritudo, pulchritudinis emphaſis eſt, & totam ſemper & vbiuis eſſe pulchram oſtendit. Audiendus eſt Hugo Victorinus ſerm. 2. de Aſſumpt. qui extat ſub finem tom. 2. *O qualis*, ait, *ſocietas! totus pulcher totam pulchram ſibi ſociat. Ego totus pulcher, & tu tota pulchra. Ego per naturam, tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia totum quod pulchrum eſt, in me eſt. Et tu tota pulchra, quia nihil quod turpe eſt, in te eſt. Pulchra in corpore, pulchra in mente. Tota ergo pulchra es, corpore niuea, mente ſincera...... Nec alius talem decebat, nec alius tali inueniri poterat. O digna digni, formoſa pulchri, munda incorrupti, excelſa Altiſſimi, mater Dei, ſponſa regis æterni.* Cùm toties *tota* pulchra dicitur, nullâ ſui parte deformis

Cant. 1. v. 14. LXX. Interp. Hugo Vict. *Quia Deipara eſt tota pulchra, eius immaculata Conceptio adſtruitur.*

deformis eſt, aut fœda vnquam fuit: alioqui non hæc, ſed *alia talem decebat*, nempe quæ ſemper munda, immaculata, & incorrupta, ſemper incorrupto, mundo, & immaculato adſociaretur. Illa autem ſententia, Mariæ immaculatam Conceptionem viuaciùs vendicat: *Ego*(Chriſtus Deus)*totus pulcher, quia totum quod pulchrum eſt, in me eſt* (eſt, inquam, ſempérque fuit, in primo etiam Incarnationis inſtanti: in quo ſi fœdus fuiſſet, minimè *totum quod pulchrum eſt, in eo eſſet:* nam illi Conceptionis puræ gratia deforet.) Sic ergo *Tu tota pulchra es, quia nihil quod turpe eſt, in te eſt*, nec fuit in tuæ Conceptionis ſeu animationis momento. Non enim ſic *tota* pulchra eſt, quæ etſi nunc pulchra eſt, aliquando fœdè turpis fuit. Quare de Mariæ typo, Deo gratulatum eſt, *quia non eſt inuenta in eâ res turpis.*

Hic verſ.63. Ergo *tu tota pulchra es, quia nihil quod turpe eſt, in te eſt.* Et ſanè Mariæ ab originali labe immunitas, notanter pulchritudine denotatur, vt aduerſarij venuſtatem tanquam pugnaciſſimam vereantur.

Anacreon. Pulchritudo eſt validè pugnax.

Hinc Anacreon Poëta: *Natura*, inquit, *dedit tauro cornua, equo vngulas, lepori velocitatem, leoni rictum dentium, natare piſcibus, volare auibus, viris prudentiam. Quid feminis? formoſitas pro parmis & lanceis eſt. Vt ferrum & ignis percutit, qua vultu pulchro fulminat.* O, nemo quantumuis robuſtus cum *totâ pulchrâ* bellum gerat!

5. Cant.1.v.15. Canticorum 1. hæc ſponſæ Deiparæ ad ſponſum ac filium Chriſtum Deum verba leguntur: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.*

Chaldæus. Quæ verba Chaldæus Paraphraſtes ſic excribit: *Quam pulchra eſt maieſtas ſanctitatis tuæ.* Vndénam maieſtas ſanctitatis Ieſuanæ ſic decorè pulchreſcit? Rupertus Tuitienſis Abbas ſic hunc inibi locum eleganter elucidat:

Rupertus. A Maria ſemper immaculatâ pulchritudine, Chriſtus pulchrior eſſe dicitur. quare?

Ille veraciter in me veneratur, quòd ſim mater & virgo: ego in illo adoro, quòd ſit Deus & homo. Dico ergo: Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Dicis mihi: Ecce tu pulchra es; & ego dico tibi: Ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta ſum, ex eo tu qui ſemper pulcher fuiſti, pulchrior factus es. Altè dictum! & reddit rationem: *Nam verè in eo pulchritudinem tuam adauxiſti, quòd, cùm Deus eſſes, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher & decorus: & ita pulcher, vt ſis ipſa ſubſtantia pulchritudinis: ita decorus, vt ſis ipſum decus humanitatis. Verè ergo dicis mihi: Ecce tu pulchra es; & dico tibi: Ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es. Quòd ergo pulchra ſum, totum tibi attribuendum eſt. Neque enim virga floris, ſed flos virgæ pulchritudo eſt.*

Chriſtus eſt ipſa ſubſtantia pulchritudinis. Chriſtus eſt pulchritudo Mariæ.

Longulè, ſed pulchrè Rupertus. Expenſione autem digniſſimum eſt, quòd cùm Deus Verbum dicatur *ipſa ſubſtantia pulchritudinis*; à Matre in ſuâ Conceptione immaculatâ, in Filij ſui Incarnatione & partu virgineo, vſque adeò venuſtari perhibetur, vt quia Mater ſemper *pulchra* fuit, ipſe *pulchrior* eſſe dicatur: nam *pulchra eſt maieſtas ſanctitatis* Chriſti, quòd à Matre ſemper pulchre immaculatâ ortus ſit; alioqui Matris quondam fœditate, pulchritudo eius deuenuſtaretur.

* * *

P. Didac. Celada in Suſannam.

§. CCCXVIII.

Materia præcedentis Paragraphi, pro immaculatâ Deiparæ Conceptione, ab originali labe limpidiſſimè immuni, productiùs ampliatur.

OLim & nunc tritum eſt illud Canticorum 3. pro immaculatæ Conceptionis veracitate pugnaciter tuendâ: En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël. *Omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum propter timores nocturnos.* 1.

Cant.3.v.8.

Per lectulum Salomonis Virginem Deiparam perſpicuè deſignari, nemo negat, nemo non videt. In confeſſo etiam eſt, per hoſce ſexaginta fortes ad bella doctiſſimos, qui eam tanquam ſtrenui ſatellites ambiunt, intelligi Sanctos Patres, & lectiſſimos quoſque Eccleſiæ Doctores, Bibliorum Interpretes, & diuini verbi Concionatores, quorum pro hoc piiſſimo myſterio tuendo pugnax animosè deſudat induſtria. Quòd autem hi litterarij Heroës immaculatam Virginis Conceptionem propugnent, haud dubiè indicat ſacer textus, cùm ait, Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum *propter timores nocturnos*: noctis autem vocabulo Conceptionem deſignari, euincitur manifeſto Iobi ſuffragio, aientis cap.3 Pereat dies in quâ natus ſum, *& nox in quâ dictum eſt: Conceptus eſt homo.*

Iob 3 v.2.

Mariana Conceptionis ſatellites, non tantùm gladios habeant, ſed eos manu teneant.

Itaque hi viri ſtrenuè fortes, etſi de ſe pacis amantes, quippè qui *Salomonis*, id eſt, *pacifici* lectulum cuſtodiant; tamen pugnaciter enſibus armantur, ne quid obſcurè ſiniſtrum de puriſſimâ Deiparæ Conceptione clanculum ſubrepat; quod *timores nocturnos* meritò appellat.

S.Gregor.

Ceterùm S. Gregor. Magnus lib.19. Moralium cap.29. appoſitè notat, quòd *non dicitur, Omnes habentes*, ſed *tenentes gladios.* O belle! parum eſt, quòd omnes Virginis alumni, & ſuæ immaculatæ Conceptionis propugnatores, *habeant gladios*, niſi gladios manu teneant; *tenentes gladios* dicit, quò actis & exprompta pugnacitas denoteur, & exſomnis ſtrenuè ſollicitudo *propter timores nocturnos.* In promptu gladium verbi manu teneat Concionator; teneat Doctor, & Bibliorum Interpres in Scholis; Hiſtoricus in antiquitatum archiuis, & Chronologiæ promptuario; Reges in piâ definitionis exigendæ pertinaciâ; Diuites in gazis ſuis ad pios ſumptus erogandis; Pauperes in plaudendo; Plebs ſumma, mediana, & infima pro virili adiuuando; Omnes ſeſe pio voto ad id obſtringendo, & religioſâ ambitione precum, optatiſſimam Pontificis definitionem exorãdo. Itaque ſatis non eſt, ad hos *timores nocturnos* procul expellendos, *gladios habere*, niſi manu *gladios teneãt*, quæ digna ſit Mariani ſatellitij pugnax ſollertia, & ſollers Salomoniani *lectuli ambitio.*

2. Cant.2.v.8. & 9. Canticorum 2. Vox dilecti mei (ait ſponſa Deipara:) *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum.* Quorsùm tanta diuini ſponſi celeritas? *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras.* Hæc velociſſima ſponſi pernicitas in Hebræo tex-

Hebræus. tu viuaciùs exprimitur : ſic enim habet : *Ecce*
iſte venis contrahens ſe ſuper colles : qui enim
fortiter & procul ſalire volunt, membra &
vires contrahunt, vt validiùs ac perniciùs
ſaliant, quo innuitur Verbi incarnatio, iuxtà
Ad Rom. 9. v. 27. illud Paulli ad Romanos 9. *Verbum breuiatum*
faciet Dominus ſuper terram. Verbum enim
breuiatum mysticè eſt Verbum diuinum caro
factum in Virginis vtero, vbi abbreuiatum
eſt, quod hîc propter velocitatem veniendi,
contrahens ſe perhibetur. Et ſanè tanta di-
uini ſponſi velocitas, vt *contrahens* ſe, *ſaliat*
in montibus, & tranſiliat colles, quò citiùs ad
ſponſam Virginem veniat; non videtur eſſe
opus Incarnationis, poſt quater mille annos
à mundi conditione peractum; ſed Maria-
næ Conceptionis opus, & ſuæ immaculatæ
animationis myſterium, quod mirâ celeri-
tate indigebat; ne ſi tardaret tantillum ſpon-
ſus Deus, natura gratiam anteuerteret, &
peccatum lethaliter originale contraheret,
ſicut reliqua Adami poſteritas. Quod ap-
Mirè feſtinat Deus, ne in Matris ſua Conceptione mors per feneſtras ingrediatur. primè contextui quadrat; dicitur enim : *Ecce*
iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles;
ſimilis capreæ, hinnulóque ceruorum. Subdit
tantæ celeritatis cauſſam : *En ipſe ſtat reſpi-*
ciens per feneſtras. Quaſi dicat : Tanta in ve-
niendo velocitas neceſſaria eſt, vt præprope-
rè adſim Conceptioni Deiparæ ſponſæ, Ma-
Ierem. 9. v. 21. triſque meæ, & cautè circumſpiciam *reſpi-*
ciens per feneſtras : quia aſcendit mors per fene-
ſtras; quare opus eſt, præmaturè *perſpicere*
per feneſtras, ne per illas in meam Matrem
mors aſcendat, eámque originalis delicti mor-
te funeſtet. Scilicet priùs ipſe Deus verbum,
eius Filius, qui *vita* eſt, per ſuam gratiam
ingredi feſtinat per Conceptionis feneſtram,
ne per illam mors aſcendere præſumat. Audi
S. Bernardum ſerm. 56. vbi ſponſæ Deiparæ
S. Bernard. nomine, ita ad hæc verba loquitur : *Puto me*
non iam anguſtam, ſed ampliſſimam ſtanti poſt
parietem ſponſo aperire feneſtram, per quam li-
bentiùs reſpicit. O quàm libenter Filius Deus
& velox feſtinat, & præproperè cautus cir-
cumſpicit, ne in Matris ſuæ Conceptione,
ſeu primo ad vitam ingreſſu, mors per fene-
ſtram ingrediatur, vt in reliquorum homi-
num animatione ingredi ſolitat, de communi
primæui ſceleris reatu!

3. Canticorum 4. ſponſus Deus ſic ſponſam
Virginem, Deíque Matrem alloquitur : *Tota*
pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.
Quibus verbis pulchrè immaculata Mariæ
Conceptio innuitur : Quare diuiuus ſpouſus
Cant. 4. v. 8. confeſtim ſubdit : *Veni de Libano ſponſa mea,*
veni de Libano, veni : coronaberis de capite
Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubili-
B. Virgo euocatur ad coronam de anathemate. quare? *bus leonum, de montibus pardorum.* Libanus
notus eſt mons maximus, Iudææ confinis;
dictus Libanus à candore niuium, quibus
abundat. Scilicet quam totam antedixerat
pulchram in ſuâ immaculatâ Conceptione,
ſtatim de præalti montis candore ter euocat
ad coronam. Quem locum ſic indidem Ru-
Rupertus. pertus elucidat : *Veni de Libano ſponſa mea,*
veni de Libano, veni coronaberis. Vnde corona-
beris? De capite Amana, quod interpretatur no-
cturna auis; de vertice Sanir, quod interpreta-
tur deus vigiliarum; & Hermon, quod inter-
pretatur anathema. Itaque dum Virgo Dei-
para de originalis gratiæ præcelſo *cando-*
re, ad coronam palàm accitur; de profligatâ
nocte nocturnum quid de primordiali delicto
obſcuriùs vlulante; de vigiliarum *dente* mor-
daciùs lacerante, euocari dicitur. Cúmque *B. Maria eſt temporum felicitas.*
mox ad triumphum & coronam euocetur,
euocari etiam perhibetur de Hermon, quod
interpretatur *anathema* : quo nomine fauſtè
auguratur, contrariam opinationem tandem
anathemate feriendam, quod eſt totius ferè
Chriſtianiſmi votum, quo noſtrum æuum fe-
licitatur. O, quæ *temporum felicitas* ab Ano- Anonymus in Encomio Virginis.
nymo perhibetur, hoc noſtrum tempus hac
optatiſſimâ definitione feliciter; ne mentis
diuortium, in diuortia voluntatum degeneret!
Vellem, vellem, ſi fieri potuiſſet, omnes *id-* Ad Philip. 4. v. 2.
ipſum ſapere in Domino.

4. Canticorum 2. hæc vox ſpouſi ad ſponſam
Cantic. 2. v. 14. auditur : *Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox*
tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies
LXX. Interp. Syrus. Origenes. *tua decora.* LXX. Interpretes, Syrus, Origenes,
& alij, *velamen* ſeu *velamentum* faciei ſponſæ
Hic verſu. oppanſum interſerunt. Senſus itaque eſt:
Deipara præſeruata ne erubeſcit auctorem, ne confunditur Redemptore. quare? Sponſus optat & poſtulat, vt ſponſa faciem
velatam, ſeu velamine obtectam retegat, ac
nudam clarámque oſtendat, nullo enim næ-
uo, nulláque macula deuenuſtatur; nam quam-
uis Adæ filia ſit, Adæ hereditariâ fœditate
non ſordeſcit, neque eius obſcuritate nigre-
ſcit. Quare ait : *Oſtende mihi faciem tuam, fa-*
cies enim tua decora. Profundè S. Ambroſius S. Ambroſ.
in Pſalmum 118. ſerm. 6. *Decora facies*, inquit,
quia non erubeſcit auctorem, non confunditur
Redemptore. Oſtendit ergo faciem ſuam, ſignacu-
lum Crucis praferens. Quaſi dicat Filius Deus *Pulchritudo Mariæ ſignaculum Crucis profert.*
ad Virginem Matrem : Cùm tota pulchra ſis,
& macula originalis non ſit in te, ſed pulchro
tunc gratiæ nitore præfulgeas; non inde te
reputas, nec reputari debes meæ redemptio-
nis exſortem. Tantæ támque præmaturæ
gratiæ *non erubeſcis auctorem, non confunderis*
Redemptore; quaſi non fueris Redemptoris
indiga, cùm originale peccatum non contra-
xeris. Imò quod non illud contraxeris, re-
demptionis fuit opus, de quo & præpropero
Redemptori gratias agis, & tibi de præcoquâ
redemptione gratularis. Tu ſanè adeò *Redem-*
ptore non confunderis, vt oſtendas faciem tuam
ſignaculum Crucis praferens. Porrò feſtinata
ante captiuitatem redemptio, illuſtrior re-
demptionis prærogatiua eſt, & ſumptuoſiùs
Redemptoris elogium; pariter & tuum, quæ
generoſiori redemptionis genere auguſtiùs
præſeruata es. Mitto id ad ſcholas Theologi-
cas, vbi de facili, ac perſpicuè oſtenditur; ta-
men id ex Auguſtino perſtrictim libabo.

5. Canticorum 8. vox ſponſi eſt : *Sub arbore*
Cant. 8 v. 5. Cornelius. *malo ſuſcitaui te : ibi corrupta eſt mater tua, ibi*
violata eſt genitrix tua. Sub *malo*, id eſt, ſub
Cruce ſuſcitauit Chriſtus Euam & Adamum,
& omnes eorum poſteros, inter quos eſt Beata
Virgo, ſed hæc quia iam à Deo decreta erat
mater Chriſti, hinc à lapſu & peccato ori-
ginali à Deo fuit præſeruata. Dicitur au-
tem hîc *ſuſcitata* (mitiùs loquitur Arabi-
Arabicus. cus, *ſubleuaui te*) à lapſu & peccato, non
quod actu incurrit, ſed quod incurrere
debuiſſet ex progenie communi Adæ &

Euæ,

Eue, niſi per ſpeciale Dei priuilegium eſſet exempta. Pulchris id ſimilitudinibus explicat S. Auguſtinus in illud Pſalmi 85. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori*: Prima eſt: *Quemadmodùm ſi medicus videat tibi imminentem ægritudinem fortè ex aliquo labore, & dicat: Parce tibi, ſic te tracta, requieſce, his cibis vtere; nam, ſi non feceris, ægrotabis; tu autem ſi feceris, & ſaluus eris, rectè dicis medico: Liberaſti me ab ægritudine, non in qua iam eras, ſed in qua futurus eras.* Secunda ſimilitudo: *Neſcio quis habens cauſſam moleſtam mittendus erat in carcerem, venit alius, defendit eum; gratias agent, quid dicit? Eruiſti animam meam de carcere.* Tertia ſimilitudo: *Suſpendendus erat debitor, ſolutum eſt pro eo, liberatus dicitur de ſuſpendio. In his omnibus non erant, ſed quia talibus meritis agebantur, vt niſi ſubuentum eſſet, ibi eſſent; indè ſe rectè dicunt liberari, quò per liberatores ſuos non ſunt permiſſi perduci.* Ecce tibi qualiter Beata Virgo, cùm fuerit Adami & Euæ ſoboles, & indè peccato originis obærata, ſub arbore Crucis, non modò *ſubleuari*, ſed etiam *ſuſcitari* perhibetur: nec tantæ gratiæ *erubeſcit auctorem, nec confunditur Redemptore. Oſtendit ergò faciem ſuam ſignaculum crucis præferens.* Sic igitur Beata Deipara in ſuâ puriſſima Conceptione præſeruata à peccato eſt, & ſimul generoſiùs redempta.

Pſalm. 85. v. 13.
S. Auguſtin.
Immunitas ab originali, à gratia auguſtius recepta eſt.

§. CCCXIX.

Mariana immunitas à primordialis delicti labe, multimodè adhuc aſſeritur.

1\. Apocalypſis 12. Signum magnum apparuit in cælo, inquit: *Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.* Quæ verba elucidans S. Bernardus, ita ſcribit: Putáſne Maria eſt mulier amicta Sole? quæ velut alterum Solem induit ſibi..... Iure Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundiſſimam diuinæ ſapientiæ, vltrà quàm credi valeat, penetrauit abyſſum. *Candidiſſimus ſanè, ſed & calidiſſimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea, non dico tenebroſum, ſed obſcurum ſaltem, vel minùs lucidum, ſed ne tepidum quidèm aliquid, aut non feruentiſſimum liceat ſuſpicari.* Hem! vel incautam *ſuſpicionem* de Mariæ, non dico aliquâ aliquandò obſcuritate, ſed quod *minùs lucida* aliquandò fuerit, ſic cautè Bernardus arcet! Si vel leuis *ſuſpicio*, quantò magis opinio de Mariæ vnquam obſcuritate ableganda eſt? Si corpus huius cæleſtis *Mulieris* ſpectes, Solaribus radiis plenè amicitur; ſi caput, duodecim ſtellarum coronâ nitet, ſi pedes, eis ſubeſt Luna, quâ ſplendidè calceatur. Calceatur Lunâ; Lunæ hîc non aſſimilatur, quam maculæ deuenuſtant. Porrò Luna apparet *modò curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa, modò ſinuata in orbem; miraculoſa, eadémque ſubitò prænitens; immenſa orbe pleno, ac repentè nulla*

Apocal. 12. v. 1.
S. Bernard. in Serm. ſuper illis verbis.
Vel ſuſpicio aliquandò obſcuritatis, à B. Virgine ableganda eſt.
Luna deſcriptio.
Plinius lib. 2. cap. 19.

2\. Canticorum 6. ait de ſe Salomon typicus nunc ſponſus: Sexaginta (mihi inquam) ſunt reginæ, & octingenta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ.* Adeò autem perfectè pulchra, vt nec æmulatio vel de ſuſpicionibus maledica, inuenerit quid in eâ reprehenderit: *Viderunt eam filiæ* (adoleſcentulæ,) *& beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ laudauerunt eam.* Profectò laus in æmuli ore, emphaſis perfectionis eſt: eſt enim bonitatis hyperbole, indè inuenire laudem, vndè ſolet vituperium emanare. Sed quæ eſt hæc Mariæ laus, quæ ſemel & iterùm *matris* ſuæ teſtimonium ſiſtit? Opinor, hæc pulchritudo ſeu perfectio in genitricis Annæ penetralibus peracta eſt; ſiquidèm approbatio ſeu ſuffragium eius aduocatur. *Vna eſt perfecta mea, vna eſt genetricis ſuæ*, &c. Hunc locum ſic Guilielmus elucidat: *Hæc eſt columba per fæcunditatem, & mea per ſingularis partûs natiuitatem; perfecta mea, cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam.* Plurimum autem & ad gratiam & gloriam Matris Dei, illi defuiſſet, ſi in ſuæ vitæ exordio, tam longè fuerit, vt gratiam haberet, vt Deo inimica, cælo auerſa, & Diaboli mancipium extiterit. Quomodò *perfecta* dicitur, quia illi *nihil deeſt ad gratiam*, ſi in ſuæ vitæ principio, gratia illi defuit, & adfuit peccatrix ingratia de primæuæ infidè præuaricationis reatu turpiſſimo? Profectò ceteræ Salomonis reginæ & concubinæ inſtinctu æmulationis, hunc illi defectum exprobraſſent; nec *perfectam* dicerent, quippè *cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam*. Et quidèm nihil ei vllo vnquam tempore *defuit ad gratiam*, quæ Angelico ore, *Gratia plena* nuncupatur: nihílque *defuit ad gloriam*, de quâ dicitur. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* τὸ *&* exegeticū eſt, perindéque eſt ac *quia*: nempè *Tota pulchra es amica mea, quia macula non eſt in te*: eſt enim plenè perfecta, *cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam.*

Canticor. 6 v. 8.
Guiliel. apud Cornel. ibi.
Deipara nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam.
Lucæ 1. v. 28.
Cant. 4. v. 7.

3\. Lucæ 1. ſic magnificè Angelus Virginem ſalutat: *Aue gratia plena.* Quæ verba ſic elucidat Auguſtinus Serm. 18. de Sanctis: *Impleta eſt* (Maria) *gratiâ, Eua vacuata eſt culpâ.* Quaſi hâc gratiæ *plenitudine* innuatur, quòd Maria Euæ culpâ *vacuata* fuerit: alioqui parùm conſtaret Marianæ gratiæ plenitudo, ſi ingratiæ parentis Euæ obnoxia fuiſſet. Huc adludere videtur Bernardus Serm. de Aquæd. *Altius*, inquit, *intueamini, quanto deuotionis affectu à nobis eam voluit honorari, qui totius boni Plenitudinem poſuit in Mariâ.* Totius boni *plenitudo* poſita eſt in Mariâ, quæ *gratia plena* eſt, *cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam*: ſi enim aliquid deeſſet, quomodò totius boni plenitudine potiretur? Accedit Hieronymus Serm. de Aſſump. B. Virginis: *Benè*, inquit, *plena*, quia, *Mariæ ſe tota infudit plenitudo gratiæ..... In Mariâ totius gratiæ plenitudo quæ in Chriſto eſt, venit.* Luculenter Athanaſius homil. de Deiparâ: *Ita*, inquit, *Spiritus ſanctus deſcendit in Virginem cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem principatûs diuini adſunt, imbuens eam in gratia, vt in omnibus gratioſa eſſet, atque idcircò gratiâ plena cognominata eſt, eò quod adimpletione Spiritus-ſancti omnibus gratiis abundaret.* Alias forſan expendemus, quare Spiritus-ſanctus

Lucæ 1. v. 28.
S. Auguſt.
Deus in Maria totius boni plenitudinem poſuit.
S. Bernard.
S. Hieron.
Athanaſius. incertus.
Spiritus-ſanctus cū virtutibus eſſentialibus Deiparæ adeſt.

cæleſtibus gazis plenam reddens Virginem, nullóque vmquam tempore gratiis vacuam; *enm omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus*, illi adfuiſſe dicatur.

4. Angelico ore magnificam de ſe, & ad ſe

Lucæ 1. v. 30. ſalutationem Maria audit: turbatur auditu; dixítque ad illam Angelus: Ne timeas Ma-

Arabicus. ria, *inueniſti enim gratiam apud Deum.* Arabicus, *Lucrata es gratiam apud Deum.* Viuaciùs

S. Bernard. Noſter. Pulchrè Bernardus homil. 3. ſuper

Maria dicitur inuentrix gratiæ in Adamo perdita. Miſſus eſt: *Inueniſti*, ait, *quod quærebas; inueniſti quod nemo antè te potuit inuenire; inueniſti gratiam apud Deum: quam gratiam?* Opinor, gratiam in Conceptione; hanc enim in Adamo omnes eius poſteri perdidimus; hanc *nemo antè te potuit inuenire.* Alioqui gratiam plures ex antiquis Patribus inuenerunt. Qua-

S. Bernard. apud Cornel. in Cant. c. 4. v. 4. re idem Bernardus ſic Virginem alloquitur: *O benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis.* Benè quæ ſola inter puras creaturas, *inuenit gratiam* in Adamo perditam, *inuentrix gratiæ* nominatur. Quò adludere vi-

Cant. 8. v. 10. Arabicus. detur ipſa Deipara Canticorum 8. *Facta ſum*, ait, *coràm eo quaſi pacem* (Arabicus *ſalutem*) *reperiens.* Vbi pro τὸ *coràm eo*, id eſt, Deo, alij exscribunt, *Facta ſum in oculis eorum quaſi ſalutem reperiens.* Deipatata enim fuit gratiæ & ſalutis inuentrix, primò *coràm* Deo, ipſóque ſolo; dein *in oculis eorum*, qui eius immaculatam Conceptionem adſtruunt; denique (id hodie expectamus) in omnium fidelium oculis. O toti Eccleſiæ hæc læta clarè dies iam illuceſcat!

5. Canticorum 4. vox ſponſi eſt: *Quàm pul-*

Cant. 4. v. 1. *chra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet.*

Arabicus. Arabicus ſic locum exscribit: *Ecce pulchra es amica mea, ecce pulchra es.* ſcilicet eximiam ſponſæ pulchritudinem admirans ſponſus, ſimul mirari videtur, quòd non adeò plenè pulchra ab omnibus habeatur, quaſi aliquid pulchritudinis non viſum, aliquos lateat, *abſque eo quod intrinſecus latet.* Quaſi obuios cenſorum oculos inuitat, vt illam intimiùs introſpiciant, & animitùs ſcrutentur, aiens, *Ec-*

B. Virgo vidit Dei eſſentiam, rapta in paradiſū. *ce pulchra es, ecce pulchra es, abſque eo quod intrinſecùs latet*; id enim in primis pulchrum & mirum eſt; licèt aliquibus inuiſum ſit, & minimè notum. Quid autem ſit hoc tam eximiè pulchrum, quod in Deiparâ *latet*, ini-

Rupertus. bi ſic Rupertus exponit: Si enim Paullus, inquit, *dixit raptum ſe fuiſſe in paradiſum, ſiue vſque ad tertium cælum, ita vt neſciat ſiue in corpore ſiue extrà corpus raptus fuerit, & audiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui: quantò magis tu Regina cælorum perſæpè cæleſtibus interfuiſti, & inter hæc didiciſti, vel aſſecuta es aliquid quod latet, & latere non debet.* Nem-

Rupertus. pè his verbis Rupertus τὸ *abſque eo, quod intrinſecùs latet*, refert ad Deiparæ ſapientiam, quâ in paradiſum aſcendens, didicit aliquid *quod latet, & latere non debet.* Ceterùm ſiue etiam immaculatæ Conceptionis priuilegium, diu forſan in Eccleſiâ *latuit, & latere non debet.* Quò idem inibi Rupertus videtur adludere, aiens: *Quid autem eſt dicere, Abſque eo quod intrinſecùs latet, niſi ac ſi diceret, Et illud quod intùs in conſcientia latet, ampliùs laudabile eſt? O vere laudabilis verecundia, vbi & intùs conſcientia munda, & foris facies vere-*

In B. Deiparâ pulcherrimum eſt quod intrinſecùs latet, nempè puritas Conceptionis. *cunda eſt! Nam vbi eſt aliquid, quo mens erubeſcat, non adeò laudabile eſt, ſi conſpectam faciem rubor perfundat.* Itaque τὸ *abſque eo quod intrinſecùs latet* in Virgine Deiparâ eſt illud, *quod intùs in conſcientia latet ampliùs laudabile.* Nempe ampliùs laudabilis eſt Beata Deipara in ſuâ puriſſimâ Conceptione, & ſi id aliquos dudum latuerit, qui eam aliquandò (ô malum!) maculoſam exiſtimarunt. Verùm tunc *aſſecuta eſt aliquid, quod* aliquos *latet, ſed latere non debet*; ibi enim venuſtior eius pulchritudo diu diſſimulata latuit. Ergò tandem oculorum iam ſuffragium Diuinus ſponſus exoptat, aiens: *Ecce pulchra es amica mea, ecce pulchra es, abſque eo quod intrinſecùs latet, quod ampliùs laudabile eſt*: nam in tuâ Conceptione pulchrè abfuit peccati deformitas, adfuítque maturantis gratiæ pulchritudo; quod etſi quoſdam *latet, ſed latere non debet*: quare licèt inuiſum, pulcherrimum eſt, *quod intrinſecùs latet.*

Adhuc Diuinus ſponſus Virginem ſpon- 6.

ſam alloquitur: *Hortus concluſus ſoror mea* Cant. 4. v. 12.

ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. id eſt: Sponſa mea ſimilis eſt horto concluſo, & fonti ſignato, horto, inquam, plantis lectiſ- Cornel. ib.

ſimis conſito, & arte topiariâ ad omnem elegantiam & amœnitatem compoſito; ideóque cóncluſo, ne à viatoribus ſpolietur, vel à beſtiis conculcetur; ac fonti aquas limpidiſſimas & ſapidiſſimas ſcaturienti, ideóque ſignato, ne quoquomodo inficiatur, turbetur, aut luteſ- *Deipara eſt fons ſignatus totius Trinitatis ſigillo.*

cat. De hoc Mariano horto atque fõte ita ſcri- Sophronius.

bit Sophronius Ser. de Aſſumpt. Deiparæ: *Verè hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum; ſicque concluſus, vt neſciat violari, neque corrumpi vllis inſidiarum fraudibus. Fons itaque ſignatus ſigillo totius Trinitatis, ex quo fons vitæ manat.* Itaque Deipara fons eſt, *totius Trinitatis ſigillo* munitus, ne eius aqua limpidiſſima, è quâ fõs vitæ emanabit, vmquam turbetur, aut luteſcat, de primæuo quondam humanæ formationis limo. Quæ autem vel Tartarorum audacia temeraria ſignaculum *totius Trinitatis* vmquam reſignare audeat? Per hunc autem *Hortum concluſum*, S. Damaſcenus Orat. 2. de Aſſump. paradiſum intelligit. Addit autem: Sed *ad hunc Paradiſum ſerpens aditum non habuit.* Scilicet paradiſeus ille quondam Serpens Dæmon, per humanarum generationum traducem, Protoparentibus ſtillatum ſeu ſibilatum ore venenum adhuc propagat: at Virgo Deipara eſt hortus ſeu paradiſus ita concluſus, vt neque in eius Conceptione ſeu vitæ exordio *Serpens aditum habuerit.* Maria eſt paradiſus, ſed clauſus ſemper, ne in ſuâ Conceptione Serpens vllo modo ſubrepat, & peccati originalis venenum infundat, quo ipſa primordiali limo luteſcat.

Ad Mariæ paradiſum Serpens aditum non habuit. Inde puritas Conceptionis adſtruitur. S. Damaſc.

***

§. CCCXX.

§. CCCXX.

Adhuc de immaculatâ Virginis Deiparæ Conceptione vindicias agimus.

1. *Eccli.15.v.2.* SIracides Eccleſiaſtici 15. de Sapientiâ ita ſcribit: Qui continens eſt iuſtitiæ apprehendet illam: *Et obuiabit illi quaſi mater honorificata.* *Græcus.* Græca non ſine emphaſi non habent τὸ *honorificata*; ſed hæc tantùm: *Tamquam mater obuiabit ei.* quaſi ſuperuacaneum duxerit adderit *honorificatā*: qui enim matrem dicit, neceſſariò importat ſummū filij honorem, illi reuerenter impenſum. Vel fortè ſacer Scriptor non facilè in humanis inuenit honorem adeò generosè auguſtum, qui poſſit comparari cum honore, quem Filius Deus Matri Virgini defert. *Rabanus.* Appoſitè indidèm Rabanus: *Meritò Sapientia mater nuncupatur propter gratiam nutrimenti, & virgo propter ſpeciem pulchritudinis, & ſanctitatem caſtitatis: quoniam nihil eſt in eâ immundum, neque coinquinatum.* Sumptuoſior reuerentia & honos debetur Deiparæ à Filio Deo, quia eius mater eſt: vndè illam tantâ repleuit gratiâ, vt etiam in ſuæ Conceptionis momento, in quo omnis homo de primordiali limo ſordeſcit & luteſcit, *nihil in ea immundum neque coinquinatum* inuentum ſit. *Christus in primo aſpectu omnem gratiam & honorē Matri impendit.* Quod Methodius *Methodius.* Orat. de Purificatione, compendio ediſſerit, de Chriſto Deo eius Filio aiens, quòd *omnem gratiam Matri & honorem impendit.* Quomodò igitur Filius Deus *omnem gratiam & honorem Matri impendiſſet*, ſi in vitæ auſpicio, in quo futura Mater Dei inauguratur, *gratia* viduaretur, & *immunda* atque *coinquinata* foret? Quomodò *omni honore* illam honoraret, qui ſic *immunda & coinquinata* Filio Deo primùm apparebat? Opinor, hæ oculorum primitiæ dedecent Diuinam maternitatem. Itaque primò Deipara (ſignificata per Sapientiā) *obuiauit illi quaſi Mater honorificata; non immunda neque coinquinata*: quare Filius Deus tunc *omnem gratiam & honorem Matri impendit.* *Hic verſ.4.* Quare hîc Suſanna cum marito, *honorabilior omnium* perhibetur.

2. *Cant.5.v.6.* Canticorum 5. ſic de ſe loquitur ſponſa: Surrexi, vt aperirem dilecto meo. *Peſſulū oſtij aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque tranſierat.* *Syrus. Arabicus. Honorius.* Syrus pro *peſſulo* habet, *ſeram*; Arabicus, *clauem.* Honorius indidèm appoſitè oſtium, & peſſulum ſic immaculatæ Virginis Conceptioni tribuit, & accommodat: *Sacra Virgo*, inquit, *oſtium fuit, per quod Chriſtus in mundum introiuit; peſſulum autem erat moles peccatorum omnium, quod ideò ab ea apertum dicit, quòd à Spiritu-ſancto præſeruata, non ſicut ceteri in peccato creditur Concepta, inſuper & ſanctè viuendo peccata declinauit: ſicque dilecto ingreſſus patuit, quia per ipſam ipſa miſericordia in Eccleſiam venit. Quotidie etiam peſſulum peccatorum remouet, & per eam ingreſſus gratia Chriſti ad nos venit.* *Arcanus nexus inter immaculatam Conceptionē, & Verbi incarnationem.* Nempè Deipara Virgo oſtium eſt, per quod Chriſtus, & exindè eius gratia intrauit in mundum: *peſſulum autem erat moles peccatorum hominum, quod ideò ab ea apertum dicit, quòd à Spiritu-ſancto præſeruata, in peccato non creditur Concepta.* Itaque ipſa (vt per ipſam mox dignè Chriſtus introiret) *peſſulum*, id eſt, molem peccatorum ſuſtulit, & originalis peccati molem de Spiritus-ſancti gratia declinauit: & ſic Marianum Chriſti oſtium Chriſto apertum eſt, dum Deipara imminens Adæ peccatum non incurrit. *Deipara in ſuâ Conceptione, peſſulum, id eſt, peccatorum hominū molem aperuit.* Vide hîc arcanum nexum inter immaculatam Conceptionem Virginis, & diuinam eius Maternitatem: dum porrò Deipara immaculatè Concipitur, verbo incarnando oſtium aperuit. Sed Honorij expoſitioni obſtrepit, quòd dum ſponſa Deipara, oſtij *peſſulum aperuit*, confeſtim Diuinus ſponſus *declinaſſe* atque *tranſiiſſe* perhibetur. Verùm hi inter amantes ſunt luſus amoris: *Vis, nolo: Non vis, volo: Quæris me, abeo: Abis, et ſequor.* Sic ergò tunc ſponſus tranſiit, vt remaneret. *A Maria cū abeſſe videtur Chriſtus, intimiùs adeſt.* Quemadmodùm præſcriptum Canticorum locum ouè elucidat Ambroſius in Pſalmum 118. Serm. 12. qui τὸ *tranſiit*, accipit pro *penetrauit intima mentis*, ſic opportunè fatus: *S. Ambroſ.* *Poteſt quidèm & ſic accipi: Frater meus tranſiuit; ſicut legimus quòd penetrauit dilecta intima medullarum: quemadmodùm ad Mariam dictum eſt: Et tuam ipſius animam pertrāſibit gladius.* *Luc. 2.v.35.* Sic gratia in Conceptione donata, *intima medullarum* Deiparæ *penetrauit?*

3. *Iob 21.v.10. & 11.* Iob cap. 21. de nimis fœcundâ impiorum hominum felicitate, hæc ſcribit: *Bos eorum concepit, nec abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediūtur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus.* Videtur appoſita tranſlatio ſumpta ex armentis ad impiorum vxores, quæ fœtura feliciſſimâ dotantur, adeò vt eorum infantes velut greges egrediantur, & exultim luſitent. Nam vniuſcuiuſque vxor, vt fœcondè concipit, ſic *nec abortit.* Sic numeroſè impiorum familia ſoboleſcit! Quò fortè ſpectare videtur Leo *Leo Imper.* Imperator Orat. 1. agens de feliciſſimo Annæ conceptu & partu, ita fatus: *O beatum puerperium! O vterum, cuius Habitaculum in nobis habitare volens, delegit Deus! O conceptio, & partus, & infans, per quæ abortum paſſa eſt pernicioſa peccati fœtura, & innotuit ſalutis fœcunditas.* *In Deipara Conceptione, peccati fœtura abortum paſſa eſt.* Nimirùm adeò eſt impietas feliciter fœcunda, vt vnaquæque impiorum vxor & fœcundè *concipit, nec abortit*: at Infantis Mariæ *Conceptio* in dudùm ſterili Annæ vtero, adeò fuit pura, immaculata, & omnis peccati exors, vt ibi *abortum paſſa ſit pernicioſa peccati fœtura.* Scilicet in reliquorum hominum Conceptione ſeu animatione, fœcundior peccati originalis fœtura ſoboleſcit, & copiosè propagatur; in Conceptione verò Infantis Mariæ, iam tunc ad diuinam Maternitatem Inauguratæ, *fœtura peccati abortum patitur*; mortuum enim eſt, vbi alioqui viueſcere & propagari ſolitat. Ecce tibi Mariana ab originali peccato immunitas in eius potiſſimâ Conceptione. *O conceptio, per quam abortum paſſa eſt pernicioſa peccati fœtura, & innotuit ſalutis fœcunditas.* Profectò gratiæ hic fœcunditas innoteſcit; quandoquidèm in humanâ Conceptione, vbi ſemper patiebatur aborſum, gratiæ fertilis purè & immaculatè ſoboleſcit, peccati potiùs aborſu.

In

4\. In lib. Sapientiæ cùm antedictum foret, quòd per benefice munificam Dei ſapientiam cuncta prouidenter diſponentie, ſanati ſunt animo quicumque Deo placuerunt; confe-

Sapient. 10. v. 1. & 2.

ſtim cap. 10. de Adamo ſubditur: *Hac* (Sapientia Dei) *illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo.* Ex hoc loco non modica inter Commentatores lis oboritur, quare peccanti Adamo diuturnus datus ſit pœnitentiæ locus, quo perſonale expiaret delictum, nec mox æternæ damnationi traderetur; eiuſmodi autem pœnitentiæ locus Angelis ſimiliter peccatoribus conceſſus non eſt? Ecquid habet lutoſus homo, limum ſuum perpetuò ſubolens, quod potiùs non habeat Empyreus Angelus cælum fragrans, cur ſimilem veniam non meruerit? Perſonarum acceptio in Deum non cadit: quæ ſi caderet, Angelo ſpirituali, potiùs quàm carnali homini fauiſſe deberet in ſimili vtriuſque reatu. Multas huius rei cauſſas

Theodoret. S.Bernard.

alibi ex Theodoreto excripſimus. Nouam aliam huic theſi non inidoneam inſinuat S. Bernardinus Senenſis tom. 1. Serm. 61. cap. 2. ita fatus: *Adam & Eua non ſolùm mortis, ſed & annihilationis exterminium meruerunt, & diuina vltio; quæ perſonarum acceptionem ignorat, ſicut nec culpam Angelicam, ſic nec etiam humanam dimiſiſſet impunem.* Addit pulchrè ad rem: *Sed propter præcipuam reuerentiam, & ſingulariſſimam dilectionem, quam habebat ad Virginem præſeruauit, quia eam ab æterno ſuper omnes creaturas Deo non timendas, quæ creatæ*

Quia Adam, nō ſicut Angelus dānatur, Marianæ Conceptionis puritas euincitur.

erant ſuperexceſſiuè dilexit. Propterea præſeruati ſunt Protoplaſti, nec vt merebantur in nihilum ſunt redacti. Scilicet qui minime eſt perſonarum acceptor, hominem potiùs quàm Angelum prædamnaſſet; niſi aduertens Angelicam naturam ſterilem eſſe, anteuidiſſet etiam ex Adamo (non tunc æternùm damnato) exituram Virginem Deiparam, quæ ſic Deum allexit ad veniam, vt non Angelo, ſed Adamo veniam largiretur, ſeu pœnitentiæ locum indulſerit. Hinc Marianæ Conceptionis ſeu animationis puritas, ſeu immunitas ab originali delicto efficaciter euincitur. Porrò ſi iratum Deum ob Adami delictum in poſteros propagandum, præ Angelis ſingulariter allexit ad veniam, Maria primò viſa ex Adamo exitura, initium illius, ſeu primum Marianæ vitæ auſpicium inſpexit, id eſt illius Conceptionem, ſanè puriſſimam, & ab illo peccato originali immunem. Nam ſi illam illâ ipſâ peccati originalis præuaricatione criminoſam, & eiuſdem delicti ream primò inſpiceret; opinor, non foret ſingularis veniæ præ Angelo illicium, ſed grauioris ſupplicij incentiuum. Nam primus Beatæ Virginis aſpectus, quo Adæ filia præuidetur, Conceptionem ſeu animationem illius ſpectat: quare in illâ proſpectaret Deus primæuum Adæ ſcelus; indéque potiùs proritaretur ad ſupplicium, quàm placaretur ad veniã. Illam ergò ſingulariter immunem à culpâ, & gra-

Christus Virgini recèns Conceptæ reuerentiã eã quam Matri exhibet.

tiæ nitore conſpicuam anteuidit. Exinde relictis Angelis, Adamum & Euam Virginis Protoparentes, *propter præcipuam reuerentiam, & ſingularem dilectionem, quam habebat ad Virginem præſeruauit.* Luculenter quidèm Bernardinus. Hem! recens etiam Conceptæ *reuerentiam* tamquam Matri exhibet?

5\. Canticorum 4. hæc Sponſi vox pulchrè

Cant. 4. v. 7. Hebræus. Cornelius. Arabicus.

ſonat: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Hebræum verbum, quod pro *macula*, ſubeſt, non tantùm *maculam* coloris, ſiue *naeuum*, ſed & quodlibet *vitium*, vt vertit Arabicus, ſiue quemlibet *defectum & deformitatem* ſignificat. Sic ſenſus eſt: *Tota pulchra es*, O ſponſa Maria, &, (id eſt, *quia*) *macula non eſt in te*, nullúſque næuus, deformitas, aut defectus. Ex hoc loco communiter Interpretes de Marianæ Conceptionis puritate vindi-

In Deiparâ totius gratiæ plenitudo exundat.

cias agunt. Deipara porrò *tota pulchra* eſt, quia nulla in eâ macula eſt, nullus næuus, *Defectus* nullus. Quod pulchrè ediſſerit Petrus Damian. Serm. 3. in Natiuitit. B. Virg.

B.Petr.Dam.

Mariæ, ſic fatus: *Quid enim ſanctitatis, quid iuſtitiæ, quid perfectionis, ſingulari huic Virgini deeſſe potuit, quæ totius diuinæ gratiæ chariſmate plena fuit? Sic namque ab Angelo, dum ſalutaretur, audiuit: Aue gratia plena, Dominus te-*

Lucæ 1. 28. Num Deiparæ aliquid ſanctitatis deeſſe potuit?

cum. Quod, rogo, vitium in eius mente, vel corpore vindicare ſibi locum potuit, quæ adinſtar cæli, plenitudinis totius Diuinitatis meruit eſſe ſacrarium? Meritò *tota pulchra* eſt, quæ *totius diuinæ gratiæ chariſmate plena eſt*; quæ *plenitudinis totius Diuinitatis meruit eſſe ſacrarium.* Et *macula*, ſeu *defectus* non eſt in ea, cui nihil *ſanctitatis & perfectionis deeſſe potuit.* Quis *defectus* erit in ea quæ toties audit *plena*, & *totius gratiæ* plenitudine exundans; cuius plenitudini quid *deeſſe potuit?*

§. CCCXXI.

Immaculata Deiparæ Conceptio, adhuc ab originali labe multis vindicatur.

5\. S. Damaſc. Orat. 1. de Natiu. Virginis.

Plè pariter ac facundè Damaſcenus: Quid eſt, inquit, cur Virgo Mater ex ſterili orta ſit? Quoniam ſcilicet oportebat, vt ad id, quod ſolùm ſub Sole nouum erat, ac miraculorum omnium caput, via per miracula ſterneretur. Quamquam alia quoque altior & diuinior ratio à me afferri poteſt. *Etenim natura gratiæ cedit, ac tremula ſtat, progredi non ſuſtinens. Quoniam itaque futurum erat, vt Dei genitrix ac Virgo ex Anna oriretur, natura gra-*

In Deiparæ Conceptione, natura gratiam anteuertere non eſt auſa, quæ ret

tiæ fœtum anteuertere minimè auſa eſt: verùm tantiſper expectauit, dum gratia fructum ſuum produxiſſet. Siquidèm oportebat Eam primogenitam in lucem edi, quæ rerum omnium conditarum primogenitum paritura erat. O par beatum, Ioachim & Anna! Vobis omnis creatura obſtricta eſt: per vos enim donum omnium donorum præſtantiſſimum Creatori obtulit! O præclaram Annæ vuluam, in quâ tacitis incrementis ex eâ auctus, atque formatus fuit fœtus ſanctiſſimus! *O beatum ventrem, qui viuum cælum, cælis ipſis latius peperit!* O beatam aream, quæ viuifici frumenti ſegetem tulit! O beata vbera, quæ eius, qui mundum nutrit, nutricem lactarunt! *O beatos Ioachimi lumbos, ex quibus prorsùs immaculatum ſemen fluxit!* Hactenùs ille qui

ſancti Ioachimi lumbos ſapienter beat, quia ex illis *prorſus immaculatum ſemen fluxit*. Dicit autem Ioachimi parentis *immaculatum ſemen*; non quia de ſe ſemen illud naturaliter deciſum, non trahat originalem Protoparentum maculam, in ſobolem ex eo formandam, ſeu in fœtum ex eo oriundum, propagandam; ſed quia dum animandus erat fœtus, gratia anteuertens naturam, immaculatus prodiit. Quare nomenclatura retrotrahitur in Ioachimi ſemen, & *immaculatum* dicitur, quia *immaculatam*, in ſuâ Conceptione puriſſimâ Virginem Deiparam efformauit. Porrò *natura gratia fœtum anteuertere minimè auſa, eſt*, reuerenter vrbana; quia indè futura Dei Mater, quaſi *viuum cælum* orionda erat. Sic cæca alioqui natura, vrbanè oculata, & comiter vrbana, in Deiparæ Conceptione perhibetur!

Cur Ioachimi ſemen immaculatum perhibetur?

2\. Prouerbiorum 8. hæc de Virgine Deiparâ leguntur: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam facerer à principio. Ab æterno ordinata ſum, &c.* Quæ Salomonis verba, in Canticorum cap. 2. ſic Rupertus elucidat: *Priùs quàm naſcerer, Deo præſens aderam: antè quàm fierem, benè illi cognita fueram. Elegit me antè mundi conſtitutionem, vt eſſem ſancta & immaculata in conſpectu eius.* Alibi aliundè addubitabam, quid eſt, quòd Virgo Deipara dicitur caſta, pura, ſancta, *immaculata* ab ipſo initio, ſeu *ab æterno* in id *ordinata* aut deſtinata; vt tantâ támque immaculatâ puritate pollens, digna Dei Mater & Virgo effici mereretur? Altè Leo Imperator Orat. 2. hâc de re ſcribit: *Comitemur virgines æternam Virginem, in thalamum deducentes, communi generis honori, communem faciamus honorem; communi generis gaudio, commune tripudium ſternamus.* En Beata Deipara profundo ſtilo dicitur, *Æterna Virgo*. Virgo etiam æterna appellatur Maria ab Eccleſiâ Græcâ in Menæis die 15. Iulij Ode 1. de S. Athanaſio Athenſi, & à S. Auguſtino Serm. 18. de Natinit. Domini, qui eſt 22. de Tempore. Et S. Ildefonſus lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 10. abſtractum vſurpans pro concreto, viuaciùs Mariam nuncupauit, *Æternitatem virginitatis*. Dubium autem eſſe poteſt, quare Beata Maria appelletur *Æterna Virgo*, & in ea laudetur, *Æternitas virginitatis*? Hippolytus Marraccius Lucenſis in Notis ad Mariale Leonis, hîc num. 3. cenſet hoc modo loquendi denotari, non quod Deipara fuerit ab æterno, quod omnibus in confeſſo eſt; *ſed quò ab initio ſui eſſe, ſemper & in perpetuum fuit Virgo.* At explicatiùs enucleare expedit, quid ſit, quod Deipara *ab initio ſui eſſe*, exinceps in perpetuum fuerit virgo? Nulli enim dubium eſſe poteſt, quin *ab initio ſui eſſe*, hoc eſt, in primo ſuæ Conceptionis inſtanti virgo fuerit. Vnde opinor; quòd ex ipſo Ildefonſi contextu euincitur hic agi de immaculatæ Conceptionis puritate, quæ virginitatis nomine profundiùs denotatur. Confert enim Ildefonſus Beatam Virginem cum Angelis, eos ait Virgines creatos, ac integros, ſed ab integritate illâ, puritate ſeu virginitate in Lucifero eiúſque ſectatoribus excidiſſe: At Beatam Virginem numquam in ſe excidiſſe: neque etiam in Protoparentibus à puritate deſciuiſſe, neque enim eorum labem contraxit. Itaque S. Ildefonſus conſtituit quandam velut analogiam inter Luciferum ad reliquos Angelos, & Adamum ad reliquos homines: & ait reliquorum Angelorum puritatem tantiſper deuenuſtari ceterorum lapſu; ſecùs Beata Virgo, quàm minimè inceſtauit originaria Protoparentum labes. Quare dum *Æterna virgo* dicitur, purior Angelis nominatur; & *æternitate virginitatis*, eius immunitas ab originali labe ſubtiliùs aſſeritur. Gratia autem, quâ in ſuâ Conceptione præuenitur, altè in Deipara dicitur *Virginitas*; vt denotetur ſumma Marianæ Conceptionis puritas, quæ Marianæ virginitatis nomen promeretur. Porrò vel humanæ mentis audacia, nil citrà Deum imaginari poteſt purius, limpidius, aut ſplendidius Deiparæ virginitate. Ergò in ſua limpidè immaculatâ Conceptione, ea præfulſit gratia, quæ *æternitas virginitatis* poſſit appellari. Subtiliter quidem Ildefonſus de immaculatâ Deiparæ Conceptione vindicias agit.

Prouerb. 8. v. 22.
Rupertus.
Leo Imper.
Græci in Menæ.
S. Auguſtin.
S. Ildefonſus
Hipolytus. Marraccius.
Dū Deipara dicitur æternitas virginitatis, eius immaculata Cōceptio adſtruitur. quare?

Ioannis 1. hâc vnâ ſententiâ tota Incarnationis œconomia in compendium redigitur: *Et Verbum caro factum eſt*. Arabicus interpres habet: *Et Verbum factum eſt corpus*. Itaque *caro* hîc idem eſt ac *corpus*. In confeſſo eſt, quòd *τὸ caro* idem eſt ac totus homo, per ſynecdochen: quod inter Catholicos conuenit, *Carnem*, ait Cyrillus, *animatam animâ rationali vniens Verbum ſibi ſecundùm ſubſiſtentiam, ineffabiliter factus eſt homo.* Hinc magna in Commentatores lis oboritur, eccur non dixerit Euangeliſta, *Verbum anima factum eſt*, aut, *Verbum factum eſt homo*; ſic enim aut à nobiliore parte decentiùs loqui videretur; aut totum plenè exponeret. Opinor, totam humanitatem per *carnem*, ſeu *corpus* expreſſit Euangeliſta, vt portionem, quam à Deipara tulit Chriſtus, viuaciùs exprimeret, & ſic quodammodò ipſi Deiparæ adularetur, de eius immaculatâ Conceptione gratulatus. Luculenter Venantius Fortunatus in Carmine de Partu Virginis: Chriſtus, inquit: *In Deitate Patri æqualis, ſed corpore Matri.* Nempè Chriſtus in *Deitate* æqualis ſeu idem eſt cum Patre Deo; & in *carne* ſeu *corpore* æqualis ſeu idem eſt cum Matre. A Patre Deo habet, quòd Verbum diuinum ſit; à Matre Virgine habet, quòd eius caro ſit virginea, pura, limpida, immaculata. Non quòd immonitatem ab originali labe à Matre hereditauerit: ſed quia Diuinum Verbum decebat, quòd accepta à Virgine caro foret omni tempore prorsùs immaculata: quia Chriſti caro ſeu corpus Matri æquale dicitur: *In Deitate Patri æqualis, ſed corpore Matri* æqualis, inquam. Hem! caro Chriſti & Deiparæ *æqualis* dicitur: ergò numquam vllo modo labe vlla caro Virginis maculata fuit; ſed munda in ſuo Conceptu, munda in Conceptu Verbi, & in partu munda. Immaculata cùm concipitur & concipit, & cùm parit immaculata. *Verbum caro (ſeu corpus) factum eſt. In Deitate Patri æqualis, ſed corpore Matri.* 3.

Ioan. 1. v. 14.
Arabicus.
S. Cyrill. ep. 8. ad Neſtor.
Venāt. Fort.
Chriſtus in Deitate Patri æqualis, ſed corpore Matri.

Canticorum 4. cæleſtis ſponſus Virginem 4.

ſponſam

ſponſam appellarat *Hortum concluſum*, concluſum, inquam; nam ingreſſus in eum ſerpenti interceptus eſt. Et ſtatim ſubdit: *Emiſſiones tuæ paradiſus.* Non conuenit inter expoſitores quid ſignificet τὸ *emiſſiones*, de quo non pauca alibi ſaltuatim pro re ethicâ. Et ſanè Hebræum verbum שלחיך *ſcelachaiich*, pro quo *emiſſiones* vertit Vulgatus interpres (vt peritè inibi obſeruat Cornelius) *poteſt referri ad halitum ſuauem* ſponſæ. Quaſi dicat cæleſtis ſponſus, ſeu Filius Deus: Tu, ô ſponſa mea, Mater, & Virgo ſuauem ore exhalas & ſpiras odorem, qualem vernans & floridus paradiſus ſpirat & exhalat; paradiſus inquam, ſeu *hortus concluſus*, qui aditum ſerpenti non permiſit. Dicam explicatiùs & luculentiùs pro immaculatâ Deiparæ Conceptione: Eua dudùm in paradiſo deguſtauit pomum illud vetitum, quod adhuc crudum graueolenter tota poſteritas halitu eructat. Tu autem licèt Euæ per naturam ſoboles, minimè in eâ pomum adhuc indigeſtum & grauiter olens deguſtaſti: quare *emiſſiones tuæ paradiſus*, id eſt; Tuus *halitus ſuauis* eſt, & ſic ſuauiter odoratus, vt paradiſeas ſuauitates ſpiret; non illud crudum adhuc pomum, quod totius poſteritatis ſtomacho malè oneri eſt, & quod tota ſoboles fœtidè eructat. Ecce tibi Deiparæ *halitus ſuauis* paradiſum ſpirans, non crudum & graueolens Euæ pomum eructans; immunitatem ab originali delicto indè contrahendo luculenter euincit. Hinc aliqua lux præclarè affulget Canticorum auſpicio.

Cant. 4. v. 13.
Hebræus.
Cornelius.
Paradiſeam ſuauitatē exhalat Deipara, non paradiſeum pomū fœtide eructat.

5\. Canticorum 1. verſ. 1. hæc prima Sponſæ vox præmaturè auditur: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Nemo Interpretum non notat, quòd inuerecunda videtur ſponſa, quæ præter morem feminarum honeſtarum & verecundarum, prior ambit ſponſum, eiúſque *oſculum* præcoquo ſtudio, & ſine vllâ præfatione illicò poſcit. Verùm enim verò ſponſa Deipara de hoc ſpirituali *oſculo* placere primùm diuino ſponſo ſatagit & feſtinat, nimirùm vt ex *oſculo* probetur, ſe crudum illud & graueolens Euæ pomum minimè eructare, ſed illius gulæ ac præuaricationis eſſe prorsùs exortem. Exindè *oſculum* primò expetit, vt *ſuauis halitus* comprobetur. Appoſitè, etſi aliundè Tertullianus cap. 6. Apologetici: *Idcircò & oſcula offerre neceſſitas erat, vt ſpiritu indicarentur.* En pulchrum *oſculi* ſacramentum pro immaculatâ Deiparæ Conceptione, nempè dum Virgo Maria, Dei futura Mater præproperè diuino ſponſo placere exambit, ſe Protoparentum gulæ exortem videri ſatagit, & indè à primæuo delicto immunem; quod ex *oſculo* probare feſtinat, vt ſui oris *halitus ſuauis*, gratiam ſpirans, & ſanctitates fragrans, id demonſtret, & ſic *ſpiritu indicaretur.* Scilicet (etſi quodammodò inuerecunda videatur) ſponſi *oſculum* præpropere ambit; oſtentare affectans oris ſui *halitum ſuauem*, qui graueolentiam paradiſei pomi malè crudi prorsùs excludat; & gratiarum in ſuâ immaculatâ Conceptione fragrantiam indicet. Quare non modò exordium, ſed & auſpicium placendi diuino Sponſo, ab eiuſmodi *oſculo* expetit; ne vmquam peccati labe inquinata, illi diſplicuiſſe probetur: ſed felix tot gratiarum initium à ſuæ Conceptionis puritate auſpicari, omnibus in comperto, & in confeſſo ſit.

Cant. 1. v. 1.
Cornel. ibi.
Tertull.
Sponſa dum oſculum ambit, puritatē ſuæ immaculatæ Conceptionis probat. quare

---

§. CCCXXII.

Filius Deus ſuam Matrem, non modò à peccati originalis periculo liberat, ſed & illius metu exemit.

CAnticorum 1. grauis Deiparæ querela auditur, ſic expoſtulantis: *Nolite, inquit, me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Quæ verba ſic vniuerſatim Rupertus elucidat: *Verus Sol, & Sole Deus longè pulchrior, ſemetipſo me impleuit. Hoccine eſt decolorari? Non apud vos, ô filiæ Ieruſalem, quæ habetis oculum ſimplicem; ſed apud ſuperborum cogitationes, quorum nequam eſt oculus. Non erat nequam oculus Ioſeph, ſed quamdam excuſabilem ignorantiæ nebulam habens, citò purgatus eſt.* Hæc in re pudoris aliorsùm Rupertus. Sed audienda eſt Virginis Deiparæ querimonia, quâ ſic grauatè de fratribus expoſtulat: *Filij*, inquit, *matris meæ pugnauerunt contrà me.* Non eſt facilè creditu, quòd qui tam arcto cognationis vinculo Virgini Deiparæ adhærent, aperto (vt aiunt) Marte contrà ipſam depugnent: quis enim palàm aduersùs Mariam bellum gerat, niſi hæretico priuilegio fultus? Quare huius pugnæ rigor planè mitigandus eſt: eúmque in Græco textu mitigant L X X. interpretes qui ſic locum exſcribunt: *Filij matris meæ pugnauerunt* ἐν ἐμοί, id eſt, *in me* in ablatiuo, id eſt, *pro me*, vel *ſuper me.* Vnde alij ex Hebræo legunt: *Filij matris meæ contenderunt*, vel *rixati ſunt in me.* Profectò Virgo Deipara pacifica eſt, quippè quæ facta eſt coràm ſponſo *quaſi pacem reperiens*: Ieroſolymita eſt; Ieruſalem autem *viſio pacis* interpretatur: Sponſa eſt Salomonis, Salomon autem perindè eſt ac *pacificus*. Exindè non modò *rixæ*, graues & moleſtæ illi ſunt; ſed & *contentiones* ſuper ipſâ, id eſt, ſuper eius immaculatâ Conceptione. Opinor, res adeò communi plauſu certa eſt, & definitioni proxima, vt qui nimis ſeriò, nimiſque operosè illius puritatem ſuſcipit defenſandam, quodammodò Deiparæ iniurius ſit, quaſi nimis ſeriâ & operoſâ defenſione, rationem veroſimiliùs dubitandi coloret, & dubium exaggeret, dum illud nimiâ defenſionis grauitate adorat. Quæ eſt Beatæ Virginis querela: *Filij matris meæ contēderunt*, vel *rixati ſunt in me*, id eſt, ſuper me.

1\.
Cant. 1. v. 4.
Rupertus.
Cant. 1. v. 6.
LXX. Interp. Græcus. Hebræus.
Cant. 8. v. 10.
Grauatè fert Deipara contentiones & rixas ſuper ſuâ immaculatâ Conceptione. quare

2\. Regum 6. Dauid Arcam fœderis religiosè ſolenni pompâ ex domo Abinadab transfert in domum Obededon. *Et impoſuerunt Arcam Dei ſuper plauſtrum nouum.* Fuit error Dauidis ex ignorantia, vel potiùs Leuitarum peccatum; quia Arca non debebat plauſtro vehi, ſed portari humeris Sacerdotum vel Leuitarum, vt patet Numerorum 4. verſ. 15. & ſeq. Porrò cùm ſic irreuerenter ſemel à Gentilibus tractata ſit, ſimilis irreuerentia etiam apud fideles ac religioſos percrebuit. Heu ſemel deuenuſtata religionum

2\.
2\. Reg. 6. v. 3.
Numer. 4. v. 15. &c.
Semel irreuerentiâ paſſum, exinceps irreuerenter tractatur.

num ſanctitas, adſimilibus contumeliis obnoxia manet, niſi quantocyùs expietur!(hæc in hoc tranſcurſu alibi ſurſum prænotaſſe iuuat) Ceterùm poſtquam venerunt ad aream Nachon, *Extendit Oza manum ad Arcam Dei & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratúſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit ſuper temeritate.* Grande hunc apud Commentatores litigium oboritur ſuper hoc Ozæ delicto, & ſanè Angelomus, Abulenſis, Dionyſius Carthuſianus, & alij cenſent Ozam iſtâ temporali morte caſtigatum, æternam euaſiſſe. Saluianus lib. 6. de Prouid. ait: *Oza ille Leuites, ipſe in officio inofficioſus fuit, qui iniuſſa præſumpſit.* quæ autem fuerit hæc Ozæ inofficioſitas aduersùs Dei Arcam, non exponit. Exponunt multi Interpretes ex Abulenſi, qui cenſent *Eum percuſſum ob irreuerentiam, quòd irreuerenter tetigerit Arcam, idque ſine neceſſitate: leuis enim erat boum calcitratio: nam vt dicitur* 1. *Paral.* 13. *Bos, &c. paullulum inclinauerat Arcam.* Quò adludere videtur S. Gregorius magnus lib. 5. Moralium cap. 10. vbi agens de Ozæ percuſſione, ait: *Leuites ergò quaſi adiuuans manum extendit, ſed delinquens vitam perdidit.* Profectò magno Sanctorum Patrum & Interpretum conſenſu, arca fœderis, Deiparæ typus extitit, quâ eius omni loco & tempore ſanctitas adumbratur. Quia ergò Arca tunc velut à Philiſthæis captiuata ferè reputabatur, cùm tunc generosè victrix de illis triumphum glorioſiorem egiſſet, eam cenſuit Oza ſuæ opis indigam, quia vnus dumtaxat calcitrans *Bos paullulum inclinauerat Arcam.* Paullulum Arca inclinare videtur, non imminet ruitura: non cadit in terram, neque in eâ luteſcit. Apage, quis hanc ruinam timeat? quis prudenter præcaueat? Impenſum tuendæ Arcæ, id eſt, Deiparæ officium, tam gratum ipſi eſt, quàm quod gratiſſimum; ſed ne quia calcitratione *Bouis paullulum inclinatur Arca, adiuuantem manum extendas*, quaſi alioqui ruituram putes, & frangendam, aut in terra volutandam: fit enim *id ſine neceſſitate: leuis enim erat boum calcitratio.* Firmioribus enim fulcris ſtat Arca Dei, tutiore vectatione defertur, quàm vt ruitura immineat, niſi adiutricem ſuppunas manum. Profectò deuenuſtatur Arcæ firmitas, ſi hâc leui concuſſione labaſcere, aut corruere exiſtimetur. Quare Oza *ipſe officio inofficioſus fuit*, & quia ruinoſam putauit Arcam, aut humanæ opis mendicitatibus indigam. Secura ac flecti-neſcia ſtat, ſtabitque: nam *fundamenta eius in montibus ſanctis*, id eſt, penè exertis Pontificum oraculis, Sanctorum Patrum omni æuo teſtimoniis, & communi ferè omnium Doctorum ac populorum ſuffragio. Porrò *diligit Dominus portas Sion*, id eſt, ingreſſum Sionidis Deiparæ in hanc vitam, *ſuper omnia tabernacula Iacob.* Sic iam olim ex hoc loco pro ſacris Concionibus velitabar: nec mihi valdè diſplicet, quod aliis calamo & ore non diſplicuit.

1. Reg. 6. v. 6. & 7. — Angelomus. Abulenſis. Carthuſian. — Saluianus — Cornel. ibi. ex Abulenſ. — 1. Paral. 13. v. 9. — S. Gregorius — *Bouis calcitratione parùm inclinatam Arcam, malè Oza tueri conatur. quare?* — *Malè nunc defenditur Deipara, quaſi alioqui periclitetur, niſi à te defendatur.* — Pſalm. 86. v. 1. & 2.

3\. Canticorum 3. accinit ſacer Scriptor verbis nuper aliorsùm compendio enucleatis, nunc aliter ad rem perſtrictim enucleandis: *En*, inquit, *lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.* Vatablus, *heroës ex heroibus Iſrael*, Syrus, *gigantes ex gigantibus Iſrael.* Hi, hi inquam Heroës non cerdones, non imperiti vulgi illitterata turba *ambit* (ô bona tuendæ Deiparæ ambitio!) hunc lectiſſimum Salomonis lectulum giganteo Heroum valenter ſatellitio: *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum propter timores nocturnos.* (per noctem Conceptionem innui liquidò conſtat ex Iobi 3. *Et nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo*) Arabicus vertit, *Propter horrores nocturnos: horror* eſt enim vel mente imaginari, Beatam Deiparam in ſuæ vitæ auſpicio, ſqualidam originalis peccati labe ſordidè ſpurciſſima, Dei inimicam, à Deo auerſam, Deo inuiſam. De his autem Heroibus ſeu gigantibus huncà Marianâ Conceptione *horrorem* arcentibus ſcribunt LXX. Interpretes: *Omnes tenentes gladium, docti bellum, vir romphæa eius ſuper fæmur eius, à pauore in noctibus.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quod hi *viri, fortes, Heroës, gigantes*, cùm *ſexaginta* nihilominùs ſint, vnum dumtaxat *gladium* teneant: *Omnes tenentes gladium*, inquit: vna eſt enim omnium mens, vna pietas, vna ratio, Scripturæ ac Patrum auctoritate fulcta, & Pontificum oraculis penè perſpicua, quâ parati ſunt robuſtè pugnare: ſed nondùm enſem ſeriò ſtringere opus eſt, vt hunc *horrorem* auertat: nam *vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum*, ſiuè, *vir romphæa eius ſuper fæmur eius propter horrores nocturnos.* Itaque neceſsè non eſt, vt hi *ſexaginta Heroës*, id eſt omnes penè Eccleſiarum, Vniuerſitatum, & ſacrarum Familiarum Doctores *gladium* eximant, & romphæam diſtringant, vt Marianam Conceptionem aperto Marte tueantur: ſat eſt, vt vnuſquiſque ſuper fæmur ſuum gladium habeat vaginâ conditum. Hiſpanè dices: *Baſta tener la eſpada en cinta: no es neceſſario deſembainar.* Satis ſupérque eſt, vt hos Heroës ſciant, *ſpiritualibus armis accinctos, propter inſidias eorum nocturnas & occultas*, ait inibi Aponius. Et Chaldæus Paraphraſtes: Vnuſquiſque, inquit, *accinctus eſt gladio ſuper fæmur ſuum, & ideò non timent à ſpiritibus nociuis, qui ambulant in nocte.* Spiritus porrò nociuos, & nocturnas *inſidias*, ſatis arcet armatum Heroum ſatellitium, tametſi gladium non ſeriò ſtringat.

Caut. 3. v. 7. — Vatablus. Syrus. — Cant. 3. v. 8. — Iob. 3. v. 3. — Arabicus. — LXX. Interp. — *Sexaginta ſatellites lectuli Salomonis, vnū gladium habēt, nec illum diſtrictū. quare?* — Aponius. Chaldæus.

4\. Iudicum 14. tandem parentes ſuos ſecum ducit Samſon, vt vxorem Philiſthinam ducat: *Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnathâ. Cúmque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem...... & hoc patri & matri noluit indicare.* Profectò hæc narratio nō valdè videtur ſibi cohærere: nam ſi Samſon cum patre ſuo & matre ibat in Thamnatha, & in ipſo itinere leonem diſcerpſit; quomodò patrem ſuum ac matrem hoc facinus latere potuit? quid ergò eſt, *Et hoc patri & matri noluit indicare?* Super hoc dubio multa multi. Lyranus indidèm ſic locū exponit *Apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei, ſcilicet Samſoni quaſi ad deuorandum eum. Separauerat*

Iudicum 14. v. 5. & 6. — Lyranus.

P. Didac. Celada in Suſannam.

enim ſe Samſon à parentibus ſuis, tunc occurrit ei leo, itaque parentes eius non viderunt.

Verus Samſon ſuā Matrem non ſolùm peccati originalis periculo liberat, ſed & periculi metu exemit.

Nempè hic Heros valenter pugnaciſſimus, benè ſcius ſæuum leonem illac oberrare, aliquo veriſimili prætextu, aliò diuertit, & præcurrit patētes, ne ipſos viſi prope leonis horror & pauur grauiùs percelleret: quare *leonem ſæuum ac rugientem parentes eius non viderunt*; neque id tunc patri aut matri ſuæ voluit indicare, ne vel tranſacti periculi phantaſia illos deterreret. Sanè typus Chriſti Samſon fuit (quod pudor eſt probare) Indè ipſius cautelam attentiùs obſerua, dum ſic parentes ſuos ſine metu eſſe ſatagit, vt velox præcurrat, ne Tartareum leonem mater eius propè videat; ſed priùs periculo exempta ſit, quàm timorem incurreret. Anteà ſuâ Redemptione præproperè peccati morſum nouus Samſon auertit, quàm timeri à Matre potuiſſet. Itaque noſter Samſun non modò ſuam Parentem periculo originalis delicti exemit, ſed ab eius timore liberauit. (Qui eſt huius §. Iabot.) Nimis periclitata fuit Suſanna, & tantùm non periit; quare diſtrictiori Danielis defenſione indiguit. Præcauet ergò Filius Deus, ne Mater Virgo tam proximum vitæ & honoris pericolum pati videatur, quod præproperâ Leonis ruinâ anteuertit, ne vel diſcrimiois horrore expalleſcat. Simili autem acclamatione vtriuſque Suſannæ parentes ſibi gratulantur, & Deo gratias agunt, *quia non eſt inuentu in eu res turpis*. Et de alterâ Suſannâ dicitur, quòd erat *pulchra nimis*: de alterâ verò: *Tota pulchra es, & macula non eſt in te.*

Hic verſ. 45.
Hic verſ. 63.
Hic verſ. 2.

§. CCCXXIII.

Deiparæ Virginis Natiuitas, cæli ac terræ exultatio eſt, & originalis malitiæ aborſus.

1. B. Petr. Dam.

BEatus Petrus Damianus homil. 3. de Natiuit. Virg. Mariæ, his fauſtè acclamationibus exclamat: O mirabiliter fœcunda virginitas, quæ nouo & inaudito miraculo, & mater dici poſſit, & virgo. Qui toto mundo non capitur, puellæ innupræ membris infunditur. Sentiebat quidèm pondera ventris, quæ pudorem non amiſerat caſtitatis. Mirabatur partûs inſignia, quæ nulla nouerat viri contagia. Erat ſpes in partu, cùm non fuiſſet voluptas in coïtu. Immenſum concepit, æternum genuit, genitum ante ſecula parturiuit. Qui ſibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abſtulit natus. *Qui antequam naſceretur, talem creauit eam, vt ipſe dignè naſci potuiſſet ex ea.* Et poſt paucula: *Gaudeamus & exultemus in Natiuitate Beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, quæ nouum mundo nunciauit gaudiū, & totius extitit humanæ ſalutis exordium. Exultemus, inquam, & ſicut gaudere ſolemus in natiuitate Chriſti, ita etiam nihilominùs gaudeamus in Natiuitate Matris Chriſti. Hodie nata eſt Regina mūdi, feneſtra cæli, ianua paradiſi; tabernaculum Dei, ſtella maris, ſcala cæleſtis, per quam ſupremus Rex humiliatus ad ima deſcendit; & homo qui proſtratus iacebat, ad ſuperna exaltatus aſcendit.*

Multimoda cauſſa gaudendi in Virginis Mariæ Natiuitate.

Eccleſiaſtici 24. B. Virgo Deipara etiam recèns nata, de ſe ait: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & ſanctæ ſpei. *In me omnis gratia viæ* (Rabanùs & Ianſenius pro *via*, legunt, *vitæ*:) *in me omnis ſpes vitæ & virtutis*. Pro *virtutis*, Tigurina vertit, *præſidij*; alij *vigoris & roboris*; alij, *fortitudinis*. Itaque B. Virgo dicitur Mater duplicis *vitæ*, temporariæ ſcilicet & æternæ. Dein in ea eſt omnis ſpes *vigoris, roboris, fortitudinis*; atque adeò omne *præſidium* omni æuo. Quare ſubdit: *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini.* Marianum enim *præſidium* omnes *generationes* & omnia ſecula complectitur. Audiendus eſt S. Bernardin. Senenſis tom. 1. Ser. 61. cap. 2. ſic fatus: *Propter iſtam nobilem creaturam Deus ſaluauit parentes primos de prima eorum transgreſſione. Noe de diluuio inundante, Abraham de ſede regis Chodorlaomor, Iſaac de Iſmaële, Iacob de Eſaū, Iudaicum populum de Ægypto, & de impia Pharaonis manu, & de mari Rubro, & de vitulo in deſerto. De manibus diuerſorum Regum & Tyrannorum, ſcilicet Nabuchodonoſor, de captiuitate Babylonia, & Aſſyriorum, David de leone & vrſo, de Golia, de Saule; & vt breui ſermone cuncta comprehendam* (intermittit Danielem à lacu Leonum, Suſannam à Senum fraude, Iuditham ab Holoferne, &c.) *omnes liberationes, & indulgentias factas in veteri Teſtamento non ambigo Deum feciſſe ſolùm propter huius benedictæ puellæ reuerētiam & amorem, quam Deus in ſuam prædeſtinationem præhonorandam cunctis operibus ſuis prædeſtinauit.* Ecce tibi quomodò omnes generationes, omniaque ſecula hoc Deiparæ *vigore* atque *præſidio* fulciuntur, atque fruuntur. Vndè Anonymus in Encomio Virginis eam ſententiosè appellat, *Temporum felicitatem*, illius præcipuè ſeculi, in quo nata eſt, & quo eius læta Natiuitas feſtis acclamatioοibus celebratur. Ab illius enim ortu, & gratiæ auſpicium, & humanæ *ſalutis exordium* inchoatur. Porrò quæ cuncta ſecula ſuæ Natiuitatis ſpe nobilitat, quantò magis ſeculum, in quo nata eſt felicitauit.

2.
Eccli. 24. v. 25.
Rabanus.
Ianſenius.
Tigurina.
S. Bernardin.
Omnia retroacta ſecula, futurâ Mariæ præſidium exempta ſunt.
Beata Virgo eſt temporum felicitas.
Anonymus.

Siracidi videtur regius Vates annuere Pſalmo 76. ſic fatus: *Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.* S. Hieronymus legit, *recogitabam*, alij, *ſupputabam dies à principio*, & vt ait Auguſtinus in hunc Pſalmum, *in ſecretario ſuæ mentis*. Quid in ſuæ mentis penetralibus Propheta attentiùs recogitat? Appoſitè ibi Græci Patres: *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Iſta, inquit, mecum cogitabam, Quomodò olim quidèm Deus populum adiuuerit* Itaque Propheta omnia retrò ſecula *ſupputabat*, & futura exinceps proſpiciebat, quos appellat *annos æternos*; & in mentis ſecreto *recogitabat, quomodò olim Deus populum adiuuerit* omnibus omninò ſeculis adſpectu ad hanc puellam, Dei Matrem mitiſſimè futuram. (quod ex num. præcedenti liquidò conſtat) Quare eam Sophronius in Encom. vocat, *Cunctis ſeculis ſacramentum.* quaſi cuncta protsùs ſecula hæc puella aut olim naſcitura, aut nata, velut illius *Sacramentum* ſanctificet, expiet, inauguret, & aliquo beneficentiùs donatiuo feliciter. Itaque Deipara ſemper eſt, fuit, eritque

3.
Pſal. 76. v. 6.
S. Hieron.
S. Auguſt.
Græci Patr. in Paraphra. 6.
Cur Deipara dicitur, Cunctis ſeculis Sacramentū.
Sophronius.

Sacramentum: nam etſi recens naſcitur, *Cunctu ſeculu ſacramentum* eſt.

4\. Sapient. 10. v.1.& 2.

Sapientiæ 10. cùm antedictum foret, quòd per beneficam Dei ſapientiam ſanati ſunt quicumque placuerunt Deo; confeſtim de Adamo ſubditur: *Hac illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo.* Hinc grande inter Expoſitores litigium, quare Adæ diuturnus datus eſt pœnitentiæ locus, quo perſonale eiueret peccatum; qui Angelis ſimiliter peccatoribus conceſſus non eſt? Ecquid habet lutoſus homo, quod Empyreus Angelus potiùs non haberet, vt hanc veniam (vt ſic loquar) mereretur? Plures cauſſas alibi ex

Theodoret.

Theodoreto dedimus. Nouam aliam innuit S.

S. Bernardin.

Bernardinus Senenſis tom.1. Ser.61.c.2. *Adam & Eua,* inquit, *non ſolùm mortis, ſed & annihilationis exterminiũ meruerunt, & diuina vltio, qua perſonarum acceptionem ignorat, ſicut nec culpam Angelicam, ſic nec etiam humanam dimiſiſſet impunem.* Adnota quæ ſubnectit verba: *Sed propter præcipuam reuerentiã, & ſingulariſſimam dilectionem, quam habebat ad Virginem præſeruauit; quia eam ab æterno ſuper omnes creaturas Deo non vniendas, qua creanda erant ſuperexceſſiuè dilexit. Propterea præſeruati ſunt Protoplaſti, nec vt merebantur in nihilũ ſunt redacti.* Itaque cùm Deus acceptor perſonarum non ſit, valdè vrgens cauſſa proculdubiò ſuppetebat, vt hanc veniam homini potiùs quàm Angelo largiretur. Ex naturâ ſcilicet Angeli, vtpotè infœcundâ, nil vltrà ſperare Deus potuit; ex Adami autem & Euæ naturâ fertili, præſciebat naſcituram Mariam, ſi non annihilaretur, aut æternùm tunc damnaretur, ſicut Angeli damnati ſunt. Quare Adamum & Euam *propter præcipuam reuerentiam, & ſingulariſſimam dilectionem, quam habebat ad Virginem præſeruauit.* O! naſcituræ Virgini tantam *reuerẽtiam* Deus exhibet. Sat eſto nunc perſtrinxiſſe locum, nuper pro immaculata Conceptione latiùs expenſum.

Adam, quia Mariæ fœcũdus, ſtatim non damnatus, ſicut præuaricator Angelus.

5\. Pſalm. 113. v.4.& 6. & 7.

Pſalmo 113. Dauid cum ſenſu præditis, ſenſuve carentibus creaturis ſic exultim tripudiat: *Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium...... Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium. A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.* Nempe cùm *facies* Dei Iacob, Chriſti, inquam, iam iam mundo adſit; Dominici enim aduentùs exordium, in Virginis Natiuitate celebratur; feſta ſpiritualiſque lætitia inuaſit non modò gregarios homines, ſed etiam nobiles viros ac potentes; imò & creaturas animales atque exanimales. Sic Dei gaudium in creaturas reliquas vbertim exundauit. Audi S. Mectildem lib.1. vbi ſic Beatam Virginem loquentem inducit: *In mea Natiuitate in tantum exultauit* Deus, *vt ex abundantia ſui gaudij cælum & terra, & omnis creatura, licèt tamen neſciens exultaret.* Ad gaudij auctarium gaudent ſenſuũ expertes creaturæ, tanta enim ſubeſt gaudendi cauſſa, vt exanimalis etiam & bruta natura arcanè exultet, etſi neſcis cur tunc exultim lætetur. Ex abundantia porrò diuini gaudij, iſtiuſmodi exultatio in ſenſuum expertes creaturas miriſſimè exundat; nequid ſit in vniuerſitate rerum, quod huiuſmodi communi gaudio viduetur. En *illa naſcitur* (ait P. Didac. Celada in Suſannam.

In Natiuitate Virginis, Dei exultatio in creaturas etiam exanimales exundat.

S. Mectild.

Sergius Hieropolita) *qua antequam naſceretur Dei mater futura deſignata eſt. Naſcitur ſingularis virginitatis decus, naſcitur Aaronis virga de radice Ieſſe germinans: naſcitur Prophetarum præconium, & iuſtorum Ioachim & Anna germen. Hac iam naſcitur, & vnà cum ipſa mundus renaſcitur, ac renouatur.* Ergò Natiuitati Virginis feſtis acclamationibus plaudat totus mundus, ſiquidèm cum ipſa *Mundus renaſcitur.* Pergit Leo Imperator Orat.1. *Adde quòd triſtitia è Parentibus transfuſa nunc penitùs eliminanda pignus datur nobis è felici Ioachim & Anna ſinu, quaſi de theſauris productũ. O lætum pignus originalis triſtitia penitùs eliminanda!*

Sergius in Laud. Virg.

Maria Natiuitas, lætã triſtitia originalis eliminanda pignus eſt.

Leo Imper.

6\. Iob 21. v.10. & 11.

Iob cap. 21. de fertili impiorum felicitate, ita ſcribit: *Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus.* Pulchra quidem tranſlatio de ipſis armentorum gregibus ad impiorum hominum vxores. De quo eruditè inibi noſter Pineda num. 8. Quare poſterior Verſiculus, ſequela, aut explicatio eſt præcedentis nempe improborum hominum vxores fœcunde concipiunt, nec *abortiunt.* Sic eſt malitia feliciter fœcunda. Huc forſan tacitè adludens Leo Imperator Orat. 1. agens de Annæ partu, quo Deiparam fauſtè peperit: *O beatum puerperium!* inquit: *ô vterum, cuius habitaculum, in nobis habitare volens, delegit Deus! O conceptio, & partus, & Infans, per qua abortum paſſa eſt pernicioſa peccati fœtura, & innotuit ſalutis fœcunditas.* Nempè vna Infans puella naſcitur, & opinatiſſima & deſideratiſſima, & iam tunc Dei Mater inaugurata; & vna cùm ſit, ſteriles dudùm parentes facit fœcundos. Fœcundus itaque Deiparæ partus tam eſt mundo felix ac fauſtus, vt per illum, *abortum paſſa ſit pernicioſa peccati fœtura.* Fœcundior hactenùs primæui ſceleris fœtura aborſibus adſueſcit, ex quo hæc omnibus fauſta Puella nata eſt. Fœcunda olim Protoparentum malitia, quæ fertilis ad conceptum, numquam *abortiuit*, in Deiparæ ortu *abortum paſſa eſt*; quod eſt grande Marianæ Natiuitatis elogium, pro eiuſdem immaculatâ Conceptione nuper enucleatum.

Pineda.

Leo Imper.

In Maria Natiuitate abortũ paſſa eſt pernicioſa peccati fœtura.

7\. Cant. 6. v.9.

Rupertus exponens illud Canticorum 6. *Qua eſt iſta, qua progreditur quaſi Aurora?* de Natiuitate Mariæ ita ſcribit: *Quandò nata es,* inquit, *ô beata Virgo, tunc vera nobis Aurora ſurrexit, Aurora prænuncia diei ſempiterni: quia ſicut Aurora quotidiana finis præterita noctis eſt, & initium diei ſequentis, ſic Natiuitas tua, clara ex ſtirpe Dauid.* Pulchra ſanè analogia Marianæ Natiuitatis cum Aurora.

Rupertus.

Analogia Mariana Natiuitatis cum aurora.

§. CCCXXIV.

Deipara Virgo humana natura venuſtas eſt; & pulchra pulchritudine diuina perhibetur.

1\. S. Auguſt. Cant. 1. v.15.

PVlchrè S. Auguſtinus Præfat. in Pſalmum 44. de Chriſti pulchritudine ita ſcribit: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Vbique Sponſus pulcher occurrit. Pulcher Deus verbum*

bum apud Deum, pulcher in vtere Virginis, vbi non amiſit Diuinitatem, & ſumpſit humanitatem. Pulcher natus infans Verbum, quia & cum eſſet infans, cùm ſugeret, cùm manibus portaretur, cæli locuti ſunt, Angeli laudes dixerunt, Magos ſtella direxit, adoratus eſt in præſepi. pulcher ergò in cælo, pulcher in terrâ, pulcher in vtere, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher inuitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deponens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in ſepulcro, pulcher in cælo, pulcher in intellectu. Cupis cernere oculis tantæ pulchritudinis effigiem (vt vt poteſt in homine reperiri) audi Nicephorum lib. 1. cap. 40. Chriſtus, inquit, *Perſimilis per omnia fuit diuina & immaculata ſua Genitrici*; quibus verbis ſummam Mariæ pulchritudinem compendiauit, imò & exaggerauit Nicephorus.

Sũmã Chriſti pulchritudinẽ, eius Mater refert.

Chriſtus in ſe pulcher, ſit etiã pulcher, in noſtro intellectu.

Nicephorus.

2. Canticorum 6. Sponſam videntes Ieroſulymitanæ puellæ venuſtate nobiles, & eiuſdem Salomonis vxores; eius eximiam formam, vltra inuidiam anguſtiùs ſpecioſam, & tantam pulchritudinem pariter laudauerunt, dicentes: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Quæ verba alij verrunt: *quæ eſt iſta, quæ videtur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, munda vt Sol.* Rupertus inibi ſic ad rem præſcripta verba elucidat: *Quandò*, inquit, *Spiritus ſanctus in te ſuperuenit, & Filium Virgo concepiſti, Virgo peperiſti, tunc tu, & ex tunc pulchra pulchritudine diuinâ; pulchra, inquam, non quomodocumque, ſed vt Luna: ſicut enim Luna lucet & illuminat luce nõ ſuâ, ſed ex Sole concepta, ſic tu, ô Beatiſſima, hoc ipſum, quòd tam lucida es, non ex te habes, ſed ex gratia diuina, ô gratia plena.* Quid auguſtius de Mariæ formâ quid exaggeratius de eius venuſtate, quàm vt dicatur *pulchra pulchritudine diuinâ?* Hanc diuinam pulchritudinem diuina Maternitas colorat, pingit, efformat: quia enim Mater Dei eſt, tantâ formoſitate exornari neceſſe eſt; vt eam exprimat Filius Deus, quò pulcher ipſe pulchrâ referat Matrem. Chriſtus *perſimilis per omnia fuit diuina & immaculata ſua Genitrici.* Et ſanè Maria pulchreſcit *pulchritudine diuinâ*, non ſuâ, ſed à Filio Deo participatâ; ſicut Luna à Sole ſplendoris fœnerat venuſtatem. Sic in *diuina pulchritudinis* auguſtâ formâ, pulchritudo humilitatis egregiè tranſlucet, dum Solem ipſum ſplendoribus ſuis micanter reuerberat, nec ſibi *diuina pulchritudine* decorem vſurpat. Eleganter quidèm Rupertus.

Cant. 6 v. 9.
Pagninus.
Syrus.

Rupertus.

Deipara dicitur pulchra pulchritudine diuinâ.

Nicephorus

3. In hoc Danielis cap. 13. v. 2. de Ioakimo ita ſcribitur: *Et accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ pulchram nimis*, & timentem Deum. Iure merito *pulchra nimis* efformatur, quæ Deiparam præfigurat. Talis typus talem antitypum exposcebat. Itaque Suſanna eſt pulchra corpore, pulchra indole, pulchra animo, tota pulchra, *pulchra nimis*; pulchra per dotes naturæ, pulchra per elogia gratiæ. Male hactenùs audiebat natura, quòd nouerca foret potiùs quàm mater, quòd ſobolem præmaturè fœdaret, dum macula natiuitatem anticipat, fœdatâ prole priuſquàm natâ: & indè tot fœdis paſſionibus diſtortâ. Ergò Maria in ſuæ Conceptionis, & à ſuæ Conceptionis auſpicio, præcoquâ gratiâ formetur *pulchra nimis*, nimiſque venuſta, quò à Damaſceno feſtâ acclamatione prædicetur, *Humana natura venuſtas.* Itaque tota *humana natura venuſtatur*, dum effigiatur Maria *pulchra nimis*: oſtendit enim è primæui delicti ſqualore diſtortam fœditatem oriri, non ab ipſa natura, quæ in Maria & prauarum appetitionum expers, & gratiarum dotibus plena gloriosiùs inuenitur. Benè *pulchra nimis* præfiguratur, quæ *humana natura venuſtas* eſt, & *pulchra pulchritudine diuinâ* perhibetur.

Hic verſ. 2.

Maria pulchra nimis dicitur, quia humana natura venuſtas eſt.

S. Damaſc. Orat. 1. de Natiu. Mar.

Canticorum 1. ait ſponſus: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Et confeſtim Sponſa idem pulchritudinis elogium reciprocat in ſponſum, aiens: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Vel, vt habet Chaldæus Paraphraſtes: *Quam pulchra eſt maieſtas ſanctitatis tuæ.* Alias perſtrictim expendebatur hæc *pulchra ſanctitatis maieſtas*, quæ in Filio Deiparæ præfulget: nunc audiendus eſt inibi Rupertus, qui hunc locum ſic elucidat: *Ille veraciter in me veneratur, quòd ſim Mater & Virgo; ego in illo adoro, quod ſit Deus & homo. Dico ego: Ecce pulcher es dilecte mi, & decorus. Dicis mihi: Ecce tu pulchra es; & ego dico tibi: Ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta ſum, ex eo tu qui ſemper pulcher fuiſti, pulchrior factus es. Nam vere in eo pulchritudinem tuam adauxiſti quod, cùm Deus eſſes, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher & decorus, ita pulcher, vt ſis ipſa ſubſtantia pulchritudinis, ita decorus, vt ſis ipſum decus humanitatis. Verè ergo dicis mihi: Ecce tu pulchra es, & dico tibi: Ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es.* Ecce tibi Chriſtus Deus, eius Filius dicitur Mariæ pulchritudo; quare ipſa dicitur *pulchra pulchritudine diuina.* Profundo autem ſtilo ait Rupertus nomine Deiparæ: *Ex quo ego pulchra facta ſum, ex eo tu qui ſemper pulcher fuiſti, pulchrior factus es; ita pulcher, vt ſis ipſa ſubſtantia pulchritudinis.* Hem! in Maria, per Mariam, & ex Maria, corpore & animo venuſtiſſima, & Gratiarum manibus facta puella, Verbum diuinum corporatum, id eſt, Chriſtus Deus, pulchrior euaſit: Eſto, Beata Deipara ſit *humana natura venuſtas*: eſto: Chriſtus, eius Filius, *perſimilis per omnia fuerit diuina & immaculata ſua Genitrici*; quare ipſa Dei Genitrix *pulchra pulchritudine diuina* perhibetur, nimirùm quia eſt ſicut Luna, & ita habet per participationem, ſplendores pulchritudinis, quos Chriſtus verus Sol habet per naturam: At quonam pacto Chriſtus Deus ex Virgine conceptus & natus, *pulchrior* euaſiſſe dicitur? Scilicet, quia Deus ex immaculata Virgine homo factus: tametſi verus homo, nihil diuinæ venuſtatis amiſit, & diuinam pulchritudinem, nempe ſplendidiora eius attributa, in cælis & in terra ſumptuoſiùs oſtendit, & mundo vniuerſo glorioſiùs manifeſtauit. Quid non ſplendidè Diuinum in Verbi Incarnatione nõ micanter tranſlucet? Dicat ergò Beata Deipara Filio Deo: *Ex quo ego pulchra facta ſum, ex eo tu qui ſemper pulcher fuiſti, pulchrior factus es; & ita pulcher, vt ſis ipſa ſubſtantia pulchritudinis.* Quomodo autem Chriſtus Deus, & ex eo Beata Deipara dicatur *ſubſtantia pulchritudinis*, alias 4.

Cant. 1. v. 15.
Chaldæus.

Rupertus.

Maria pulchritudo venuſtiſſima.

Quomodò Chriſtus Deus ex vero Maria pulchrior euadere dicitur?

Quare Chriſtus, & ex eo Beata Deipara, dicitur ipſa ſubſtantia pulchritudinis?

pro

Immaculata Mariæ Conceptio en hac eius pulchritudine adſtruitur.

pro immaculatâ Mariæ Conceptione forſan enucleamus: nam Marianæ ſanctitatis pulchritudo, cùm numquam illi defuerit, nec etiam in ipſa animatione, non tam videtur accidens quod abeſt & adeſt, quàm velut *ſubſtantia pulchritudinis*, illi à vitæ auſpicio congenita. Scilicet ſanctitatis pulchritudo in Maria, accidens cùm ſit, ſubſtantiam ſapit, æmulatur ſubſtantiam.

5. Cant. 5. v. 15.

Canticorum 5. de Chriſti formâ præ filiis hominum ſpecioſâ, ita ſcribitur: *Species eius vt Libani, electus vt cedri.* Hanc ſpecioſitatem quidam referunt ad inceſſum, in quo ſcilicet ſit *ſpecies auctoritatis, & grauitatis veſtigium*, vt ait S. Ambroſius lib. 1. Offic. Aptiùs ad rem Richardus Victorinus Inibi in hâc Chriſti ſpecie Marianam quoque ſpeciem agnoſcit, & per montem Libanum accipit Chriſtum, per Cedrum Beatam Virginem: *Ipſa Cedrus*, inquit, *quæ creuit in Libano, id eſt Chriſto, & dum Chriſtum ipſa genuit, quaſi Libanum Cedrus produxit, & mons proceſſit ex arbore, cùm Deus prodiit, ex homine. Hoc eſt nouum & inauditum, quod Deus fecit ſuper terram, vt Cedrus proferret Libanum, arbor montem.* Et poſt nonnulla addit ad rem præſentem: *Species eius vt Libani. Species itaque Chriſti eſt Beata Virgo ſpecialis eius, quæ ſpeciem ſuam numquam maculauit. . . . . Ipſa igitur ſingulariter ſpecies Chriſti, præ omnibus ſpecioſa, Chriſtóque ſimillima, non ſolùm ſpeciem Chriſti ipſa habens, ſed etiam in aliis hanc reſtituens.* Videlicet quaſi parùm foret, quòd Beata Virgo *ſingulariter ſpecies Chriſti ſit, & præ omnibus ſpecioſa, Chriſtóque ſimillima* (iuxtà tritum illud, *Si formam Dei te appellem, digna exiſtis*;) addit etiam quod Maria Chriſti ſpeciem, formam, & pulchritudinem, quâ ipſa pulchrè venuſtatur, aliis eam imprimere, & *in aliis hanc reſtituere* obnixiùs negotietur. Itaque & ipſa præ reliquis pulchra, *ſingulariter ſpecies Chriſti* eſt, & ſpecioſitatis artifex, ſeu pulchritudinum opifex, arguto charitatis ingenio. Velut *ſubſtantia pulchritudinis* eſt, quæ aliorum pulchritudinis accidentiam venuſtiſſimam hominibus ſpirat, afflat, imprimit. O, quiſquis pulcher eſſe ſatagit, à Beatâ Deiparâ pulchritudinem exambiat! ipſa enim eſt venuſtior pulchritudinum officina, & peccatorum diſtortam fœditatem expungit & in hominibus Chriſti formam & ſpeciem argutè colorat, depingit, effigiat.

S. Ambroſ. — *Inceſſus eſt auctoritatis ſpecies.* — Richardus Victorinus — *Cùm Maria Deum concipit, arbor montem profert.* — *Deipara eſt Chriſti ſpecies quâ homines venuſtare adnititur.*

6. Eſther. 2. v. 7. Hic verſ. 2.

Eſther cap. 2. ipſa Eſther, cui ab aſtro nomen, dicitur *pulchra nimis, & decora facie* (Suſanna etiam *pulchra nimis* etiam perhibetur) Cuius tanta fuit venuſtas, vt eius lenocinio, puella alioqui patriæ exul, & apud Babylonios captiua, ad regni ſolium, & præ reliquis ad Regis gratiam ſublimata ſit. Hæc vna pio miræ venuſtatis præſtigio, totam Amani potentiam, Regis familiaritate armatam fregit, Amanæos omnes malè concidit: & ſic Dei populum dirè periclitantem redemit, ne ad vnū omnes interirent. Appoſitè Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 2. ita de eâ ſcribit: *Eſther iuſtè inuenimus ornatam (myſticè ornabatur mulier Regi ſuo) Sed eius pulchritudo pretium inuenitur, quo liberatus fuit populus, qui interficiebatur.* Pretioſior, an ſpecioſior

Eſtheris ac Deiparæ pulchritudo, redimendi populi pretium dicitur. — Clem. Alex.

P. Didac. Celada in Suſannam.

eſt pulchra Eſtheris forma, quâ velut condigno pretio periclitantem Dei populum ſumptuoſiùs redemit? O quàm eſt pretioſa pulchritudo, cuius pretium tanti æſtimatur! *Procul, & de vltimis finibus pretium eius*; alij, *pretioſior eſt vnionibus*, ſiue *rubinis*, ſiue *gemmis*, ſiue *carbunculis*. Tantum eſt venuſtioris formæ pretium! Eſther *pulchra nimis, & decora facie, placuit oculis eius*, Aſſueri regis: & Beatæ Virgini (quæ *tota pulchra* eſt, & *pulchra nimis*) ait Angelus, *Inueniſti enim gratiam apud Deum* Quare vtriuſque *pulchritudo pretium inuenitur, quo liberatus eſt populus, qui interficiebatur.* Tantùm venuſtati Deiparæ licet, vt cum Filio Deo Corredemptrix æſtimetur?

Prouerb. 31. v. 10. — Eſther. 5. v. 2. — Lucæ 1 v 30

§. CCCXXV.

Maria Deipara, æterna Virgo dicitur; & Chriſtus Deus, Marianæ virginitatis filius nominatur.

1. S Nyſſen. in Cant. 5. v. 10.

PVlchra Nyſſeni de pulchrâ Deiparæ virginitate vox eſt: Inter omnes hominum myriades, inquit, ex quo illi eſſe cœperunt, & quouſque naſcentur, ſolus hic nouâ partûs ſpecie in hanc lucem prodiit, *cui ad naſcendum natura non eſt cooperata, ſed ſeruiuit*: cuius natiuitas de duorum coniunctione orta non eſt, partus minimè inquinatus, nixus doloris expers; *thalamus, Altiſſimi poteſtas, quaſi quædam nubes virginitatem ipſam inumbrans; fax nuptialis Spiritus ſancti ſplendor*, cubile, vitiorum expers; conditio, nuptiæ; puritas incorrupta, nec voluptate cœpit exiſtere, nec cum dolore in lucem prodiit. Hactenùs ille de puriſſimâ Deiparæ virginitate, quæ Deum vtero concepit, cùm *Altiſſimi poteſtas, quaſi quædam nubes virginitatem ipſam inumbraret: huic autem vmbræ Spiritus-ſancti ſplendor* initè præluxit; nequid obſcurum in hâc vmbrâ traſpareat.

Altiſſimi poteſtas, quaſi quædam nubes Deiparæ virginitatem inumbrat.

2. Prouerb. 8. v. 22. Hebræus.

Prouerbiorum 8. hæc de corporatâ Dei ſapientia, myſticè verò de Virgine Deiparâ leguntur: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum* (Hebraicè *viæ ſuæ*) *antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum.* Pro τὸ *poſſedit*, id eſt, acquiſiuit me, alij excribunt, *ædificauit*, quod verbum in Bibliis ad ſobolem ſpectat; ſicut etiam *nidificauit*. quò Verbi Incarnatio innuitur. Audi Epiphanium hæreſi 69. contrà Arianos: *Dominus*, inquit, *creauit me, hoc eſt, ædificauit me in vtero Mariæ. Principium enim viarum deſcenſus Chriſti in mundum.* Epiphanio adnuit Rupertus in Cantic. cap. 2. *Priuſquam naſcerer, Deo præſens aderam: antequam fierem, benè illi cognita fueram. Elegit me ante mundi conſtitutionem, vt eſſem ſancta & immaculata in conſpectu eius* Sed quid eſt, quod Maria Deipara dicitur caſta, ſancta, pura, *immaculata* ab ipſo initio, & *ab æterno* in id *ordinata*, ſeu deſtinata; vt tanta támque immaculata puritate pollens, digna Dei Mater & Virgo effici mereretur? Profundè pariter ac tempeſtiuè Leo Imperator Orat. 2. ita ſcribit: *Comitemur virgines æternam Virginem, in thalamum deducentes, communi generis honori,*

S. Epiphan. — Rupertus. — Leo Imper.

communem faciamus honorem; communi generis gaudio, commune tripudium ſtatuamus. Ecce tibi Beata Deipara altè dicitur *æterna Virgo.* Parùm eſt, quòd *æterna Virgo* dicatur, quia antè partum, in partu, & poſt partum virgo permanſerit: quia in concepto & partu, vbi reliquarum omnium pudor ſemper periclitari ſolitat, magno pudicitiæ auctario geminatit virginitatem. Quare S. Ildefonſus lib. de Virginit. B. Mariæ, eius *pudorem prole peractum* appellat; & ſubdit: *Integritas materna, quæ & poſt partum prolis concreſcit in gloria virginis .... Beatitudo matris, quæ indè fit generatio Dei, vnde neſcia corruptionis.* Sed viderit ſubtilius Marianæ deuotionis acumen, cur *Æterna Virgo* nominetur. Quâ ſuper re nos ſuprà §. 321. num. 2. aliquid pro immaculatâ eius Conceptione delibauimus.

Cur Maria Deipara dicitur æterna Virgo.

S. Ildefonſus

Auctor. ſuprà §....n.2.

3. Lucæ 1.v.27.

Lucæ 1. miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, *ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph ..... & nomen virginis Maria.* Nempe Beata Maria antè conceptum & partum, ſemel & iterùm appellatur Virgo: ſic enim eam dudùm Iſaias antedixerat: *Ecce virgo concipiet.* Itaque & Prophetico & Euangelico ore nuncupatur virgo, quæ Dei mater futura erat. Verùm diuinâ Maternitate ſic Deiparæ virginitas aucta eſt, vt S. Ildefonſus lib. de Virginit. B. Mariæ, cap. 10. dixerit: *Virginitatem Domina mea genita proles nec introiens nec exiens læſit, nec concepta, nec nata violauit. Hanc ergo feminam conceptio virginem reddit.* Res planè mirifſima, & attenta expenſione digniſſima, quòd cùm Beata Maria antè conceptum & partũ, ſemel, iterùm, & ſæpiùs virgo dicatur; adeò vt nec cum Iudæis, nec cũ Hæreticis vlla hâc de re controuerſia ſit; in conceptu ſeu incarnatione Verbi, vſque adeò eius virginitas mirè excreuit, vt quaſi tunc Marianæ virginitatis inauguretur auſpicium, dicat Ildefonſus: *Hanc fœminam cõceptio virginẽ reddit.* O qualis quantáque eſt in Deiparâ virginitas, quã, etſi hactenùs ſemper virgo fuerit, diuina Maternitas *virginem reddit!* Mirifſimus hic eſt diuinæ Maternitatis effectus, quòd Dei Matrem & virginem inueniat, & faciat. Nouus ſanè, & nouiter arcanus virginitatis titulus! An auguſtiori hoc titulo virgo, *Æterna virgo* nominatur.

Iſaiæ 7.v.14.

S. Ildefonſus

Num Beatâ Deiparâ Verbi conceptio virginẽ reddit?

Alia ratio cur Deipara, æterna virgo nominetur.

4. Canticorum 1. hæc ſponſi ad ſponſam vox eſt: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* (hæc geminatio, pulchritudinis exaggeratio eſt: quare Mariæ vmbra Suſanna, *pulchra nimis* dicitur) Confeſtim ſponſa Deipara Deo ſponſo reſpondet: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus.* Cùm *lectuli*, & quidèm *floridi* mentionem facit ſponſa, virginem puritatem innuit in arcanâ diuini Verbi corporatione, ſeu conceptione. Præſcripta verba ſic appoſitè ad rem præſentem elucidat Guilielmus Paruus, ſic inibi fatus: *Ecce tu pulchra es, &c. Ego non tantùm Mater, ſed & virgo. Quia æterna Diuinitati tuæ temporaliter acceſſit humanitas, & mea virginitati non ſucceſſit, ſed acceſſit fœcunditas.* Nota verba quæ ſubiofert: *Sicut enim enim purus homo virginem matrem habere non poteſt, ita Deus homo Matrem niſi virginem habere non poteſt.* Eo Mariæ illibata ſemper virginitas ex diuinâ etiam Maternitate euincitur: & vndè periclitari poſſe videbatur, indè certiùs & explicatiùs adſtruitur: *Deus homo Matrem niſi virginem habere non poteſt.* Porrò quantùm decoris Diuinæ dignitati detrahere videtur, quod homo ſit; tantùm illi dignitatis adiicit, quòd Virginis filius ſit: neque enim niſi Deus, Virginis filius eſſe poteſt. Scitum eſt illud Bernardi Serm. 2. de Aduentu: *Congruebat Virgini, vt non pareret niſi Deum; & talis natiuitas decebat Deum, vt non niſi de Virgine naſceretur.*

Hic verſ. 2. Cant.1.v.15.

Guilielmus.

Homo Deus Matrem niſi virginẽ habere non poteſt.

S. Bernard.

Iſaiæ 7. Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, inquit: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* In Hebræo textu habetur, *Virgo illa*, id eſt, Virgo illa opinatiſſima, expectatiſſima, quæ permanens virgo Chriſtum, id eſt, hominem Deum paritura eſt. Rupertus exponens illud Canticorum 2. verſ. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*; hinc Deiparæ virginitatem extollit. Sic autem Cornelius inibi ſcribit ex Ruperto: *Beata Virgo dicere poterat Chriſto: Tu ſolus mihi es filius vnicè dilectus, & ego tibi ſum Mater (imò & quaſi Pater) dilectiſſima, qui paſceris inter lilia virginitatis meæ & Ioſephi mariti mei. Ex hoc enim virginali coniugio decebat te naſci, quaſi virginitatis filium. Hoc eſt quod ait Iſaias: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus.* Itaque Chriſtus Deus Mariæ Virginis filius eſt; imò & Marianæ *virginitatis filius*, quaſi ratio diuinæ Maternitatis à Virginitate ſit; & Beata Virgo humilitate placuerit, virginitate conceperit. quod eſt auguſtum Marianæ virginitatis elogium.

5. Iſaiæ.7.v.14.

Cant.2.v.16. Rupertus. Cornelius.

Chriſtus Deus dicitur Marianæ virginitatis filius.

6. Canticorum 7. ſic ſanctam ſponſam cæleſtis ſponſus alloquitur: *Venter tuus ſicut aceruus* (Symmachus, *cumulus*) *tritici, vallatus liliis.* Venter Beatæ Virginis fuit aceruus ſeu cumulus tritici, id eſt, Chriſti, qui cibus & panis eſt Chriſtianorum; vallatus liliis, id eſt, ſtipatus virginitate, quæ liliorum candore deſignatur. Sed audiendus eſt inibi Guilielmus, qui ſuper his verbis ita philoſophatur: Eſt, inquit, *ſicut aceruus tritici, quia prole diſtentus & tumidus; ſed tamen vallatus liliis, quia perpetuæ virginitatis inanitate, ſed veritatis plenitudine tumidus.* Pulchrè quidèm Guilielmus! Scilicet perpetua Mariæ virginitas, *inanitas* dicitur, quæ non niſi Deo ipſo replenda erat. Profundè Mariana virginitas dicitur *inanitas*, quòd ipſa virginitas & humilitate imbuta denotetur, & locum immenſo Deo capaciſſimum præbeat, non niſi Deo ipſo replendum. Scilicet Deiparæ virginea *inanitas*, ſic eſt ampliſſimè anguſta, vt ipſo Deo impleri mereatur: *Venter tuus, quia perpetuæ virginitatis inanitate, Veritatis plenitudine tumidus* eſt.

Cant. 7.v.2. Symmachus

Guilielmus

Deipara vtero, quia virginitatis inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt.

7. Canticorum 1. hæc ſponſi verba ad ſponſam audiuntur: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.* Genæ ſponſæ Deiparæ aptè turturi comparantur; quia tortur pudica eſt, manſueta, modeſta, & verecunda, idque maximè in genis repræſentatur: *In genis eſt ſedes pudoris*, ait,

Cant. 1.v.9.

Plinius. *Cornelius.*

ait Plinius lib. 11. cap. 37. Exinde ibidem notat Cornelius, quòd Virgo Deipara non ſolùm turturi, ſed & api comparatur: apes enim copulam neſciunt, ſed virgines concipiunt pariúntque ſuos fœtus, vti Beata Virgo miro modo in ſe copulauit virginitatem & fœcunditatem, ſiue maternitatem. Elegantèr S. Ambroſius lib. 1. de Virgin. *Digna*, inquit, *virginitas, quæ apibus comparetur: ſic laborioſa, ſic pudica, ſic continens. Rore paſcitur apis, neſcit concubitus, mella componit. Ros quoque Virgini eſt ſermo diuinus, quia ſicut ros, Dei verba deſcendunt. Pudor Virginis eſt intemerata natura; partus Virginis, fœtus laborum, expers amaritudinis, fertilis ſuauitatis.* Quid Marianæ virginitati accommodatius?

Deiparæ Virginitas api comparatur. quare? S. Ambroſ.

8\. Lucæ 1. Beata Virgo vbi primùm ex Angelico ore audiuit ſe parituram, etſi Filium Dei, ſilentium rumpit, & pudorem æternâ virginitate tuetur, aiens: *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* Et tandem cùm audit non viri operâ, ſed arcanâ Spiritus ſancti obumbratione negotium diuinæ Incarnationis peragendum, diuinæ Maternitati humilis adnuit. Audiendus eſt Philipp. Abbas lib. 1. in Cantic. c. 4. ſic de ſponſi oſculo fatus: *Ille*, inquit, *quem diligo, mihi mirabiliter coniungatur, ſuo mihi oſculo, ſuo mihi ſpiritu interna ſuauitas effundatur; cuius ope, & opere mea carnis Integritas muniatur, & in me Verbum carni, Deus homini perſonaliter vniatur. Videte miraculum Matris Domini, Virgo ſponſi oſculum accipit, oſculantis ſpiritum percipit, & in oſculo iam Mater concipit, dum operante ſpiritu conceptum recipit.* Bellè ſub metaphorâ oſculi ſpiritum arcanè inſpirantis, virginea & diuina Maternitas peragitur. Et nota, quòd iſtiuſmodi Maternitate, Marianæ carnis virgo *Integritas munitur.* O! Deipara dum Deum concipit, virginitatem *munit?* O ineffabile è diuerſo munimen!

Lucæ 1. v. 34. *Incarnatio ſub oſculi metaphorâ pulchrè exponitur.* *Philip. Abb.*

Diuinâ Maternitate Virginis integritas munitur.

§. CCCXXVI.

Citrà Angelorum inuidiam inſeritur Deiparæ menti Spiritus ſanctus, cuius ſeptem dona in ea oculata ſunt.

S. Brigitta in ſerm. Angel. c. 4. *Deipara eſt citrà Angelorum inuidiam.*

1\. IN Angeli ſermone hæc de Virgine Deiparâ leguntur: *O omnium conſolatio Virgo Maria, hoc ipſum tu es, ad quod Angeli à principio ſuæ creationis tantâ arſerunt charitate, quod licèt ex ſuauitate & claritate, quam ipſi in Dei viſione & appropinquatione habebant, ineffabiliter lætabantur; plurimùm tamen ex eo gauiſi ſunt, quòd tu ipſi Deo eis propinquior fieri debebas; & ex eo quòd maiorem charitatem, maiorémque ſuauitatem, quàm ipſi habebant, tibi nouerunt reſeruari.* Et poſt paucula: *Et ideò ipſi Angeli de hoc magis exultabant, quòd te Deus creare volebat, quàm ex eo quòd ipſos creauerat. Et ſi tu, ô Virgo ſanctiſſima, Angelis mox vt creati fuerunt, gaudium fuiſti, quæ ipſi Deo ſine principio ſumma delectatio extitiſti.* Itaque tanta, támque auguſta fuit excellentia Virginis Deiparæ, vt Angelis exuberans gaudium, & Deo ſumma delectatio extiterit. Et quod mirere magis, quòd tantam támque Deo proximam excellentiam aſſecuta, adeò citrà Angelorum inuidiam, eam obtinuerit, vt Angeli *plurimùm ex eo gauiſi ſint, quòd tu ipſi Deo eis propinquior fieri debebas; & ex eo quòd maiorem charitatem, quàm ipſi habebant, tibi nouerant reſeruari.* Hem! ita ſibi adgaudent, & gratulantur Angeli, quòd illis omnibus longè potior, excellentior, ſublimior, auguſtior Virgo Deipara exiſtat? quid exaggeratius?

Sibi gratulantur Angeli quòd B. Virgo potior illis exiſtat.

2\. Ioannis 1. hac perbreui ſententiâ totam Incarnationis œconomiam compendiauit: *Et Verbum caro factum eſt.* Scilicet cùm Beata Virgo Spiritui ſancto ad Verbi incarnationem conſenſum ſummâ humilitate & charitate præbuit, dicens: *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, tunc reipsâ dixit: Filius Dei ſumat ex me carnem, eámque ſibi intimè vniat Verbum Dei: atque in eodem inſtanti, inoperante Spiritu ſancto in ſacro eius vtero *Verbum caro factum eſt.* Sed vide ad quàm præcelſum gratiæ gradum tunc animâ & corpore ſublimata ſit: *Profectò*, ait Rupertus, *anima tua liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt, ſcilicet Deus Pater locutione admirabili, locutione ineffabili, dum ſubſtantiam Verbi ſui, cum illo amore ſuo Spiritu ſancto, tuæ menti, tuo ventri penitus insereret.* Itaque cùm Verbum caro factum eſt, tunc & *ſubſtantia Verbi* diuini *inſeritur* virginali Deiparæ vtero, & Spiritus ſanctus eiuſdem Mariæ *menti inſeritur.* Et licèt ſubſtantiam Verbi inſeri Mariano vtero, ſit portioni Marianæ carnis hypoſtaticè vniri; & eodem tenore verborum dicatur Spiritus ſanctus Deiparæ *menti penitus inſeri*, non rigoroſè & ſimpliciter ſic illi vnitur; ſed quaſi hypoſtaticè, & per quandam analogiam ad hypoſtaticam vnionem, Deiparæ menti Spiritus ſanctus inſeri perhibetur: *Deus Pater ſubſtantiam Verbi ſui, cum illo amore ſuo Spiritu ſancto, tuæ Menti, tuo Ventri penitus inſeruit.* Qui modus loquendi ſaltem innuit arcano & ineffabili quodam modo Beatæ Virginis menti & animo Spiritum ſanctum inſeri, immeratis vbertim gratiis mirifimè exundantem, Ruperti verba conceptuum grauida, per me quiſque aliter emedullet: quocumque autem modo accipiantur, non vulgare Deiparæ præconium altè buccinant.

Ioan. 1. v. 14. *Lucæ 1. v. 38.* *Rupertus in Cant. c. 1. v. 2.* *In Incarnatione Spiritus ſanctus menti Deiparæ penitus inſeritur, quomodo?*

3\. Canticorum 5. ſic ſacra ſponſa cæleſtem ſponſum alloquitur: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum.* Nempè Beata Virgo inuitat Verbum æternum in hortum ſuum, id eſt, in vterum ſuum, vt in eo comedat fructum pomorum ſuorum, hoc eſt, virginalem carnem à ſe præparatam hypoſtaticè aſſumat: incluſus autem paradiſeo vtero, ibi ſuarum virtutum edulibus ac ſapidiſſimis fructibus delicioſè fruetur. Itaque ipſa Deipara eſt *hortus*, ad quem ipſa Verbum corporandum inuitat. Verùm ſubtiliter quærunt Interpretes, quare Beata Virgo hìc vocetur *Hortus*, non ager, non campus, non mons, aut collis? Scilicet *Hortus* (reſpondet Rupertus) *quòd ſemper ibi aliquid oriatur; quia cùm alia terra ſemel in anno aliquid creet, Hortus nunquam ſine fructu eſt.*

Cant. 5. v. 1. *Rupertus.*

Deipara appellatur Hortus, quia ſemper fructificat.

Vnde ergo Hortus es tu, ô dilecta dilecti, niſi quia in te uatum eſt aliquid, quod nunquam deſinit, nunquam marceſcit aut deficit. Nimitùm arbor illa in fertiliſſimi agri plaoitie ſita, & ſecùs decurſus aquarum plantata, cùm eius fœcunditas maximè exaggeratur, *Fructum ſuum dabit in tempore ſuo* dicitur. (Pſalm. 1.v.3.) At Virgo Deipara non ager, aut campus nominatur, ſed *Hortus, quod ſemper ibi aliquid oriatur,* & perpetuò ac inceſſanter vernet, floreat, & perpetuis fructibus ſemper autumnet. In eius fauſtà immaculatè Conceptione ſeu animatione præcocem tulit gratiam, in infantiâ, in pueritiâ; in iuuentute, in ſenectâ. Cùm concipitur, cùm naſcitur, cùm in templo præſentatur, cùm Verbum incarnatione corporat, cùm parit, cùm illum in cruce Deo offert, cùm Reſurgenti gratulatur, cùm in cælos Aſcendentem ſuſpicit, cùm Spiritum ſanctum plenè excipit. In ſingulis vitæ ſuæ annis, menſibus, diebus, horis momentis; in vigiliâ, in ſomno; ſemper & vbiuis fructificare non ceſſat. Eſt ergo non ager, non campus; ſed *Hortus, quòd ſemper ibi aliquid oriatur.* O qualem, quantúmque gratiæ & meritorum cumulum hæc perennis fructificatio congeſſit; quæ omnium Angelorum iunctim & hominum ſanctitates longè ſuperat, & immeratè excellit!

4\. Canticorum 1. hæc ſponſi ad ſponſam verba leguntur: (Cant. 1.v.14.) *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum.* S. Gregorius Nyſſenus homil. 4. in Cantic. ſic præſcripta verba luculenter exponit: (S. Nyſſen.) *Anima liberata à corporali* (carnali) *affectione habet ſpeciem columbæ in oculis, hoc eſt, characterem vitæ ſpiritualis, &c. ſic quoniam purus factus eſt animæ oculus, capax eſt characteris columbæ & Spiritus ſancti.* Iſtiuſmodi character columbæ ſeu Spiritus ſancti explicatiùs de Beatâ Virgine traditur in hoc loco. Porrò columba index eſt Spiritus ſancti: oculi columbæ ergo notant ſeptem dona Spiritus ſancti, id eſt, plenitudinem gratiarum, quâ omnes homines & Angelos præcelluit Deipara. Qua ſuper re ſic altè philoſophatur inibi Rupertus:

Mariæ oculi capaces ſunt characteris columbæ, id eſt, Spiritus ſancti.

(Rupertus. Zachar. 3. v. 9.) *Nec eſt*, inquit, *nouum vt ipſa ſeptem dona dicantur oculi: nam & apud Zachariam Prophetam ipſamet ſignificantur per ſeptem oculos, qui ſunt in vno lapide Chriſto. Iſti oculi mei ſunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum. Omnium gratiarum tu facta es particeps, ex quo me caſtis viſceribus ſuſcepiſti, ſuper quem requieſcunt omnia prædicta Spiritus ſancti dona, vt dicitur apud Iſaiam; & in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* (Ad Coloſſ. 2. v. 9.) Itaque Deiparæ oculi dicuntur oculi columbæ, id eſt, Spiritus ſancti; quia ſeptem dona Spiritus ſancti Chriſto communicata, ipſe Matri Virgini communicauit: hæc autem Spiritus ſancti dona dicuntur oculata, vel potiùs oculi: ſic enim ait Chriſtus: *Iſti oculi mei ſunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum.* Profundè quidem gratiæ ſeu dona Spiritus ſancti Deiparæ Virgini donata, appellantur oculi, ſeu Spiritus ſancti dona oculata. Porrò ſic ſunt ſublimia, & vltrà humanum faſtum auguſtiſſima, vt præcaueatur, ne cæco amoris impetu erga talem Matrem videantur donata; ſed adeò attentè perſpicaci prouidentiâ, vt non tantùm donans prouidenter oculatus, ſed & ipſa dona oculata dicantur; & quibus Chriſtus Deus, & Mater Virgo inoculari perhibentur: *Iſti oculi mei ſunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum.* Hæc Ruperti ſententia ſententiarum grauida, aliàs aliunde forſan emedullabitur: fœcunda eſt enim conceptuum, qui Beatæ Virginis gratias ſumptuoſiùs adornent. Hæc enim in oculis, columbæ ſeu Spiritus ſancti ſpecies, Marianæ vitæ, gratiæ, ac ſanctitatis generoſus *character* eſt. O arcana Spiritus ſancti dona in Virgine Deiparâ perſpicaciter oculata!

Suos oculos Chriſtus Matri donat, quo ſenſu.

Septem dona Spiritus ſancti, ſed oculata, Deiparæ donantur.

Geneſeos 1. in mundi naſcentis exordio, terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, *& ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* 5. (Gen. 1. v. 2.) Pro τὸ *ferebatur*, alij ex Hebræo vertunt, *fouebat*, quod teſte Baſilio, Diodoro, & Hieronymo, proprium eſt volucrum, (Hebræus. S. Baſilius. Diodorus. S. Hieron.) dum ſuper oua & pullos quaſi pendulæ leniter agitatione alarum ſe librant, motitant, & volitant, iiſque deinde incubant, calorem aſpirant, & animant, atque prolem fœcundè propagant. Itaque adſimilis fotus Spiritui ſancto cognatus eſt. Eloquenter Cyprianus (S. Cyprian.) ſerm. de ſancto Spiritu: *Impoſſibile eſt*, inquit, *eum viuere, cui non ſuperfertur ſpiritus vitæ, cuius viuificus calor animat omnia, & fouet, & promouebit, & fœcundat.* Opportunè Richardus (Richardus.) à ſancto Laurentio lib. 10. de laudibus Virginis, ita ſcribit: *In nido ponit, & fouet auis oua ſua, & pullos; ſic & vir iuſtus opera, & bonos actus in Mariâ.* Quorsùm omnia bona opera, actus bonos, & illorum perficiendorum ſpem omnem, velut in nido tuto ac fœcundo ponit in Mariâ? Ecquis in Mariano nido incubet, ac foueat omnes pios Iuſtorum actus ad virtutis fœcunditatem? Addit idem Richardus: *Maria nidus columbæ, id eſt, receptaculum Spiritus ſancti.* Itaque cæleſtis hic Spiritus ſancti fotus, quo in Mariâ velut in ſuo nidulo, fouet & animat bona hominum opera, bonos actus à terrâ ſubrigit in cælum, alit ſtudia virtutum, ſanctitates nutrit & adipat; in hoc Mariano *nido*, Columbæ, id eſt, Spiritus ſancti fotu peragitur. Spiritus ſanctus propter Mariam, per Mariam, & in Mariâ, omnia hominum bona fouet, animat, incrementat, & vſque ad ſummam perfectionem, deducit. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi,* (Luc. 1. v. 35.) quo & Virgo ſis Dei fœcunda, & in hominibus bonorum operum copioſè fertilis. O in Mariâ, velut in Spiritus ſancti *nido*, ponamus vota noſtra, noſtra ſtudia, noſtros actus, opera, virtutes; vt ad gratiam & gloriam cælitùs animentur! Spiritus ſanctus per Mariam auxiliaris eſt omnibus, præſertim ipſi Mariæ, quam ſuo patrocinio fouet, inumbrat, tuetur: & Suſannæ tanquam Mariæ vmbræ. Quare *ſuſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel,* qui pulchras de Suſannæ innocentiâ vindicias agit. (Hic verſ. 45.) Sic eſt Spiritus ſanctus vel Marianæ vmbræ vmbraculum, & tutor, & patronus!

Opera noſtra ponenda ſunt in Mariâ, quæ nidus eſt Spiritus ſancti.

§. CCCXXVII.

§. CCCXXVII.

Diuinæ Maternitatis auguſtior arcanè ſublimitas.

1. B.Petr.Dam.

BEatus Petrus Damianus ſerm 1. in Natiuit.B.Virg. poſtquam tres modos, quibus Deus ineſt creaturis expoſuit: *Quarto modo*, inquit, *ineſt vni creaturæ, videlicet Mariæ Virgini identitate, quia idem eſt, quod illa. Hîc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis & dignationis immenſitatem. Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus, ſed non cum Angelis, quia cum illis einſdem non eſt eſſentia. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illâ, cum quâ vnius naturæ habet identitatem...... tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus eſt, vt meliore non poſſet.* Quid de diuinâ Maternitate ſublimius?

Lucæ 1. v. 28. Deus eiuſdem naturæ eſt cum Virgine Deipara, quomodo?

2. Lucæ 1. v. 28.

Lucæ 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo* ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Subaudi *eſt*, potiùs quàm *ſit*. Dat Angelus cauſſam cur tunc Maria Virgo gratiâ ſit plena; quia ſcilicet Dominus cum eâ eſt, eique aſſiſtit, & præſtò eſt ſingulari modo, vt in eâ ſingulare Incarnationis Verbi opus iam iam operetur. Verùm S.Bernardus ſerm. 3. ſuper *Miſſus eſt*, ſubtiliter aduertit, quòd non ſatis ſibi cohærere videtur, & quòd *miſſus* ſit Angelus à Deo, & quòd dum à Deo miſſus, ſtatim nuncij munus obit, dicat, *Dominus tecum.* Sic fatur Bernardus: *Quid mirum ſi gratia plena erat, cum quâ Dominus erat? Sed potius hoc mirandum, quomodo qui Angelum miſerat ad Virginem, ab Angelo inuentus eſt eſſe cum Virgine? Itáne velocior Angelo fuit Deus, vt feſtinantem nuncium celerior ipſe præueniret ad terras?* Celeriter Deus præuenit nuncium, & Virgini adeſt iam iam operaturus ſummum diuinæ corporationis myſterium, quo vera Dei Mater exiſtat. Pergit inibi Bernardus, & poſtquam expoſuit plures modos, quibus Deus eſt in creaturis, addit: *Sed cùm ita ſit cum omnibus ſanctis, ſpecialiter tamen cum Mariâ, cum quâ vtique tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolùm voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſi de ſuâ Virginiſque ſubſtantiâ vnum Chriſtum efficeret, vel potiùs vnus Chriſtus fieret; qui etſi nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei & totus Virginis eſſet; nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius.* Ecce tibi magnum Incarnationis ſacramentum, & auguſtum Deiparæ encomium: *Dominus tecum*, id eſt, ſic Deus Verbum iam iam eſt cum *Virgine, vt illius carnem ſibi iungat, ac ſi de ſua Virginiſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret, vel potiùs vnus Chriſtus fieret.* Hem! de Virginis Deiparæ ac diuini Verbi ſubſtantiâ Chriſtus Deus fit? In Reuelat. S.Brigittæ lib. 9. in fine Interrog 9. hæc Chriſti Dei ad Virginem verba leguntur: *Verè Mater chariſſima verbum oris tui attraxit quodammodo Deitatem meam in te; & feruor diuinæ dulcedinis tuæ nunquam ſeparabit me à te.*

Deus Angelum miſſum ad Virginem, Angelum præcurrit.

S.Bernard.

De Virginis ac Verbi ſubſtantiâ, vnus Chriſtus fit.

Verbum Mariani oris attrahit Deitatem.

S.Brigitta.

3. Pſalm. 72. v. 27.

Hæc Pſalmographi verba ad Chriſtum Deum, in ore Deiparæ potiùs reſonent: Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? *Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Aſſentior Theodoro in Catenâ Græcorum Patrum, qui hunc locum exponens, ita fatur: *Illud enim, Deus cordis mei, pro Deo meo dicit, more ſolito ex parte totum denominans.* En Deipara Virgo Filium Deum appellat Deum *cordis* ſui, & *partem* ſuam. Audienda eſt S. Brigitta lib. 1. Reuelat. cap. 35. vel potiùs Beata Virgo, quæ ita de ſe fatur: *Cùm naſceretur* (Chriſtus) *ex me, ſenſi ego quòd quaſi dimidium cor meum naſceretur & exiret ex me.* Chriſtus Deus dimidia pars Mariani cordis eſt? Chriſtúſne cor Deiparæ adintegrat? O quàm verè dicere potuit: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum!* Vide hìc Verbi diuini ac Deiparæ arctum ab Incarnatione nexum: *Ac ſi de ſua* (Verbi) *Virginiſque ſubſtantia vnus Chriſtus fieret.*

Theodor.

Chriſtus Deus, dimidium Deiparæ cor dicitur. quare?

S.Brigitta.

4. Iſaiæ 11. v. 1. & 2.

Iſaiæ 11. *Et egredietur*, inquit, *virga* (alij *germen*) *de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Quæ verba Interpretes iure merito de Beatâ Virgine accipiunt. Ad quem locum profundo ſtilo alludit Leo Imperator orat. 2. ſic ad rem fatus: *Ecce te progerminatricem Dei radicem, ex qua ramus pullulabit, ſub cuius vmbra requieſcent Orbis terræ fines, in prato gloriæ plantant.* Mitto nunc quòd cùm puellula Deipara in templo præſentatur, in *prato gloriæ plantari* perhibetur; quæ ſententia aliàs forſan enucleabitur. Ad rem autem, illam Leo appellat *progerminatricem Dei radicem.* Hem! radix Dei progerminatrix Deipara dicitur? Quid ſublimius? quid auguſtius? O quàm multa pauciſſimis!

Deipara dicitur radix progerminatrix Dei.

Leo Imper.

Cùm Maria in templo præſentatur, in prato gloriæ plantari dicitur.

5. Lucæ 1. v. 35.

Lucæ 1. adhuc cunctanti Virgini ſubinfert Angelus: *Et quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur* (id eſt, reuera erit, vt iure vocari poſſit, & debeat) *Filius Dei.* τὸ *naſcetur*, Græcè eſt in præſenti, *quod naſcitur*; propriè vertas, *quod gignitur*, id eſt, iam iam generatur, ſiue mox generabitur. Itaque loquitur Angelus de conceptione ſeu Incarnatione Verbi diuini in vtero puriſſimæ Virginis, in quâ ſanctus concipitur, ex quâ ſanctus naſcitur homo Deus, Chriſtus Ieſus, Deiparæ Filius. Audi Bernardum: *Vt quid*, inquit, *ita ſimpliciter ſanctum, & abſque additamento? Credo quia non habuit quid propriè dignéve nominaret. Illud eximium, illud magnificum, illud reuerendum, quod de puriſſima videlicet Virginis carne, cum ſua anima vnico Patris erat vniendum; ſi diceret, Sancta caro, vel ſanctus homo, vel ſanctus infans, quicquid tale poneret, parùm ſibi dixiſſe videretur. Poſuit ergo indefinitè Sanctum, quia quicquid illud ſit quod Virgo genuit, ſanctum proculdubiò ac ſingulariter ſanctum fuit.* Vide qualis quantúſque ſanctitate Deus homo ex vtero Matris prodierit. Sed vide etiam mihi qualiter Filius Deus vices Matri Virgini rependerit. Ita enim Filius Matrem alloquitur apud Guarricum Abbatem ſerm. 2. de Aſſumptione: *Veni electa mea, &c. Communicaſti mihi quòd homo ſum, communicabo tibi quòd Deus ſum.* Communicauit Deipara Virgo Chriſto Deo, quòd homo *Sanctum indefinitè*

Græcus.

S Bernard. ſerm 4. ſuper *Miſſus eſt.*

Cur Verbum incarnatum, ſeu Chriſtus, non ſanctus, ſed Sanctum nominatur?

Guarricus.

Deipara communicat Filio quòd homo eſt; Filius Deiparæ communicat quòd Deus eſt.

indefinitè eſt; ipſe autem Chriſtus Deus Matri Virgini communicat, quòd Deus eſt: Mater enim Dei eſt, quicquid boni, quicquid pulchri, quicquid ſancti citrà Deum eſt. Pia noſtræ mentis audacia, & immetata vis diuinæ omnipotentiæ, Marianæ ſanctitatis menſura eſt, & inde cenſenda. Quid boni infrà Deum non eſt, quæ vera Dei Mater eſt? *Communicaſti mihi quòd homo ſum, communicabo tibi quòd Deus ſum.* Quid exaggeratius? Quare *pulchra nimis*, Suſanna eius typus perhibetur.

Hic verſ. 2.

6. Pſalmo 72. hæc pulchra Prophetæ vox auditur: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Dicit *bonum* generatim, vt inexplicabilem animæ felicitatem innuat, quæ cum Deo eâ ratione coniungitur. Hæc eſt illa expropriatio ſui, & velut tranſlatatio ad intimam adhæſionem ſummo bono. Eleganter Auguſtinus ſerm. 13. de Verbis Apoſtoli: *Dicebat Epicurus: Mihi frui carne bonum eſt. Dicebat Stoicus, Mihi frui meâ mente bonum eſt. Dicebat Apoſtolus* (à Dauide edoctus,) *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Hæc Pſalmographi verba ſic expouit Bernardus ſerm. 71. in Cant. *Mihi*, inquit, *adhærere Deo bonum eſt. Bonum planè, ſi omni ex parte adhæſeris. Quis eſt, qui perfectè adhæret Deo, niſi qui in Deo manens tanquam dilectus à Deo, Deum nihilominùs in ſe traxit diligendo? Ergo cùm vndique inhærent ſibi homo & Deus; inhærent autem vndique intima & mutua dilectione inuiſcerati alterutrum ſibi: Per hoc Deum in homine, & hominem in Deo eſſe haud dubiè dixerim.* Quæ verba præcipuè conuenire Beatæ Deiparæ cenſet Cornelius in Canticorum cap. 2. verſ. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Sic enim Verbum diuinum intimè adhæret Virgini Deiparæ, vt illi *inuiſceretur*; & illa rurſus *inuiſceretur* Filio Deo: *Inhærent vndique inuiſcerati alterutrum ſibi.* Hoc ſanè eſt arcanum diuinæ Maternitatis ſacramentum, quod humanæ mentis faſtum longè tranſcendit.

Pſalm 72. v. 28. — S. Auguſt. — 1. Cor. 6. v. 17. — S. Bernard. — *Deipara & Filius inhærent vndique inuiſcerati alterutrùm ſibi.* — Cornelius. Cant. 2. v. 16.

7. Canticorum 8. hæc verba leguntur: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Alij vertunt, *quando fiet ſermo in ea*; alij, *quando fiet ſermo cum ea*, quod etſi nonnulli in contrarium ſenſum intelligant; cùm de Mariæ Aoounciatione, ſeu Verbi Incarnatione agatur, idem videtur eſſe ſenſus, nempe, cum Angeli ore *fiet ſermo cum ea*, id eſt, Mariâ: aut *fiet ſermo in ea*, cùm diuinus ſermo, ſeu Verbum diuinum *in ea*, & ex eâ homo fiet. Et ſanè notatione & admiratione digniſſimum eſt, quòd tot gazis, & accerſîtis de cælo ornamentis Maria Virgo dotanda ſit, cùm ſit Mater Dei, & tunc tanquam dubius inducatur Deus, quid faciendum illi ſit. Dicat Leo Imperator: O Deipara, *quis conetur magnitudinem tuam metiri?* homo enim erat. Cenſeat Alanus ibi hæc verba ab Angelis dici de Beatâ Virgine, iam iam futurâ Dei Matre. Forſan ad hanc dubitationem adiudit B. Thomas à Villanouâ, aiens: *Fecit mihi magna qui potens eſt, ſed quàm magna? neſcio an ipſamet valuit ſuam comprehendere magnitudinem.* Benè eſt, neque homines, neque Angeli, imò neque ipſa Beata Virgo comprehendere valeant virtutum ac ſanctitatum gazas, quibus dotatur in die, quo à Gabriele alloquenda eſt ſuper Incarnationis negotio, & diuinæ Maternitatis prærogatiuo; Deus autem cur inducitur velut dubius? Perbellè indidem Hugo Carenſis quaſi nomine Trinitatis ait: *Quid faciemus ſorori noſtræ? hoc quærit non dubitans, ſed quid facturus eſt exaggerans, quaſi dicat: Magna faciemus ei in die, quando alloquenda eſt à Gabriele.* Scilicet nihil apud Deum anceps, nil dubium eſt, abſit ab Omniſciente dubitatio. At tantus eſt virtutum cumulus, tanta eſt ſanctitatum opulenta perfectio, quibus noua Dei Mater dotanda erat, vt ad tot prærogatiuarum exaggerationem, quâdam diuini dubij ſpecie proponantur, aiens: *Quid faciemus* Virgini Mariæ *in die, quando alloquenda eſt à Gabriele? Quid facturus eſt exaggerans, quaſi dicat, Magna faciemus ei*: ipſa enim dixit, *Fecit mihi magna, qui potens eſt.* De eâque Siracides ait: *Vnus eſt altiſſimus creator Omnipotens..... ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt.* Tanta eſt enim eius perfectio, & tam conſummata omnium virtutum ac ſanctitatum pulchritudo, vt vel eius vmbra Suſanna, *pulchra nimis* proponatur.

Cant. 8. v. 8. — Leo Imper. orat. 3. — Alanus. — B. Thomas à Villanouâ. — *Dei velut dubium de perfectione Deiparæ, perfectionis exaggeratio eſt.* — Hugo Carēſ. — Eccli. 1. v. 8. & 9. — Hic verſ. 2.

§. CCCXXVIII.

Quàm ſit piè arcana deſideriorum Deiparæ audacia.

1. Cant. 2. v. 16. & 17.

CAnticorum 2. hæc legitur ſponſæ vox, quâ amoris reciproci meta figitur: *Dilectus meus mihi*, ait, *& ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies & inclinentur vmbra.* Paſci dicitur Chriſtus inter *lilia*, id eſt, inter virgines, præſertim Virginem Deiparam; & puras atque pudicè caſtas animas, qualis eſt Suſanna, cuius nomen *lilium* ſonat. Paſcitur autem inter iſtiuſmodi *lilia*, quandiu eis durant vmbræ huius vitæ mortalis. Nam vbi aſpirauerit & illuxerit dies beatæ gloriæ, iam inter Cælites verſans, deſiderium tranſibit in poſſeſſionem. Nunc autem, ait Beata Virgo donec huius vitæ vmbræ inclinentur, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, ſicut heliotropium perpetuò ad Solem, ſic ad ſponſum ac Filium meum deſiderijs hio. Sophronius ſerm. de Aſſumptione, hac ſuper re ita ſcribit: Cogitate, inquit, & perpendite quantis afficiebatur Beata Virgo doloribus poſt Chriſti ad cælos aſcenſum: conſiderate quo cruciabatur amore, *quóve deſiderio æſtuabat Virgo, dum reuolueret animo cuncta, quæ audierat, quæ viderat, quæ cognouerat; quanto indeſinenter cremabatur ardore pij amoris! quantis mouebatur repleta Spiritu ſancto cæleſtium ſecretorum incitamentis! quia ſi diligebat Chriſtum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, nouis tamen quotidie inflammabatur præſentia abſens deſideriorum affectibus.* Quænam eſt hæc Chriſti *præſentia abſens*, quæ affectum Deiparæ ſic mouet? Opinor, & monſtrum eſt *præſentia abſens*, & affectuum monſtra progignet: in *præſentem* porrò fruitio fertur, deſiderium fertur in *abſentem*; quis, qualiſve erit affectus,

Hic verſ. 2. — Sophronius. — *Chriſti velut præſentia abſens, Deiparæ deſiderium arcanè mouet. quærit*

quem

quem *præſentia abſens* allicit? Profectò Beatæ Virginis deſideria adeò ſunt arcanè ſublimia, vt ſit ineffabile deſiderandi monſtrum, aut pium deſideriorum myſterium. Sic enim auido planè deſiderio gliſcit in *abſentem* Chriſtum, tam pleno affectu in illum fertur, ac ſi *ex toto corde, ex totâ animâ, & ex tota mente* præſente Chriſto frueretur; quæ eſt arcana deſiderandi emphaſis, & auidioris deſiderij meta: nam tanquam *abſens* hiantem auiditatem excitat & exacuit; tanquam *præſens* affectum totâ plenitudine exatiat. Imò inſatiabiliter ſatiat, ſicut ipſa ſuos deuotè clientes; aiens: *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient*, ac ſi pleno fruitionis affectu, ipſam deſideriorum ſitim bibant. Sic *nouis quotidie inflammabatur præſentia abſens deſideriorum affectibus*.

Eccli. 24. v. 29.

2. Canticorum 5. intempeſta nocte pulſat ſponſus ad ianuam ſponſæ: in oſtio autem aperiendo cunctanter agit, vt deſideria forſan erudiat. Tandem ait: Surrexi, vt aperirem dilecto meo. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque tranſierat.* Vnde confeſtim ſubdit: Anima mea *liquefacta* eſt, vt dilectus meus locutus eſt. *Quæſiui, & non inueni illum*, &c. Scilicet ſponſæ anima adſtantis & præſentis Chriſti poſſeſſione, *liquefacta* eſt; ſed cùm ſtatim declinauerat, atque *tranſierat*, ſimiliter præ deſiderio *liqueſcit*: quem ſuper adſtantem & præſentem habebat, iam abſentem (quippè qui *tranſierat*) deſideriis quærit, & ad illum inueniendum hianter ſuſpirat toto hiantis appetentiæ adnixu. Verùm enim verò S. Ambroſius in Pſalmum 118. ſerm. 22. quâ pollebat ingenij ſubtilitate, in τὸ *pertranſierat*, quo verbo innuitur abſentia, quæ ſponſæ deſideria excitauit; præſentiam nouè inuenit, quæ intimam poſſeſſionem arcanè denotat. Sic inibi fatur Ambroſius, aliàs perſtrictus: *Poteſt quidem & ſic accipi: Frater meus tranſiuit; ſicut legimus quod penetrauit dilecta intima medullarum. Quemadmodum ad Mariam dictum eſt: Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius.* O belle! Nimirùm τὸ *pertranſire*, declinaſſe eſt, & abſentiam importat: vnde ſubdit: *Quæſiui illum* deſideriorum greſſibus. Et ſimul τὸ *pertranſire*, eſt *intima medullarum* Deiparæ *penetrare*; quaſi intimè poſſideat, & animitùs fruatur eo, qui *tranſiiſſe* & declinaſſe perhibetur; & inde totâ deſideriorum appetentiâ eum hianter *quærat*, nec inueniſſe dicatur. Sic *nouis inflammabatur præſentia abſens deſideriorum affectibus*! Ecce tibi *præſentia abſens*, quæ eſt Mariani deſiderij arcanum nouiter ſacramentum, & deſiderandi hyperbole.

Cant. 5. v. 6.

Cùm Chriſtus tranſit, deſiderium excitans Deipara, illum intimiùs penetrat.

S. Ambroſ.

Lucæ 2. v. 35.

3. Canticorum 3. anxia ſic fatur ſponſa: In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem, &c. quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, *Num quem diligit anima mea vidiſtis? Paullulum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Ardenti deſiderio ſponſa ſponſum dilectiſſimum quærit; quem auidè inuentum, arctè tenet amoris amplexo. Syrus Interpres pro τὸ *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* altè exeribit (vt aliàs aliunde expendebamus:) *An eſſentiam amoris, quam diligit anima mea vidiſtis?* Miriſſimum ſanè eſt, quòd dum ſponſus Mariano deſiderio quæritur, tunc, tunc quidem *eſſentia amoris* nuncupetur; quaſi eſſentiam amoris obeat & adimpleat, cùm totum Mariæ deſiderium ſolus occupat. Rupertus Tuitienſis indidem hunc locum interpretatur de Virgine Deiparâ, cùm Ieſum in deſerto verſantem, & inde diu abſentem deſideriis anhelantibus anxiè quærit: *Ita*, inquit, *deſiderio quærebam & non inueniebam eum, vt ſolitaria poſſiderem ſolitarium. Dixi ergo, Surgam*, &c. Profectò *eſſentiam amoris quærit*, quæ *ſolitaria poſſidere ſolitarium* deſiderat. Solitarius eſt amor Deiparæ, cùm nihil aliud neque in cælo, neque in terrâ deſideret, quærátve, niſi dilectum ſuum, Chriſtum ſuum, ſponſum ſuum, reliquorum affectibus vacua, id ſolum hianter ſuſpirat, & viuido anhelat deſiderio. Exinde ſolitarium ſibi dilectum ſuum ambit, cui vnica eſſe percupit, ac ſi ſoli ſibi impendatur reciproco amore repetens: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Sufficit mihi dilectus meus, dum ego illi ſufficio. Vide hîc Mariani deſiderij præſtantiam; quæ *eſſentiam amoris* aut inuenit, aut declarat. Quod hîc in Suſannâ oculis videre licet: & tota eius hiſtoria publicat, quòd *ſolitaria poſſidere ſolitarium* vnicè ambierit, omniſque amoris commercium exiudè repudiauerit.

Cant. 3. v. 3. & 4.

Syrus.

Deſiderium Deipara in eſſentiam amoris fertur.

Rupertus.

Deipara ſolitaria ſolitarium poſſidere deſiderat.

Cant. 2. v. 16.

Hîc verſ. 44. &c.

Canticorum 8. ſua animitùs vota ſponſa publicat: *Quis*, inquit, *mihi det te fratrem meum...... vt inueniam te foris, & deoſculer te.* Pro τὸ *foris*, ex Græco alij exeribunt *in agro*; alij, *in foro*, id eſt, publicè, nempè deſiderium quod in penetralibus cordis latet, in foro, hoc eſt, publicè prodatur. Secundùm ſenſum litteralem hæc tribuuntur Beatæ Virgini in hac vitâ, ad Filium Deum auidè aſpiranti. Quâ ſuper re ita inibi ad rem Hailgrinus philoſophatur: *Inuenire*, inquit, *deſiderat eum ſolum, in Diuina videlicet natura, in qua ſolus eſt, & humanum non habet conſortium. Inuenire deſiderat eum, vt non ſolum cognoſcat in carnis ergaſtulo, ſed vt immenſitatem Deitatis inueniat, quæ nullo concluditur termino, & omnia continet & concludit, & ipſum ſic inuenire deſiderat, vt deoſculetur eum.* Ecce tibi quò adſpirant deſideria Deiparæ, nempe *immenſitatem Deitatis, quæ nullo concluditur termino, & omnia continet & concludit, ſic inuenire deſiderat, vt deoſculetur*, & diſſuauietur. Audax piè votum; ſed quod miriſſimè aſſecuta fuit: ſic enim Deiparam Leo Imperator alloquitur: *Sola tu à ſeculo electa es, quæ ſponſa eſſes Altiſſimi; ſola es implens omnia locus.* Audacia Mariani deſiderij videbatur, piè ambire, vt *immenſitatem Deitatis, quæ nullo concluditur termino, & omnia continet & concludit*, ſic inueniat, vt eum *contineat & concludat*; & miriſſimè ipſa *ſola ſit continentis omnia locus*. Virginali vtero immenſum *claudere*, & ſinu *contentum* ſuauiari gliſcit; neque id occultè, ſed in medio *foro* publicari exambit: quò deſideriorum magnitudo plenè adimpleta omnibus innoteſcat. 4.

Cant. 8. v. 1.

Græcus.

Hailgrinus.

Deipara deſiderat immenſitatem Deitatis concludere.

Leo Imper. orat. 2.

Deipara ſola eſt implens omnia locus.

Lucæ 1. ad Virginem Angelus ingreditur, 5.

&

& diuinæ corporationis negotium reuerenter tractat. Tandem reſpondit ei Maria: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Æthiopicus & Perſicus: *Sit mihi iuxta verbum tuum.* τὸ *fiat*, vel *ſit* vox eſt Mariæ conſentientis, & aſſenſum præbentis Angelico ſermoni, quo Verbi Incarnatio peracta eſt, & Myſterium ſummum diuinæ corporationis celebratum. Qualis autem fuerit hic actus, & ad quam virtutem ſingulariter ſpectet, inter Expoſitores dubium eſt. Nonnulli ad obedientiam referunt, Mariæque obſequium in his verbis agnoſcunt: alij ad orationem referũt, quâ precatur, vt iuxta Angeli ſermonem, Deus in eâ carnem ſumat, eique inuiſceretur. Ceterùm S. Ambroſius, Euthym. & Beda τὸ *fiat*, ad ardentiſſimum deſiderium referunt, quô Beata Deipara Incarnationem Verbi in ſe *fieri* iuxtà Angelicum ſermonem expetebat. Sic ex S. Auguſtino Bernardus ſerm. 4. ſuper *Miſſus eſt*, eleganter ſcribit: *Fiat, deſiderij eſt ſignum, non dubitationis indicium.* Grande quidem Mariani deſiderij elogium, vt Mariano *deſiderio* peractum ſit ſeculorum negotium, Diuina humaniùs corporatio, arcanior cæli œconomia, mundi libertas, humanæ redemptionis auſpicium: Mariæ ſiquidem *deſiderio Verbum caro factum eſt*, quod omnium retrò ſeculorum votum fuit, & ſubſequentium feſta gratulatio.

Lucæ 1. v. 38. Æthiopicus. Perſicus. *Maria deſiderijs peragitur magnum Incarnationis myſterium.* S. Ambroſ. Euthymius. Beda. S. Auguſtin. S. Bernard. Ioan. 1. v. 14.

6. Cùm ergo cæleſtis ſponſa ſic diuinis deſideriis exarſerit, diuinus ſponſus vices reciprocat, & ardentiorem erga ſponſam amorem, deſideriorum vocabulo exponit. Quare Canticorum 7. ſic fatur ſponſa: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Vatablus inibi ſic locum exſcribit: *Ego dilecti mei ſum, & ad me deſiderium eius*, ſupple, eſt. Et Chaldæus Paraphraſtes: *In omni tempore, quo ego ambulabo in viâ dominatoris ſeculi, habitare facit maieſtatem ſuam in medio mei; & ad me eſt deſiderium eius.* Quaſi dicat ſponſa, ait ibi Cornelius: Ego ſponſum diligo, & ille viciſſim vnicè me diligit; ego tota illius ſum, ille viciſſim totus meus eſt: Ego me totam deuoui illius obſequio, ille viciſſim ſe, ſuóſque oculos, ſuam curam, amorem, & officia in me conuertit, ac aſpicit *quid ego velim vel optem, illúdque illicò perficit, vt meis votis & deſiderijs obſecundet.* Profectò deſideria & vota ſponſæ ea ſunt, támque ardenter feruntur in diuinum ſponſum, vt tam ardenter reciprocam deſideriorum vicem iure exigant, & meritò extorqueant. Quid auguſtius, quàm vt verè dicere Deipara poſſit: Deus meus, & Filius meus *meis votis & deſiderijs obſecundat?* O magnum Mariani Deſiderij Sacramentum! Suſannæ deſideria cumulatiùs hîc Deus implet.

Cant. 7. v. 10. Vatablus. Chaldæus. Cornelius. *Mariæ votis ac Deſiderijs Chriſtus obſecundat.* Hîc verſ. 44.

---

§. CCCXXIX.

Deipara beata in cælis gloria ſumptuoſiùs prædicatur.

B. Petr. Dam. ſerm. 40.

Beatus Petrus Damianus ſerm. in Aſſumptione Beatiſſimæ Mariæ Virginis, ita de eâ ſcribit: Hîc totum decurrat ingenium, & aureus ſermo tota reluceat maieſtate. Voluntaria oris noſtri beneplacita faciat ſibi Genitrix Dei, Domina mundi, cæli Regina. Ipſa ſenſum acuat, dirigat ſtilum, & linguam pauperis venuſtiori reſpergat eloquio. Illuſtret lucem hanc lumine clariori. Sublimis iſta dies, & ſplendidiore Sole refulgens, in quâ Virgo regalis ad thronum Dei Patris euehitur, & *in ipſius Trinitatis ſede repoſita, naturam etiam Angelicam ſollicitat ad videndum.* Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat Reginam ſedentem à dextris Domini virtutum, in veſtitu deaurato, in corpore ſemper immaculato, circumdatam varietate, virtutum multiplicitate diſtinctam. Hæc eſt illa dies; *quæ cælorum officinas ſublimiori gaudio cumulauit*, annua mundo, Angelis continua, continuans homines Angelis, & Angelos hominibus felici fœderatione coniungens. Aſſumpta eſt Maria in cælum, ſed gratiæ ſubleuantis iudicio, comitantibus Angelis, quam ſubleuabat gratia, non natura. Hactenus ille.

Maria in cælos Aſſumpta ſententioſè deſcribitur. Pſalm. 44. v. 10.

3 Regum 10. ſacer Hiſtoricus ita ſcribit: 2.
Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat à parte poſteriori. Beatus Petrus Damianus egregium ſermonem de hoc throno Salomonis habuit, vbi illum Virgini eleganter accommodat, & ſubiicit: *Quid grandius Virgine Mariâ, quæ magnitudinem ſummæ Diuinitatis intrà ſui vteri clauſit arcanum? Attende Seraphim, & in illius ſuperioris naturæ ſuperuola dignitatem, & videbis quicquid maius eſt, minus Virgine, ſolúmque Opificem opus illud ſupergredi.* Poſtquam ergo τὸ *grandem* præſcriptis verbis expoſuit, exponit illud, *rotundus erat*, de Beatæ Virginis Aſſumptione, in quâ finem vitæ mortalis accepit, quæ vitam reddidit mundo: *Et nota*, inquit, *cum quanto ſacramento tranſitum Virginis Scriptura comparet Rotunditati. In Rotundo nec principium nec finem poteris inuenire: ita & gloria, quæ eam de hoc mundo tranſeuntem excepit, principium ignorat, neſcit finem: de quâ nihil aliud poſſumus dicere, niſi quia glorioſa dicta ſunt de te, gloria Dei.* Eſto, Deiparæ gloria *finem neſciat*, quomodo *principium ignorare* perhibetur? An quia dubium eſt, an eius beata gloria auſpicium duxerit ab eius immaculatâ Conceptione, an à Conceptione Filij ſui, an ab eiuſdem Reſurrectione? An beata Mariæ gloria, *principium ignorat, finem neſcit*, quia diuinæ Maternitatis æmula, aliquid infinitatis ab illâ fœnerat? Immenſa dicitur Mariæ gratia, & eius gloria dicatur immenſa. In circulo ſeu rotundo, *nec principium, nec finem poteris inuenire: ita & gloria, quæ Deiparam de hoc mundo tranſeuntem excepit, principium ignorat, neſcit finem.* Idcircò piè audax Leo Imperator orat. 3. Mariam Deiparam ſic alloquitur: *Et quis conetur magnitudinem gloriæ tuæ metiri?* Fruſtrà eſt labor, qui quod immenſum eſt, *metiri conatur*: ſic & beatam Mariæ gloriam, quæ *principium ignorat, finem neſcit.* An beata Deiparæ gloria dicitur principium ignorare, neſcire finem, quia innumerabiles, & propè infiniti ſunt, qui per Mariam ad pœnitentiam

3. Reg. 10. v. 18. & 19. B. Petr. Dam. ſerm. 1. de Natiuitat. B. Virg. qui eſt 44. *Multimoda cauſa cur Deiparæ gloria, principium ignorare, & neſcire finem perhibetur.* Leo Imper.

tiam conuertuntur, & cæleſti tandem beatitate donantur? *Tua gloria* (ô Deipara) *augetur, cùm pœnitentes ad veniam, iuſtificati ad gloriam aſſumuntur*, ait idem inibi Damianus. Hanc propè infinitatem Marianæ gloriæ, aliunde metiri, & immerato cenſu taxate, Concionatoriæ ſubrilitatis labor eſto.

B.Petr.Dam.

3. Apocal. 21. v. 23.

Apocalypſis 21. deſcribitur Ieruſalem cæleſtis, empyrea ſummi Dei Curia, & beata cælitum Metropolis: *Et ciuitas*, ait, *non eget Sole neque Lunâ: nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius eſt Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius.* Quæ eſt hæc Dei *claritas* Sole, Lunâ, ac ſideribus ſplendidior, quæ cæleſtem Ieroſolymam illuminat? Scilicet *claritas* Dei eſt ipſe Deus, qui eſt increata claritas, & Sol radiantiſſimus cæleſtis Ieruſalem. Idque aptiùs, quia hanc claritatem opponit lucernæ Agni, ita vt claritas Dei ſit ipſe Sol Diuinitatis, ex quâ lucerna humanitas Chriſti ſuum lumen mutuatur. Caterùm tametſi tanta claritas cælum empyreum beatè illuſtret, curioſiùs explorandum eſt, an Beatiſſimæ Mariæ claritas, aliquem in empyreo locum obtineat? Cùm enim Maria interpretetur *illuminatrix*, plenum habebit in terrâ nomen, in cælo vacuum, niſi in cælis quoque præfulgeat. Eleganter ſanctus Bernardinus ſerm. 1. de Aſſumptione: *Maria*, inquit, *præſentia totus illuſtratur orbis; adeò vt & ipſa iam cæleſtis patria clariùs rutilet, Virginea lampadis irradiata fulgore.* Itaque ipſa Deitas, Sol ſeu *claritas* Empyrei eſt; humanitas Chriſti, eius *lucerna*; & Virgo Deipara eſt eiuſdem *lampas*; *adeò vt & ipſa iam cæleſtis patria clariùs rutilet, Virginea lampadis irradiata fulgore.* Opinor, longè ſplendidior lux minores luces interim infuſcat, ſeu interſtinguit præfulgentium radiorum iubare. O qualis, quantáque eſt *Maria*, id eſt, *illuminatricis* claritas, quam nec diuinæ claritatis, nec Ieſuanæ humanitatis fulgor obſcurat! Præclarum ſanè Mariani in cælo fulgoris priuilegium, claritatis meta, ſeu fulgendi hyperbole! *Cæleſtis patria clarius rutilat, Virginea lampadis irradiata fulgore.* Tanta eſt beata Beatiſſimæ Virginis gloria! Adde ex Trithemio lib. 1. de miraculis B. Virginis cap. 12. *Maria*, inquit, *lux eſt regni cælorum ſplendidiſſima, & Imperatrix Sanctorum cunctis virtutum ornamentis coronata: nam ſicut dies illuminatur à Sole in præſenti ſeculo: ſic tota Curia Sanctorum illuſtratur eius beatitudine in cælo.*

S.Bernard. Senenſis. *Cæleſtis patria clariùs rutilat. Deipara irradiata fulgore.*

Curia cæleſtis à Maria, tanquam à Sole illuminatur.

Trithem.

4. Lucæ 1. v. 28.

Lucæ 1. Angelus ſic de cælo Virginem ſalutat: *Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* Super hac Marianæ gratiæ plenitudine, multa multi, & nos aliqua vbiuis ſparſimus. Omnis enim Mariæ Deiparæ gloria, ſuper hac plenæ gratiæ baſi benè fundatur, ſtat flecti neſcia, & ad ſummum culmen præcelsè faſtigiatur. Sanctus Chryſologus ſerm. 143. *Aue gratiâ plena*, inquit: *Hæc eſt gratia, quæ dedit cælis gloriam.* Et ſerm. 46. *Vna*, ait, *Puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam*, &c. Itaque Beata Deipara plenitudinis gratiæ merito, non tantùm in cælis glorioſa eſt, ſed *dat cælis gloriam*. Luculétet Odo Cameracenſis in opuſculo, *Gratia plena: Si plena*, inquit, *nihil eius omninò erat vacuum gratia. Nihil ergo eius peccato vacabat, cuius totum gratia implebat. Igitur glorioſus venter, glorioſa viſcera, glorioſum quod totum gratia plenũ.* Scilicet Beatiſſimæ Mariæ *totum gratia implebat*: ergo in Mariâ eſt *totum glorioſum, quod totum gratia plenum* erat. Totus Marianæ gloriæ ſenſus à plenitudine gratiæ eſt. Et quemadmodum dicitur *Gratia plena ſibi*, ſuperplena nobis; ſic & gloriâ plena ſibi, ſuperplena nobis; quippè *quæ dedit cælis gloriam*: dat enim gloriam mundo, cælo, Deo.

S.Chryſol. *Maria ab originali immunitas, ex gratiæ plenitudine probatur.*

Odo Camer.

Totũ in Mariâ eſt glorioſum, quia totum eſt gratiâ plenum.

Siracides Eccleſiaſtici 24. ſic Deipara ipſa de ſe loquitur: Sic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificatâ ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Quod in Virginis Aſſumptione ad cælos, impletum eſſe, ait S. Bernardinus Senenſis. Itaque Maria hactenus gratiâ plena, nunc iam plena gloriâ, detineri dicitur in *plenitudine* Sanctorum. An quia ipſa verè cælitum gaudia adauget, & nouâ lætitiâ eorum beatitudinem complet? Appoſitè Leo Imperator orat. 6. quæ eſt de Aſſumptione, ſic fatur: *O quæ, & quanta ibi aguntur! O honorem, qui Matri ſemper Virgini habetur in cælo! Cælum quoque videtur eſſe iucundius.* Beatâ Virgine in cælum aſſumptâ, ipſum cælum nouâ exultatione, iucunditate, & gloriâ per ipſam cumulatam affirmat cum Leone S. Anſelmus lib de excellentiâ Virginis cap. 8. *O dies*, inquit, *tanti occursûs glorioſa & felix! Dies illa non ſolum te Domina ineffabiliter ſublimauit, ſed cælum ipſum, quod penetraſti, nec non cuncta, quæ in eo ſunt noua, & ineffabili gloria decorauit; quia priorem gloriam ciuium ex præſentia tui, vltrà quàm dici poteſt aut cogitari, magnificauit.* Scilicet de præſentiâ Deiparæ in cælo, ac Cælitum gloria augetur, *vltrà quàm dici poteſt aut cogitari*, quod forſan quandam gloriæ *plenitudinem* Siracides appellauit. 5.

Eccli. 24. v. 16.

S. Bernard.

Leo Imper.

S.Anſelm.

Præſentia Deiparæ in cælo, eſt aliqua plenitudo beata Cælitum gloriæ.

Canticorum 7. ſic ſponſus cæleſtem ſponſam alloquitur: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Arabicus Interpres: *Magnificata eſt fama tua*, vel *natura*, vel *indoles*, *vt palma*; Aquila verò, *Reſurrectio tua*, &c. Beata Virgo phyſicè ſtaturâ fuit procerâ, teſte Epiphanio apud Nicephorum lib. 2. cap. 21. Ethicè ſtatura eius fuit præalta gloriæ celſitudo, ad quam in cælo ſublimata eſt, vt cum Filio ſuo cælorũ Rege, ipſa pariter Regina foret. Pulchrè Honorius in ſigillo Mariæ: *Chriſtus*, inquit, *fuit palma in cruce, quia per eam homo adipiſcitur victoria palmam; cui aſſimilata eſt ſtatura, id eſt, altitudo Gloria Mariæ: quia ſicut ipſe eſt rex cælorum, ita & ipſa Regina eſt Angelorum.* Vis noſſe quandam Marianæ ſtaturæ ſimilitudinem, & præcelſæ gloriæ illius aliquam menſuram: *Palma fuit Chriſtus in cruce*: quare *ſtatura* Deiparæ *aſſimilata eſt palmæ*, id eſt, Chriſto filio ſuo in cruce ſublato. O bona Marianæ gloriæ menſura! Scilicet Chriſtus Deus in cruce ſublatus, mũdi Redemptionẽ cumulatiùs peragens, celſitudinis Marianæ *gloriæ* menſura eſt. Celſitudo *gloriæ* Virginis e Chriſto in cruce pendẽte plenè cẽſenda eſt; quaſi potior Redemptionis portio, in præcelſam Mariæ *gloriam* erogetur, & glorioſiùs impẽdatur. O qualis, quantáque 6.

Cant. 7 v. 7.

Arabicus.

Aquila.

S.Epiphan.

Nicephorus.

E cruce pendens Chriſtus eſt menſura Marianæ gloriæ.

Honorius.

Marianæ gloriæ celſitudo à Chriſto in cruce pendente taxanda eſt.

eſt Marianæ *gloria* excellentia, cui tota Chriſti Dei in cruce Redemptio ſumptuosè militat!

7. Cant.6.v.12. Ergò, ô Deipara, ad tantam cæli gloriam ſublimata, *reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te*, & vt intuearis nos: *Abſit* (ait B.Petrus Damianus) *vt ceſſet manus tua, cùm occaſionem quæras ſaluandi miſeros, & miſericordiam effundendi: neque enim tua gloria minuitur, ſed augetur, cùm pœnitentes ad veniam, iuſtificati ad gloriam aſſumuntur. Reuertere ergo Sulamitis: ad quid? Vt intueamur. Summa gloria eſt poſt Deum te videre, adhærere tibi, & in tua protectionis munimine demorari. Audi nos. Nam & Filius nihil negans honorat te, qui eſt Deus benedictus in ſecula.* Summa Cælitum gloria poſt Deum viſum, eſt Deiparæ gloriam in cælo videre: ſumma gratia mortalium eſt, vt illos de cælo videat Deipara, & opem videndo ferat: quò & hominum gratia, & Mariæ gloria miris incrementis augetur.

B.Petr.Dam. ſerm. 1 in Natin.B.Virginis.

Summa gloria eſt in cælo poſt Deum videre Deiparam.

Hic verſ.2. Magna ſanè fuit Suſannæ gloria in terris poſt detriumphatam calamitatem, poſt funera nunc in cælis. *Pulchra nimis* corpore, pulchrior animo, glorioſè pulcherrima in cælis. O quali gloriâ typus fulget, qui talem antitypum habere meruit?

§. CCCXXX.

Maria Virgo ſuos animitùs clientes propè impeccabiles facit, & ferè ſecuros reddit. quare?

1. Mauritius de Villâ Probatâ. MAuritius in Coronâ Beatæ Virginis ſerm. 10. eam luci his verbis comparat: *Sicut lux inſidias pandit, nam tenebras illuſtrat, & patefacit, in quibus inſidiæ abſconduntur: ſic Maria inſidias Diaboli deuotis ſuis patefacit, ne decipiantur. Sicut etiam lux ſecuritatem parit, nam homines qui de nocte pauescunt, in die ſecuri ſunt, & ambulant; & hoc inde procedit, quia non timent offendiculum: ſimiliter illi, qui Beatam Virginem ſequuntur, & ei adhærent per deuotionem, illuminantur, & proteguntur ab eâ, vt neque cadant peccando, neque à Dæmonibus decipiantur.* O feliciſſimum illum, qui de ſtudio erga Beatam Virginem obtinet, vt Diaboli contra illum inſidiæ pandantur, ne capiatur incautus: & vt illius addictiſſima deuotio quandam velut *ſecuritatem pariat*; quæ piè arcana de protectione Mariæ ſecuritas, quò cautior, eò ſecurior reputabitur.

Maria deuotio, & Diaboli inſidias pandit, & ſecuritatem cautè parit.

Mario luci comparatur, quare?

2. Eccli. 24. v.30. Siracides Eccleſiaſtici 24. ſic Virginis Deiparæ nomine loquitur: *Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt.* τὸ *qui operantur in me*, explicatiùs habetur in Tigurinâ, *qui nauant operam, non peccabunt.* Vtrumque ſui cultoribus præſtat Beata Virgo, vti ex omni ſeculorum omnium hiſtoriâ liquet. Quare indidem ſubdit Cornelius: *Perire enim & damnari nequit, qui tantam apud Deum patronam habet; niſi quis vltrò ſe in ſcelera & gehennam præcipitet.* Addit Marraccius Lucenſis in notis ad orat.2. Leonis Imperatoris num.5. *Adeo enim*, inquit, *efficax eſt ſancta Dominæ patrocinium, ad vincenda peccata, vt qui eo vtuntur, ſint ferè à peccatis inuincibiles, & quaſi reddantur impeccabiles. Qui operantur in me, id eſt, qui meo ſeruitio mancipati opera faciunt ad cultum, & gloriam meam, inquit Deipara, non peccabunt, quia inter alia bona acquirent præſeruationem à peccatis, ne in ea labantur, vt explicant Pelbartus in Stellario, & Richardus à S.Laurentio.* Ita quidem & veriſſime de his, qui corde, ore, & opere, Mariano cultui addicti ſunt: non verò vti faciunt nonnulli ſtolidi, qui impunè in ſuas cupiditates ruunt, præſumptuosè præfiſi de ope Beatæ Virginis, cui ſe deuotos dicunt, eò quòd in eius honorem ſabbatho aliquoties ieiunent, roſarium oſcitanter recitent, & ſimilem ei cultum exhibeant. Qui ſanè in Beatam Virginem iniurij ſunt, tum quòd de eius miſericordiâ impiè præſumant, tum quòd cultum eius tot criminibus inquinent, dedecorent, & infament; ideóque duplici damnatione digni ſunt. Qui autem Marianæ deuotioni, & illius colendæ ſtudio verè addicti ſunt, *ferè à peccatis inuincibiles, & quaſi impeccabiles, & præſeruationem à peccatis* aſſecuti prædicantur. Hoc hiſtoriæ omni æuo buccinant. O! quid tam hominibus expetendum?

Tigurina.

Cornelius.

Marraccius.

Verò Deiparæ deuotus, ferò præſeruationë à peccando aſſecutus eſt.

Pelbart. lib. 13.art.3.p.1. Richardus à S.Laurent. lib. 10. de laud.Virg.

Verò Deiparæ deuotus, ferè à peccatis inuincibilis, & quaſi impeccabilis redditur.

Idem inibi Siracides: Ego, inquit, in altiſſimis habitaui. *Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui: in fluctibus maris ambulaui.* Syrus interpres ſic locum exhibit: *In cælo vnà cum eo* (Deo) *ſimul habitaui, & in fundamentis orbis*, &c. Quid eſt quòd Beata Virgo in *fluctibus maris*, & in *abyſſi fundamentis* ambulare dicitur? at cum quibus, & ad quid? Reſpondet Richardus à S Laurentio lib.4 de laudibus Virginis, in perſonâ ipſius Deiparæ: *In fluctibus maris ambulaui, &c. cum familiaribus meis, vt ipſos eriperem à naufragio peccatorum. Fluctus maris, tentationes ſibi iugiter inuicem ſuccedentes, quas patimur quandiu verſamur in mari huius ſeculi.* Scilicet ideò Beata Virgo non ſolùm in *fluctibus maris* ambulare dicitur, ſed & deſcendere vſque ad *abyſſi fundamenta* perhibetur, vt ſuos familiares à *naufragio* liberet. Et Fulbertus Carnotenſis ſerm.1. de Natiuit. Beatæ Virginis ait, quòd ille, *qui inter fluctus huius ſeculi, attendit ad Maris Stellam Mariam, quæ ſupremo rerum cardini Deo proxima eſt; non frangetur ſcopulis aduerſorum, non abſorbebitur Scylleâ voragine voluptatum.* Verè pariter ac bellè Fulbertus. Sed omnium optimè Leo Imperator orat.2. ita ſcribit: *At, ô Virgo, ſalutis noſtræ gloriatio...... de quâ ſalutis noſtræ Anchora pendet; largire nobis, vt peccatorum tempeſtatem vincamus. largire etiam, vt hoſtium procellæ nihil noceant; datóque nobis veluti clauo, patrocinio tuo, in tranquillum portum Filij tui omnes deducito.* Itaque Beata Deipara in *fundamentis abyſſi*, id eſt, in Oceano profundiſſimo, quod dici poſſet *orbis fundamentum* ſeu centrum, auxiliaris adeſt, vt naufragis ſuis opem ferat, ne vitiorum *Scylleâ voragine ſorbeantur.* Quin & *anchora* eſt, quæ animum fundat, ac flecti neſciam facit, ne paſſionum vorticibus periclitetur. Imò & *clauus* ſeu gubernaculum etiam eſt, quod ſæuientes fluctus, & atroces tentationum vortices ad paradiſi tranquillum portũ ſecurè deducit.

3. Eccli. 24. v.8.

Syrus.

Richardus.

Maria gubernaculum & anchora eſt, quibus à naufragio tuti ſumus.

Fulb.Carn.

Leo Imper.

Ecquis

Ecquis in huius vitæ pelago decumanis infami, hoc Mariæ patrocinium non exambiat?

4\
Eccli. 6. v. 30.\
Siracides Eccleſiaſtici 6. de Sapientiâ, & inde de Beatâ Deiparâ ita ſcribit: Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi, &c. *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ.*

Vatablus.\
Maria compedes tenent ſuos, ne diſcurrant per licentia campos.\
Vatablus vertit: *Compedes eius erunt tibi præſidio validiſſimo, ſolidóque firmamento.* Quaſi dicat: Compedes, quas tuis pedibus & greſſibus iniicit Maria, primâ fronte viſæ ſunt tuos pedes & greſſus impedire, ignominiâ & ſeruitute afficere, deprimere, & debilitare: at vbi iis conſueueris, ſenties eas tibi verti *in protectionem fortitudinis*, eſſéque tibi *præſidio validiſſimo, ſolidóque firmamento.* Appoſitè Richardus à S. Laurentio lib. 2. de laudibus Virginis,

Richardus à S. Laurent.\
ita ſcribit: *Erunt tibi compedes eius in protectionem. Quare autem compedes, niſi quia tenent ſeruos illius in ſtatu iuſtitiæ, ne currant ad illicita: & quare vincula, niſi quia eoſdem ligant, ne diſcurrant per campos licentiæ.* Bonæ compedes, quæ ſpecie ſeruitutis, à vitiis continent, ne ingenui Deiparæ ſerui impuni veſtigio ad malitiam exorbitent, & *diſcurrant per licentia campos.*

5\
Eccli. 24. v. 24.\
Idem Siracides Eccleſiaſtici 24. Deiparæ nomine ita ſcribit: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Itaque Beata Deipara non modò ſuorum Familiarium mater, ſed & *mater pulchræ dilectionis* perhibetur. Quid autem ſit pulchræ *dilectionis* eſſe matrem, pulchrè exponit Richardus à S. Laurentio lib. 6. de laudibus Virginis, ſic fatus:

Richardus.\
Arcanus quidam nexus eſt inter Deiparam & eius clientes, per dilectionem, & ſpem.\
Maria per dilectionem, quâ diligit hominem, colligat ipſum hominem ſibi ipſi, & quaſi conglutinat, ne diffluat per vitia & peccata: dicitur enim dilectio quaſi duos ligans; & dilectio eſt, quaſi quædam vnio. O, quis non hianter ambiat, quod Beata Virgo, & Dei Mater ſit illi *Mater pulchræ dilectionis*, quâ ipſa *colligat ipſum hominem ſibi ipſi*, illúmque ſibi vniat, ne diffluat per vitia atque peccata? nam *dilectio eſt quaſi quædam vnio*, quæ Mariæ clientem arcanè cum Mariâ vnit pulchro dilectionis vinculo. Quin & cùm Deipara dicitur, *Mater ſanctæ ſpei*, aliud ineffabile vnionis vinculum deſignatur ad Mariam, qui eſt ſpei nexus. Audiendus eſt Damaſcenus orat. 1.

S. Damaſcen.\
de dormit. Deiparæ: *Tibi*, inquit, *nos quoque hodierna die aſſidemus, ô Domina, Dei genitrix, & Virgo: animas noſtras ad ſpem ſuam, non ſecùs atque ad firmiſſimam quandam anchoram alligantes.* Scilicet ſpes noſtra, *anchora* eſt, quæ adunco tenaciter dente, Mariæ *alligatur* (Sed de hac re ſuprà num. 3. ex Leone Imperatore agebamus.) Dicitur etiam *Mater ſanctæ*

S. Ephrem.\
ſpei, quia, vt ait S. Ephrem orat. de laudibus Virginis, Maria eſt, *Peccantium adiutrix, ſpes deſperatorum.* Quis in vltimâ etiam calamitate, & deſperatiſſimâ cauſsâ ſpem puſillanimus excutiat, cùm Maria *ſpes deſperatorum* ominatur? In cauſsâ etiam deſperatiſ-

Hic verſ. 35.\
ſimâ Suſanna, alterius Suſannæ vmbra, ſpem non abiecit; ſed bene ſperando, ſpem etiam ſuis ingeſſit.

6.\
Cant. 4. v. 5.\
Canticorum 4. vox ſponſi ad ſponſam eſt: *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* Benè ergo mulier illa in Euangelio exclamauit: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Eadem enim

Lucæ 11. v. 27.\
eſt materia, ex quâ formatur proles in vtero, & quâ deinde in lac conuersâ alitur, vt docet Ariſtoteles 4. lib. de Generat. animalium

Ariſtot.\
cap. 8. Quare, cùm Beata Virgo ſuprà naturam ex Spiritu ſancto conceperit & pepererit Chriſtum, ſequitur, illam eiuſdem virtute in vberibus lac accepiſſe, quo Chriſtum paſceret; & inſuper miſerationum vbere pleno ſuos alumnos tanquam filios lactaret exprompta gratiæ & opis vbertate, quâ aut ſubuenit miſeris, aut miſerias præmaturè anteuertit. Pulchrè Richardus Victorinus

Rich. Vict.\
Maria occurrit antequam inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipat.\
indidem: *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli, &c. Hinnulorum velocitati Maria comparatur, quia velociùs occurrit eius pietas, quam inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipat. Hinnulis verò comparatur, quia dulcedinem bonitatis, quam impendis, ipſa deſuper ſugit.* Et poſt pauca addit: *Sicut enim vbicumque fuerit corpus, congregantur & aquilæ; ita vbicumque fuerit miſeria, tua & occurrit & ſuccurrit miſericordia. A Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miſeriæ notitiâ tacta, lac fundant miſericordiæ, nec poſſis miſerias ſcire, & non ſubuenire. Et quid mirum ſi miſericordia affluas, quæ ipſam miſericordiam peperiſti? Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent. Cùm enim miſericordiam lactaſti, ab eadem miſericordia vbera accepiſti.*

Maria dum lactat Ieſum, lac ſugit, quo ſuos infantat.\
Nempe vbi Deiparæ vbere de cælis pleno lactat Chriſtum Deum, qui eſt ipſa Miſericordia, Miſericordiæ lac arcanè ſugit, quo alumnos ſuos dulciter infantet, alat, nutriat, adipet. *Dulcedinem bonitatis quam impendis, ipſa deſuper ſugit.* Imprimis autem

Maria non poteſt miſeriã ſcire, & non ſubuenire. quomodo?\
Ioan 2. v. 3.\
notanda eſt illa ſententia: *Velociùs occurrit eius pietas, quam inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipat.* Sic in nuptiis antequam vini ſentiatur defectus, vini optimi abundantiam anticipat. Addit luculentiùs, quòd Deipara *non poteſt miſeriam ſcire, & non ſubuenire.* O bona velut neceſſitas pietate cogente! Dicamus ergo Mariæ cum Prophetâ: *Reſpice in*

Pſalm 85. v. 16.\
me, & miſerere mei: nam illius aſpectus pietatum ferax eſt, & miſericordiæ fœcundus. Sic ſua, id eſt, Filij ſui parturit dona! ſic gratias velut effundit, quæ eſt gratiâ plena ſibi, ſuper plena nobis! O libera ingenuè neceſſitas Marianæ beneficentiæ, quæ *non poteſt miſeriam ſcire, & non ſubuenire!*

---

§. CCCXXXI.

Maria gratias ſpirat ſuis clientibus, eóſque ſuâ protectione validè clypeat.

1.\
Cant 4. v. 13.\
Pro vniuerſitate nequitiarum, vniuerſitatem gratiarum Maria ſubſtituit.\
CAnticorum 4. ait ſponſus: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: *Emiſſiones tuæ paradiſus* malorum punicorum cum pomorum fructibus, &c. Iſtiuſmodi *emiſſiones* ſunt munera, quæ ſponſa mittit ſponſo, vel quæ inter ſocias & ſodales ſuas diſtribuit, hæ enim vocantur *emiſſiones* ſiue miſſilia. q. d. Munera fructuum paradiſi mitto & ad ſpóſum meum,

& inter filias Ieroſalem, ſodales meas abundè diſtribuo. Sed quæ ſunt hæc Deiparæ munera ſeu emiſſiones, quæ paradiſum fragrant, quæ ſapiunt paradiſum? Appoſitè inibi Rupertus:

Rupertus. *Cur Mariæ munera ſeu emiſſiones dicuntur Paradiſus?*

Quicquid gratiarum, quicquid virtutum, quicquid operationum cæleſtium mundus accepit, emiſſiones tuæ ſunt; vt vbi erant eius ſpinæ, & vepres, & carduus, lappa, & tribulus, vrtica, & paliurus, vniuerſitas nequitiarum, ibi ſit cyprus cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum, myrrha & aloë, vniuerſitas gratiarum. O Deipara, largioris beneficentiæ hyperbole: de beneficâ tuâ ope precariè omnipotente eſt, vt vbi erat *vniuerſitas nequitiarum*, ibi, ibi inquam, *vniuerſitas gratiarum* cumulatiùs exundet. Verè *emiſſiones tuæ paradiſus*; nam tua munera paradiſum redolent, paradiſum fragrant, paradiſum ſapiunt, & paradiſeas beatæ gloriæ delicias munificè ſpondent.

2. Canticorum 1. hæc ſponſi vox ad ſponſam

Cant. 1. v. 14. auditur: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum.* Profectò columba hieroglyphicum & index eſt Spiritus ſancti. Oculi columbæ ergo notant ſeptem dona Spiritus ſancti, id eſt, plenitudinem gratiarum, quâ omnes homines & Angelos præcelluit Beata Virgo; imò etiam & gratiam, quàm abundè hominibus ſpirat. Quâ ſuper re

Rupertus. Zachar. 3. v. 9. audiendus eſt inibi Rupertus: *Nec eſt*, inquit, *nouum vt ipſa ſeptem dona dicantur oculi: nam & apud Zachariam Prophetam ipſamet ſignificantur per ſeptem oculos, qui ſunt in vno lapide Chriſto. Iſti oculi mei ſunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum. Omnium gratiarum tu facta es particeps, ex quo me caſtis viſceribus ſuſcepiſti, ſuper quem requieſcunt omnia prædicta Spiritus ſancti dona, vt dicitur per*

Ad Coloſſ. 3. v. 9. *Iſaiam; & in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Itaque Mariæ Virginis oculi, oculi columbarum dicuntur, id eſt, Spiritus ſancti, quem colomba ſignanter præfert: quin & præfert in oculis Spiritum ſanctum cum ſeptem ſuis donis. Ecce tibi Marianæ pietatis ac beneficentiæ ſummam, & liberalitatis metam.

Maria oculis Spiritum ſanctum, & eius dona nobis allinunt.

Nempe Virgo Deipara, & Miſericordiæ Mater, habet *oculos columbæ*, quâ Spiritus ſanctus deſignatur, & eius ſeptem dona, & gratiæ omnes: *Ipſa ſeptem* Spiritus ſancti *dona dicuntur oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum*, quaſi Maria Deipara Spiritum ſanctum habeat in oculis, habeat & eius ſeptem dona, & omnes gratias habeat; quod eſt oculorum Mariæ ſacramentum. In Mariæ oculis columbæ, ſubeſt Spiritus ſanctus, quem viſu ſuo inhalat; inſunt eius ſeptem dona, quæ videndo allinit; adſunt omnes gratiæ, quas ſuo aſpectu ineffabiliter ſpirat. Quare Mariæ oculi omnium cæleſtium bonorum promptuarium eſt. Nam (ô Beata Virgo, & miſericordiæ Mater) *quicquid gratiarum, quicquid virtutum, quicquid operationum cæleſtium mundus accipis, emiſſiones tuæ ſunt*, & aſpectûs tui appendices gratiæ. *Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.*

3. Siracides Eccleſiaſtici 6. hæc ſcribit de Sa-

Richardus à S. Laurent. pientiâ, quod Richardus de ſancto Laurentio Deiparæ accommodat: In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tuâ conſerua vias eius, quæ verba Vatablus vertit: *Animo toto aſpires ad illam, & pro virili parte ſerues eiuſdem veſtigia.* Subdit ſacer ſcriptor: *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis.* Eccli. 6. v. 30. O expetendas à Beatâ Deiparâ *compedes*, quibus ad incedendum per viam iniquitatis, vel reluctantes præpedimur, & pro virili parte *ſeruamus eiuſdem veſtigia.* Pulchrè autem Deiparæ protectio, ſiue ipſa Deipara dicitur *Baſis virtutis*; ne alioqui male fundata virtus nutet, labaſcat, & corruat, & in vitium degeneret hac *baſi* deſtituta.

Maria eſt baſis virtutis, & ſuſtentaculum vitæ.

Opportunè Andreas Cretenſis ſerm. 2. de Aſſumpt. ita ſcribit de Virgine Deiparâ: *Hæc eſt diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato fit, fideiuſſio, eximia pulchritudo, à Deo ſculpta ſtatua...... ſuſtentaculum vitæ.* Andr. Cret. Quæ à Siracide dicitur *baſis virtutis*, ab Andreâ Cretenſi appellatur, diuinarum reconciliationum *fideiuſſio*, & *vitæ ſuſtentaculum.* Ruit ſpiritualis vita, quam hæc *virtutis baſis*, & *vitæ ſuſtentaculum* non fundat. Nutat virtus ſine Marianâ *baſi*; cadaueraſcit ſpiritualis vita, quam non animat Mariæ deuotio, & illius experita protectio.

Maria eſt humana reconciliationis fideiuſſio.

Quomodo autem Beata Maria ſit *diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato fit, fideiuſſio*, alibi aliorsùm expendebamus.

Canticorum 1. his verbis ſacra ſponſa queru- 4.

lè expoſtulat: *Filij matris meæ pugnauerunt* Cant. 1. v. 5.

contra me (LXX. Interpretes legunt, *in me*, in LXX. Interp.

ablatiuo) *poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.* Quæ eſt hæc peculiaris Deiparæ vinea, cuius cuſtodiam propè neglexiſſe dicit, cùm vineas reliquas ſolerter cuſtodiat? Elegantèr inibi Cornelius ex Ruperto: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui*, ait Deiparæ nomine: Cornelius. Rupertus. *Mihi peculiaris erat cura populi mei, ſed eius improbitas coegit me hanc curam aliò transferre. Verùm Deus pro vnâ vineâ plurimas mihi colendas & cuſtodiendas eſt largitus: quæ omnes cuſtodiam meam habent, & habere deſiderant, de meritis meis præſumentes, & de interceſſionibus meis confidentes, & pro huiuſmodi cuſtodiâ ad me iugiter clamantes.*

De Mariæ meritis & interceſſione pié præſumere licet.

O bona de Mariæ *meritis præſumptio!* Cuius in deſperatâ calamitate fides titubet, qui de Mariæ meritis & interceſſione piè *præſumere* eualet?

Canticorum 8. ſic de ſacrâ ſponſâ cæleſtis 5.

ſponſus loquitur: *Si murus eſt, ædificemus ſuper* Cant. 8. v. 9.

eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis. Locus eſt perobſcurus: vnde tot ferè hîc ſunt expoſitiones, quot interpretes. Deiparæ autem accommodatiùs adaptatur. Habuit enim ipſa pectus virile & forte inſtar *muri*, cui quotidie ædificabat *propugnacula* argentea eloquiorum ſacræ Scripturæ, & inſpirationum Spiritus ſancti. Ipſa quoque eſt *oſtium*, per quod ad Chriſtum in cælum ingredimur, compactum ex tabulis cedrinis, id eſt, ex variis gratiæ & gloriæ incorruptibilis dotibus. Audiendus eſt Hailgrinus, qui indidem ſic Hailgrin. locum exponit: *Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*, inquit: *Beata Virgo oſtium eſt in Eccleſia, quæ malignis obſiſtit ſpiritibus, ne ad deuotos ſuos intrent, & accedant ſicut volunt; & hoc oſtium tot tabulis eſt compa-*

ctum

Maria oſtiũ eſt, quod vetat ne malicia ad ſuos ingrediatur.

ctum à ſanctâ Trinitate, quot in eâ ſunt virtutes & priuilegia dignitatum: & hæ tabulæ cedrinæ dicuntur, quia imputribiles ſunt & odoriferæ, & per humilitatem in profundum radicatæ creuerunt in immenſum. Itaque Beata Virgo *oſtium* eſt, per quod & ad Chriſtum, & ad cælum ingredimur; & quod vetat, ne maligni ſpiritus & vitia ad nos ingrediantur. Hoc autem Marianum oſtium à ſanctâ Trinitate compactum eſt tabulis cedrinis; nempe *quot in eâ ſunt virtutes & priuilegia dignitatum: & hæ tabulæ cedrinæ dicuntur, quia imputribiles ſunt, & creuerunt in immenſum.* O, viderint homines, quanti noſtra intereſt; quòd Beata Deipara tot gratiarum, tot dignitatum, tot virtutum, tot ſanctitatum priuilegiis dotetur! eæ enim ſunt tabulæ cedrinæ imputribiles, & creſcentes in immẽſum, quibus compingitur oſtium, ne vllos malitiæ aditus pateat. Non tantùm Deiparæ, ſed & nobis ipſis gratulemur, quòd tot, tantiſque gratiarum prærogatiuis, & virtutum gazis compacta & exornata eſt.

Mariæ prærogatiuæ, quibus immaculatè ornatur, quàm ſint nobis proficuæ.

6\. Canr. 8. v. 10. Arabicus. LXX. Interp.

Sponſo inibi ſic ſponſa reſpondet: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coràm eo quaſi pacem reperiens.* Arabicus, *vnica pacis, vnica ſalutis.* Vaticanus codex pro τὸ *coràm eo*, habet *in oculis eorum*, quibus ſcilicet Deipara eſt *murus & turris*, & præſidium vndique præmunitum, quaſi *vnica pacis, vnica ſalutis in oculis eorum.* Guilielmus indidem ſic Beatam Virginem dulciter ac piè loquentem inducit: *Ex quo ſenſi me in vtero habere de Spiritu ſancto, proculdubiò tanta excellentia, tanta potentia, tantaque clementia facta ſum, vt omnibus ad me confugientibus non tantùm murus ſim ad muniendum, ſed & mater ad nutriendum, & talis mater, cuius vbera ſunt ſicut turris, id eſt, cuius materna pietas non tam paruulos nutriet, ſed etiam dum adhuc in nutrimentis ſunt, & minùs apti ad prælium, hoſtibus inacceſſibiles faciat, cùm creuerint fiducialiter proceſſuros in campum, non tantùm carnem & ſanguinem, ſed & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus prouocaturos ad prælium.* Grande quidem præſidium, quo Deipara ſuos clypeat, armat, ac munit, vt non modò Tartareas de inferno phalangas minaciter ferocientes, ſed & *carnem* ipſam de gehennæ ſcintillis incendiariam, laceſſere poſſint; quæ eſt præſidij hyperbole. Porrò ex quo Mater Dei facta eſt, *tanta excellentia, tanta potentia, tantaque clementia facta eſt.* Sub hac tutelâ quilibet tutus eſt: qui autem eam refutat, planè actutùm periclitatur. O, alacri ſtudio ad hoc aſylum omnes confugiamus! Sibi inuidet pacem ac ſalutem, qui ad *vnicam pacis, vnicam ſalutis*, & expromptum omnibus præſidium fidenter non accurrit.

Guilielmus

Sub Mariæ præſidio, num Diabolum ac carnem homo prouocare poſſit.

7\. Cant. 4. v. 4.

Canticorum 4. de ſanctâ ſponſâ ſic ſponſus loquitur: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis*, &c. Sic Deipara inuocatur, *Turris Dauidica.* Itaque in myſtico Eccleſiæ corpore Chriſtus caput eſt, Beata Virgo *collum*, membra ceteri fideles. Sed quare turritum ac præaltum Mariæ *collum?* Opportunè Hailgrinus Cardinalis indidem: *Collum eſt eminentia ſublimitatis eius* (Mariæ,) *& eſt ſicut turris Dauid, hoc eſt, à Chriſto vero Dauid fabricata, vt peccatoribus eſſet refugium & munimen. Propugnacula huius turris ſunt virtutes, gratiæ, & prærogatiuæ, quibus peccatores protegit, & inimicum expugnat.* Itaque ſublimiores & auguſtiores virtutes, gratiæ, & ſanctitates, idcircò Mariæ Virgini datæ ſunt, non tantùm vt illam exornent glorioſo Dei Matris ornatu; ſed etiam vt homines protegat, & eorum inimicos potentiùs expugnet. Quare præcelſa dicitur *ſicut turris Dauid*, quò *eminentia ſublimitatis eius* denotatur. Tam ſublimes enim *virtutes, gratiæ, & prærogatiuæ* requiruntur, vt & peccatores tueri, & peccatorum inimicos exarmare, atque expugnare valeat. Vnde Suſannæ domus & familia & captiuorum refugium & munimen.

Hailgrinus.

Sublimitate virtutũ Deipara ornatur, vt homines protegere valeat.

Hic verſ. 4.

---

§. CCCXXXII.

Maria erga homines, præſertim peccatores, multimodè benefica.

1\. B Petr Dam. Cant. 6. v. 12.

BEatus Petrus Damianus ſerm. 1. in Natiuitate B.Virginis Mariæ, ſic eius vultum deprecatur: Subueni Domina, inquit, clamantibus ad te iugiter: *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere reuertere, vt intueamur te.* Tu benedicta, tu ſuperbenedicta, reuertere primò per naturam. Nunquid quia tu es deificata, ideò noſtræ humanitatis oblita es? Nequaquam Domina. Scis, in quo diſcrimine nos reliqueris, vbi iaceant, quantum delinquant filij tui: *non enim conuenit tanta miſericordiæ, tantam miſeriam obliuiſci, quia etſi ſubtrahit gloria, reuocat natura*; non enim ita memoratis iuſtitiæ tuæ ſolius, vt miſericordiam non habeas: *neque ita es impaſſibilis, vt ſis incompaſſibilis.* Reuertere ſecundò per potentiam. *Fecit in te magna qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cœlo & in terrâ.* Nil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis releuare. Accedis ante illud aureum humanæ reconciliationis altare, *non ſolùm rogans, ſed impetrans; Domina, non ancilla. Moueat te natura, potentia moueat: quia quantò potentior, tantò miſericordior eſſe debebis.* Poteſtati enim cedit ad gloriam, iniurias vlciſci nolle, cùm poſſit. Reuertere tertiò per amorem. Scio Domina, quia benigniſſima es, & *amas nos amore inuincibili, quos in te, & per te Filius tuus, & Deus meus, ſummâ dilectione dilexit.* Altè dictum, quòd per Mariam, & in Mariâ homines Chriſtus diligit. Peccator in ſeipſo dignus odio, dum in Mariâ reſpicitur, iam amatur ad emendationem, diligitur ad veniam. Neque vlla peccata, quantumuis enormiſſima, Marianæ dilectioni præualent: nam *amat nos amore inuincibili*, victoriali ac triumphali amore nos diligit. Ecquis in extremo ac ineluctabili periculo ſpem excutiet, qui Mariæ *amore inuincibili* peramatur?

Maria in homines miſericordia multimodè commendatur.

Matth. 28. v. 18.

Maria miſericordia & amor erga homines dicitur inuincibilis.

Per Mariam, & in Mariâ Chriſtus peccatores diligit.

2\. Siracides Eccleſiaſtici 24. Sapientiæ ſeu Deiparæ nomine ita nos dulciter alloquitur: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & ſanctæ ſpei: *In me gratia omnis viæ & veritatis, & omnis ſpes vitæ & virtutis.* Rabanus & Ianſenius pro τὸ *viæ*, habent *vitæ.* Senſus itaque eſt: *In me eſt omnis gratia vitæ*

Eccli. 24. v. 25. Rabanus. Ianſenius.

& veritatis, id eſt, *vita vera*, eſt heudyadis: & *omnis ſpes vita*; quo *omnis vita* ſiue in poſſeſſione, ſiue in ſpe, ſiue quouis alio modo, à Mariâ, in Mariâ, & per Mariam nobis adeſſe cognoſcatur. Quare dicitur, *Mater miſericordia, vita, ſpes noſtra.* Audiendus eſt Germanus in ſerm. de zonâ Beatæ Virginis, qui ad hunc Eccleſiaſtici locum ſic adludere videtur:

Germanus. *Maria cum Reſpiratione analogia perſtringitur.*

Si tu nos deſerueris, quidnam de nobis fiet, ô ſanctiſſima Deipara, ſpiritus & vita Chriſtianorum? quomodo enim corpus noſtrum vitalis ſignum operationis habet reſpirationem; ita etiam ſanctiſſimum tuum nomen, Virgo beatiſſima, quod in ore ſeruorum tuorum verſatur aſſiduè in omni tempore, loco, & modo, vita, lætitia, & auxily non ſolùm eſt ſignum, ſed ea etiam procurat & conciliat. Omnis itaque gratia, & omnis ſpes vitæ, per *reſpirationem*, a *reſpiratione*, & in *reſpiratione* eſt. Sed de hac analogiâ *Reſpirationis* ad Mariam, forſan alibi quondam agebamus. Sat eſto hîc ad thema præſens digitum intendiſſe. Dicamus ergo omnes: *Omnis ſpiritus* (alij, omnis *reſpiratio*) *laudet Dominum*, laudet & Dominam.

Pſalm. 150. v. 6.

3\. Lucæ 1. missus ad Virginem Angelus, Incarnationis negotium peragit, dum tandem Beata Virgo Angelo adnuit, aiens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Conſultò ad hunc Beatæ Virginis aſſenſum, quo diuinum Verbum illi conuiſceratur, præmittitur, *Gratiâ plena, Dominus tecum*; quam gratiarum plenitudinem ſubſequitur ſubmiſſior obedientia, quâ Deo obſequitur in Angelo, vt Maria Virgo ſit virginis Euæ antitheſis, dum inobedientis Euæ obediens Maria patrocinium ſuſcipit. Audiendus eſt S. Irenæus lib. 5. cap. 19.

Lucæ 1. v. 38.

S. Irenæus.

Eua, inquit, *per Angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deum, præuaricata verbum eius: ita & Maria per Angelicum ſermonem euangelizata eſt, vt portaret Deum obediens eius verbo. Et ſicut ſeducta eſt, vt effugeret Deum; ſic ſuaſa eſt obedire Deo.* Attentiùs nota pulchram atgutè rationem,) *vti virginis Euæ Virgo Maria fieret aduocata.* Ecce tibi, quare tot, támque præcelſæ & auguſtæ virtutes in Mariâ Virgine requirantur; ſcilicet non tantùm vt digna Dei Mater ſit, ſed etiam vt ſit idonea peccatorum *aduocata*: patrocinium enim gerit per propriam virtutem illi vitio oppoſitam, pro quo expiando intercedit.

Vnaquaque Maria virtus, pro ſingulis peccatorum vitiys aduocata eſt.

Exinde quia virgo Eua Angelico ſermone ſuaſa, per ſuperbam inobedientiam deliquit; ideò Virgo Deipara Angelico etiam ſermone ſuaſa, per humilem obedientiam dum Deo velut *ancilla* paret; Verbum diuinum conciperet, & foret Euæ auxiliaris, quò Mariæ mitiſſima obedientia, Euæ inobedienti patrocinaretur, & ſic primordiale delictum è peruerſo expiaret. Virgo Maria *ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Eua* inobedientis *fieret aduocata*, quaſi ſublimior excellentia Marianæ virtutis, ſit pro vitio oppoſito præſtantior aduocata. Idcircò Mariæ Virginis obedientia, virginis Euæ inobedientiæ *aduocata* perhibetur. Hinc procliue eſt elucidare illam ſententiam Epiphanij in orat. de laudibus S. Mariæ Deiparæ:

Glorioſa eſt mulierum infirmitas, qua Maria vigore roboratur.

S. Epiphan.

Angeli, inquit, *accuſabant Euam, nunc verò Mariam gloriâ proſequuntur, qua mulierum infirmitatem verè glorioſam reddidit, qua lapſam Euam erexit.* Nimirùm Beata Deipara eſt illa *Mulier fortis* apud Salomonem, quæ fortitudine & vigore prævalido *mulierum infirmitatem glorioſam reddidit.* Sanè glorioſa eſt *infirmitas*, quæ fortis huius Mulieris vigore roboratur.

Prouerb. 31. v. 10.

Paullus ad Galatas 4. ſic Iudæos alloquitur: Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe: legem non legiſtis? &c. Et poſt pauca: *Hæc ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans.* In monte Sinai lex Moſaica in tabulis ſcripta eſt, quæ Hebræum populum ſub lege poſuit, & *in ſeruitutem generauit*, poſt ſeruitutem, quam ex primæuo delicto hereditauimus. O! quis homines ab hac ſeruitute liberabit? Audiendus eſt Leo Imperator orat. 1. qui de Beatæ Virginis ortu ita ſcribit: 4.

Ad Galat. 4. v. 24. *Triſtitia originalis per Mariam eliminatur.*

Leo Imper.

Adde quòd triſtitia è parentibus transfuſa nunc penitùs eliminanda pignus datur nobis è felici Ioachim & Anna ſinu, quaſi de theſauris productum; illorum è ſinu nunc in Orbem terrarum fœcunditatis gloriam diffuderunt. Nota quæ ſubiicit verba: *è quibus libertatis Tabulas confecit Rex, per quas duræ ſeruitutis finem promulgauit.* Itaque in lapideis quondam tabulis lex ſeruitutis ſcripta eſt in monte Sinai; nunc verò non ſolùm velut in tabulâ, in Mariâ ſcriptum eſt diuinum Verbum, dum illi medullitùs corporatur; ſed etiam ipſa Virgo Deipara eſt, noſtræ *libertatis Tabula.* O bene! Hiſpanè dicas: *La Virgen es nueſtra eſcritura de horro, la prouiſion real de nueſtra libertad.* Geniti enim ſumus in peccati ſeruitute, quam ex Adamo hereditauimus: inde in Tabulis legem ſeruitutis acceperunt Hebræi: nunc autem cùm immaculatè concipitur, & feliciter naſcitur Maria, humano generi ſub Diaboli ſeruitute oppreſſo, *libertatis Tabulas confecit Rex.* Ipſa Deipara ab antiquâ ſeruitute liberatio eſt, & noſtræ libertatis titulus. Quare S. Ildefonſus lib. de Virginit. ſanctæ Mariæ, cap. vlt. eam appellat: *Libertatis noſtra nobiliſſimum Titulum.* Adde vulgarem illam expoſitionem initij Euangelij ſecundum Matthæum, *Liber generationis Ieſu Chriſti*, &c. quæ per τὸ *liber*, Deiparam myſticè intelligit. Quò videtur adludere idem Leo Imperator in orat. de Aſſumptione, vbi Beatam Virginem ſic ſalutat:

Ipſa Deipara eſt humanæ libertatis regia tabula.

Maria eſt noſtra libertatis titulus nobiliſſimus.

S. Ildefonſ.

Matth. 1. v. 1.

Leo Imper.

Aue volumen commodiſſimum, in quo Dei Verbum ſcriptis mandatum eſt, per quod graui ſeruitutis iugo oppreſſi in perpetuam libertatem vindicati ſumus. Ecce in Mariâ Deiparâ geminatum humanæ libertatis Titulum, quo perpetua hominibus libertas vindicatur. Hactenùs Suſanna Babylone captiua, exinceps libera *nobiliſſimo titulo.*

Maria eſt Volumen diuino Verbo ſcriptum.

Hic verſ. 1. & 2.

5\. S. Iob cap. 17. ab amicis moleſtè exagitatus, & totâ Diabolorum hoſtilitate percuſſus, humanis præſidiis vndique diffiſus, ſupplex ad Deum clamat: *Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.* Audaciuſcula videtur vocula *cuiuſuis*: nam etſi iure merito de propinquitate Dei, & de propinquâ eius ope præſidat, τὸ *eminſuis manus pugnet contra me*, non tantùm hominum, & Diabolorum hoſtilitatem, ſed & pugnaciter aduarſariam Dei manum importat. Quid ergo petit Iobus dum ait, *Pone me iuxta te?* quod de propinquitate auxilium expetit? quod præſidium, quod aſylũ, quam vmbram, ſeu protectionem

Iob 17. v. 4.

implorat?

implorat? Tempeſtiuè Richardus à S. Laurantio lib. 1. de Laudibus Virginis, præſcripta Iobi verba à Deo ad Deipatam transferr,

Richardus. à S. Laurent.

ſic fatus: *Potens eſt Maria ad protegendum: vnde ipſi poteſt ſecurè dicere ſeruus eius, illud Iob: Pone me iuxtà te, & cuiuſuis manus pugnet contrà me.* Quaſi dicat: Armetur cootrà me pugnaciſſimè hominum manus, ſæuiat aduerſùs me humanitas tota; & de inferno ſæuus hoſtis hoſtiliter ferociat: imò (auſim dicere) iratus in me Deus ſeueriores plagas, atrociores calamitates, & totos diuinæ Iuſtitiæ rigores minitetur; *potens eſt Maria ad protegendum.* O Maria, *pone me iuxtà te, & Cuiuſuis manus pugnet contrà me.* Nam etſi irato Deo adſit tota Omnipotentiæ vis, tibi ſubeſt precaria Omnipotentia, quâ quicquid ad protegendum precibus velis, valenter, ſeu omnipotenter poſſis. Belliſſimè Coſmas Ie-

Coſ. Ierof.

roſolymitanus Hymno 6. ſic pangit: *Inſuperabilem, Deipara, ſpem tuam habens, ſeruabor, defenſionem tuam poſſidens, non timebo: perſequar inimicos meos, & in fugam vertam, ſolam habens protectionem tuam, & Omnipotens auxilium tuum.* Scilicet diuina Omnipotentia Marianæ precis arbitrio permittitur, aut precaria Mariæ Omnipotentia, eſſentialem Deo Omnipotentiam ſupplex velut exarmat. Dicatur ergò Mariæ, quod Iacobo, eius proauo dictum fuit: *Quoniam ſi contrà Deum fortis fuiſti, quantò magis contrà homines praualebis?* (quod Oſee Iacobi precibus adſcribit) Vide hîc quàm ſit validè potens, & omnipotenter validum Deiparæ præſidium. *Inſuperabilem, Deipara, ſpem tuam habens, ſeruabor, ſolam habens protectionem tuam, & omnipotens auxilium*

Maria eſt inſuperabilis, & Omnipotens auxilium eius.

Geneſ. 32. v. 28.

Hic verſ. 35.

tuum. Spei clypeo munita, *inſuperabilem* ſe exhibuit Suſanna; & ex ſuo antitypo tacitè fiduciam mutuatur. In hoc periculoſo pugnaciter bello, vis eſſe *inſuperabilis*, de Marianâ ope præfide, imò & piè præſume: vltrà humana vota omnipotenter auxiliatis eſt: in eius vmbræ aſylo, contrà omnes tutus eris. Ergò fidenter dic Mariæ: O Deipara, *pone me iuxtà te, & Cuiuſuis manus pugnet contrà me: es enim inſuperabilis, & omnipotens auxilium suum.*

---

§. CCCXXXIII.

Marianæ ad Filium Deum orationis, precaria omnipotentia.

1.

S. Bernard. Serm. de Aquæductu.

PVlchrè Barnardus: Deus, inquit, totius boni plenitudinem poſuit in Maria, vt proinde ſiquid ſpei in nobis eſt, ſiquid gratiæ, ſiquid ſalutis, ab ea nouerimus redundare, quæ aſcendit delicijs affluens. Hortus planè deliciarum, quem non modò afflauerit veniens, ſed & perflauerit ſuperueniens Auſter ille diuinus, vt vndique fluant & diffluant aromata eius, chariſmata ſcilicet gratiarum, Tolle corpus hoc Solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam hanc, maris ſtellam, quid niſi caligo inuoluens, & vmbra mortis, & denſiſſimæ tenebræ relinquuntur? *Totis ergò medullis crdium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus. Mariam veneremur: quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Sic eſt largè benefica eius precaria omnipotentia ergà omnes. Sapienter Richardus Victorinus in Cantica cap. 18. Maria, inquit: *omnium ſalutem deſiderauit, quæſiuit, obtinuit; imò ſalus omnium per ipſam effecta eſt.* Eius ergò preces ambiamus orantes.

Totum per Mariam habeamus.

Mariana orationis magna vis.

Richardus Victorinus

2.

Siracidis ore ſic Beata Virgo homines alloquitur: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me omnis gratia viæ (alij, vitæ) & veritatis; in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Cum ergò Deipara ſit ſuperplenè exundans omnium gratiarum conceptaculum, vota hominum expetit, & rogari rogat, aiens: *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini.* Tiguriua tranſlatio ſic habet: *Accedite ad me omnes cupidi mei, & facite* (petendo, & ſupplicando) *vt fructibus meis impleamini.* Nimitùm, ait inibi Rabanus, *materno affectu admonet Sapientia* (Deipara) *filios ſuos, vt ad ipſam concurrant, eius munere ditentur, ac ope reficiantur.* Audax videri poſſet hæc ſpontanea opis oblatio, niſi certa foret Deipara de cuiuſque rei petitæ impetratione. Orationis portò Marianæ vis grata Deo eſt, & quidnis à Deo, etiam quodammodò reluctante, impetrat. Luculenter Leo Imperator Orat. s. Ioachimum & Annam ſic alloquitur: *An verò liquet, & ſi oblata filiola videtur à vobis, communi tamen Deprecatione offerri, vt potè communem pro omnibus Propitiationem: & ſi è veſtris prodiit cubiculis, donari tamen, vt omnibus Dei benignitatem mereatur?* Huius Deprecationis efficaciam mox altè ſubiungit: *O munus, quod ſe indicem Deus volens muneribus vinci, & per nos excitatam contrà nos ipſos iram extinguere, protulit!* Hem! Marianæ propitiationis ſeu deprecationis munere, *ſe Deus vinci voluit?* Sic propitiationis Marianæ vis Deo grata eſt? Sic certò omne quod petit, accipit, vt rogatores ſeriò inuitet, quò de cæleſtium gazarum opulentia impleantur? Quid neget Matri Virgini Filius Deus? quid neget Deiparæ Deus, qui ſe *vinci* eius precibus ambit? Sibi cupitas a ſe gratias inuidet, qui deprecatricem Mariam adhibere cunctatur. Noſter Cornelius in huius loci expoſitione, hæc Dei Patris ad S. Catharinam Senenſem verba refert: *Maria vnigeniti Filij mei glorioſa genitrici, à bonitate mea conceſſum eſt, propter incarnati Verbi reuerentiam, vt, quicumque etiam peccator ad eam cum deuota veneratione recurrit, nullo modo decipiatur à Dæmone infernali: hæc enim eſt à me electa parata, & poſita tamquam eſca dulciſſima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum*

Eccli. 24. v. 26.

Tigurino.

Rabanus.

Leo Imper.

Deus vinci ſe voluit Marianæ deprecationis munere.

Cornel. ibi.

Maria eſt eſca dulciſſima ad capiendos peccatores.

3.

Canticorum 8. vox eſt ſponſi ad ſponſam: *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.* Honorius pro τὸ *hortis*, legit, *Quæ habitas in portis*, ſcilicet *vitæ & mortis*, ait ipſe. In portis autem ciuitatum olim eſſe tribunalia, liquidò conſtat. Quaſi dicat: Quæ ades tribunali diuino tamquam aduocata, arbitra, ſeu mediatrix in cauſſis *vitæ & mortis* hominum; fac me audire precum tuarum vocem, vt ſecundùm illam, quænis cauſſa

Cant. 8. v. 13.

Honorius.

Maria eſt aduocata in portis vitæ, & mortis.

vitæ & mortis ſententiam de tuo nutu ferat. Ceterùm *in hortis* habent communiter expoſitores. Alanus. Et Alanus ſic locum exponit: *O mater mea, quæ habitas in hortis: in horto Eccleſia corporaliter, & horto virtutum germinantium in vitam æternam ſpiritualiter in horto qui Chriſtus eſt per amorem: in horto vitæ æternæ, per ſpem. Fac me audire vocem tuam, id eſt, ad me dirige preces de quacumque tribulatione, vt eas impleam.* Ecce precaria Omnipotentia in Mariæ Virginis ore munificè collocatur. Verùm Cardinalis Hailgrinus indidem locum intelligit de Virgine Deiparâ ad cælos aſcendente: Chriſtus, inquit, *aſſignat Matri officium, quod gerat in patria, dicens: O tu dilecta mea, quæ habitas in hortis gratiarum & virtutum, fac me audire vocem tuam in precibus; ſonet vox tua in auribus meis, quia amici, ſcilicet Angeli, auſcultant, vt quod à me petieris, ſtatim officioſo peragant miniſterio. Beata autem Virgo libenter obſecundans Filio, & tamquam gaudens iniuncto tali officio, ſtatim aſſurgit ad preces*, &c. Itaque *Officium* Mariæ Deiparæ in cælis, eſt pro hominibus precari; & Angelorum *officium* eſt, officioſo miniſterio, & obſequio piè ambitioſo, quæ Beata Virgo iniungit, quantocyùs peragere. Tota diſpenſandæ gratiæ œconomia, de Mariæ officio precariè dependet, in piè beneficâ Mariæ officinâ peragitur. Quid Angelis adulantiùs, quàm Marianam iuſſionem exequi? & Deo, qui Mariæ precibus *vinci* voluit, quid gratius, quàm Matris ſupplicationibus adnuiſſe? Gratulemur Deiparæ, quòd tam pio præſit officio; & nobis pariter gratulemur, quòd impetrationis negotium Marianis precibus demandetur. O adſis nobis noſtrarum precum, & diuinæ omnipotentiæ arbitra glorioſiſſima. *Ea de cauſſa* (ait Leo Imperator) *tibi tamquam Reginæ miniſtramus, & vultui tuo ſupplicamus, tuam gloriam adaugentes.* Qui Virginis vultui ſupplicat, eius gloriam ſumptuoſiùs adauget. Humana oratio, glorioſa Mariæ panegyris eſt.

Officiũ Mariæ in cælis eſt preces pro hominibus fundere. — Hailgrinus. — *Officiũ Angelorum eſt exequi, quod Maria precibus impetrauit.* — *Noſtra oratio, glorioſa Virginis Mariæ panegyris eſt.* — Leo Imper. Orat. 3.

4. Canticorum 7. ſic ſponſa loquitur: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, vt ſcilicet meas preces exaudiat, ait Iuſtus Orgelitanus. *Pro τὸ conuerſio eius*, aliqui ex Hebræo vertunt, *& ad me poteſtas eius*; Vatablus *& ad me deſiderium eius*. Audiendus eſt ibi Cornelius, qui luculenter ad rem locum exponit: Ego, inquit, ſponſum diligo, & ille viciſſim vnicè me diligit: ego tota illius ſum, ille viciſſim totus meus eſt: Ego me totam deuoui illius obſequio, *ille viciſſim ſe, ſuóſque oculos, ſuam curam, amorem, & officia in me conuertit, ac aſpicit quid ego velim, vel optem, illúdque illicò perficit, vt meis votis & deſideriis obſecundet: quare ſe totum meæ Poteſtati & Voluntati permiſiſſe videtur.* Quod apprimè concinit cum aliis etiam tranſlationibus: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, id eſt, *deſiderium eius*, ſeu *Poteſtas eius*, ſiue *Obedientia eius*, vt alij excribunt. Ait itaque Deipara Filio Deo: Ego tota dilecti mei ſum, illius obſequio plenè dedita; ille autem viciſſim ſe ſuóſque oculos, ſuam curam, amorem, & officia in me conuertit, ſollerter conſiderans quid ego in votis habeam, *quid velim, quid optem*, quid deprecer; *idque illicò perficit, vt meis votis & deſideriis obſecundet*: nam *ſe totum meæ Poteſtati & voluntati permiſiſſe videtur*, cùm quidpiam rogo, cùm pro quopiam deprecor. Mea oratio, exoratio eſt: nam ad me orantem *conuerſio* eius, *deſiderium* eius, *voluntas* eius, *Poteſtas* eius, & indè *obedientia* eius. O bene! Cùm Maria pro nobis orat ad Deum, Dei *Voluntas* & *Poteſtas* ad eam eſt, ad eius deſiderium, precem, & voluntatem; illi enim precanti Deus ad nutum obedit: Filij Dei *Poteſtas*, Matris Virginis precibus permiſſa eſt: *Ego dilecto meo, & ad me Poteſtas eius.* Quid Deiparæ adulantius? & quid adeò gratanter hominibus accipiendum? Gratulemur Filio Deo, quòd precariâ Omnipotentiâ Matrem honorauerit. Gratulemur & Matri, quòd precariâ Omnipotentiâ præpolleat. Gratulemur etiam & nobis, quod Mariana pietas ſit gazarum cæleſtium precariâ benignitate arbitra.

Cant. 7. v. 10. — Iuſt. Orgel. — Hebræus. — Vatablus. — Cornelius. — *Chriſtus Deus precibus Mariæ poteſtati ſe permittit.*

5. Lucæ 1. peracturus diuinæ corporationis myſterium, Mariæ adeſt Angelus à Deo miſſus. Et ingreſſus ad eam, dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* ſubaudi eſt, potiùs quàm *ſit*. Nimirum dat cauſſam cur Beata Virgo dicatur *gratiâ plena*; quia ſcilicet Dominus cum eâ eſt, eique aſſiſtit, & præſtò eſt ſingulari modo. Itaque ſicut nunc dicitur, *Gratiâ plena* ſibi, & ſuperplena nobis per gratias, quibus precariè effluit, & in nos vbertim exuberat; ſic ait Angelus, *Dominus tecum*, quia tunc Dominus cum eâ eſt, & iam iam erit per Incarnationis myſterium: & ſemper fuit, eſt, & erit præſtò, vt eius preces exaudiat, adſit piè hominibus auxiliaris ſuo patrocinio largiùs benefico. Appoſitè pariter ac ſcitè Bernardus Serm. 3. Super *miſſus eſt*, ſic ad rem præſcripta Lucæ verba commentatur: *Dominus tecum. Cum ita ſit cum omnibus ſanctis, ſpecialiter tamen cum Maria, cum quâ vtique tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolùm Voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſi de ſuâ Virginiſque ſubſtantiâ vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret.* Quaſi dicat: Deus Verbum per Incarnationem ſtatim operandam, Deiparæ carnem ſibi coniungit, *ac ſi de ſuâ Virginiſque ſubſtantia vnus Chriſtus fieret*: Ita quodammodò, ſeu per quandam analogiam, quia Maria Virgo eſt Mater Dei, propter Deiparæ dignitatem ſeu maieſtatem, per quandam arcanè *conſenſionem*, ex Chriſti Dei voluntate, & voluntate Deiparæ, velut vna voluntas efficitur, quod attinet ad gratiam, quâ plena & ſuperplena eſt, hominibus largiter ſupereffundendam. Quaſi ſic præſtò adeſt Chriſtus Deus Marianæ voluntati exequendæ, audiendis eius precibus, eiuſdem deſideriis cumulatè adimplendis, ac ſi Deiparæ precanti aut volenti, & Chriſto confeſtim adnuenti, vna foret dumtaxat voluntas. Scilicet *cum Maria tanta Chriſto conſenſio fuit, vt illius non ſolùm Voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret.* Luculenter quidem Bernardus, quo pollebat ingenij acumine, & ergà Deiparam ſtudio.

Lucæ 1. v. 28. — S. Bernard. — *Per Incarnationem Chriſtus ei iungi dicitur Deiparæ voluntati quodammodo.*

6. Exindè ſic iuuat cum Ruperto Mariam Virginem alloqui: *Leuaui oculos meos in montes*,

Pſal. 120. v. 1. — Rupert. in Cant. 8.

montes, vndè veniet auxilium mihi: Sed ad te præcipuè conuertimur, ad te præſertim oculos noſtros leuamus, suum præ omnibus auxilium ſuſpiramus. Per ſanctum vteri tui ſacramentum, & per illum, qui animam tuam pertranſiuit gladium, obtine vt videamus ipſam illuminationem montium æternorum, ſcilicet dilectum, & ex dilecto dilectum, & ſimul dilectionem amborum. O quis videat dilectionem quâ Pater, & Filius, & Spiritus-Sanctus ſe diligunt, & eâdem reciprocâ voluntate ſe amant & redamant! O quis videat dilectionem, & mutuum amorem, quo ſe amant Filius Deus & Mater Virgo, & vtriuſque ſit velut vna voluntas vt quicquid Mater precando vult, Filius annuendo ſimul velit!

Maria auxilium ſuſpiramus.

§. CCCXXXIV.

Ductu ſacri Textus, varium Marianæ laudis ſpicilegium fit.

1. *B.Petr.Dam.* BEatus Petrus Damianus Ser. de Annunt. Beatiſſ. Virginis Mariæ, ita de eâ ſcribit: *Cum fecerit Deus omnia opera ſua valdè bona, hoc melius fecit, conſecrans ſibi in ea reclinatorium aureum, in qua ſola ſe poſt tumultus Angelorum & hominum, reclinaret; & requiem inueniret ...... O venter diffuſior cælis, terris amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur!* *Archangelus ait: Aue gratia plena, Dominus tecum: quia à Deo electam, & prælectam, totam eam rapturus erat ſibi Spiritus-ſanctus, & cæleſtibus inſigniturus ornamentis.* Rapinâne Spiritus-ſancti eſt Beata Virgo? quare? quomodò? à quo eam rapuit? An à Filio Deo, cuius tota erat? An ab hominibus, cuius naturâ illorum indiga eſt, de cuius mendicitatibus opulentè victitat? Altè Deipara velut furtum Spiritus-ſancti perhibetur. Deiparam *totam rapturus erat ſibi Spiritus-ſanctus.* Sic autem eam totam rapit ſibi, vt eam totam nobis relinquat. In pomario ſeu paradiſo viri ſui eſt Suſanna, nec ſuos Babylone captiuos deſerit.

Maria conglobata laudes.

Luc.1. v.28.

Totam Mariam rapuit ſibi Spiritus-Sanctus.

Hic verſ.1. & 4.

2. Cant.4.v 9. Canticorum 4. ait Sponſus: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Alij vertunt, *excordaſti nos*; alij *incordiaſti me*; alij *ſtupefeciſti me.* Sed quid eſt, quòd diuinus Sponſus, reliquas Deiparæ venuſtates admiratus, ad vnum illius crinem obſtupeſcit? Quis, qualiſve eſt iſte crinis, qui amorem Sponſi ita ſauciauit? Audiendus eſt inibi Rupertus ſic de Beatâ Virgine locutus: *Vulneraſti cor meum, ſed in vno crine colli, id eſt, in nimia humilitate cordis tui, quem videlicet crinem ſemper vnum vidi, quam humilitatem ſemper vniformem, & indeficientem eſſe conſpexi. Quid vno crine gracilius, & quid humilitate ſubtilius? crinis vnus vix comparet, humilitas tua vix conſentit quod computari poſſit inter homines.* Æmulatur ſcilicet Filium ſuum, qui dixit, *Vermis ſum, & non homo.* Profectò omnia in Beatâ Virgine magna ſunt (quia fecit illi *magna qui potens eſt*) at ſola Mariæ humilitas *nimia* perhibetur. O quàm multa paucis!

Rupertus.

Deipara humilitas dicitur nimia.

Fiducia & humilitas eſt Mariæ pulchritudo.

Pergit Rupertus in Cantic. cap. 1. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ergò ex fide & humilitate, imò fides & humilitas tota pulchritudo tua eſt.* Tota pulchritudo Mariæ fides & humilitas eſt; & tota Suſannæ pulchritudo: quare *pulchra nimis* perhibetur, fiduciâ præluſtris, illuſtrior humilitate, quâ eximiè Deo placuit. S. Bernardus Serm. 42. in Cantica, ita ſcribit: *Numquid eſt aliud, Nardus mea dedit odorem ſuauitatis, quàm, Placuit mea humilitas? Non mea, inquit, ſapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quæ nulla erant mihi; ſed quæ ſola inerat Humilitas dedit odorem ſuum.* Sic Deiparæ Humilitas velut *nimia* cenſetur, in cuius comparatione, eius reliquæ dotes ſic videntur decreſcere?

Rupertus.

Hic verſ.2.

S.Bernard.

Quomodò ſola Humilitas ineſſe Mariæ dicitur?

3. Luc.2.v.51. Lucæ 2. puer adhuc paruulus Ieſus, in templo tandem inuentus, poſtquam ad beneuolam Matris querelam de abſentia, deſcendit cum eis, & venit Nazareth, *& erat ſubditus illis.* Quis? cui? Deus homini. Vtrimque ſtupor: & quòd feminæ Deus obtemperet, humilitas ſine exemplo; & quod femina Deo imperet, faſtigium ſine ſocio. Audiendus eſt Petrus Damianus homil. 46. quæ eſt in Natiuit. Beatiſſ. Virg. Mariæ, de eâ ſic fatus: *Creatus eſt ex ea, quam creauit; portatus eſt manibus, quas formauit: ſuxit vbera, quæ repleuit: puella confouebatur in gremio, quem vaſtiſſima cæli non recipit latitudo: puerilibus faſciis cingebatur, qui immenſitatem orbis terræ pugillo complectitur.* Subdit ad rem opportunè: *Matris parebat arbitrio; qui omnium rerum iura ſuo gubernabat imperio: vagiebat in cunabulis, qui Angelorum gaudium erat in cælis: vilibus tegebatur crepundiis, qui Electos ſuos ſtola induit immortalitatis: Imperabat illi Puella, cui cuncta obtemperant, & obediunt elementa. Sic namque in Euangelio ſcriptum eſt: Qui venit cum parentibus Nazareth, & erat ſubditus illis.* O qualis, quantaque eſt Virginis Deiparæ excellentia, vt cui cuncta parent, eius *pareat arbitrio*, & ipſi Deo Puella principetur! Auguſtior hæc dignitas humanum faſtum videtur excellere. Sic Maria Virgo parere adſueta, (ſicut Suſanna *ſecundùm legem Moyſi erudita*) Deo imperare didicit.

B.Petr.Dam.

Puella Deipara arbitrio Deus libenter obtemperat.

Hic verſ.3.

4. Cant.5. v.3. Canticorum 5. ſic ſponſa Virgo cæleſti Sponſo reſpondet: *Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa? Laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?* Pulchrè S. Ambroſius lib. 3. de Virginibus ita ſcribit: *Vide quid dicat, ſic ſe actus corporis exuit, vt neſciat quomodò, etiam ſi velit, rursùs poſſit induere.* Sed quæ eſt hæc tunica quam dudùm exutam, *etiam ſi velit*, induere neſcit? Luculenter inibi Rupertus id accommodat Mariæ Virgini mente & cenſu pauperrimæ: *Ego*, inquit, *dilecto meo pulſanti loquor, eique nota replico; quia ſingularis ego præ omnibus exui me tunica mea, mente & actu vel habitu reliqui omnia, & ita laui pedes meos*, &c. Quaſi dicat: Scio Petrum Apoſtolorum verticem, cum reliquis Apoſtolis audacter dixiſſe, *Ecce nos reliquimus omnia*; ſed ſcio etiam addidiſſe, *Quid ergo erit nobis?* quaſi ſuam paupertatem Chriſto diuenderint, & inopiam lucroſam fecerint, aliquid remunerationis titulo expetentes: at *ſingularis ego præ omnibus exui me tunica mea, mente*

S.Ambroſ.

Rupertus.

Deipara fuit terrena paupertatis hyperbole. quare

actu

actu vel habitu reliqui omnia; quæ eſt paupertatis meta. Sed vltrà addit, *Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa?* adeò *vt neſciat quomodò, etiam ſi velit, rurſus poſſit induere.* quæ eſt voluntariæ paupertatis exaggeratio, dum ingenuè fatetur, ſe neſcire, quomodò, *etiam ſi velit*, poſſit, ex omnibus, quæ mente, voto, actu, & habitu reliquit, quidquam reſumere, vel expetere, poſtquam etiam interula ſe etiam expoliauit. quò ſummæ (Hic verſ.4.) paupertatis hyperbole in Deiparâ micantet prælucet. Suſanna nuper prædiues; omnia, ne Deum offendat, relinquere, imò & cum ipſo ſui ac ſuorum honore abiicere ambit; quæ eſt illius æui laudatior paupertas: nec alia illuſtrior præcedere in vmbrâ potuit.

5. Canticorum 7. ait ſponſus ad ſponſam: (Cant. 7.v.4.) *Oculi tui ſicut piſcina* (Ambroſius *ſtagna*) *in* (S.Ambroſ.) *Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.* (Pagninus.) Pagninus, *filiæ nobilium*. Scilicet humor cry- (Cornelius.) ſtallinus oculi, ſimilis eſt piſcinæ ſeu ſtagno puris aquis pellucido, quia vtriuſque origo (*In Maria oculo ſe Pater æternus ſpeculatur.*) ſubtùs latenter ſcaturit, extrema verò ſuperficies clara, quieta, ſtabilis, & ſerena permanet, adeo vt inſtar ſpeculi res obiectas repræſentet: quare *oculi*, ſcientiæ & ſapientiæ ſymbolum ab Interpretibus denotantur. Audi Chriſtum oculos Beatæ Virginis ſanctæ Brigittæ depingentem lib. 5. Reuelat. in fine (S. Brigitta.) Interrog. 9. *Oculi tui fuerunt in conſpectu Patris mei ſic lucidi, quòd ſe ſpeculabatur in eis, quia in ſpirituali viſu tuo & intellectu animæ tuæ videbat Pater omnem voluntatem tuam, quòd nihil volebas niſi ipſum, & nihil deſiderabas niſi ſecundùm ipſum.* Hem! in Virginis Mariæ oculis velut in ſpeculo quodam pellucido, ſe ſuáque attributa, & perfectiones placidè *ſpeculatur*? Profectò Pater Deus hoc Mariæ ſpeculum non conſulit, vt in ſe aliquid emendet, aut comptiùs exornet: Sed vt in ipſo ſibi ſumptuoſiùs complaceat: eſt enim quâdam (Sapient. 7. v. 26.) Filij ſui æmulatione, *Speculum ſine macula Dei maieſtatis*. Sanè gratiſſimum Deo ſpectaculum, ſe in Maria glorioſiùs contemplari.

6. Danielis 7. in ſublimiſſimo maieſtatis ſolio Deus ſedet, & innumera Angelorum mul- (Daniel. 7. v.10.) titudo illi adeſt: *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* (Sophronius.) Præclare Sophronius Orat. 6. de Angelorum excellentia, eorum innumera officia adden- (*Angeli nil potiùs habēt, quàm Mariæ inſeruire.*) ſat, quibus ad Dei nutum vbique miniſtrant ſedulo expromptiùs obſequio. Neque tantùm Dei ſolio, ſed Deiparæ etiam throno adſtant, ad omne obſequium paratiſſimi. Elo- (Leo Imper.) quenter Leo Imperator Orat. 3. ait: *Iam enim etiam Angelorum choris dulce eſt tuas laudes concinere, & beatam prædicant te, tamquam Regis Matrem; potiúſque nihil habent, quam vt tibi inſeruiant.* O! qui toti ſunt, vt Deo aſſiſtant, illique miniſtrent, *potiùs nihil habent*, quàm vt Virgini Deiparæ *inſeruiant*? Prænobile Angelorum miniſterium, promptum Mariæ ſeruitium eſt. Parùm eſt, quod Daniel (Hic verſ.55. & 59.) Propheta totus Suſannæ obſequio impendatur, niſi hîc verſ. 55. & 59. Angeli ſimili ſuper impendantur obſequio.

7. (Iſaiæ. 11.v.1. Chaldæus.) Iſaiæ 11. ita prophetatur: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet,* &c. Chaldæus, *egredietur Rex*; inſigne, inquam, regale; nam *virga* in Bibliis ſæpiùs ſceptrum ſignificat; per hanc autem *virgam*, (*Maria eſt Correctio Euæ, & Diaboli Impulſio.*) ſignificari Deiparam, omnibus in comperto eſt. Benè itaque Beata Virgo dicitur *virga* ſeu *ſceptrum*: eſt enim ſceptrum orthodoxæ fidei, ſceptrum quo ſuos hoſtes fugat ac detriumphat. Eleganter Leo Imperator Orat. (Leo Imper.) 1. *Nata eſt nobis Puella*, inquit, *formata quidèm æquè vt Eua, ſed errati eius vt ſit Correctio, tuaque* (Diaboli) *lapſionis Impulſio..... Quin imo Tyrannus apoſtata, qui priùs vrſequebatur, fugam arripiens, recedit. Vbi regium apparuit* (*Maria eſt regium Sceptrum.*) *Sceptrum non inueniet ampliùs locum, quâ nos adoriatur.* Sic Tartareæ peccati phalanges, Mariam, velut regium Dei *Sceptrum* perhorreſcunt: eſt enim Diabolicæ *lapſionis Impulſio*: (Hic verſ.50.) ſicut Suſanna fuit *Impulſio* Senum, & inopinatum diuinæ iuſtitiæ *ſceptrum*, quod Tyrannicam fraudem malè conſcidit.

Siracides Eccleſiaſtici 15. oſtendit quantâ 8. beneuolentia, ſuis ſtudioſis Sapientia occur- (Eccli. 15. v. 2.) rit: *Et obuiauit illi*, inquit, *quaſi mater honorificata.* Sancti Patres, & communiter Interpretes, hæc verba de Beatâ Virgine myſticè (*Maria ſit omnes ſuos inſtar Chriſti. quomodo*) intelligunt, quæ omnibus tanquam mater beneuolè occurrit. Sed eſto, *Mater honorificata* ſit, quæ eſt Mater Chriſti Dei; at aſpectu (*De Ioāne dicitur Mariæ: Ecce filius tuus Chriſtus. quare*) ad reliquos, quibus velut mater occurrit, quomodò *Mater honorificata* perhibetur? Annon potiùs detrectet eſſe aliorum filiorum mater, quæ Dei Mater exiſtit? Putauerim, quòd Chriſtus morti proximus, nos omnes tanquam fratres ſuos, Matri ſuæ commendauit, illique (vt ſic loquar) filiauit. Porrò dicens Ioanni, *Ecce mater tua*, omnes nos in Ioan- (Ioan. 19. v.27.) ne repræſentauit, vt eius eſſent filij. Profundè Origenes Præfatione in S. Ioannem: *Chri-* (Origenes.) *ſtus*, inquit, *dicens: Mulier ecce filius tuus, perindè eſt ac ſi dixiſſet: Ecce hic eſt Ieſus quem genuiſti. Nam quiſquis perfectus eſt, ampliùs non viuit ipſe, ſed in ipſo viuit Chriſtus: cúmque in eo viuat Chriſtus, dicitur de eo Mariæ: Ecce filius tuus Chriſtus.* Bene *Mater honorificata* dicitur, quæ & Mater naturalis eſt Filij Dei, Chriſti, inquam; reliquóſque filios aut inuenit, aut facit Chriſtos: facit enim vt in eis viuat Chriſtus exindè Chriſtos nuncupat: & de Ioanne dicitur Mariæ: *Ecce filius tuus Chriſtus.*

---

§. CCCXXXV.

Materia præcedentis theſeos productiùs ampliatur.

SAnctus Hieronymus Serm. de Aſſumptio- 1. ne Beatæ Mariæ, perſtrictim elucidans il- (Luc. 2.v.35. S. Hieron.) lud Lucæ 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, ita ſcribit: *Alij namque Sancti etſi paſſi ſunt pro Chriſto in carne, tamen in anima* (*quia immortalis eſt*) *pati non potuerunt. Beata verò Dei Genitrix, quia in ea parte paſſa* (*Beata Virgo eſt Martyr amoris.*) *eſt, quæ impaſſibilis habetur, ideò* (*vt ita fatear*) *quia ſpiritualiter & atrociùs paſſa eſt gladio paſ-* (*Maria patitur ea parte, quæ impaſſibilis eſt.*) *ſionis Chriſti, plus quam martyr fuit. Vnde conſtat quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit; in tantum vt animam eius totam pertranſiret,*

Cant. 8. v. 6.

Maria mortem Chriſti ſuam fecit.

ſiret, & poſſideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis. Nimirùm & eius dilectio amplius fortis quàm mors fuit: quia mortem Chriſti ſuam fecit. In quibus Hieronymi verbis nota primò, quod Beata Virgo dicitur Martyr amoris; quia *fortis eſt vt mors dilectio: vndè conſtat quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit.* Dein nota, quòd cùm ſuam ipſius *animam* pertranſierit gladius, in Paſſione Chriſti Dei Filij ſui, *eâ parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur.* Sanè exaggeratio paſſionis eſt, eâ parte pati, quæ *impaſſibilis* eſt: adeò enim peracerba fuit eius paſſio, vt vel pars impatibilis pati cogeretur. Nec miror ſic atrociter pati, quæ *mortem Chriſti ſuam fecit.* Hem! mortem Chriſti patitur Deipara? O quam multa quàm breui ſermone compendiauit Hieronymus!

2. ad Galat. 4. v. 19.

Paullus ſic Galatas alloquitur: *Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis,* Quaſi dicat: Vti Beata Virgo Chriſtum corporaliter peperit, at ſine dolore: ſic & ego quaſi ſpiritualis puerpera Chriſti, vos in Chriſto genui & peperi: nunc autem cum magno labore & acerbo dolore vos *iterùm parturio* & enitor, vt Chriſtum, Chriſtique ſpiritum in vobis efformem. *Vides paterna* (ait Chryſoſtomus) *imò materna viſcera, vides anxietatem, vides qualem emittat eiulatum multò triſtiorem, quàm ſolet eſſe parturientium.*

S. Chryſoſt. ibi.

Itaque cum Paullus Galatas primò peperit in Chriſto, aut Chriſtum in eis quodammodò peperit, de dolore minimè conqueritur: non ſic cùm eos iterùm parit; ſed eoſdem cum triſtiſſimo eiulatu acerbiùs enititur. Audiendus eſt S. Anſelmus lib. 4. cap. 15. vbi de Virginis Deiparæ doloribus præ compaſſione Chriſti crucifixi, ita ſcribit: *Ipſa Beata, & ſuper naturam bonorum digna effecta, dolores partûs, quos effugit pariens, illos tempore Paſſionis ſuſtinuit ex materna compaſſione viſcerum lacerata reparturiens.* Nimirùm Beata Virgo Deipara, ex materna compaſſione viſcerum lacerata *reparturiit.* Quid eſt *reparturit*, niſi *iterùm parturit?* Virgo Deipara præ reliquis matribus Mater Chriſti fuit, cùm eum generans abſque viri opera, operam viri quodammodò exhibuit: totus enim Chriſtus ex eius puriſſimis viſceribus materiatus eſt. Exindè non ſolùm Mater, ſed Matripater, aut Patrimater nuncupatur: & idcircò geminato amore illum proſequebatur. Addit nunc Anſelmus aliud genus diuinæ Maternitatis, quo præ nimio dolore, & laceratione viſcerum Chriſtum Deum iam iam moriturum *reparturit.* Quod in Rachele eius typo contigit: de quâ ſcribitur Geneſeos 35. Egrediente autem animâ præ dolore, & imminente iam morte, *vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, Id eſt filius dextræ.* Quarę Chriſtus iam iam moriturus, adſpectu ad Matrem Virginem eſt *Filius doloris*; aſpectu verò ad Patrem Deum, *Filius dextræ* nuncupatur. *Tantus fuit dolor Virginis* (ait Bernardinus) *quòd ſi in omnes creaturas diuideretur, omnes ſubitò interirent.* O arcanè diuina iterùm Maternitas, quâ dolorum acerbitate Chriſtum Deum Deipara Virgo *reparturit* ! Tanta dolorum atrocitas, Dei Matrem inuenit, & facit. Eleganter quidèm Anſelmus.

S. Anſelmus.

Dolorũ iuxta crucem atrocitas, Dei Matrem inuenit, & facit.

Geneſ. 36. v. 18.

S. Bernard. Senenſ. tom. 1. Serm. 61. ar. 3. c. 2.

3. Pſalm. 37. v. 18.

Pſalmo 37. Paſſionis ſuæ diuturnam acerbitatem, ſic dolenter publicat Chriſtus Deus: *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Peracerbum ſanè cruciamentum, ſemper imaginationis ſenſu pati, quod ſemel aliquandò patieris. Diuturnior & atrocior eſt paſſio, quam præſcientia ad cruciatum anticipat, & præſenſio ad pœnarum diuturnitatem amplificat. Simili præpaſſiune (vt ſic loquar) Virgo Deipara ſemper excruciabatur; adeò vt dicere cum Filio Deo poſſet: *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Quod S. Brigitta his verbis tradit: Deipara *melius quàm Propheta praſciuit Filij ſui paſſionem; ideò eum lactans, cogitabat, quod felle, & aceto eſſet potandus in cruce; quandò eum manibus geſtabat, videbatur illi quòd crucis brachiis eſſet confixus; quandò dormiebat, cogitabat mortuum ex cruce depoſitum; quandò oſculabatur, Iudæ oſculum cogitabat; quandò faſciis inuolebat, funes cogitabat, quibus ligandus ab impiis carnificibus, quandò manu ducebat, ducendum ad tribunalia, vt impiis iudicibus ſiſteretur.* Belliſſime Hailgrinus Cardinalis in illud Canticorum 7. verſ. 5. *Coma capitis tui ſicut purpura Regis iuncta canalibus*, ita ad rem ſcribit: Senſus eſt: *Mens tua, O Virgo, & cogitationes tuæ tinctæ in ſanguine Dominicæ Paſſionis, ſic affectæ ſemper fuere, quaſi recenter videres ſanguinem de vulneribus profluentem.* Itaque cùm *ſemper* ita affecta fuerit Beata Virgo, ac ſi ſanguinem *recenter* fluentem de vulneribus Filij ſui oculis videret, rectè dicere potuit cum Prophetâ: *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.* O acerbiſſimos dolores, anxietates, & anguſtias Deiparæ! quæ, opinor, nunc in Suſanna præcellere, dum ait: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique*

S. Brig. apud Nouar. l. 4. Vmbr. virg.

Cogitationes Deiparæ, ſemper Dominico ſanguine rubebant.

Cant. 7. v. 5. Hailgrinus.

Hic verſ. 22.

4. Pſal 72. v. 26.

Pſalmo 72. ſic de ſe canit Propheta: *Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Quid eſt, quòd cùm eò perfectionis & conſummatæ ſanctitatis Propheta deuenerit, vt Deum, Deum cordis ſui appellet, quaſi totum cor eius plenè poſſideat; imò & viciſſim eius iam æterna poſſeſſio ſit Deus, antedixerit; nunc ait, quòd eius *caro defecerit?* quæ eſt iſta in tam ſublimi perfectione, *carnis defectio?* Noſter Cornelius vir omni pietate, ac litteraturâ hoc æuo opinatiſſimus, in Canticorum cap. 1. verſ. 1. hæc verba de Beata Deipara pulchrè commentatur, quippè quæ iure merito poſſit *dicere, Defecit caro mea,* ſcilicet non propter aliquem *carnis defectum.* abſit à Solari radio caligo, nodus à ſcirpo. Sed quia Virginis *caro*, à peccati fomite immunis, *deficere*, hoc eſt deſciſcere, ſeu nubiliter degenerare videtur à ratione carnis, & prope ad naturam ſeu elogium ſpiritûs tranſire: quaſi ipſa Deiparæ caro, ipſáque illius natura, à collegio carnis deficiens, non ad peccatum, ſed ad bonum, ſeu virtutem inclinet. Quod aliundè Clemens Alexandrinus Strom. cap. 5. ait: *In tota hac rectè quæſiuimus oratione, virtúſne fuerit natura?* quò non ſolùm Deipara nullam cum peccato affinitatem, de fomitis cognatione, habere dicatur; ſed velut fomitem ad virtutem, quaſi quodammodò *virtus ei natura fuerit.*

Cornelius.

Arcanè de ſe dixit Maria: Defecit caro mea. quare?

Clem. Alex.

Virtúſne fuit natura Deiparæ?

fuerit. Talis caro Virginem Dei Matrem decebat, *Cuius fructus caro Chriſti, quæ ex vtero Mariæ floruit*, ait Tertullianus lib. 5. aduersùs Marcionem cap. 2. O quàm pura & florida eſt Mariæ caro, ex quâ *caro Chriſti floret*! Ex quâ carne carnem ſumere, tanti æſtimat Deus, vt *Verbum caro factum eſt*, Virgini Deiparæ adulantiùs (vt ſic dicam Ioannes perhibeat. Quod Propheta antedixerat, aiens: *Defecit caro mea*, id eſt, à communi carnis ratione ſic nobiliter deſciuit, vt caro Virginis quaſi degener carnis, caro velut ſpiritualis, Angelificata caro, caro quaſi ad virtutem procliuis denotetur, & in terreno corpore corpus pulchrè ſidereum. Quare Suſanna, mente & corpore etiam *pulchra nimis* typicè deſignatur.

Tertullian.

Ioann. 1. v. 14.

E Maria carne caro Chriſti floret.

Hic verſ. 2.

5\. Lucæ 1. ſtudio virginitatis cunctanti in diuinæ corporationis negocio, reſpondet Angelus: *Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Multa vident Interpretes in hâc vmbrâ. Theophylactus ibi, vò *obumbrare*, perindè eſſe putat, ac *extrema pictura lineamenta ducere*. Quaſi dicat: Virtus Dei, in te, O Virgo, corporis Chriſti lineaments deſcribet & perficiet, ſicut facit pictor in homine quem pingit. S. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 2. *Obumbrabit*, id eſt, vmbram efficiet in te. quaſi dicat: Verbum Dei in te aſſumet corpus, quod erit quaſi vmbra Deitatis. Alto planè ſenſu Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laudibus Virginis ſic locum exponit: *Et Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, quia vmbram in te accipiet, id eſt, carnem leuem & à peccato immunem: vmbra enim figuram habet corporis, ſed non corruptionem.* Itaque caro Chriſti (cuius vna eademque caro eſt cum Matris carne) etſi vera caro eſt, & verum corpus, non vmbratile; velut vmbra eſt, quò denotetur ab omni corruptione immunis; *vmbra enim figuram habet corporis, non corruptionem*. Indè ergò ſignificatur Chriſti & Mariæ corpus velut corporis exul, & vera caro tamquam carnis exors, ſic vmbra expers eſt corruptionis corporis, cuius eſt vmbra. Futuræ Deiparæ Spiritus-ſanctus *obumbrat*: Suſanna verò Mariæ vmbra, ipſa ſeſe vice Spiritus-ſancti, velo inumbrat, quò typo reſpondeat antitypus, & corpus vmbræ.

Lucæ 1. v. 35.

Theophyl.

S. Gregor.

Richardus

Caro, quam ex Maria ſûpſit Chriſtus, cur vmbra dicitur?

Hic verſ. 31.

Senes illi ſalaciſſimi, iniquè Iudices, pro tribunali ſedent. Et dixerunt coràm populo: Mittite ad Suſannam filiam Helciæ, vxorem Ioakim. Et ſtatim miſerunt, & venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. *At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur, erat enim cooperta.* Non velatur Suſanna pudore ſtupri, quod neſciebat; ſed ſtudio verecundiæ, quam ſemper excoluit. Rubore perfunditur pulchrè caſta Suſannæ facies, & colore virtutis ornata, obiectum turpiter flagitium meliùs quàm ore refutat. Innocens Suſannæ, ſicut & Mariæ verecundia, multò laudatior eſt. Eleganter Rupertus exponens illud Canticorum 6. *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis. Quid eſt autem dicere*, inquit, *Abſque eo, quod intrinſecùs latet, niſi acſi diceret: Et illud quod in conſcientia latet ampliùs laudabile eſt? O verè laudabilis Verecundia, vbi & intus conſcientia munda, & foris facies verecunda eſt: nam vbi eſt aliquid, quo mens erubeſcat, non adeò laudabile eſt ſi conſpectam faciem rubor perfundat.* Scilicet virgine ſeu Mariana verecundia erubeſcit Suſanna; eius enim pulchra verecundia & mater & virgo eſt. Eloquenter Ennodius Ticinenſis 6. Parænesi Didaſcalicâ: *Matrem*, inquit, *bonorum operum amate Verecundiam, & quæ ita ex ſe variarum ſpecies virtutum fœcunda & Virgo parturit; vt impudicitia procax & corrupta vitiorum.* Ecce tibi Suſanna per modeſtam Verecundiam (vt vt poteſt) Matrem & Virginem Deiparam æmulatur, pudore virtutis, non cognatâ vitij confuſione. Tandem ego pudore balbutiendi, taceo; Deboram, ſi Deo placet, quantocyùs locuturus.

6\.

Hic verſ. 34.

Laudatior eſt innocens verecundia.

Cant. 6. v. 6.

Rupertus.

Verecundia Suſannæ æmula Deiparæ, Mater & Virgo dicitur.

S. Ennodius alibi expenſus.

Si quid in hoc Opere humana tenuitas deliquit, lubens ſubÿcio correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & eruditorum cultiori iudicio.

Si quid fortè laude dignum appareat, vltrò deſtino Deo O. M. Virgini Deiparæ immaculatè conceptæ, & S. Ignatio Protoparenti optimo.

INSTITV

INSTITVTIO POLITICO-CHRISTIANA

carptim ex hoc Opere excerpta, ad vniuerſos Eccleſiaſticæ atque ſecularis politiæ Antiſtites.

CAPVT PRIMVM.

Superior, in reprehenſione, dura blandis immiſceat.

INconſulta ac leuicula nimis compaſſio, diſciplina crux eſt, muliebris affectus, & pagana fidei confinis. toto §. 300 p. 610
Pœna pro culpa inflicta, & humiliter ac patienter tolerata, incredibile gratia auctarium negotiatur. toto § 8. p. 78
Deus dum acerbiora infligit ſupplicia, fatigari dicitur; fatigetur & Iudex non delicietur. toto §. 296. p. 603.
Impunitas delinquendi Libido eſt; ergo de diuina iuſtitia Iudices ad ſeueritatem erudiantur. toto §. 297. p. 604
In diſtrictioris etiam iuſtitia rigoribus, indulgentis clementia non dubia nota micantes transluceant. toto §. 93. p. 229
Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere. toto §. 149. p. 353
Nimius diſtrictiùs rigor, Superiorum politiam inuitiat: ergo benignitatis ſacramento gubernandum eſt. toto §. 201. p. 442
Sontium impunitas eſt malitia velamen: nam punitio eſt pœnalis definitio culpa. toto §. 215. p. 466
Durior admonitio, tortura eſt, non emendatio. §. 242. n. 2. p. 511
Duplex Elia ſpiritus eſt ſeueritas cum manſuetudine ad gubernandum. §. 242. n. 3. p. 512
Inter corripiendum, laudare correptum, arbitrium emendationis eſt. §. 242. n. 4. p. 512
Reprehenſio ſic blandis dura miſceat, vt terrendo mulceat. §. 242 n. 5. p. 512
Eme à Domino moderatam correptionem, quò ſubditum à perditione redimas §. 242. n. 6. p. 512
Acerbior pœna eſt, peccatorem puniri manu malitia ſua. §. 303. n. 5. p. 616
Cùm Deus peccatoribus pœnali animaduerſione iraſcitur, tunc illis clementiùs indulget. toto §. 264. p. 548
Infeliciores ſunt impij iniuſta impunitate damnati, quam iuſtâ vltione puniti. §. 303. n. 4. p. 617
Diu impunita peccatorum felicitas, acerbiorum pœnarum mina ſunt. toto §. 258. p. 538
Diuina patientia humanus diu abuſus, velut eius euacuata miſericordia, vltrices demùm iras acerbius nutrit. & obarmat. toto §. 15. p. 91
Adeóne horrendè Deus punit, vt cauendum ſit ne putetur aut neceſſariò, aut ignoranter, aut temerè, aut inclementer caſtigare. toto §. 66. p. 180

CAPVT SECVNDVM.

Superioris bona vita lex ſit, quæ virtutem iubeat.

VIrtus Superioris ſpectata, arcano boni exempli ſacramento, ſimilem in ſubditis virtutem oppignerat. toto §. 10. p. 81
Superioris bonum exemplum characteres virtutum loquitur, auditu impoſſibilia, viſu exarmat, & placido imperio imitationem iubet. toto §. 11. p. 83
Subditus qui bonum exemplum non arripit, ſed reſpuit, acerbiores pœnas merito dabit. toto §. 12. p. 85
Malo exemplo animus mala ſua proximis tradit, quaſi miſſione malitia. §. 103. n. 4. p. 248
Opus ſuadende virtutis character. §. 11. num. 2. p. 83
Impoſſibile putatur opus, quod bonum Superioris exemplum non ſuadet. §. 11. n. 4. p. 84
Inter monſtra eſt, qui omnibus omnia eſt, & ſibi nemo. §. 195. n. 1. p. 432
Nimium iniuſtus eſt, qui de alienâ iuſtitiâ ſollicitus, propriam negligit. § 195. n. 5. p. 433
Mali exempli noxia vis. §. 137. n. 1. p. 332
Malum exemplum probitatis veſtigia delet. §. 237. n. 2. p. 503
Malum exemplum omne malum allinit. §. 301. n. 6. p. 613

CAPVT TERTIVM.

Magiſtratuum & Iudicum peccata quàm ſeuerè à Deo puniantur.

CVm Deus Iudicum iuſtitias iudicat, liquefacta eſt terra. §. 294. n. 3. p. 600
Malorum Iudicum ſupplicium, quod cœpit in Tyranno, in Dei Angelo conſummatur. §. 294. num. 5. p. 601
Malus Iudex, quos infrà ſe habuit, ſupra ſe implacabili modo habebit. §. 294. n. 6. p. 601
Iniqua Iudicum malitia, Adami & Diaboli æmula, atrociùs punitur. §. 294. n. 4. p. 600

Tribunalium ſceleroſior, & pernicioſior molitia. §. 294. n. 2. p. 600
Exiuit ſanguis, & aqua propter duas cædes, alteram indicantis, alteram eius ſanguinem expetentium. §. 295. n. 2. p. 601
Iniqua Dauidis ſententia contra Miphiboſeth, ſuum Roboam atrociter feritur. §. 295. n. 3. p. 602
Iudices horrendâ, & feſtinatâ pœna puniuntur. §. 295. n. 4. p. 602
Madeat lacrymis Iudex, dum ſuo madet ſanguine reus. §. 295. n. 5. p. 602
Iudex atrociter punitur, qui ſontes non punit. §. 297. n. 6. p. 606
Damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen. toto §. 60. p. 170
Præſtantia peccantis, enormioris malitiæ excellentiam peccato fænerat. toto §. 69. p. 186
Conſcientiæ tormentum peccati excellentiam oſtendit. §. 124. n. 5. p. 311

CAPVT QVARTVM.

Inſolens in ſuperiore ſuperbia taxatur.

IN arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. toto §. 7. p. 76
Superior, ſiquando putat arroganter ſe aliquid eſſe, perdit verum eſſe; quod humili ſui exinanitione recuperat. toto §. 51. p. 155
Humilitas ſic eſt dignitatum refuga, vt nec ſanctum Satanam audiat; ne dum homo aliis præfertur, præferendis virtutibus euacuetur. §. 48. p. 150
Ambitio dignitatis pretio ambitioſum mercatur. §. 59. n. 2. p. 168
Multorum dominatio, eorum damnatio eſt. §. 59. n. 3. p. 169
Tot damnantur per poteſtatem, quot per pauperem humilitatem ſaluantur. ibid.
Poteſtatem agere, eſt Diabolorum vita. §. 290. n. 2. p. 593
Abuſiuè dicuntur dignitates, quia ſunt dignitatum nomina duntaxat. §. 311. n. 3. p. 629
Qui honeſtat ambiendi rationes, ſanctus Satanas dicitur. §. 48. n. 2. p. 150
Ambitio dignitatem ſcenicam negotiatur. §. 59. n. 1. p. 168
Reges hominibus, Regibus deſideriorum ambitio regnat. §. 59. n. 4. p. 169
Sic ebbruteſcit ambitio, vt ſibi rationem inuideat. §. 59. n. 5. p. 170
Qui neminem patitur parem, in ſolitudine errat. §. 72. n. 6. p. 192
Labyrintheus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis male exerrat. toto §. 118. p. 301
Argumentum ambitionis ſcenicum eſt. §. 311. n. 1. p. 629
Ambitio in cælos aſcendens, protinus vſque ad abyſſum deſcendit. §. 311. n. 4. p. 630
Ambitio vani nominis gloriam concupiſcit, & rumuſculis laudis inflatur. §. 311. n. 5. p. 630
Se aliis præferre, reproborum character eſt, ruinæ teſſera, amittendæ fidei periculum, & periculoſa rixarum occaſio. toto §. 72. p. 191
Superbia fulmini comparatur, quia fulgendo excæcat. §. 235. n. 4. p. 500
Tot tantaque humani corporis probra, longe ſuperbiam arcent, & humilitatem de proximo negotiantur. toto §. 119. p. 303
Glorioſa mundi pompa, & delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta eſt. toto § 107. p. 282
Tot ærumnoſa hominis miſeriæ vectigalia peccati ſunt. toto §. 125. p. 312
Ambitioſæ veſtis vana gloria vapulat; rude, nec tam indumentum, quam tegumentum, innocentiæ ſuffragium eſt. §. 160. p. 372
Vanagloria, victricium virtutum tumulus eſt, paſſionum progenitrix, criminum fomes; & concupiſcentiæ nomen arroganter detrectat: ſuperbóque mundi gloria cæli ad inſtar eſt. §. 235. p. 499

CAPVT QVINTVM.

Princeps ne ſit ſordide auarus, ſed magnificè liberalis.

SOrdida Principum auaritia degeneres inuenit aut facit. toto §. 39. p. 133
Diuitiæ ſunt teſtimonium mendacij, noſtræ ſeruitutis pretium, mendica egeſtas; & ſicut adſeruatum Manna, vermes putridi. §. 54. p. 160
Cupidus diuitiarum, diuitiarum picturis atque phantaſmatis animum ludificat. §. 55. p. 162
Princeps à beneficentia ſit omnium honorabilior. §. 6. n. 8. p. 63
Deum imitetur, qui aliquid imperat, vt cauſſas habeat remunerandi. §. 148. n. 1. p. 351
Sit ad ſumptuoſius benefaciendum pronus. toto §. 229. p. 489
Lex beneficentiæ eſt cæca & muta obliuio, ne lingua exlex gratiam conſtupret. toto §. 308. p. 623
Doni acceptio accipientem deuenuſtat, dum vectigalem facit. §. 39. n. 1. p. 133
Auaritia exactorum multis vapulat. toto §. 14 p. 89. & toto §. 44. p. 142
Male parta per violentiam, fraudem, aut rapinam malè dilabuntur. toto §. 50. p. 153
Auaritia virilitatem carnis effeminat. §. 251. n. 2. p. 527
Illiberalis auaritia multis vapulat, ne præſcribere videatur. toto §. 267. p. 553
De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §. 78. p. 201
Beneficium qui dat illud accipere putet. §. 42. num. 2. & 3. p. 139
Commemoratio beneficij dati, gratias virgines, meretrices facit. §. 308. n. 4. p. 624
Regij adminiſtri ex acceptis opulentè donatiuis, hamata munera Regi ſolitant redonare. toto §. 313 p. 632
Opes iniuſtè acquiſitæ ſunt nubes luti, quod iniuſtè lucri ænygma eſt. §. 50. n. 3. p. 154
Aſſidua beneficentia vel à feris gratitudinem extorquet. §. 304. n. 1. p. 616
Humana gratitudo diuinam legem à fractione tuetur. §. 304. n. 3. p. 617
Dauid cumulat beneficiorum hyperbolen, vt gratitudinem exaggeret. §. 304. n 5. p. 618
Magni animi eſt beneficium perdere, & adhuc dare. §. 73. n. 1. p. 192
Humana ingratitudo cum omnipotente Dei beneficentiâ contendere audet. §. 73. n. 4. p. 193
Ingratitudo beneficentiam hoſtiliter armat contra ſe. §. 73. n. 7. p. 194
Ingratorum frequens turba, ne generoſam beneficentiam

tiam inbibeat. §. 305.n.1 p.618
Beneficiaaccepta mundus ſomniata putat. §. 305. n. 3. p.619
Mundus hic gratus eſſe non poteſt. §. 305. num. 3. p. 619

CAPVT SEXTVM.

Caſtitas in Superiore commendatur: libido vapulat.

CAſtitas eſt principum elogium. §.249.n.1.& 2. p.523
Caro quæ eſt nuptialis animæ dos, auctoritate iudiciaria carnem damnat; & ſe deſueſcens, in ſpiritum quodammodo refingitur. toto §. 251. p.526
Reges & Sacerdotes cur non dicuntur homines § 251. n. 3. p.527
Caſtitas propria Principum ac Iudicum virtus eſt: libido autem horum ſenum Iudicum maturitatem abſtulit toto §.280. p.575
Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus.toto §.275. p.567
Qui beſtialem concupiſcentiam ſubigit, Rex dicitur. §. 88.n.6. p 221
Cui deeſt caſtitas, deeſt etiam integritas ſanguinis, & fides generis. §. 6.n.67. p.74
Caſtitas eſt pulchritudinis auctoritas. §. 21. num. 4. p.102
Homo caſtus hominis imaginem ſeruat, quam amittit laſciuus.§.108.n.4. p.284
Homo caſtus in confinio naturæ mortalis, & immortalis eſt. §. 122.n.3. p.309
Caſtitas eſt funis humanæ ſubſtantiæ. §. 122. n. 4. p. 309
Caſtitas eſt ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam exceſſiua contentio. §.122.n.4. p.309
Victrix caſtitas libidini ſumptuoſius præualet. toto §. 250. p.525
Caſtitas eſt felicior nominis propagatio, mundus cæleſtis, muratior virtus, lilium inter ſpinas, & florida præcinctio. toto §.284 p.582.
Libido refingit in belluam, & furiis agitat.§.1.n.10. p.8
Senes Suſannæ Iudices barbaricas libidines conſecrant. § 1.n.15. p.9
Libidini gehenna hiat. §.1.n.22. p.12
Libido Sapientiam expectorat. §. 2. n. 18. p. 17. & §.6.n.15. p.64
Dolor libidinis ſynonymum, aut commentarius eſt. §.6.n.16. p 65
Senes præ libidine à ſe recedunt, & tranſeunt in beſtias. §.6.n.20. p.65
Libido maſculo-feminam fingit §.14 n.5. p.108
Inſania inceſſantis luxuriæ §.83.n.4. p.212
Contemptum luxuriæ cælum, in illam durius ſæuit, iracundia vltrice.§.96.n.3 p.235
Libido dicitur Dæmon, & omne malum. §.101.n.5. p. 244.
Laſciuus homo, non iam homo, ſed caro nominatur. §. 108. n. 2. p. 284
Homo caſtus hominis imaginem ſeruat, quam amittit laſciuus. §. 108.n.4. p.284
Homo laſciuus non homo, ſed terra nominatur.§.108. n.5. p.285
Libido è rationali homine brutum efficit. §. 108.n.6. p.285

Laſciua nequitia eſt, quæ hominem prolixa annoſitate grandæuum, non ſinit eſſe ſenem. toto §. 257. p.537

CAPVT SEPTIMVM.

Superior ſuis offenſoribus peruerſo ſit gratus officio.

NImis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere.toto §.149. p.353
Saul hoſtem Dauidem reliquit filiorum tutorem. §. 149. n.5. p.354
Ira in hoſtem repreſſa, regium quid ſpirat. ibid.
Sol Dei eſſe dicitur cum Dei inimicos illuminat.§.192. n. 2. p.427
Inimicus odio dignus etiam diligendus eſt. §. 192. n. 1. p.427
Perfectè pacificus, iniuriam rependere non noſcit. §. 192.n.3. p. 427
Parcens inimicis, vincere ſcit, hoſtis eſſe neſcit.§.192. n.4. p.427
Qui inimicis parcit, de ſe obſtinato victoriam reportat.§.192.n.5. p.428
Qui inimicis parcit, Abrahami facinus pene exæquat.§ 192.n.6. p.428
Iniuriis gratia potius quàm ira debetur, quia preces pro nobis ſunt. §. 222. num.1. & 2. p. 477. & ſeq.
Cùm cuiquam remiſeris, ignoſci tibi poſtulas. §. 222. n. 3 & 4. p.478
Iniuriarum patientes Deum exorant, quia illos Deus veneretur. §.222.n.5. p.479
Venia inimicorum energia orationis eſt. §. 222. n. 6. pag.479
Pro iniuriis ingratè acceptis, Angelos cuſtodes Deus hominibus deſtinat. §. 305.n 2. p.618
Pacificus eſt homo integer, alioqui mutilus. §. 252. n.4. p.529
Bonus prauarum etiam rerum interpres, amor eſt.§. 2.n.37. p.21
Flumina non poſſunt abluere veſtigia charitatis. §. 132.n.6. p.325
Vis charitatis omnipotens dicitur, ſpontaneo rapiens arcana, & pia furacitate nobilis. toto §. 132. pag.324
Probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo, patientiæ gloriæ è peruerſo militat.§.150. pag.355.
Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quadam beata impaſſibilitatis ratione.toto §.157. p.367
Qui inimicis parcit, Dei bonitatem æmulatur, & virginem ſine hoſtilitate victoriam reportat. toto §. 192. p.427
Manſuetudo eſt incommutabilis ſtatus, meritum gloriæ corporum, Dominici capitis ſpinis coronati puluillus, & tacita iniuriarum repulſa toto §.208. pag.454
Perfecta patientia, inuicta eſt, & propè inſenſilis, atque vexationis definitio. toto §. 116. pag.467
Chriſtiana amicitia, ſeu fraterna charitas, multis denuè elogiis commendatur. toto §. 240. pag. 508
Fraterna charitas de concordiæ elogio multimodè prædicatur. toto §. 252. p.528

CAPVT OCTAVVM.

Imponendis immodicis vectigalibus non annuant Princeps, & Magiſtratus.

Regij adminiſtri ex acceptis opulentè donatiuis, hamata munera Regi ſolitant redonare. toto §.113. p.632

Vectigalium exigendorum negotium, perobſcurum eſt, & ænigmati ſimile. toto §.14. p.89

Tributorum exactio publica, peculiaris eſt Curialium præda. §.14.n.1. p.89

Danieli Deus non Babylonicas, ſed Hebræas apparat dapes; ſcilicet in Babylonem portatur Habacuc, vt videas exactum prandium Danieli erogari. §.14 n.2. p.89

Ne ſit tributum velut aquæ ductus, qui occultè & infidè aquam deriuat. §.14.n.3. p.89

Tributum cubito comparatur. ibid.

Aaron publicum aurum inaurium obſignat incrumena §.14.n.4. p.90

Imponendis immodicis tributis non annuant Iudices & Magiſtratus. §.313.n.§.. p.633

Rapax auarè furacitas Exactorum, multimodè vapulat, toto §.44. p.142

Populus vectigalibus liqueſit. §.44.n.6. p.144

Malè parta per violentiam, fraudem, aut rapinam, malè dilabuntur. §.50. p.153

Sordida mercedis auaritia, degeneres inuenit, aut facit. toto §. 39. p.138

Iudicum manus pruriunt. §.1.n.16. p.10

Pertinuit ad Scripturam commendare Ioſephi fidem in pecunia Regis adminiſtranda. §.44.n.2. p.143

Fraudata pecuniæ ſummam, nec ipſi Regis miniſtri ſciunt, qui eam furati ſunt. §44.n.3. p.143

Effeminatus Princeps populos exactionibus racemat. §. 44.n. 4. p.143

Vbi non eſt tributi frenum, humiliatus corruit populus. §. 44. n.5. p.144

Populus, quæ ſua ſunt, vectigalium ſolutione mercatur. §.44.n.6. p.144

Addendo perdit propria, qui retinendo colligit aliena. §.50.n.1. p.153

Opes iniuſtè acquiſita ſunt nubes lutis quod iniuſti lucri ænygma eſt. §.50.n.3. p.154

Immunda eſt pecunia rapinis parta. §. 50. num. 4. pag. 154

Qui impendio alieno domum ædificat, ſepulturam conſtruit. §.50.n.5.& 6.p.154 & ſeq.

Vltra fatuum eſt, qui ad furacitatem ingenioſus eſt §. 50.n.6. p.155

Homo dum alium prædatur, ipſe potiùs præda eſt. §. 55.n.6. p.163

De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.201

Mundialia bona ſunt expectationis commentum, doloribus conuiſcerata; & voluptatum auarè prodiga, deſiderantes deſtituunt. §.106. p.280

CAPVT NONVM.

Sponte, ſubditi Superioribus obediant.

Qui voluntariè obedit, non eſt ſub lege. §.34.n.5. pag 126.

Leges velut Tyrannus metuendæ dicuntur. §.34.n.1. pag.125

Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſupra legem: nec tamen exlex eſt. §.34.n.5. p.126

Tantum obedienti licet, vt Deum habeat fideiuſſorem. §.36.n.1. p.128

Regalis lex aſſiſtit à dextris Dei, circundata varietate. §.34.n.3. p.125

Triumphalis obedientia propriæ voluntatis caput amputat. §.36.n.3. p.129

Obſequentes immolantur præcepti gladio. §. 36. n. 3. pag.129.

Exprompta obediendi voluntas, ferrea vincula in aurea mutat, ſenſum moleſtiæ furatur, & dignum Deo cenſum pendit, dum ſibi mandatum tamquam cibum inuiſcerat. toto §. 155. p 363

Mandata nimis cuſtodire, eſt placidè obtemperare. §. 175.n.4. p.398

Inobedientia malum, de bono obedientia enormiùs culpatur. §.266. p.552

Obedientia potentes inuenit, aut facit. §. 273. n. 3. pag. 564

Præceptum Adamo impoſitum, teſſera fuit, quâ à brutis diſtingueretur. §.154.n.5. p.363

Quod quiſque imperari ſibi videt, poſſe ſe credat. §. 154. n.4. p.362

Obedientia maieſtas, & imperialis dignitas. §.154. n.1. p 362

Cæca obedientia parat oculos viſui. §.128 n.6 p.318

Obedientia periculum tutum eſt. §.128.n.5. p.318

Leges ſententioſè dicuntur oculi Dei: ne ergo vel leuiter lædantur. §.34.n.4. p.125

Legis obſeruantia cenſus eſt, quem Deo pendimus. §.155.n.4. p.364

De inobedientia immenſo mere, nauis peſſum it naufraga. §.34.n.6. p.126

Qui voluntatem habet in lege, à lege portatur; & ſenſum doloris in obſequendo furatur. §. 155. n. 3. p.364

Obedienti legum vincula ſunt torques, monilia, amplexus. §.266.n.4. p.552

Bona ſtrenuè voluntas à virtutis labore ſabbatizat: Dei arbitrium eſt, & quantum vult, tantum mereri dicitur. toto §.283. p.581

Obedientia concupiſcentiam deſueſcit, & formam Dei reſculpit. §.36 n.2. p.128

Obedientia etiam de bono prohibito laudatior eſt. §. 36.n.6. p.130

Incognita iuſſionis ratione, melius, ac tutiùs paretur. §. 128.n.1. p.317

Qui iuſſionis rationes diſquirit, labyrinthum erroneum ingreditur cæco veſtigio. §. 128.n.2. p.317

COPIA
AD
SACRAS CONCIONES.
DE TEMPORE, ET DE SANCTIS.

PROOẼMIOLVM

Pro vſu expromptiori huius compendij, ſeu copiæ ad Conciones.

NON aduoco (quod ſæpe aliàs expetebam) ad hoc Concionum materiandarum conceptaculum, eos, qui præter memoriam aut naturalem, aut factitiam, & vocem ſiue de naturæ dote, ſiue de medicamentorum arte defæcatam, & politulum elaboratè geſtum (quæ eſt hiſtrionum ſupellex) nil vltra ad concionandum afferunt. Quibus nec mica ingenij, nec ſacræ eruditionis guttula adeſt; oſcitantis inertiæ, & otioſæ deſidiæ multum: quos vnâ diecula videas & ſatos & adultos, tamquam ex argilla efformatos; quales finxit Gigantes ambitioſa Poëtarum vanagloria: quibus vel tota ipſa Concione integrè conſummata vix, aut ne vix quidem ſatisfacitur. His enim fagineis hominibus nimis operoſum eſt, vel theſim Latinam fideliter in linguam vernaculam tranſtuliſſe, quin in Grammaticorum obuias Syrtes paſſim impingant, conſulto etiam identidem Dictionario. Inde querulas cient in Auctorem tragœdias, quòd ſub ſtili obſcurioris nubilo rerum medullam auarè contegat, aut politè compoſitâ obſcuritate, ſubtilitates fruſtrà mentiatur. Quare rei inuidiam non ad cauſſam (quæ eſt ſuæ naturæ, aut eruditionis inopia) ſed ad perſonas, & rerum aut verborum ambitionem referunt, quò ſe ſuo defectu eximant, eximiè amantes ſui ſine riuali. Igitur hoc Biblicæ ſapientiæ poculum his tantùm propinamus, qui ad rem Concionatoriam cum reliquis dotibus ſollertiam, & iudicium quoque afferunt æquo rerum tractandarum cenſu. Porrò non abſolutas conciones ſcribimus (quod aliorum negotium aut otium eſt) ſed exegeticis Commentarijs theſes parænecticas de more atteximus: has hic pro Concionibus concinnandis (vt vt fieri poteſt) in vnum corpus digerimus; contenti aliquandò Concionatoris ingenium ad themata inquietare, & idoneum fors aſſumptum perſtringere, quod de ſuo, vel de alieno locupletet; ſin minus illibatum dimittat, aut per me negligat. Plerumque tamen vel vſque ad lectoris nauſeam multa addenſatur (quod ſacer textus inibi exigebat) vt ex multis eligat Concionator, quæ idoneè ipſe digerat, & pro rei occaſione, ore non cruda egerat, omiſſis quibuſdam, aut aliorsùm peritè flexis, aut aliundè comptiùs adornandis. Ergò plura dedolanda ſunt, aliqua aut excaudicanda aut reſecanda, alia vberiùs exatianda & adipanda, alia ſubtilioris ingenij limâ aut ad panegyrim expolienda, aut ad moralitates auditoribus proficuas, adaptanda, complananda, ſternenda. Itaque aliquando rerum ſemina dumtaxat ſpargimus, quæ de alieno fotu & cultione fructificcot. Alibi runcinâ opus eſt, inſitiooe, falce; ſemper ingenio, ſollertiâ, iudicio: *Tyrſigeri multi, pauci ſunt re quoque Bacchi.*

Dominica I. Aduentus.

LVCÆ XXI.

ERVNT *ſigna in Sole*, quò adnentantis Iudicij præuius terror ſentiatur vbique ab omnibus. Porrò oculato vbique Soli immenſitas comparatur. §.6.n.16. p.66

Erunt ſigna in Sole. Sol ſic funeſtatur, cùm nequam homines illuminare vetatur? Scilicet Sol Dei eſſe dicitur, cum Dei inimicos illuminat. §. 192. n. 2. p 417

Erunt ſigna in Sole. Pauebit ad hæc ſigna impius. Num pauebit & pius? Profectò Iuſtus quaſi iam ſidereus, obertare audet cum Sole. §.232. n.2. p.494

Erunt ſigna in Sole & Luna. Luget Sol, quia ipſe luce orbatus, lucem ſuam Lunæ non fœnerat. Nam Sol ſolitudinem ſugieos, ſplendoris ſui compatem facere conatur. §. 118. n. 3. p.302

Erunt ſigna in Sole & Luna. Calamitoſi mortales ſigna Lunæ ſpectent, quò ad pœnitentiam alliciantur. Nam pœnitentia comparatur Lunæ. §. 68. n. 1. p. 184. Quin & homo Lunæ imago eſt, ob mutationum varietates. §. 86. n. 6. p. 217

Præ confuſione ſonitûs maris: areſcentibus hominibus præ timore: Qui longè citiam ſunt à mari, ſæuientes maris vndas timent. Nam metus eſt naufragium ſine tempeſtate. §.1.n.14. p. 9

Præ timore, & expectatione. Quid ſperet, qui ſic pauidè timet? Imò vnde timet, inde ſperat. Porrò Dei timor eſt timorum aſylum,& Inſultus ac victor eſt. §.2.n. 8. p.25. Beati timoris ſacramentum exponitur. §. 25. n.6. p. 110

Præ timore, & expectatione. Quis eſt hic nexus timoris cum expectatione? Profectò commentum expectationis eſt ſcelotoſum humani timoris ſupplicium. §.127.n.5. p. 316

Præ timore, & expectatione. Quid alacris ſperet, qui ſic trepidus timet? Imò quid non ſperet? Porrò Dei timor ſomitis æſtum interſtinguit, cum Deo ambolare facit, noſtra gloriatio eſt; & malleus,quo clauus crucis Dominicæ capiti Siſaræ infernalis infigitur. toto §. 138. p.334.In bono viro idoneus eſt nexus timoris cum exultatione. §.186.n.3. p.417

Præ timore, & expectatione. Sic ſperat, qui Dei iram ſic timet? Scilicet vltrix ita arcano metu excantatur. §. 149.n.3. p. 354

Et tunc videbunt Filium hominis. O metuendus Chriſti Dei vultus! Porrò Deus adſpectu ad peccatores laſciuos, *facies* in plurali habere dicitur. §.108. n.5. p.285

Et tunc videbunt Filium hominis. Ecquis iratum Chriſtum non timeat? Sanè ira in nobis eſt paſſio, in Chriſto velut actio. §. 43. n.2.p.141

Tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo (Matth. 24. v. 30.) Quare adeſt ſignum Dominicæ crucis, cùm Chriſtus Deus peccatores iudicat? Scilicet peccatum eſt Chriſti crux, & Chriſticidium. §. 100. n. 2. & 3. p. 241. & 242. Et Chriſtus peccatori, tamquam cruci figitur. §. 129. n. 2. p. 319

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c. (Matth. 25. v. 41.) quibus verbis diſtrictior finalis Iudicij rigor deſcribitur. Cuius acerbitas expenditur. §. 298. n. 1. p. 606. Calamitatem poſtremi Iudicij cogitatione metiri non poſſumus. §. 298.n.5. p. 608

Diſcedite à me maledicti, &c. Deus poſt longam patientiam, expirare & inſpirare dicitur ad vindictam. §. 258. n.4. p.539. Chriſtus Iudex inducitur velut abiiciens patientiam, humilitatem, & miſericordiam.§.264.n.1. p.548

Diſcedite à me maledicti, &c. Tardat diuina ira, vt humana pœnitentia leniùs emendet, quod acerbior pœna duriùs expiabit. toto §. 265. p. 550

Diſcedite à me maledicti, &c. Deus quaſi balbutiendo, & blæsè loquendo condemnat, & ponit. §. 296.n.5.p.604.& §. 297. n.4. p. 606

Diſcedite à me maledicti, &c. Quînam Deus adverſùs peccatores puniendo gratulatur? §.297. n. 3. p. 606. Sapientia Iudex dum peccatores acerbiùs punit, eis irridet, & inſultat. §. 296. n. 5. p. 604. Dolet Deus, & ſimul gaudet, cùm duriùs caſtigat.§.296.n.4. p. 604

Diſcedite à me maledicti, &c. Rigor diuinæ pœnæ ſæpè inebriat, & aberrare facit. §. 297. n. 3. p. 605.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Suppliciorum abyſſus, etiam poſt inanitionem maner indeficiens. §. 297. n. 3. p. 605. Dies Iudicij, dies mala, & dies maligni dicitur. §.298. n. 3. p. 607

Diſcedite à me maledicti, &c. Nemo credet quàm diſtrictè iudicat Deus, & quàm acerbè punit. §. 298. n. 2. p.606. Deúſne vindictam peccatis admetitur, & nec vel hilum condonat? Ibidem.

Diſcedite à me maledicti, &c. Vel lubricum delinquendi timebitur in die Iudicij. §. 298. num. 3. p. 607. In die Iudicij Deus Ieruſalem ſcrutabitur in lucernis. §. 298. n. 5. p. 608

In ignem æternum. In inferno eſt mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu. §. 91. n. 2. p. 228. Damnati quod timent, tolerant; & quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcunt.§.92.n.4.p.228

In ignem æternum. Dei ſententia per fabros Dæmones ſufflat gehennam, & ad mortem damnatos viuificat. §. 91. n.5.p.228.Homines vltrò feſtinant ad æternæ damnationis abyſſum: nec cato ſatisfieri ſibi poſſe potat, niſi homo ad infernum feſtinet. §. 92. num. 6. p. 228

In ignem æternum. Plura de Gehenna, vide in Syllabo rerum, verbo, *Infernus.*

Eſuriui, &c. Plura de Eleemoſynâ, vide in Syllabo rerum, verbo, *Eleemoſyna*, *Auaritia.*

Pro *Timore* Dei ingerendo, qui eſt huius Concionis ſcopus, vide verbo, *Timor*, *Iuſtitia*, *Pœna.*

Dominica II. Aduentus.

MATTHÆI XI.

AV*diens Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Carcere conſtrictus tenebatur Paullus, cùm euolat ad tertium cælum? Inde etiam Ioannes euolat. §.20.n.2.p.100. Beatiórne eſt Paullus

Paullus (ſimiliter Ioannes) in carcere vinctus, quàm in tertium cælum raptus? §.20. num.4. p.100

Audiens Ioannes in vinculis, &c. Carcer, domus Diaboli dicitur, & de eo Paullus (ſimiliter & Ioannes) gloriatur? §.211.n.4. p.460

Audiens Ioannes in vinculis, &c. Mitiſſimè ſuffert vincula Ioannes, quo ipſum Dæmonem vinculis ſtringit. §.27.n.2. p.112

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. Non tam Chriſti verba, quàm opera audit, ad Chriſti æſtimationem. Porrò ſermo eſt virtutis commentum; opus verò ſuadendæ virtutis character. §.11.n.2.p.83. Lingua ſuadet, bona opera virtutem iubent. §.11.n.5. p.85

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. Hæc duri carceris vincula, ſtipiti Ioannem ligant, an cælo? Profectò calamitoſior afflictio, eſt hominis ad Deum ligamen. §.17.n.6. p.96

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. In carcere compeditus, ad Chriſtum Deum tendere non ceſſat. Nam carcer pœnaliſſimus ad Deum gradus eſt, deliciis exuberat, & piam Angelis inuidiam ciere perhibetur. toto §.20. p.99

Audiens Ioannes in vinculis, &c. Ioannéſne is eſt, qui carcere includatur, & ſtringatur vinculis? Scilicet multùm ſibi adiicit virtus tribulationibus laceſſita. toto §.289. p.591

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Ipſe Ioannes de veritate certus, Diſcipulos ſuos adhuc dubitantes mittit ad Chriſtum, ne de ipſius doctrinâ exinceps dubitent. Dubitabant enim: nam ſæpè eſt in veroſimili mendacium; nec eſt veriſimilitudo in vero. §.6.n.38. p.69

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Non vnum, ſed duos mittit, qui de ore veritatis veram doctrinam à falsâ diſcernant. Nam virgo veritas de mendacij miſturâ paſſim conſtupratur. §.197.n.3. p.435

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Duos mittit, qui auribus audiant, oculis videant, & mente eorùm ſcrutentur quid doceat Chriſtus Porrò ingenia ſenſuum, & rationis tribunal, falſi teſtimonij aliquando redarguitur. §.197.n.4. p.436

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Duos mittit Ioannes è lectiſſimis & ſinceriſſimis Diſcipulorum. Nam ſæpè humana ratio, & lingua, & mortalitas hominis, illum ad dicendum mendacium ſubornant. §.197.n.6. p.436

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. A ſe ablegat ſuos Diſcipulos, vt affectum erga ſe deponant. Nam affectus eſt improbabilis rerum arbiter. §.213. n.1. p.465. Quin & affectus cordis rerum picturas arbitrij penicillo colorat. §.213. n.2. p.463

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Parum eſt, quòd Ioannes mittat teſtes, qui oculis videant, niſi priùs affectum erga ſe deponant. Nam eius, qui affectu ducitur oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §.213.n.3. p.463

Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Nam iam ſermone, quàm opere reſpondet Ioannes. Nam ſermo eſt virtutis commentum; opus verò ſuadendæ virtutis character. §.11.n.2. p.83. Inanis verborum pompa in Concionatore vapulat. §.238.n.1. p.504

Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Porrò lingua ſuadet, bona vita virtutem iubet. §.11. n.5. p.85. Quin & impoſſibile putarur opus, quod bonum Prædicatoris exemplum non ſuadet. §.11.n.4. p.84

Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Non tantùm quæ audiunt, ſed etiam quæ vident, renunciari iubet ad doctrinæ & virtutis ſuadelam. Nam inter monſtra computari poteſt, qui omnibus omnia eſt, & ſibi nemo. §.195. n.1. p.431. Imperfectus perfectionem ſuadens, Deo largior eſſe ambit. §.195.num.3. p.432

Cæci vident. An non è re hominum potiùs foret non videre? Sanè cæcitas putatur innocentiæ pars. §.83. n.1. p.211. Pulchra de cæcitate, & oculis, vide in Syllabo rerum, verbo, *Oculus*, *Cæcitas*.

Claudi ambulant. Quod etiam eſt velut naturale pœnitentiæ miraculum. Nam claudi pedes per pœnitentiam redintegrarur. §.30. num.4. p.118

Pauperes euangelizantur. Res ſanè miriſſima, quòd pauperes euangelizentur. Porrò Concionator animam conuertens, eleemoſynam Deo donare dicitur. §.239. n.6. p.507. Deúſne eſt hominum conuertendorum mendicus? Inibi.

Pauperes euangelizantur. Illiberalis Sacerdotum auaritia multis vapulat, ne præſcribere videatur. toto §.267. p.553

Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Non coràm, ſed ponè laudat, ne adulatione potiùs vituperet. Nam criminatio & adulatio cognata vitia ſunt. §.6.n.61. p.73. Reprehenſio eſt præmium adulationis. §.2. n.57. p.28

Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Cœpit laudare, non ſemper laudat; quod vnius Dei elogium eſt. Qui Deum ſemper laudat, Deum definit. §.309.n.5. p.626

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Inconſtantiæ næuum remouet à Ioanne. Inconſtantiæ autem vituperium latè monſtratur in Syllabo rerum, verbo, *Mutatio*.

Ioannis laudatio legi poteſt in eodem Syllabo rerum, verbo, *Ioannes Baptiſta*.

Dominica III. Aduentûs.

IOANNIS I.

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, &c. Cognatos Sacerdotes & Leuitas mittunt ad Ioannem, ex illius amore & Chriſti odio, quò eorum error clarè dignoſcitur. Nam perfectum odium, & perfectus amor, verum de rebus iudicium non agnoſcit. §.56. n.5. p.164. & §.130. n.5. p.321

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, &c. Ad filium Sacerdotis Sacerdotes cognati mittuntur, qui mendacium negotientur. O! ſit homo potiùs veritatis cognatus. §.201.n.2. p.446. Fratrum & cognatorum vnitas. §.135.n.2. p.329

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, &c. Ex affectu ergà cognatum Ioannem, illum falsò putant eſſe Meſſiam.

Sanè affectus eſt improbabilis rerum arbiter. §.213.n.1. p.462. affectus cordis rerum pictu-ras arbitrij penicillo colorat. §.213.n.2.p.463. Et eius qui affectu ducitur oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §.213.n.3. p.463

Miſerunt, &c. vt interrogarent eum: Tu quis es? Scilicet ambiunt, vt ſe eſſe Meſſiam dicat. Profectò de ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tuta gloria Dei. §.311. n. 2. p.629

Vt interrogarent eum: Tu quis es? De temeritate ambitionis præſumunt, quod Ioannes ſe Chriſtum faciet. Imò ambitio dum celſitudines negotiatur, ſe Chriſto præponere affectat. §.311. n.6.p.630. Heu! quas ambis, abuſiuè dicuntur dignitates. §.311.n.3. p.629

Vt interrogarent eum: Tu quis es? Magni Conſilij electione, & auctoratiſſimâ Sacerdotum legatione cupiunt, vt Ioannes honeſtet, quòd ſe putet Chriſtum. Profectò qui honeſtat ambiendi rationes, ſanctus Satanas dicitur. §.48. n.2. p.150

Vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Concupiſcentiæ exortem ſe probat Ioannes, cùm tantam dignitatem refutat. Porrò deſiderium dignitatum, concupiſcentia appellatur. §.48.n.2. p.150

Vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Tanta gratiarum in Ioanne excellentia, tantum illi periculum conſtruit. Profectò vbi magnitudo gratiarum eſt, ibi & magnitudo periculi adeſt, de elationis fomite. §.48. n.3. p.150. Spiritualium donorum plus habere ſine humilitate, eorum iactura eſt. §.48.n.4. p.151

Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Vnde vel dubitari potuit, Ioannem eſſe Chriſtum Deum? An quia Ioannes diuinam quodammodo faciem præ ſe ferebat? §.21. num. 2. p.101

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Vnde dubitare potuerunt, an eſſet Elias? An quia Ioannes eſt monachalis dogmatis Princeps? §.35. n.3. p.127

Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Verè dicit non eſſe Prophetam, qui obſcurè videt. An quia Ioannes in ſolius diuinitatis apicem figit obtutus? §.35.n.3. p.127

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Tanta Ioannis humilitas præcelsè Chriſtum exaltat. Nam Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17.n.3. p.95

Et dixit: Non ſum. Nimirùm Ioannes ſeipſo euacuatur, vt dignè tot opulentas gratiæ dotes è cælo largiùs excipiat. Porrò cælum in corpora noſtra per plenum influit; in animam verò per vacuum. §. 235. numero 1. p.499

Et dixit: Non ſum. Sic ſe annihilat Ioannes, vt magnus ſit, magnáque operetur. Nihil enim es, nihílque facies, niſi nihil te eſſe putes. §.51. n.1. p.155

Et dixit: Non ſum. Sic Ioannes ſe exinanit ſeipſo, vt aliquid ſit. Nam qui non annihilat ſe, nihil eſt. §.35.n.4. p.127

Et dixit: Non ſum. Qui tantus eſt, putat ſe nihil eſſe? Profectò qui apud ſe propè nihil eſt, aliquid eſſe cœpit. §.51.n.3. p.155

Et dixit: Non ſum. Se *non eſſe* Ioannes dicit, ne perdat verum eſſe, quod habet. Nam quando quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, perdit verum eſſe. quare? §.51.n.2.p.155. Subducto ſpiritu ſuperbiæ, nihil ſe eſſe homo cognoſcit. §.51. n.4. p.156

Dixerunt ergo ei: Quis es? Quid reſpondeat Ioannes ab humilitate abſque nomine? Porrò humilitas eſt gratia ſine nomine, & ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio. §.51.n.5. p.156

Ego vox clamantis in deſerto. Multa habes de deſerto, in Syllabo rerum, verbo, *Monachus*, & *Deſertum.*

Dominica IV. Aduentus.

LVCÆ III.

ANno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Mirum ſanè videri poſſet, vt vita Tiberij ſic longè produci dicatur. Porrò vita humana, viua mors eſt: & vſque adeò euanida, vt procedendo non augeatur, nec addendo creſcat, quia veniendo recedit. toto §.205. p.449

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Altæ pacis quiete, Tiberij vita tranſigitur in otio, & tandiu viuere dicitur? Profectò anni vitæ noſtræ excolendi ſunt; nam otium effuſio vitæ eſt. ferè toto §.80. p.205

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Tot annis hactenus Tiberius regnat, an regnatur? Sanè Reges hominibus, Regibus deſideriorum ambitio regnat. §.59.n.4. p.169

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Summa diu Tiberij poteſtas, ſumma Beatitudo putatur. §.59.n.4 p.169. Heu! non cum gloriâ, ſeu cum dignitatibus ſuis, Potentes infernus abſorbet. quare? §.59.n.3. p.169

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato, &c. Heu diuitum ac potentum animæ diſcrimina! Profectò tot damnantur per poteſtatem, quot per pauperem humilitatem ſaluantur. § 59.n.3.p.169. Multorum dominatio, eorum damnatio dicitur. Ibi.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato, &c. Tam præcelsâ nobiliter ſublimitate, peccatrix eorum audacia culpatur. Porrò poteſtatem agere, eſt diabolorum vita. §.290. n.2. p.593

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato, &c. Quid his Principibus profuit annorum cana maturitas; ſiquidem libido iudicum Senum maturitatem abſtulit. ferè toto §.280. p.575

Imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato, &c. Heu quales Principes tanta potentia inuenit, aut fecit! Nimirùm honor & honeſtas abſorbent intellectum. §.121.n.5. p.308

Imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato, &c. Tantæ poteſtatis patrocinio, ſua ſcelera excuſare ambiunt. Eò enim temeritatis Procerum peccandi audacia deuenit, vt quod libet, licere putet. toto §.121. p.306. Proceres, quæ in aliis peccata puniunt, tanquam ſibi licita committunt. §.121.n.5. p.308

Imperij Tiberij Cæſaris. Procurante Pontio Pilato Iudæam. Tetrarchâ autem, &c. Tanta poteſtas, eorum ſcelera atrociùs culpat. Nam præſtantia peccantis,

peccantis, enormioris malitiæ excellentiam peccato fœnerat. toto §.69. p.186

Procurante Poncio Pilato Iudæam. Tetrarcha autem, &c. Pilatus vſque ad Chriſtum damnatum non malus iudex, confeſtim exauctorandus fuit. Porrò quem bonum elegit princeps, iam malum deponat. §.108. n.3. p.284

Impery Tibery Cæſaris. Procurante Poncio Pilato Iudæam. Tetrarcha autem, &c. Hoſce putas generoſos Reges, & nobiles Dynaſtas, an ſeruos ignobiles? Profectò quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §.275. p.567

Sub principibus Sacerdotum Annâ & Caiphâ, qui Chriſtum condemnarunt, & inhumaniùs crucifigi procurarunt. Eſto e alterutet, imò & vterque ſactifex, an carnifex? §.1.n.16. p 10

Sub principibus Sacerdotum Anna & Caiphâ. Sub his improbiſſimis Sacerdotibus non ita ſceleroſus videbatur Hebræus populus. Nam malitia Sacerdotum excuſat, ac tuetur Secularium malitiam. §.167.n.1. p.553

Sub principibus Sacerdotum Annâ, & Caïphâ. Apud hos auaritiâ opinatiſſimos, vel ſummum ſacerdotium venale fuit. Sacerdotum rapax auaritia multis vapulat. toto §.167. p.553

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Verbum Dei, non dictum, ſed factum dicitur in Ioanne, vt populos ad Deum conuertat. Porrò ſermo eſt virtutis commentum; opus ſuadendæ virtutis character. §.11. num. 2. p. 83. Lingua ſuadet, bona vita virtutem iubet. §.11. n.5. p.85

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Factum, inquam, non dictum dumtaxat, vt factu poſſibile probet. Nam impoſſibile putatur opus, quod bonum Prædicatoris exemplum non ſuadet. §.11. n. 4. p.84. Plura de bono exemplo, vide in Syllabo rerum, verbo *Concio, Exemplum.*

Super Ioannem, Zachariæ filium. Ioannes Zachariæ Sacerdotis filius dicitur, ad nobilitatis commendationem. Verùm Ioannes nobilioris generis generoſitatem obliuiſcitur. quare? §.274. n.1. p.565

Super Ioannem, Zachariæ filium in deſerto. Plura de eremo, & vitæ ſolitariæ perfectione, vide in Syllabo rerum, verbo *Monachus, Deſertum, Ioannes Baptiſta.*

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Plura de pœnitentiâ, & remiſſione peccatorum, vide in Syllabo rerum, verbo *Pœnitentia.*

Parate viam Domini, &c. Quomodo via Domini paratur? Scilicet ſpiritualis via ambulando paratur, & parando ambulatur. §. 84 num.3. p.213

Parate viam Domini, &c. Chriſto paranda eſt via, per quam homo ambulet. Porrò ei, qui in ſpirituali viâ ſemper ambulat, maior Chriſtus occurrit. quare? §.84, n.3. p.213

Parate viam Domini, &c. Præparata Domini via ſordes ambulantis emaculat. Nam qui pollutus venit ad viam, impollutus per eam incedit. quomodo? § 84.n.4.p.213. Quomodo qui nunc peccat, in viâ Dei nunquam ambulaſſe dicitur? §.125.n.5. p.313

Parate viam Domini, &c. At male pedatus in paratâ etiam viâ claudicabit. Sed meliùs eſt in viâ Dei claudicare, quàm extra viam ambulare. §.84.n.7. p.214

Parate viam Domini, &c. Paranda via eſt, per quam ad Dominum etiam inuentum ſemper veniamus. Nam ſponſa ſponſo cæleſti appropinquans, adhuc audit, vt veniat. quare? §.84. n 5.p.213. Et ſanè in viâ virtutis, quò citiùs, eò faciliùs curritur. § 84.n.6. p.214

Parate viam Domini, &c. Omnis mons & collis humiliabitur. Elatus ſuperbiæ mons deprimendus eſt, ne exerres. Porrò labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, malè exerrat. toto §.118. p.301

Parate viam Domini, &c. Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Nam Chriſtus, qui clarè viſus erit patria, nunc coram ſpectatus eſt viâ. §.135.n.3. p.329. Ergo Chriſtus in ſe pulcher, ſit etiam pulcher in noſtro intellectuali viſu. §.324.n.1. p.651

In Vigiliâ Natiuitatis Domini.

MATTHÆI I.

EVangelium habes ethicè elucidatum, in feſto S. Ioſephi. Reliqua peti poſſunt ex feſto Natiuitatis, & Incarnationis.

In Natiuitate Domini.

LVCÆ II.

EXyt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Eccur tunc Chriſtus naſcitur, cùm orbis Imperator immanè populi tributum indicit? Scilicet Chriſtus naſcitur Inſpector, vt pudore afficiat tributorum exactores. § 14.n.5.p.90. Ne ſit tributum velut aquæductus, qui occultè & inſidè aquam deriuat. §.14.n.1.p 89. Vectigalium exigendorum negotium obſcuro ænigmati pariatur. §.14.n.6.p.90

Aſcendit autem Ioſeph....cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante Cùm exigendorum vectigalium iugo homines ignobiliter premuntur, Mariæ Deiparæ mentio inducitur. Nam ipſa Deipara eſt humanæ libertatis regiæ Tabulæ. §.332. n 4. p.666. Et noſtræ libertatis titulus nobiliſſimus. Ibidem.

Cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Etſi prægnans, *deſponſata* dicitur, quò eius virginitas publicetur, quæ Deum parere meruit. Porrò Deiparæ venter, quia virginitatis integritate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. §.325. n.6. p.654

Cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Prægnans, ſed ſponſa & virgo. Nam Chriſtus Deus dicitur Marianæ virginitatis filius. §.325. n.5. p.654. Diuinâ maternitate Virginis integritas munitur. §.325.n.8.p.655. Cur Maria Deipara dicitur æterna virgo? §.325.n.2. p.653

Et peperit filium ſuum. Pulcher filius ex pulchrâ matre. Sed quomodo Chriſtus Deus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? §. 324. n. 4. p.652

Et peperit filium ſuum, &c. Exinde Deus eiuſdem naturæ dicitur cum Virgine Deiparâ. §.327. n.1. p. 657. De Virginis ac Verbi ſubſtantiâ vnus Chriſtus Deus fit. Ibidem.

Et peperit filium ſuum. Chriſtum Deum, inquam. Inde Deipara dicitur, Radix progeneratrix Dei. §.327.n.4. p.657. Et Chriſtus Deus dimidium Deiparæ cor. §.327.n.3. p.657

Et peperit filium ſuum, &c. Chriſtum Deum, inquam. Scilicet Deipara Virgo communicauit Filio Deo, quod homo eſt; Filius communicauit Deiparæ Virgini, quod Deus eſt §.327.n.5. p.657. Nam Deipara & Filius inhærent vndique conuiſcerari alterutrum ſibi. §. 327. n. 6. p.658

Et peperit filium ſuum, &c. Et ſanè Maria dum infantem Ieſum lactat, lac ſugit, quo ſuos infantat. §.330.n.6. p.663

Et peperit filium ſuum, &c. Cur dicitur Chriſtus naſci non tantum in domo panis, ſed in domo furoris? §.149.n.6. p.355

Et peperit filium ſuum, &c. Etſi verè Deus, verus homo naſcitur. Quare Chriſtus non in carne meliore carnem redemit? §.251 n.5. p.528

Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. Eximia ſanè pannorum pauperies, & præſepij vilitas. At Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17. num.3. p.95

Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. Num gloria Chriſto non tam in partio throno, quàm in gloriâ humiliationis reputata eſt? §.17.n.2. p.94

Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. Nec minor in præſepio, quàm in cælo. Chriſtus vbique par ſibi, & idem ipſe eſt. §.291.n.2. p.594

Et reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Sed Deipara ſola eſt implentis omnia locus. §.328.n.4. p.659

Et reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Cæli Regina in ſtabulo infantulum Deum parit, eúmque in præſepio reclinat? Profectò Deipara fuit terrenæ paupertatis hyperbole. §.334.n.4. p.669

Et peperit Filium ſuum primogenitum, &c. *τὸ primogenitum* innuere videtur Virginem Deiparam alios habere filios. An Mariæ filij omnes ſumus inſtar Chriſti? §.334.n.8. p.670

Et claritas Dei circumfulſit illos. Vbi adeſt Maria, Dei claritas adeſt: nam Maria luci comparatur. quare? §.330.n.1. p.662

Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis. Humano ſeruitio Deipara in puerperio caret. Sed Angeli nil potiùs habent quàm Mariæ inſeruire. §.334 n.6. p.670

Multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum. Porrò Dei laus, etſi tanto Numine non digna, inceſſanter exhibenda eſt. toto §.309. p.625

Laudantium Deum. Deum recèns natum iugi laude cognoſcendum præbent. Nam qui Deum ſemper laudat, Deum definit. § 309.n.5. p.626

Gloria in altiſſimis Deo. Non homines, ſed Angelos Deus aduocat, qui eius gloriam prædicent. Nam de ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tuta gloria Dei. §.311.n.2.p.629

Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Cur Deus recèns natus bonam ſtrenuè voluntatem ab homine exigit? §.283.n.3.p.581. An quia bona voluntas operatur in quantum poteſt? §.283. n.4. p.582. An quia quantum voluntas vult, tantùm mereri dicitur? Inibi.

Multa de Pace, & Voluntate, vide in Syllabo rerum, verbo *Pax*, & verbo *Voluntas*.

In Natiuitate Domini.

IOANNIS I.

IN principio erat Verbum. *τὸ erat*, omne tempus præteritum, præſens, ac futurum amplectitur. Nam apud Deum non eſt differentia: eſt enim ſemper idem ipſe. §.143. num.7. p.344

In principio erat Verbum, id eſt, ſermo, ſeu ſapientia Dei. Perſpicax Dei omniſcientia multimodè vindicatur. toto §.204. p.447

Et Verbum erat apud Deum. Deus autem circulus eſt, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. §.202.n.5. p.445

Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Sed verum Dei Verbum, vnus Deus eſt; quia verum eſt vnum, mendacium autem multiplex. §.103.n.3.p.446. Quomodo in Deo detur numerus, & non detur. §.143 n.7.p.344. Deus eſt fons vnus plures. §.236.n.6. p.502

Hoc erat in principio apud Deum. Opportunè adſtruitur Dei æternitas, quæ eſt beneficentiæ titulus §.6.n.51. p.71

Hoc erat in principio apud Deum. Dum æternitas Dei adſtruitur, humanum mendacium deſtruitur. Nam qui mentitur, molitur Dei æternitatem deſtruere. §. 209. numero 5. p.457

Hoc erat in principio apud Deum, &c. In toto hoc Euangelij auſpicio, diuina natura moraliſſimè exponitur. Nam Chriſtianiſmus eſt imitatio diuinæ naturæ. § 240 n.5. p.509

Omnia per ipſum facta ſunt. Omnia, inquam; Nam dedecet Deum ex alienâ materiâ mundum condidiſſe. § 78 n.6. p.203

Omnia per ipſum facta ſunt, hominibúſque ea impendit. Porrò inuicto complexu omnia omnibus dat. §.202.n.6.p.445. Et quidem ſecundùm nomen ſuum Deus, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 229. p.489

Omnia per ipſum facta ſunt, &c. Vt in Deo nulla hominis indigentia, in homine autem multimoda Dei indigentia denoterentur. Nam in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget. toto §.202. p.444

In propria venit, & ſui eum non receperunt. Homines odio inſtigati Deum ſuum recipere noluerunt. Solus autem Deus eſt humano amore dignus. §.119.n.6. p.474

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, per fidem, & obedientiam Euangelio. Nam obedientia formam Dei reſculpit. § 36.n.2. p.128

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, &c. Profectò inſatiabilis delectatio in virtute meretur redimi ab affectionibus carnis. §.236. n.5. p.502

Et Verbum caro factum eſt. Eccur Deus Verbum, non homo aut anima, ſed caro fieri dicitur? Nempè Verbum dicitur Caro factum, ne propter carnem homo, Dei filium fieri deſperet. §.172.n.4. p.393

Et Verbum caro factum eſt. Verbum diuinum nuncupatiui caro fieri dicitur, vt caro per

mortifi

mortificationem contendat eſſe ſpiritualis. §.185.n.2. p.584
Et Verbum caro factum eſt, & infantulus vnius diei. Hem! Dei Filius ludit, Puer Dei eſt, & cum eo vnum? §.190.n.3. p.424
Et Verbum caro factum eſt, vt Chriſtus in Deitate Patri æqualis, ſed corpori Matri. §.321. n. 3. p.647
Et Verbum caro factum eſt. Cùm è carne Mariæ, Chriſti caro fluret, ipſa ait: Defecit caro mea. §.335.n.4. p.671
Et Verbum caro factum eſt. Quia Verbum caro factum eſt, non tantùm homo ſpiritualis dici poteſt, ſed & eius caro. quomodo? §.172.n.3. & 4. p.393
Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. In nobis Verbum inhabitat; ſed Spiritus ſanctus in Verbo requieſcit. §.230.n.1. p.491
Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, &c. Porrò neceſſitas probitatis eſt Deum ante oculos habere. §.2.n.19. p.17
Et vidimus gloriam eius, &c. Humilis Ioannes tutò videre potuit gloriam Dei. Alioqui de ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tanta gloria Dei. §.311.n.2. p.629
Et vidimus gloriam eius, &c. Vbi Verbum caro fieri dicitur, confeſtim adiicitur eius gloria. Nam Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17.n.3. p.95
Plenum gratia & veritatis. De veritate vide plura in Syllabo rerum, verbo *Veritas*.
Plura de hoc Natiuitatis myſterio, aptari poſſunt ex Syllabo rerum, verbo *Chriſtus, Deus, Incarnatio, Maternitas Mariæ.*

In feſto S. Stephani Protomartyris.

MATTHÆI XXIII.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &c. id eſt, Prædicatores virtute illuſtres. Porrò lingua ſuadet; bona vita virturem iubet. §.11.n.5.p.85. Sermo eſt virtutis commentum; opus, ſuadendæ virtutis character. § 11.n.2. p.83
Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &c. qui ore bellum Diabolis moueant. Nam Euangelicus Concionator debet Satanam dentibus mordere. §.238.n.2. p.504
Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &c. id eſt, Prædicatores ſanctitate inſignes. Nam imperfectus perfectionem ſuadens, Deo largior eſſe ambit. §.195.n.3. p.432
Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas. Ipſe Chriſtus eos mittit, vt eius nomine Euangelium prædicent. Nam bonus Concionator, os Dei, & lex Dei dicitur. §.244. n.6. p.516
Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas. Eos liberaliter mittere & donare dicitur ad mundum conuertendum: & tamen Deus eſt hominum conuertendorum mendicus. §.239.n.6. p.507
Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &c. & ex eis occidetis, & crucifigetis. Porrò ſanguis Dominicæ crucis in Concionatoris ore benè rutilat. §.238. n.6. p.506. Os etiam Concionatoris, Chriſti ſanguine rubeat, & madeat. Ibidem.
Et ex eis occidetis, &c. Sed dum Stephanus dirè occiditur Angelico vultu & lætitiâ exultat. Porrò cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, pius aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §.17. p.94
Et ex eis occidetis, &c. Non terretur Stephanus Saxorum erepitantium minis. Nam velut impaſſibilis Martyr cruciamentis, quaſi transformatur in immortalitatem. §.137.n.3. p.333
Et ex eis occidetis, &c. Non cadit animo Stephanus, ſed truci ac minaci Phariſæorum ſæuitiâ potiùs allicitur. Nam dira Tyrannorum crudelitas, Chriſtianorum illecebra eſt. §.137.n.5. p.333
Et ex eis occidetis, &c. Dum acerbior fæuit calamitas, triumphalem animum gerit Stephanus: & mœſta alioqui calamitas in lætum & ouantem ſpiritum reformatur. §.137. num. 4. §.333
Et ex eis occidetis, &c. In grauiori periculo, gloriæ notamenta Angelico vultu præbet Stephanus. Porrò probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat. toto §.150. p.355
Et ex eis occidetis, &c. Sed in felici periculo mortis Suſanna & Stephanus in corde ferunt pretium immortalitatis. §.198.n.5. p.418
Et ex eis occidetis, &c. Culpâ vacuus, & meritis plenus, ouat Stephanus in tormentis. Porrò pœnam ſine culpâ pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt. toto §.211. p.459
Et ex eis occidetis, &c. Acerbitatem martyrij metiri licet ex Martyris ſtrenuâ patientiâ. Porrò perfecta patientia inuicta eſt, propè inſenſilis, atque vexationis deſuitio. toto §.216. p.467
Et ex eis occidetis, &c. Angelico ac diuino vultu ſplendet Stephanus in tormentis. Nam qui patitur ſe cum tribus pueris in ſupplicio numerari, Filius Dei putatur. quare? §. 241. n.5. p.511
Et ex eis occidetis, &c. Angelico vultu fulget Stephanus, velut in paſſione impaſſibilis. Nam per arcanam ethicè antiperiſthaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impatibilis redditur. toto §.245. p.516
Et ex eis occidetis, &c. Sed in tormentis exultat hilaris Angelico vultu; qui ſi non pateretur pro Chriſto, triſtis mœreret. Nam pati, non eſt detrimentum lætitiæ, ſed non pati. §.292. n.5. p.597
Et ex eis occidetis, &c. Immani Phariſæorum potentiâ victus, occiditur Stephanus dum eos vincit. Profectò inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §.306 p.620
Et ex eis occidetis, &c. Plura qui hac de re volet, legat in Syllabo rerum, verbo *Perſecutio, Patientia, Labores, Martyr.*
Conſule etiam in eodem Syllabo rerum, verbum *Stephanus, Sanctus, Inimicorum dilectio*, vnde plura non inidoneè aptari poſſunt.

In feſto S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

IOANNIS XXI.

Conuerſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Reciprocè ſe amantem benè Ieſus conſtituit ſui Euangelij Auctorem. Nam

Nam bonus rerum interptes, amor eſt. §. 2. n. 37. p. 21

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Quem Chriſti amorem martyrio Ioannes luit. Nam amoris ſynonymum, dolor eſt. § 5. n. 23. p. 52. & §. 2. n. 20. p. 17. & §. 106. n. 2. p. 280

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Mirum videri poſſet, quod Euangelij veritatem ſic diligenti Ioanni Chriſtus commiſerit. Nam perfectus amor verum de tebus iudicium agnoſcere non ſolet. §. 56. n. 5. p. 164. & §. 130. n. 5. p. 321

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Quo amore Ioannes vitia valenter expugnauit. Nam omnipotens charitas ipſas miſerias reddit potentes ad virtutis auxilium. §. 132. n. 2. p. 324. Et charitas eſt virtutum fœcunda aduersùs vitia. §. 131. n. 1. p. 324

Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Hoc amore diuinas virtutes vbetiùs cumulauit. Nam furacitas charitatis omnia rapit, quin poſſeſſorem deſpoliet. §. 132. n. 5. p. 325

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Quò ineffabilis Ioannis virtus oſtenditur. Nam charitas vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt. §. 132. n. 5. p. 325

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Quid mirum ſi feruens olei dolium non eualuerit Ioannis amorem interſtinguere: nam flumina non poſſunt abluere veſtigia charitatis. §. 132. n. 6. p. 325. Conglobatæ diuini amoris antitheſes. §. 136. n. 5. p. 332

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. An nimis diligit, qui anthonomaſticè diligitur? Deúſne immoderantiâ amoris delectatur, qui exigit ex totâ nimietate diligi? §. 136. n. 6. p. 332. Quomodo omnes animæ potentiæ Deum diligere iubentur. §. 136. n. 7. p. 332

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Cur Deus Ioannem non per omnipotentiam, ſed per amorem ad ſe trahit? §. 148. n. 2. p. 352. Charitas dicitur virtutum centrum. quare? § 137. n. 5. p. 333

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Sponſus vehementi affectu adamatus, Eſſentia amoris dicitur. §. 213. n. 5. p. 464. Solus Deus eſt humano amore dignus. §. 219. n. 6. p. 474

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Exinde quicquid Ioanni proderat, ſibi commodum Chriſtus cenſebat. Nam amor vtilitatem alienam ſibi vnicè tanquam propriam reputat. §. 268. n. 5. p. 556. Quin & amor vel ſua commoda ſuffert, vt aliis proſit. §. 24. num. 2. p. 107

Illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Hinc defæcatior Ioannis puritas cenſeri debet. Nam carnis amor Chriſti amore expungitur. §. 250. n. 1. p. 525

Hic autem quid? Tam ſublimia ac diuina de Ioanne virgine concipit. Porrò virginibus eſt cum Chriſto Deo quoddam virginitatis participium. §. 285. n. 6. p. 585. Virginitas eſt naturæ pompa. §. 24. n. 6. p. 108

Hic autem quid! Ecquis Ioannis ſublimitatem cogitando aſſequi valeat? Porrò de Ioanne dicitur Mariæ Deiparæ: Ecce filius tuus Chriſtus. quare? §. 334. n. 8. p. 670

Hic autem quid? Quid niſi propè vltra humanum faſtigium? Nam Ioannes velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodo reformat. toto §. 271. p. 562

De Ioannis ſapientiâ & doctrinâ, vide in Syllabo rerum, verbo *Sapiens, Concionator.* De eius martyrio, vide verbo *Martyr, Perſecutio, Patientia.* De eius eximiá ſanctitate, vide verbo *Sanctus.* Sui Euangelij veritatem quam auctorauerit caſtitas perſtringitur. §. 248. n. 6. p. 523

In feſto Sanctorum Innocentium.

MATTHÆI II.

ANgelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph. Vbi periclitatur pueri vita adeſt Angelus. Angeli enim dicuntur *Salutes*, & omne bonum. §. 271. n. 5. p. 561. Num Angelus transfigi cupit, vt Aquila, quò alumnos ſuos velut pullos defendat? §. 272. n. 7. p. 563

Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph. In ſomnis Chriſti vita procuratur, et ſi mentitus etiam ſomnus Chriſtum inertet perdat. §. 217. n. 4. p. 470

Accipe puerum, & matrem eius. Matrem eius, non filium tuum. Ioſeph enim fide fuerat Deiparæ copulatus, non corpore. §. 1. n. 68. p. 31

Apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Accipe puerum, &c. Somni phantaſmatibus puer Ieſus à Tyranni ſæuitiâ cuſtoditur; etſi hominis perditio ſæpè phantaſmatibus peragitur. §. 130. n. 6. p. 322

Et fuge in Ægyptum. Homo Deus fugit: ſed hominibus quò fugiendum etiam à Deo eſt, niſi ad ipſum Deum? §. 180. n. 3. p. 407

Fuge in Ægyptum. Et eſto ibi, &c. E patriâ in exilium durè mittuntur. Sed exilij horrorem ſapiens exarmat. §. 19. n. 1. p. 98

Fuge in Ægyptum. Et eſto ibi, &c. Ieſus, Maria, & Ioſephus in exilium mittuntur? An inde exilium dicitur, Dei abuſus? §. 19. n. 2. p. 98

Fuge in Ægyptum: & eſto ibi, &c. Exul mittitur Chriſtus Deus, & exul eſſe nequit. Profectò exilij, & egreſsùs ab exilio eadem eſt definitio. § 19. n. 3. p. 98. Et ſanè perfectus homo eſt mundi exul. §. 19. n 6. p. 99

Fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Hoc præceptum iuſto Ioſepho imponitur. Nam etſi iuſtus non ſit ſub lege, ſed ſuprà legem; tamen exlex non eſt. §. 34. num. 5. p 126

Fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Sanè periculoſa fuga eſt ſæuiente Tyranno. At obedientia periculum tutum eſt. §. 128. n. 5. p. 318

Et eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum, &c. Iuſſionis ratio ab Angelo redditur: non experitur ab obediente Ioſepho. Porrò qui iuſſionis rationes diſquirit, labyrinthum erroneum ingreditur cæco veſtigio. §. 128. n. 2. p. 317. Vbi de obedientiâ cæcâ plura videre licet.

Tunc Herodes...... iratus eſt valdè, &c. Sordidus ignobiliter Herodes iracundiæ obtemperat. Porrò nimis generoſum eſt iram vltricem cohibere. toto §. 149. p. 353

Et mittens, occidit omnes pueros, &c. Quoſnam miſerit, ſiletur, ac ſi forent ſine nomine.

Nam

Nam inſignis peccator apnd homines nominatiſſimns, Deo anonymus eſt. §.67. p.182. & §.70. p.187

Et mittens, occidit omnes pueros,&c. Hi pueri dum atrociter occidnntur, peramantiùs tractantur. Nam eâdem re Deus & fauentiùs mulcet, & acerbiùs eruciat. §.109. n.6. p.287. Vindicatur diuina prouidentia dum mala bonis tribnit. §.200.n.1. p.440

Et mittens, occidit omnes pueros, &c. Quia Deum in quolibei petimere ſatagit, tandem acerbiùs petimendus. Nam Deus ptovt à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. ioto §. 94. p.230

Et mittens, occidit omnes pueros,&c. Paruuli Christum circumferunt. §.234.n.6. p.499. Chriſtus amat pueros ob plures eorum dotes. §.234. n.6. p.499. Cur iubet nos Chriſtus eſſe ſicut parnulus ? Ibidem. Qui puer malitia non eſt, integer homo non eſt. §.234. numero 5. p.499

Et mittens, occidit omnes pueros. Sed eor um innocentia iniuriis honeſtatur, & pœnis bonorificatur. §.289.n.3. p.591

Et mittens, occidit omnes pueros, &c. Dum immaniter à Tyranno occiduntur, vincunt,& triumphant. Profectò inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §.306. p.620

Occidit omnes pueros. Plura qui hac ſuper re volet, legat in Syllabo rerum, verbo *Martyr*, *Perſecutio*, *Labores*.

Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam, &c. Porrò Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413

Ploratus & vlulatus multus. Inter oculos ſic plorantium ſcribitur *tau*, id eſt, *Innocens*. § 178. n.5.p.403. Plura de ploratu, vide in Syllabo rerum, verbo *Lacryma*.

De fugâ in Ægyptum, ſeu pueruli Ieſu exilio.

EVangelium ethicis expenſionibus illuſtratum eſt in feſto ſanctorum Innocentium.

In feſto Circumciſionis Domini.

LVCÆ II.

POſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. De legis obſequio ſic præproperè & acerbè cruentatur puer Deus ? Scilicet leges velut Tyrannus metuendæ ſunt. §.34.n.2. p.125

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Sapienter legem, quá non tenetur, adimplet. Hodie enim ſapientia putatur, legem inobſequenter violare. §.34.n.2. p.125

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Legem, quâ non obligatur, præproperè adimplet. Porrò leges ſententiosè dicuntur, Oculi Dei, ne ergo vel leuiter lædantur. §.34.n.4. p.125

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Putabitur ſub lege eſſe, qui ſic præmaturè, & obſequenter legi paret. At perfecta obedientia legem neſcit. §.128.n.6.p.318. Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem; nec tamen exlex eſt. §.34.n.5. p.126

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Peracerbum puero dolorem iſtiuſmodi obſeqnium facit. At qui volnntatem habet in lege, ſenſum doloris in obſequendo furatur. §.155.n.3. p.364

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Qui naſcitur ſub Cæſaris cenſu, noluit eſſe immunis à Dei cenſu. Porrò obedientia, cenſus eſt, quem homo Deo pendit. §.155.n.4. p.364

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Duræ legis obedientia puerum leſum velut monilia adornat. Nam obedienti, legum vincula ſunt torqnes, monilia, amplexus. §.266.n.4. p.552

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, &c. Ieſus adhuc puer octo dierum, ſe otioſum eſſe non patitur; ſed ſanguinem actuosè effundit. Scilicet anni vitæ noſtræ excolendi ſunt: nam otium, effuſio vitæ eſt. ferè toto §.80. p.205

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. O homo exinceps te magni æſtima. Porrò è magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt. toto §.139. p.506

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Sic acerbe pro nobis ſauciatur puer Ieſus ? Profectò nulla Chriſti læſura fuit erga homines non benefica. §.192.n.1.p.427. Chriſtus in noſtros vſus totus expenſus eſt. §.239. n.4. p.507

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Sic durè & contumeliosè puer Deus tractatur ? Num gloria Chriſto non tam in throno, quàm in gloriâ contumeliæ reputata eſt ? §.17. n.2. p.94. Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17. n.3. p.95

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Adhuc puer octo dierum nos ſuo exemplo ad cælum dirigit ? Hinc forſau Chriſtus dicitur, Via æterna. §.84.n.2. p.212

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Præpropero ſui ſangninis pretio iam tum redimere peccatores ſatagit. Profectò qui peccatis ſibi vileſcit, Chriſtum reputat ſtultum mercatorem. §.134. num.4.& 6. p.328.& 329

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, &c. Horres cruentum circumciſionis vulnus in puero Ieſu; horreſce potiùs à tuis peccatis vulnera. Nam graue peccatum eſt Chriſticidium, & Deicidium. §.100.n.3.p.242. Quomodo peccatum oſtentui exponat Chriſtum irridendum. Ibidem.

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, id eſt, ſalutaris. Deus enim ſecundùm nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §.229. p.389

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, id eſt, ſalutaris, quò nos indigos Dei oſtẽdat. Porrò in quantũ Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo, toto §.202.p.444. Deus provt à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. toto §.94. p.230

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, id eſt, ſalutaris. Deus beneficæ poteſtatis nomen eſt. §. 229. num. 3. p.490

In Epiphaniâ Domini.

MATTHÆI II.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes, vbi eſt, &c. Deum ſic quærere, virtutis ambitio eſt. §.187. n.6. p.419. Deum quærere, non carnis, ſed animi negotium eſt. §.217.n.1. p.469

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, &c. Secundùm iuſſionem proaui Balaam, Deum diligenter quærunt. Porrò neglectus in Deo quærendo, repulſa à mandatis eſt. §.217.n.2. p.469

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, &c. Qui Deum ſic ſollicitè quærunt, putauerim propè inueniſſe. Nam ſponſa ſuum ſponſum diligenter quærens, interrogatur, vbi ſponſus ſit. quare? §.187. num.3. p.418

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Diu quæſierunt, & adhuc quærunt? Profectò Deum quærentibus dicitur, vt Deum quærant. quare? §.217. n.6. p.471. Et ad ſponſam excitatam rursùm dicitur, Surge; & ad venientem, Veni. §.217.n.5. p.470

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Intentiùs cupiunt Magi, iam virtutis alumni, Deum videre. Neceſſitas enim probitatis eſt, Deum ante oculos habere. §. 2.n.19. p.17

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Regios honores, & diuitias negligunt, vt Deum quærant, & inueniant. Nam præter Deum omnis felicitas, ſcoria, & excremeutum felicitatis eſt. §.106. n.7. p.282

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Quomodo hi ſapientes quærunt, vbi nam Deus ſit? Porrò Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. §. 202. n. 5. p. 445. Quin & Deus iuſti locus eſt. §.186. n.5. & 6. p.417.& 418

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Recèns conuerſi Deum ſibi vicinum ac præſentem ambiunt. Nam Dei præſentia eſt vitæ ſpiritualis hypoſtaſis. §.135.n.4. p.330

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Idololatriam deſerentes, coràm Rege Regem alium compellare non timent. Nam mundanus timor, timor idoli dicitur, tanquam infidelitatis argumentum. §.286.n.3. p.586

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Magos, id eſt, Sapientes vocat ad obſequium fidei. Nam rationabile, id eſt, logicum obſequium, rebus fidei exhibendum eſt. §.148. n.5. p.523

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Chriſtum adoraturi adſunt Magi, quo fidem ſuam nobilitent. Chriſtus enim dicitur, Neceſſarium fidei decus. §.139.n.3. p.336

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Puerulus Ieſus potentes Reges cur primò ad fidem adducit? Scilicet Chriſtus credentis potentiâ potentiam defendit ſuam. §.74. n.5. p.195

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Dum aiunt, Vidimus & venimus, expromptam obedientiam hi Reges profitentur. Neque enim obedientiæ maieſtas, & regalis dignitas deeſt. §.154.n.1. p.362

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Tam perfectè obedientibus non longè Chriſtus abeſt. Porrò ſubditus, idem eſt, ac Deo proximus. §.140.n.3.p.338.& §.224.n.6. p.482

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Mirum eſt tam breui tempore tam longum & arduum iter confeciſſe. Sanè obedientia potentes inuenit, aut facit. §.273.n.3.p.564

Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Non ſtare, ſed venire dicunt quærentes Chriſtum. An parum refert ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas? toto § 75. p.196

Et venimus, &c. De hoc Magorum ad Deum itinere, vide plura in Syllabo rerum, verbo, *Via*, & *Proficere*.

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt: & omnis Ieroſolyma cum illo. De timore vide plura in Syllabo rerum, verbo, *Timor*.

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iuda. Sed illis, vtpotè ſceleſtiſſimis, Bethlehem, id eſt, domus panis, facta eſt domus furorem videntis. §.115. n.2.p.295.& §.149.n.6. p.351

Gauiſi ſunt gaudio magno valdè, ex ſpe gaudendi de Chriſto inueniendo. Porrò ſpes ſententiosè appellatur, Gaudium ante gaudium. §.182.n.3. p.410. Plura de gaudio, vide in Syllabo rerum, verbo, *Gaudium*.

Gauiſi ſunt gaudio magno valdè. Vt verè ac ſolidè gaudeas, de Deo gaude: gaudere de reliquis, gaudij abuſus eſt. toto § 310. p.627

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius. Vltra ſui Balaami propheriam inueniunt. Nam Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §. 184. p.413

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. De Ieſu & Maria inuentis, vide in Syllabo rerum, verbo, *Chriſtus, Deus, Præſentia, Quærere, Maria.*

Obtulerunt ei munera, non quibus Deus, ſed quibus homo indiget. Nam in quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo. toto §.202. p.444

Et reſponſo accepto in ſomnis, &c. Mira dignatio, ſed Magorum obſequio debita. Porrò Deus prout à nobis tractatus eſt, ita ipſe nos tractat. toto §.94. p.250

Per aliam viam reuerſi ſunt, &c. Hac ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo *Via*, & *Pœnitentia*.

Dominica infrà octauam Epiphan.

LVCÆ II.

Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim. An aliquo beneficentiæ detrimento, anni Chriſti Dei computantur? Scilicet Deus dicitur æternus, cùm ſine intermiſſione benefacit. §.229. n.2. p.489. Quare Suſanna Deum non vt pium, ſed vt æternum aduocat auxiliatem? §.6.n.51. p.71

Cùm

Cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim. Paruulus inducitur Chriſtus: & paruuli Chriſtum circumferunt. §.234. n.6. p.499. Cur iubet nos Chriſtus eſſe ſicut paruulos. §.234. num. 6. p.499

Aſcendentibus illis Ieroſolymam. Securè ducitur Ieſus ad regni metropolim; tametſi mores regali curiâ expoliri, & ipsâ vrbanitate decepti, inidonei ad virtutem reputentur. toto §.61. p.171

Aſcendentibus illis Ieroſolymam Ad vrbem tunc vitiorum metropolim puer Ieſus ſanctitatis idea ducitur? An conſummata virtutis perfectio, è vitiorum gymnaſio edificenda eſt? toto §.293. p.598. & toto §.13. p.87

Aſcendentibus illis Ieroſolymam, ſecundùm conſuetudinem. Aſcenſu itur in ſanctam Ieruſalem, & ex conſuetudine. Nam in conſuetudinis ſcholâ, ardua virtus ad ſuauitatem eruditur. §.38. o.3. p.132

Aſcendentibus illis Ieroſolymam, ſecundùm conſuetudinem diei feſti. Non ceſſant aſcendendo in ſanctam atduè Ieruſalem. Nam via virtutis quò citiùs, eò faciliùs curritur. §.144. oum.4. p.345

Aſcendentibus illis Ieroſolymam, ſecundùm conſuetudinem diei feſti. Non valde laborat aſcendendo, qui ex conſuetudine voluntariè aſcendit. Nam facilitas aut difficultas virtutis, ſæpè à voluntate eſt. §.283.n.1. p.581

Et requirebant eum inter cognatos & notos. Magna ſane eſt fratrum, & cognatorum vnitas.§.135. n.2.p.329. Sit homo veritatis cognatus. §.203. n.2. p.446

Et requirebant eum .... Et non inuenientes regreſſi ſunt in Ieruſalem. Deum quærete virtutis ambitio eſt. §.187.n.6.p 419. Sed qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia ſequi. Ibidem.

Et factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo. In templo puer Ieſus inuenitur. An quia dedicandus eſt puer, velut domus Dei. §. 88. n.5. p.221

Sedentem in medio Doctorum, &c.In puerône tanta ſapientia? Verùm Salomon cùm expetit ſapientiam Cherubinorum, eos appellat pueros. §.234.n.4.p.498. Profectò non in vitæ annosâ loogæuitate, ſed iu morum honeſtâ maturitate ſenectus cenſetur. toto §.247. p.510

Sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Sed quate tantam hactenus ſpientiam diſſimulauit? Scilicet ſcientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat. §.195.n.6. p.433

Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Qui Deum ſic quærit, neceſſe eſt, vt illum inueniat. Nam qui dolenter Deum quærit, de eo feliciter inuento ſibi exultim gratuletur. toto §.187. p.418

Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et quomodo dolens Deum quærit Deipara? quæ ſola eſt impleotis omnia locus. §.328. oum.4. p.659

Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Quæ ſic quærebat, iam quem requirebat, inuenerat. Porrò ſponſa ſuum ſponſum quærens, interrogatur, vbinam ſponſus ſit? quare? §.187.n.3. p.418

Quid eſt, quod me quærebatis? Quia Deum ante oculos habere, neceſſitas probitatis eſt. §.2. n.19.p.17. Quia Dei præſentia hominis mentem refingit in cælom. §.131.n.3.p.323. Et homo per Dei præſentiam, Chriſtum induit. Ibid.

Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Adhuc paruulus ſuum munus plenè obit. Nam ille magnus eſt, qui ſuum officium plenè implet. toto §.312. p.630

Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Naturalis Chriſti voluntas relinquitur, vt Patris Dei voluntas fiat. §.126. num.2. p.314

Et erat ſubditus illis. Porrò Chriſti principatus, & eius inſigne ſunt mandata obſequentiùs obſeruata. §.154. n.2. p.362. Vide in Syllabo rerum, verbo *Obedientia*, *Lex*, *Pater*, *Filius*, *Proficere*.

P. Didac. Celada in Suſannam.

Dominica II. poſt Epiphaniam.

IOANNIS II.

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ. Complura non inidonea de nuptiis, marito, & vxore, vbertim ſuppetunt in Syllabo rerum, verbo *Nuptia*. Seriatim ibi multa traduntur, è quibus aliqua carpere poteſt Concionator.

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. De Mariæ Deiparæ interceſſione, vide in Syllabo rerum, verbo *Miſericordia Mariæ erga omnes*: & verbo *Oratio Mariæ*, vbi plura ad rem.

De beneficâ Chriſti miſericordiâ, vide in Syllabo rerum, verbo *Chriſtus*, *Deus*, *Liberalitas*, *Miſericordia*.

Dominica in Septuageſimâ.

MATTHÆI XX.

Simile eſt regnum cælorum homini patri-familias. Mortaliſſimè Deus ſub Patris nomine inducitur. Nam patentum amor acerrimus eſt erga filios, quos ſibi conuiſcerat, etiam dum illis iraſcitur. toto §.307. p.622

Simile eſt regnum cælorum homini patri-familias. Non debet eſſe otioſa filiis tanti Patris appellatio. Nam cùm Deum appellamus patrem, bona filiorum opera profitemur. §.255.oum.2. p.483

Qui exijt primo mane conducere operarios. Boous hic pater familias quaſi exſomnis ſollicitus eſt humanæ culturæ. Et tamen io quantum Deus nullius indiget, in tantùm homo indiget Deo. toto §.201. p.444

Qui exijt primo mane conducere operarios, &c. Primo mane, id eſt, ab æternitate exiit homioibus benefacere. Porrò Deus dicitur æternus, cùm ſine intermiſſione benefacit. §.229. n.2. p.489. & §.6.n.51. p.71

Conuentione autem factâ ex denario diurno. Non cum filiis, ſed cum mercenariis hæc mercedis conuentio ab hoc patre fit. Nam eorâm patre erubeſcit mercedis vocabulum. §.39.n.5.p.135

Conuentione autem factâ ex denario diurno. Profectò ſicut vmbra corpus, ita præmium & pœnam præſtare, Deum ſequitur. §.301. numero 1. p.611

 Vidit

Vidit alios ſtantes in foro otioſos, atque adeò mercede vacuos, & indignos. Nam fruſtrà otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur. §.81.n.6. p.208. Otium quàm ſit inſidioſum. §.80. n.1. p.205

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Benè increpat otium: eſt enim viui hominis ſepultura. §.80. num.9. p.206

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Benè otium incuſatur. Nam dies vitæ noſtræ actuoſiùs excolendi ſunt, incolendi ſunt. §. 80. n. 2. p. 205. Otium tanquam veneni potatio, effuſio vitæ eſt. §.80.n.3. p.205

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Porrò otium quædam mentis alienatio eſt. §. 80. num. 5. p.206. Anima tandiu corpus informat, quandiu operari in eo poteſt. § 80, num.7. p.206. Quin & otium eſt rebellionis ſuſpectum. §.80. num.6. p.206

Cùm ſerò autem factum eſſet. Serò aliqui operarij ad opus venerunt, & ſerò dicitur ſolutio fieri. Nam Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. toto § 94. p.230

Redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis, &c. Porrò Deus aliquid imperat, vt cauſſas habeat remunerandi. §.184.n.1. p.413

Redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis, &c. Etiam dum remunerat, ſe Deus munificè liberalem oſtendit, multis donans vltrà merita. Porrò Deus ſecundùm nomen ſuum, ad ſumtuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §.229. p.489

Incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Ecce tibi primi ſuperbiam humiliatione mulctatam. Porrò in arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. toto §.7. p.76

Incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Nouiſſimi præ humilitate præferuntur primis. Nam faſtigij claritas, humiliationis eſt præmium. §.48. n.6. p.151. Et ſpiritualium donorum plus habere ſine humilitate, eorum iactura eſt. §.48. n.4. p.151

Incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Spiritualia dona in nouiſſimos & humiles exuberant. Nam cælum in corpora noſtra per plenum influit; in animum verò per vacuum. §.235.n.1. p.499

Et accipientes murmurabant aduersùs patrem-familias. Hi conuitiatores vituperando laudant. Nam ſicut laus improborum nihil differt à vituperio; ſic improborum vituperium nihil differt à laude. toto §.191. p.425

Et accipientes murmurabant aduersùs patrem-familias. De murmurationis vitio, vide in Syllabo rerum, verbo *Detractio, Lingua.*

Et pares illos nobis feciſti? Superbus non tantum primus, ſed ſolus eſſe cupit. Porrò labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis malè exerrat. toto §.118. p.301

Et pares illos nobis feciſti? In bonum etiam patrem-familias, id eſt, in Deum ſæuit inuidia. Porrò inuidia omne bonum, & Deum ipſum anathematizat. §.85.n.2.p.214. Plura qui volet hîc ſubtexere de inuidiâ, legat in Syllabo rerum, verbo *Inuidia.*

Tolle quod tuum eſt, & vade. Videat homo quid de ſe habeat, in Syllabo rerum, verbo *Homo, Humilitas, Superbia.*

Sic erunt nouiſſimi, primi; & primi nouiſſimi. De ſublimitate humilitatis, & de vilitate ſuperbiæ, vide in Syllabo rerum, verbo *Humilitas, Superbia, Ambitio.*

Dominica in Sexageſimâ.

LVCÆ VIII.

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Qui de ſuo ſeminat, ſumptuoſius ſeminat. Nam de ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.201

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Humile Satoris munus Chriſtus Deus aſſumit. At ille magnus eſt, qui exiguum etiam munus plenè implet. toto §.312. p.630

Exijt qui ſeminat ſeminare, &c. Qui iam ſeminat, adhuc exit ſeminare, ſeu ad ſeminandum? An parum refert, ſtudium virtutis omittas, an intermittas? toto §.75. p.196

Exijt qui ſeminat ſeminare. Etſi ſeminat, adhuc exit ad ſeminandum. Nam perfecta virtus ad nouos ſemper profectus hiat. §.236.n.1.p.501. Virtus ſitim bibit: impleri ſcit, expleri neſcit, de plenitudine capacior. §. 236. numero 3. p.501

Exijt qui ſeminat ſeminare. Cæleſtis hic Sator dum ſemen ſpargit, cuſtodit, non amittit. Nam ſcientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat. §. 195. numero 6. p.433

Exijt qui ſeminat ſeminare ſuum, quo Dei gregem ſolidè conciouando paſcat. Nam garrulùs Concionator greges diabolorum paſcit. §.238. n.2. p.504

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Vile & abiectum putatur Satoris officium. Sed ô quàm eſt ſublimiſſimè diuinum munus verbi Dei ſeminatoris, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò inuigilat! toto §.244. p.515

Et dum ſeminat, aliud cecidit. Moraliſſimè dum conculcandum proijcitur granum, non proijci, ſed cadere dicitur. Scilicet nemo prudens iudicio & conſilio ſuo eſt miſer. § 181.num.3. p.408. Igitur eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto § 181. p.408

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt. Non in viâ, ſed ſecus viam conculcatur. Sic vicina occaſio intuta eſt. Homo, quia puluis eſt, timeat, à cuiuſuis periculi vento. §.82.n 1.p 209. Ioſeph etſi dixit, *Non poſſum*, adhuc occaſionis anſam fugit. §.82.n.2. p.209. Vel ipſa humana fragilitas periculi occaſio eſt. §.82. n.4. p 210. Vide plura in Syllabo rerum, verbo *Occaſio, Periculum.*

Et conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. Immundæ inferni volucres, cur hiant ad granum, quod eſt verbum Dei? §.238. num.4. p.505

Et volucres cæli comederunt illud. Nam corrupta verbi Dei concio eſt accuratior Dæmonum paſcua. § 238.n.5. p.505

Et volucres cæli comederunt illud. Quare inferni Dæmones appellantur volucres cæli? Scilicet hypocritarum damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat. § 57. numero 2. p165

Et volucres cæli comederunt illud. Dum per volucres cæli, Diaboli ſignificantur, deootatur hypocriſis. Portò hypocrita,vt cæli inquilinus videatur, gehennam parturit inferno ſimilis. §.58.n.4. p.167

Et natum aruit, quia non habebat humorem. Sanè lacrymatum humor animam rigat, ac fœcundat. §.177.n.1. p.401. Peccator flenda pattare ſcit, flere neſcit. §.176. n.1. p.399. Lacrymæ noſtræ è fœcunditate Spiritus ſancti ſunt. §.231.n.1. p.492

Aliud cecidit inter ſpinas. Sanè roſetum verſum in ſpinetum, ænigma luxuriæ eſt. §.147. n.3. p.350

Aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exorta ſpinæ, (id eſt, diuitiæ) *ſuffocauerunt illud.* Portò diuitiæ hominem à ſeipſo auferunt. §.55. n.5. p.163. Diuitiarum tyrannis meris phantaſmatibus illudit nobis. §.55.n.4. p.162

Aliud cecidit in terram bonam. E quatuor terræ portionibus,tres largiori Dei beneficentiâ excultæ, pertinaci ingratitudioe culpantur. Portò humana ingratitudo cum omnipotente Dei beneficentiâ contendere audet.§.73.n.4.p.193

Qui habet aures audiendi, audiat, quaſi ſiot aures non audiendi. Itaque noo tam verba audiantur,quam exempla videantur.Quâ ſuper te latè verbo *Concionator, Exemplum.*

Dominica in Quinquageſima, & feſto 40. horarum.

LVCÆ XVIII.

ECce aſcendimus Ieroſolymam. Nimis laborant Apoſtoli per arduum cliuum aſcendentes Ieroſolymas, & ſic placidè aſcendunt, vt neceſſe ſit admoneri ſe laborioſè aſceodere? Scilicet moleſtia & labor apud Sapientes, eſt tantùm moleſtiæ ac laboris vocabulum. §.290.n.1. p.592

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Sic lætantes *aſcendunt* arduum moleſtè cliuum in Ieruſalem? Scilicet laruata tragicè calamitas contrectanda eſt,vt eam metuere deſinamus.§.286.n.2.p.586 Viro perfecto moleſtia eſt materia gaudij: & non pati, magnum lætitiæ detrimeotum. toto §.292. p.596

Ecce aſcendimus Ieroſolymam,&c.Laborioſè *aſcendunt*, nec in labore à Chriſto Deo diſcedunt. Nam labor & afflictio eſt hominis ad Deum ligamen. §.17.n.6. p.95

Ecce aſcendimus Ieruſalem, &c. Nec aſceodere ceſſant,ſed magis adhærent Chriſto,quem ſublimiſſimè æſtimant. Profectò ei,qui in ſpirituali viâ ambulat,maior Chriſtus apparet.§.84. o.3. p.213

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Non valdè in huius viæ aſcenſu laborant. Nam viam cæli Apoſtolus vocat viam viuentem. §.84. n.6. p.214. Chriſtus dicitur via æterna. §.84. num. 2. p.212

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Velociter & facilè aſcendunt per viam ad Ieruſalem.Nam via virtutis,quò citiùs,eò faciliùs curritur. §.144.n.4. p.345

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, id eſt, nunquam P.Didac.Celada in Suſannam.

aſceodere ceſſamus.Nam ſponſa ſponſo cæleſti appropinquans, adhuc audit,vt veniat. quare? §.84.n.5.p.213. In viâ virtutis nunquam ceſſandum. §.84.n.1. p.212

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Nunquam ſtaor, & tantiſper aſcendere ceſſant? Profectò qui firmius ſtat in via virturis,ſic ſtaodo currit. toto §.74. p.194

Et conſummabuntur quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. Deus enim adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413

Et conſummabuntur quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. Coosummabuntúrne omnia? Porrò Deus quod homini promiſit, imminuit; quia homo quod Deo debet,non implet.§.24. n.2. p.107

Et conſummabuntur quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. Oionia perſeuetanter explere pollicetur.Nam perfecta virtus ipſam ſitim bibit: impleri ſcit,èxpleri neſcit,de plenitudine capacior.§ 236.n.3.p.501.Virtus piè auata eſt, aut certè auaritiæ ſimilis. quare. §.236.0.2. p.501

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur. O quàm alacriter ac voluntariè Chriſtus ad paſſionem aſcendit, & paſſionem ſubit! Scilicet pariendi voluotas io Chriſto vna plures fuit. quare? §.283.n.5. p.582

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, &c. O quàm frequenter ſuam Chriſtus paſſionem cogitatione verſat. Scilicet vt cogitationes noſtræ, ſicut & Marianæ, ſemper Dominico ſaoguine rubeſcant. §.335. n. 3 p.671. Singuli Chriſti artus guttis ſanguiois culpas noſtras lugent. §.129.n.4. p.319

Et poſtquam flagellauerint, occident eum. Profectò è magno pretio Dominici ſanguinis effuſi, digna hominis æſtimatio taxanda eſt,toto §.239. p.506. & toto §.134. p.327

Et poſtquam flagellauerint, occident eum. Heu Chriſtus peccatori tanquam crucifixus! §.129. n.2. p.319. Peccatum eſt Chriſti crux, & Chriſticidium. §.100.n.2.& 3. p.241.& 242

Quiſquis in 40. horarum concione velit aliqua de Euchariſtiâ delibare, legat §.112. p.290. & §.113.p.292.& §.114.p.294. De Oratione, in Syllabo rerum, verbo *Oratio.* De mnodialium rerum fallaciâ, verbo *Voluptas, Felicitas, Diuitiæ.* Exinde forſan ad materiandas conciooes aliqua ſuper hoc argumeoto ooo inidouea reperiet.

Feria IV. Cinerum.

GENESIS III.

MEmento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Non dedecoratur homo hoc puluere etſi abiectiſſimo. Nam Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17.n.3. p.95

Puluis es, & in puluerem reuerteris. O! vitæ miſeriæ & ſepulcralis ciois vectigalia peccati ſunt. §.125.n.2. p.312

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Homo quia puluis eſt, timeat à cuiuſuis periculi vento. §.83.n.1. p.209

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quò denotatur nos à morte vincendos. Sed puluis ſepulchralis victoriæ auſpicium eſt. §. 106. oum.6. p.452

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Nemioem hic puluis obcæcauerit. Nam iuſtorum cineres ac ſepulchrum ſpectantes inoculat.§.214.num.5. p.465

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Nemo quia terra eſt, ſe cæli exulem putet. Nam in cælo humanæ carnis terra, Dei gloriâ plena dicitur. §.80. n.3. p.224. Deſiderium cæleſtis gloriæ terram conuertit in cælum. §. 89. num. 6. p. 223. Alexander, vt ſe probet Cælitem, ſummo tantùm pede terram tangit. p.91. n.5. p.226

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Pulueris ſeu terræ nomine libido hominum culpatur. Nam homo laſciuus, non homo, ſed terra dicitur. §.108.n.5. p.185

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quo hominum mortalitas denotatur. Sed ſanctus vir dum viuas ſui exequias celebrat, futuram ſibi vendicat immortalitatem. §.314.n.4. p.635

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Nos omnes tandem morituros hæc ſententia perſuadet. Nam perſuaſis mori, quiduis facile perſuadeas. §.2.n.28. p.19

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ne ergo cognatam homini mortem exhorreſcas. Nam homo dum viuit, quaſi mortuus eſſet, viuere poſcit. §.105. n.4. p.450. Sanctus Iob vermes appellat parentes, quia dum illi mortem adſciſcunt, vitam potiùs operantur. §. 205. n.3. p.449

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ne expalleſcas à morte vincendus. Nam in victoriâ mortis mors tranſparet, ad ſumptuoſiorem triumphi gloriam.§ 199.n.6.p.440. Quare, Tenent me mortis anguſtiæ, perinde eſt, ac Apprehendit me corona. §.198.n.7. p.438

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Cognata autem mors expetenda potiùs quàm timenda eſt. Nam vltimus vitæ noſtræ dies, mors quædam fortunæ eſt; & inde expetendus. §.151. n 2 p.357. Chriſtianus eo ipſo inuictus eſt, quia mori non timet. §.198.n.5. p.438

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ne putes inglorium morti tandem cedere. Nam mors gloriæ inimica vſurpatur ad gloriam §.198.n.4 p.437. Mors proborum feliciſſima & optima. § 198. n.6. p.438

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Sed mortem tanquam vitam reputa. Nam viuere quidem mori eſt; mori autem viuere. §.205.n.1.p.449. In felici periculo mortis fert Suſanna in corde pretium immortalitatis. §. 198. numero 3. p.437

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Non mortem, ſed mortiferum peccatum time. Nam peccatum animam mori facit, quam nequit facere mortalem. §.148.n.3. p.352

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Hinc mundus teſtamento ſuo mortem ſine morâ hominibus relinquit. §.205.n.5. p.450. Vita hominis tragœdia eſt.quare?§.205.n.6. p.450

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ne ergo è memoriâ noſtrâ mors excidat. Nam mortis memoria, vitæ negotiatio, & character eſt: eius autem obliuio, probitatis iactura, & flagitiorum cumulus. toto §.212. p 461. Hac ſuper te, conſule. §.206. p.459. & §.255. p.533. & §.314. p.634

Feria IV. Cinerum.

MATTHÆI VI.

CVm ieiunatis. Complura de ieiunio, vide in Syllabo rerum, verbo *Ieiunium.*

Sicut hypocritæ triſtes. Super hac re vide in Syllabo rerum, verbo *Hypocriſis, Gloria inanis, Ambitio, Triſtitia, Gaudium.*

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terrâ. Hac de re vide in Syllabo rerum, verbo *Diuitiæ, Auaritia, Eleemoſyna.*

Feria VI. poſt Cineres.

MATTHÆI V.

AVdiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum. De proximi dilectione, vide in Syllabo rerum, verbo, *Amor, Pax.*

Et odio habebis inimicum ſuum. De odio inimicorum, vide in Syllabo rerum, verbo *Vindicta, Ira.*

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, &c. De inimicorum dilectione, qui eſt huius concionis ſcopus, plurima ſeriatim inuenies in Syllabo rerum, verbo *Inimicorum dilectio.* Conſule etiam verbum *Pax. Amor.*

Eſtote ergo perfecti. &c. Multa de Euangelicâ perfectione habentur in eodem Syllabo rerum, verbo, *Sanctus. Virtus, Proficere.*

Dominica I. Quadrageſimæ.

MATTHÆI IV.

DVctus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur a Diabolo. A ſpiritu ducitur Ieſus. Nam Spiritus ſanctus dicitur, Coaſſecla Verbi, & eius manifeſtator. §.130.nuio.1. p. 491. Spiritus ſanctus in Verbo requieſcit. Ibidem.

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, &c. In deſertum ducitur: fugienda enim eſt hominum frequentia. §.76.n.1 p.197. Homo ſeipſo ac mundo maior, ſolitudinis arbitrio efficitur. §.76 n.2. p.198

Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, &c. De ieiunio vide plura in Syllabo rerum, verbo *Ieiunium.*

Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus Eccur vltra Moyſen & Eliam ieiunia Chriſtus non extendit? Scilicet ſingularitatis fuga, ſingulare virtutis ſtudium eſt. toto §.120. p.305

Et cùm ieiunaſſet, &c. poſtea eſuriit. Et in pauperibus vſque ad finem mundi myſticè eſurit, ac patitur. §.156. numero 4. p. 366. Eſurit, etſi naſcitur in domo panis. §.149. num. 6. p.355

Poſteà eſuriit, & accedens tentator. Mirum eſt, quod eſurientem

eſurientem pauperem tentare audeat. Num paupertas Diabolo aufert tentandi ſpem? §. 46. n. 1. p. 146

Poſtea eſuriit, & accedens tentator. Eſuriente paupertate laborantem adoriri audet. Porrò dita paupertas imperiosè iubet quiduis quantumuis ſceleroſum. §. 47. n. 5. p. 149. Panem neceſſarium vel à Deo prædari dicimur. §. 47. n. 6. p. 149.

Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Eccur Diabolorum aſtutiſſimus rem leuiculam offert ad tentationis materiam? Scilicet Chriſtianæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. toto §. 175. p. 397

Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant, In re admodùm exiguâ habendâ Chriſtum tentat. Porrò habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquemur in minimis. §. 174. num. 1. p. 396

Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Vt in re perexiguâ ſibi obtemperet Diabolus ambit. Nam leuis culpa offert Dæmoni aditum, quem ſenſim amplificat. §. 173. n. 1. p. 394. Sic minora vitia ac maiora ſunt cauenda: quare? §. 174. n. 6. p. 397

Dic vt lapides iſti panes fiant. In re gulæ primò tentat. Nam ciborum ſarcinâ animus eliditur. §. 111. n. 1. p. 289. Hâc de re vide in Syllabo rerum, verbo *Ieiunium.*

Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quæ de boni Concionatoris ore procedunt, de ore Dei procedere dicuntur. Nam bonus Concionator os Dei, & lex Dei dicitur. §. 244. n. 6. p. 516

Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem. In ſanctam ciuitatem hominem Diabolus adducit, vt perniciosiùs tentet? Porrò damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat. §. 57. n. 2. p. 165. Quare hypocriſis eſt animæ fomes ad vitia inſtigans. §. 58. num. 3. p. 167

Mitte te deorſum ...... quia Angelis ſuis mandauit, &c. Cùm Angelici obſequij gloriam pollicetur, abiectionem mittendi ſe *deorſum* ſuadet. Scilicet in arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. toto §. 7. p. 76. & ſeqq.

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Cur diabolus glorioſam regnorum concupiſcentiam Chriſto ſuggerit? §. 56. n. 2. p. 163

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, &c. Sed deſiderium Dignitatum, concupiſcentia appellatur. §. 48. n. 2. p. 150. Qui honeſtat ambiendi rationes, ſanctus Satanas dicitur. §. 48. n. 2. p. 150. Ambitio dignitatem ſcenicam negotiatur. §. 59. n. 1. p. 168

Hæc omnia tibi dabo, &c Satagit hîc Diabolus vt dono ſuo habeat regna, quæ à ſeipſo habet. Scilicet ambitio ſe Chriſto præponere affectat. §. 311. n. 6. p. 630

Hæc omnia tibi dabo, &c. Mundi principatum Diabolus Chriſto pollicetur. Sed Chriſti principatus, & præluſtre eius inſigne eſt lex obſequentiùs obſeruata. §. 154. n. 2. p. 362

Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Hanc in terrâ gloriam affectat, è cælo eiectus. Nam cælum ſuperborum eſt inanis mundi gloria. §. 235. n. 4. p. 500

Hæc omnia tibi dabo, &c. Sua regna alteri dare ſpondet ſuperbiſſimus Dæmon? Scilicet ſuperbia non dicitur concupiſcentia gloriæ, quia nihil præſumit deſiderare ſuperbus. §. 235. n. 3. p. 500

Si cadens adoraueris me. Dei adorationem ſuperbia expetit? Scilicet hominis vanagloria contumelioſa eſt Deo. §. 235. n. 5. p. 501

Feria IV. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XII.

ACceſſerunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi, dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre. Non boni Diſcipuli ſubdolè appellant Magiſtrum honoris cauſſâ, quem dolo capere tentant. Verùm ſimplicitas ad fraudem rudis eſt, & de illius ignorantiâ ſapit. §. 79. n. 2. p. 203

Magiſter volumus à te ſignum videre. Cui adulantur Magiſtri nomine, inhonorant non credentes priori ſigno, dum aliud petunt. Scilicet criminatio & adulatio cognata vitia ſunt §. 6. n. 62. p. 73

Magiſter volumus à te ſignum videre. Regni Chriſti exheredes ſe profitentur, dum propria voluntate aguntur. Porrò propriâ voluntas regni exheredatio eſt, virtutum interemtrix, propitiationis etiam in bono indiga, nequam hominis caput, & infernalis Satan. toto §. 123. p. 310

Magiſter volumus à te ſignum videre. Nomine, non re, ſe profitentur Chriſti diſcipulos, qui propriâ voluntate aguntur. Nam Chriſtianos vocant, Voluntas Dei in eo. §. 36. n. 5. p. 129. Propria & naturalis in Chriſto voluntas relinquitur; in nobis & idololatriæ ſuſpecta, & impij furti rea eſt. toto §. 126. p. 314

Magiſter volumus à te ſignum videre. Annon vident hanc petitionem propriæ voluntatis dehoneſtamento deformem. At voluntaria putantur pulchra & honeſta §. 19. n. 1 p. 116

Magiſter volumus à te ſignum videre. Hâc publicâ & ſolemni petitione, Chriſti Dei voluntatem ad ſuam flectere ambiunt Aſt non eſt curuanda diuina voluntas ad noſtram voluntatem. §. 31. n. 5. p. 120. Homo verò diuinam voluntatem mauult emendare, quàm ſuam. §. 31. n. 2. p. 119

Magiſter volumus à te ſignum videre. Diuerſa voluntas à diuinâ voluntate hîc culpatur. Sit ergò vna & ſimplex voluntas Dei & hominis. §. 31. n. 5 p. 120. Num qui conformis eſt diuinæ voluntati cogi non poteſt? §. 31. num. 4. p. 120

Magiſter volumus à te ſignum videre. Prauam Phariſæorum voluntatem acerrimè culpat. Chriſtus, vt bonam voluntatem ſuadeat. Porrò bona ſtrenuè voluntas, à virtutis labore ſabbatizat: Dei arbitrium eſt; & quantùm vult, tantum mereri dicitur. toto §. 283. p. 581

Magiſter volumus à te ſignum videre. At etſi oculis ſignum expetitum *videant*, illi non credunt. Nam eius, qui affectu oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §. 213. n. 3. p. 463

Magiſter volumus à te ſignum videre. Subtili maledicentiæ ingenio, ſubdolè culpant miraculum nuper factum, dum aliud ceriius expetunt. O iudiciorum ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit malè acutum. toto §. 196. p. 433

Magiſter volumus à te ſignum videre. Phariſæi Chriſtum quaſi communem omnium Magiſtrum, & miraculorum patratorem videntur laudare. Sed laus improbrotnm nihil differt à vituperio: ſicut improbrorum vituperium nihil differt à laude. toto §. 191. p. 425

Generatio mala & adultera ſignum quærit. Incredula Phariſæorum ſuperbia reprehenſione durâ mulctatur. Nam ſuperbiæ carnes reprehenſio exæquat. §. 200. n. 6. p. 446

Generatio mala & adultera ſignum quærit. Hâc durâ reprehenſione Phariſæi valdè irritantur contra Chriſtum. Nam vel Angelus cùm reprehendit, Satan putatur. §. 269. n. 2. p. 557. Qui reprehendit, iniuriator, accuſator, & tamquam inimicus habetur. §. 269. n. 3. p. 557. Sed qui reprehenſionem detrectat, præproperus gehennæ inquilinus reputatur. toto §. 261. p. 543

Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Heu Iudæorum ingratitudo infidelis; tot benefica miracula à ſe arcet! Scilicet humana ingratitudo cum omnipotente Dei beneficentia contendere audet. §. 37. n. 4. p. 131. Ingratitudo ergà Deum, reatus blaſphemiæ notatur. §. 73. n. 3. p. 193

Ita erit filius hominis in corde terræ. Infideliſſimæ & ſceleroſiſſimæ Iudæorum genti, mortis & ſepulturæ ingerit memoriam, ſi fortè reſipiſcant. Quàm ſit proficuè potens mortis memoria, vide in Syllabo rerum, verbo *Mors*.

Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia pœnitentiam egerunt. Hâc ſuper re lege in Syllabo rerum verbo *Exemplum, Concionator, Pœnitentia*.

Feria VI. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.

IOANNIS V.

IN his iacebat multitudo magna languentium. Nec mirum eſt, vt ſic viribus langueat peccator. Nam peccator ſceleroſus tanta delinquit, vt delinquentis vires ſuperent. §. 65. n. 2. p. 179

In his iacebat multitudo magna languentium. Quia peccata exundant, *multitudo magna languentium eſt.* Nam tot ærumnoſæ hominum miſeriæ, vectigalia peccati ſunt, toto §. 125. p. 312

In his iacebat multitudo magna languentium. Peccatorum morbis laborantes, ad ſalutem & vitam corporis hîc anhelant. Vellent enim peccatores ſine fine viuere, vt ſine fine peccare poſſent. §. 159. n. 3. p. 371

In his iacebat multitudo magna languentium. Multitudo magna in morbis peccatorum tandiu iacent; quia nemo adſurgere conatur. Scilicet continuata malitia quam reſipiſcentia non interrumpit, propè irremediabilis eſt. toto §. 256. p. 515

Multitudo magna languentium, cæcorum. Profectò cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt. §. 96. n. 2. p. 234

Multitudo magna languentium, cæcorum. Et ſanè eius, qui affectu ducitur, oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §. 213. n. 3. p. 463

Cæcorum, claudorum. Sed claudi pedes per pœnitentiam redintegrantur. §. 30. num. 4. p. 118. Meliùs eſt in via claudicare, quàm extra viam ambulare. §. 84. n. 7. p. 214

Cæcorum, claudorum, aridorum. Arent humoris penuriâ ſicci. Porrò lacrymarum mador animam rigat, & fœcundat. §. 177. n. 1. p. 401. Lacrymæ comparantur ſpongiæ. §. 177. n. 2. p. 401. Qui luget, beatus eſt in ſpe, luget in re. §. 178. n. 2. p. 403

Angelus autem Domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam. Bene Angelus ſalutaris ſecundùm tempus deſcendit. Nam Dei Angelus dicitur, Noſtrum tempus. §. 272. n. 2. p. 561. Plura de Angelis, vide in Syllabo rerum, verbo *Angelus*.

Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ. Benè hic homo in peccati infirmitate tandiu iacens, ſine nomine inducitur. Nam ſceleſtiſſimi peccatores anonymi ſunt: neque enim vllum nomen eſt, quod immeritam eorum nequitiam taxare valeat. toto §. 70. p. 187

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. O quàm eſt arduum tot annis peccatorum infirmitati adſuetum curare! Profectò prauam diù conſuetudinem liberam quandam velut neceſſitatem ad peccandam inducere querimur. toto §. 160. p. 542

Dicit ei: Vis ſanus fieri? Profectò quærendum nobis à Deo non eſt, vt dicat: Quid vis vt faciam tibi? &, vis ſanus fieri. quare? §. 31. n. 3. p. 120.

Vis ſanus fieri. Res tam ardua à voluntate paralytici pendet? Scilicet facilitas aut difficultas virtutis, ſæpè à voluntate noſtrâ eſt. §. 283. n. 1. p. 581 Ab ignauia noſtra eſt rerum difficultas. §. 286. n. 4. p. 587

Vis ſanus fieri? Iſtiuſmodi interrogatione ſanitatis deſideria excitat. Porrò deſideria & laxant ſinum accipientis, & accepta cuſtodiunt. §. 232. n. 6. p. 495. Deſiderium idem eſt ac feſtinatio. §. 236. n. 6. p. 501.

Vis ſanus fieri? Vltrò miſeretur, & inrogatus largiùs benefacit, quo ſe Deum probat. Nam Deus, ſecundùm nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 229. p. 489

Vis ſanus fieri? Compaſſione tangitur Chriſtus. Nam compaſſio cruci aſſimilatur. §. 300. n. 2. p. 610. Compaſſio tot cruces patitur, quot proximus miſerias ſuſtinet. §. 168. n. 3. p. 386

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Eccur tam graue illi onus imponit? Nempe patientiæ arbitrium eſt onus onere, vulnus vſtione, & dolorem dolore pellere. §. 157. n. 6. p. 368

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Scilicet grabatum inueterati diu langoris portare domum iubetur, relapſum præcauens. Quà de re vide in Syllabo rerum, verbo *Conſuetudo*.

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Nondùm ſanatus erat paralyticus, & ſurgere, ac portare grabatum iubetur? Scilicet obedientia potentes inuenit, aut facit. §. 273. n. 3. p. 564. Quod·

quiſque

quiſque imperari ſibi videt, poſſe ſe credat. §. 154. n. 4. p. 362

𝔇ominica II in Quadrageſima.

MATTHÆI XVII.

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem,&c. Ordo dignitatis vrbanè ſeruatur in recenſendis his, qui ad Taborem aſcendunt. Ne autem nimia vrbanitas retardet inceſſum in via virtutis. §. 75. n. 2. p. 196

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Mons ſeorsùm, ſeu deſertum ad oſtendendam Chriſti gloriam, locus eſt peridoneus. Nam Solitarius extrà mundum eſſe dicitur, & cæli inquilinus. §. 76. n. 4. p. 198. item exul mundi, & paradiſi incola. §. 76 n. 5. p. 199. Et vita ſolitaria, cæli ſchola, diuinæ ſimilitudinis reparatio, &c. toto §. 77. p. 199

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Priùs aſcenſu in arduum montem fatigantur, & poſteà gloriam vident. Nam præuia fatigatio & moleſtia futuræ felicitati lenocinatur ad placendi gratiam. toto §. 199. p. 419

Et transfiguratus eſt antè eos. Apoſtolorum auctoritatiſſimos tamquam oculatos ſuæ gloriæ teſtes ſiſtit. Num ratio, & lingua, & mortalitas hominis, illum ad mendacium ſubornant? §. 197. n. 6. p. 436. Ingenia ſenſuum, falſi teſtimonij ſuſpecta ſint. § 197. n. 4. p. 436

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol. Et quomodò transfiguratus eſt *ante eos*, ſiquidèm *facies eius ſicut Sol*, ſpectatorum oculos referabit, imò & obcæcabit? Scilicet arcana Dei prouidentia per media ſpecie tenus inidonea & appoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto § 144. p. 344. Idem dictum puta cùm miſcetur frigus niuis cum Solis ardore.

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, &c. Diuina & beata pulchritudine Chriſtus in Tabore prænitet. Et quomodò Chriſtus Deus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? §. 334. n. 4. p. 669.

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, &c. Facies nunc ſplendeſcere dicitur, & glorioſè reſplenduerunt reliqua Chriſti membra, quibus non defuerunt Paſſionis cruciamenta. Porrò ſinguli Chriſti artus guttis ſanguinis culpas noſtras lugent. §. 283. n. 5. p. 582

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Opinor, non bonus Bonitatis æſtimator Petrus eſt, qui bonum gloriæ ante paſſionem ſeu tribulationem cupit. Porrò omne bonum huius vitæ eſt in tribulatione & paſſione: quare in ea ſummè gaudendum eſt. §. 292. n. 6. p. 597

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Adeò bonum, vt noſtræ nunc mentis intelligentiam excellat. Nam beata gloria mentis faſtum, & votorum audaciam longè ſuperat. §. 89. num. 4. p. 222. Beatæ gloriæ deſcriptio. §. 89. n. 1. p. 221

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Nimirùm carnis vilitates glorioſè exuere Petrus exambit. Nam in beata gloria nuper ſqualida Caro, velut ſpiritualis facta prænitet. §. 89. n. 2. p. 222

Domine bonum eſt nos hic eſſe. In terrâ vult gloriam Petrus? Minimè quidèm. Nam deſiderium cæleſtis gloriæ, terram conuertit in cælum §. 89. n. 6. p. 223

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Vix beatam gloriam prælibat, & illam ſic concupiſcit? Scilicet notitia & memoria beatæ gloriæ, illius concupiſcentiam ſuggerit. § 85. n. 5. p. 223

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Nihil vltrà cupit Petrus. Nam Deus totum gaudium hominis eſt. §. 97. n. 6. p. 237. Noli quærere de Beato, quid illi erit? & quid illi non erit? quare? §. 90. n. 5. p. 225

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Sui corporis beatitatem, an Dei gloriam Petrus expetit? At in cæleſti gloria, humanæ carnis terra, Dei gloria plena dicitur. quare? §. 90 n. 3. p. 224

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Quomodò Beati ſuper omnia Dei bona externa, & interna, conſtitui dicuntur? §. 90. n. 4. p. 224 Beatorum qualis Omnipotentia? Inibi. Beatis nihil eſt impoſſibile. quare? §. 89. n. 4. p. 222. Elementa ſubiecta ſunt Beatorum arbitrio. Ibidèm.

Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Non tam hic veritatem (quæ propria eſt Verbi,) quàm bonitatem commendat. Quare Dei Filius, paternæ voluntas imago dicitur? §. 37. n. 4 p. 131. Cur Patris cor (id eſt Filius) quod nuper lingua, ſtatim calamus appellatur? §. 246. n. 5. p. 519

Ipſum audite. id eſt, obedite. Plura de obedientia, vide in Syllabo rerum, verbo *Obedientia, Lex.*

Et audientes Diſcipuli ceciderunt. A beatæ gloriæ ſpectaculo Diſcipuli corruunt? Num ad æternum gloriæ pondus ſuſtinendum, eximia patientia neceſſaria eſt? § 90. n. 6. p. 225

Nemini dixeritis viſionem. Hac ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo *Occultum*, & verbo *Humilitas.*

Feria IV. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

EVangelium ethicis adnotationibus illuſtratum eſt ſuprà, Dominica in Quinquageſimâ.

Feria VI. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XXI.

HOmo erat pater familias, qui plantauit vineam. Deus noſter Patris vocabulo inducitur. O quantum reuerentiùs honorem debent filij parentibus obſequentiùs exhibere! toto §. 37. p. 130. Coràm patre erubeſcit mercedis vocabulum. §. 39. n. 5. p. 135

Homo erat pater familias, qui plantauit vineam. Cùm Deus inducitur diues paterfamilias, *homo* appellatur. Porrò diues non differt à paupere in naturæ ſubſtantia. §. 49. n. 5. p. 153. & §. 53. p. 158

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam. E proprio cenſu, non è pauperum rapinis, hic

homo

homo diues eſt duraturâ opulentiâ. Nam diuitiæ malè partæ per violentiam, & rapinam, malè dilabuntur. toto §. 50. p. 153

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam. (E plantatæ vineæ fructibus, non pauperum rapinis diteſcit. Nam homo dum alium prædatur, ipſe potiùs præda fit. §. 55. num. 6. p. 163.

Et ſepem circumdedit ei. Sepem vineæ appellat præſidium Angelorum. Quin & vineæ florentes, Angeli dicuntur. quare? §. 271. n. 1. p. 560

Sepem circumdedit ei. id eſt, præſidium Angelorum. Porrò Angeli dicuntur, *Salutes*; & ſuis clientibus quodammodò omne bonum. §. 271. n. 5. p. 561. Angelus eſt nobis noſtrum tempus, vmbra, & omne præſidium. §. 272. n. 2. p. 561. De Angelis vide plura in Syllabo rerum, verbo *Angelus.*

Et ædificauit turrim. id eſt, Legem. Porrò lex animæ curam de longinquo ſuſcipit. §. 34. n. 1. p. 124. Leges velut Tyrannus metuendæ dicuntur. §. 34. n. 2. p. 125.

Et ædificauit turrim. id eſt, Legem. Iudæos velut refractarios denotat. Nam perfecta obedientia legem neſcit. §. 128. n. 6. p. 318. Peccator dicitur exlex. quare? §. 148. n. 5. p. 353. Legis obſeruantia, cenſus eſt, quem Deo pendimus. §. 155. n. 4. p. 364

Et ædificauit turrim. id eſt, Legem. Sed vna turris ædificatur, & plures leges conduntur. At immaculatis plures leges vna eſt; inobedientibus verò plures, & graues. §. 266. num. 5. p. 553

Et locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Quomodò abeſſe potuit? Nam Deus Iuſti locus eſt. §. 186. n. 5. & 6. p. 417. & 418. Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. §. 202. n. 5. p. 445

Et peregrè profectus eſt. De abſentiâ Dei hi agricolæ deprauantur. Porrò neceſſitas probitatis eſt Deum ante oculos habere. §. 2. n. 19. p. 17. Dei oculi quandam probitatis neceſſitatem inducunt. §. 204. n. 5. p. 448

Et peregrè profectus eſt. Vbi Deum præſentem non habuerunt, ſuperbè & inſanè delinquunt. Porrò Dei præſentia, creaturarum nullificatio eſt, via ad patriam, hypoſtaſis virtutum, & immenſitatis beneficè æmula. toto §. 135. p. 329

Et peregrè profectus eſt. Si Deum ſaltem in memoriâ præſentem ſeriò habuiſſent, non ſic, opinor, deliquiſſent. Sperátne Deus, quòd nemo eius memor poſſit peccare? §. 148. n. 4. p. 352. Dei præſentia voluntatem humanam Deo permiſcere dicitur. §. 131. n. 6. p. 323

Et miſit ſeruos ſuos, vt acciperent fructus eius. Saltem Deo quiſque offerat totum quod habet, qui non poteſt totum quod debet. §. 304. n. 4. p. 617

Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, &c. Profectò Ingratitudo ergà Deum, reatus blaſphemiæ notatur. §. 73. n. 3. p. 193

Iterùm miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Sanè ſceleripſa hominum ingratitudo cum omnipotente Dei beneficentia contendere audet. §. 73. n. 4. p. 193. pro iniuriis ingratè acceptis, Deus Angelos cuſtodes hominibus deſtinat. §. 305. n. 1. p. 618

Verebuntur fortè filium meum. Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimodè vindicatur. toto §. 204. p. 447

Verebuntur fortè filium meum. Sed detecta malitia eſt inuerecunda. §. 2. n. 2. p. 14. Verecundia vitiorum frenum, & virtutum fomes, ſeu fomentum. §. 142. n. 5. p. 342

Hic eſt heres, venite occidamus eum, &c. Eſto, filium occiderint; cur ſuperſtitem patrem Deum omnipotenter iratum, non verentur? Scilicet peccando primus intellectus amitti, dicitur. §. 65. n. 3. p. 179. Prodigioſa peccati natura, in ſe parum cohæret, de inidoneo rerum abuſu. toto §. 290. p. 592

Aiunt illi: Malos malè perdet. Noſtra peccata Deus ampliùs tolerare non poteſt. §. 66. n. 1. p. 180. Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. toto §. 94. p. 230

Aiunt illi: Malos malè perdet. Nam Deus Pater quaſi orbitatis hauſit dolorem. §. 136. n. 4. p. 331. Immutabilem Deum peccata noſtra commouent. §. 100. n. 5. p. 242. O Dei in puniendo acerbitas. toto §. 66. p. 180

Dominica III. in Quadrageſimâ.

LVCÆ XI.

ERat Ieſus eiiciens Dæmonium. τὸ *erat*, difficultatem denotat de prauitate diu & tenacius hærente. Porrò praua diu conſuetudo liberam quandam, velut neceſſitatem ad peccandum inducere querimur. toto §. 360. p. 542

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. τὸ *erat*, pertinaciam Dæmonis arguit tenaciùs hærentis, humanis paſſionibus velut conuiſceratis ad omne malum. Nam Diabolus de gehennæ incendio paſſiones inurit. §. 233. n. 6. p. 497. Sed Chriſtus Deus paſſiones hominis ſine paſſione medicatur. §. 245. n. 5. p. 517

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Nimis reluctatur Dæmon, ne exeat ab homine quem poſſidet. Scilicet poteſtatem agere eſt Dæmonum vita. §. 290. n. 2. p. 593

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Mitiſſimè perſiſtit Chriſtus in hoc Dæmone ſuperando. Porrò manſuetudo dicitur vinculum & nodus Dæmonum. §. 27. n. 2. p. 112

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Peccator eſt Dei opere Diaboli voluntate §. 148. n. 2. p. 352. Totus mundus ſub Diabolo iacet. Fuge. §. 91. n. 3. p. 226

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Cur hunc miſerum hominem Diabolus mutum reddidit? Scilicet patet Diabolus cùm eius commenta nudantur. §. 2. n. 53. p. 27

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Malus Dæmon, quò peccatorem pertrahat in infernum, mutum eſſe in confeſſione ſatagit. Sanè infernus non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris in confeſſione os tuum. §. 95. n. 2. p. 232. Pœnitentia definitur, Commemoratio delictorum. §. 95. n. 1. p. 232

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Dum ora in confeſſione claudit, acceſſum ad Deum vetat. Nam per confeſſionis portas introitur in penetrale, vbi habitat Diuinitatis plenitudo. §. 95. n. 3. p. 233

Erat

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Dum malus Dæmon mutos nos eſſe in confeſſione negotiatur, diuinæ miſericordiæ exortes facit. Nam per confeſſionem introitur ad miſericordiam Dei. §. 95. n. 3. p. 233

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. In confeſſione non celandum, ſed palàm ponendum eſt cor. O! qui agit pœnitentiam, ponat cor ſuum ſuper humeros. §. 96. n. 5. p. 233. Propoſitum pœnitentiam agentis ſit velut dogma. Ibidem.

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Ergò ſit pœnitentia auroræ ſimilis. quomodò? §. 95. n. 5. p. 234. Quare Salomon dicitur pœnitentiæ filius? §. 95. n. 6. p. 234

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Profectò in confeſſione culparum tenebræ, excuſatione tenebrantur, confeſſione illuminantur. §. 165. n. 4. p. 381. Si homo peccata ſua videt, Deus illa non videt. §. 177. n. 2. p. 401

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Mirum ſanè videri poſſet, quod Chriſtus linguam illius ſoluat. An non præſtaret eam ſilentio ligare? Linguæ & loquacitatis multiplex vituperium traditur. toto §. 140. p. 337. Vide in Syllabo rerum, verbo *Lingua, Detractio, Silentium.*

Et cùm eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus, & admirata ſunt turbæ. Mutus adhuc dicitur, qui diu mutus, nuper iam non mutus loquitur? Quid turbæ mirantur? Nempè homo vitiis inueteratus, indocilis eſt, inflexilis, & in malitiâ penè obſtinatus. toto §. 254. p. 531

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. O! iudiciorum ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit male acutum. toto § 196. p. 433

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Hàc mendaci calumniâ Chriſtum ad malitiam inſtigare tentant. Nam calumnia mendax ſupra mortem acerba eſt; & virtutum inſidiatrix ad malitiam ſubornat. toto §. 214. p. 464

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Sanè maledicentia excellentiores virtutes de vitiorum confinio calumniatur; ſed ſine fide culpat. §. 189. n. 2. p. 422

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Valde hoc probro deuenuſtatur Chriſtus. Imò improborum vituperium nihil differt à laude. toto. §. 191. p. 425

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Tam ſtulta maledicè cogitatio, non niſi ex magno ergà Chriſtum odio procedere potuit. Nam perfectum odium (& perfectus amor) iudicium de rebus non agnoſcit. §. 56. num. 5. p. 164.

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Quis approbet hanc improbabilem iudicij temeritatem? Scilicet affectus eſt improbabilis rerum arbiter. §. 213. n. 1. p. 462. Affectus cordis rerum picturas arbitrij penicillo colorat. §. 213. n. 2. p. 473

Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Hâc ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo *Diſcordia, Pax, Amor.*

Feria IV. poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ

MATTHÆI XV.

QVare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Scribæ & Phariſæi hypocriſis ingenio, pro virtute malitioſè pugnant. Profectò hypocritarum damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat. §. 57. num. 2. p. 165

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Videntur Diſcipulos dumtaxat damnare, & Magiſtrum etiam culpant. Porrò Phariſæorum hypocriſis eſt malitia vna duplex, aut multiplex. quare? §. 57. n. 3. p. 165

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Phariſæi, qui perfectiſſimi haberi ambiunt, de leui defectu ſolliciti nimis ſunt. Nam modica noxa fermento, & ſtillæ veneni comparatur. § 173. n. 7. p. 396. Vmbra etiam peccati, quam corpus facit, timenda eſt. §. 174. n. 1. p. 396

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Hîc culpantur Diſcipuli quaſi Euangelij doctrinam dedíſcant. Nam Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis, quàm in minimis tota eſt. toto §. 175. p. 397

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Pro leni noxa ſic angitur Phariſæorum zelus contrà eos, qui perfectionem profitentur? Scilicet ſic minora vitia ac maiora ſunt cauenda. quare? §. 174. n. 6. p. 397. Qui minima violat, minimus, aut nullus dicitur. quare: §. 174, n. 5. p. 397

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Culpant quaſi magnum crimen in Diſcipulis noxas leuiſſimas. Porrò non perfectè in Euangelij perfectione viuere, ſumma damnatio eſt. §. 173. n. 5. p. 395

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Valde ſolliciti ſunt de his qui Chriſtianæ philoſophiæ nouiter ſtudent, cùm Maiorum leges violari videntur. Porrò apud quoſdam ſapientia putatur, legem inobſequenter violare. §. 34. n. 2. p. 125. Peccator dicitur exlex. quare? §. 148. n. 5. p. 353

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Diligenti examine diſquirunt de legum violatione. Sanè præceptum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. §. 128. n. 3. p. 318

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Leges inaniſſimè ac pœnaliſſimè multiplicant. Et ſanè immaculatis plures leges vna eſt; inobedientibus verò plures & graues. §. 266. n. 5. p. 553

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Quid ad immenſum tot legum pondus addunt traditiones? Scilicet Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem; nec tamen exlex eſt. §. 34. n. 5. p. 126

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Chriſtum Deum aſtutè culpant. Ergò ſit iudiciorum ac linguæ ingenium, ad maledicentiam benè rude, ne ſit male acutum. toto

toto §. 196. p.433

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Hoc Phariſæorum vituperio & Chriſtus, & eius Diſcipuli egregiè commendantur. Nam ſicut laus improborum nihil differt à vituperio; ſic improborum vituperium nihil differt à laude. toto §. 191. p. 425

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum? Maximi æſtimant has traditiones, quæ à canâ ſenectute fluxerunt. Sed aliquandò Senum etiam ſenſus poerile quiddam perſtrepunt. §. 278. n. 4. p. 573. Cur populus eredeos Senibus, fatuus dicitur? §. 6. n. 56. p. 72.

Quare Diſcipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum? Mores potiùs, quàm anni Senibus auctoritatem conciliant. Portò non io vitæ annoſâ longinqnitate, ſed in morum honeſtâ maturitate, ſenectus ceoſetur. toto §. 248. p. 520.

Et vos quare transgredimini mandata Dei? Hâc ſuper re vide io Syllabo terum verbo *Obedientia, Lex.*

Feria V I. poſt Dominicam tertiam Quadrageſima.

IOANNIS IV.

VEnit Ieſus in ciuitatem Samaria, qua dicitur Sichar. Non veniſſe in Samariam, ſed illac pertranſiiſſe dicitur; ne Diſcipuli commorentur in terrâ nequam Samaritanorum. Terra enim cum ſanctitate aut nequitia incolarum, arcanum quoddam velut morum participium habet. toto §. 9. p. 80

Ieſus ergò fatigatus ex itinere. Non enim cunctanter, ſed velociter ambulabat. Via eoim virtutis quo citiùs, eò faciliùs curritur. §. 144. n. 4. p. 245

Ieſus ergò fatigatus ex itinere. Nec mirùm quòd in tam loogâ viâ defatigatur. Nam ſpiritualis via dicitur Via æterna, quare? §. 84. n. 2. p. 212. Chriſtus autem dicitur Via æterna. Ibidèm.

Ieſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Chriſtúſne qoi nuper velociùs ambulabat, nunc ſedet? At Chriſtos vbique par ſibi, & idem ipſe eſt. §. 291. n. 2. p. 594

Venit mulier de Samaria haurire aquam. O quam malè perpetuò ſitit, qui liquorem ſaluberrimum intùs habet! §. 16. n. 4. p. 93

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Quæ Dei timorem abiecerat, neceſsè eſt vt ſitiat. Nam timor Dei potus dicitur. quare? §. 25. num. 4. p. 110

Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Chriſtus Deus ſiti angitur? Imò in pauperibus vſque ad finem muodi famem & ſitim myſticè patitur. §. 156. o. 4. p. 366

Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Rem facilem & minimam Chriſtus ſibi donari expetit, vt cælum redonet. Profectò Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, ouſquam magis quàm in minimis tota eſt. toto §. 175. p. 397

Non enim coütuntur Iudai Samaritanis. Nam conuerſatio, ſicut ſpoogia vdorem, ſic malitiam ionuctorum haurit. §. 103. n. 2. p.247. Exindè Chriſtus moriturus Iudam citiùs à colloquio Diſcipulorum arcet. §. 103. n. 3. p.247

Non enim coütuntur Iudai Samaritanis. Nam malo exemplo animus mala ſua proximis tradit, quaſi miſtione malitiæ. §. 103. n. 4. p. 248. Vel faſtidita connictorum vitia imitamur. §. 103. o. 4. p. 248. Sic de malorum ſocietate ioſoleſcit malitia, vt ſapientia & prudentia putetur. §. 103. n. 6. p. 248

Si ſcires donum Dei, &c. Hoc grande & ineffabile donum eſt, Chriſtum Deum ante oculos præſentem habere. Porrò Dei oculi quandam probitatis neceſſitatem inducunt. §. 2. o. 19. p. 17. & §. 204. n. 5. p.448. Homo propter Dei præſentiam Chriſtum induit. §. 131. o. 3. p. 323. Et Dei præſentia voluntatem humanam Deo permiſcere dicitur. §. 131. n. 6. p. 323

Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi, &c. Sic poteſt eſſe certus de impetratione, qui ſi petit, accipiet? Scilicet velut lege latâ, meritum exauditioois ioclamore conſiſtit. §. 180. n. 6. p. 407. Securus eſto de miſericordia Dei, ſi ab homine non deſit oratio. Ibidèm.

Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus. Quia rationabile, id eſt logicum obſequium, rebus fidei eſt exhibendum. §. 248. oum. 5. p. 523

Et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen vel ſioiſtra ſuſpicione taogitur, ne Chriſti doctrinam deueouſtet. Nam caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinanda eſt. §. 248. n. 6. p. 523

Et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Chriſtus Deus impeccabilitate tutus eſt; at vel ſaxum à rupe feminâ intutum. §. 1. n. 9. p. 7. In hoſpitiolo, qnin & in paradiſo vterque ſexus periclitatur. §. 6. n. 11. p. 64

Et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Porrò in reliquis hominibus colloquium cum altero ſexu, pro concubitu pooitur. §. 6. n. 69. p.75

Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quacumque feci. Inhoneſtam dixit, & omoia quæcumque in vitâ ſuâ fecerat, illi renunciauit? Scilicet libido eſt omnis mali conceptaculum, & inteſtinus Dæmon. §. 301. n. 6. p.613. Num libido characterem malitiæ imprimit? §. 281. n. 4. p. 578. Cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt. §. 96 n. 2. p. 234. Plura de libidine, vide in Syllabo rerum, verbo, *Mulier, libido.*

Dominica IV. in Quadrageſima.

IOANNIS VI.

ABiit Ieſus trans mare Galilaa, quod eſt Tiberiadis. Benè aliquandò abſentatur à turbis. Quia gaudet Chriſtus de abſentia, quæ ſumptuoſiorem reddet præſentiæ gloriam. §. 135. n. 6. p. 330

Et ſequebatur eum multitudo magna, &c. ægrè ferens à Chriſto Deo abſentari. Nam Dei præſentia hominis mentem refiogit in cælum. §. 131. n. 3. p. 323. Hâc ſuper re conſule. §. 133. p. 325. & §. 135. p. 329

Et ſequebatur eum multitudo magna, &c. Sanè qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia ſequi. §. 187. n. 1. p. 418

Et

Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbat ſigna quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Nempe corporalis ſalutis deſiderium tantam hominum multitudinem trahebat. Porrò propoſitus votorum ſcopus, vtilitas propria eſt. §.268.n.1.p.555. Conſule totum. §.

Cùm ſubleuaſſet ergò oculos Ieſus Dum oculis ſubleuatis indigentiam videt, de remedio cogitat. Porrò oculus eſt compaſſionis index, & idea. §. 168. n. 4. p. 387. Oculus ſuprà ſceptrum, Dei hieroglyphicum eſt. §. 204. n. 2. p. 447. Deus totus eſt oculus, totus mens, &c. §. 204. n. 3. & 4. & 5. p. 448

Dixit ad Philippum: vnde ememus panes, vt manducent hi? Turbæ ad triduanæ famis neceſſitatem mutæ ſunt, & quaſi ſubſidium expetierint, exaudiuntur? Imò petunt neceſſitatis voce. toto §. 210. p. 474

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Fameſcens turba ad propriam indigentiam muta eſt; quid ergò Deum ad beneficentiam ſollicitat? Scilicet Deus ſecundùm nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 219. p. 489

Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Compatitur Chriſtus ſuper turba deficiente præ fame, vt aliis compati edifcat. Nam benefica commiſeratio, commiſerationis legem ſancit, & reciprocat. §.167.n.3.p.384. Summum hominum vinculum eſt condolens humanitas §. 167.n.4. p.385. Conſule totum §.

Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Quò homines diſcant, quòd perita ad gubernandum prudentia per alios quærenda eſt. §.188.n.1.p.420. Conſule totum.

Reſpondit ei Philippus? Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt, &c. Philippus minimè pecunioſus, ſe poſſe tantæ indigentiæ ſuccurrere diffidit. Sed diffidentia de ſuis viribus, quædam de Deo præſumptio eſt. §. 185. n. 3. p. 415.

Dicit ei vnus ex Diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri, &c. Et vbi nunc eſt ipſe Simon Petrus, qui ad alia quæuis opportunè importunè proſilire, & ſe ingerere ſolitat? Scilicet de re nummaria ſilet ſummus Eccleſiæ præſul. Illiberalis ſacerdotum auaritia multis vapulat. toto §. 267. p. 553

Eſt puer vnus hic habens quinque panes ordeaceos, & duos piſces. Vilis & nimis modica annona. Sed ciborum ſarcinâ animus eliditur. §. 111. n. 1. p. 289. Vberioris ſaginæ vituperium. Ibidem. Vide in Syllabo rerum, verbo *Ieiunium.* Nam forſan hæc abundantior ſagina, ſtipendium ieiunij fuit.

Dixit ergò Ieſus: Facite homines diſcumbere, &c. Quod Diſcipuli ſine annona homines diſcumbere faciant, negotium ſpei eſt. Porrò animoſior ſpes Omnipotentiam ſpectat. §. 181. n. 6. p. 409. Teſtimonium diuinæ Omnipotentiæ habet ſpes. §. 2. n. 64. p. 30

Facite homines diſcumbere. Alacres Diſcipuli menſas apparant abſque cibis, ſpe erecti. Porrò ſpes ſententioſè appellatur, gaudium ante gaudium. §. 182. n. 3. p. 410. Sperans in Domino, Beatitudines eius. quomodò? §. 182.n.4.p.410

Facite homines diſcumbere. Iuſſioni cæcè obſequentes diſcipuli, menſas apparant, etſi cibus deſit. Porrò qui iuſſionis rationes diſquirit, labyrinthum erroneum ingreditur cæco veſtigio. §. 128. n. 2. p. 317. Conſule totum §.

Accepit ergò Ieſus panes, &c. Plura de pane Euchariſtico habes in Syllabo rerum verbo *Eucchariſtia.* De Eleemoſyna, verbo *Eleemoſyna.* De gratiarum actione, verbo *Gratitudo.* De fuga regni, verbo, *Princeps.*

Feria IV. poſt Dominic. quartam Quadrageſimæ.

IOANNIS IX.

PRæteriens Ieſus vidit hominem cæcum. Sed cæcitas dicitur innocentiæ pars. §.83.n.1.p.218. In cæco Paullo huius Cæci antitheton videmus. §.126.n.6. p.315. Bona cæcitas, quæ in tenebris meliùs videt. §.100. n. 5. p.441

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum. Paupertas & cæcitas, duplex grande malum eſt. Imò paupertate inoculatur. Nam paupertas comparatur oculo. §. 56. n. 4. p. 164. Diuitiæ diuites exoculant. §. 55.n.2. p.162

Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius? Porrò peccatum eſt oculorum mentis lippitudo. §.65. n.3. p. 179. Peccando primus intellectus amitti dicitur. Ibidem.

Quis peccauit, hic aut parentes eius? Peccator dignè orbatur cæli lumine. Nam peccator cælum inquinare præſumit. § 100.n.4. p. 242

Quis pecauit, hic aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Porrò tot ærumnoſæ hominis miſeriæ, vectigalia peccati ſunt. toto §. 125. p. 318. Peccati ſtipendia cogitando aſſequi nemo eualet. § 125. n. 3. p. 312

Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Parentes in filiis acerbiùs caſtigantur. Nam parentum ergà filios amor, acerrimus eſt: indè pater pœnaliùs caſtigatur in filiis, quos ſibi conuiſcerat, etiam dum illis iraſcitur. toto §. 207. p.452

Neque hic peccauit, neque parentes eius. Hæc ergo tribulatio ſine culpa, non eſt peccati ſequela ſed anticipata venia. §.8. n. 3. p.79. Quare calamitas apud Sapientes eſt tantùm calamitatis vocabulum. §.190. n. 1. p.423

Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos eius . . . . . & venit videns. Sed quare ſputo ex ſuperfluis coagulato Chriſtus benefacit? §. 195. n.4. p. 433

Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos eius, &c. Puluere ac luto excæcari, non illuminari oculi ſolent. Nimirùm arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenùs inidonea, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §. 144. p. 344. Et §. 6. n. 53. p. 72. Et ferè toto §. 190. p. 423

Vade, & laua in natatoria Siloë . . . . & venit videns. Quare Chriſtus Deus à ſe ablegat hominem, cui viſum præbet? Scilicet gaudet Chriſtus de abſentia, quæ ſumptuoſiorem reddet præſentiæ gloriam. §. 135. n. 6. p. 330

Vade, & laua in natatoria Siloë, & venit videns. Per hoc lauacrum pœnitentia innuitur. Nam peccatorum tenebræ confeſſione illuminantur. §. 165. n.4. p. 381. Plura qui hàc de re volet, videat in Syllabo rerum, verbo *Pœnitentia*,

& *Lacryma.*

Vade, & laua in Natatoria Siloë, & venit videns. Qui nuper *cæcus* à natiuitate dicitur, iam abſolutè *videns* appellatur? Sic cæcos ante actæ vitæ mores dediſcere potuit, tametſi praua diu conſuetudo liberam quandam velut neceſſitatem inducere videatur. toto §. 260. p. 542

Erat autem ſabbatum quandò lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Sed opus in ſabbato calumniantur. Profectò quando populus quieto otio ſabbatizat, cælum non pluit Manna. §. 80. n. 4. p. 206

Quandò lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Magna Chriſti gloria eſt oculos luroſo puluere illuminare. At Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ. §. 17. n. 3. p. 95

Iterum ergò interrogabant eum Phariſæi, &c. Sed conſtanter idipſum repetit. Ergò bonum propoſitum ne euarietur, ſit velut teſtamentum. §. 86. n. 3. p. 216. De cogitationum identitate venit vniformis conſtantia. §. 291. n. 4. p. 595. Patúmne refert, an ſtudium virtutis omittas, an intermittas? toto §. 75. p. 196

Non crediderunt ergò Iudæi de illo, &c. Nam veritatem ſua fortuna ſequitur. §. 1. n. 17. p. 10. Sed veritati nemo præſcribit. §. 1. n. 18. p. 11. Et ſanè veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. §. 203. n. 5. p. 446. Heu ſæpe eſt in veroſimili mendacium, nec eſt veriſimilitudo in vero! §. 6. n. 38. p. 69

Hæc dixerunt parentes eius, quia timebãt Iudæos, &c. Porrò humanus timor (qui timor Idoli dicitur) larua territat; euiſcerata autem timendi cauſſa, prodeſſe potiùs depreheditur. toto §. 286. p. 586

In hoc enim mirabile eſt, &c. Hic homo è cæco iam videns, vndecumque occaſionem captat laudandi Chriſtum Deum. Hãc ſoper re vide in Syllabo rerum, verbo, *Laus, Gratitudo.*

Feria VI. poſt Dominic. quartam Quadrageſimæ.

IOANNIS XI.

Erat quidam languens Lazarus. Infidus eſt enim ſtatus plumeæ ſalutis. §. 1. n. 16. p. 10. Sed labor & afflictio eſt hominum ad Deum ligamen. §. 17. n. 6. p. 95

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ. Eccur tam exactè Euangeliſta eorum deſcribit patriam, & oppidum in quo habitabant? Scilicet terra cum ſanctitate aut nequitia incolarum, arcanum quoddam velut morum participium habet. totu § 9. p. 80.

Miſerunt ergò ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Charè amatur, & ægrè dolet? Profectò amoris ſynonymon, dolor eſt. §. 5. n. 23. p. 52 & §. 2. n. 10. p. 17. Quin & errori delicioſi amoris dolor implantatus & conniſceratus eſt. §. 106. n. 2. p. 280

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Quare Deus hominem non per omnipotentiam, ſed per amorem trahit? §. 148. n. 2. p. 352

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Opportunus ad auxiliandum titulus, amor eſt. Nam amor vtilitatem alienam ſibi vnicè tamquam propriam reputat. §. 268. n. 5. p. 556

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Nil orant, ſed tribulationem dumtaxat proponunt. Porrò luctuoſa miſeria arcanus exorandi vigor eſt. toto §. 223. p. 479

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Ærumnoſæ hominum miſeriæ, vectigalia peccati ſunt. (Lazarus autem peccatorum ſymbolum eſt.) toto §. 125. p. 312

Domine, ecce quem amas, infirmatur. In his verbis vix orationis elogium conſtat, & plus quàm perit, impetrat? Scilicet fiduciæ donat Deus vltrà intelligentiam, & audaciam orantis. §. 218. n. 4. p. 472

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Periculosè ægrotans, conſultiſſimè ad preces confugit. Porrò tantùm non mortua Suſanna, precum beneficio propè immortalis euaſit. §. 227. n. 7. p. 487. Perorationē aſſequimur, quod mortales ac temporarij eſſe deſinimus. §. 228. n. 2. p. 488

Tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Commoratione illa & laborem itineris, & periculum Iudæorum commode declinat Chriſtus. Sed amor vel ſua commoda ſuffert, vt amato proſit. § 24. n. 2. p. 107.

Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Nam Dei præſentia, Seraphinorum æmulatio eſt, hominis reſpirario, & munimen. toto §. 133. p. 325. Quin & Dei præſentia paſſiones fugat. §. 131. n. 5. p. 323

Dicit illi Ieſus: reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Æquiuocè, aut vniuerſarim Chriſtum loqui, Martha putat; & indè ambigit de promiſſione. Ceterùm adeò eſt Deus fidelis in promiſſis, vt grauatè ferat exiſtimari, quòd vel hyperbolen in promiſſionibus non adimpleat. §. 184. n. 2. p. 413.

Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in nouiſſimo die. Funeſtus Marthæ mœror diffidentiam negotiatur. Nam triſtitia virtutem obſcurat, & ſpem fugat. §. 166. n. 5. p. 383

Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Cæci Iudæi Mariam à monumento arcent: Sed vadant ad ſepulchrum, vt viſum recipiant. Nam luſtì ſepulchrum ſpectatores inoculat. §. 214. n. 5. p. 465. Idémne eſt ſepeliri, ac nutriri? §. 247. n. 2. p. 520

Ieſus ergò ... venit ad monumentum, vbi Lazarus (peccatoria ſymbolum) quatriduanus iacebat. Porrò vitæ miſeriæ, & ſepulcralis ciuis, vectigalia peccati ſunt. §. 125. n. 2. p. 312. Peccatum animam mori facit, quam nequit facere mortalem. §. 148. n. 3. p. 352

Ieſus ergò ..... venit ad monumentum, vtique cum totâ illâ hominum turbâ, vt videant Lazarum in ſepulchro quatriduanum, & fœtidè vermeſcentem. Sanè Iob vermes appellat, parentes, quia dum illi mortem aſciſcunt, vitam potiùs operantur. §. 205. n. 3. p. 449. Mors proborum liciſſima, & optima. §. 198. n. 6. p. 438

Ieſus ergò ... venit ad monumentum, &c. vtique cum totâ illâ hominum turbâ, vt illi memoriam mortis ingereret. Porrò meditata mors vices cū ſanctitate reciprocare dicitur. §. 206. n. 2. p. 451. Aſſidua mortis meditatio, ſumma prophetia nuncupatur. §. 206. n. 3. p. 451

Ieſus ergò ..... venit ad monumentum, &c. vtique cum totâ illâ hominum turbâ, vt memoriam mortis ingerat. Nam mortis memoria, vitæ negotiatio,

tio,& character eſt,&c.toto §.212.p.461.Mors gloriæ inimica vſurpatur ad gloriam. §. 198. n.4.p. 437. In victoriâ mortis mors tranſparet ad ſumptuoſiorem triumphi gloriam. §. 199. n. 6. p. 440

Multi ergò ex Iudæis,qui.....viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam autem,&c.Qui benè affecti erant ergà Chriſtum, ob miraculi magnitudinem crediderunt in eum;qui ſecùs,Chriſtum indè Phariſæis produnt. Sanè perfectum odium iudicium de rebus non agnoſcit. §. 56. n. 5.p.164. Affectus eſt improbabilis rerum arbiter. Affectus cordis, rerum picturas arbitrij penicillo colorat. §.213.n.2. p. 463

Dominica in Paſſione.

IOANNIS VIII.

Q*Vis ex vobis arguet me de peccato*? Tametſi maledicentia virtutes præſtantiores de vitiorum confinio adulatur, ſed ſine fide culpat. §. 189.n.2. p. 422

Quis ex vobis arguet me de peccato? Licet improbetur Chriſtus à Phariſæis, non arguitur de peccato.Nam ſicut laus improborum nihil differt à vituperio; ſic improborum vituperium nihil differt à laude. toto §.191. p.425

Quis ex vobis arguet me de peccato? Porrò iudiciorum ac linguæ ingenium debet eſſe ad maledicentiam benè rude, ne ſit malè acutum. toto §. 196. p. 433

Quis ex vobis arguet me de peccato? Solus Chriſtus ſe exponere potuit audiendis mendacibus Iudæorum calumniis; & ſi calumnia mendax ſuprà mortem acerba ſit; & virtutum inſidiatrix ad malitiam ſubornet. toto §. 214. p. 464

Quis ex vobis arguet me de peccato? Mirum eſt, quòd Chriſtus ſe exponat iudiciis eorum, qui malè ergà ſe affecti ſunt. Nam eius,qui affectu ducitur,oculus egreſſus eſt,& cæcè videt.§.213.n.3. p.463. Affectus eſt improbabilis rerum arbiter, & pictor.§ 213 n.1.& 2.p. 462. & ſeq.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Mirum ſanè eſt, quòd Chriſtus ſe exponat iudicijs eorum, qui aduersùs ſe non erant benè affecti. Nam magnum odium, iudicium de rebus non agnoſcit. §. 56. n.5. p.164

Quis ex vobis arguet me de peccato? Non timet Chriſtus mendacem maledicentiam.Nam maledica contumelia ſurdis cæcè auribus excepta, mendacium ſuum potiùs loquitur.toto §. 189. p.421.Tametſi mendax lingua quodam imperiali ſceptro vtatur ad mentiendum.§.194.n.6. p.431

Quis ex vobis arguet me de peccato? Chriſti innocentia iniurias non timet.Nam innocentia iniurijs honeſtatur, & pœnis honorificatur .§. 289. n. 3. p. 591

Quis ex vobis arguet me de peccato? Chriſtus ſibi benè conſcius, iudicia & linguas aduerſariorũ non timet. Nam bona conſcientia propè impatibilis eſt.§.141.n.2.p.339. & ferè malorum ſenſum non capit.§.141.n.3.p.340.Bona conſcientia cuncta mala auertit, bona cuncta fauſte ominatur. §. 141. n. 6. p. 341

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sed ſæpè eſt in veroſimili mendacium; nec eſt veriſimilitudo

in vero.§.6.n.38 p.69.Et poterat Seniorum auctoritas victricem facere falſitatem.§.6. n. 50. p. 71.

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Et ſanè extraordinaria prophetia,quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem inuenit fidem. toto §. 248. p. 521

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Quia veritatem ſua fortuna ſequitur.§.1.n.17.p.10.Tametſi Deus ſit veritatis Præſes.Ibidem.

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Et quomodò qui ex patre Diabolo eſſe dicuntur, veritati acquieſcunt? Nam veritas eſt cibus Angelorum;mendacium verò Diaboli eſca.§.194. n. 3. p.430

Si veritatem dico, quare non creditis mibi: Iuſta ſanè querela. Nam veritas, quæ de terra efflor eſcit, omnibus cognata eſſe debet.§.203.n.2. p.446. Deus vnus eſt, quia verum eſt vnum; mendacium verò multiplex. § 203. n. 3. p. 446

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Opinor, non ſatis homo eſt; qui mendacio acquieſcit. Nam veritas eſt hominis plenitudo, & integritas. §. 203. n. 4. p. 446

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Quia veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. §. 203. n. 5. p.446

Si veritatem dico, quare non creditis mibi? Pulchra ratio, vt Chriſto credant. Porrò rationabile, id eſt, logicum obſequium, rebus fidei exhibendum eſt. §. 248. n. 5.p.523. Chriſtus dicitur, Neceſſarium fidei decus. quare? 139. n. 3. p. 336

Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmoniũ habes. O quàm vicinatur regeſta iniuria iuſto etiam reprehenſori! §.169.n.5.p.558. Vanagloria reprehenſi, illum refingit in conuitiatorem. §. 169. n 6. p.558. Qui reprehenſionem detrectat, præproperus gehennæ inquilinus putatur. toto §. 261. p. 54

Ego Dæmonium non habeo. Vide quàm pacatè contumeliis reſpondet. Profectò perfecta patientia inuicta eſt, & propè inſenſibilis, atque vexationis definitio. toto §. 216. p.467.

Feria IV. poſt Domini. in Paſſione.

IOANNIS X.

F*Acta ſunt Encænia in Ieroſolymis.* Encænia, id eſt, *feſtum renouationum*. Quare moraliſſimè monet Iacob firmiùs eſſe ille ipſe qui fuerat.§. 74. n.4. p.195. Puer etiam pauculos annos natus, aſſiduè innouandus eſt.quomodò? §. 38. n. 5. p. 113

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Encæniæ, id eſt feſtum renouationum, templi inquam.Renouetur noua piè munditie. Nam templum ingredientium moribus profanatur. §. 9. n. 5. p.81. Templa ſicut domus profana profanantur. §. 60. n.1. p.170

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis, & hiems erat. Heu quàm friget virtutis ſtudium! Sed cur dicuntur tepidi frigidis deteriores? § 60. n. 6. p. 171

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis, & hiems erat. Encænia, id eſt, feſtum renouationum. Nam perfecta virtus ad nouos ſemper profectus hiat. §.236.n. 1.p.501. Virtus piè auara eſt,aut certè

auaritiæ ſimilis. quare? §. 136. n. 2. p. 501. Conſule totum §. quò inertiæ frigus expellatur.

Circumdederunt ergò eum Iudæi. Et quomodò circumdare potuerunt. Deus enim eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. §. 102. n. 5. p. 445

Si tu es Christus, dic nobis palàm. Sapientia autem, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat. §. 195. n. 6. p. 433

Si tu es Christus, dic nobis palam. Porrò Chriſtus dicitur, Neceſſarium fidei decus. §. 139. n. 3. p. 336. Et ſanè rationabile, id eſt, logicum obſequium rebus fidei exhibendum eſt. §. 248. n. 5. p. 523

Si tu es Christus, dic nobis palam. Sed quid apud Iudæos refert ad faciendam fidem, quod palàm ipſe Chriſtus, & Prophetæ loquantur. Porrò extraordinaria prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem inuenit. fidem. toto §. 148. p. 521

Loquor vobis, & non creditis. Exindè Dei populus populo Gentili dicitur flagitioſior. §. 60. n. 1. &c. p. 170. & ſeq.

Loquor vobis, & non creditis. Rem credendam moroſè examinant. Nam ſæpè eſt in veroſimili mendacium; nec eſt veriſimilitudo in vero. § 6. n. 38. p. 69. Non eſt terminus falſo, veritati aliquid extremum eſt. §. 103. n. 1. p. 445

Loquor vobis, & non creditis. Perfidi Iudæi putant verbis Chriſti Dei ſubeſſe mendacium. At Deus vnus eſt, quia verum eſt vnum; mendacium verò multiplex. §. 103. n. 3. p. 446

Loquor vobis, & non creditis. Iudæi, qui ex patre Diabolo nati dicuntur, veritati non credunt. Nam veritas eſt cibus Angelorum; mendacium verò Diabolorum eſca. §. 194. n. 3. p. 430

Loquor vobis, & non creditis. Chriſtum verum eſſe hominem non putant, cum illi tamquam mendaci non credunt. Nam veritas eſt hominis plenitudo, & integritas. §. 103. n. 4. p. 446

Loquor vobis, & non creditis. Nec mirum quòd obſtinatè rudes Iudæi, veritati non credant. Nam veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. §. 103. n. 5. p. 446. Veritas eſt ara omnipotentis artificis. §. 103. n. 7. p. 447

Loquor vobis, & non creditis. Linguæ Dei non credunt? An indè Patris cor, quod noper lingua, confeſtim calamus appellatur? §. 146. n. 3. p. 518

Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio, &c. Operibus credendum dicit. Nam ſermo eſt virtutis commentum; opus ſuadendæ virtutis character eſt. §. 11. n. 1. p. 83. Impoſſibile putatur opus, quod bona opera non ſuadent §. 11. n. 4. p. 84.

Loquor vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio, &c. Porrò lingua ſuadet; bona opera virtutem iubent. §. 11. n. 5. p. 85. Imperfectus perfectionem ſuadens, Deo largior eſſe ambit. §. 195. n. 3. p. 432

Loquor vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio, &c. Linguam ad veri teſtimonium recuſant, oculos recuſare non poſſunt. Quare non tam auditus, quàm viſus, ad veri teſtimonium aduocatur. §. 197. n. 5. & 6. p. 436

Loquor vobis, & non creditis. opera, quæ ego facio, &c. Linguam recuſant. Nam lingua, & mortalitas hominis, illum ad mendacium ſubornare ſolent. § 197. n. 6. p. 436

Multa bona opera oſtendi vobis.... propter quod eorum me lapidatis? Ingratitudo ergà Deum, reatus blaſphemiæ notatur. §. 73. n. 3. p. 193. Humana ingratitudo, cum omnipotente Dei beneficentiâ contendere audet. §. 73. n. 4. p. 193

Feria V. poſt Dominic. in Paſsione.

LVCÆ VII.

ADi feſtum S. Mariæ Magdalenæ, vbi hoc Euangelium ad oiores elucidatur.

Feria VI. poſt Dominicam in Paſsione.

IOANNIS XI.

COllegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduersùs Ieſum. Canum & conſilioſum concilium colligunt, ne temerè, ſed prudenter agere videantur. At damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat. §. 57. n. 2. p. 165

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduersùs Ieſum. O multorum dominatio, eorum damnatio dicitur. §. 59. n. 3. p. 169. Tot damnantur per poteſtatem, quot per pauperem humilitatem ſaluantur. Ibidem.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduersùs Ieſum. Sublimia Pontificum dignitas, cruenti ſceleris commētarius eſt. Nam quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §. 275. p. 567.

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Phariſæi de hoſtilitate aduersùs Ieſum notiſſimi, poteſtatem ad tot patranda miracula. Scilicet perfectum odiū, & perfectus amor, iudicium de rebus non agnoſcit. §. 56. n. 5. p. 164. Eius, qui affectu ducitur, oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §. 213. n. 3. p. 463

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? O fatuum rancorem! quale peccatum eſt, miracula perpetrare? Scilicet affectus eſt, improbabilia rerum arbiter. §. 212. n. 1. p. 462. Affectus cordis, rerum picturas arbitrij penicillo colorat. § 213. n. 2. p. 463

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Profectò inuidia omne bonum, ac Deum ipſum anathematizat. §. 85. n. 2. p. 214. Inuidus de alieno bono tabeſcit, & eliquatur. §. 102. n. 2. p. 45.

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Eccur tam hoſtiliter ſe gerunt cum homine beneficentiſſimo? Nempe inuidia eſt genus inimicitiæ intractabile, & inſuperabile. §. 152. n. 4. p. 359. De inuidiæ malo, eſt, vt habitatio cum optimo periculoſa ſit. §. 152. n. 1. p. 258

Si dimittimus eum ſic, venient Romani; & tollent locum noſtrū. & gentem. Heu falſatæ rerum opiniones, conſilia haberi, & nominari ambiunt! § 181 n. 5. p. 409

Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. O nimia conſilioſos reipublicæ Præſides! Scilicet regnorum proſperitas è conſiliorum peritia pendet. §. 188. n. 6. p. 421

Vnus

Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit, &c. Eccur *vnus* dicitur hic homo uiuimè bonus? Profectò homo ad bonum vnus eſt, ad malum verò vnus plures. toto §. 71. p. 189. Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe malè diuiſus: quare oportet, vt è multis vnus fiat. toto §. 190. p. 423

Vos autem neſcitis quicquam, nec cogitatis, &c. Suæ non alienæ Conſultorum peritiæ adſentit ſuperbiſſimus Caiphas. Nam de ſuo, non de alieno orusti, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §. 78. p. 201

Vos autem neſcitis quicquam, nec cogitatis, &c. Aliorum ſententias cum ſupercilio Præſes reiicit. Et ſanè perita ad gubernandum prudentia, per alios quærenda, & habenda eſt. §. 181. n. 1. p. 408. Conſilia, quæ plures confuſè ſequuntur, cogitationes impoſſibiles nominantur §. 188. n. 4. p. 421

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo. Ne ergò homo ſe ex vilitate ſua æſtimet; ſed ex magno pretio, quo à Chriſto Deo emptus eſt. toto §. 134. p. 327 E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt. toto §. 239 p. 506. Quin & Eſtheris ac Deiparæ pulchritudo, redimendi populi pretium dicitur. §. 324. n. 5. p. 653

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ex hoc magno pretio, quo emptus eſt, ſe homo æſtimare debet. Nam qui peccatis ſibi vileſcit, Chriſtum reputat ſtultum mercatorem. §. 134 n. 4. & 6. p. 328. & ſeq.

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Sanè Chriſtus non tam attendit, quòd ab ipſis, ſed quòd pro ipſis moriebatur. §. 181. n. 2. p. 408 Nulla Chriſti læſura nõ fuit ergà inimicos benefica. § 192. n. 1. p. 427. Chriſtus in noſtros vſus totus expenſus eſt. §. 239. n. 4. p. 507. Sed quare Chriſtus non in carne meliore carnem redemit? § 251. n. 5. p. 528

Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Scilicet arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenùs iuidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §. 144. p. 344. & §. 190. n. 6. p. 415

Dominica in Palmis.

MATTHÆI XXI.

INuenietis aſinam alligatam.....ſoluite, & adducite mihi. Aſina alligata, peccator eſt, peccatis ſtrictus. Nam peccando primus intellectus amitti dicitur. quare? §. 65. n. 3. p. 179

Soluite, & adducite mihi. De pœnitente peccati vinculis abſoluto, triumphi gloriam Chriſtus adornat? Scilicet de pœnitente, in cælo & in terris triumphus ſumitur? §. 30. n. 3. p. 118

Dicite, quia Dominus his opus habet. Cùm indigam pauperiem profiretur, *Domini* vocabulo ac titulo rem exigit? Scilicet pauper, non conſeruus, ſed Dominus putandus eſt. §. 156. n. 4. p. 366. Pauper poſſidet bona, quæ nec habet, nec concupiſcit. §. 56. n. 1. p. 163.

Dicite, quia Dominus his opus habet. Chriſtus Deus vſque adeò pauper eſt, vt opus habeat, & indigeat aſello? Imò in pauperibus vſque ad finem

P. Didac. Celada in Suſannam.

mundi Chriſtus myſticè eget, & patitur. §. 156. n. 4. p. 366

Dicite, quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Non coactè, ſed ſpontè Dominicæ ſe voluntati conformat. Num qui conformis eſt diuinæ voluntati, cogi non poteſt, ſicut Deus? §. 31. n. 4. p. 120. Non eſt curuanda diuina voluntas humanæ voluntati. §. 31. n. 5. p. 110

Ecce Rex tuus venit. Vbi Rex veniſſe dicitur, aſellus à paupere moraliſſimè exigitur, quò Reges culpet, qui auaris exactionibus pauperes etiam depauperant. toto §. 14. p 89. & §. 44. p. 142

Ecce Rex tuus venit tibi: Nobis venit; Chriſtus enim in noſtros vſus totus expenſus eſt. §. 229. n. 4. p. 507

Ecce Rex tuus venit tibi. Rex glorioſè cæleſtis venit propter hominem, id eſt, limum, & puluerem? At Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ. § 17. n. 3. p. 95

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Principum manſuetudo, eorum vltrà reliquos ſublimitatem denotat. Nam Princeps iratus, ei cui iraſcitur, ſe ignobiliter exæquat. §. 93. n. 1. p. 229. In diſtrictioribus etiam iuſtitiæ rigoribus, indulgẽtis clementiæ non dubiæ notæ micanter tranſpareant. totu §. 91. p. 229

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus Scilicet gloriam ſua manſuetudine oſtentat. Porrò beatorum corporum gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur. § 208. n. 3. p. 454

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Vbi triumphum de vincendo in Paſſione Diabolo repræſentat, manſuetus dicitur. Nam placidè victrix manſuetudinis victoria eſt. § 27. n. 4. p. 113

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Regalis virtus Manſuetudo eſt: eſt enim valdè arduum, nimiſque generoſum, vltricem iracundiam cohibere. toto 149. p. 353

Et eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Chriſtus vinciendus, & velut vincendus in ſua Paſſione ac morte iam triumphat? Sanè inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci victoria eſt. totu §. 106. p. 610

Turba autem quæ præcedebant, & ſequebantur, clamabant, dicentes. Hoſanna, &c. O quàm fuit perbreuis huius gloriæ gratia, & mundialis felicitas! Scilicet mundialia bona ſunt expectationis commentum, &c. toto §. 106. p. 280. Glorioſa mundi pompa acerbè moleſta Sanctis eſt. toto § 107. p. 282

Turba autem quæ præcedebant, & ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna, &c. Quod cœpit in glorioſo triumpho, conſummatur in cruentâ crucis ignominia. Porrò, omnis mundi felicitas, ſcoria, & excrementum felicitatis eſt. §. 106. n. 7. p. 282. Fortuna moleſtè inconſtans eſt, &c. toto §. 151. p. 357

Clamabant: Hoſanna filio Dauid. Benedictus, &c. Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt. toto §. 309. p. 625. Qui Deum laudat, Deum definit. §. 309. n. 5. p. 626

De Oratione Chriſti in horto.

LVCÆ XXII.

HAe ſuper re lege in Syllabo rerum, verbo *Orare, ſpes.*

De S. Petri Lacrymis.

LVCÆ XXII.

HAc de re vide in Syllabo rerum, verbo *Petrus, Lacryme, Pœnitentia.*

Pro ſancto Latrone.

LVCÆ XXIII.

DE hâc re vide in Syllabo rerum, verbo *Latro bonus, Furtum, Spes, Pœnitentia.*

Feria V. in Cœna Domini.

IOANNIS XIII.

SCiens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Horam mortis, horam appellat ſuam. Sic illam expetebat! Porrò mors proborum feliciſſima, & optima. §. 198. n. 6. p. 438. Tenent me mortis anguſtiæ perinde eſt, ac Apprehendit me corona. §. 198. n. 7. p. 438

Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Horam mortis appellat horam ſuam. Nam mors gloriæ inimica vſurpatur ad gloriam. § 198. n. 4. p. 437. In victoriâ mortis mors tranſparet, ad ſumptuoſiorem triumphi gloriam. §. 199. n. 6. p. 440

Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Mortis ſuæ *ſcientiam* recordatione repetitam, fuiſſe in Chriſto, Euangeliſta non omittit. Nam qui aſſiduè meditatur mortem, ſperat ſe moriturum. §. 206. n. 2. p. 451. Aſſidua mortis meditatio, ſumma prophetia dicitur. §. 206. n. 3. p. 451

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Dominici amoris meminit, an potiùs doloris, in ſuæ Paſſionis veſtibulo. Amor autem dicitur etiam dolor. §. 2. n. 20. p. 17. & §. 5. n. 23. p. 52

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sic diligit Chriſtus Suos tunc in virtute incomptos ac rudes? At bonus prauarum etiam rerum interpres, Amor eſt. §. 2. n. 37. p. 21. Quin & in reliquis hominibus perfectus amor verum de rebus iudicium non agnoſtit. §. 56. n. 5. p. 164. & §. 130. n. 5. p. 321

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant mundo, in finem dilexit eos. O magnum diuini amoris prodigium, quo ſe tota Trinitas homini impendit. §. 136. n. 2. p. 331

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Immoderatus forſan videri poſſet hic Chriſti Dei amor ergà Suos. Deúſne immoderantiâ noſtri amoris delectatur, qui exigit ex totâ nimietate diligi? §. 136. n. 6. p. 332

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo in finem dilexit eos. Cur Deus hominem non per omnipotentiam, ſed per amorem trahit? §. 148. n. 2. p. 352

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Tanto amore ſatagit allicere amorem noſtrum, qui eſt virtutum omnium concepraculum. Sanè amor dicitur virtutum centrum. quare? §. 137. n. 5. p. 333

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Qui in finem amat, omnimodum hominum amorem negotiatur allicere. Quomodò omnes animæ potentiæ Deum diligere iubentur? §. 136. n. 7. p. 332

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Hinc ad mortem pro ipſis redimendis alacer feſtinat. Amor enim vtilitatem alienam ſibi vnicè tamquam propriam reputat. §. 268. n. 5. p. 556. Amor ſua etiam commoda ſuffert, vt aliis proſit. §. 24. n. 2. p. 107

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sic amat, vt propriè redametur. Nam ſponſus vehementi affectu adamatus, eſſentia amoris dicitur. §. 213. n. 5. p. 464

Cùm Diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas. Iudæ furax auaritia, Diabolicæ tentationis illicium fuit. Num paupertas Diabolo aufert tentandi ſpem? §. 46. n. 1. p. 146. Peccator eſt Dei opere, Diaboli voluntate. §. 148. n. 2. p. 352

Cœpit lauare pedes Diſcipulorum, &c. Vel leues pedum ſordes ſic abluere ſatagit? Scilicet Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. toto §. 175. p. 397. O! magna eſt leuium culparum pernicies, quia ad illam inſenſiles ſumus. §. 173. n. 2. p. 394

Dicit ei Petrus: Dominè tu mihi lauas pedes. Huiuſmodi pedum lotio, pœnitentiam Petri adumbrat. Claudi enim pedes per pœnitentiam redintegrantur. §. 30. n. 4. p. 118. Vide in Syllabo rerum, verbo *Pœnitentia, Lacryma, Humilitas.*

Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Hâc ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo *Peccatum veniale.*

Exemplum enim dedi vobis, &c. De hâc re vide in Syllabo rerum, verbo *Exemplum*, *Concionator.*

De Euchariſtia habes plura. §. 112. p. 290. & §. 113. p. 292. & §. 114. p. 294. & §. 115. p. 295.

In Reſurrectione Domini.

MARCI XVI. & LVCÆ XXIV.

SEd quia pulcher, Reſurrectio nominatur. §. 21. n. 2. p. 101

Vnde granum putreſcit in puluere, inde ad multiplicem vitam vireſcit. §. 87. n. 3. p. 218

Chriſtus reſurgens Euchariſtiam accipientibus myſticè propinat. §. 112. n. 7. p. 292

Euchariſtia corporibus noſtris glorioſam reſurrectionem affricat. §. 114. n. 7. p. 295

Claritas reſurrectionis, ne obſcuret, ſed claret Paſſionis tenebras. §. 144. n. 2. p. 345

Vulnerum cicatrices in reſurrectionis gloria, cur appareont? §. 144. n. 2. p. 345

Cauſſam gloriæ, ne obſcuret lux ipſa gloriæ. Ibidem.

Num propter gemitum egenorum reſurgit Chriſtus? §. 123. n. 5. p. 480

Vide in Syllabo rerum, verbo *Vita*, *Mors*, *Sepultura.*

Dominica in Albis.

IOANNIS XX.

HOc Euangeliom ethicè elucidatur in feſto S.Thomæ Apoſtoli.

In Litanijs maioribus, & minoribus.

LVCÆ XI.

HAc ſoper re vide in Syllabo rerum, verbo *Oratio, Spes, Amicitia, Amor.*

In die Aſcenſionis.

MARCI XVI.

R*Ecumbentibus vndecim Diſcipulis, apparuit illis Ieſus.* Diſcipulis ad menſam recumbentibus Chriſtus reſuſcitatus glorioſè apparet. Porrò Euchariſticus cibus corporibus noſtris glorioſam reſurrectionem affricat. §.114. n.7. p.295. Chriſtus reſurgens Euchariſtiam accipientibus myſticè propinat. §.112. num.7. p.292

Et increpauit incredulitatem eorum. Poſt infidelitatis increpationem, confeſtim illos fidei ſatores dicit. Superior ſic blandis dura miſceat, vt terrendo mulceat. §.242. n.5. p.512. Potiò durior increpatio, tortura eſt, non emendatio. §.242.n.2. p.511

Et increpauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. Ceterùm ingenij vel vitij feritatem ac duritiem aſſiduitas meriti pertinacis euincit. §.183. n.4. p. 412. Et ſanctiſſimus quiſque ad rem virtutis obduratus, & piè obſtinatus dicitur. §.183.n.2. p.411

Quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Res enim non tam ex auditu, quàm ex viſu credenda dicitur. §.197.n.5.p.436. Lingua & mortalitas hominis, illum ad dicendum mendacium ſubornant. §.197.n.6.p.436. Virgo veritas de mendacij miſturà paſſim conſtupratur. §.197.n.3. p.435

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. In vniuerſum mundum eos mittit? Scilicet Apoſtoli quaſi iam ſideri, oberrare audent cum Sole. §.232.n.5.p.495. Eorum zelus per impoſſibilia audet, quaſi per errorem piè audacem. §.244.n.5. p.516

Prædicate Euangelium omni creaturæ. O quàm eſt ſublimiſſimè diuinum munus Euangelici Concionatoris, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò inuigilat! toto §.244. p.515. Bonus Concionator, os Dei, & lex Dei dicitur. §.244.n.6. p.516

Prædicate Euangelium omni creaturæ. Ore, quod rubeat ſanguine Chriſti. §.238. n.6. p.506. Atque etiam opere, & exemplo. Nam ſermo eſt virtutis commentum, opus ſuadendæ virtutis character. §.11.n.2.p.83. Lingua ſuadet; bona vita virtutem iubet. De hac re vide plura in Syllabo rerum, verbo, *Concionator, Exemplum.*

Prædicate Euangelium omni creaturæ: iis etiam, qui illum crucifixerunt. Chriſtus enim non tam attendebat, quòd ab ipſis, ſed quòd pro ipſis moriebatur. §.181.n.2.p.408. Nulla Chriſti læſura non fuit erga inimicos benefica. §.192.n.1. p.427

Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. In hac ſuà mirabili Aſcenſione Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17. num.3. p.95

Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Auguſtior ſanè gloria. Num gloria Chriſto non tam in patrio throno, quàm in gloriâ contumeliæ reputata eſt. § 17.n.2. p.94

Aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Chriſtus in Patris dexterâ auguſtè ſublimiſſimus, mores non mutauit. Nam Chriſtus vbique par ſibi, & idem ipſe eſt. §. 291. num. 2. p.594

In die Pentecoſtes.

IOANNIS XIV.

S*I quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Plura de Spiritu ſancto, vide in Syllabo rerum, verbo *Spiritus ſanctus.* Quæ ſi in themata digererem, longum nimis facerem. Vide etiam verbo *Amor.*

In feſto SS. Trinitatis.

DEi natura antitheſibus explicatur, nec mutabilis cenſetur. §.143.n.6. p.344

Apud Deum non eſt differentia: eſt enim ſemper idem ipſe. §.143.n.7. p.344

Quomodo in Deo detur numerus, & non detur. §.143.n.7. p.344

In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo. toto § 202. p.444

Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique; circumferentia nuſquam. § 202.n.5. p.445

Inuicto complexu Deus omnia omnibus dat. §.202.n.6. p.445

Deus vnus eſt, quia verum eſt vnum; mendacium autem multiplex. §.203.n.3. p.446

Deus eſt fons, vnus plures. §.236.n.6.p.502. Solus Deus eſt humano amore dignus. § 219.num.6. p.474

Deus ſecundùm nomen ſuum ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 229. p.489

Chriſtianiſmus eſt imitatio diuinæ naturæ. §.240. n.5.p.509. Pulchra Dei definitio epitheris densè conglobatis § 303.n.1. p.615

Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt. toto §. 309. p.625

Deipara eſt fons ſignatus totius Trinitatis. §.319. n.6. p.644

Se tota Trinitas homini impendit. §.136.num.2. p.331

Eſuries virtutum Trinitati ſimilis eſt. §.236. n.3. p.501

Bonæ conſcientiæ tota Trinitas irrefragabile teſtimonium perhibet. §.233.n.2. p.496

In feſto Corporis Chriſti.

IOANNIS. VI.

Caro mea verè eſt cibus. De Euchariſtia habes plura. §.112.& 113.& 114.& 115. p.290. & ſeqq.

Dominica infrà octauam Corporis Chriſti.

ET Euangelium, & Feſtum Euchariſtiam ſpirant. Conſule præcedens feſtum, quod eſt de Euchariſtiâ.

DE SANCTIS.

In feſto S. Andreæ Apoſtoli.

MATTHÆI IV.

AMbulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres. In rudibus imperitè piſcatoribus idoneos erudiendo orbi Doctores Chriſtus videt? Scilicet arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §.144.p.344. & §.6.n.56. p.72.& §.190.n.6. p.425

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres. Duos quærit, & duos inuenit Chriſtus; tametſi plures margaritæ quærendæ ſunt, vt vna inueniatur. §.10.n.1. p.81

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres. Oculorum Chriſti Dei negotium eſt. Porrò Deus totus eſt oculus, totus mens, totus ratio. §.204.n.3.& 4.& 5.p.448. Oculus ſuprà ſceptrum Dei hieroglyphicum eſt. §. 204 n.2. p.447

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres. Chriſtus iuxta mare ambulat; hi duo fratres in mari verſantur. At mundus, ceu mare obuiis hiat naufragiis. Fuge. §.91.n.1. p.215. Cur praua conſcientia mari comparatur? §.124. n.1. p.311

Vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Qui fratres eligit, concordiam in Diſcipulis amat. Magna enim eſt fratrum ac cognatorum vnitas. §.135.n. 2. p.329. At ſit homo veritatis cognatus. §. 203. n.2. p.446

Vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, &c. Non ſufficit eſſe Simonem, niſi etiam Petrus ſit. quare? § 266.n.3. p.552

Mittens retia in mare: erant enim piſcatores. Vile quidem munus obibant; ſed ſolletter ac operosè ſeduli. Profectò ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet; huic Deus adeſt ad vitium ſupplementum. toto §. 315. p.630

Venite poſt me, Sanè qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia ſequi. §.187.n.6.p.419. Vide verbo *Exemplum.*

Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Inter marinas belluas pelagi vorticoſi electos ſuos mittit? Scilicet aliquando ſtrenua virtus, è vitiorum gymnaſio, quid ad imitationem diſcat, inuenit. toto §.13. p.87

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Dum ſua retia relinquit, omnia abdicat. At Petrus dum omnia abdicat, omnia pleno iure meliùs poſſidet. §.18.n.2.p.96. Petrus arbitrio paupertatis, Dominus eſt cum Chriſto, & totius naturæ poſſeſſor. §.18.n.5. p.97

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Non eos examinat, an ſint ad Apoſtolatum idonei, ſed repentè, vt ſint Apoſtoli præcipit? Scilicet præceptum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. §.128.n.3. p.318

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Sanè exprompta obediendi voluntas, ferrea vincula in aurea mutat, ſenſum moleſtiæ furatur, &c. toto §.155. p.363. Obedientia potentes inuenit, aut facit. §.273.n.3.p.564. Hac ſuper re vide plura in Syllabo rerum, verbo *Obedientia, Lex.*

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Hac rerum abdicatione ferè Apoſtoli inaugurantur. Nam paupertas eſt character Apoſtolicus. §.74.n.2. p.194

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Mirè vſque ad crucem Andreas ſecutus eſt eum. Sanè è peruerſitatibus lignorum fit crux recta. §.144. n.3. p.345. Quin & ſanguis Dominicæ crucis in Andreæ ore rutilabat. §.238. num.6. p.506

At illi continuò .... ſecuti ſunt eum. Eum ſecutus eſt Andreas vſque ad crucem, in quâ mirè exultabat. Profectò cruciamentis gloriosè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, prius aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §.17. p.94

Secuti ſunt eum. De S.Andreæ ſanctitate, martyrio, & prædicatione, vide in Syllabo rerum, verbo *Sanctus, Perfectio, Martyr, Concionator.*

In feſto S.P.N.Franciſci Xauerij, Orientis Apoſtoli.

EVangelium ethicè elucidatum habetur in feſto S.P.N. Ignatij. Extra Euangelicam elucidationem accipe nonnulla forſan non inidonea.

Quomodo magnus hic Orientis Apoſtolus, quaſi anguſti forent Europæ fines, in totum orbem ſeſe latè intulit, vt Chriſtum annunciaret? Scilicet Xauerius quaſi iam ſidereus, oberrare audet cum Sole. §.232.n.5. p.495

Quomodo Xauerius tanquam flectineſcius non ceſſit per arduis difficultatibus, quæ illi ad euangelizandum occurrebant? Nempe in ro virtutis eſt etiam aliqua meriti pertinacis obſtinatio. toto §.183. p.411

Quomodo humanæ vires illi non defecerunt in tot exantlandis laboribus? Nimirùm Xauerij charitas velut impatibilis eſt ſibi, vt aliis proſit. §.240.n.3 & 4. p.508.& ſeq.

Audaciæ, aut temeritatis notari poſſent, quæ opere perfecit. At Xauerij zelus per impoſſibilia audet, quaſi per errorem piè audacem. §.244.n.5. p.516

Sic arctè funibus conuiſceratis ſtringitur, ne flos caſtimoniæ marceſcat: Scilicet Xauerius caſtitatis

tatis floribus, meliùs quàm funibus præcingitur. §.284.n.5. p.584

Quare tot nationes ſceleroſè perditiſſimas, tam ſtudioſè Xauerius luſtrat? An conſummatam virtutis perfectionem è vitiorum gymnaſio ediſcit? toto §.293.p.598.& §.15. p.87

O quàm ſolerter ſatagit etiam in ſomno, ne vel inuitis phantaſmatibus conſcientiam dehoneſtet; ſcius, quòd mentitus etiam ſomnus Chriſtum inerter perdit! §. 217. numero 4. p.470

Hominis perditio phantaſmatibus peragitur. § 130.n.6. p.322. Fallacium voluptatum amatores lætitiæ phantaſmata parturiunt. §.105. n.5. p.279

Glorioſa mundi pompa, & delicioſa voluptas, ignominioſè pœnalis,& acerbè moleſta Xaneſio fuit. toto §.107. p.282

In vitâ ſpecie tenus communi extraordinariam alebat virtutem. Intus omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat. toto §.120. p.305

Xauerio triſtis calamitas erat materia gaudij; & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. toto §.292. p.596

Vltrà humanas vires Xauerius laborat; nec animo aut corpore deficit. Scilicet per arcanam ethicè antipathiam, plus patiendo velut impatibilis redditur. toto §.245. p.516

Forſan mirabitur quiſpiam videns Xauerium in ſecularium hominum ludis & conuiuiis verſantem. At charitas ſua commoda, patienter ſuffert, vt aliis proſit. § 240.n.2. p.508

Xauerius quaſi exſors carnis foret, virgine caſtitate excellebat. Scilicet velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodo reformarat. toto §.172. p.392

Plura qui volet de eximiâ Xauerij ſanctitate, legat in Syllabo rerum, verbo *Sanctus, Perfectio, Concionator.*

In feſto S. Nicolai Epiſcopi.

MATTHÆI XXV.

H*Omo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.* Chriſtúſne à ſuis abſentatur? Scilicet Chriſtus Deus gaudet de abſentiâ, quæ ſumptuoſiorem reddet præſentiæ gloriam. §.135.n.6. p.330

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Satiùs illis foret, ne abſentaretur: Nam Dei oculi quandam probitatis neceſſitatem inducunt. §. 204. n. 5. p. 448. & §.2.n.19.p.17. De præſentiâ Dei dicitur homo ambulare coram Deo. §. 131. num. 2. p.322

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Cum ſeruis ſic beneficè, ac munificè agit? Scilicet virtutis ope, non eſt vitiorum amiſſa ſeruitus, ſed mutata. §.110.n.3. p.288

Vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Seruis ſuis bona ſua tradidit? Scilicet Deus ad largiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §.229. p.489

Et tradidit illis bona ſua. Bona ſua Nicolaus tradidit periculoſè egenis. Hac ſuper re vide plura in Syllabo rerum, verbo *Eleemoſyna, Compaſſio, Miſericordia.*

Abijt ergo qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis. Otium damnatur; opus & labor ſuadetur. Sanè omnium liberatio Paullo promittitur, ſi nautæ non deſerant munus ſuum, etſi fruſtrà laborent. §.312.n.4. p 631

Abijt ergo qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque Porrò ſollers labor, arbiter fecilitatis eſt. §.81.n 1.p 207. Dies vitæ noſtræ actuoſiùs excolendi, & incolendi ſunt. § 80.n.2. p.205

Et operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Porrò Adam illaborioſus paradiſum perdit, quem Paullus labore acquirit. § 81.n.2.p.207. Otioſa auis in vepribus; operoſus ſtellio in palatiis habitat. § 81.n 4 p.208. Vel labor alteri mercenariè impenſus, gloriam oppignerat. §.81.n.5. p.208

Et operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Bonus ſeruus, qui actuoſo labore operatur ad lucrum. Nam quando populus quieto otio ſabbatizat, cælum non pluit Manna § 80.num.4. p.206. Fruſtra otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur. §.81.n.6. p.208. Anima tandiu corpus informat, quandiu operari in eo poteſt. §.80.n.7. p.206

Et lucratus eſt alia quinque. Nam virtus piè auara eſt, aut certè auaritiæ ſimilis. quare? §.239.n.2. p 506. Sed ille abundè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589

Venit Dominus ſeruorum, & poſuit rationem cum eis. In iudicio Deus Ieruſalem ſcrutabitur in lucernis. §.298. n.5. p.608. Nemo credet quàm diſtrictè iudicat Deus, & quàm ſeuerè punit. §.298.n.1.p.606. Diſtrictionem diuini iudicij, cogitatione metiri non poſſumus §.198. n. 4. p.607

Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Et depoſitam pecuniam, & eius lucrum Domino confeſtim reſtituit. Ne addendo perdat propria, qui retinendo colligit aliena. §.50.n.1.p,153. Opes iniuſtè acquiſitæ ſunt nubes luti, quod iniuſti lucri ænigma eſt. §.50.n.3.p 154. lege totum §.

Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Deo reddit, quod Dei eſt. Sanè de ambitionis temeritate eſt, quod non ſit apud homines tuta gloria Dei. §.311.n.2. p.629

Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Magnum ſanè meritorum lucrum. Profectò quantum voluntas velit, tantùm merebitur. §.217.n.3.p.470. Semper abundare in omni opere bono iubemur. Ibidem.

Euge ſerue bone, & fidelis. Magna laus, pro modico labore, & induſtriâ. Sed ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet, &c. toto §.312. p.630

Euge ſerue bone, & fidelis; quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Eccur parua magnis remunerat? Scilicet habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquet in minimis. §. 174. num. 2. p. 396. Conſule totum §.

Suprà multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. De beato Cælitum gaudio, habes in Syllabo rerum, verbo *Beatitudo.*

In feſto immaculatæ Conceptionis Deiparæ.

MATTHÆI I.

SVper hoc feſto ſatis multa habentur in Syllabo rerum, verbo *Maria*, in ſectione, cui titulus, *Conceptio immaculata Mariæ.* Quæ hîc reſcribere otioſum foret, & actum agere. Eligat pius Concionator, quæ ad populum pacatè digerat. Ethicam Euangelij explanationem habes in feſto Natiuitatis Mariæ.

In feſto Expectationis B. Mariæ.

LVCÆ I.

ADi feſtum Annunciationis, vbi Euangelium elucidatur: & Concionem primam in Natiuitate Domini: & in Syllabo rerum, verbo *Maria*, & verbo *Deſiderium.*

In feſto S. Thomæ Apoſtoli.

IOANNIS XX.

C*Vm ſerò eſſet die illâ.* Conctanter venire ad nos Chriſtus videbitur; ne forſan nimis velociter ad illum curramus. Nam profectum in ſpiritu celeriùs quàm par eſt, maturare, ſæpè ſtitionis principium eſt, & retrocedendi augurium. toto §. 246. p. 518. At qui pœnitentiam deſes procraſtinat, in fine vitæ, aut nolle, aut non poſſe negotiatur. toto §. 262. p. 545

Et fores eſſent clauſæ propter metum Iudæorum. Venturo Chriſto fores claudit timor mundanus. Nam mundanus timor, homines potiòs quàm Deum metuens, ſcelerum ſæpè conceptaculum eſt. toto §. 127. p. 315. Humanus timor debilitatem, diuinus fortitudinem parit. §. 141. n. 2. p. 339

Et fores eſſent clauſæ propter metum Iudæorum. Cùm metu anguntur, lætitia reſurgentis Chriſti propè adeſt. Porrò in bono viro idoneus eſt nexus timoris cum exultatione. §. 186. num. 3. p. 417. Plura de metu filiali, & ſeruili, vide in Syllabo rerum, verbo *Timor.*

Et dicit eis: Pax vobis. Hac de ore Chriſti pace, valdè Apoſtoli proſperantur. Nam pax in idipſum, eſt felicitas, quæ non alternat vices. §. 143. n. 3. p. 343. Vnus homo per ſocialem concordiam vniſſimè multiplicatur. §. 158. n. 4. p. 369. Hac de re plura qui volet, legat in Syllabo rerum, verbo *Pax, Concordia, Amor.*

Gauiſi ſunt ergo Diſcipuli, viſo Domino. Gaudium humanum ſolius Dei eſt, & quaſi rem ſuam Deus vſurpat. §. 144. n. 6. p. 346. Deus totum gaudium noſtrum eſt. §. 97. n. 6. p. 237. Qui lætatur in voluptate, lætatur in nihilo. §. 97. n. 4. p. 237

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Vulnerum cicatrices in Reſurrectionis gloriâ, cur apparent? §. 144. n. 2. p. 345. Cauſſâ gloriæ ne obſcuret lux ipſa gloriæ. ibid.

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. De notamentis Dominicæ Paſſionis, eius reſurrectio ſuadetur? Scilicet claritas reſurrectionis ne obſcuret, ſed claret Paſſionis tenebras. §. 144. n. 2. p. 345

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Dominicæ Paſſionis cicatrices ſic Thomas videre exoptat. Profectò Chriſti ſtigmata ſacra deſiderant Angeli proſpicere. §. 182. n. 2. p. 410

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Magis fidit propriis oculis, quàm reliquorum dictis. Non auditus, ſed viſus ad teſtimonium aduocatur. §. 197. numero 5. & 6. p. 436

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Nimis credit oculis. Porrò oculi cogitare, & amare dicuntur. §. 83. n. 3. p. 211. In oculis animus habitat. §. 83. n. 1. p. 211

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Apoſtolis, oculatis teſtibus non credit Thomas notiſſimas propherias de Chriſto, in eo impletas eſſe? Profectò Prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, eo promptiorem inuenit fidem. toto §. 248. p. 521

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. At non oculatum, ſed rationabile, id eſt, logicum obſequium, rebus fidei exhibendum eſt. §. 248. n. 5. p. 523. Chriſtus dicitur, Neceſſarium fidei decus. quare? §. 139. num. 3. p. 336

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c. Sic Chriſtus ſatagit, vt Thomas credat? Scilicet Chriſtus credentis potentiâ potentiam defendit ſuam. §. 74. num. 5. p. 195

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, &c. Tanta infidelitas Thomæ proponitur, vt reliquorum fides adſtruatur. Scilicet arcana Deì prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea, & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §. 144. p. 344

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c. Et tamen aliud vidit, aliud credidit. Porrò fidei veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. §. 203. n. 5. p. 446

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c. Viſu & tactu veritatis Thomas manuducitur ad fidem. Porrò veritas eſt lex omnium artium, & ars omnipotentis artificis. §. 203. num. 7. p. 447. Veritas Dei & hominum dux dicitur. Ibidem.

Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Vt velit credere ſeriò Thomam hortatur. Sanè non eſt curuanda diuina voluntas ad noſtram voluntatem. §. 31. n. 5. p. 120. Homo diuinam voluntatem mauult emendare, quàm ſuam. §. 31. n. 2. p. 119

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus Chriſtus in ſe pulcher, ſit etiam pulcher in noſtro intellectu. §. 324. n. 1. p. 651

In feſto S. Syluestri.

LVCÆ XII.

EThicum Euangelij commentarium habetur in feſto S. P. N. Ignatij.

In

In feſto S. Sebaſtiani Martyris.

LVCÆ VI.

D*Eſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri.* De ſublimitate moutis ad infima vallium ſuos deducit Chriſtus. Nam ſpiritualium donorum plus habere ſine humilitate, eorum iactura eſt. §.48.o.4.p.151. Vbi magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt, de elatioois fomite. § 48.n.3. p.150

Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri. Benè deſcendit de moote ad vallium humilitatem: de hac enim ad montem aſcendendum eſt. Nam ſublimiotis faſtigij claritas, depreſſæ humilitatis præmium eſt. §.48. n. 6. p. 151. Quando quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, perdit verum eſſe. §.51.n.2. p.155. Plura ſuper hac re vide in Syllabo rerum, verbo, *Humilitas, Superbia.*

Et multitudo copioſa plebis. . . . . qui venerant, vt audirent eum. Chriſtum ſequentes, ardua montis aſcendunt, & inde ad eum deſcendunt. Profectò qui inexpugnabilis eſt moleſtiis Dei quærendi, feliciter Deum inuenit. §.187. n.4. p.419. Plura ſuper hac re vide io Syllabo rerum, verbo *Quærere, Sequi.*

Qui venerant vt audirent eum. Qui Chriſtum ſequitur, proculdubio illum inueniet. Nam qui Chriſtum ſecutus eſt, illum iam conſecutus eſt. §.123. n.2. p.310. Quare Chriſtus dicitur via æterna? §.84.n.5. p.212

Qui venerant, vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis. Non tam Chriſtum, quàm propriam vtilitatem videntur quærere. Scilicet vel ſoous vocabuli *Vtilitatis*, ad ſui concupiſcentiam homioes extimulat. §.268. num.4. p.556

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis curabantur. Sanè ſpurca immundè libido dicitur inteſtious Dæmon. §.301.n.6.p.613. Diabolus de gehennæ incendio paſſiones inurit. §.233.n.6. p.497. Vide in Syllabo rerum, verbo *Dæmon, Libido.*

Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes. Porrò Euangelica paupertas; dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat, ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. toto §.18. p.96

Beati pauperes. Vnde pauper paupertate beatur? Scilicet homo paupertate diues, felicem innocentiæ ſtatum æmulatur. §.43.n.2.p.141. Noo diues, ſed pauper eſt futuri ſeculi diues. §.43. n.4. p.141. Hac de re vide plura in Syllabo rerum, verbo *Paupertas, Diuitiæ.*

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Nam lacryma paradiſum aut iuuenit, aut facit. §.178.num.8. p.404. Lacrymæ noſtræ è fœcunditate Spiritus ſancti ſunt. §.231.n.1. p.492

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Nam qui luget, beatus eſt in ſe, luget in re. §.178.n.2.p.403. Deus terræ, non aquæ maledicit ob redemptrices lacrymas. §.178.n.4.p.403. vide io Syllabo rerum, verbo *Lacrymæ.*

Beati eritis, cùm vos oderint homines, &c. Odio, & perſecutioni quomodo glorioſa ineſt beatitudo? Nempè cruciamentis glorioſè deliciati, & contumeliis exultim gloriari, plus aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §.17. p.94

Beati eritis, cùm vos oderint homines, &c. Velut beatitudinis gaudium perſecutionibus ſubeſt? Sanè pati non eſt detrimentum lætitiæ, ſed non pati. §.295.n.5. p.597

Beati eſtis, cùm vos oderint homines, &c. Profectò probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat. toto §.150. p.355

Beati eſtis, cùm vos oderint homines, &c. Vnde mœſta calamitas, & perſecutorum furor, in lætum & ouantem ſpiritum in Sebaſtiano reformatur. §.137.n.4.p.333. Dira Tyrannorum crudelitas, Chriſtianorum illecebra eſt. §.137.n.3. p.333

Beati eſtis, cùm vos oderint homines, &c. Plura qui volet ſuper hac re, conſulat in Syllabo rerum, verbum *Martyr, Perſecutio, Patientia, Sanctus.*

In feſto S. Agnetis.

MATTHÆI XXV.

S*Imile eſt regnum cælorum decem virginibus.* Aptè regnum Dei virginibus aſſimulatur. Eſt enim virginibus cum Chriſto Deo quoddam virginitatis participium. §.285.n.6. p.585

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Natura humana tot virginibus egregiè venuſtatur. Eſt enim virginitas naturæ pompa. §.24 n.6.p.108. Roſa eſt virginitatis typus. Ibidem.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Non ex famá, aut habitu virgo cenſenda eſt. Nam pulchra virgo non tam oculis, quàm conſiderat ione æſtimari debet. §.24 n.4.p.108. Sæpè virgo, ætatis potiùs quàm integritatis nomen eſt. §.24.n.2.& 3. p.107

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Sed nupta Suſanna dicitur virginum menſura. §.6. n.33.p.68. Iuſtitia ferè in virgineam integritatem reſtituit Suſannam. § 1.n.22. p.12. longa caſtitas poſt lapſum diu victrix, virginitatem æmulatur. § 250.n.4.p.526.& §.263.n.6.p 548. Verecundia Suſannæ, æmula Deiparæ, Mater & Virgo dicitur. §.335.n.6. p.672

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Benè regnum cælorum puritati aſſimilatur. Porrò caſtitas eſt felicior nominis propagatio, mundus cæleſtis, mutatior virtus, lilium inter ſpinas, & florida præcinctio. toto §.284. p.582

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Quid caſtitati cum cælo? Scilicet caſtitas eſt ſpiritualizandæ carnis contentio, humanæ ſubſtantiæ funus, & ſiderei obſequij meritum. toto §.285. p.584

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Quid caſtitati cum cælo? Imò caſtitas eſt ad incorpoream, ſpiritualémque ſubſtantiam exceſſiua contentio §.122. n.4. p.309. Homo caſtus in confinio naturæ mortalis & immortalis eſt. §.122.n.3.p.309. Caſtitas eſt Angelicæ vitæ ratio. §122.n.6. p.309

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Siletur illarum pulchritudo, tanquam bonum periculis plenum. Nam de blandientis pellaciæ vi, magnum eſt femineæ pulchritudinis myſterium.

rium. roto §.279.p.574. Spectata pulchritudo diuunj.cauſſa eſt,& idcarum malitiæ machinatrix,&c.roto §.278. p.572

Simile eſt regnum calorum decem virginibus. Siletur, an ſupponitur pulchritudo earum, quæ caſtæ dicuntur? Profectò à caſtitate viuacior forma, & pulchritndinis perſeuerantia eſt. §. 21. n.3. p.102. Caſtitas eſt pulchritudinis auctoritas. § 21.n.4. p.102

Simile eſt regnum calorum decem virginibus. Tacetur harum virginum pulchritudo, quia non omnes electæ. Nam ſpiendidè pulcher, ſpleodorem Spiritûs præferre putatur. §.21. num.2. p.101. Pulchrum & bonum ſynonyma ſont. §.21. 0,5. p.103. Verùm Adami externa faciei pulchritudo, ad interiora dicitur tranſmiſſa. §.21.0.6. p.103

Exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Io nuptiarum ſolemnitate procuidubio cultiori veſte ornaotur. Id autem ſiletur: nam Suſannæ pulchritodo incompta ac rudis laudatur. §.1. 0.9. p.7. Lacinioſa veſtis oſteoditor ad libidinis teſtimonium.§.160.n.6.p.373.Pulchritudo veſtiom ornatu, & fucorum lenocinio exculta, egregiè vapulat. toto §.164. p.379

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. O! mentitus etiam ſomnus Chriſtum inerter perdit, quem vigilia inuenit. §.217. n.4. p.470. Ad ſponſam excitatam rurſum dicitur, Surge; & ad venientem, Veni. §.217. n.5. p.470. Sponſa ſuum ſponſum quærens, ioterrogatur, vbinam ſpooſus ſit. quare? §.187.n.3. p.418

Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. At de ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.201

Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Scilicet languet conatus, quem meritorum præſumptio non adiuuat.§.6.nom.64. p.74. Semper abuodare in omoi opere bono iubemur. §.217.n.3. p.470

De S.Agnete concionem habiturus, conſulat in Syllabo rerum, verbum *Virginitas, Caſtitas, Puer, Martyr, Perſecutio, Sanctus.*

In Conuerſione S. Paulli.

MATTHÆI XIX.

Ecce nos reliquimus omnia. Tametſi omnia reliquerit, opulentus adhuc eſt. Nam ille abunde diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589

Ecce nos reliquimus omnia. Apoſtoli omnia priùs relinquunt, quàm de Chriſto, eiúſque Euangelio teſtimonium perhibeaot. Nam opulentia eſt lucuientum falſitatis teſtimonium. §.54.n.1.p.160. Auro conſtupratur veritas, expugnatur integritas, iuſtitia vincitur.§.55.n.1. p.162

Ecce nos reliquimus omnia. Apoſtoli omnia relinquunt, vt aliquid ſint. Nam diuitiæ hooıioem à ſeipſo auferunt. §.55.n.5.p.163. Diues oon differt à paupere in naturæ ſubſtantiâ § 49.n.5. p.153

Ecce nos reliquimus omnia. Apoſtoli tunc rudes, pro maximo æſtimant, omnia reliquiſſe. At io humanis nomen eſt diuitiarum, non res. §.55. n.5. p.163. Diuitiarum cum vmbrâ multiplex analogia. §.49.n.3. p.152

Ecce nos reliquimus omnia. Rem ſolidè magnam putant, diuitias reliquiſſe. At diuitiarum tyrannis meris phaotaſmatibus illudit. §.55.num.3. p.162. Diuitiarum cupidus, diuitiarum phantaſiis animam ludificat.§.55.n.4.p.162.Diuitiæ picturæ ſunt,& diuites exoculant.§.55.num.2. p.161. Poteoria diuitum non eſt magnitudo, ſed tumor contra Deum. §.54.n.6. p.161

Ecce nos reliquimus omnia. Sacerdotes totius Eccleſiæ inaugurandi, omnia priùs relinquunt. Porrò Sacerdotes oon ſolidantor & roborantur opibus.§.267.n.5.p.55.conſule totum §.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Priùs relinquunt omnia, vt Chriſtum Apoſtoli ſequantur. Exinde paupertas dicitur character Apoſtolicus. §.74.n.2. p.194

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Scilicet dum Euangelica paupertas, omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat; ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. toto §.18. p.96

Quid ergo erit nobis? Porrò ſicut vmbra corpus, ita præmium, & pœnam præſtare, Deum ſequitur. §.301.n.1. p.611

Quid ergo erit nobis? De omnium abdicatione, & Dominicæ ſequelæ merito, noo modica ſperat. Sanè propoſitus vototum ſcopus, vtilitas propria eſt. §.268.n.1.&c.p555. At charitas vtilitatem alienam ſibi vnicè tanquam propriam reputat.268.n.5. p.556

Quid ergo erit nobis? Sic bona immeratè ſperat? Scilicet animoſior ſpes Omoipotentiam ſpectat. §. 181.n. 6. p. 409. Teſtimooium diuinæ Omnipoteotiæ ſpes habet. §.2.n.64. p.30. Sperans in Domino, Beatitudines eius. Quomodò? §.182. 0.4. p.410. Spes cæli gaudium præſumit, & lætitiam ſeculi. §. 182. num. 5. p.411

Quid ergo erit nobis? Paullo erit teterrimus carcer. Num in carcere tenebatur Paullus, cùm ad cælos euolat? Beatiórne eſt Paulus in carcere vinctus, quàm in tertium cælum raptus? §.10. 0.4. p.100

Quid ergo erit nobis? Paullo erit cæcitas oculatiſſima. Porrò in cæco nunc Paulo, Euangelici cæci antitheton videmus. §.126.0.6. p.315

Quid ergo erit nobis? vt mundialis voluptas ſit Paullo, quaſi probroſa & acerba crux. §.107. n.5. p.283

Quid ergo erit nobis? Erit Paullo, vt ſit auaros gratiæ negotiator. §.210.num.5.p.459. Paulus beatis calamitatibus feliciter obrutus. §. 207. n.4. p.453

Quid ergo erit nobis? Qoo pacto redemptionis pretium ſibi totum Paulus vendicat? §.239. n.4. p.507

Quid ergo erit nobis? quòd Paullus poſt raptum, inde dicatur miſer, vnde beatus efficitur. quare? §.132. n.4. p.324. Quod Paulus poſt raptum, quaſi in ignotum ſeculum deſcendiſſe dicatur. ibi: Sed Paulus amoris alis aſcendeos io cælum, cur raptus dicitur? p.132.n.4. p.324

Noo pauca Paulli elogia habentur toto §. 244. p.515. & §.282. n.5.p.580. vide in Syllabo rerum, verbo, *Pœnitentia, Concionator, Perſecutio, Sanctus.*

In feſto Purificationis B. Virginis.

LVCÆ II.

POſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quæ tota pulchra eſt, quid non mundum habere poteſt, quod purificet? Scilicet homilitas dicitur Mariæ pulchritudo. §.334. n.2. p.669

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid de partu purget Maria, quæ Æterna virgo nominatur? §.325. n. 2. & 3. p.653. & ſeq. Chriſtus Deus dicitur Marianæ virginitatis filius. §.325.n.5. p.654

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid in ſe purget Maria, quæ arcanè de ſe dicit: Defecit caro mea? §.335.n.4. p.671. Num virtus fuit natura Deiparæ. Ibidem. E Mariæ carne, Chriſti caro floret. §.335.n.4. p.671

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid purificetur Deipara, Aronianæ virgæ ſimilis; conceptu florida, partu fructifera? §.317. n.2. p.640

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid purificetur Deipara, à cuius ſemper immaculatâ pulchritudine, Chriſtus pulchrior eſſe dicitur? §.317.0 5. p.641

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid purificetur Deipara, in quâ Deus totius boni plenitudinem poſuit? §.319.n.3 p.643. Deiparæ nihil deeſt ad gratiam, & ad gloriam. §.319. n.2.p.643. In Deiparâ totius gratiæ plenitudo exundat. §.320.n.5. p.646

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid purificetur Maria, quæ paradiſeam ſuauitatem ſpirat, non paradiſeum pomum fœtidè ructat? §.321.n.4. p.648

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Quid purificetur, cùm Deipara & Filius Deus hæreant vndique conuiſcerari alterutrum ſibi. §.327.n.6. p.638

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Reliquæ mulieres purificatione indigent At gloriosa eſt mulierum infirmitas, quæ Mariæ vigore roboratur. §.332. n.3. p.666. Maria eſt Euæ correctio, & Diaboli expulſio. §.334.n.7. p.670

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem. Legem, quâ non tenebatur, obſequenter implet, cùm adeò inſoleſcit improbitas, vt ſapientia putetur, legem inobſequenter violare. §.34.n.2. p.125

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Sed impletione præcepti, quo non tenebatur, Marianum obſequendi ſtudium. Porrò præceptum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. §.128.n.3. p.318

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Ferrea Moyſis lex puerperam Virginem obligat? Aſt legum vincula ferrea, fiunt aurea obedientiæ arbitrio. §.155. n.2. p.364

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Corpus Virginis puerperæ ſecundùm legem Moyſi purificandum eſt? At Spiritus ſanctus noua lex corporis eſt. §.130.n.5. p.492

P. Didac. Celada in Suſannam.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Ad templum inornata vadit pauper Deipara, obſequendæ legis ſtudio. At obedienti, legum vincula ſunt torques, monilia, amplexus. §.266.n 4. p.552

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi Non dedignatur Deipara, cæli ac terræ regina, legi, quâ non tenebatur parere? Hem obedientiæ maieſtas, & imperialis dignitas! §.154.n.1.& 2. p.362

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi. O quàm expromptè, ac placidè Deipara obedit! Hinc eius obedientia æſtimanda eſt. Nam mandata nimis cuſtodire, eſt placidè obtemperare. § 175. numero 4. p.398

Tulerunt illum (Ieſum) *in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino.* Chriſtus Deus, Rex regum, ſic præmaturè & promptè legi paret. Scilicet Chriſti principatus, & eius inſigne eſt lex obſequentiùs obſeruata. §.154.n.2. p.362

In feſto S. Blaſij Epiſcopi, & Martyris.

MATTHÆI XVI.

SI quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Profectò ſui abnegatio, paſſionum medicina eſt. Nam mortificationis myrrha vermem paſſionum, & gehennæ interimit. §.35. num.1. p.126. Mortificatio carnem non eſſe carnalem compellere nititur. §.35. num. 2. p.126

Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Nam homo per mortificationem à ſe deficit: velut planta eradicatur, & tranſplantatur. §.35. n.3. p.127

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Profectò qui non exit à ſe, non inuenit ſe: & qui non annihilat ſe, nihil eſt §.35.n.4.p.127. Homo per mortificationem defæcatus, & exinanitus à corpore dicitur § 35.n.5. p.128

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Nam mortificatio eſt ſuiipſius abiuratio, vitiorum obliuio, ex funere vita, negotium coronæ, & animæ redemptio, & crucifixio. toto §.87. p.218

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Nam homo per mortificationem ſeipſum deſerit & ipſe alius fit. §.88.n.1.p.220. Homo enim mortificationis beneficio, homini potiùs ſimilis perhibetur. §.88.n.2. p.220

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Nam homo mortificatus concupiſcentiis velut exemptus eſt. §.88.n.3.p.220. Mortificationis effectus eſt velut extinctio paſſionum. §. 233. n.6. p.497

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, &c. In cruce moriendum nobis eſt? At homo per peccatum mortuus, mortificandus eſt, vt viuat. § 272.n.5.p.563. Mortificatio mortalitatem dediſcit, candidata immortalitatis. §.88.n.5. p.221

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c. Quò mortificatio iugulet cognatas rationi concupiſcentias. §.282.n.1. p.579. Per exceſſiuam mortificationē caro contendit fieri ſpiri-

 tualem,

tualem. §.285.n.2.p.584. Mortificatio totam vim cupiditatis ad Deum transfert. §. 88. n. 4. p.220.& §.35 n.6. p.128

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam,& ſequatur me. Magna ſanè à mortificatione victoria. Profectò voluntatis abnegatio palma triumphalis dicitur. §. 126. n. 5. p.315. Qui ſeruilem ac beſtialem concupiſcentiam per mortificationem ſubigit, Rex dicitur. §.88.n.6. p.221

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Mortificatio per crucem, vſque ad gloriam Chriſtum ſequitur. Nam ſuiipſius abnegatio, eſt empyreæ hereditatis recuperatio. §.123. num. 2. p.310

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Chriſtiano gloriatio gloriationum crux eſt §.17.n.4.p.95. Crucis myſterium, è ſiniſtro facit dextrum. §.7. n.4. p.77

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Ethicè autem animaduertendum eſt, quòd è peruerſitatibus lignorum fit crux recta. §.144.n.3.p.345. Clauo Dominicæ crucis, infernalis Siſaræ caput confodiatur. §.138.n.4. p.335

Tollat crucem ſuam,& ſequatur me. At vetus homo noſter quem ob reatum crucifigendus eſt cum Chriſto? §.87. n.6. p.219. Mundialis voluptas eſt Paullo, quaſi probroſa & acerba crux. §.107. n.5. p.283

Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Porrò velut impaſſibilis Martyr cruciamentis, quaſi transformatur in immortalitatem. §.137.n.3. p.333

Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Animam ſuam glorioſè inuenit, qui vinctus, & victus eam perdit? Sanè inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §.306. p.620

Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Profectò per arcanam ethicè antiperiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impatibilis redditur. toto §.245. p.516. Martyrum patientia inuicta eſt, & propè inſenſilis; atque vexationis definitio. toto §. 216. p.467

Quiſquis ſancti Blaſij ſanctitatem vberiùs prædicare velit, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Sanctus, Martyr, Perſecutiones, Patientia.*

Pro S. Matthia Apoſtolo.

MATTHÆI XXI.

C*Onfiteor* (id eſt, gratias ago) *tibi Pater...... quia abſcondiſti hac à ſapientibus*, &c. Gratias agit & quia à ſuperbis abſcondit, & quia paruulis reuelauit. Porrò ſicut nec gratiæ donatiua, ita nec peccati ſtipendia, cogitando aſſequi quiſquam eualet. §.125.n.3. p.312

Confiteor tibi Pater...... quia abſcondiſti hac à ſapientibus, &c. Gratias etiam agit, quia hæc abſcondit à ſuperbis? Scilicet ſicut Dauid cumulat beneficiorum hyperbolen, vt gratitudinem exaggeret. §.304.n.5. p.618

Confitebor tibi Pater.... quia abſcondiſti hac à ſapientibus, &c. In primis gratitudinem Chriſtus docet. Nam humana gratitudo diuinam legem à fractione tuetur. §.304. num.3. p.617. Gratitudo eſt iuuenilis concupiſcentiæ victrix. §.304.n.2. p.617

Confitebor tibi Pater... quia abſcondiſti hac à ſapientibus, &c. Gratitudo inſtar ſacrificij Deo grata eſt. § 304.n.6.p.618. Deo quiſque offerat totum quod habet, qui non poteſt totum quod debet. §.304.num.4. p.617. De ingratitudinis vituperio gratitudo commendatur. toto §.305. p.618

Confitebor tibi Pater.... quia abſcondiſti hac à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, id eſt, humilibus. Porrò hæc ſcientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapieütes coronat. §.195.n.6. p.433

Et reuelaſti ea paruulis. Nam ſimplicitas ad malum rudis eſt, & de illius ignorantiâ ſapit. §.79. n.2. p.203

Quia abſcondiſti hac à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Profectò homo per ſuperbiam inops etiam rationalitatis dicitur. §.51.n.6. p.156

Quia abſcondiſti hac à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Sapientes & prudentes appellantur, & tam vili penduntur? Nempè cæleſtium donorum plus habere ſine humilitate, eorum iactura eſt. §. 48. num. 4. p.151. Vbi magnitudo gratiarum, ibi magnitudo periculi eſt, de elationis fumite. §. 48. n.3. p.150

Quia abſcondiſti hac à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Sic humiliatur ſapientum ſublimitas? Scilicet in arrogantioris ſuperbiæ fumite, obuia humiliationis anſa porrigitur. toto §.7. p.76

Et reuelaſti ea paruulis. Qui paruulus præ humilitate eſt, apud Deum magnus eſt, dignitatiſque faſtum expiat; & Angelos æmulatus, integer homo eſt. toto §.234. p.497

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Non tunc dumtaxat id Chriſtus præſtabat, ſed exinceps ſemper præſtabit. Nam Chriſtus vbique par ſibi, & idem ipſe eſt. §.291. numero 2. p.595. Chriſtus in noſtros vſus totus expenſus eſt. §. 239. n. 4. p.507

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Profectò eximiè iuſti, patientiæ lenocinio, à laboribus, non ab operibus vacant: nam illis tribulatio, illecebra eſt, ouatio, centrum. toto §.137. p.332

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Sanè viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij; & non pati magnum lætitiæ detrimentum. toto §. 292. p.596

Tollite iugum meum ſuper vos. Et ſanè hoc iugum ſuaue eſt, & onus leue. Porrò onus Chriſti portat, potiùs quàm portatur. §. 144. num. 4. p.344

Diſcite à me, quia mitis ſum. Placidè victrix manſuetudinis victoria eſt. §.27. n.4. p.113. Manſuetudo eſt vinculum, & nodus Dæmonum. p.27.n.2. p.112

Diſcite à me, quia mitis ſum. O, è Chriſti manſuetudine glorioſam manſuetudinem ediſcamus! Porrò beatorum corporum gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur. §. 208. n.3. p.454. Manſuetorum ſtatus, incommutabilis dicitur. quare? §.208.n.2. p.454

Diſcite

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; Adeò vt Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecerit gloriæ ſuæ. §.17. n.3. p.95. Num gloria Chriſto non tam in patrio throno, quàm in gloriâ contumeliæ reputata eſt? §.17. n.2. p.94

Qui S.Matthiæ laudes prædicare velit, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Concionator*, *Martyr*, *Sanctus*, *Apoſtolus*.

In feſto S. Ioſephi Deiparæ Sponſi.

MATTHÆI I.

CVm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Porrò in coniugio virtus etiam excellit. §.22.n.1.& 2.& 3.p.103.& ſeq. Piorum coniugum familia appellatur Eccleſia. §.22.n.4.p.104. Ergo male matrimonij nomine, deſidia in re virtutis coloratur. Ibidem.

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Sanè Ioſeph maritus optimus, qui caſtæ & ſedulæ vxoris ſtudio reddit vicem; reddit amori gratiam. toto §.23. p.105

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. O quàm pulchrè perfecta fuit Ioſephi domus! Nam vxor eſt domûs integritas, perfectio, & ſpecies. §.29.n.2.p.116. Bona vxor olim appellabatur, Omnis Dea, omniſque Deus. §.29.n.3. p.117

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph Bona vxor dicitur, Viri voluntas à Deo. §.29 n.3. p.117. Vxoris virtus virum auguſtè beat. §.29. n.6. p.117

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Gratiam ſuper gratiam Maria cumulauit marito. §.29.n.7.p.117. Bona vxor eſt prædeſtinationis indicium §.29.n.4.p.117. Harmonia nuptiarum in Ioſephi connubio. Ibidem.

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph Bona vxor virum ſuum ceteris præferat, etſi falſo iudicio (nunc vero) §.56.n.5. p.164

Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Porrò Ioſeph fide fuerat Deiparæ copulatus, non corpore. §.2. n.6. p.31

Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Porrò in Verbi incarnatione Spiritus ſanctus menti Deiparæ penitus inſeritur. § 326. n.2. p.655. Deiparæ venter, quia virginitatis inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. § 325. n.6. p.654. Vide verbo *Maria* in Syllabo rerum, *Maternitas Mariæ*, & *Virginitas Mariæ*.

Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Porrò Mariæ fœcunditas maritum beat, & familiam generosè amplificat § 1.n.6.p.6. Filij ſunt matrimonij flores. § 33.n.2. p.123

Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Ecce in optimo coniugio maxima calamitas; quæ exponitur toto §.153. p.360

Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, &c. Moleſto zelotypiæ malo angitur, non triſtatur Ioſephus. Nam viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij; & non pari, magnum lætitiæ detrimentum. toto §. 292. p.596

Cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Charitas enim vtilitatem alienam ſibi vnicè tanquam propriam reputat. §.268.n.5. p.556

Cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Ioſephi ſponſi angoribus ac dubijs, ſponſæ pudor virgineus mirè adſtruitur. Sanè arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §.144. p.344

Cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Euidentiâ oculorum ſiniſtras ſuſpiciones Ioſephus fundare videtur. At ingenſa ſenſuum, imò & humanæ rationis tribunal, falſi teſtimonij ſæpè ſuſpectum fit. §.197.n.4.& 5.& 6. p.436

Hæc autem eo cogitante, &c. Humanâ ratione ſuſpiciones fundat. Sed nemo illi tutò ſe credat. Num ratio, & mortalitas hominis, illum ad mendacium ſubornant? §. 197. n. 6. p.436

Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, &c. Somni phantaſmatibus, ſponſi diſceſſum vetare ſatagit. Ita quidem. Sed Angelus. Alioqui phantaſia non eſt bonus nuptiarum conciliator. §.29.n.4.p.117. Hominis perditio phantaſmatibus peragitur. §.130.n.6. p.322

Ioſeph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Regiam nobilitatem prætendit, vt diſceſſionis culpam arceat. Porrò nobilior præſtantia peccantis, malitiæ excellentiam peccato fœnerat. toto §.69. p.186. & § 275. p.567

P.Didac.Celada in Suſannam.

In feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

MIſſus eſt Angelus Gabriel à Deo......ad Virginem Num timeri poſſet inuidia in Angelo, de ſpectatâ Mariæ excellentiâ? At Maria Deipara eſt citra Angelorum inuidiam. §.326. n.1.p 655. Sibi Angeli gratulantur, quòd Deipara potior illis exiſtat. §.326.n.1. p.655

Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena. Gratiâ plena meritò dicitur, cui nec in primo ſuæ immaculatæ conceptionis inſtanti gratia defuit. Vide in Syllabo rerum in verbo *Maria*, *Conceptio Mariæ*.

Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Aue gratiâ plena. Vere gratia plena. Porrò per Incarnationem Chriſtus Deus coniungi dicitur Deiparæ voluntati. § 333.n.5. p.668

Aue gratiâ plena. Verè gratiâ plena. Nam Deiparæ venter, quia virginitatis inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. § 325.n.6. p.654

Aue gratiâ plena. Vere gratiâ plena. Porrò bonitas & omnipotentia Dei eſt Marianæ gratiæ menſura. §.316.n.2. p.638

Dominus tecum. Scilicet Deus Angelum mittens ad Virginem, Angelum præcurrit, & iam cum illâ eſt. § 327.n.2. p.657

Dominus tecum. Nam Maria Deipara eſt volumen diuino Verbo ſcriptum. §.332.n.4. p.666

Benedicta tu in mulieribus. Sanè glorioſa eſt mulierum infirmitas, quæ Mariæ vigore roboratur.

tur. §.332. n.3. p.666. Triſtitia originalis per Mariam eliminatur. §.332.n.4.p.666. Ipſa Deipara eſt humanæ libertatis regiæ tabulæ. §.332. n.4. p.666

Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Benedicta ſanè in mulieribus, in qua Dominus eſt, éſtque ſola implentis omnia locus. §.328. n.4. p.659

Et benedictus fructus ventris tui. Vnde Deipara dicitur Radix progenitrix Dei. §.327.n.4.p.657. E Mariæ carne Chriſti caro floret. §.335. n.4. p.671

Inueniſti enim gratiam apud Deum. Quam gratiam inuenit? Virtúſne fuit natura Deiparæ? §.335. n.4. p.671. Arcanè de ſe dicit Maria: Defecit caro mea. quare? Ibidem.

Ecce concipies, & paries filium. Chriſtus Marianæ virginitatis filius. §.325.n.5.p.654. Deus einſdem naturæ eſt cum Virgine Deiparâ. §. 327. n.1. p.657. Deipara communicat Filio quòd homo eſt: Filius communicat Deiparæ quod Deus eſt. §.327. n.5. p.657. Deipara & Filius hærent vndique conuiſcerati alterutrum ſibi. §.327.n.6. p.658

Hic erit magnus. Sed humana ambitio dum magnitudinem negotiatur, ſe Chriſto Deo præponere affectat. §.311.n.6. p.630

Hic erit magnus. Magnus filius magnæ matris. Sanè Marianæ magnitudinis velut culpa eſt, quòd illam non poſſimus dignè laudare. §.315. n.5. p.637

Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? At diuinâ maternitate virginis integritas munitur. §.325. n.8. p.655. Chriſtus dicitur Marianæ virginitatis filius. §.325.n.5.p.654. Chriſtus Deus matrem niſi virginem habere non poteſt. §.325.n.4.p.654. Num beatam Deiparam Verbi conceptio virginem etiam reddit? §.325. n.3. p.654

Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Porrò in Incarnatione Spiritus ſanctus menti Deiparæ penitus inſeritur. §.326. n.2. p.655. Totam Mariam rapuit ſibi Spiritus ſanctus. §.334. n.1. p.669

Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Caro, quam ex Mariâ ſumpſit Chriſtus, cur vmbra dicitur? §.335.n.5. p.672

Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Nempè Altiſſimi poteſtas, quaſi quædam nubes Deiparæ virginitatem inumbrat. §.325.n.1. p.653

Et quod naſcetur ex te ſanctum, &c. Cur Verbum incarnatum, ſeu Chriſtus, non Sanctus, ſed Sanctum nominatur? §.227.n.5. p.487

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Mariani oris verbum attrahit diuinitatem. §.327.n.2. p.657

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Inde Deiparæ humilitas nimia dicitur. §.334. n.1. p.669. Fiducia & humilitas eſt Mariæ pulchritudo. §.334.n.2.p.669. Quomodo ſola humilitas ineſſe Mariæ dicitur? Inibi.

In feſto S. Marci Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

ADi feſtum S.Lucæ Euangeliſtæ. ibi Euangelium ethicè elucidatur.

In feſto Inuentionis S. Crucis.

IOANNIS XV.

COnſulat in Syllabo rerum, verbo *Crux*.

In feſto S. Barnabæ Apoſtoli.

IOANNIS XV.

ADſimile Euangelium elucidatur in feſto SS.Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Conſule etiam in Syllabo rerum, verbo *Concionator, Sanctus.*

In feſto B.P.N. Ludouic. Gonzaga.

LVCÆ XII.

EVangelium in feſto S.P.N. Ignatij elucidatum eſt. Extra Euangelicam elucidationem pro eius laudibus, vide in Syllabo rerum, verbo *Gonzaga, Gratia, Puer, Sanctus, Peccatum veniale, Proficere.*

In feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

LVCÆ I.

E*Liſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium.* Hactenus illiberi, lætanter exultant in filij natiuitate. Filij enim ſunt matrimonij flores. §.33.n.2.p.123. Filios natura velut parentum Sacerdotes inaugurat eorum cultui. §.37. n.2. p.130. Filius eſt quaſi φίλος, id eſt, amor patris. §.307. n. 6. p.623. vbi multa de amore parentum erga filios.

Et audierunt vicini, & cognati eius...... & congratulabantur ei. Porrò charitas vtilitatem alienam ſibi vuicè tanquam propriam reputat. §.268. n.5. p.556

Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius. E muto ſilentio benè loquitur. Porrò taciturnitas eſt innocentiæ lex, culparum ſepulcrum, loquelæ gymnaſium, &c. toto §.243. p.513

Quis putas puer iſte erit? &c. qui adhuc puer, monachalis dogmatis particeps eſt. §.76. n.2. p.198

Quis putas puer iſte erit? &c. qui in ſolius diuinitatis apicem figit obtutus. §.35.n.3. p.127

Quis putas puer iſte erit? &c. qui carnis ac ſeculi cupiditates non ſolùm obliuiſcitur, ſed etiam neſcit? §.35.n.3. p.127

Quis putas puer iſte erit? &c. qui ſolutus eſt ab illâ lege, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo? §.76.n.1. p.197

Quis putas puer iſte erit? qui homo cùm ſit diuinam quodammodo faciem præ ſe fert. §.21.n.2. p.101

Quis putas puer iſte erit? &c. qui nobilioris generis generoſitatem obliuiſcitur? quare. §. 274. n.1. p.565

Quis putas puer iſte erit? &c. qui Spiritu dominante ſuperfuſus eſt ad caſtitatis tutelam. §.5. n.37. p.55

Quis

Quis putas puer iſte erit? &c. qui ſanctorum propoſitum perhibetur. §.232.n.4. p.495

Plura qui volet de Præcurſoris laudibus, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Monachus, Deſertum, Sanctus, Martyr, Caſtitas, Virginitas.*

In feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Paulli.

MATTHÆI XVI.

QVem dicunt homines eſſe Filium hominis? Quid de ſe incertum imperitè vulgus ſentiat Chriſtus interrogat; cùm vulgus ex ſuperficie cenſuram vibret? Cur abyſſi ſuperficies, non profunditas, obſcura dicitur? §.196.n.3.p.434. In incredibili ſæpè verum eſt, & in veroſimili mendacium. §.196.n.1. p.433

Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Non timet Chriſtus audire quid de ſe dicant linguæ Phariſæorum? Profectò improborum vituperium nihil differt à laude: ſicut laus improborum nihil differt à vituperio. toto §. 191. p. 425. In linguá omnis fortuna ſollicita eſt. §.243.n.2. p.513

Aly Ioannem Baptiſtam, aly autem Eliam, aly verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Non eſt terminus falſo, veritati aliquid extremum eſt. §.203. n.1. §.445. Deus vnus eſt, quia verum vnum eſt; mendacium autem multiplex. §.203. n.3.p.446. Veritatem ſua fortuna ſequitur. §.1. n.17. p.10

Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Sed quare Dei Filius, paternæ bonitatis ſolum imago alicubi dicitur? §. 37. n.4. p.131. Et quare Patris cor, quod nuper lingua, confeſtim calamus appellatur? §. 246. n.5. p.519

Reſpondens Simon Petrus, dixit, &c. Non ſufficit eſſe Simonem, niſi etiam Petrus ſit. quare? §.266.n.3. p.552

Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Magnus eſt Chriſtus in cenſu, & in ore Petri. Porrò ei, qui in ſpirituali viâ ambulat, maior Chriſtus occurrit. quare? §.84. n.3 p.213

Tu es Chriſtus filius Dei viui. Chriſtus quia filius Dei eſt, eſt etiam ipſa ſubſtantia pulchritudinis. §.318.n.5.p.642. Chriſtus in ſe pulcher, ſit etiam pulcher in noſtro intellectu, ſicut in intellectu Petri. §.324.n.1.p.651. Sed quomodo Chriſtus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? §.324.n.4. p.652

Beatus es Simon Bar-iona, id eſt, filius columbæ, nempè Spiritus ſancti. Homóne ex Spiritu ſancto natus, innatam habet ſanctitatem? §.230. n.6. p.492. Spiritus ſanctus eſt animæ noſtræ anima? §.231.n.1. p.492

Beatus es Simon Bar-iona, id eſt, filius columbæ, ſeu Spiritus ſancti. Filius Spiritus ſancti, inquam Nam ſimoniacus velut ſeruum tractat Spiritum ſanctum. §.268.n.6. p.556

Beatus es Simon Bar-iona, id eſt, filius Spiritus ſancti. Nam qui Spiritu ſancto poſſidetur, pietates toto corde ſpirat, & anhelat. § 231. n.6. p.494. Hac ſuper re vide plura in Syllabo rerum, verbo *Spiritus ſanctus.*

Beatus es Simon Bar-iona. Petrus enim arbitrio P.Didac.Celada in Suſannam. paupertatis, Dominus eſt cum Chriſto, & totius naturæ poſſeſſor. §.18.n.5.p.97. Petrus dum omnia abdicat, omnia pleno iure meliùs poſſidet. §.18.n.2. p.96

Beatus es Simon Bar-iona. Nam vel vmbra Petri generoſiùs miracula patrat. quare? §.108. n.5. p.285. Petri vmbra inter eius reliquias colenda eſt. §.299.n.6. p.609

Beatus es Simon Bar-iona. Beatus eſt etiam in carcere, catenis conſtrictus. Nam Chryſoſtomus mauult eſſe Petrus in vinculis, quàm Angelus. §.20.n.5. p.101

Beatus es Simon Bar-iona. Beatus eſt etiam in lacrymis. Nam Petrus ſibi infirmus, à fletu fit omnium firmamentum. §.178.n.6.p.404. Num Petrus dicitur Chriſtum negaſſe, vt fleret? §.177.n.5. p.402

Beatus es Simon Bar-iona. Beatus eſt etiam de Angelorum obſequio. Porrò miriſſima fuit Angeli ſollicitudo pro Petro periclitante. §. 271. n.2. p.560

Beatus es Simon Bar-iona. Beatus, quia in carne mortali dignus fuit præ reliquis hominibus ſummo ſacerdotio. Porrò Sacerdos adeò debet eſſe ſpiritualis, vt carnis expers eſſe dicatur. §.251.n.3.p.527. Reges & Sacerdotes non dicuntur homines. Inibi.

In feſto Viſitationis S. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

EXurgens Maria abyt in montana. Vnde egreditur, vt abeat in montana? Porrò à ſummo cælo eſt Mariæ egreſſio. §.317.n.1.p.639. Cum Maria Deum concipit, arbor montem profert. §.324.n.5. p.653

Exurgens Maria abyt in montana cum feſtinatione. Profectò qui firmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando feſtinat, & proficit. toto §.74. p.194. Parúmne refert, an ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas? toto §.75.p.196

Exurgens Maria abyt in montana cum feſtinatione. Maria ocyſſimè feſtinat. At in nobis profectum in ſpiritu celeriùs maturare, ſæpè ſtitionis principium eſt. toto §.246. p.518

Exurgens Maria abyt in montana cum feſtinatione. Porrò via virtutis quò citiùs, eò faciliùs curritur. §.144.n.4. p.345

Exurgens Maria abyt in montana cum feſtinatione. Moraliſſime feſtinat. Nam ſpiritualis via, via æterna nominatur. quare? §.84.n.2.p.212. Spiritualis via ambulando paratur, & parando ambulatur. §.84.n.3. p.213

Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Superior inferiorem priùs ſalutat. Sanè Deiparæ humilitas dicitur nimia. §.334. n. 2. p.669. Humilitas eſt Mariæ pulchritudo. §.334. n. 2. p. 669. Quomodo ſola humilitas ineſſe Mariæ dicitur? Ibidem

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans, &c. Præſente Mariâ infans exultat, mater prophetat. Porrò in Mariâ totius gratiæ plenitudo exundat. §.320.n.5. p.646

Exultauit infans in vtero eius. Non vocata adeſt, & gratiam ſpirat. Porrò Maria occurrit

antequam inuocetur,& cauſſas miſerorum anticipat. §.330.n.6.p.663. De meritis Mariæ, & interceſſione piè præſumere licet. p.331. n.4. p. 664. Hac ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo, *Miſericordia Mariæ*,& *Oratio Mariæ.*

Et exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter omnes mulieres, &c. Neceſſe fuit gratiâ repleri Elizabetham, vt Mariam laudaret. Nam de Mariâ loqui, eſt de indicibili dicere. §.315. n.1. p.636. Facultas Mariæ laudandæ à Mariâ eſt.§.315.n.3.p.636.Mariam laudare,illam ambire eſt. Inibi.

Et exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, &c. Verùm Mariæ laudes nemo dignè aſſequi poteſt. quare? §.315.n.4. p.637. Velut culpa Marianæ magnitudinis eſt, quòd laudari dignè non poſſit humano ore. §.315. n.5. p.637

*Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui.*Cùm mater laudatur,neceſſe eſt vt filius laudetur. Porrò laus Deiparæ redundat in filium Deum. §.315.n.2. p.636

Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Quàm ſit ſublimiſſimè auguſta diuina Maternitas,traditur in Syllabo rerum,verbo,*Maternitas Mariæ*,& *Virginitas Mariæ.*

*Beata,quæ credidiſti.*Porrò Chriſtus eredentis potentiâ potentiam defendit ſuam. §.74. num.5. p.195

Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Deus enim adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413

In feſto S. Mariæ Magdalenæ.

LVCÆ VII.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Femina pulchrè inhoneſta peccatrix in ciuitate dicitur. Nam pulchra femina eſt incendiaria. §.2.n.17. p.17. Libidini gehenna hiat. §.1.n.22. p.12

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Non vulgò cenſetur fuiſſe ſcortum,& tamen peccatrix in ciuitate dicitur. Porrò libidinis elatio de ſingulari concubitu, quaſi de conſuetudine præſcribit. §.6.n.17. p.65

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. In Iſraëlitico (id eſt, Dei) populo, effuſior libido notatur. Imò & ſalaciores Chananææ feminæ, filiæ Iſraël dicebantur. quare? §. 6. n. 68. p.75

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Laſciua mulier,peccatrix in ciuitate dicitur. Adeo enim eſt obſtinata libido, vt dicatur impœnitentiæ mater. §.101.n.3. p.244. Libido dicitur Dæmon,& omne malum. §.101.n.1. p.244

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Laſciua mulier dicitur peccatrix. Nam forma feminea eſt aculeus peccati.§.104.n.5. p.278

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Laſciua mulier dicitur peccatrix. Num libido characterem malitiæ imprimit? §. 281. n. 4. p.578. libido eſt omnis mali conceptaculum. §. 301. n.6. p.613

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. O, de blandientis pellaciæ vi, magnum eſt femineæ pulchritudinis myſterium! toto §.179. p.374

Attulit alabaſtrum.....& ſtans retrò, &c. Eſto, Magdalena non timeat,mirum eſt,quòd ſic alacris veniam libidinis ſperet. Nam libido ſpem & timorem tollere ſolet. §.1.n.21. p.18

Et ſtans retrò ſecùs pedes eius. Retrò ſecùs pedes præ verecundiâ accedit. Porrò libido erubeſcendam ſe eſſe, erubeſcendo publicat. §.103. n.1. p.147. Magdalena fuit benè impudens. §.139.n.2.p.336.Cur verecundia dicitur naturæ laus? §.142.n.4. p.342. Rubor eſt purpura virtutum. §.142.n.6. p.342

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Facilis Magdalenæ fucus, eſt pudoris rubor, & lacrymarum gemmæ. §.164.n.2. p.179

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Immenſus Magdalenæ dolor per oculos eliquatur. Nam dolor, libidinis ſynonymum, & commentarius eſt. §.6.n.16. p.65

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Porrò à lacrymis res miſericordiæ redditur iuſtitiæ negotium. §.176.n.2.p.399. Mœſtæ lacrymæ de impetratione exultant. Ibidem. Sed peccator flenda patrare ſcit, flere neſcit. §.176.n.1. p.399

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Sanè inter oculos plorantium ſcribitur *tau*, id eſt, *Innocens, & viuens.*§.178.n.5.p.403.Qui luget,beatus eſt in ſe, luget in re. §.178.n.2. p.403

Lacrymis cœpit rigare pedes eius Lacrymæ ſpongiæ comparantur. quare? §.177.n.2. p.401

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Sed cur Chriſti pedes Magdalena lacrymis lauat? §.177. n. 6. p.402

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Vnde Magdalena quem cum multis lacrymis quærebat,iam priùs inuenit. §.177.n.5. p.402

Lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat. Magdalena piè auata lacrymarum, effuſas lacrymas reſumit. §.177.n.7. p.402

Plura qui volet, adeat in Syllabo rerum,verbum, *Lacryma, Pœnitentia, Libido.*

In feſto S. Iacobi Apoſtoli.

MATTHÆI XX.

Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi, cum filiis ſuis. Sanè affectus eſt improbabilis rerum arbiter.§.213.n.1.p.462.Perfectus amor iudicium de rebus non agnoſcit. §.56. num.5. p.164. Eius,qui affectu ducitur,oculus egreſſus eſt,& cæcè videt.§.213.n.3. p.463

Adorans,& petens aliquid ab eo. Priùs humiliatur, vt petendo impetret. Porrò orantis humilitas, orationis vigor eſt, & impetrationis energia. toto §. 214. p.464. Niſi ex ſui inanitione clamor in oratione non auditur. §.220. num.4. p.475

Dic vt ſedeant hi duo filij mei. Vt ſedeant in ſpiritualì viâ poſtulat? Parúmne refert an ſtudium virtutis in viâ ad cælum,omittas,an intermittas. toto §.75. p.196

Dic vt ſedeant hi duo filij mei,vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Sanè deſiderium dignitatum, concupiſcentia appellatur. §.48.n.2.p.150.Summa poteſtas,ſumma beatitudo ab ambitioſo putatur. §.59.n.4. p.169

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Heu quar ambis, abuſiuè dicuntur Dignitates! §. 311. n. 3. p. 629. Argumentum ambitionia ſcenicum eſt. §. 311. n. 1. p. 629

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Non ſeculari regno, ſed in regno Chriſti ſedes expetunt. At qui honeſtat ambiendi rationes ſanctus Satanas lepidè ouncupatur. §. 48. n. 2. p. 150

Vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Ambitioſè ait, *Vnus*, & *vnus*, quaſi in dignitate ſolitudinem affectet. Porrò labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, io ambitu affectatæ ſolitudinis malè exerrat. toto §. 118. p. 301. Qui neminem patitur parem, io Solitudine errat. §. 71. n. 6. p. 192

Vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Profectò idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe male diuiſus: quare oportet, vt de multis *vnus* fiat. toto §. 190. p. 423. Homo ad ad bonum, *vnus* eſt: ad malum verò *vnus* plures. toto §. 71. p. 189.

Dic vt ſedeant.... vnus ad dexteram tuam, &c. Qui ſeſſionem petit, otium negotiatur. At dies vitæ noſtræ actuoſiùs excolendi ſunt, incolendi ſunt. §. 80. n. 2. p. 205. Otium quædam mentis alienatio eſt. §. 80. o. 5. p. 206. Otium eſt hominis ſepultura. §. 80. n. 6. p. 206

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. In regno Chriſti neſcit quid petit, qui magna dumtaxat expetit. Profectò ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet, &c. toto §. 312. p. 630

Neſcitis quid petatis. Noo enim mundialia bona, ſed Deus, téſque Dei in oratione quærenda ſunt. §. 226. n. 3. p. 484. Orandus Deus dicitur in cælis, vt orans à terra abductus, rebus cæleſtibus affigatur. §. 226. o. 4. p. 485. Noo audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit beneficiis. §. 229. n. 4. p. 490

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Tantum ſe poſſe dicunt, quantum volunt. Nam bona ſtrenuè voluntas a virtutis labore ſabbatizat: Dei arbitrium eſt; & quantum vult, tantum metert dicitur. toto §. 283. p. 581. & §. 217. n. 3. p. 470

Calicem quidèm meum bibetis. Chriſtus autem inſincerum bibit acetum, vt ſinceritatem in Adamo perditam, nobis reſtituat. §. 79. n. 7. p. 204

Calicem quidèm meum bibetis. De ſanctitate, & martyrio Iacobi, vide io Syllabo rerum, verbo, *Sanctus*, *Concionator*, *Martyr*, *Perſecutiones*, *Labores*, *Patientia*.

In feſto S. Annæ, matris Deiparæ.

MATTHÆI XIII.

Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito in agro, &c. Bellè theſauro abſcondito aſſimilatur. Nam Ioſephi in occulto virtus, regnum ei palam attulit. §. 80. n. 2. p. 205. Sed cur Raphaël occultè iubet, vt beneficum à ſe acceptum publicet Tobias? §. 308. o. 3. p. 624

Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito, &c. Cur ſic in teoebris latere theſaurum ſatagit? Sanè vmbra Petri generoſiùs miracula patrat. §. 308. n. 5. p. 625. Bonus Latro à Dominicæ vmbræ beneficio. §. 308. n. 6. p. 625

Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito, &c. Tam ſollicitè cæli bona abſcondit inanis gloriæ metu. Porrò hominis vanagloria contumelioſa eſt Deo. §. 235. n. 5. p. 501. Ambitio vanægloriæ lucere ſatagit non ante Deum, ſed ante mundum. §. 58. n. 2. p. 167. De ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tuta gloria Dei. §. 311. n. 2. p. 629

Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito. Bona cæli benè abſconduntur, ne notanter appareant. Frons noſtra populo conueniat, intùs omnia diſſimilia ſint. toto § 120. p 305

Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito. Sed cur Deipara expetit, vt oſculum ſibi impreſſum in occulto viori Annæ, publicetur, ne ſit deſpicabilis? § 316. n. 4. p. 638. Cur Parentum Deiparæ ſemeo, immaculatum dicitur? §. 321. n. 1. p. 646

Et præ gaudio illius vadit, &c. Multa de bono gaudij, & triſtitiæ malo, habes in Syllabo rerum, verbo, *Gaudium Triſtitia*.

Vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Noo tamen perdit quæ à ſe abdicauit, vt emat beatam gloriam. Quomodò Beati ſuper omnia Dei bona externa & interna conſtitui dicuntur? §. 90. n. 4. p. 224. Beatorum qualis Omnipotentia? Ibi.

Vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Porrò Euangelica paupertas, dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat, ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. toto §. 18. p. 96

Præ gaudio illius ..... vendit vniuerſa quæ habet, &c. Nam Euangelica paupertas cæli gaudia exundantiùs anticipat. §. 18. n. 4 p. 97

Vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum, &c. Vendit per eleemoſynas, & cæli theſaurum emit. Porrò Elemoſyna eſt pretium, & redemptio hominis. §. 52. n. 6. p. 158. Tantum das tibi, quantum à te ad eleemoſynas rapis. §. 40. n. 5. p. 136. Vera eleemoſyna putat ſe magis accipere, quàm dare. §. 42. n. 2. p. 139. De hâc re vide plura io Syllabo rerum, verbo, *Eleemoſyna*, quæ Parentibus Deiparæ valdè congruunt.

Simile eſt regnum calorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna, &c. Scilicet plures margaritæ quærendæ ſunt, vt vna inueniatur. § 10. n. 1. p. 81

Simile eſt regnum calorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, &c. Valdè ſollicitus eſt hic mercator piè auarus in quærendo. Porrò quærentibus Deum dicitur, vt quærant. quare? §. 217. n. 6. p. 471. Deum quærere, virtutis ambitio eſt. §. 187. n. 6. p. 419. Quærere Deum, non carnis, ſed animi negotium eſt. §. 217. n. 1. p. 469

Simile eſt regnum calorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, &c. Qui inexpugnabilis eſt moleſtiis Dei quærendi, feliciter Deum inuenit. §. 187. n. 4. p. 419. Sponſa ſuum ſponſum quærens, interrogatur vbi nam ſponſus ſit. quare? §. 187. n. 3. p. 418

Plura qui velit de S. Anna, videat in Syllabo rerum, verbo, *Nuptiæ*, *Parens*, *Filius*, *Sanctus*, *Eleemoſyna*.

In feſto S. P. N. Ignatij.

LVCÆ XII.

Sint lumbi veſtri præcincti. Mortificatione ſtrictiùs præcingitur, perſecutionibus duriùs vexatur. Sed Ignatius mente extrà carnem fieri decertans, penè ipſa quæ tolerat, ignorabat. §. 172. n, 2. p. 393

Sint lumbi veſtri præcincti. Ad curſum præcingebantur. Sanè Iacob & Ignatius terram ſummo pede tangebant. §. 91. n. 5. p. 526. Via virtututis quo citiùs, eò faciliùs curritur. §. 144. n. 4 p. 345

Sint lumbi veſtri præcincti. Præcinguntur etiam ad bellum cum hoſtibus gerendum. Sed Ignatius parcens, & benefaciens inimicis, vincere ſcit, hoſtis eſſe neſcit. §. 192. n. 4. p. 427. Qui inimicis parcit, de obſtinato victoriam reportat. §. 192. n. 5. p. 428. Profectò inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §. 306. p. 620

Sint lumbi veſtri præcincti. Lumbos arctius mortificatione præcingit. Nam per exceſſiuam mortificationem caro contendi fieri ſpiritualem. §. 285. n. 2. 584. Mortificationis effectus eſt, velut extinctio paſſionum. §. 233. n. 6. p. 497. & §. 282. n. 1. p. 579

Sint lumbi veſtri præcincti. Quò carnis cupiditas mortificatione cohibeatur. Nam homo mortificatus concupiſcentiis velut exemptus eſt. §. 88. n. 3. p. 220. Mortificatio totam vim cupiditatis ad Deum transfert. §. 88. n. 4. p. 220. & §. 35. n. 6. p. 228

Sint lumbi veſtri præcincti. Nam homo per mortificationem defæcatus, & exinanitus à corpore dicitur. §. 35. n. 5. p. 128. Mortificatio carnem non eſſe carnalem compellere nititur. §. 35. n. 2. p. 126. Homo per mortificationem, à ſe deficit. §. 35. n. 3. p. 127

Sint lumbi veſtri præcincti. Quò per mortificationem *ſeruus* eſſe deſinat. Nam qui ſeruilem ac beſtialem concupiſcentiam per mortificationem ſubigit, Rex dicitur. §. 88. n. 6. p. 221

Sint lumbi veſtri præcincti. Ignatius continentiæ floribus præcingitur. §. 284. n. 5. p. 584

Sint lumbi veſtri præcincti. Quò Ignatius alacer non deficiat, quantumuis oppugnetur. Porrò in re virtutis eſt etiam aliqua meriti pertinacis obſtinatio. toto §. 183. p. 411

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Clarior in eo lux expetitur, quaſi iam ſidereus obertare audeat cum Sole. §. 232. n. 5. p. 495

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Ignatius lucet, ſed ardore non conſumitur. Nam eius charitas velut impaſſibilis eſt ſibi, vt aliis proſit, §. 240. n. 3. & 4. p. 508. & ſeq.

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. vt lucernarum claritate inhibeatur error. Nam Ignatij zelus per impoſſibilia audet, quaſi per errorem piè audacem. §. 244. n. 5. p. 516

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Profectò Ignatius cùm ſit lux mundi, non mundo, ſed Deo lucet. §. 58. n. 2. p. 167. Ignatius Suorum ambitionem vetat, vt ſit tota gloria Dei, quam ſolam ambit. §. 311. n. 2. p. 629

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Ignatius humilitatis peramans, lucere in mundo patienter tolerat. Nam eius charitas ſua commoda ſuffert, vt aliis proſit. §. 140. n. 2. p. 337

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. O gaudeamus in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus! §. 143. num. 2. p. 343.

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Luces in manibus, vt ab opere præluceant. Quâ ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo, *Concionator, Exemplum.*

Et vos ſimiles hominibus. Intùs omnia diſſimilia erat; frons Ignatij populo conueniebat, combinatâ ſingularitate notauter communis. toto §. 120. p. 305

Et vos ſimiles hominibus. inter quos, & ipſe verſabatur, & Suos verſari iuſſit, vt eorum vitia emendaret. Quin & conſummatam virtutis perfectionem, è popularium vitiorum gymnaſio ediſcit. quomodò? toto §. 293. p. 598

In feſto Transfigurationis Domini.

MATTHÆI XVII.

Adi Dominicam ſecundam Quadrageſimæ.

In feſto S. Laurentij Martyris.

IOANNIS XII.

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. Sanè homo per mortificationem, à ſe deficit: velut planta eradicatur, & tranſplantatur. §. 35. n. 3. p. 127

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. A morte multiplicatam vitam mutuatur. Nam mortificatio mortalitatem dediſcit, candidata immortalitatis. §. 88. num. 5. p. 221

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Sanè homo per peccatum mortuus, mortificandus eſt, vt viuat. §. 172. n. 5. p. 394

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. Quaſi mortuus iam fuiſſet, aut alter pateretur, Laurentius tormenta ſuſtinet. Sanè homo per mortificationem ſeipſum deſueſcens, ipſe alius fit. toto §. 88. p. 220.

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Rei iam emortuæ benè Laurentius patiens comparatur. Nam bona illius conſcientia, eum in acerbioribus tormentis propè impatibilem, & ferè immutabilem in gaudio facit. toto §. 141. p. 339. Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quædam beatæ impaſſibilitatis æmulatione. toto §. 157. p. 367

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Quaſi cadauer emortuum foret, perdurat in tormentis. Sanè in re virtutis eſt etiam pia aliqua meriti pertinacis obſtinatio. toto §. 183. p. 411

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Quaſi exors carnis foret, tormenta ſuſtinet. Nam Laurentius velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodò reformat. toto. §. 172. p. 392

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,

fuerit, &c. Hem! poſt tot paſſiones adhuc duriora ſtrenuè ſuſtinet? Scilicet per arcanam ethicè antipetiſtaſim, plus patiendo velut impatibilis redditur. toto §. 245. p. 516
Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Sic Laurentius in tormentis exultat, & Tyranno inſultat? Scilicet Laurentio triſtitia eſt materia gaudij; & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. toto §. 292. p. 596. Laurentij virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio ſemper exultat. toto §. 186. p. 416
Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Quid eſt, quòd *cadere* dicitur, cùm proiiciatur, & conculcetur? O rationale prudentiſſimè granum! Scilicet nemo prudens iudicio ac conſilio ſuo eſt miſer. §. 181. n. 3. p. 408. Igitur eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto §. 181. p. 408
Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Dum moritur, ſic lætanter floret, & de fructu exultat? Scilicet cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis èxultim gloriari aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §. 17. p. 94. Gratiæ lenocinio Laurentius, à laboribus, non ab operibus vacat. Nam illi tribulatio, illecebra eſt, ouatio, centrum. toto §. 137. p. 332
Sic *ouat* in tormentis Laurentius, vt mente extrà carnem fieri decertans, penè ipſa quæ tolerat, ignoret. §. 171. n. 2. p. 393
Plura qui volet de eius laudibus, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Martyr, Perſecutiones, Patientia, Sanctus.*

In feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

INtrauit Ieſus in quoddam caſtellum. id eſt, in oppidum muris circumdatum ad hoſtilitatem arcendam. Porrò Maria eſt inſuperabilis, & omnipotens auxilium eius. §. 332. n. 5. p. 666. Mariæ pulchritudo eſt valdè pugnax. §. 317. n. 4. p. 640
Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Quomodò Chriſtus Deus exceptus ſit in vtero Mariæ Deiparæ, vide in feſto Annunciationis.
Quæ etiam ſedens ſecùs pedes Domini, &c. Ad pedes humiliter demittitur. Porrò humilitas eſt eximia Mariæ pulchritudo, §. 334. n. 2. p. 669. Deiparæ humilitas dicitur nimia. §. 334. n. 2. p. 669. Quomodò ſola humilitas ineſſe Mariæ dicitur: Ibidem.
Quæ etiam ſedens ſecùs pedes Domini, &c. Secùs pedes demiſſa iacet, quæ adeò ſublimiſſimè magna eſt? Profectò velut culpa Marianæ Magnitudinis eſt, quòd laudari dignè non poſſit humano ore. §. 315. n. 5. p. 637
Non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? ea quæ ad parandos cibos pertinet. Profectò quandò populus quieto otio ſabbatizat, cælum non pluit Manna. §. 80. n. 4. p. 206. Fruſtrà otio viaticum ſuppeditatur. §. 81. n. 6. p. 208
Maria optimam partem elegit. Felix quæ Chriſti Dei ore laudari meruit. De Maria laudanda vide totum §. 315. p. 636
Maria optimam partem elegit. Deiparæ enim nihil deeſt ad gratiam, & ad gloriam §. 219. n. 2. p. 643. Deiparæ ad cælos Aſſumptio ſententioſè deſcribitur. §. 329. n. 1. p. 660
Maria optimam partem elegit. Multimoda cauſſa cur Deiparæ gloria, principium ignorare, & finem neſcire perhibetur. §. 329. n. 2. p. 660
Maria optimam partem elegit. Cæleſtis patria clariùs rutilat Deiparæ irradiata fulgore. §. 329. n. 3. p. 661. Curia cæleſtis à Maria tamquam à Sole illuminatur. Inibi. Summa gloria eſt in cælo, poſt Deum videre Mariam. §. 329. n. 7. p. 662.
Maria optimam partem elegit. Totum in Mariâ eſt glorioſum, quia totum eſt gratia plenum. §. 329. n. 4. p. 665
Maria optimam partem elegit. Sanè præſentia Mariæ in cælo, eſt aliqua plenitudo beatæ Cælitum gloriæ. §. 329. n. 5. p. 661
Maria optimam partem elegit. E cruce pendens Chriſtus, eſt menſura Marianæ gloriæ. §. 329. n. 6. p. 661. Marianæ gloriæ celſitudo, è Chriſto in cruce pendente taxanda eſt. Ibidem. Silentium eſt optima pars, quam ſibi Maria elegit. §. 245. n. 6. p. 528
Maria optimam partem elegit. Beata gloria Mariæ, *pars* appellatur? An quia altera Marianæ gloriæ compars, eſt eius pro nobis interceſſio? Hâc de re vide plura in Syllabo rerum, in verbo, *Maria*, verbum, *Miſericordia Mariæ*, & *Oratio Mariæ.*
De morte Deiparæ, vide in Syllabo rerum, verbo, *Mors, Sepultura, Reliquiæ.*

In feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

LVCÆ VI.

EXiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Hâc ſuper re vide plura in Syllabo rerum, verbo, *Oratio, Spes, Miſericordia.*
Et pro S. Bartholomæi laudibus, vide in Syllabo rerum, verbo, *Apoſtolus, Concionator, Martyr, Sanctus.*

In feſto S. Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.

MATTHÆI V.

VOs eſtis ſal terræ. quod terram condiat ad cæleſtium ſaporem. Porrò per deſiderium cæleſtis gloriæ, terra in cælum conuertitur. §. 89. n. 6. p. 223. Cur in cælo humanæ carnis terra, Dei gloria plena dicitur. §. 90. n. 3. p. 224
Vos eſtis ſal terræ. Doctor dicitur ſal, quod carnis putredinem arceat. Vndè caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinetur. §. 248. n. 6. p. 523
Vos eſtis lux mundi. Lux Solaris, cui cognata lux eſt, vt mundo luceat. Nam de ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto

toto §. 78. p.101

Vos eſtis lux mundi. Apoſtoli, & Doctores, qui ſunt lux mundi, nun mundo, ſed Deo lucent. §. 58. n. 2. p. 167

Vos eſtis lux mundi. Hàc Doctorum luce Deus ſplendidè veſtitur. Antè lucis enim productionem, Deus quaſi nudus latebat. §. 111. n. 4. p. 289. Deus luce, ieiunator autem Deo veſtitur. Ibidèm.

Vos eſtis lux mundi. O gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus! §. 97. n. 6. p. 237. & §. 118. n. 6. p. 303

Vos eſtis lux mundi. Sapiens in ſenectute ſplendidius lucet. Porrò aſtra matutina in lucendi ſenectute, gratiùs fulgent. §. 64. n. 4. p. 178. Lucere adſuetum depoſitione non extingui, pertarum eſt Ibidèm.

Vos eſtis lux mundi. Male Sapiens alteri inuideat lucendi gratiam. Nam Sol ſolitudinem fugiens, ſplendoris ſui comparem facere conatur. §. 118. n. 3. p. 302

Vos eſtis lux mundi. & quidèm quæ totum mundum illuminet Nam ſanctus Doctor quaſi iam ſidereus oberrare audet cum Sole. §. 212. n. 5. p. 495. Oculato vbique Soli immenſitas pariatur. §. 6. n. 26. p. 66

Vos eſtis lux mundi. Et ſanè Sol Dei eſſe dicitur, non cùm vrit, ſed cùm illuminat inimicos, quo Sapientum hoſtilitas arcetur. §. 192. num. 2. p. 427

Vos eſtis lux mundi, quæ, quos habet ſplendores ſpargat. Porrò ſcientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat. §. 195. n. 6. p. 433

Vos eſtis lux mundi. Sed intentiùs conari oportet, ne hæc lux extinguatur. Nam electus Diabolorum cibus eſt, lux Doctorum in fauillas redacta. §. 238. n. 3. p. 505

Vos eſtis lux mundi. Nil ſpleodidius & ſublimius cæleſti luce. O quàm eſt ſublimiſſimè diuinum Euangelici Doctoris munus, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò inuigilat. toto § 244. p. 515

Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Lux doctrinæ bonis operibus animatur. Nam lingua ſuadet, bona vita virtutem iubet. §. 11. n. 5. p. 85. Sermo eſt virtutis commentum, bonum opus ſuadendæ virtutis character. §. 11. n. 2. p. 83

Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona. Porrò impoſſibile putatur opus, quod bonum Doctoris exemplum non ſuadet. §. 11. n. 4. p. 84

Sic luceat lux veſtea coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Sanè nimiùm iuſtus eſt, qui de alienâ iuſtitiâ ſollicitus, propriam negligit. §. 195. n. 5. p. 433. Inter monſtra eſt, qui omnibus omnia eſt, & ſibi nemo. §. 195. n. 1. p. 432. Imperfectus perfectionem ſuadens, Deo largior eſſe ambit. §. 195. num. 3. p. 432.

Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona. Ex doctrinâ enim bonis operibus nobilitatâ, venit, vt probus ſancte Doctor dicatur, Os Dei, & Lex Dei. §. 244. n. 6. p. 516. Os Doctoris ſanguine Chriſti rubeat, & madeat. § 238. n. 6. p. 506

Sic luceat lux veſtra corã hominibus vt videant opera veſtra bona. Non verba ſplendidè nitida. Nam garrulus Doctor greges Diabolorum paſcit. §. 238. n. 2. p. 504. Inanis verborum pompa in Concionatore vapulat. §. 238. n. 2. p. 564

Plura qui volet de S. Auguſtini laudibus, adeat in Syllabo rerum, verbo, *Sanctus.*

In feſto Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

MATTHÆI I.

Liber generationis Ieſu-Chriſti. Sanè Maria eſt volumen diuino Verbo ſcriptum. §. 332. n. 4. p. 666. Deipara eſt humanæ libertatis regiæ tabulæ. §. 332. n. 4. p. 666. Deipara eſt noſtræ libertatis titulus nobiliſſimus. Ibidem.

Fily Dauid, fily Abrham. Traditur regia Mariæ proſapia. Porrò Maria eſt regium ſceptrum. §. 134. n. 7. p. 670. Angeli nil potiùs habent, quàm Mariæ inſeruire. §. 334. n. 6. p. 670

Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, &c. Eccur tot peccatores in Mariæ genealogiâ proponuntur? Scilicet Mariæ magnitudinem ex magnitudine peccatorum metiri licet. §. 148. n. 7. p. 353

Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Sed exul in Babylone Suſanna, non erat exul. quare? §. 1. n. 4. p. 6. Dei populus mancipium Babylone efficitur, vt ſeruitutis iugum excutiat. §. 6. n. 3. p. 62. Exilij horrorem ſapiens exæmat. §. 19. n. 1. p. 98. Exilij, & egreſſus ab exilio eadem eſt definitio. §. 19. n. 3. p. 98. Babylonicum exilium dicitur Dei abuſus. quare? §. 19. n. 2. p. 98

De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Quare Deus eiuſdem naturæ eſt cum Virgine Deiparâ. §. 317. n. 1. p. 657. Sed quomodò Chriſtus Deus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? §. 324. n. 4. p. 652

Multimoda cauſſa gaudendi in Natiuitate Mariæ. § 323. n. 1. p. 650. Maria eſt ſeculorum panegyris, & temporum felicitas. §. 315. n. 2. p 636

Omnia retroacta ſecula, futuræ Mariæ præſidium experta ſunt. §. 323. n 2. p. 650 Cur Deipara dicitur cunctis ſeculis ſacramentum? §. 323. n. 4. p. 651

In Natiuitate B. Virginis, Dei exultatio in creaturas etiam exanimales exundat. § 323. n. 5. p. 651. Mariæ Natiuitas, lætum triſtitiæ originalis eliminandæ pignus eſt. §. 323. n. 5. p. 651

In Mariæ Natiuitate felici, abortum paſſa eſt pernicioſa peccati fœtura. §. 323. n. 6. p. 651

Analogia Marianæ Natiuitatis cum aurorâ. §. 323. n. 7. p. 651

Plura qui volet, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Maria*: e multis enim non pauca excerpere, procliue erit perito.

In feſto S. Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

MATTHÆI IX.

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Auaritia Principum in durâ vectigalium

vectigalium exactione, multis vapulat. toto §. 44. p. 142. & §. 14. p. 89

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Chriſti oculi Matthæum telonarium ab exactione auellunt. Porrò Chriſtus Inſpector naſcitur, vt pudore afficiat tributorum exactores. §. 14. n. 5. p. 90. Vectigalium exigendorum negotium, obſcuro ænigmati pariatur. §. 14. n. 6. p. 90

Vidit Ieſus hominem ſedententem in telonio Matthæum nomine. Inaniter auaritiæ inuigilat. Porrò cupidus diuitiarum, diuitiarum picturis, atque phantaſmatibus animum ludificat. toto §. 55. p. 162. Auaritia virilitatem carnis effeminat. §. 251. n. 2. p. 527

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Negotium diuitiarum tractat. Sed diuitiæ ſunt teſtimonium mendacij, noſtræ ſeruitutis pretium, mendica egeſtas, &c. toto §. 54. p. 160

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Chriſti Dei oculis Matthæi mira conuerſio peragitur. Sanè oculus ſuprà ſceptrum, Dei hieroglyphicum eſt. §. 204. n. 1. p. 447. Deus totus eſt oculus, totus mens §. 204. n. 3. & 4. & 5. p. 448. Oculus eſt compaſſionis index, & idea. § 168 n. 4. p. 387

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Niſi Dei potentia euelli non potuiſſet, qui tandiu in vitiis ſedebat. Porrò praua diu cuuſuetudo liberam quandam velut neceſſitatem ad peccandum inducere videtur. toto §. 260. p. 542

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Profectò qui Chriſtum ſecutus eſt, illum iam conſecutus eſt. §. 123. n. 2. p. 310

Et ait illi: ſequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Non attendit ad humanas rationes, quæ illum retardarent, quominùs Chriſtum ſtatim ſequeretur. Nam ſimplicitas Sanctorum ad malum rudis eſt, & Dei veſtigiis impreſſa. toto §. 79. p. 203

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Profectò ſicut nec gratiæ donatiua, ita nec peccati ſtipendia, cogitando aſſequi quiſquam eualet. §. 125. n. 3. p. 312

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Quantocyùs paret, nec examinat quid illi imperetur. Nam mandatum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. §. 128. n. 3. p. 318. Obedientia periculum tutum eſt, & immediata ad Deum excuſatio. quomodò? §. 128. n. 5. p. 318

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Iudiciorum, ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit malè acutum. toto §. 196. p. 433

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Scilicet qui malo aſſiduè exemplo non deprauatur, putatur velut alterius naturæ. §. 256. n. 2. p. 535. Quàm noceat malorum ſocietas, ininueſtigabile eſt malitiæ ſacramentum §. 103. num. 5. p. 248. Conuerſatio, ſicut ſpongia vdorem, ſic malitiam conuictorum haurit. §. 103. num. 2. p. 247.

Pro S. Matthæi laudibus, conſule in Syllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Concionator, Martyr, Sanctus.*

In feſto S. Michaelis Archangeli.

MATTHÆI XVIII.

DE Angelis copioſè agitur §. 270 & §. 271. & §. 271. & §. 273. p. 558. & ſeqq. Vide etiam in Syllabo rerum, verbo, *Angelus, Dæmon.*

In feſto S. Angeli Cuſtodis.

ADi feſtum S. Michaelis Archangeli.

In feſto B. P. N. Franciſci de Borgia.

EVangelium ethicè elucidatum eſt in feſto S. P. N. Ignatij. Pro eius laudibus conſule in Syllabo rerum, verbo, *Borgia, Sanctus, Nobilitas, Princeps, Mors.*

In feſto S. Lucæ Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

DEſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos Magna eſt ſplendide Dignitas, ad quam nunc Diſcipuli Domini ſublimantur. At licet ſint lux mundi, non mundo, ſed Deo lucent. §. 58. n. 2. p. 167

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Antea elegerat ad magna Apoſtolici culminis munera, nunc ad minora plures eligit. At ille magnus eſt, qui etiam exiguum munus plenè implet, &c. toto §. 312. p. 630

Et miſit illos binos, vt alter alteri bonum virtutis exemplum ſpiret. Porrò bonum exemplum characteres virtutum loquitur, auditu impoſſibilia, viſu exarmat, & placido imperio imitationem iubet. toto §. 11. p. 83

Et miſit illos binos, vt alter alteri bonum virtutis exemplum ſpiret. Nam virtus ſpectata, arcano boni exempli ſacramento, ſimilem in ſpectatore virtutem oppignerat. toto §. 10. p. 81

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Benè eos Chriſtus Deus ante faciem ſuam mittit. Nam de præſentiâ Dei dicitur homo ambulare coràm Deo. quare? §. 131. n. 2. p. 322. Homo propter Dei præſentiam, Chriſtum induit. §. 131. n. 3. p. 323. Et Dei præſentia mentem hominis refingit in cælum. Inibi.

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Miſſi ſunt, & ante faciem Chriſti eunt. Opinor, Chriſtum etiam deferunt animo præſentem. Porrò Dei in animo præſentia, creaturarum nullificamen eſt, via ad patriam, hypoſtaſis virtutum, & immenſitatis beneficè æmula. toto §. 135. p. 329. Sperárne Deus, quod nemo eius memor poſſit peccare? §. 148. n. 4. p. 352

Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. In tantâ multitudine Prædicatorum, qui Chriſtum prædicant, pauci operarij ſunt? O quàm ſunt

pauci

pauci, qui os Dei, & lex Dei dici poſſint. §. 244. n. 6. p. 516. Os Prædicatorum, Chriſti ſauguine rubere, ac madere debet. §. 238. n. 6. p. 506
Operarij autem pauci, qui non ſuam, ſed Dei gloriam prædicando quærant. Sanè de ambitionis temeritate eſt, vt non fit apud homines tuta gloria Dei. §. 311. n. 2. p. 629
Ite: Ecce ego mitto vos. Miſſi peregrè vagantur iubente Chriſto, & antè faciem ſuam vadunt. Scilicet Subiectus idem eſt ac Deo proximus. §. 140. n. 3. p. 338
Ite: Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Recèns aſciti, & electi, impotes videntur ad tot difficultates ſuperandas. At obedientia potentes inuenit, aut facit. §. 273. n. 3. p. 564. Quod quiſque imperari ſibi videt, poſſe ſe credat. §. 154. n. 4. p. 362
Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Certum ſanè laniena diſcrimen, ſed ex obedientia ſuſceptum. Porrò obedientia periculum tutum eſt, & immediata ad Deum excuſatio. quomodò. §. 128. n. 5. p. 318. Tantum obedienti licet, vt Deum habeat fideiuſſorem. §. 36. n. 1. p. 128
Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Sanè obedientia eſt genus martyrij. §. 123. n. 5. p. 311. Obſequentes immolantur præcepti gladio. §. 36. 0. 3. p. 129
Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Cur Iuſtos tolerat Deus ab iniuſtis penè obrui? §. 150. n. 1. p. 355. Scilicet ad pia tranſeunt merita, ſæuiora impietatis ingenia. §. 150. n. 2. p. 355. Inſtrumentum pœnæ tranſit in gloriæ teſtimonium. §. 150. n. 3. p. 355. Suſanna (ſic & Diſcipuli (fert quidem in ore iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis. §. 150. n. 4. p. 355
Nolite portare ſacculum, neque peram, &c. Extraordinaria ſanè rerum egeſtas. Ceterùm paupertas eſt character Apoſtolicus. §. 74. n. 2. p. 194. Plura de paupertate, vide in Syllabo rerum, verbo *Paupertas, Diuitiæ, Auaritia.*
De laudibus S. Lucæ, vide etiam in Syllabo rerum, verbo, *Sanctus, Concionator.*

In feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

IOANNIS XV.

H*Æc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Charitatem Chriſtus ſic ſetiò iubet. Ipſe enim à ſanctâ ſponſâ vehemēti affectu adamatus, eſſentia amoris dicitur. §. 213. n. 5. p. 464
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Dicit *hæc*, quaſi plura mandet, & vnam charitatis virtutem iubet? Scilicet charitas eſt virtutum fœcunda aduersùs vitia. §. 132. n. 1. p. 324. Charitas dicitur virtutum centrum. quare? §. 137. n. 5. p. 333
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nam omnipotens charitas ipſas miſerias reddit potentes ad virtutis auxilium. §. 132. n. 2. p. 324. Charitatis vis omnipotentiam Dei quodammodò reddit impotentem. §. 132. n. 3. p. 324. & §. 136. n. 1. p. 331
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Chriſtianos amicitia, ſeu fraterna charitas moltis densè elogiis commendatur. toto §. 140. p. 337. & §. 252. p. 518
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nam charitas vtilitatem alienam ſibi vnicè tamquam propriam reputat. §. 268. n. 5. p. 556. Charitas ſua etiam commoda ſuffert, vt aliis proſit. §. 24. n. 2. p. 107. Quomodò charitas vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt. §. 132. n. 5. p. 325
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Magnum ſanè eſt myſteriū charitatis, quæ omnia rapit, quin poſſeſſorem deſpoliet. §. 132. n. 5. p. 325
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Quem autem diligere debeant, non dicit? vt inimicorum dilectionem comprehendat. De dilectione autem inimicorum (ſi placet) vide in Syllabo rerum, verbo, *inimicus.*
Si mundus vos odit, &c. Poſt tot beneficia in mundum collata, mundus Chriſtum, & eius Apoſtolos odio habet? Scilicet mundus hic gratus eſſe non poteſt. quare? §. 305. n. 3. p. 619. Beneficia accepta mundus ſomniata putat. Ibi. Plenus eſt mundus virtutum, quia vitiorum plenus eſt. 293. n. 4. p. 599
Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. In mundo Apoſtoli ſunt Apoſtoli, ſed de mundo eſſe nolunt. Nam mundus obuiis animæ periculis infamis, de inferni confinio rursùs diffamatur. toto §. 91. p. 225. Mundi vſus, & abuſus in confinio ſunt, &c. toto §. 130. p. 320
Si de mundo fuiſſetis, &c. Quare vir eximiè ſanctus dicitur, Mundi exul, & paradiſi incola. §. 76. n. 5. p. 199
Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Profectò ad pia tranſeunt merita, ſæuiora perſecutorum ingenia. §. 150. n. 2. p. 355. Suſannæ de perſecutoribus victoria, iuncta principio, compendioſa beatitudo eſt. §. 150. n. 5. p. 356
Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Tot miraculis omnipotenter beneficiis ingratitudo notatur. Notatur enim ingratitudo ergà Deum de blaſphemiæ reatu. §. 73. n. 3. p. 193. Humana ingratitudo cum omnipotente Dei beneficentia contendere audet. §. 73. n. 4. p. 193. Hominum ingratitudo extrema in Deum. §. 305. n. 2. p. 618
Quia odio habuerunt me gratis. Sed ſponſus Deus, eſſentia amoris dicitur. §. 213. n. 5. p. 464. Solus Deus eſt humano amore dignus. §. 219. n. 6. p. 474. Deúſne immoderantiâ amoris delectatur, qui exigit ex totâ nimietate diligi? §. 136. n. 6. p. 332. Quomodò omnes animæ potentiæ Deum diligere iubentur? §. 136. n. 6. p. 332
Plura qui volet de horum Apoſtolorum laudibus, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Sanctus, Concionator, Martyr.*

In feſto omnium Sanctorum.

MATTHÆI V.

A*Periens os ſuum, dicebat eos.* Sic etiam Euangelij præco, os Dei, & lex Dei dicitur. §. 244. n. 6. p. 516

Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Sic præmaturè paupertas beatur? Scilicet Enangelica paupertas cæli gaudia exundantiùs anticipat. §. 18. n. 4. p.97

Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Sic præmaturè paupertas beatur? Scilicet Euangelica paupertas, dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat ; ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. toto §. 18. p.96

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Nam homo paupertate diues, felicem innocentiæ ſtatom æmulatur. §. 45. o. a. p. 144. Non diues, ſed paoper eſt futori ſeculi diues. §. 45. n. 4. p.145

Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Eſt enim paupertas gymnaſium, & Angelorum vitæ imitatio. §. 56. n 4. p.164. Paupertas eſt caracter Apoſtolicus. §. 74. n. 2. p.194

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Nam pauperes apti ſunt ad cælum. §. 46. n. 5. p. 147. Paupertas eſt indubitatæ ſalutis via. §. 46. n. a. p. 146. Paupertas eſt manuductrix in via ad cælum. §. 46. n. 3. p.147

Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Eſt ne pauper beatè impatibilis? Profectò pauper iniuriam pati non poteſt, quomodò? §. 45. n. 3. p.145

Beati pauperes ſpiritu (id eſt, hnmiles :) *quoniam ipſorum eſt regnum calorum.* Sanè Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ. §. 17. num. 3. p. 95. Plota ad hanc rem, vide in Syllabo rerum, verbo, *Humilitas, Superbia.*

Beati mites. An manſuetodo beatur, quoniam beatorum corporum gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur? §. 208. n. 3. p. 554. Manſuetorum ſtatus, incommntabilis dicitur. quare? §. 208. nnm. 2. p. 454. de manſuetudine, vide io Syllabo rerum, verbo, *Manſuetudo.*

Beati qui lugent : quoniam ipſi conſolabuntur. Sane lacryma paradiſum aut inuenit, aut facit. §. 178. n. 8. p. 404. Suſannæ luctus gaudium immortalitatis emit. §. 178. n. a. p. 403

Beati qui lugent : quoniam ipſi conſolabuntur. Sed quomodò qui triſtis illacrymat, beatns dicitur? Scilicet qui luget, beatus eſt in ſe, luget in re. §. 178. n. a. p. 403. Deus terræ, non aquæ maledicit, ob redemptrices lacrymas. §. 178. n. 4. p.403

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, &c. Id eſt, intentiùs deſiderant. Porrò cæleſtis beatitudo hnmanis deſideriis conditur ad bene placendi gratiam. §. 182. n. a. p. 410. Deſideria & laxant ſinum accipientis, & accepta cuſtodinnt. §. 232. n. 6. p. 495. Beneficiom neſcit cuſtodire, qui neſcit deſiderare. §. 246. n. 1. p.518

Beati miſericordes : quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Hâc ſuper re vide plura in Syllabo rerum, verbo, *Eleemoſyna, & Miſericordia.*

Beati mundo corde. Hâc cordis munditie, bona conſcientia deſignatur. Quâ de re vide in Syllabo rerum, verbo, *Conſcientia.*

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, &c. Multum enim ſibi adiicit virtus perſecutionibus, ac periculis laceſſita. toto §. 289. p. 591. Hâc ſuper re vide in Syllabo rerum, verbo, *Perſecutio, Patientia, Labores, Martyr.*

P. Didac. Celada in Suſannam.

Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines Maledicæ de ſe linguæ ferendæ ſunt, & contemptu vincendæ. §. 189. n. 1. p. 421. Lege totum. §.

Gaudete & exultate, &c. Porrò ſtrenua virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio ſemper exnltat. toto §. 186. p.416

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in calis. De cæleſti Beatorum gloria conſule io Syllabo rerum, verbo, *Beatitudo.*

In feſto Præſentationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ XI.

Extollens vocem quadam mulier de turbâ, dixit illi : Beatus venter, &c. Mulieris ore meritò Deipara laudatur. Glorioſa porrò eſt mulierum infirmitas, quæ Mariæ vigore roboratur §. 332. n. 3. p. 666. Maria eſt correctio Euæ, & Diaboli expulſio. §. 334. n. 7. p. 670. Triſtitia originalis per Mariam eliminatur. §. 332. n. 4. p.666

Extollens vocem quadam mulier, &c. Sed quantumuis vocem extollat, Mariæ laudes digne aſſequi non poterit. quare? §. 315. n. 4. p. 637. De Mariâ loqui, eſt de indicibili dicere. §. 315. n. 1. p.636

Extollens vocem quadam mulier, &c. Sed quamuis extollat vocem, Mariæ landes aſſequi noo eualet. Nam velot culpa Marianæ magnitudinis eſt, quod laudari dignè non poſſit humano ore. §. 15. num. 5. pag. 92. Sed laudatio Mariæ ſine noſtro lucro non fit. §. 315. n. 2. p.636

Extollens vocem quadam mulier, &c. Sanè acclamationibus noſtris Maria coronatur. §. 315. n. 5. p. 637. Et quidèm Deiparam laudare, illam ambire eſt. §. 315. n. 3. p.636

Extollens vocem quadam mulier, &c. Homo conetur Marianæ gratiæ magnitodinem laudando metiri. §. 316. n. 3. p. 638. Licet Dei ſapientia, bonitas, & omnipotentia ſit eius menſura. §. 316. n. 2. p. 638. Quin & Deiparæ magnitudinem ex magnitudine peccatorum metiri licet. §. 148. n. 7. p.353

Extollens vocem quadam mulier, &c. Vocem laudando Mariam extollit, licet ſilentium ſit optima pars, quam ſibi Maria elegit. §. 243. n. 6. p.514

Extollens vocem quadam mulier, &c. Meritò magnâ voce laudatur Maria, quæ eſt ſeculorum panegyris, & temporum felicitas. §. 315. n. a. p. 636

Extollens vocem quadam mulier, &c. Qui per peccatum eramus Diabolorum mancipia, Deiparam laudemos. Ipſa enim eſt hnmanæ libertatis regiæ Tabulæ, & titulus nobiliſſimus. §. 332. n 4. p.666

Extollens vocem quadam mulier, &c. Magna voce meritò laudatur, quæ adeò auguſtè magna eſt, vt ſit citrà Angelorum innidiam. §. 326. n. 8. p. 655. Sibi Angeli gratulantur, quòd B. Virgo potior illis exiſtat. Ibidem.

Beatus venter, qui te portauit, &c. Verè beatus. Nam Deiparæ vẽter, quia virginitatis inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. §. 325. n. 6. p. 654

Beatus venter, qui te portauit, &c. Quomodò Chriſtus Deus ex vtero Mariæ pulehrior euadere dieitur? §.324.n.4. p.652

Beatus venter, qui te portauit, &c. Deipara enim cómunicat Filio quòd homo eſt: Filius communicat Deiparæ quòd Deus eſt. §.327.n.5.p.657. Deipara & filius inhætent vndique eonuiſcerati alterutrum ſibi. §. 327.n.6. p.658

Beatus venter, qui te portauit, &c. Vnde Beata Deipara eſt volomen diuioo Verbo ſcriptum. §. 332.0.4. p.66

Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. Porrò Deipara dum infantem Ieſum lactat, lac ſugit, qoo Suos iofantat. §. 330. n. 6. p. 663. Deiparæ filij omnes ſumus ioſtar Chriſti. quo ſenſu. §.334.n.8. p.670

Cùm Maria in templo præſentatur, in prato gloriæ plantari dicitur. §.327.n.4. p.657

Præpropetè Maria in templo eotàm Dei oculis præſentatur; quò in Mariæ oculis ſe Pater æternus ſpeeuletur. §.334.n.5. p.670

In templo puella paupeteula habitat. Sed Aogeli nihil potiùs habent, quàm inſeruire Mariæ. §. 334.n.6. p.670

De Communi.

Feſta omnia B. Mariæ Virginis, ſuis locis eluеidantur. Omnia etiam Chriſti Dei, & Chriſtianæ fidei myſteria; & Apoſtolorum feſta.

De communi vnius Martyris.

Adi feſtum S. Blaſij Epiſcopi & Martyris, & S. Laurentij.

De communi plurimorum Martyrum.

Adi feſtum S. Sebaſtiani.

De communi Confeſſorum Pontificum.

Adi feſtum S. Nicolai.

De communi Confeſſorum non Pontificum.

Adi feſtum S.P.N.Ignatij.

De communi Abbatum.

Adi feſtum in eoouerſione S. Paulli.

De Communi Virginum & Martyrum.

Adi feſtum S. Agnetis.

De communi Virginum, & Viduarum.

Adi feſtum S. Annæ.

Pro Dedicatione Eccleſiæ.

Adi in Syllabo rerum, verbum, *Templum*, & *Reliquiæ Sanctorum*.

Pro Defunctorum funereis exequiis.

Adi in Syllabo rerum, verbum, *Mors*, *Sepultura*, *Homo*, *Voluptas*, *Lacryma*.

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ ex vtroque Teſtamento.

Ex Geneſi.

Cap. 1. *verſ.* 1. IN principio creauit Deus cælum & terram. §.78. n. 6. p.203. & §.200.n.4. p.441

2. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi §.186. n.3. p.434

2. Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.§.326. n.5. p.656

5. Factum eſt veſpere & mane dies vnus. § 118. n.7. p.302. & §.186.n.2. p.434. & §.292. n.2. p.596

6. Fiat firmamentum in medio aquarum,& diuidat aquas ab aquis. §.178,n.6. p.404

16. Fecitque Deus duo luminaria magna, &c. §.202.n.3.p.444. & §.312.n.2. p.631

26. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. §.239.n.6. p.507

27. Maſculum & feminam creauit, eos. Benedixitque illis,& ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.§.24.n.5.p.108. & §.23.n.4. p.106

27. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum. §. 273.n.6.p.565.& §.119.n.2. p.302

2. 1. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.§.78.n 4. pag.202

5. Tulit ergò Dominus Deus hominem,& poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. § 81.n.2. p.207

7. Formauit igitur Dominus Deum hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. §.21. n. 6. p. 103. & §.119.n.4. p.303

7. Et factus eſt homo in animam viuentem. §.243.n.3. p.513

16. Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. §.36.n.6.p.130.& §.154.n.5. p.363

17. In quocumque enim die comedetis ex eo, morte morieris. §.148.n.3.p.352. & §. 314. n.3.p.634.& §.212.n.4. p.462

17. Ex omni ligno paradiſi, &c. §.256. num.2. pag.552

3. 1. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi? §.111. n. 6. p.290. & §.128.n.2. p.317

5. Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum. §.126.n.5. p.315

6. Et tolit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo,qui comedit.§.297.n.2.p.605

7. Conſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata. §. 165.n.1. p.380. & §.284.n.5. pag.584.

8. Abſcondit ſe Adam,& vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. §. 253. n.3.p.530. & §. 253. n.5. p.548

12. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligoo, & comedi.§.165.n.1. p.381

14. Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. §.145.n.4. p.347. & §.147.n.6. p 351

14. Et terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. §.290.n.2. p.593

16. Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. §.23.n 3.p.106. & §.153.num.2. p.360

17. Maledicta terra in opere tuo.§.178. num. 4. p. 403

20. Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Heua: eò quòd mater eſſet cunctorum viuentium. §.153.n.4. p.361

21. Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos.§.16.n.3. p.374

22. Nunc ergò ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ,&c.§.253.n.2. p.530

23. Et emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis,vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. §.76.n.5. p.199

24. Et collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim,& flammeum gladium,atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. §. 188.n.3. p.420

4. 5. Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit.§.98.n.5.p.239.& §.181.n.5. p.426

5. Iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. §.102.n.2. p.245

6. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? §.180.n.5. p.424

7. Nónne ſi benè egeris, recipies? §.102. n.3. p. 245.& §.252.n.6. p.546

7. Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.§.165.n.3. p.381

8. Conſurrexit Cain aduerſùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.§.237.n.5.p.504

11. Vagus & profugus eris ſuper terram. §. 99. n.3. p.240

14. Omnis igitur qui inuenerit me,occidet me. §. 124.n 4. p.315

17. Et ædificauit ciuitatem,vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch. &c. §. 274. n.2.p.565.& §. 276.n.5. p.570

5. 14. Ecce eiicis me hodie à facie terræ,& à facie tua abſcondar, &c §.204.n.5. p.448

24. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. §.22. n.2. p.103. &

§. 131. n. 2. p. 323

2. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, qoas elegerant. §. 11. n. 5 p. 103. & §. 104. n. 2. p. 277. & §. 21. n. 2. p. 101. & §. 278. n. 2. p. 572. & §. 69. n. 3. p. 186

3. Eruntqoe dies illius centum viginti annorum. §. 93. n. 6. p. 230

3. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. §. 108. n. 2. p. 284. & §. 94. n. 2. p. 231. & §. 154. n. 5. p. 549. & §. 101. num. 3. p. 244. & §. 237. n. 3. p. 503

4. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis: poſtquam enim ingreſſi ſunt ad filias hominum, &c. §. 70. n. 4. p. 88. & §. 274. n. 3. p. 566

4. Delebo hominem, qnem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, &c. §. 108. n. 3. p. 284

5. Videns Deus quòd multa malitia hominum in terra ..... Delebo, inquit, hominem, quem creaui, &c. §. 93. n. 3. p. 229. & §. 101. n. 4. p. 247. & §. 256. n. 2. p. 533. & §. 278. n. 3. p. 573. & §. 287. n. 5. p. 589

6. Pœnitoit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecùs: Delebo, inquit, hominem, &c. §. 66. n. 2. p. 181. & §. 93. n. 4. p. 230. & §. 295. n. 5. p. 601. & §. 67. n. 3. p. 183. & §. 207. n. 2. p. 452

8. Noë verò inuenit gratiam coram Domino, vir iuſtus atque perfectus. §. 93. n. 1. p. 229. & 183. n. 2. p 411. & 237. n. 4. p. 503

9. Noë vir virtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis. §. 13. n. 5. p. 88. & §. 108. n. 4. p. 284. & §. 130. n. 2. p. 322. & §. 138. n. 3. p. 335. & §. 293. n. 1. p. 598

11. Corrupta eſt terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. §. 108. n. 5. p. 285. & §. 8. n. 5. p. 79 & §. 121. n. 3. p. 306. & §. 148. n. 4. p. 352

12. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) &c §. 237. n. 2. p. 503

13. Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniqoitate. §. 261. n. 2. p. 544

15. Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquagita cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo ipſius. §. 39. n. 2. p. 134

7. 11. Rupti ſunt fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadtaginta diebus & quadraginta noctibus. §. 96. n. 3. p. 235

17. Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcā in ſublime à terra, &c. §. 93. n. 5 p 230

8. 1. Recordatus aotem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum quæ erant in arca, adduxit ſpiritum, &c. §. 23. n. 5. p. 106

16. Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum, &c. §. 31. n. 6. p. 121

21. Senſos & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. §. 151. n. 6. p. 358

21. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines. § 228. n. 5. p 488

11. 4. Venite, faciamus nobis ciuitatem ac turrim, &c. §. 215 n 3. p. 466

5. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam. §. 66. n. 4. p. 181

7. Venite igitur, deſcendamos, & confundamus ibi linguam eorum, &c. §. 188. n. 2. p. 420

12. 1. Egredere de terra tua, & de cognatiooe tua & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi. §. 19. n. 6. p. 99

13. 11. Diuiſique ſunt alterutrum à fratre ſuo. §. 158. n. 5. p. 370

15. 12. Circa ſolis autem occaſum pauor irruit ſuper Abraham, & ecce timor magnus incidit, &c. 99. n. 1. p. 139

15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. §. 64. n. 5. p. 178. & & §. 247. n. 2 p. 320

16. 13. Dixit enim: Profectò hîc vidi poſteriora videntis me. §. 270. n. 7. p. 560

18. 15. Negauit Sara, dicens: Non riſi: timore perterrita. §. 144. n. 6. p. 346

19. Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domoi ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciāt iudicium & iuſtitiam. §. 33. n. 4. p. 124

20. Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, &c. §. 99. n. 4. p. 140

21. Deſcendam, & videbo vtrom clamorem qui venit ad me opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. §. 66. n. 3. p. 181. & §. 187. n. 5. p. 436

27. Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum, meum, cùm ſim puluis & cinis. §. 51. n. 3. p. 155. & §. 82. n. 1. p. 209. & §. 224. n. 4. p. 481. & §. 314. n. 4. p. 635

32. Si inuenti fuerint decem. Et dixit: Non delebo propter decem. §. 61. n. 3. p. 172

19. 23. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Loth ingreſſus eſt Segor. §. 249. n. 4. p. 524

24. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo, &c. §. 96. n. 4. p. 235

10. Eiice ancillam hanc, & filiom eius: nō enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. §. 248. o. 3. p. 522. & §. 312. n. 3. p. 631

12. Nunc cognoui quòd timeas Deum, & non peperciſti vnigenito filio too propter me. §. 192. n. 6. p. 428

22. 13. Leuauit Abraham oculos ſuos: viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. §. 16. num. 6. p. 94. & 186. n. 2. p. 416

23. 16. Quod cùm audiſſet Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat, audientibus filiis Heth. §. 212. n. 3. p. 462

24. 1. Erat autem Abraham ſenex, dierumque moltorum; & Dominus in cunctis benedixerat ei: §. 63. o. 4. p. 176

16. Puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. §. 24. n. 3. p. 108

51. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij Domini tui, ſicut locutus eſt Dominus. §. 248. n. 4. p. 522

25. 1. Abraham aliam duxit vxorem nomine Ceturam. § 22. n. 6. p. 105

8. Deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona. §. 63. n. 4. p. 177

27. Iacob

27. Iacob autem vir ſimplex habitabat io tabernaculis. §.116.n.3. p.297
26.2. Ne diſcedas in Ægyptum, ſed quieſce io terra quam dixero tibi. §.110.n.3. p.289
7. Cogitans ne fortè interficerent eum propter illios pulcbritudlnem. §.21.0.3. p.102
13. Benedixitque ei Dominus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſceos, donec magnus vehementer effectus eſt. §.41.n.2. p.137
17. Et ille diſcedens, vt veniret ad torreotem Geraræ, habitaretque ibi: rursùm fodit alios puteos, &c. §.106.n.3. p.451
27.9. Affer mihi de venatione tua. §.313.n.2. p.632
15. Er veſtibus Eſaü valde boois, quas apud ſe habebat domi, induit eũ. §.164.n.4. p.373
33. Expauit Iſaac ſtupore vehementi, & vltrà quàm credi poteſt, admirans, ait: &c. §.149.n.2.& 3. p.354.& §.282.n.3. p.580
39. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, &c. §.130.n.7. p.322
43. Nunc ergò, filij mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Labao fratrem meum in Haran, &c. §.152.n.2. p.358
28.17. Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! ooo eſt hîc aliud niſi domus Dei & porta cæli. §.270.n.5. p.559
18. Surgens ergò Iacob manè, tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit io titulum, fundens oleum deſuper. Appellauitque nomen vrbis Bethel. §.9.n.4. p.81. & §.299.n.2. p.608
21. Erit mihi Dominus in Deum. §.74. n. 2. p.194.& §.229.n.3. p.490
31.50. Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens eſt. §.135. n. 2. p. 329. & §.171.0.2. p.391
24. Manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet, &c. §.73.0.4. p. 193. & 129.n.3. p.319. §.206.n.6. p.452.& §.207. n.6. p.453
26. Non dimittam te niſi benedixeris mihi. §.306.n.2. p.620
28. Neqoaquam Iacob appellabitur nomeo tuum, ſed Iſraël. §.133.n.7. p.327
33.10. Sic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei. §.127.n.2. p.316
2. Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: ac rapoit, &c. §.278.0.5. p.573. & §.24.0.2. p.107
4. Pergens ad Hemor patrem ſuum, accipe, inquit, mihi puellam hanc coniogem. §.37.n.6. p.131
30. Nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. §.307.n.5. p.623
13. Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius io dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis. §.116.n.3. p.298
35.26. Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. §.276.0.3. p.569
37.2. Accuſauit Ioſeph fratres ſuos crimine peſſimo. §.57.n.3. p.165.& §.72.num.3. p.191. & §.252.n.... p.528.& §.269.n.4. p.557
9. Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim, adorare me. §.285.n.5. p.585
38.15. Quam cùm vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem. §.164.n.5. p.380
39.9. Quomodò ergò poſſum hoc malum facere? §.304.n.2. p.617
10. Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti: & ille recuſabat ſtuprum. §.281.n.6. p.579
12. Illa apprehenſâ laciniâ veſtimenti eius dixit: Dormi mecum. Qui relicto in mano eius pallio fugit. §.82.n.5. p.210. & §.169. n.6. p.389.& §.169.n.4. p.388
12. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras. §.82, 0. 2. p. 209. & §.166.n.6. p.384
19. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valdè: traditque Ioſeph in carcerem. §.145. n. 3. p.347
16. In argumentum ergò fidei retentum pallium oſtendit marito. §.169.n.5. p.388
41.29. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ io vniuerſa terra Ægypti: quos ſequentur ſeptem, &c. §.181.n.4. p.409
42.14. Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemioi hinc, donec veniat frater veſter minimus. §.201.n.6. p.443
16. Alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis. §.184.n.2. p.430
21. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam aoimæ illius, dum deprecaretur, &c. §.8. n.4. p.79
25. Frater veſter vnus ligatus in carcere. §.158. n.6. p.370
38. Siquid ei acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad ioferos. §. 179.n.2. p.405
43.9. Niſi reduxero, & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tempore. §.125.n.7. p. 313
44.5. Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet. §.141.n.5. p.340
16. En omnes ſerui ſumus Domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus. §.199.n.2. p.439
47.9. Reſpondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta aonorum ſunt, &c. §.80. n.2. p.205
14. E quibus omnem pecuniam congregauit Ioſeph pro venditione frumenti, & intulit eam io ærarium Regis. §. 44. n. 2. p.143
48.14. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtrum autem, &c. §.7.n.4. p.77
22. Do tibi partem vnam extrà fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. §. 10. n. 5. p. 83. & §. 50. num.2. p.153. & §.250. n.2. p.525
49.2. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum, &c. §.21.n.4. p. 102
3. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, &c. §.277.n. 2. p.571. & 32.n.4. p.122

6.In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illotum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo, &c.§.115.n.4. p.298
7. Quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. §.149. n.3. p.524
17.Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. §.95.n.2. p.227
24.Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël. §. 280 n.2. p.576
50.3.Fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. §.300.n.6. p.611
10. Venerúntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem:vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies. §.9.n.3 p.80

Ex lib. Exodi.

1.8. SVrrexit interea Rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph. §. 305. n.3. p.519
2.6. Cernenſque in ea paruulum vagientem, miſerta eius dixit, &c. §.167.n.7. p.385
14. Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis? &c. §.305.n.6. p.610
3.5. Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. §.88.n.5. p.221
14. Ego ſum qui ſum ait: Sic dices filiis Iſraël: qui eſt miſit me ad vos. §. 51. num. 4. pag.156.& §.283.n.1. p.584
4.22. Hæc dicit Dominus: filius meus primogenitus Iſraël. §.7.n.2. p.76
13.2. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſraël. §. 22. n.7. p.105
3. Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Ægypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti, &c. §.185.n.2. p.415.& §. 305.n.4. p.619
14.15.Dixit Dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me? §.22.n.3. p.444
19. Tollenſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, &c. §.73.n.7. p.194
27. Et inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus, &c.§.303.n.2. p.615
15.11. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia? §.272.n.3. p.562
20. Et ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.§.54.n.5. p.161
24. Et murmurauit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus? §.305.n.5. p.619
16.30. Et ſabbatizauit populus die ſeptimo.§.80. n.4. p.206
20.5.Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, &c.§.307.n.4. p.622
21.17.Qui maledixerit patri ſuo, vel matri morte moriatur. §. 37.n.5. p.131
23.21.Obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: &c. §.305.n.2.p.618
29. Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ.§ 96.n.1. p.234
24.18. Ingreſſuſque Moyſes in medium nebulæ, aſcẽdit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.§.35.n.5. pag.128
25.18. Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi, &c.§.131.n.4. p.323
40.Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.§.11.n.2.p.84
29.31.Arietem autem conſecrationis tolles, & coque carnes eius in loco ſancto quibus veſcetur Aaron, & filij eius.§.256.n.3.p.535
30.32. Caro hominis non vngetur ex eo. §. 251. n.3 p.527
32.4.Tollite inaures veſtras, de vxorum filiorumque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.§.257.n.4. p.554
4. Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.§.14.n.4.p.90.& §.200.n.2. p.441
10. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos. §. 132.n.3. p.324
34.18. Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.§.101.n.2. p.289
35.2. Sex diebus facieris opus: ſeptimus dies .... qui fecerit opus in eo, occidetur. §. 283 n.2. p.581
38.8. Fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.§ 62.n.4. p.174

Ex Leuitico.

19.14. NOn maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum.§.179.n.4. pag.422.
26.23. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoque cõtra vos aduerſus incedam.§.94.n.3.p.231.& §.94.n.4. p.232

Ex Numeris.

11.16. COngrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël.§.247.n.5. p.521
14.9.Receſſit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.§.272.n.2. p.562
17.8. Regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores. §.317.n.2. p.640
22.22. Et iratus eſt Deus. ſtetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, &c. §.269.n.2. p.557
28. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt: Quid feci tibi? cur percutis me iam tertio? §.258.n.2. p.555
41. Mane facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi. §. 179. n. 2. p.423
24.14.Verumtamen pergens ad populum meum, dabo tibi conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. §. 279.n.2. p.574
25.7.Quod cum vidiſſet Phinees, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingreſſus

iogreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar & perfodit ambos ſimul in locis genitalibus . §.65.n.3. p.174

Ex Deuteronomio.

4. 6. HÆc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. §.34.n.2. p.125
6. En populus ſapiens & intelligens, gens magna. §.103.o.6. p.248
26. Teſtes iouoco hodie cælum & terram, citò perituros vos eſſe de terra. §.187. num. 6. p.437
22. 11. Non indneris veſtimento, quod ex lana linóque contextum ſit. §.57.n.4. p.166
30. 11. Maodatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, ncque procul poſitum, &c. §.173.o,6. p.395
31. 24. Poſtquam ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, &c. §.304.n.3. p.617
32. 11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, &c. §.272.n.7. p.363
15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. §.55. o.2. p.162
24. Conſumeotur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. §.290.n.4. p.593
34. 6. Et ſepeliuit euio in valle terræ Moab contra Phogor. §.299.n.5. p.609

Ex Ioſuë.

5. 9. DIxitque Dominus ad Ioſuë: Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatúmque eſt nomen loci illius Galgala. §.275.n.5. p.568
10. 11. Sol contra Gabaon non moueаris, & Luna contra vallem Aialon. §.296.n.3. p.603

Ex Ruth.

4. 6. CEdo iuri propinquitatis: neqne enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. §.32.n.2. p.121
1. 18. Videns ergo Noëmi, quòd obſtioato auimo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit. §.183.n.5. p.412

Ex libro primo Regum.

1. 1. FVit vir vnus de Ramathaim ſophim, de monte Ephraïm, & nomeo eius Elcana. §.151.n.7. p.358
8. Aona, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? §.146. n.2. p.348
14. Vſquequò ebria eris? Digere paullſper vinnm, quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi, &c. §.208. n.5. p.455
15. Vinum, & omne qood inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam, &c. §.242.n.4. p.514
17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace; & Deus Iſraël der tibi petitiooem tuam. §.222.o.6. p.479
18. Vultúſqne illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. §.291.n.4. p.595
23. Precórque vt impleat Dominus verbum ſuum. §.184.n.4. p.414
2. 21. Et magnificatus eſt puer Samuël apud Dominum. §.234.n.2. p.498
3. Deus ſcientiarnm, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. §.204.o.4.& 6. p.448
22. Et ait Samuël: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? §.36. num. 3. p.129
22. Melior eſt enim obedientia, quàm victimæ. §.126.n.4.p.315.& §.36.o.4.p.129.& §.123. n.5.p.310
23. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. §.126.n.3.p.314.& §.128.n.4. p.318
16. 12. Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. §.212.n.3. p.460
17. 44. Dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtiis terræ. §.179.n.3. p.422
19. 9. Et factus eſt ſpiritus Domini malus io Saül. Sedebat autem in domo ſua, & tenebat lanceam: porrò Dauid pſallebat, &c. §.27.n.2. p.112
24. 5. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. §.149. num. 4. p.354
21. Et nunc quia ſcio, quia certiſſimè regnaturus ſis, &c. §.149.n.5. p.354
22. Iura mihi in Domino, ne deleas ſemeo meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Saüli. §.27.n.3. p.113
25. 29. Si enim ſurrexerit aliquando homo quærens te, & quærens animam tuam, erit anima Domini mei cuſtodita, &c. §.275. n.3. p.568
26. 25. Benedictus tu fili mi Dauid; & quidem faciens facies, & poteus poteris. §.27.n.4. p.113

Ex ſecundo libro Regum.

1. 9. STa ſuper me, & interfice me: quoniam teneut me anguſtiæ, &c. §. 148. n.7. p.438
8. 1. Percuſſit Dauid Philiſtiim, & humiliauit eos. §.44 o.3. p.144
11. 1. Dauid autem remanſit in Ieruſalem. §. 80. n.5. p.206
2. Viditque mulierem ſe lauantem, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mnlier pulchra valdè. §.279.n.6. p.575
12. 10. Quam ob rem non receder gladius de domo tna vſque in ſempiternum. §.59.n.6. p.187
13. Dixit Danid ad Nathao: Peccaui Domino. §.165.n.6. p.382
28. Ne, cùm à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria. §. 311. num. 5. p.630
31. Populum quoque eios adducens ſerrauit,

& circumegit ſuper eos ferrata carpenta, &c. §.147.n.5. p.351
14. 27. Nati ſunt autem Abſalon filij tres: & filia vna nomine Thamar, elegantis formæ. §.32.n.3. p.122
16. 1. Cùm duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ,&c. §.313.n.4. p.633
4. Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth. §.258.n.3. p.556
12. Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodiernâ. §.8. n.3. p.79.& §.222.n.2. p.478
18. 18. Dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.§.32.n.3. p.122
24. 2. Perambula omnes tribus Iſraël à Dan vſque Berſabee, & numera populum, vt ſciam numerum eius.§.184.n.2. p.413
10. Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus, & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto. §.215.n.4.p.467.& §.258.n.2. p.538
16. Cúmque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictione,&c.§.272.n.5. p.563

Ex III. Regum.

1. 4. ERat autem puella pulchra nimis, dormiebátque eum Rege, & miniſtrabat ei: Rex verò non cognouit eam. §.253. n.6.p.548.& §.525.n.4. p.526
2. 5. Et poſuit cruorem prælij in balteo ſuo, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius.§.116.n.5. p.298
10. Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omniũ Prophetarũ eius.§. 160.n.3. p.373
3. 7. Ego autem ſum puer paruulus. ..... Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, &c.§.254.n.6. p.533
10. 18. Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat ſex gradus:& ſummitas throni rotunda erat à parte poſteriori. §.329.n.2. p.660
11. 4. Cúmque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos. §.257.n.3. p.537
13. 26. Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini.§.215.n.5. p.467
16. Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth. §.295.n.3. p.602
17. 12. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. §. 68. n. 4. p.185.& §.115.n.1.p.295.& §.144.n.3. p.345
19. 12. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis. §.231. n.5. p.493
22. 38. Et lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, &c. §.163.n.6. p.178

Ex IV. Regum.

2. 9. DIxítque Eliſeus: Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit. Rem difficilem poſtulaſti,&c. §.101. n.2. p.442.& §.242.n.3. p.518
12. Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius. §.140.n.5. p.338
13. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. §.161.n.5. p.375
4. 29. Tolle baculum meum in manu tua,& vade. Si occurrerit tibi homo,non ſalutes eum, &c.§.75.n.3. p.196
21. 13. Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ.§.66.n.6.p.182.& §.67.n.5. p.183

Ex Eſdra.

4. 40. BEnedictus Deus veritatis. §. 203. n. 5. p.446

Ex Tobia.

6. 5. EXentera hunc piſcem, & cor eius,& fel, & iecur repone tibi: ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter, &c. §.286.n.4. p.587
12. 20. Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum, qui me miſit: vos autem benedicite Deum: Et cum hoc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non poterant. §.39. num.3. p.134. & §.308. n.2. p.624

Ex Iudith.

1. 4. ET gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum. §.59.n.4. p.169
2. 2. Vocauit omnes maiores natu,omnes duces ac bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui.§. 178.n.5. p.421
6. Non pareet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam ſubiugabis mihi. §.168.n.4. p.387
9. 17. Exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.§.180.n.5. p.407.& §.185.n.3. p.415
15. 11. Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris. §.250.n.5. p.526
16. 3. Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi. §.227.n.4. p.486

Ex Eſther.

2. 2. QVærantur Regi puellæ virgines ac ſpecioſæ: & mittantur qui conſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas & virgines,&c §.24.n.4. p.108
7. Pulchra nimis, & decora facie. §.324. n.6. p 653
20. Et illa cuncta faciebat vt eo tempore ſolita erat,quo eam paruulam nutriebat.§.234. n.3. p.494
3. 9. Et decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ. § 313.n.3. p.633

Ex Iob.

1. 1. ET erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. §.71.

§.71.n.3.p.190.& §.79.n.1.p.203.& §.103. o.4. p.446
10. Et poſſeſſio eius . . . ir in terra. Sed extende paululum n. . . um tuam, & tange cuncta quæ poſſid . . t, niſi in faciem benedixerit tibi. §.41.n.4. p.138
12. Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt. §.49.n.4. p.152
21. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. §.45.n.2.p.144. & p.161.n.4. p.375
3. 21. Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum. §.91.n.3. p.228
5. 26. Ingredieris in abundantia ſepulchrum. §.63.n.5. p.177
23. Cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. §.183. n.4.p.412
7. 1. Et ſicut dies mercenarij, dies eius § 81.n.5. p.108
10. 11. Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me.p.228.n.4. p.488
22. Et nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. §.91.n.4. p.228
13. 15. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo.... & ipſe erit ſaluator meus. §.183. num.3. p.412
15. 25. Contra omnipotentem roboratus eſt; cucurrit aduersùs eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. §.54.n.6. p.161
17. 3. Libera me Domine, & pone me iuxta te; & cuiuſuis manus pugnet contra me. §.36.n. 1. p.128
3. Et pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. §.133.n.6.p.517.& §.332. n.5. p.666
14. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, ſoror mea, vermibus. §.105.n.3. p.449
20. 11. Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ, &c. §.260.n.3. p.542
21. 10. Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, &c. §.320. n.3. p.645. & §.323.n.6. p.651
22. 6. Nudos ſpoliaſti veſtibus. §.162.n.3. p.376
25. 2. Poteſtas & terror apud Deum eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. §.270.0.6. p.560
29. 13. Benedictio pärituri ſuper me veniebat. §.167.0.4. p.385
25. Cùm ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. §.201.n.5. p.443
31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. §.279. num.7. p.575
11. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima: ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. §.250 n.1. p.525
22. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, &c. §.281.n.2. p.577
18. Quia ab infantia mea creauit mecum miſeratio: & ab vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. §.167.n.2. p.384
34. 6. Violenta ſagitta mea abſque omni peccato. §.215.n.6. p.467
36. 13. Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint. §.58.n.6. p.168
38. 7. Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. §. 64. n. 4. p.178.& §.210.n.4. p.458
39. 27. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? §.20.n.2. p.100
40. 15. Huic montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi. §.110.n.5. p.288
18. Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. §.176.n 3. p.400

Ex Pſalmis.

1. 2. SEd in lege Domini voluntas eius: & In lege eius meditabitur die ac nocte. §.155.n.3. p.364
3. Fructum ſuum dabit in tempore ſuo. §.52. n.5.p.158 & §.81.n.3. p.207
4. Tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. §.81.n.1. p 209
2. 10. Et nunc Reges intelligite. §. 88. num. 6: p.221
11. Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. §.186.n.3. p.417
12. Apprehendite diſciplinam. §.114. num. 4. p.294
4. 2. In tribulatione dilataſti mihi. §.146.num.3. p.349.& § 245.n.6. p.518
3. Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? § 69.n.4. p.186
7. Dediſti lætitiam in corde meo. §.16.num.3. p.93
9. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. §.143.n.3.p.341.& §.157.n.4. p.368
5. 6. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. §.34.n.4. p.125
11. Iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis. § 109.n.4. p.286
6. 1. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. §.198.n.1. p.607
7. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lacrymis meis ſtratum meum rigabo. §.176.n.6. p.401
11. Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valdè velociter. §.256.n.5. p.536
9. 18. Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes, &c. §.159.n.5. p.541
23. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. §.166.0.3. p.383
24. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, &c. §.181.n.3. p.425
26. Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. §.131. n.5. p.323
11. 1. Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus. §.10.n.6. p.83
3. Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt. §.180.n.4. p.424
6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus, &c. §.122.n.3.p.478.& §.223.n.5. p.480
9. In circuitu impij ambulant. §.151.n.3.p.357
12. 2. Quamdiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem. §.181. n.5. p.409

13. 5. Illic

13. 5. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. §.286.n.2. p.586

14. 3. Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. §. 179. num. 5. p.423

16. 4. Et holocauſtum tuum pingue fiat. §.115. n.6. p.296

14. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. p.107.n.6. p.283

17. 6. Dolores inferni circumdederunt me. §.102. n.6. p.246. & §.152.n.5. p.359

26. Cum ſancto ſanctus eris, &c. §.103.num.2. p.247. & §.256.n.4. p.536

35. Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. §.217. n.6. p.487

18. 10. Timor Domini ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi. §.25.n.6. p.110

20. 12. Cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire. §.178.n.4. p.421

21. 7. Opprobrium hominum & abiectio plebis. §.139.n.3. p.336

26. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum. Edent pauperes, & ſaturabuntur, &c. §.114.n.5. p.293

22. 4. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. §.242.n.5. p.512

23. 9. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. §.270.n.8. p.560

13. Qui eſt homo qui vult vitam? §. 205. n. 2. p.449

24. 17. De neceſſitatibus meis erue me. §.47. n.5. p.149

26. 8. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. §.106.n.6. p.281

9. Ne auertas faciem tuam à me. §.106.num.7. p.281

12. Et mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona Domini in terra viuentium. §.58.n.5. p.168 p.168

27. 26. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris. §.94.n.1. p.231

29. 4. Domine eduxiſti ab inferno animam meam: Saluaſti me à deſcendentibus in lacum. §.91.n.6. p.227. & §.96.n.6. p.236

30. 20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te! §.292.n.4. p.597

31. 4. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. §.109. n.3. p.286

32. 1. Exultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio. §.186.n.5. p.418

6. Deum non inuocauerunt. §.226.n.1. p.484

6. Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum. §.270.n.1. p.558

33. 12. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. §.25.n.1. p.109

5. Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me. §.226. n.3. p.484

9. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo. §.236. n.4. p.502

11. Diuites eguerunt, & eſurierunt; inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono. §.54.n.4. p.161

11. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. §.187.n.6. p.419

16. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. §.225.n.6. p.484

84. 12. Veritas de terra orta eſt. §. 203. num. 2. p.446

35. 2. Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo: Non eſt timor Dei ante oculos eius. §.99. n.5. p.245

11. Et iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde. §.31.n.5. p.110

12. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & in lege tua docueris eum. §.34. num.1. p.125

12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. §.48. num.5. p.151

36. 2. Et quemadmodum olera herbarum citò decident: §.246.n.3. p.518

4. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. §.221. n.6. p.477. & §.226. n.2. p.484

5. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet. §.218.n.3. p.471

7. Subditus eſto Domino, & ora eum. §.140. n.3. p.338. & §.224.n.6. p.482

12. Obſeruabit peccator iuſtum; & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. §. 102. num. 7. p.246

15. Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur. §.152. num.3. p.359

31. Lex Dei eius in corde ipſius. §.148. num.5. p.353

37. 4. Non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum. §.183. n. 4. p.429. & §.65.n.3. p.179

5. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. §.65.n.2. p.179. & §.65.n.3. p.179

6. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. §. 183. num. 3. p.429

8. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. §.109.n.1. p.285 & §.249.n.5. p.524. & §.183.n.5. p.429

8. Et non eſt ſanitas in carne mea. §. 249. n.5. p.524

9. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. §.183. n. 2. p.429

18. Et dolor meus in conſpectu meo ſemper. §.335.n.3. p.675

38. 2. Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. §.243.n.2. p.513

2. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me. §.243. n.5. p.514. & §.186.n.4. p.434

3. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. §.140.n.2. p.337. & §.186.n.4. p.434

5. Locutus ſum in lingua mea, &c. §.78. n.3. p.202

7. Verumtamen in imagine pertranſit homo. §.86.n.5. p.217
13. Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas. §.176.n.2. p.199
39. 6. Et legem tuam in medio cordis mei. §.34. n.1. p.125
41. 2. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. §.236.n.6. p.502
43. 5. Qui mandas ſalutes Iacob, in te inimicos noſtros ventilabimus cornu, &c. §.271. n.5. p.561
16. Tota die verecundia mea contra me eſt; & confuſio faciei meæ cooperuit me. §.142. n.7. p.342
44. 1. Pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum. §.33.n.2. p.123
2. Eructauit cor meum verbum bonum, dico opera mea Regi. §.146 n.5. p.519
3. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. §.114.num.2. p.294
10. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. §.34. n.3. p.125
14. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. §.63.n.2. p.176
45. 6. Deus in medio eius, non commouebitur. §.100.n.5. p.242
47. 11. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ. §.311.n.3. p.629
48. 3. Simul in vnum diues & pauper. §.33. n.2. p.159
6. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me. §.298.n.3. p.607
11. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. §.67. n.4. p.183
13. Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. §.121. num.5. p.307
18. Quoniam cum interierit non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria eius. §.59. n.3. p.169
19. Anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. §304. n.4. p.617
49. 16. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? §.11. n.4. p.84
21. Hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. §.15.n.2. p.91. & §.254.n.3.& 4. p.549
21. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum. §.253.n.3. p.547
50. 5. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. §.177.n.2. p.408
14. Et ſpiritu principali confirma me. §.280. n.7. p.577
17. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. §.16.n.5. p.94
54. 16. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. §.124. n.2. p.310. & §.255.n.6. p.535
55. 9. Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. §.178.n.7. p.4[illegible]4
59. 6. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcûs. §.254. num.2. p.548
61. 5. Pretium meum cogitauerunt repellere. §.134.n.3. p.328
62. 10. Introibunt in inferiora terræ. §.50.num.6. p.155
63. 2. A timore inimici eripe animam meam. §.286.n.5. p.587
64. 2. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem. §.309. n.3. p.626
65. 3. In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. §.184.n.5. p.431
20. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me. §.180.n.6. p.407
67. 9. Etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël. §.113.n.4. p.293
18. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium. §.273.n.4. p.564
19. Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus. §.19.num.5. p.99
19. Rex virtutum dilecti, dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia. §.29.n.2. p.116
68. 28. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum. §.129.n.6. p.320
71. 14. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. §.125.n.6. p.313
72. 7. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis. §.55. n.2. p.162.& §.213.n.2.& 3. p.463
22. Et ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. §.65.n.5.p.180.& §.98.n.2. p.238
27. Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. §.327.n.3.p.657.& §.335.n.4. p.671
28. Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt. §.327.n.6. p.658
74. 3. Narrabimus mirabilia tua. §.294.n.3.p.600
9. Quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto..... bibent omnes peccatores terræ. §.197.n.3. p.605
75. 3. Et factus eſt in pace locus eius, &c. §.233. n.6. p.497
76. 4. Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus. §.133.n.4. p.326
6. Cogitaui dies antiquos; & annos æternos in mente habui. §.304.n.5.p.618.& §.323. n.3. p.750
7. Et ſcopebam ſpiritum meum. §.179.num.5. p.405
10. Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? §.43.n.4. p.141
77. 26. Tranſtulit Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſua Africum. §.180.n.6. p.425. & §.277.n.6. p.572
27. Pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata. §.146.n.6. p.519
30. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. §.170. n.2. p.389.& §.270.n.5. p.390

65. Et

65. Et eſcitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. §.297.n.4. p.609
79. 14. Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. §.70. n.3. p.188
80. 11. Dilata os tuum, & implebo illud. §.232.n.6. p.495
13. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. §.213.n.4. p.463
17. Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. §.199.num.4. & 5. & p.439. §.112.n.1. p.290
81. 6. Ego dixi: Dij eſtis; & filij excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini. §.294.n.4. p.600
83. 3. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, &c. §.236. num.5. p.502. & §.310.n.2.3.&4. p.627
84. 7. Deus tu conuerſus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. §.97.n.6. p.237
12. Veritas de terra orta eſt. §.187.n.4. p.436
85. 11. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. §.79.n.3. p.203
11. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. §.79.n.4. p.204
88. 26. Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius. §.287.n.3. p.588
7. Quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filiis Dei? §.270.n.4. p.559
99. 4. Introite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis: confitemini illi. §.95.n.3. p.233
100. 1. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. §.66.n.5. p.182
101. 28. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. §.143.n.7. p.344
102. 20. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. §.273.n.3. p.564
103. 2. Amictus lumine ſicut veſtimento. §.111. n.4. p.289
4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem. §.271.2.3.&4. p.561
29. Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. §.51.num.4. p.156
32. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. §. 223. n.1. p.479
104. 3. Lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. §. 187. n. 2. p.418
4. Quærite Dominum, & confirmamini, &c. §.187.n.4. p.419
18. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertranſiit animam eius. §.253.n.1. p.547
105. 2. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? §.112.n.5. p.291. & §.112.n.6. p.291
34. Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, &c. §.103.n.4. p.248
106. 5. Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. §.118.n.2. p.300. & §.72.n.6. p.192
26. Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat. §.311.n.4. p.630
107. 1. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & pſallam in gloria mea. §.31.n.4. p.120
110. 10. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. §.10.n.2. p.82
111. 7. In memoria æterna erit iuſtus. §.284.n.1. p.583
113. 3. Mare vidit, & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum. §.68.n.5. p.185
4. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium.... A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob. §.323.n.5. p.651
14. Aures habent, & non audient. §.229.n.4. p.490
114. 1. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. §.219.n.6. p.474
2. Quia inclinauit aurem ſuam mihi. §. 224. n.2. p.481
118. 3. Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt: tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. §. 256. num. 5. p.553
4. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. §.175.n.4. p.398. & §.185.n.5. p.313
8. Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque. §.175.n.5. p.399
10. In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis. §.217.n.2. p.469
17. Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos. §. 205. num. 4. p.450
18. Statue ſeruo tuo eloquium tuum, in timore tuo. §.28.n.4. p.115
20. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. §.232.n.2. p.494
36. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. §.258.n.4. p.556
37. Portio mea Domine. §.18.n.4. p.97
74. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. §.10.n.3. p.82
94. Tuus ſum ego, ſaluum me fac. §.54. num.3. p.160. & §.59.n.2. p.168
100. Super ſenes intellexi: quia mandata tua exquiſiui. §.257. n.5. p.538. & §.247. n.1. p.510
112. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum. §. 232. n. 3. p.495
120. Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. §.25. n.3. p.109. & §.28. n.2. p.114. ibid. n.3. & §.127.n.6. p.317. & §.25.n.5. p.110
125. Seruus tuus ſum ego: Da mihi intellectum, vt ſciam mandata tua. §. 275. n. 4. p.568
134. Redime me à calumniis hominum, vt cuſtodiam mandata tua. §.214. num.4. & 5. p.465
137. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis. §.8.n.1. p.78
120. 1. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. §.333.n.6. p.668
8. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & vſque in ſeculum. §.19.n.3. p.98

124. 2. Et Domious in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. §. 272. num. 6. p. 563

126. 2. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. §. 311. n. 6. p. 630

4. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum : ecce hæreditas Domini filij : merces, fructus ventris. §. 33. n. 5. p. 124

129. 1. De profuodis clamaui ad te Domine: Domioe exaodi vocem meam. §. 220. num. 5. p. 475

136. 9. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. §. 174. n. 4. p. 397

138. 7. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? §. 180. n. 3. p. 407

12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur. §. 165. n. 4. p. 381

17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amiei tui, Deus : nimis eonfortatus eſt principatus eorum. §. 41. o. 6. p. 138. & §. 299. n. 3. & 4. p. 609

24. Et deduc me io via æterna. §. 84. oum. 2. p. 213

139. 10. Caput circuitûs eorum : labor labiorum ipſorum operiet eos. §. 209. n. 3. p. 456

140. 1. Domine, clamaui ad te, exaudi me : intende voei meæ, cum clamauero ad te. §. 120. n. 3. & 4. p. 475

4. Non deelines eor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. §. 165. n. 5. p. 382

10. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non eommunicabo cum electis eorum. §. 120. n. 4. p. 305

141. 1. Intellectus Dauid, cùm eſſet in ſpelunca, oratio. §. 221. n. 3. & 5. p. 476

2. Voce meâ ad Dominum clamaui, voce meâ ad Dominum deprecatus ſum. §. 221. o. 4. & 5. p. 476

141. 3. Effundo in eonſpectu eius orarionem meam, & tribulatiooem meam ante ipſum ptonuncio. §. 223. n. 4. p. 480

6. Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. §. 185. n. 6. p. 416

144. 7. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitiâ tuâ exultabunt. §. 255. n. 2. p. 550

146. 7. Præcinite Domino in eonfeſſione. Pſallite Deo noſtro in eithara. §. 219. o. 5. p. 474

147. 6. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas. §. 115. n. 7. p. 297

149. 8. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. §. 155. n. 2. p. 364

150. 2. Laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius. §. 309. n. 4. p. 626

Ex Prouerbijs.

1. 17. FRuſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum. §. 46. n. 4. p. 147

26. Ego quoqoe in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, &c. §. 296. n. 5. p. 604

3. 3. Miſericordia & veritas non te deſerant. §. 53. n. 4. p. 159

7. Time Deum, & recede à malo : ſanitas quippè erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum. §. 25. n. 4. p. 110

P. Didac. Celada in Suſannam.

32. Abominatio Domini eſt omnis illnſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. §. 79. n. 5. p. 204

4. 17. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibont. §. 115. num. 5. p. 296. & §. 288. n. 5. p. 590

18. Iuſtorum ſemita velut lux ſplendens, procedit, & creſcit atque ad perfectam diem. §. 95. n. 5. p. 234

5. 9. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. §. 145. n. 5. p. 347

12. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, &c. §. 160. n. 4. p. 544

14. Penè fui in omni malo, in medio Eccleſiæ & Synagogæ. §. 301. o. 6. p. 613

15. Bibe aquam de ciſterna tua. §. 16. o. 2. & 4. p. 93

6. 19. Proferentem meodacia teſtem fallacem. §. 209. n. 2. p. 456

28. Nunquid poteſt bomo ambulare ſuper prunas, vt oon eomburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, &c. §. 169. n. 7. p. 389

7. 2. Fili ſerua mandata mea, & viues : & legem meam ſicut pupillam oculi. §. 175. n. 2. p. 398

8. 22. Dominus poſſedit me, io initio viarum ſuarum, &c. §. 325. n. 2. p. 653

30. Cum eo eram cuncta componeos. §. 203. n. 7. p. 447

31. Et delectabar per ſingulos, ludens coram eo omni tempore ; ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. § 180. n. 3. p. 423

9. 7. Qui arguit deriſorem, ipſe ſibi iniuriam facit. §. 269. n. 6. p. 558

10. 4. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa : manus autem fortium dioitias parat. §. 80. n. 3. p. 205

7. Memoria iuſti cum laudibus : & nomen impiorum putreſcet. §. 70. n 6. p. 189

9. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. §. 79. n. 3. p. 204

17. Via viæ cuſtodienti diſciplinam : qui autem increpationes relinquit, errat. §. 200. n. 6. p. 442

19. In multiloquio non deerit peccatum : qui autem moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. §. 140. n. 8. p. 339

11. 14. Salus autem, vbi multa eonſilia. §. 178. n. 6. p. 421

30. Fructus iuſti, ligoum vitæ. §. 240. n. 4. p. 509

12. 6. Verba impiorum inſidiantur ſanguini : os iuſtorum liberabit eos. §. 252. o. 6. p. 529

14. De fructu oris ſui vniuſquiſque replebitur bonis : & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. §. 140. n. 6. p. 338

19. Labium veritatis firmum erit : qui autem teſtis eſt repentinus, concionat linguam meodacij. §. 187. n. 2. p. 435

13. 1. Filios ſapiens, doctrina patris : qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur. §. 307. n. 6. p. 623

4. Vult & non vult piger. §. 283. numero 4. p. 582

5. Verbum mendax iuſtus deteſtatur : impius autem confuodit, & confuodetur. §. 214. n. 6. p. 466

8. Redemprio animæ viri, diuitiæ ſuæ, qui antem pauper eſt, increpationem non ſuſtinet. §.45.n.5.p.146.& §.52.n.6. p.158
18. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. §.139.n.6. p.337
21. Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuentur bona. §.253 n.6. p.531
24. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit. §.37. n.3. p.130
14. 3. In ore ſtulti virga ſuperbiæ: labia antem ſapientum cuſtodiunt eos. §.184.n.6.p.431
13. 25. Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis. §.170.n.6. p.390
14. 5. Profert autem mendacium doloſus teſtis. §.184.n.4. p.431
5. Teſtis fidelis non mentitur: profert autem mēdacium doloſus teſtis. §.209.n.4.p.456
10. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. §.117.n.6.p.300.& §.137.n.6. p.334
13. Riſus dolore miſcebitur; & extrema gaudij luctus occupat. §.105.n.3.p.279.& §.205. n.6. p.450
21. Qui credit Domino, miſericordiam diligit. §.53.n.5. p.160
26. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. §.138. num.6.p.335.& §.141.n.2. p.339
30. Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia. §.85.n.5. p.215
32. In malitia ſua expelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua. § 206.n.2. p.451
15. 7. Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. §.185.num.6. p.433
7. Cor ſtultorum diſſimile erit §.291.n.5.p.595
12. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur. §.261. num.5. p.544
13. Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. §.159.n.7.p.372. & §.166.n.6. p.384
18. Vir iracundus prouocat rixas. §.147.num.4. p.351
28. Mens iuſti meditatur obedientiam. §.128. n.7. p.318
16. 20. Eruditus in verbo reperit bona: & qui ſperat in Domino, beatus eſt. §.182. n.4. p.410
17. 22. Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. §.146. num.5. p.349
22. Spiritus triſtis exiccat oſſa. §. 166. num. 4. p.383
27. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritûs vir eruditus. §.140.n.7. p.338
18. 3. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. p.95. num.2. p.232. & §.260.n.4.p.542.& §.259.n.3.& 4. p.541
22. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino. §.29.n.3. p.116
19. 3. Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Dominum feruet animo ſuo. §.65.n.6. p.180
3. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. §.29. n.4. p.117
17. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis: & viciſſitudinem ſuam reddet ei. §.42. n.5. p.140
20. 29. Et dignitas ſenum, canities. §.64.n.6. p.178
22. 2. Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus. §.53.n.1.p.158. & §.49.n.5. p.153
4. Finis modeſtiæ, timor Domini, diuitiæ & gloria, & vita. §.208.n.6.p.455.& § 27.n.5. p.113
6. Prouerbium eſt: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. §.38.n.5. p.133.& §.254.n.7.p.533. & §.260.n.2. p.542
23. 2. Et ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam. §.115. n.4. p.296
13. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virgâ, non morietur. §.307.n.7. p.623
24. 22. Quoniam repentè conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit? §.297.n.5. p.606
25. 20. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi. §.206.num.5. p.452.& §.225.n.4. p.534
26. 15. Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum conuerterit. §.81. n.6. p.208
29. 1. Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. §.261. n.6. p.545
13. Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator eſt Dominus. §.52. num.2. p.157
25. Qui timet hominem citò corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur. §.127. n. 3. p.316.& §.127.n.7. p.317
30. 8. Sed tantum tribue victui meo neceſſaria. §.47.n.6. p.149
9. Aut neceſſitate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei? §.47.n.4. p.149
15. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: affer affer, &c. §.236.n.2. p.501
16. Infernus, & os vulnæ, & terra quæ non ſatiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, ſufficit § 58.n.4.p.167.& §.101.n.2.p.245
17. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui, &c. §.37.n.2. p.130
19. Et viam viri in adoleſcentia. §. 247. num.4. p.520
20. Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum, dicit: Non ſum operata malum. §.62 n.2. p.174
28. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis. §.81.n.4. p.208
31. 8. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. §.255. num.5. p.534
10. Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus pretium eius. §.29.n.5. p.117.& §.317.n.2. p.639
21. Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. §.162.n.6. p.177

23. Nobilia

23. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ. §. 29. n. 6. p. 117

Ex libro Eccleſiaſtæ.

1. 7. OMnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterùm fluant. §. 287. n. 2. p. 388

2. 1. Dixi ego in corde meo: Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis. §. 105. n. 2. p. 278

2. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis? §. 15. n. 4. p. 92. & §. 97. n. 2. p. 216. & §. 105. n. 2. p. 279

4. 8. Vnus eſt, & ſecundum non habet. §. 118. n. 6. p. 302

7. 1. Diſcede ab iniquo, & diſcedent mala abs te. §. 103. n. 5. p. 248

8. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius §. 214. n. 3. p. 465

13. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia § 45. n. 5. p. 146

17. Noli eſſe iuſtus multum. §. 185. n. 5. p. 435

9. 10. Quia nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos, quo tu properas. §. 92. n. 6. p. 228

12. 13. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. §. 26. n. 4. p. 111

40. 23. Amicus & ſodalis in tempore conuenientes, & ſuper vtroſque mulier cum viro. §. 23. n. 1. p. 105

Ex Canticis.

1. 1. OSculetur me oſculo oris ſui. §. 321. n. 5. p. 648

5. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. §. 317. n. 3. p. 640. & §. 331. n. 4. p. 664

5. Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. §. 321. n. 1. p. 648

6. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes, &c. §. 316. n. 5. p. 639

7. Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos. § 148. n. 7. p. 353

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea. §. 13. n. 3. p 88. & §. 210. n. 2. p. 458

9. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. §. 325. n. 7. p. 634. & §. 313. n. 3. p. 636

10. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. §. 271. n. 7. p. 562. & §. 315. n. 3. p. 636

14. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es. §. 317. n. 4 p. 640. & §. 326. num. 4. p. 656. & §. 331. n. 2. p. 664

15. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. §. 317. n. 5. p. 641. & §. 324. n. 1. p. 651. & §. 324. n. 4. p. 652. & §. 325. n. 4. p. 654

2. 3. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. §. 113. n. 7. p. 293

8 Ecce iſte venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles, &c § 318. n. 2. p. 642

10. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. §. 10. num. 4. p. 82. & § 217. n. 5. p. 470

13. Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. § 84. n. 5. p. 213

P. Didac. Celada in Suſannam.

13. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni. §. 271 n. 1. p. 360

14. Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. §. 225. n. 3. p. 481. & p. 318. n. 4. p. 642.

15. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit. §. 174. n 3. p. 396

16. Dilectus meus mihi, & ego illi. §. 77. n. 6. p. 201. & §. 328. n. 1. p. 658

3. 2. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. §. 32. n. 2 p. 87. & §. 293. n. 3. p. 598

2. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. §. 114. n. 1. p. 294

3. Num quem diligit anima, vidiſtis? paululum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea. §. 328. n. 3. p. 659. & § 213. n. 5. p. 464

6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarii? § 13. n. 4. p. 88

7 En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël. §. 322. n. 3. p. 649

8. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, &c. §. 318. n. 1. p. 641

4. 1. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. § 77. num. 5. p. 202. & § 289. n. 4. p. 592

1. Oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet. §. 319. n. 5. p. 644

3. Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum dulce. §. 238. n. 6. p 506

4. Sicut turris Dauid collũ tuũ, quæ ædificata eſt ſuper propugnaculis. p. 331. n. 7. p. 665

5. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs. §. 330. n. 6. p. 663

8 Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te. § 318. n. 3. p. 642. & §. 320. n. 5. p. 646

9. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. §. 334. n. 2. p. 669

11. Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. §. 223. n. 5. p. 483

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. § 319. n. 6. p. 644

13. Emiſſiones tuæ paradiſus. §. 321. n. 4. p. 648. & §. 331. n 1. p. 663

5. 1. Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. §. 114. n. 3. p. 294

1. Veniat dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum. §. 326. n. 3. p. 655

3. Expoliaui me tunicâ meâ, quomodo induar illâ? §. 161. n 6. p. 375. & §. 162. n. 2. p. 376. & p. 334. n. 4. p. 669

5. Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatiſſimâ. §. 35. n 2. p. 126

6. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. §. 320. n. 2. p. 645. & §. 326. n. 2. p. 659

15. Species eius vt Libani, electus vt Cedri. §.524.n.5. p.653
16. Et totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus. §.232.n.4. p.495
17. Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? §.187.n.5. p.418
6. 2. Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. §.270.n.2.p.559
3. Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. §.272.n.1. p.562
8. Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ. §.319.n.2. p.643
9. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora? §.323.n.7.p.641.& §.324.n.2. p.652
12. Reuertere, reuertere, Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. §. 329. n. 7. p.662.& §.332.n.1. p.665
7. 1. Quid videbis in Sulamite niſi chorus caſtrorum? §.98.n.3. p.238
2. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. §.325.n.6. p.654
4. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. §.334.num.5. p.670
7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ. §.329. n.6. p.661
10. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. §.328.n.6.p.660.& §.333.n.4. p.668
8. 1. Quis mihi det te fratrem meum......vt inueniam te foris, & deoſculer te. §.328. n.4. p.659.& §.316.n.4. p.638
5. Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. §.318.n.5. p.642
7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. §.132.n.5.& 6. p.315
8. Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt? §.327.n.7. p.658
9. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. §.284. num.3.p.583. & §.331.n.5. p.664
10. Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. §.331.n.6. p.665
13. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam. §.333.n 3. p.667

Ex libro Sapientiæ.

1. 5. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. §.203.n.8. p.447
12. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ. §.151.n.2. p.357
16. Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, &c. §.303.n.4. p.616
2. 7. Non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. §.97. n.3. p.236. & §.106, n.4. p.281. & §.147. n.3.p.350.& §.117.n.4. p.299
8. Nemo noſtrûm exors ſit luxuriæ noſtræ. §.163.n.3. p.178
10. Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, &c. §.163.n.4. p.178
12. Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, &c. § 12.n.4. p.86
4. 1. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immortalis eſt enim memoria illius. §.122.n.1.p.307.& §.21.n 4. p.103
8. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata §.64.n.3. p.178
8. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. §.247 n.6. p.521
12. Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum. §.151.n.5. p.358
12. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, &c. §.170.n.4. §.390
5. 18. Accipiet armaturam zelus ipſius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. §.148.n.6. p.353
6. 6. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum his qui præſunt, fiet. §.295.n 4. p.602
7. 2. Coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis....Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. §.119.n.5. p.303
26. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. §.37.n.4. p.131
8. 19. Puer autem eram ingenioſus, &c. §.289.n.5. p.592
9. 4. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis. §.234.n 4. p 498
10. 1. Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit. §.320.n.4.p.646. & §.323. n.4. p.650
12. 16. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt. §.100. n.3. p.441
13. 2. Aut Solem & Lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt. § 259.n.6. p.541
16. 29. Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet: & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. § 73.n.6. p.194
17. 11. Nihil enim eſt timor, niſi proditio cogitationis auxiliorum. §.127.n.4. p.316

Ex Eccleſiaſtico.

1. 9. Ipſe creauit eam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. §.316. n.3. p.638
2. 2. Riſum reputaui errorem, &c. §.97.n.5. p.237
9. Qui timetis Dominum, ſperate in illum; & in oblectationem veniet vobis miſericordia. §.182 n.5. p.411
3. 27. Qui amat periculum, in illo peribit. §.128. n.5. p.318
4. 9. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum, &c. væ ſoli. §.118.n.3. p.301
5. 8. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. §.262. n.2. p.545. & §.252.n.5. p.546
6. 16. Amico fideli nulla eſt comparatio. §.240. n.5. p.509
16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis. §.245.n.4.& 5. p.517
26. Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuú. §.156.n.4.p.552
30. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis. §.228. num.7. p 489. & § 331.n.3.p.664.& §.330.n.4. p.663

7. 13. Sicut

7. 13. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. §. 49. n. 3. p. 152
17. Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. §. 155. n. 4. p. 551
21. Gratia enim verecundiæ eius ſuper aurum. §. 142. n. 6. p. 342
34. De negligentia tua purga te cum paucis. §. 173. n. 4. p. 395
10. 31. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? §. 239. n. 2. p. 506
11. 4. In veſtitu ne glorieris. §. 160. n. 1. p. 372
12. Et homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate. §. 56. n. 3. p. 164
21. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. §. 86. n. 3. p. 317
14. 6. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo iniquius; & hæc redditio eſt malitiæ illius. §. 7. n. 5. p. 77
12. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, &c. §. 205. n. 5. p. 450
15. 1. Et obuiabit illi quaſi mater honorificata. §. 320. n. 1. p. 645. & §. 534. n. 8. p. 670
9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. §. 181. n. 4. p. 426
17. 18. Eleemoſyna viri quaſi ſignaculū cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillã conſeruabit. §. 43. n. 2. p. 139. & §. 308. n. 3. p. 624
18. 31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias, faciet te in gaudium inimicis tuis, Ne oblecteris in turbis. §. 58. n. 3. p. 167
19. 1. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. §. 173. n. 2. p. 394
20. 2. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: Sic qui facit per vim iudicium iniquum. §. 180. n. 3. p. 576
14. Datus inſipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt, exigua dabit, & multa improperabit. §. 308. n. 4. p. 624
27. Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. §. 209. n. 7. p. 457
9. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. §. 50. n. 5. p. 154
22. 33. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me. §. 186. n. 5. p. 435
23. 5. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me. §. 287. n. 4. p. 588
27. Et non intelligit, quoniam omnia videt oculus illius. §. 204. n. 3. & 7. p. 448
24. 8. Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui: in fluctibus maris ambulaui. §. 330. n. 3. p. 663
16. Et in plenitudine ſanctorum detentio mea. §. 329. n. 5. p. 661
23. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. §. 330. n. 5. p. 663
24. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. §. 330. n. 5. p. 662
25. In me omnis gratia viæ, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. §. 323. n. 3. p. 650. & §. 332. n. 2. p. 665
26. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. §. 333. n. 2. p. 667
29. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, ad huc ſitient. §. 236. n. 3. p. 501
31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. §. 315. n. 5. p. 637
25. 17. Omnis plaga, triſtitia cordis eſt. §. 146. n. 4. p. 349. & §. 166. n. 2. p. 382
32. Manus debiles & genua diſſoluta mulier, quæ non beatificat virum ſuum. §. 56. n. 5. p. 164
33. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. §. 104. n. 3. p. 277
26. 4. Diuitis & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. §. 179. n. 7. p. 406
6. Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem, ſuper mortem omnia grauia. §. 214. n. 1. p. 464
19. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata. §. 29. num. 7. p. 118. & §. 142. n. 5. p. 342
27. 4. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. §. 158. n. 3. p. 354
30. 22. Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo. §. 181. n. 2. p. 408
24. Triſtitiam longè repelle à te, multos enim occidit, &c §. 159 n. 4. p. 371
31. 14. Memento quoniam malus eſt oculus nequam: Nequius oculo quid creatum eſt? Ideo ab omni facie ſua lacrymabitur, cum viderit. § 261. n. 3. p. 544. & §. 83. n. 6. p. 212
32. 1. Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. §. 118. num. 5. p. 301
14. Ante grandinem præibit coruſcatio, & ante verecundiam præibit gratia. §. 142. n. 4. p. 342
33. 5. Præcordia fatui, quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis, cogitatus illius. §. 151. n. 4. p. 357
29. Mitte illum in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otioſitas. §. 80. n. 6. p. 206
31. Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua. §. 80. n. 7. p. 206
34. 6. Et ſicut parturientis cor tuum phantaſias patitur. §. 55. n. 4. p. 162. & §. 105. n. 4. p. 279
35. 4. Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. §. 52. n. 3. p. 157. & §. 304. n. 6. p. 618
21. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. §. 219. n. 2. p. 473. & §. 223. n. 3. p. 479. & §. 224. n. 1. p. 481
38. 16. Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare..... §. 300. n. 4. p. 600
17. Amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam. §. 167. num. 6. p. 385
19. A triſtitia feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem. §. 166. n. 5. p. 383

40. 1. Et iugum graue ſuper filios Adam, à die exitûs de ventre matris eorum, vſque in die ſepulturæ in matrem omnium. §.110. n.2. p.287
2. Cogitationes eorum, timores cordis, adinuentio expectationis. §.106.n.2. p.280. & §.127.n.5. p.316
41. 5. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, &c. p.314.n.2. p.634

Ex Iſaia.

1. 2. Filios enutriui, & exaltaui. §.7.n.2. p.76
17. Diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus. §.42.n.4. p.140
18. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbabũtur, &c. §.68.n.3.p.184
24. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. §. 296. n.4. p.604
31. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtupæ & opus veſtrum quaſi ſcintilla, &c. §.82.n.6. p.210
2. 4. Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt Sanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum. §.73.n.3. p.193
3. 9. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorum. §.121.n.2. p.305
12. Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis. §.44. n.4. p.143
6. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum.... Seraphim ſtabant ſuper illud, &c. §.22.n.5.p.104. & §.100. n.6. p.243
2. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. §.133.n.2.p.326 & §.74. n.3. p.195
2. Duabus velabant faciem eius. §.309.num.2. p.625
3. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ eius. §.90.n.3. p.224
3. Plena eſt omnis terra gloria eius. §.133.n.3. p.326
7. 14. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuël. §. 325. n.5. p.654
8. 13. Dominum exercituum ipſum ſanctificate. §.185.n.1. p.415
9. 6. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. §.154.n.2. p.362
10. 22. Conſummatio abbreuiata inundauit iuſtitiam. §.312.n.6. p.632
11. 1. Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. §.327. num.4. p.657. & §.334.n.7. p.670
3. Et replebit eum ſpiritus timoris Domini. §.231.n.6. p.494
14. 15. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. §.277.n.3.p.571. & §.296. n.2. p.603
21. 12. Si quæritis, quærite: conuertimini, venite. §.217.n.6. p.471
24. 17. Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. §.91.n.2. 225
26. 8. Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. §.133.n.5. p.326
10. Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam. §.258.n.5.p.540. & §.254.n.6. p.549
15. Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti: nunquid glorificatus es? elongaſti omnes terminos terræ. §.254.n.7. p.550
27. 12. Et vos congregabimini vnus & vnus filij Iſraël. §.71.n.4. p.190
29. 18. Et de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. §.200.n.5. p.441
30. 21. Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. §.46.n.3. p.147
33. 22. Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter. §.118. n.5. p.290
35. 8. Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus. §.84.n.4. p.213
38. 5. Fleuit Ezechias fletu magno, &c. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. §.177.n.3.. p.401
40. 3. Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. §.180.n.2.p.423
31. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, &c. §.75. num.2. p.196. & §.74.num.4. p.195. & §.210.n.3. p.458. & §. 246. n.2. p.518. & §. 291. n.5. p.599
3. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. §.242. n.6. p.512. & p.158.n.2. p.369
24. Tacui, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul. §.15. n.1. p.91
14. Tacui ſemper, ſilui, &c. §.258.n.4. p.539. & §.255.n.3. p.550
43. 24. Seruire me feciſti peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. §.173. n.3. p.395
48. 1. Qui iuratis in nomine Domini & Dei Iſraël, recordamini non in veritate, neque in iuſtitia. 171.n.3. p.391
9. Laude meâ infrenabo te, ne intereas. §.289. n.6. p.592
10. Ecce excoqui te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis. §. 289. n.7. p.592. & §.290.n.6. p.594
22. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. §.117. n.5. & 7. p.300
53. 1. Quis credidit auditui noſtro? §. 248. n.1. p.521
8. De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? § 276.n.4. p.570
54. 17. Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas.... Et ego creaui interfectorem ad diſperdendum. §.92.n.4. p.228
55. 1. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite.... vinum & lac. §.112. n.1. p.190
1. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione. §.229.n.6. p.490
57. 1. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. §.314.n.5. p.635
20. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. §.291.n.3. p.598

58. 3. Quare

58. 5. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. §. 123. n. 3 p. 309
10. Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, &c. §. 42. n. 5. p. 139
21. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. §. 110. n. 6. p. 289
61. 3. Vt ponerem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, &c. §. 137. num. 4. p. 333. & §. 177. n. 4. p. 402
62. 4. Sed vocaberis voluntas mea in ea. §. 36. n. 5. p. 119.
64. 7. Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. §. 303. n. 5. p. 616
65. 20. Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. §. 157. n. 4. p. 538
66. 23. Et erit menſis ex menſe, ſabbatum ex ſabbato. §. 233. n. 5. p. 497
24. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me, §. 253. n. 4. p. 531

Ex Ieremia.

1. 11. QVid tu vides Ieremia? & dixi: Virgam vigilantem ego video. §. 204. n. 2. p. 447
2. 18. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? § 91. n 4. p. 226
3. 5. Nunquid iraſceris in perpetuum, aut perſeuerabis in finem? Ecce locuta es, & feciſti mala, & potuiſti. §. 43. n. 6. p. 142
8. 17. Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & mordebunt vos. §. 85. n. 4. p. 215
13. 23. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. §. 260. n. 6. p. 543
15. 17. Gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. §. 138. n. 5. p. 335
19. Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meum ſtabis. §. 131. n. 6. p. 323.
19. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. §. 144. n. 6. p. 516
16. 18. Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum. §. 57. n. 3. p. 165. & §. 60. n. 5. p. 171. & §. 277. n. 1. p. 570
17. 1. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino exaratum, ſuper latitudinem cordis eorum. §. 124. num. 6. p. 312.
8. Nec aliquando deſinet facere fructum. §. 81. n. 3. p. 207
13. Recedentes à te in terra ſcribentur. §. 67. n. 4. p. 183
18. 23. In tempore furoris tui abutere eis. §. 19. n. 2. p. 98. & 301. n. 5. p. 612
20. 9. Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinens. §. 129. num. 5. p. 329
29. 22. Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab; quos frixit Rex Babylonis in igne. §. 294. n. 5. p. 601
31. 21. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. §. 95. n. 4. p. 233
32. 25. Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cùm vrbs data ſit in manus Chaldæorum. §. 9. n. 1. p. 80

Ex Threnis.

2. 13. MAgna enim eſt velut mare contritio tua: quis medebitur tui? § 259. n. 2. p. 540. & §. 124. n. 1. p. 310
3. 25. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. §. 217. n. 1. p. 469
27. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. ſedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe. §. 38. n. 4. p. 132. & §. 38. n. 3. p. 132 §. 76. n. 2. p. 198. & §. 77. n. 3. p. 200. & § 172. n. 2. p. 398
51. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. §. 257. n. 2. p. 537. & § 278. n. 4. p. 573. §. 279. n. 4. p. 575
4. 2. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea.... Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. §. 275. n. 6. p. 568
6. Quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. §. 283. n. 6. p. 430
5. 4. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus. §. 44. num. 6. p. 144.

Ex Baruch.

3. 25. LVxerunt ei eum iucunditate, qui fecit illas. §. 58. n. 2. p. 167

Ex Ezechiele.

1. 10. FAcies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. §. 75. n. 4. p. 197
24. Et audiebam ſonum alarum quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei. §. 272. n. 4. p. 563
6. 9. Quia contriui cor eorum fornicans, & recedentes à me: & oculos eorum fornicantes. §. 83. n. 3. p. 211
9. 4. Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: & ſigna Tau ſuper frontes virorum gementium. §. 178. n. 5. p. 404
27. 11. Sed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum. §. 7. n. 6. p. 78
28. 11. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore.... &c. §. 69. n. 2. p. 186

Ex Daniele.

3. 5. CAdentes adorate ſtatuam auream. Siquis autem non proſtratus adorauerit, eâdem horâ mittetur in fornacem ignis ardentis. §. 55. n. 3. p. 162
24. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino. §. 289. n. 3. p. 552

48. Et erupit, & incendit quos repetit iuxtà fornacem de Chaldæis, &c. §. 303. n. 3. pág. 615
92. Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quatri ſimilis filio Dei. §. 241. n. 5. p. 511
4. 24. Et peccata tua elemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. §. 156. n. 3. p. 366
27. Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? &c. §. 59. n. 5. p. 170
30. Eâdem horâ ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit. &c. §. 51. n. 6. p. 156
7. 7. Poſt hoc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, &c. §. 70. n. 2. p. 187.
10. Millia millium miniſtrabant ei & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. §. 334 n. 6. p. 670
8. 5. Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram. §. 91. n. 5. p. 226
10. 19. Deſideriorum vir. §. 132. n. 1. p. 494
12. 3. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. §. 232. n. 5. p. 495
13. 1. Et erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim. Et accepit vxorem nomine Suſannam, &c. §. 19. numero 4. p. 98
2. Accepit vxorem nomine Suſannam pulchram nimis, & timentem Deum. §. 25. n. 2. p. 109
2. Et accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helciæ, pulchram nimis. §. 324. num. 3. p. 652
4. Erat autem Ioakim diues valdè. §. 49. n. 1. p. 152
5. Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. §. 60. n. 2. p. 170. & §. 61. n. 2. p. 172
8. Videbant eam Senes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. §. 83. n. 2. p. 211
9. Et declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iuſtorum iudiciorum. §. 253. n. 4. p. 547
Venerunt & duo Preſbyteri pleni iniqua cogitatione aduersùs Suſannam, vt interficerent eam. §. 245. n. 2. p. 347
31. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur, erat enim coperta. §. 139. n. 4. p. 337
32. At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur, &c. §. 163. n. 2. p. 177. & §. 142. num. 2. p. 379
33. Flebant igitur ſui, & omnes qui eam nouerant. §. 233. n. 4. p. 497
35. Flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. § 180. n. 2. p. 406
41. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi. §. 139. n. 5. p. 337. & §. 209. n. 5. p. 457
Exclamauit voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne, &c. §. 220. numero 1. 2. p. 474
Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor. ...... §. 233. n. 3. p. 496
Tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, &c. §. 215. n. 2. p. 466
Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, &c. §. 230. n. 2. p. 491
50. Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. §. 248. n. 1. p. 522
52. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius. §. 254. n. 3. p. 532
53. Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, &c. § 295. n. 2. p. 600
56. Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. §. 275. n. 2. p. 567
Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram. §. 280. n. 5. p. 576
33. Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio, &c §. 257. n. 3. p. 554. & §. 14. n. 2. p. 89

Ex Oſea.

1. 6. COncepit adhuc, & peperit filium §. 32. n. 5. p. 122
2. 2. Quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abiit, & accepit Gomer filiam Debalaim. §. 281. n. 4. p. 578
14. Ecce ego lactabo eam, &c. §. 77. num. 2. §. 200
14. Ecce ego lactabo eam, & ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. §. 76. n. 3. p. 198. & §. 77. n. 2. p. 200
4 8. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. §. 257. n. 2. p. 554
9. Et erit ſicut populus, ſic Sacerdos. §. 257. num. 1. p. 553
11. Fornicatio, & vinum, & ebrietas, auferunt cor. §. 108. n. 6. p. 285
13. Ideò fornicabuntur filiæ veſtræ, ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. §. 307. n. 3. p. 622.
7. 9. Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ignorauit. & humiliabitur ſuperbia Iſraël, &c. §. 254. num. 4. p. 532
9. 10. Ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem. §. 107. n. 2. 3. p. 282
10. 11. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius, &c. §. 109 n. 5. p. 286
11. 4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. §. 17. n. 6. p. 95. & §. 148. num. 2, p. 352
13. 14. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? §. 104. n. 5. p. 278

14. Ero

14. Ero mors tua ô mors, morſus tuus ô inferne. §. 188.n. 3. p. 437. & §. 255. num. 2. p. 533
14. 6. Ero quaſi ros, Iſraël germinabit ſicut lilium, & erumpet radix eius vt libani. §. 584.n.4. p.583

Ex Ioël.

1. 12. COnfuſum eſt gaudium à filiis hominum.§.310.n.6. p.628

Ex Amos.

1. 5. COnteram vectem Damaſci, & diſperdam habitatores de campo idoli, & tenentem ſceptrum in domo voluptatis. §. 163.n.7. p.379
5.25. Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius. §.57.n.5. p.166
6. 14. Qui lætamini in nihilo. §. 97. n.4. p.237

Ex Abdia.

1. AVditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes miſit: ſurgite, &c. §.273.n. 6. p.565

Ex Iona.

1. 5. ET miſerunt vaſa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. §.34.n. 6. p. 126
9. Et dixit ad eos: Hebræus ſum ego, & Dominum Deum cæli timeo: Et timuerunt viri timore magno. §. 57.n.2. p.165
2. 1. Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, &c. §. 207.n.5. p.453
4.3. Et nunc Domine, tolle animam meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita. §. 188.n.2. p.437
11. Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum, &c. § 61.n.4. p.173

Ex Michæa.

5. 2. ET tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël. §. 125. n. 2. p.295. & §. 149.n.5. p.355
6. 10. Adhuc ignis in domo impij, theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena. §. 302.n.3. p.614

Ex Nahum.

1. 3. ET mundans non faciet innocentem. §. 255.n.7. p.551

Ex Habacuc.

1. 16. QVia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. §. 238. num. 3. pag 505.
2. 5. Qui dilatauit quaſi infernus animam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur, & congregabit ad ſe omnes gentes, & coacervabit ad ſe omnes populos. §. 14. n.6. p.90
6. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius, & dicetur, væ ei, qui multiplicat non ſua; vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum. §. 50.n.3. p.154
3. 2. Dum iratus fueris, miſericordiæ recordsberis. §. 43.n.3. p.141
5. Ante faciem eius ibit mors. Et egredietur Diabolus ante pedes eius. §.255.n.3. p.534

Ex Sophonia.

1. 12. ET erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſalem in lucernis. §.298. n.5. p.608
3. 11. Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adiicies exaltari ampliùs in monte ſancto meo. §.48.n.3. p.150

Ex Zacharia.

5. 1. ET vidi, & ecce volumen volans. §. 171. num. 5. p.392
9. 12. Conuertimini ad munitionem vincti ſpei. §. 185.num. 5. p.415

Ex Malachia.

2. 13. OPeriebatis lacrymis altare Domini. §. 50.num.4. p.154
3.2. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? §. 298. num. 4. p.607
5. Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris. §. 204.n.1. p.447
6. Ego Dominus, & non mutor. §. 86. n. 2. p.216

Ex I. Machab.

6. 46. ET iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, &c. §.235.n.3. p.500

Ex II. Machab.

1. 22. NOn inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. §.178 n.3. p.403
7. 21. Singulos illorum hortabatur voce patriâ fortiter, repleta ſapientia. §. 33. n. 3. p.123
9. 12. Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. §. 212. n. 6. p.462

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

1. 6. DAuid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. §.95.num.6. p.234
2. 16. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? §.150. num. 6. p.356
3. 3. Parate viam Domini: rectas facite ſemitas eius. §.84.n.3. p.213

7. Quis

7. Quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergò fructum dignum pœnitentiæ. §.176.n. 5.p.400. §.62.n.5. p.165 & §. 68.n.2. p.184

6. Et ne veliris dicere intra vos: Patrem habemus Abraham,&c. §.274.n.4.& 5. p.566

44. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, &c. §.112.n.1. p.291

4. 8. Et oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adorauetis me. §. 56. num.2. p.163

17. Appropinqnauit enim regnum cælorum. §.292.num.3. p.596

5. 3. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. §.46.n.2.p.146.& § 47. n.1.p.148. & §. 56. n.1. p.163. & §. 174. n.2. p.396

5. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. §.178.n.2. p.403

7. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. §.40.n.2. p.135

9. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. §. 252.n.3.p.529. & 252.n.5. p.529

10. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. §.157.n.6. p.368

11. Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùm vos mentientes, propter me. §.27.n.5.p.95. & §. 150.n.2.p.355. & §. 183.n.6.p.413. & 181. n.2.p.425. & §. 207.n.5. p.453

13. Vos eſtis ſal terræ...... Vos eſtis lux mundi, &c. §.58.n.2. p.167

17. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. §. 256. n.1. p 552

20. Qui autem ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis; & docuerit ſic homines, &c. §. 174.n.5.p.397.& §.175.n.6.p. 399.

25. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè aduerſarius tradat te, &c. §. 12.n.3. p 86

28. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. §.83. num.5.pag.212. & §.171.n.1. p.391

37. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. §.171.n.6. pag.392

6. 6. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio, &c. §. 219. n. 4. p.473.& §. 221.n.2. p.476

7. Orantes autem nolite multum loqui, ſicut ethnici, &c. §.218.n.2. p.471

9. Pater noſter, qui es in cælis: Sanctificetur nomen tuum. §. 225.n.2.p.483.& §.219. 5.p.472.& §.226.n.4.& 5.p.485.&.§ 221. n.7.p.477.& §. 228.n.3.p.488 & 228.n.6. p.489.& §.251.n.3. p.529

10. Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. §. 89. n.5. p.223. §.159.n.6. p.363

10. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. §. 113. n. 3. p. 292. & §. 47. n.6. p.149

10. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. §. 123. n. 7. p. 310. &. §. 173.n.2. p.564 & §.36.n.5. p.129

12. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. §. 222. num. 4. p.378

16. Exterminant enim facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes. §.164.n.1. p.379

25. Et corpus plus quàm veſtimentum. §.160. n.2. p.372

7. 12. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & Prophetæ. §. 167. num. 3. p.384

29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi. §.12.n.5. p.85

2. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & quâ menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis. §.94.n.5. p.232

8. 4. Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. §.257. num.6. p.555

20. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet. §.208.n.4. p.455

10. 14. Et quicumque non receperit vos, neque receperit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. §. 9. n. 2. p.80.& §.12.n.5. p.87

10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, &c. §.201. num.3. p.443

14. Exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. §. 175. n.3. p.398

11. 7. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? &c. §.143.n.4. p.343

12. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. § 40. n.6. p.137. & §.224. num.3.p.481.& 226.n.7. p.485

28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. §.144. n. 4. p.345

30. Iugum meum ſuaue eſt. §.38.n.3. p.132

12. 38. Volumus à te ſignum videre. §. 126. n.7. p.315

13. 45. Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuentâ autem vna pretioſâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. § 10.n.1. p.81

14 30. Modicæ fidei, quare dubitaſti? §.286. n.3. pag.586

16. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. §.257.n.5. p.554

22. Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare eum, dicens: Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc. §. 123.n. 4. p.309

24. Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei, ſed ea quæ hominum. §. 123.n.6. p.310

24. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. §. 61. n. 6. p. 174. & § 35. n.4. p.127. & §. 87.n. 2. p. 218. & §. 123. n. 2. p.309

Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam

mam ſuam ptoptet me, inneniet eam. §.87.n.3. p.218

26. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum muudum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? §.87.n.4.p.218. & 134. num.5. p.328

26. Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? §.87.n.5. p.219

17. 12. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. §.227.n.3. p.486

32. Nónne ergò oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? §.168.n.2. p.386

18.3. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, &c. §. 234. n.6. pag.499

10. Dico enim vobis, qnia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt. §.271.n.6. p.561

13. Et Publicanus à longè ſtans nolebat nec oculos ad cælum leuare: &c. §. 224.n. 5. pag.482

15. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. §.269.n.3. p.557

24. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. §.44.n.3. p.143

19.17. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? §.288.n.3. p.590. & §.18.n.2. p.96

17. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. §.212.n.2. p.461

25. Auditis autem his diſcipuli mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? §.47.n.2. p.148

20.13. Nónne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. §.39. n.4. p.135

14. Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi qnod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſnm? §.31.n.2. p.119

15. An oculus tuus nequam eſt, qnia ego bonus ſum? §.85.n.2. p.214

24. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. §.72.n.5. p.192

21. 3. Dicite, qnia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. §.78.n.5. p.203

22. 9. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias, &c. § 61. n.2. p.172

11. Amice, quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus &c. §.12.n.2. p.85. §.120 n. 2. p.304

21. Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. §.155.n.4. p.364

30. In reſurrectione enim neque nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo §.122.n.5. p.308

37. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. §.136.n.6. p.332

23. 16. Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci: &c. §.171.n.4. p.592

38. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. §.9.n.5. p.81

24. 20. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbatho. § 179.n.3. p.405

27. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. § 90. num.4. p.224. & §.274 n.2. p.566

21. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. §.105.n.5. p.280

34. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum regnum, &c. § 144.n.5. p.346

35. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me. §.41.n.3. p.137

37. Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te, ſitientem, & dedimus tibi potum? &c. §.38 n.2. p.132

40. Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. §.169 n.4. p.366

41. Tune dicet & his qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. §.251.n.4. p.546

26. 11. Pauperes ſemper habebitis vobiſcum. §.156.n.2. p.365

33. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. §. 72. num. 4. p. 192

39. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. §.283.n.5. p.582. & §.126.n.2. p.314

55. Dixitque illi Ieſus: Amice, ad quid veniſti? §. 116.n.6. p.298

27. 3. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos, &c. §. 98. n.6. p. 239

13. Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer. §. 216. num.7. p 469

35. Diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, &c. §. 256.n.6. p.553

41. Si filius Dei es, deſcende de cruce. §. 241. num.2. p.510

28.13. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. §.217.n.4. p.470

Ex Marco.

1.24 QVid nobis, & tibi Ieſu Nazarene: veniſti perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei. §.71.n.2. p.189

3. 5. Et Ieſus circumſpiciens eos cum ira contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi. §. 43. num.2. p.141

4.38. Erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens. §. 157.n.5. p.368

6. 21. Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis, & primis Galilææ. §.206. n.4. p.451

27. Miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput in diſco, &c. §.145.n.6. p.348

48. Et videns eos laborantes in remigando; erat

erat enim ventus contrarius eis , &c. §. 82. n.4. p.210
14. 15. Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande , ſtratum : & illic parate nobis. §.112.n.4. p.291

Ex Luca.

1.27. AD virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph... ..& nomen virginis Maria. §.325.n.3. p.654
28. Aue gratia plena : Dominus tecum.§.329. num.4.p.661.& §.333.n.5.p.668.& §.319. n.3.p.643.& §.327.n.2. p.657
30. Inueniſti enim gratiam apud Deum.§.319. num.4. p.644
34. Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.§.325.n.8. p.655
35. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te , & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. §.335.n.5. pag.672
35. Et quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. §.327.n.5. p.657
38. Ecce ancilla Domini , fiat mihi ſecundùm verbum tuum. §.328.n.5.p.660. & §. 332. num.3. p.666
49. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. §.326.n.2. p.638
76. Præibis enim ante faciem Domini. §. 21. num.2. p.102
2. 1. Exiit edictum à Cæſare Auguſto , vt deſcriberetur vniuerſus orbis.§.14.n.11. p.90
14. Gloria in altiſſimis Deo , & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. §.283. n.3. & 4.p.581.& §.311.n.2. p.629
51. Et erat ſubditus illis. §.334.n.3. p.664
35. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. §.335.n.1. p.670
4. 33. In ſynagoga erat homo habens Dæmonium immundum , & exclamauit voce magna.§.159.n.3. p.371
6. 24. Væ vobis diuitibus , quia habetis conſolationem veſtram, &c.§.302.n.5. p.614
7. 38. Et ſtans retrò ſecus pedes eius , lacrymis cœpit rigare pedes eius, &c. §. 142. n. 2. pag.341.& §. 177.n.6. p.402
38. Et capillis capitis ſui tergebat, &c. §. 177. n.7. p.402
43. At ille dixit eis:Rectè iudicaſti. §.242. n.4. p.512
8. 2. Maria quæ vocatur Magdalene , de qua ſeptem dæmonia exierant. §. 70. num.5. p.188
5. Et dum ſeminat , aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt , & volucres cæli comederunt illud. §.238.n.4.& 5. p.505
11. Deus, gratias ago tibi , quia non ſum ſicut cæteri hominum: &c. §.120.n.3. p.30
31. Et rogabant illum ne imperaret , vt in abyſſum irent. §.71.n.2. p.189
9. 23. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c. §. 300.n.2. p.610
26. Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet , cum venerit in maieſtate ſua. §.139. n.2. p.336
10. 18. Et ait illis : videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem. §.235.n.4. p.500
42. Maria optimam partem elegit , quæ non auferetur ab ea.§.143.n.6. p.514
11. 2. Cùm oratis , dicite : Pater , ſanctificetur nomen tuum, &c.§.219.n.3. p.473
7. Non poſſum ſurgere , & dare tibi. §. 229. num.5. p.490
18. Si Satanas in ſeipſum diuiſus eſt , quomodò ſtabit regnum eius? §. 85.n.6. p.215
41. Veruntamen quod ſupereſt , date eleemoſynam : & omnia munda ſunt vobis. §. 40.n.4.p.136.& §.40.n.3. p.136
41. Quod intus eſt veſtrum, plenum eſt rapinâ & iniquitate : Veruntamen quod ſupereſt , date eleemoſynam : & ecce omnia munda ſunt vobis.§.40.n.5. p.136
12. 20. Dixit autem illi Deus : Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te : quæ autem paraſti, cuius erunt?.§.50.n.7. p.155
27. Conſiderate lilia agri quomodo creſcant: non laborant, neque nent;&c.§.269.n.5. p.558
32. Nolite timere puſillus grex , quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quæ poſſidetis....§.18.n.4. p.97
35. Sint lumbi veſtri præcincti , & lucernæ ardentes in manibus veſtris : & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. §.88.n.2.p.220.& §. 384.n.5. p.584
38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia , & ſi in tertia vigilia venerit , & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. §. 64. n. 2. p. 177. & §.254.n.5.p.532. & §.255.n.1 p.533
45. Quod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo; Moram facit Dominus venire,&c.§.212. num.5. p.462
13. 32. Quia non capit Prophetam perire extra Ieruſalem. §.61.n.5. p.173
14. 20. Et alius dixit : Vxorem duxi , & ideo non poſſum venire. §.281.n.5. p.578
23. Exi in vias & ſepes : & compelle intrare, vt impleatur domus mea. §. 46. num. 5. pag.147.& § 47.n.3. p.148
15. 7. Dico vobis , quòd ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente , quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. §. 30. n.3. pag. 118
10. Dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. §.176.n.4. p.400
13. Peregrè profectus eſt in regionem longinquam,& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxuriosè , &c. §. 136. num. 3. pag.331
14. Facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere, &c. §.106.n.5. p.281
15. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis , quas porci manducabant. §. 238. n.2. p.504
17. In ſe autem reuerſus dixit : quanti mercenarij, &c. Surgam, & ibo ad patrem meum. §. 260. n. 5. p.543. & §.110. n. 4. pag.288
19. Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis. §.39.n.5. p.135
21. Pater , peccaui in cælum & coram te : iam non ſum dignus vocari filius tuus. §. 96. num.5. p.235
30. Sed poſtquam filius hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti

occidiſti illi vitulum ſaginatum. §.218. num.5.p.472.& §.102.n.4. p.146

16. 12. Si iu alieno infideles fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? §.53.n.3. pag. 159

12. Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? §.245.n.3. pag. 517.& §.240.n.3. p.508

19. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. &c. §.67.n.2. p.182

20. Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, &c. §.156. num.5. p.366

23. Vidit Abraham à longè, & Lazarum io ſinu eius.§.154.n.3. p.362

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò eruciaris. §.49.n.2. p.152

17. 17. Nónne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena? §.73.n.5. p.193

18. 11. Deus, gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus, &c. §.48.n.4 p.151.& §.120.n.5. p.305

19. 5. Et cùm veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum: & dixit ad eum: Zachee feſtinaos deſcende, &c. §.246.n.4. p.519

21.19.In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. §.157. n.2. p.367. §.216.n.3.p.469

18. Et capillus de capite veſtro non peribit. §.214.n.6. p.467

22. 44. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis io terram. §.129. n.4. pag.319

62.Et egreſſus Petrus foras fleuit amarè.§.177. num.5. p.402

23. 34. Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. §.181.n.2. p.408

36. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, &c. §.79. num.7. p.204

43. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.§.30.n.2. p.118

24. 32. Et ſurgentes eâdem horâ regreſſi ſunt in Ieruſalem.§.113.n.5. p.293

23. 41. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali geſſit. Et dixit ad Ieſum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. §.8. num.2. p.78

Ex Ioanne.

1. 13. QVi non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. §.285.n.2. p.584.

14.Verbum caro factum eſt.§.172.n.4.p.393.& §.251.n.5.p.528.& §.321. n. 3. p. 647. & & §.326. n.2. p.655

16. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.§.185.n.3. p.432

1. 17.Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.§.86.n.1. p.216

26. Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. §.137.n.5. p.333

2. 9. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, &c.§.63.n.3. p.176

3. 6. Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. §.230. num.6. p.492

16. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.§.136.n.2. p.331

4.29.Nunqoid ipſe eſt Chriſtus?§.184.n.6. p.426

34. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius. §.155.n.5. p.365

6. 54. Amen amen dico vobis: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.§.114 n.6. p.295

55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. §.114.n.7. p.295

58. Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me. §.115.n.3. p.296

8. 33. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruimus vnquam, quomodò tu dicis? Liberi eſtis? §.276.n.2. p.569

34. Amen, amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. §.54. n.3. p.160

44. Vos ex Patre Diabolo eſtis: &c. §.184. n.3. pag.430

9. 6. Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius. §.185. num.4. p.433

11. 15. Et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.§.135 n.5. p.330

34. Vbi poſuiſtis eum.§.104.n.6. p.278

35.Et lacrymatus eſt Ieſus Dixerunt ergò Iudæi: Ecce quomodò amabat eum.§.300. num.3. p.610

52. Sed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.§.139.n.5. p.507

12. 24. Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, &c. §.289. n.2. pag.591

13.27.Quod facis, fac citiùs §.103.n.3. p.247

14. 6. Ego ſum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem niſi per me.§.135.n.3.p.330.& §.84.n.7. p.214

17.Apud vos manebit, io & vobis erit.§.74.n.6. pag.196

15. 16. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. §.202.n.2. pag.444

17.5.Clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquam mundus fieret apud te.§.17.n.2. p.94

21. Vt omnes vnum ſint ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. §.240.o.6. p.509

18.10.Mitte gladium tuum io vaginam, Calicem, quem dedit mihi pater non bibam illum? §.241.n.3. p.510

19. 28. Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura dixit: Sitio.§.184.o.3. p.414

34.Sed vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua. §.295.n.2.p.601.& §.113.n.6. p.293

20.15. Dicit ei Ieſus : Mulier, quid plotas? quem quætis? §.187.n.5. p.419
27. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c.§.144.n.2. p.345
21.7. Tunicâ ſuccinxit ſe (etat enim nudus) & miſit ſe in mare. §.161.n.2. pag.374
15. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei : Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. §.72.n.2.p.191 & §.156.n.3. p.552

Ex Actis Apoſtolorum.

1.16. QVi fuit dux eorum, qui comprehendetunt Ieſum ..... Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius; §. 277. n. 5. pag. 572
2.2. Et factus eſt repentè de cælo ſonus, &c. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.§.230. num.4. p.492
3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis. §.231.n.3. p.493
11. Audiuimus eos loquentes magnalia Dei. §.309.n.6. p.626
13. Quia muſto pleni ſunt iſti . . . . §.231.n.1. pag. 493
3.6. Petrus autem dixit : Argentum & aurum non eſt mihi : quod autem habeo, hoc tibi do : In nomine Ieſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.§.18.n.4. p.97
7. Apprehensâ manu eius dexterâ alleuauit eum, & protinùs conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. Et exiliens ſtetit. §. 30. num.4. p.118
4.32. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. §. 231. numero 4. pag.493
5.15. Vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quempiam illorum, &c. §. 308.n.5. p.625
34. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. §.288.n.6. p.590
41. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, &c. §.211.n.5.p.461. & §. 245. n.7.p.518. & §.292.n.5. p. 597. & §.306. num.6. p.621
6.13. Et ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent ...... audiuimus eum dicentem : &c. §. 187. n.3. p.435
15. Intuentes in eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli. §.85.n.7.p.216. & §.102. num.5. p.246
7.57. Et intendens in cælum, vidit gloriam Dei. §. 150.n.3. p.355
8.20. Pecunia tua tecum ſit in perditionem.§.54. num.2.p.160.& §.258.n.6. p.556
9.6. Domine, quid me vis facere? §.31.n.3.p.120. & §.126.n.6. p.315
12.7. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.§.20. num.5. p.101
13. Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceſſit puella ad audiendum, nomine Rhode. §.24.n.6. p.108
15. At illi dixerunt ad eam : Inſanis. Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebant : Angelus eius eſt. §. 271. n. 2. pag.560
17.25. Cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia .... In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. §. 202. n. 5. & 6. p.445
28. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.§.135. num.4. & 5. p.330
20.14. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam precioſiorem quàm me. §.26.n.2. p.111
24. Nec facio animam pretioſiorem quàm me, &c. §.244.n.2. & 3. p.515
35. Quoniam ipſe dixit : Beatius eſt magis dare quàm accipere. §.52.n.4. p.157
27.31. Niſi hi In naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. §. 312. n.4. p.631

Ex Epiſt. ad Romanos.

1.29. PLenos inuidia, homicidio. §. 152. n. 4. pag.359
2.4. Diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? &c. §. 258. num.5. p.539
5. Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. §.99.n.2. p.240
24. Ne nomen Dei blaſphematur per nos inter gentes §. 60. n. 4. p. 171. & §. 121. num.1. p.305
4.20. In promiſſione Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo. §.181.n.6. p.409
5.20. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, &c. §. 98. num. 4. pag. 239
6. Hoc ſcientes, quia vetus homo veſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, & vltrà non ſeruiamus peccato. §.87.n.6.p.219. & §.71.n.5. p.190
11. Ita vos exiſtimate, vos mortuos quidem, eſſe peccato, viuentes autem Deo. Non ergò regnet peccatum, &c. §. 281. n. 3. pag. 578
12. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. §.125.n.4. p.313
18. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.§ 110.n.3. p.288
19. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc, &c. §.76.n.6. p.199
23. Stipendium peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna.§.125.n.2. p.312
7.23. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c. §.130. n.5. p.492
8.3. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, &c. §.251. n.2. pag.527
4. Non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum.§.251.n.4. p.527
8. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.§.172.n.3. p.393
18. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis §.199.n.3. p.439
28. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui

qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti.§ 282.n.4.p.580.& §.68.n 4.p.185 & §.193.n.4. p.599

23. Omnis ctearura ingemiſcit & partutit vſque adhuc . . . . .expectantes redemptionem corporis noſtri.§.104.n.4. p.278

29.Vt conformes ſimus imagini filij Dei.§.17. num.3. p.95

32. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, &c. §.136.n.4. p.331

35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? §.162.n.4. p.376

9. 3. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. §.244.n.5. p.516

11.16. Quid ſi libatio ſancta,& maſſa: & ſi radix ſancta,& rami? §.22.n.3. p.104

36. Quoniam ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omuia: ipſi gloria in ſecula. §. 90. n.5. p.225

12. 1. Vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem,ſanctam,Deo placentem. §.113. n.2. p.292

2. Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri:vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. §.36.n.2. p.128

3. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. §.248.num.5. pag.523

12. Spe gaudentes.§.182.n.3. p.410

21. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. §.182.n.4 5.p.428.& §.306.num.3. p.620

14.17. Non eſt regnum Dei, eſca & potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. §.186.n.4. p.417

15. 5. Deus autem patientiæ & ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum. §.15. n.3.p.91.& §.241.n.4. p.510

16.19. Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapientes eſſe in bono,& ſimplices in malo. §.79.n.2. p.203

Ex I. ad Corinth.

1.19. PErdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo.§.121. num.4. p.306

26.Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem. §.173.n.5. p.395

2. 9. Oculus non vidit, nec auris audiuit: nec in in cor hominis aſcendit,quæ præparauit Deus iis,qui diligunt illum. §.89. num.4. p.222. & §.125.n.3. p.312

3.12. Si quis autem ſuperædificat ſuper hoc fundamentum, aurum, argentum, lapidea pretioſos,ligna,&c. vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. §.41.n.5. p.138

4. 21. Quid vultis? in virga veniam ad vos,an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? §.201.n.4. p.443

5. 6. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. §.173.n.7. p.396

6. 7. Quare nnn magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?§.157.n.3. pag.367

20. Empti enim eſtis pretio magno: glorificate,& portate Deum in corpore veſtro. §.134.n.2.p.327. & §.239.n.3. p.506

7. 2. Pretio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. §.134.n.4. p.328

28.Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. §.133.n.3. p.361

31. Qui habent vxores tanquam non habentes ſint.§.130.n.3. p.321

31. Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur:præterit enim figura huius mundi.§.130.n.3. & 4. p.321

31. Reliquum eſt, vt qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. §.290. num.5. pag.593.

9. 22. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.§. 185.n.1. p.432. & § 230. num.3. p.491

27. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, &c.§.88.n.6. p.221

10. 13. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id,quod poteſtis.§.214. num.1. p.464

11. 29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? §.168 n.5. p.387

12.3.Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit. quoniam raptus eſt in paradiſum. §.132. num.4. p.324

7. Datus eſt mihi ſtimulus carnis, &c. §. 282. num.2. p.579

13.5. Non ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. §.238.n.5. p.556

7. Patiens eſt, non irritatur. omuia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. § 245.n.2. p.516

5. Non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. §.240.n.2. p.508

14. 20. Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. §. 234. num. 5. pag.499

15. 28. Vt ſit Deus omnia in omnibus. §. 180. n.4.p.407.& §.232.n.2. p.528

58.Abundantes in opere Domini ſemper.§.217. n 3. p.470

45. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cælo cæleſtis. Qualis terrenus. tales & terreni, &c. §. 89. n.2. p. 222. & §.119.n.3. p.303

53. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.§.208.n.3. p.454

54. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? §.198.n.6. p.438

54. Abſorpta eſt mors in victoria.Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus. §. 188. n. 4. p. 438. & §. 199. numero 6. pag.440.& §.306.n.4. p.621

16. 19. Salutant vos in Domino multùm, Aquila & Priſcilla cum domeſtica ſua Eccleſia. §.22.n.3. p.104

Ex II. ad Corinth.

2. 7. ITa vt econtrario magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. §.179. num.6. p.406

4. 10. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris §.87. num.7.p.219.& §.122. n.3. p.308
17. Quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur. §.90.n.6. p.225
6. 10. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. §.56.n.4. p.164
10. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. §.141.n.3. p.340
10. Sicut egenies, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. §.288.n.2. p.589
11. 23. In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, &c. §.211.n.4. p.460
25. Ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. §.107.n.4. p.453
12. 7. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, &c. §.227.n.5. p.487
9. Virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, &c. §.202. n. 4. p.445. & §.132.num.2. pag.314
10. Cum infirmor tunc potens ſum. §.64. n.6. pag. 179
10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, &c. §.141. n.4. pag.340

Ex Epiſt. ad Galatas.

1. 13. Quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei..... Abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. §.282.n.5. p.580
2. 19. Chriſto crucifixus ſum cruci. §.168. num.3. p.386
20. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. §. 26. n. 3. p. 111. & § 35.n.3. p.127.§.122.n.4.p.308.&§.285.n.3.p.585
21. Non abiicio gratiam Dei. §.73.n.2. p.193
3. 13. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. §.290.n.3. pag 593
27. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. §.162.n.5. p.376
28. Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus neque liber.... Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. §.274.num.6. pag.567
4. 9. Quomodò iterùm conuertimini ad infirma & egena elementa? §.288.n.4. p.590
18. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. §. 247. n. 3. p.520. & §.335.n.2. p.671
24. Hæc ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans. §. 331.n.4. p.666
5. 10. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapiatis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque ille eſt. §.269.n.7. p.558
22. Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, &c. §.310.n.5. p.628
6. 3. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. §.51.n.2. p.155
14. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. §.17.n.4. p.95
14. Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. §.107.n.4.5. p.283
14. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. §.130.n.6. p.322

Ex Epiſtola ad Epheſios.

3. 20. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus, &c. ipſi gloria, &c. §. 218. num.4. p.472
4. 1. Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino. §.20.n.4. p.100
10. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos. §. 291.n.2. p.594
30. Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei: in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. §. 179. n. 4. p. 405.& §.159.n.2. pag.371.
5. 15. Videte itaque, fratres, quomodò cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes. §.82.n.3. p.209
14. State ergò ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ. §. 280. n.6 p.577. & §.88.n.3. p.220

Ex Epiſtola ad Philipp.

1. 14. Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis abundantiùs auderent. §.20.n.3. p.100
24. Permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. §.244 n.4. p.515
2. 7. Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. §.136.n.5. p.332
3. 8. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora. §. 109. numero 6. pag. 287
20. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. §. 20. n. 2. pag. 100.& §.76.n.4. p.199. & §. 88. n.2. p. 220.& §.284.n.2. p.583
20. Noſtra conuerſatio in cælis eſt: vndè Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. §.131.n.3.p.323. & §.203.n.6. p.446
3. 4. Quæ ſunt retrò obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens meipſum, &c. §.210.n.5. p.459
4. Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, Gaudete. §.185.n.4. p.415
7. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. §. 182. n. 3. pag.427
13. Omnia poſſum in eo qui me confortat. §.154.n.4. p.363

Ex Epiſt. ad Coloſſ.

1. 24. Adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. §.17.num.3. pag.95.
1. Si conſurrexiſtis cum Chriſto..... quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, &c.§.112.n.7. p.292

2. Quæ

2. Quæ ſursùm ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. § 170.n.3. p.389
3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. §. 216. oum. 5. & 6. pag.468.& §.172.n.5. p.194

Ex I. Epiſt. ad Theſſal.

3. 8. QVoniam nunc viuimus, ſi voa ſtatis io Domino. §.185. n.2. p.432
5. 23. Sanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu-Chriſti ſeruetur. §.26.n.5. p.112
4. 12. Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri, qui ſpem non habeot. §.300.0.5. pag.611

Ex I. Epiſt. ad Timoth.

1. 4. NE intenderent fabulis, & geoealogiia interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis, &c.§.276.n.6. p.570
9. Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis. §. 34. num.5. p.126
2. 8. Volo ergò viros orare ln omni loco, leuantes puras manus. §.225.n.4. p.483
15. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & ſanctificatione cum ſobrietate.§.33.n.6. p.124
3. 1. Sermo fidelis: Si quis epiſcopatum deſiderat, boourn opus deſiderat. § 48. o. 2. pag.150
4. 2. Cauteriatam habentes ſuam conſcientiam. §.124.n.3. p.311
3. Attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum prohibentium nubere, &c. §.153.n.5. p.361
5. Nam quæ io deliciis eſt, viuens mortua eſt. §.65.n.4. p.180
6. 8. Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti ſimus.§.160.n.5. p.373
17. Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, neque in incerto diuitiarum. §.45.n.4. p.145

Ex II. ad Timoth.

4. 2. ARgue, obſecra, increpa, in omni patientia. §.242.n.2. p.518

Ex Epiſt. ad Hebraos.

2. 16. NVſquam Angelos appreheodit, ſed ſemen Abrahæ. §.7.n.3. p.77
5. 7. Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. §. 222. n.5. p.479
6. 6. Rursùm crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.§.100.oum.2.3. p 241. & §.129.n.2. p.319
18. Qui confugimus ad teneodam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, &c.§.182.n.6. p.411
10. 20. Quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem. §.84.n.6. p.214
30. Mihi vindictam, & ego retribuam. §.15. o.5. p.92
13. 11. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. §.301.n.3.& 4. p.612
11. Quorum aoimalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, &c. §.100.num.4. p.242

Ex Epiſt. Iacobi Apoſtoli.

1. 2. OMne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, &c.§.150.n.7.p.356.& §.292.n.6.p.597
4. Patientia opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, io nullo deficientes. §.75.n.5.p.197.& 216. n.4. p.468
4. Vt ſitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. §.252.n.4. p.529
8. Vir duplex animo inconſtaos eſt in omnibus viis ſuis. §.79.n.4.p.204.& §.79.0.6. pag.204
9. Glorietur frater humilis ln exaltatione ſua: Diues autem io humilitate ſua. §.46.0.6. pag. 147
10. Diues autem in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit. §.47.n.7. p.149
15. Peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem. §. 98. n.1. p.238. & §.124.n.5. p.311
17. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio .§.143.n.5.6.p.344 & §.208.0.2. p.454
21. Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. §. 27.n.6. p.114
2. 15. Superexaltat autem miſericordia iudicium. §.43.n.5. p.142
3. 6. Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. §.140.n.4. p.338
16. Vbi enim zelus & contentio, ibi incoostantia & omne opus prauum.§.85.n.3.p.215
4. 10. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.§.48.n.6. p.151
5. 1. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis.§.302. num. 4. p.614
13. Triſtatur aliquis veſtrûm, oret. §.159. n. 5. 6.p.372.& §.223.n.2. p.479

Ex I. Petri.

1. 12. SPiritu ſancto miſſo de cælo, in quem deſiderant Angeli proſpicere. §.182. num. 2. p.410
13. Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eã, &c.§.35.n.6. p.128
19. Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. §.239.0.4. p.507
2. 21. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.§.11.n.3. p.84
3. 18. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. §.134.n.6. p.329
4. 12. Nolite peregrinari in feruore, qui in tentatione vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat.§.292.n.1. p.596
5. 5. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.§.235.n.5. p.501

Ex II. Petri.

1. 4. VT per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ : fugientes eius quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. §.185.n.6. p.585

2. 14. Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.§.83.n.4. p.212

Ex I. Ioannis.

1. 9. SI confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. §.30.n.5. p.119

2. 15. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. §.130.n.2. p.321

16. Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. §.16. n.3. p.93. & §.235.n.3. p.500

16. Concupiſcentia oculorum.§.58.n.3.p.167

4. 18. Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem. §.18. n.5. pag.115

5. 19. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. §. 91. num.3. p.226

Ex Epiſt. Iudæ.

ET Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis, miſericordia vobis & pax, &c. §. 74 n. 6. pag. 195

Ex Apocalypſi.

2. 5. MEmor eſto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam & prima opera fac, &c. §.69.n.5. p.187

3. 15. Vtinam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. §. 60. num.6. p.171

17. Quia dicis? quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo; & neſcis quia tu es miſer, &c.§.167.n.5. p.385

4. 6. Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis antè & retrò. §.89.n.3. p.222

8. Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. §. 309.n.5. p.626

5. 10. Feciſti nos Deo noſtro regnum.... & regnabimus ſuper terram. §. 18. num. 3. p.97

11. 2. Atrium autem, quod eſt foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum eſt gentibus. §.86.n.4. p.217

4. Hi ſunt duo candelabra in conſpectu Domini, &c. §. 58.n.2. p.167

12. 1. Mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius. §.319.n.1. p.644

3. Ecce draco rufus, &c. §.164.n.4. p.380

14. 13. Beati mortui qui in Domino moriuntur. §.137.n.2. p.332

15. 2. Et vidi tanquam mare vitreum miſtum igne. §.253.n.2. p.547

17. 5. Et in fronte eius nomen ſcriptum: Myſterium. §. 279.n.3. p.574

21. 24. Et Reges terræ afferent gloriam ſuam, & honorem in illam. §. 90.n.2. p.223

23. Et ciuitas non eget neque ſole neque luna: nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius eſt agnus. §. 329. num. 3. pag.661

22. 11. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc. §. 277. n. 4. pag.571

SYLLABVS

SYLLABVS
RERVM ET VERBORVM,
præcipuè quæ mores inſtituunt, & paullò vberiùs traduntur.

§. Paragraphum ſignificat, n. *numerum denotat marginalem.*
p. *paginam indicat.*

A.

Aaron.

Cur Aaron publicum aurum inautium obſignat in crumena? §.14 n.4. p.90. & p.267. n 4. p.554

Deipara Aaronianæ virgæ ſimilis. §.317.n.2. p.640

Abraham.

Abrahæ coniugium cum virginitate Baptiſtæ confertur.§.22.n.6. p.105

Abraham benè inſtituturus filios, prædeſtinatur Chriſti Dei pater.§.33.n.4. p.124

Abraham in ſenectute bonâ nutriri dicitur. §.63. n.4. p.176

Abrahæ ſinus eſt obedientia. quare? §.154. n.3. p.362

Qui inimicis parcit, Abrahæ facinus penè exæquat.§.192.n.6. p.428

Abſalom.

Cur Abſalom quattuor habens filios, filios non habere dicatur?§.32.n.3. p.122

Abſens, Abſentia.

Gaudet Chriſtus de abſentiâ, quæ ſumptuoſiorem reddet præſentiæ gloriam.§.135.n.6. p.330

A Mariâ, cùm abeſſe videtur Chriſtus, intimiùs adeſt.§.320.n.2 p.645.& §.328.n.1. p.658

Aborſus.

In Deiparæ Conceptione, peccati fœtura aborſum fecit.§ 320.n.3.p.645.& §.323.n.6. p.651

Abſtinentia.

Vide verbo, *Ieiunium.*

Abundantia.

Vide verbo, *Diuitiæ, Felicitas.*

Abuſus.

Infernalis gehennæ cruciatus, Dei abuſus dicitur. §.301.n.5. p.612

A filiis hominum confuſum eſt gaudium, & gaudij abuſus. §.310.n.6. p.628

Abuſiuè dicuntur dignitates.§.311.n.3. p.629

Accuſatio.

Accuſatio Suſannæ ſimilis fuit accuſationi Chriſti.§.2.n.45. p.24

Vide verbo, *Iudex.*

Adam.

Adami externa faciei pulchritudo, ad interna dicitur tranſmiſſa.§.21.n.6. p.103

Adam illaborioſus paradiſum perdit, quem Paulus labore acquirit.§.81.n.2. p.207

Quomodo Adam vinci potuit in paradiſo voluptatis.§.97.n.1. p.236

Præceptum Adamo impoſitum teſſera fuit, quâ à brutis diſtingueretur.§.154.n.5. p.363

Excuſatio, Adæ perizoma præfert. §.165. n.1. p.380

Cur peccator Adam non ſtatim è paradiſo eiicitur? §.253.n.2. p.530

Adam non ſe abſcondit à facie Dei, ſed Deum à facie ſuâ.§.263.n.5. p.548

Rem non malam Deus Adamo vetat, vt ex pœnâ appareat inobedientiæ enormitas. §.266. n.2. p.552

Adam quia Mariæ fœcundus, non ſtatim damnatur.§.323.n.4. p.651

Admonitio.

Vide verbo, *Reprehenſio.*

Adoleſcens, Adoleſcentia.

Vide verbo, *Iuuenis, Puer.*

Aduerſitas.

Vide verbo, *Labores, Perſecutio, Patientia.*

Adulatio.

Reprehenſio eſt præmium adulationis. §.2.n.57. p.18

Criminatio, & adulatio cognata vitia ſunt. quare? §.6.n.62. p.73

Daniel prius ſui adulationem punit, quàm illatam Suſannæ iniuriam.§.6.n.66. p.74

Humanus timor vſque ad adulationem compulit Iacobum.§.127.n.2. p.316

Adulterium.

Vide verbo, *Libido.*

Ægrotus.

Status plumeæ ſalutis.§.1.n.16. p.10

Ænigma.

Opes iniuſtè acquiſitæ ſunt nubes luti, quod iniuſti lucri ænigma eſt.§.50.n.3. p.154

Libidinis ieiunia ænigmatica, quæ? §.1. num.10. p.8

Ænigmati ſimile eſt gaudium in tribulatione. §.137.n.6. p.334

Roſetum verſum in ſpinetum, ænigma luxuriæ eſt.§.147.n.3. p.350

Æmulatio.

Vide verbo, *Inuidia, Zelus.*

Ærumna.

Vide verbo, *Labores, Perſecutio, Patientia.*

Ætas.

Vide verbo, *Senectus, Pueritia, Iuuentus.*

Æternitas.

Quare Suſanna Deum non vt plum, ſed vt æternum aduocat auxiliarem? §.6.n.51. p.71

Qui mentitur, Dei æternitatem deſtruere molitur. §.209.n.5. p.457

Deus dicitur æternus, cùm ſine intermiſſione benefacit. §.229.n.2. p.489

Deſideriorum virtus tempore non clauditur, æternitatis æmula. §.232.n.3. p.495

Sanctorum cineres appellantur, ſemina æternitatis. §.299.n.4. p.609

Cur Deipara dicitur, Æternitas virginitatis? §.321.n.2.p.647.& §.325.n.2. p.653

Affectus.

Perfectum odium, & perfectus amor, iudicium de rebus non agnoſcit. §.56.n.5. p.164

Non eſt pax impiis, quorum affectus fremunt. §.110.n.6. p.289

Euchariſtia affectu æſtimanda eſt. quare? §.111. n.2. p.290

Mundialium affectuum iacturâ Euchariſtia emitur. §.112.n.3. p.291

Silentium eſt affectuum carcer. §.140.n.6. p.338

Affectus eſt improbabilis rerum arbiter. §.213. n.1. p.462

Affectus cordis rerum pictutas arbitrij penicillo colorat. ibid.n.2. p.463

Eius, qui affectu ducitur, oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. ibid.n.3. ibid.

Multiiugum humani affectûs vituperium. n.4. ibid.

Pœnaliſſimè Deus hominem ſibiipſi donat. ibid.

Sponſus vehementi affectu adamatus, eſſentia amoris dicitur. ibid.n.5. p.464

Iuſtum Dei iudicium, animi noſtri affectibus aſſimilatur. §.301.n.2. p.612

Affinitas.

Vide verbo, *Cognatio.*

Afflictio.

Vide verbo, *Triſtitia, Labores, Perſecutio, Patientia.*

Alienum.

De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.101

Vide verbo, *Furtum.*

Ambitio.

Ipſa virtutis argumenta, in ſuperbiæ rapiuntur exceſſus. §.48.n.1. p.150

Deſiderium dignitatum, concupiſcentia appellatur. n.2. ibid.

Qui honeſtat ambiendi rationes, ſanctus Satanas dicitur. ibid.

Ambitio dignitatem ſcenicam negotiatur. §.59. n.1. p.168

Ambitio dignitatis pretio ambitioſum mercatur. ibid.n.2. p.168

Multorum dominatio, eorum damnatio dicitur. ibid.n.3. p.169

Summa poteſtas, ſumma beatitudo ab ambitioſis putatur. ibid.n.4. ibid.

Reges hominibus, Regibus deſideriorum ambitio regnat. ibi.

Sic obbruteſcit ambitio, vt ſibi rationem inuideat. ibid.n.5. p.170

Ambitæ antelationis cupiditas, per ſympathiam agnoſcitur. §.72.n.5. p.192

Qui neminem patitur parem, in ſolitudine errat. ibid.n.6. ibid.

Labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis male exerrat. toto §.118. p.301

Deum quærere, virtutis ambitio dicitur. §.187. n.6. p.419

Argumentum ambitionis ſcenicum eſt. §.311.n.1. p.629

De ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines ruta gloria Dei. n.2. ibid.

Quas ambis, abuſiuè dicuntur dignitates. num.3. ibid.

Ambitio in cælos aſcendens, protinus vſque ad abyſſum deſcendit. ibid.n.4. p.630

Ambitio vani nominis gloriam concupiſcit, & rumuſculis laudis inflatur. ibid.n.5. ibid.

Ambitio dum celſitudines negotiatur, ſe Chriſto præponere affectat. ibid.n.6. ibid.

Vide verbo, *Superbia, Hypocriſis, Humilitas.*

Amicitia, Amicus.

Amicus dum amicum quaſi impaſſibilem facit, velut immortalem reddit. §.245.n.4. p.517

Vide verbo, *Amor, Concordia, Inimicorum dilectio.*

Amor, Charitas fraterna.

Amor in iram exaſperatur. §.1.n.15. p.9

Cur cæcus & cum pharetrâ amor pingitur? §. 2. n.18. p.17

Cur amor dicitur dolor? ibid n.20. ibid.

Bonus prauarum etiam rerum interpres, amor eſt. ibid.n.37. p.21

Amoris ſynonymum, dolor eſt. §.5.n.23. p.52

De amore coniugali multa traduntur. toto §.23. p. 105

Amor parentum, velut humor arborum deſcendit, non aſcendit. §.37.n.1. p.130

Eleemoſyna eſt filia deificantis charitatis. §. 40. n.3. p.136

Perfectum odium, & perfectus amor, verum de rebus iudicium non agnoſcit. §.56.n.5. p.164. & §.130.n.5. p.321

Errori delicioſi amoris dolor implantatus, & inuiſceratus eſt. §.106.n.2. p.280

Charitas eſt virtutum fœcunda aduersùs vitia. §.132.n.1. p.324

Omnipotens charitas ipſas miſerias reddit potentes ad virtutis auxilium. n.2. ibid.

Charitatis vis omnipotentiam Dei quodammodo reddit impotentem. n.3. ibid.& §.136. n.1. p.331

Paullus amoris alis aſcendens in cælum, cur raptus dicitur? §.132.n.4. p.324

Paullus poſt raptum, quaſi in ignotum ſeculum deſcendiſſe perhibetur. ibidem.

Furacitas charitatis omnia rapit, quin poſſeſſorem deſpoliet. ibid.n.5. p.325

Quomodo charitas vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. inibi.

Flumina non poſſunt abluere veſtigia charitatis. §.132.n.6. p.325

Prodigium diuini amoris, quo ſe tota Trinitas homini impendit. §.136.n.2. p.331

Chriſtus propter charitatem velut effuſam, Prodigo adoleſcenti compatitur. ibid.n.3. ibid.

Deus Pater quaſi morituri filij ſuſcipit periculum, & quaſi orbitatis hauſit dolorem. ibid.n.4. ibid.

Conglobatæ diuini amoris antitheſes. ibid. n.5. p.332

Deúſne immoderantiâ amoris delectatur, qui exigit ex totâ nimietate diligi? ibid.n.6. ibid.

Quomodo

Quomodo omnes animæ potentiæ Deum diligere iubentur?§.136.n.7. p.332
Charitas dicitur, Virtutum centrum.quare?.§.137. n.5. p.333
Cur Deus hominem non per omnipotentiam, ſed per amorem trahat?§.148.n.2. p.352
Compaſſio in charitatis officinâ, Martyres cudit. §.168.n.6. p.387
Sponſus vehementi affectu adamatus, eſſentia amoris dicitur.§.213.n.5. p.464
Solus Deus eſt humano amore dignus.§.219.n.6. p.474
Chriſtiana amicitia, ſeu fraterna charitas multis densè elogiis commendatur. toto §. 240. p.508
Charitas ſua commoda ſuffert, vt aliis proſit. §.24.n.2. p.107
Carnis amor, caſti ſpiritûs amore expungitur. p.250.n.1. p.525
Fraterna charitas de concordiæ elogio, multimodè prædicatur.toto §.252. p.528
Charitas vtilitatem alienam ſibi vnicè tanquam propriam reputat.§ 268.n.5. p.556
Deſiderium Deiparæ iu eſſentiam amoris fertur. §.328.n.3. p.659

Angelus.

Paupertas eſt Angelicæ vitæ imitatio. §. 56. n. 4. p.164
Angelus à peccati excellentiâ cadauerascere perhibetur.§.69.n.2. p.186
Cur beati ſpiritus oculati adſtent in medio & in circuitu Dei? §.89.n.3. p.221
Caſtitas eſt Angelicæ vitæ ratio.quare?§.122.n.6. p.309
Num Cherubinos aureos elimat, & expolit Dei præſentia?§.131.n.4. p.323
Angelus ardet præſentiâ Dei, homo Dei præſentis memoriâ ardet, & vterque Seraphinus vocatur.§.133.n.2. p.326
Chriſti ſtigmata ſacra deſiderant Angeli proſpicere.§.182.n.2. p.410
Veritas eſt cibus Angelorum; mendacium verò Diaboli eſca.§.194.n.3. p.430
Bona conſcientia eſt gaudium Angelorum.§.233. n.5. p.497
Cum Salomon expetit ſapientiam Cherubinorum, eos appellat pueros.§.234.n.4. p.498
Angelus cùm reprehendit, Satan putatur. § 269. n.2. p.557
Angeli ſanctitate velut tincturâ imbuti ſunt, ſeu colorantur. §.270.n.1. p.558
Dominici capitis cincinni dicuntur Angeli. ibid. n.2. p.559
Audito Angelorum nomine, itur ad Deum. n.3. ibid.
Angelus per modum genituræ ſpiritualis, ſpiritualem hominem generat. n.4. ibid.
De puritate Angelorum ſuos ſibi defectus imputari timet Iacob.n.5. ibid.
Innumeri Angeli per concordiam vnus plures videntur.n.6. p.560
Agar non ex beneficâ præſentiâ, ſed ex diſparitione, Angelum eſſe cognouit.n.7. ibid.
Portæ cæli, Angelorum portæ dicuntur. num.8. ibid.
Vineæ florentes Angeli dicuntur. quare? §.271. n.1. ibid.
Mira Angeli ſollicitudo pro Petro & Suſanna periclitantibus. n.2. ibid.
Angeli velut ignis, ſtantes volant, & volantes ſtant. quare? n.3. p.561
Angelus dicitur ignis, quia purgat, & quia dona ſine inuidiâ communicat. n.4. ibid.
Num linguæ inſtar ignis, Apoſtolis datæ, Angeli dici poſſint? ibid.
Angeli dicuntur *ſalutes*, & ſuis clientibus quodammodo omne bonum. n.5. ibid.
Ambitioſo famulatu procurant Angeli ſalutem clientum. n.6. ibid.
Quomodo Angeli ſeipſos contemnunt? ibid.
Num ab Angelis eſt decor, & gratia animæ? n.7. p.562
Angeli ſunt ſicut Ieruſalem, & ſicut caſtrorum acies. §.272.n.1. ibid.
Angelus eſt nobis noſtrum tempus, vmbra, & omne præſidium. n.2. ibid.
Fortis eſt Angelorum nomen, & ſynonymum. n.3. ibid.
Vox Angeli, quaſi Dei omnipotentis dicitur.n.4. p.563
Angelus ſtrages edere prohibitus, adhuc truci vultu minas iactat. n.5. ibid.
Angelus modulatur arma, & omnis præſidij circumſtantias. n.6. ibid.
Num Angelus transfigi cupit, vt Aquila, quo alumnos ſuos velut pullos defendat? num.7. ibid.
Analogia Aquilæ cum Angelo cuſtode. ibid.
Mittens Angelos ad noſtram cuſtodiam, Deus iniurias ſibi illatas compenſare dicitur. §.273. n.1. p.564
Quàm grauatè ferat Angelus noſtrorum ſcelerum fœtorem & nauſeam. ibid.
Obedientia facit Angelos in terrâ. n.2. ibid.
Diuina voluntas Angelicam in ſe abſorbuit voluntatem. ibid.
Obedientia Angelorum, iuſſionem anteuertit. n.3. ibid.
Angeli per *rotas* ſignificati, perfectiorem obedientiam deſignant. n.4. ibid.
Angelus mauult quaſi imbecillus, quàm inobſequens diuino nutui cenſeri. n.5. p.565
Angelus de miniſterio obſequentiſſimo, imago Dei appellari poteſt. n.6. ibid.
Motio ſeu concitatio perinde eſt ac legatus Angelus. quare? n.7. ibid.
Deipara eſt citrà Angelorum inuidiam. §.326. n.1. p.655
Officium Angelorum eſt exequi, quod Maria precibus impetrauit.§.333.n.3.p.667.& §.334.n.5. p.670

Anima.

Anima tandiu corpus informat, quandiu operari in eo poteſt.§.80.n.7. p.206

Anna.

Deipara expetit, vt oſculum ſibi impreſſum in Annæ vtero publicetur, ne ſit deſpicabilis. §.316.n.4. p.638
Cur Parentum Deiparæ ſemen Immaculatum dicitur? §.321.n.1. p.646

Apoſtolus, Apoſtolici viri.

Apoſtoli, cùm ſint lux mundi, non mundo, ſed Deo lucent. §.58.n.2. p.167
Paupertas eſt character Apoſtolicus. §.74. num.2. p.194
Vide verbo, *Concionator, Martyr, Sanctus.*

Aquila.

Num Angelus transfigi cupit, vt aquila, quò alumnos

alumnos ſuos velut pupillos defendat? §.272. n.7. p.563
Analogia Aquilæ cum Angelo cuſtode. ibid.

Arca.

Arcæ fabri mercede conducti, ab ipsâ fabricatâ arcâ deſeruntur.§.39.n.s. p.134

Argentum.

Merum argentum non timet caminum ignis. quare? §.290.n.6. p.594
Peccata, ex argento, argenti excrementum, & ſcoriam faciunt. ibid.

Arrogantia.

Vide verbo, *Superbia, Ambitio.*

Aſcendere.

Amor parentum, velut humor arborum deſcendit, non aſcendit.§.37.n.1. p.130

Aſtrum, Stella.

Aſtra matutina in lucendi ſenectute gratiùs fulgent.§.64.n.4. p.178
Vide verbo, *Cælum.*

Atheus.

Mendacij officiua Atheos excudit. §.194.num.5. p.431
Qui Solem aut Lunam quaſi Deos adorat, aut noctu aut interdiu ſiue Deo Atheos eſt.§.202. n.3. p.444

Auaritia, Auarus.

Doni acceptio accipientem deuenuſtat, dum vectigalem facit. §.39.n.1. p.133
Arcæ fabri mercede conducti, ab ipsâ fabricatâ arcâ deſeruntur.ibid.n.2. p.134
Cum Raphaëli merces offertur, tunc è domo Tobiæ diſcedit.n.3. ibid.
Conductis mercede operariis, conducti ſine mercede præferuntur.quare?n.4. p.135
Cur Prodigus adoleſcens, prætæditatum mercenarij vocabulum, cotàm Patre dicere non audet? n.5. ibid.
Præbitio eleemoſynæ, piam in præbitore auaritiam exigit.§.45.n.5. p.140
Auaritia exactorum multis vapulat. toto §. 14. p.89.& §.44. p.145
Male parta per violentiam, fraudem, aut rapinam, malè dilabuntur. toto § 50. p.153
Diuitiæ ſunt teſtimonium mendacij, noſtræ ſeruitutis pretium, mendica egeſtas; & ſicut ſeruatum Manna, vermes putridi. toto §. 54. p.160
Cupidus diuitiarum, diuitiarum picturis atque phantaſmatis animum ludificat. toto §. 55. p.162
Virtus piè auara eſt, aut certè auaritiæ ſimilis. quare? §.236.n.2. p.501
Auaritia virilitatem carnis effeminat. §.251. n.2. p.537
Illiberalis Sacerdotum auaritia, multis vapulat, ne præſcribere videatur. toto §.267. p.553
Ille abunde diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589
Vide verbo, *Diuitiæ, Eleemoſyna, Liberalitas.*

Auctoritas.

Potuit ſenum auctoritas victricem facere falſitatem. §.6.n.50. p.71
Æternitas decus eſt diuinæ auctoritatis.num.51. ibid.
In eleemoſynâ eſt auctoritatis fiducia. §. 42. n.4. p.140
Auctoritas patientiæ quibuſdam delegatur.§.241. n.4. p.510
Auctoritate cenſoriâ cato carnem damnat. §.251. n.5. p.527
Inceſſus eſt auctoritatis ſpecies. §. 324. num. 5. p.653

Audacia, Temeritas.

Quod eſt generoſum, eſt etiam audax. §.1. n.21. p.15.
Temeritas, quâ aliis nocemus, nos damnat, & punit.§ 94.n.5. p.232
Humanus timor, temeritatis & præſumptionis conceptaculum è peruerſo eſt. §.157. num. 4. p.316

Auditus, Auris.

Vir ſanctus ad ſtrepitum carnalium deſideriorum ſurdus eſt. §.175.n.2. p.393
Maledica contumelia contemptim ſurdis cæcè auribus excipienda. toto §.189. p.421
Non auditus, ſed viſus ad teſtimonium aduocetur. §.197.n.5.& 6. p.436

Augurium.

Bona conſcientia cuncta bona fauſtè ominatur. §.141.n.6. p.341

Aulicus, Aula.

Mores regali curiâ expoliri, & ipsâ vrbanitate decepti, inidonei ad virtutem reputantur. toto §.61. p.172
Vide verbo, *Adulatio, Princeps.*

Aurora.

Suſannæ Senes aurorant prædæ.§.1.n.15. p.9
Sit pœnitentia Auroræ ſimilis. quomodo? §.95. n.5. p.234
Aurora in diem conuerſa adhuc ſe corrigit. ibid.
Analogia Marianæ natiuitatis cum aurorâ.§.323. n.6. p.651

B.

Balaam.

SPectatæ populi extremitates, Balaami contra illum maledicentiam negotiantur. §.189. n.2. p.422

Balneus.

Modeſtiſſimi etiam balneos adibant.§.2.num.23. p.18
Periculoſus eſt balneorum vſus. ibid.
Mulier ſeipſam in balneis erubeſcat. §.6.num.22. p.65
Ambitioſior mundus muliebris in balneis culpatur. §.6.n.23. p.66
Suſanna dum ſe lauat, paradiſum claudit.num.25. p.66

Baptiſmus.

Deus terræ, non aquis maledicit, propter baptiſmum, & redemptrices lacrymas. §.178. num.4. p.403

Baſis.

Dei timor eſt virtutum baſis.§.28.n.4. p.115
Oratio eſt omnium virtutum baſis.§.228.num.7. p.489
Maria eſt baſis virtutis. 331.n.3. p.664

Beatitudo, Beata cæli gloria.

Beatæ gloriæ deſcriptio.§.89.n.1. p.251
In beatâ gloriâ, nuper ſqualida caro, velut ſpiritualis facta prænitet.ibid.n.5. p.252
Miriſſimus Beatorum in videndo Deo circuitus, n.3. ibid.
Beata gloria mentis faſtum, & votorum audaciam longè excellit.n.4. ibid.
Beatis nihil eſt impoſſibile. quare? ibid.

Elementa ſubiecta ſunt Beatorum arbitrio. ibid.
Memoria beatæ gloriæ, illius concupiſcentiam ſuggetit.ibid.n.5. p.223
Deſiderium cæleſtis gloriæ, tettam conuettit in cælum.n.6. ibid.
Beatæ gloriæ conglobata epitheta.§.90.n.1.ibid.
Nimis difficile eſt, quod honor & gloria regalis non impediat cæli aſcenſum.ibid.n.2. ibid.
Inſigne Regum in cælis eſt regalis gloria. quare? ibid.
Quare Reges terræ honotem ſuum, & gloriam afferent in cælum? ibid.n.3. p.224
Cur in cælo humanæ carnis terra, Dei gloriâ plena dicitur? ibid.
Quomodo beati ſuper omnia Dei bona externa & interna conſtitui dicuntur?ibid.n.4. ibid.
Beatorum qualis omnipotentia? ibid.
Noli quætere de Beato, quid illi erit? & quid illi non erit? quare? ibid.n.5. p.225
Num ad æternum gloriæ pondus ſuſtinendum, patientia neceſſaria eſt?n.6. p.225
Deus totum gaudium noſtrum eſt. §. 97. num. 6. p.237
Diem gaudij, nec præcedit heſternus, nec ſequitur craſtinus. ibid.
De inferni viſione gaudet Beatus. §. 105. num.6. p.280
Cur Euchariſtia dicitur beatæ & æternæ vitæ definitio.§.113.n.4. p.293
Beatitudo deſiderio conditur ad bene placendi gratiam. quomodò? § 182.n.2. p.410
Præuia miſeria futuræ felicitati è diuerſo adulatur ad placendi gratiam. toto §.199. p.439
Beata Mariæ gloria, vide verbo, *Gloria Mariæ.*

Bellum, Prælium.

Vide verbo, *Victoria.*

Beneficium.

Beneficium qui dat, illud accipere putet.§.42.n.2. & 3. p.139
Lex beneficentiæ eſt cæca & muta obliuio, ne lingua exlex gratiam conſtupret. toto §.308. p.623
Commemoratio beneficij dati, Gratias virgines, meretrices facit.§.308.n.4. p.624
Vide verbo, *Eleemoſyna, Liberalitas, Gratia, Gratitudo.*

Benignitas.

Vide verbo, *Miſericordia, Eleemoſyna, Compaſſio.*

Blaſphemia.

Filius in parentes contumelioſus, propè eſt, vt in Deum blaſphemus ſit.§.37.n.5. p.132
Ingratitudo erga Deum, reatus blaſphemiæ putatur.§.73.n.3. p.193

Bonum, Bonitas.

Cur Dei Filius, paternæ bonitatis ſolùm imago hic dicitur?§.37.n.4. p.131
Omne bonum huius vitæ eſt in tribulatione; quare in eâ ſummè gaudendum eſt. §.292. n.6. p.597
Deus in Mariâ totius boni plenitudinem poſuit. §.319.n.3. p.643
Bona mundialia, vide verbo, *Felicitas, Diuitiæ.*

Borgia.

B.Borgia in mediis vrbibus erat ſingularis homo. §.120.n.4. p.306
Mors aſſidue meditata, ſpei argumentum eſt, ſanctitatis ſynonymum, & arcanum prophetiæ elogium. toto §.206. p.450
Qui mortis aſſiduè recordatur, non dicitur, ſed ſupponitur ſanctus.§ 212.n.5. p.462
Abundè diues, quia cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589
Vide verbo, *Sanctus, Mortificatio.*

Breue.

Vide verbo, *Tempus, Diuturnitas, Æternitas.*

C.

Cadere.

Qui retrò cadit, in Infernum cadit. quare? §.92.n.2. p.227

Cæcus.

Cæcitas dicitur innocentiæ pars.§.83.n.1. p.211
Cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt. § 96.n.2. p.234
In cæco Paullo Euangelici cæci antitheton videmus.§.126.n.6. p.315
Cæcè incognitâ iuſſionis ratione, meliùs paretur. §.128.n.1.& 4.& 6. p.317 & ſeq.
Bona cæcitas, quæ in tenebris meliùs videt.§.200. n.5. p.441
Superbia fulmini comparatur, quia fulgendo excæcat.§.235.n.4. p.500
Lex benefaciendi eſt cæca beneficij obliuio. §.308.n.3. p.624
Vide verbo, *Oculus.*

Cælum.

Cælum pro Deo accipitur.§ 5.n.22. p.51
Eleemoſynæ iure licet cælorum regnum violenter inuadere.§.40.n.6. p.137
Cælum humanâ contemptum libidine, illam acerbiùs punit.toto §.96. p.234
Peccatum, cælum inquinat, & claudit. §.100. n.4. p.242
Dei præſentia hominis mentem refingit in cælum.§.131.n.3. p.323

Caïn.

Cùm Arius Caïnum laudat, eum ſumptuoſiùs vituperat §.191.n.5. p.426
Caïnus poſt cædem, ſpectatoribus de cæde lex extitit.§.237.n.5. p.504

Calumnia.

Calumnia mendax ſupra mortem acerba. §.214. n.1. p.464
Num calumnia eſt tentatio ſuprà id quod poſſumus? ibid.n.2. ibid.
Silentium in calumniis triumphale dicitur. ibid.
Calumnia ſapientem ad inſaniam redigit, & perdit cor dentium illius.n.3. p.465
Quàm ægrè tulit Baſilius impactam de hæreſi calumniam. ibid.
Niſi quis à calumniâ redimatur, ægrè poteſt Dei mandata cuſtodire? ibid n.4. ibid.
Vacatio à Dæmonum tentationibus, humanarum calumniarum ſtipendium eſt.n.5. ibid.
Contumelia ſtercori comparatur. quare? §.214. n.6. p.466
Vide verbo, *Detractio, Lingua.*

Canities.

Cani ſenſuum ac potentiarum ingeniis pollent. §.64.n.3. p.178
Libido canam horum Senum maturitatem abſtulit.§.147.n.4. p.351
Non in vitæ annoſâ longæuitate, ſed in morum honeſtâ maturitate, cana ſenectus cenſetur. toto §.247. p.520
Cani peccatoris, ſtultitia eius ſũt.§.254.n.4.p.532
Vide verbo, *Senectus.*

Capilli, Cincinni.

Angeli Dominici capitis cincinni dicunrur.quare? §.270 n.2. p.559

Irrnſati capilli aliqnid de gehennæ ignibus præferunt,& auſpicantur.§.164.n.4. p.380

Cur Martyres capillis aſſimilantur? §. 216. n. 2. p.468

Captiuitas.

Vide verbo, *Exilium.*

Carcer.

Elegans tetri carceris deſcriprio.§.20.n.1. p.99

In carcere tenebatur Paullus, cùm ad cælos euolat? ibid.n.2. p.100

Paullus in diro carcere conſtrictus, carceris gaudio renunciauit.n.3. ibid.

Beatiórne eſt Paullus in carcere vinctus, quàm in tertium cælum raptus? n.4. ibid.

Carceris tormenta, & exaggeratius martyrij encomium. ibid.

Chryſoſtomus mauult eſſe Petrus in vinculis, quàm Angelus.n.5. p.101

Diuturnitas carceris, de multiplici agone coronas multiplicat.n.6. p.101

Qui eſt in carcere gloriam ſeminat,& frugem gloriæ metit. ibid.

Silenium eſt affectuum carcer.§.140.n.6. p.338

Iouas fugæ reus, carcere portatur ad effugium. §.207.n.5. p.453

Carcer, domus Diaboli dicitur; de eo Paullus gloriatur. quare? §.211.n.4. p.460

Nemo in carcere Chriſtianus, niſi quia Chriſtianus. ibid.

Caro, Corpus.

Dei rimore carnes etiam animæ crucifigendæ ſunt. quomodo? §.28.n.3. p.114

Mortificatio carnem non eſſe carnalem compellere nititur. §.35.n.2. p.126

Homo per mortificationem, exinanitus à corpore dicitur.ibid.n.5. p.128

In cæleſti gloriâ, nuper ſqualida caro, velut ſpiritualis facta prænitet.§ 89.n.2. p.222

Caro ſatisfieri ſibi poſſe non putat, niſi homo ad infernum feſtinet.§.91.n.6. p.228

Laſciuus homo, iam non homo, ſed caro nominatur. §.108.n.2. p.284

Ieiunator humano exinanitus eſt corpore. §.111. n 2. p.289

Acre bellum inter carnem & ſpiritum, nimis periculoſum eſt.§.119.n.4. p.304

Quantùm hominis dignitas animos effert, tantùm carnis vilitas deprimit. ibid.

Carnem puta materiæ fæcem, ludicrum, quiſquilias.n.5. ibid.

Mulier eſt ignis carneus, vel caro ignita. §.169. n.7. p.389

Non tantum homo ſpiritualis dicitur, ſed eius caro? quomodo? §.172 n.3.& 4. p.393

Caro, quæ eſt nuptialis animæ dos, auctoritate iudiciariâ carnem damnat; & ſe deſueſcens, in ſpiritum quodammodo refingitur. toto §.251. p.526

Per exceſſiuam mortificationem caro contendit fieri ſpiritualis.§.285.n.2. p.584

Integratúrne virtus ex animi, & carnis fortitudine? quomodo? §.293.n 5. p.599

Veri gaudij elatio eſt, ambire, vt ex animo gaudium exundet in carnem.§.310.n.3. p.627

Arcanè de ſe dicit Maria, Defecit caro mea.§.335. n.4. p.671

Caſtitas.

Suſannæ caſtitas retinet ſanguinem, quem pro eâ effundat.§ 1.n.13. p.9

Caſta Suſanna virginibus imitanda. ibid.

Placet Angelis munditia cordis.§.2.n.23. p.18

Viuere læſo pudore, deterior mors eſt. ibid. n.30. p.20

Suſannæ pudicitia iudicem virginem meruit. n.51.p.26.& §.6.n.60. p.73

Suſanna deuorat mortis periculum, quo periculum caſtitatis expuat.§.6.n.28. p.67

Non *bonum* dumtaxat, ſed & *melius* putat Suſanna pro caſtitate mortem ſubire.ibid.n.34. p.68

Magnâ Suſannæ vox, à pudicitiæ magnitudine. n.36. p.68

Cui deeſt caſtitas, deeſt etiam integritas ſanguinis,& fides generis.n.67. p.74

Gaudet Suſannæ familia, non de eius vitâ, ſed de eius caſtitate. n.74. p.76

Suſannæ exemplum ſit velut fundamentum caſtitatis.n.75. ibid.

A caſtitate viuacior forma,& pulchritudinis perſeuerantia eſt.§.21.n.3. p.100

Caſtitas eſt pulchritudinis auctoritas.n.4. ibid.

In ſenibus etiam intutus eſt mulierum aſpectus, quem caſtitatis cenſura non cohibet.toto §.83. p.211

Homo caſtus hominis imaginem ſeruat, quam amittit laſciuus.§.108.n.4. p.284

Caſtitas eſt immortalitatis æmula, Phœnicis ſymbolo.§.122.n.1. p.308

Mors appetita pro caſtitate, noſtræ vitæ ſymbolum ſententiosè nominatur.n.2. ibid.

Homo caſtus in confinio naturæ mortalis & immortalis eſt.n.3. p.309

Caſtitas eſt funus humanæ ſubſtantiæ. num. 4. ibid.

Caſtitas eſt ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam exceſſiua contentio. ibid.

Caſtus eſt Spiritus ſancti præcurſor. quare? n. 5. ibid.

Caſtitas eſt Angelicæ vitæ ratio.n.6. ibid.

In periclitante Suſannâ vox ſanguinis, iuſtitiæ, & caſtitatis magnâ voce clamat. toto §. 220. p.474

Caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinetur.§.148.n.6. p.523

Victrix caſtitas libidini ſumptuoſiùs præualet; & profligatam virginitatem quodammodo redintegrat. toto §.250. p.525

Continentium caſtitas,& Chriſtum ſpineâ coronâ exuit,& triumphali coronat. §.250. num.5. p.526

Caſtitas propria iudicum virtus eſt: libido autem canam horum Senum Iudicum maturitatem abſtulit. toto §.280. p.575

Caſtitas eſt felicior nominis propagatio, mundus cæleſtis, muratior virtus, lilium inter ſpinas,& florida præcinctio.toto §.284. p.582

Caſtitas eſt ſpiritualizandæ carnis contentio, humanæ ſubſtantiæ funus, obſequij ſiderei meritum, & quoddam diuinæ puritatis participium. toto §.285. p.584

Celeritas.

Via virtutis quò citiùs, eò faciliùs curritur.§.144. n.4. p.345

Profectum in ſpiritu celeriùs quàm par eſt, maturare, ſæpe ſtitionis principium eſt, & retrocedendi augurium.toto §.246. p.518

Ille verè ſcelerum ſuorum pœnitet, qui citò pœnitet.§.256.n.5. p.536

Centrum.

Charitas dicitur, virtutum centrum. quare?§.137.n.5. p.333
In viro eximiè ſancto pugnaces etiam virtutes velut in centro requieſcunt. ibid.

Character.

Bonũ exemplũ eſt virtutis character.§.11.n.2.p.83
Vita ſolitaria vſque ad mortem, velut character prædeſtinatorum eſt.§.77.n.5. p.131
Mortis character, mortalitatis memoriâ excutitur.§.212.n.4. p.461
Num libido characterem malitiæ imprimit?§.281.n.4. p.578

Charitas.

Vide verbo, *Amor*, *Pax*, *Inimicorum dilectio*, *Concordia*.

Cherubinus.

Vide verbo, *Angelus*.

Chriſtianus.

Cruciamentis & contumeliis gloriari, pius aliquis Chriſtianiſmi faſtus eſt.toto §.17. p.94
Chriſtianus vocatur, voluntas Dei in eo.§.36.n.5. p.129
Quàm nunc à primitiuâ Eccleſiâ Chriſtiani deſciuerint.§.60.n.1. p.170
Damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen. toto §.60. ibid.
Chriſtianiſmi gloria eſt, pœnam ſine culpa pati. §.211.n.3. p.460

Chriſtus.

Chriſtus Inſpector naſcitur, vt pudore afficiat tributorum exactores.§.14.n.5. p.90
Num gloria Chriſto non tam in patrio throno, quàm in gloriâ contumeliæ reputata eſt?§.17.n.2. p.94
Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ.ibid.n.3. p.95
Mortificatio vngit in nobis corpus Chriſti. §.35.n.1. p.126
Ira in nobis eſt paſſio, in Chriſto velut actio.§.43.n.2. p.141
Chriſti etiam ira eſt benefica. ibid.
Non vult Chriſtus rapinâ nutriri: melius eſt, vt in paupere tabeſcat.§.50.n.4. p.154
Cur Diabolus glorioſam regnorum concupiſcentiam Chriſto ſuggerit?§.56.n.2. p.163
Alieno iumento cur Chriſtus vtitur in ſuo triumpho.§.78.n.5. p.203
Chriſtus inſincerum bibit acetum, vt ſinceritatem in Adamo perditam, nobis reſtituat. §.79.n.7. p.204
Chriſtus dicitur via æterna.§.84.n.2. p.212
Ei, qui in ſpirituali viâ ſemper ambulat, maior Chriſtus occurrit. quare?ibid.n.3. p.213
Peccatum eſt Chriſti crux, & Chriſticidium.§.100.n.2.& 3. p.241.& ſeq.
Cur de latere Chriſti aqua etiam exiuit? §.113.n.6. p.293
Chriſti Dei vota & deſideria in Euchariſtiâ cenſentur.§.114.n.5. p.295
Qui indignè accipit Euchariſtiam, Chriſtum in gutture ſuo perimere dicitur.§.115.n.4. p.296
Qui Chriſtum ſecutus eſt, illum iam conſecutus eſt.§.123.n.2. p.310
Naturalis Chriſti voluntas relinquitur, vt Patris Dei voluntas fiat.§.126.n.2. p.314
Chriſtus peccatori, tanquam crucifixus.§.129.n.2. p.319
Qui peccatis ſibi vileſcit, Chriſtum reputat ſtultum mercatorem.§ 134.n.4 & 6. p.328.& ſeq.
Chriſtus, qui clarè viſus erit patria, nunc coram ſpectatus ſit via.§.135.n.3. p.329
Chriſtus dicitur, Neceſſarium fidei decus. quare? §.139.n.3. p.336
Cur Chriſtus naſcitur in domo furoris, & in domo panis?§.149.n.6. p.355
Chriſtus venit, vt ſacrum caput ad ſpineam coronam præpararet.§.150.n.6. p.356
Chriſti principatus, & eius inſigne eſt lex obſequentiùs obſeruata.§.154.n.2. p.362
In pauperibus vſque ad finem mundi Chriſtus myſticè patitur.§.156.n.4. p.366
Chriſtus non tam attendebat, quòd ab ipſis, ſed quòd pro ipſis moriebatur.§.181.n.2. p.408
Nulla Chriſti læſura non fuit erga inimicos benefica.§.192.n.1. p.427
Quare ſputo ex ſuperfluis coagulato, Chriſtus benefacit? §.195.n.4. p.433
Num Chriſti manſuetudini debetur Beatorum corporum gloria? §.208.n.3. p.454
In ſpiritu manſuetudinis Chriſtus coronatum ſpinis caput impunè reclinat.ibid.n.4. p.455
Patientia Chriſti ſurda, & muta, & imperturbabilis §.216.n.7. p.469
Quare Chriſtus propter ſuam reuerentiam exauditus dicitur? §.222.n.5. p.479
Chriſti ſudor ſanguinis, ſanguineæ lacrymæ nominantur. ibid.
Chriſtus in noſtros vſus totus expenſus eſt.§.239.n.4. p.507
Dominicæ patiẽtiæ expẽſio.§.241.n.2.& 3. p.510
Chriſtus non in carne meliore carnem redimit. §.251.n.5. p.528
Patiendi voluntas in Chriſto, vna plures fuit, quare? §.283.n.5. p.582
Chriſtus vbique par ſibi, & idem ipſe eſt. §.291.n.2. p.594
Ambitio ſe Chriſto præponere affectat. §.311.n.6. p.630
Chriſtus eſt ipſa ſubſtantia pulchritudinis.§.318.n.5. p.642
Chriſtus eſt pulchritudo Mariæ. ibid.
Chriſtus in ſe pulcher, ſit etiam pulcher in noſtro intellectu.§.324.n.1. p.651
Quomodo Chriſtus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? ibid.n.4. p.652
Vide verbo, *Deus*, *Incarnatio*, *maternitas Mariæ*.

Cibus.

Vide verbo, *Gula*, *Ieiunium*, *Euchariſtia*.

Cicatrix.

Vulnerum cicatrices in Reſurrectionis gloriâ, cur apparent? §.144.n.2. p.345
Chriſti ſtigmata ſacra deſiderant Angeli proſpicere.§.182.n.2. p.410
Incauta voluptabilium pœnitentia, cicatricem vulneris in vulnus recudit. §.193.n.3. p.429

Cilicium.

Hypocrita cilicij ſpinoſitate Infernum negotiatur.§.57.n.5. p.166

Cingulum.

Caſtus caſtimoniæ floribus præcinctus, puritatem oſtentat.§.284.n.5. p.584

Cinis, Puluis.

Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ.§.17.n.3. p.95

Homo, quia puluis eſt, timeat à cuiuſuis periculi venro. §.82.n.1. p.209
Vitæ miſeriæ, & ſepulcralis ciuis, vectigalia peccati ſunt. §.125.n.2. p.312
Puluis ſepulcralis victoriæ auſpicium eſt. §.206. n.6. p.452
Vide verbo, *Terra, Sepultura, Mors.*

Clementia.

Vide verbo, *Miſericordia, Inimicorum dilectio.*

Clericus.

Vide verbo, *Sacerdos.*

Cognatus, Cognatio.

Frattum, & cognatorum vnitas. §.135.n.2. p.329
Sit homo veritatis cognatus. §.203.n.2. p.446

Comœdia.

Spectacula ſunt periculoſa caſtitatis ludibria. §.278.n.5. p.573
In theatris oculorum deſiderio, Diabolica ſacramenta celebrantur. ibid.

Compaſſio.

Adeò grande malum eſt peccatum, vt compaſſionem veret? §.65.o.1. p.179
Chriſtus propter charitatem velut effuſam, Prodigo adoleſcenti compatitur. §.136.n.3. p.331
Compaſſionis elogium. §.167.n.1. p.384
Iobi cognatio multimoda cum beneficâ compaſſione. ibid. n.2. ibid.
De conuiſcerata ſibi commiſeratione Iobus gloriatur. ibid.
Benefica commiſeratio, commiſerationis legem ſancit, & reciprocat. n.3. ibid.
Summum hominum vinculum eſt condolens humanitas. n.4. p.385
Commiſerationis exors ſuper perituro, parricidij reus eſt. ibid.
Nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam negat. n.5. ibid.
Humanæ commiſerationi Deus non inuidet. n.6. ibid.
Gens etiam inhumanè barbarica, compaſſione tangitur. n.7. ibid.
Miſericordia & compaſſio erga miſeros eruditur. §.168.n.1. p.386
Homo compaſſionis exors, contra reliqua peccata rigores obarmat. ibid. n.2. ibid.
Compaſſio tot cruces patitur, quot proximus miſerias ſuſtinet. n.3. ibid.
Oculus eſt compaſſionis index, & idea. num.4. p.387
Compaſſio erga abiectiſſimos, ſicut in neceſſarios, & magnos. n.5. ibid.
Compaſſio quaſi ſpongia, damna aliena ad ſe trahit. ibid.
Compaſſio in charitatis officinâ, Martyres eudit. n.6. ibid.
Inconſulta compaſſio, & vicina miſeriæ eſt, & puſillorum vitium. §.300.n.1. p.610
Compaſſio cruci aſſimilatur. ibid. n.2. ibid.
Leuicula compaſſio, quæ vitia impunitate fouet, Chriſtianæ diſciplinæ crux eſt. ibid.
Nimis tenera ac diuturna compaſſio, ingeneroſus ac muliebris affectus eſt. n.3. ibid.
Temperatæ compaſſioni hominum, Deus non inuidet. n.4. ibid.
Nimia in charorum morte compaſſio, fidem paganam, ſeu infidelitatem arguit. numero 5. p.612
Ambitioſa defunctorum compaſſio lugubris culpatur. n.6. ibid.
Defuncti cadauer, cur in modum coronæ circumſtant. ibid.

Concio, Concionator.

Sermo eſt virtutis commentum; opus ſuadendæ virtutis character. §.11.n.2. p.83
Impoſſibile putatur opus, quod bonum Prædicatoris exemplum ſuadet. ibid. n.4. p.84
Lingua ſuadet, bona vita virtutem iubet. num.5. p.85
Inter monſtra eſt, qui omnibus omnia eſt, & ſibi nemo. §195.n.1. p.432
In fratrum diſcrimine paradiſi delicias non ſentit Paullus, & adhuc corpus caſtigat. ibid. n.2. ibid.
Imperfectus perfectionem ſuadens, Deo largior eſſe ambit. o.3. ibid.
Prædicatores concham, non canalem Imitentur. ibid.
Quare ſputo ex ſuperfluis coagulato Chriſtus benefacit? o.4. p.433
Nimiùm iuſtus eſt, qui de alienâ iuſtitiâ ſollicitus, propriam negligit. n.5. ibid.
Scientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat. n.6. ibid.
Inanis verborum pompa in Concionatore vapulat. §.238.n.1. p.504
Garrulus concionator greges Diabolorum paſcit. ibid. n.2. ibid.
Euangelicus concionator debet Satanam dentibus mordere. n.3. p.505
Electus Diabolorum cibus eſt, lux concionatorum in fauilias redacta. ibid.
Immundæ inferni volucres, cur biant ad granum, quod eſt verbum Dei? o.4. ibid.
Corrupta verbi Dei concio eſt accuratior Dæmonum paſcua. n.5. ibid.
Sanguis Dominicæ crucis in concionatoris ore rutilet. n.6. p.506
Os concionatoris Chriſti ſanguine rubeat, & madeat. ibid.
Concionator animam conuertens, eleemoſynam Deo donare dicitur. § 239.n.6. p.507
Deúſne eſt hominum conuertendorum mendicus? ibid.
Quàm ſit ſubliſſimè diuinum munus Euangelici Concionatoris, qui ad ſalutem animarum procurandam ſeriò inuigilat. toto §.244. p.515
Bonus concionator os Dei, & lex Dei dicitur. n.6. p.516
Cautela reprehenſionis in concionatore eruditur. toto §.269. p.557

Concordia.

Concordia ſceleratorum, eorum futurum incendium auguratur. §.6.n.21. p.65
Humanæ concorditer ſocietatis encomium. §.158.n.1. p.369
Qui vnum erant, & iam abinuicem diſſident, arundo quaſſata nominantur. ibid. n.2. ibid.
A concordiâ facinorum, Geryon ter vnus dicitur. n.3. ibid.
Vnus homo per ſocialem concordiam vniſſimè multiplicatur. n.4. ibid.
Hebræorum gnome: aut ſocietas aut mors. ibid.
Loth inurbanæ diuiſionis pretio, ſeruitutem emit. n.5. p.370
Pia fratrum diſcordia, vter pro altero vinculetur, concordiæ exaggeratio eſt. n.6. ibid.
Res debilitatem ſuam diuiſione factam, communione corroborat §.240.n.1. p.508

Sicut multæ faces vnus rogus eſt ; ſic & nos per concordiam vnus plures.§.252.n.2. p.528
Concordia, Dei ſanctificationem, & noſtram mirè operatur.ibid.n.3. p.529
In pacificè concordibus nil Deo repugnat. ibid.
Pacificus eſt homò integer, alioqui mutilus. n.4. ibid.
Concordia reliquas virtutes nobilitat.n.5. ibid.
Virtus non modo ſeipſam, ſed & impios tuetur. ibid.
Innumeri Angeli, vnus plures per concordiam dicuntur.§.270.n.6. p.560
Vide verbo, *Amor, Inimicorum dilectio, Pax.*

Concupiſcentia.

Timor Dei concupiſcentias extirpare dicitur. §.25.n.2. p.109
Obedientia concupiſcentiam deſueſcit. §.36.n.2. p.128
Pauper nihil ſecularis concupiſcentiæ habere dicitur.§.46.n.4. p.147
Qui beſtialem concupiſcentiam ſubigit, Rex dicitur.§.88.n.6. p.222
Humo mortificatus concupiſcentiis exemptus dicitur.ibid.n.3. p.220
Concupiſcentia tendat ad virtutem;ad laſciuiam, illius abuſus eſt.§.109.n.2. p.285
Concupiſcentia Dei offenſam armare dicitur. §.148.n.3. p.352
Concupiſcentiæ inconſtantia, in alternandis vicibus conſtans.§.151.n.5. p.358
Concupiſcentia hominem multiplicat : ergò è multis vnus fiat.§.190.n.2. p.423
Concupiſcentiæ abuſus ad laſciuiam. §.193. n.5. p.429
Hominis deſiderium, & impotens concupiſcentia, & animus giganteus dicitur. §. 287. n. 4. p.588
Vide verbo, *Libido, Caro.*

Confeſſio.

Vide verbo, *Pœnitentia.*

Confuſio.

Vide verbo, *Pudor.*

Coniectura.

Vide verbo, *Suſpicio.*

Coniux.

Vide verbo, *Maritus, Nuptiæ.*

Conſcientia.

Grauior adulterij conſcientia, quàm pœna. §. 2. n.31. p.20
Qui firmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. toto §.74. p.194
Cur praua conſcientia mari comparatur. §.124. n.1. p.311
Praua conſcientia dicitur, Infernus viuentium. ibid.n.2. ibid.
Cauteriata conſcientia, damnationis candidata, & emendationi inidonea eſt.n.3. ibid.
Animus maleconſcius, ſeipſum arbitrum reformidat.n.4. ibid.
Praua Caïni conſcientia, vel impoſſibilem pœnam timet. ibid.
Conſcientiæ tormentum, peccati excellentiam oſtendit.n.5. ibid.
In conſcientiâ, delicti pompa depingitur. n. 6. p.312
Conſcientiæ tranquillitas feliciter beat. §.141. n.1. p.339
Bona conſcientia propè impatibilis eſt. ibid.n.2. ibid.
Bona conſcientia ferè malorum ſenſum non capit.n.3. p.340
Bona conſcientia immutabilitatem Dei æmulatur.n.4. ibid.
Bona conſcientia eſt ſcyphus, in quo Ioſeph auguratur.n.5. ibid.
Bona conſcientia cuncta mala auertit, bona cuncta fauſtè ominatur.n.6. p.341
Bona conſcientia eſt boni facti merces.n.1.p.339
Conſcientia, ſicut oculi pupilla, leui puluiſculo non leuiter læditur.§.175.n.2. p.398
Suſannæ caput male criminis obiecti reatu degrauatum bona conſcientia in cælum ſublimat.§.233.n.1. p.496
Bonæ conſcientiæ tres diuinæ perſonæ irrefragabile ſuffragium perhibent.ibid.n.2. ibid.
Damnata Suſanna clamat, quaſi arbitra calumniantium.n.3. ibid.
Suſanna alieno iudicio miſera non eſt, quæ ſui conſcientiâ beatur.n.4. p.497
Bona conſcientia eſt gaudium Angelorum, & titulus religionis.n.5. ibid.
Bona conſcientia quaſi extinctione carnalium paſſionum conſtat.n.6. ibid.
Pœnaliſſimum conſcientiæ tormentum, quandam delicti pompam ſumptuoſiùs oſtentat. toto §.253. p.530

Conſilia Euangelica.

Vide verbo, *Obedientia, Sanctus.*

Conſilium, Conſiliarius.

Silentium nutrit conſilia.§.140.n.7. p.339
Falſatæ rerum opiniones, conſilia haberi, & nominari ambiunt.§.181.n.5. p.409
Perita ad gubernandum prudentia, per alios quærenda, & habenda eſt.§.188.n.1. p.420
Quod plures peritè conſulunt, & decernunt, facile vnus exequitur.ibid.n.2. ibid.
Conſilioſi Cherubini plures, vnum vnius aciei gladium habent.n.3. ibid.
Conſilia, quæ plures confusè exequuntur, cogitationes impoſſibiles nominantur.n.4. p.421
Myſterium conſilij conſummat ſedula rei deliberatæ executio.n.5. ibid.
Regnorum proſperitas è conſiliorum peritiâ pendet.n.6. ibid.
Vide verbo, *Prudentia.*

Conſolatio.

Perinde eſt pœnitere, ac conſolari.§.66.n.2.p.181
Impetratio emphaticè dicitur conſolatio. §.225. n.1. p.480
Vide verbo, *Gaudium, Triſtitia.*

Conſtantia.

Caſtus Dei timor eſt conſtantia in virtute. §. 25. n.3. p.109
Parúmne refert, an ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas? toto §.75. p.196
Bonum propoſitum, ne euarietur, ſit velut teſtamentum.§.86.n.3. p.216
Crebra à ſeipſo mutatio, hominem deuenuſtat; immutabilitas auguſtum Dei elogium eſt. toto §.143. p.343
De cogitationum identitate venit vniformis conſtantia hominis.§.291.n.4. p.595
Vide verbo, *Mutatio.*

Conſuetudo.

Peccata iuuentutis ſic inoleſcunt, vt vix exoleſcant.§.2.n.57. p.28
Singularis concubitus, velut conſuetudo præſcribit.§.6.n.17. p.65

Difficultates conſuetudo exarmat.§.38.n.1.p.132

Facilitas, quâ bonum ex conſuetudine fit, oblioioni adulatur.ibid.n.2. ibid.

In conſuetudinis gymnaſio, ardua virtus ad ſuauitatem eruditur.n.3. ibid.

Bona dio conſuetudo paſſiones ſedat, ſtatôs ionoceotiæ æmula.n.4. ibid.

Puer pauculos aonos natus, aſſiduè innouandus eſt quomodo?n.5. p.133

Lucere adſuetum, depoſitioue non extingui, perrarum eſt.§.64.n.4. p.178

Senectus vitiis præ conſuetudiue inueterata, indocilis eſt, inflexilis, & in malitiâ penè obſtinata.toto §.254. p.531

Diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt. toto §.256. p.535

Praoa diu conſuetudo liberam quandam velut neceſſitatem ad peccandum inducere videtur. toto §.260. p.542

Adſuetæ libidinis obſtinata malitia, velut impotenter ad voluptabilia hominem laſciuum rapit.toto §.281. p.577

Vide verbo, *Obſtinatio, Vitium, Senex.*

Contentio.

Contentio eſt, Impugnatio veritatis, cum confidentiâ clamoris.§.2.0.35. p.21

Sollicitior eſt Suſanna ad virtutem, qnàm Senes ad vitium.§.6.n.37. p.68

Diuinæ beneficeotiæ cum eleemoſynario contentio.§.41.n.5. p.140

Ingratitudo erga Deum, cum omnipotente Dei beneficenriâ contendere audet.§.73.n.4.p.193

Contentio peccatoris cum omnipoteute Deo. §.129.n.3. p.319

Contentioues ſuper Conceptione Matiæ, eius cuſtodiam auertunt. §.317.n.3.p.640.& §.322. n.1. p.648

Continentia.

Vide verbo, *Caſtitas, Virginitas, Libido.*

Contrarium.

Diuina prouidentia per contraria auxiliatur. §.6. n.53. p.72

Arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat.toto §.144. p.344

Eâdem re Deus, & fauentiùs mulcet, & acerbiùs punit. Quare idem ventus contraria operatur. §.190.n.6. p.425

Ex aduerſis & contrariis proficere, pietatis iogenium eſt.§.289.n.5. p.592

Contumelia.

Vide verbo, *Detractio, Lingua, Patientia, Calumnia.*

Conuiuium.

Vide verbo, *Gula, Ieiunium, Euchariſtia.*

Cor.

Amor rerum mundialium, eas cordi infigit. §.91. n.2. p.225

Qui agit pœnitentiam, portat cor ſuum ſuper humeros.§.95.0.4. p.233

Corde alio, atque alio loqui. §.190. numero 4. p.424

Qui vnum cor habet, exors triſtitiæ eſt, ſemper lætus.§.190.n.5. p.425

Calumnia perdit cor dentium ſapientis. §.214. n.3. p.465

Chriſtus Deus, dimidium Deiparæ cor dicitur. §.327.0.3. p.657

Corona.

Mortis anguſtiæ, perinde eſt, ac corona.§.198.n.7. p.438

Continentium caſtitas, & Chriſtum ſpineâ coronâ exuit & triumphali coronat. §.250. num.5. p.526

Fœcunditas coronarum, caſtitatis ſtipendium eſt. ibid.

Vide verbo, *Victoria, Spina.*

Corpus.

Vide verbo, *Caro, Homo.*

Correctio.

Vide verbo, *Reprehenſio.*

Credulitas.

Populus, Senum nece expiat facilem credulitatem.§.2.n.66. p.31

De mentito adoleſceute creditur, quod de vero non licet.§.6.n.53. p.72

Extraordinaria prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem iouenit fidem. toto §.248. p.521

Vide verbo, *Veritas, Mendacium, Fides.*

Crudelitas.

In laſciuo blandiùs amore, fetina duriùs crudelitas, & furor latet. toto §.145. p.346. & toto §.147. p.350

Blanda Venus crudeliotibus durè flagitiis præeſt. §.147.n 5. p.351

Repulſus amor, in atroces impotentet iras crudeliter degenerat.ibid. n.6. ibid.

Laſciuus pulchritudinis amor, odio, & ſæuitiæ confinis eſt.toto §.163. p.377

Vide verbo, *Martyr.*

Crux.

Crucis myſterium, è ſiniſtro facit dextrum. §.7. n.4. p.77

Chriſtiano gloriatio gloriatiooom crux eſt. §.17. n.4. p.95

Verus homo noſter qoem ob reatum crucifigendus ſit cum Chriſto.§ 87.n.6. p.219

Peccatum ooſtrum, Chriſti crux eſt, cruce grauior. §.100.n.2. p.241

Mundialis voluptas eſt Paullo, quaſi probroſa & & acerba crux.§.107.n.5. p.283

Crux Chriſti onus leue eſt.§.110.n.2. p.287

Peccator dicitur Chriſti crux, cui Chriſtus memoratur infixus.§.129.n.2. p.319

Clauo Dominicæ crucis, infernalis Siſaræ caput confodiatur.§.138.n.4. p.335

E peruerſitatibus lignorum fit crux recta §.144. n.3. p.345

Vir vxori velut cruci alligatur.§.153.n.3. p.361

Compaſſio tot cruces patitur, quot proximus miſerias ſuſtinet.§.168.n.3. p.386

Sanguis Dominicæ crucis io Concionatoris ore rutilet.§.238.n.6. p.506

Compaſſio cruci aſſimilatur. §.300. numero 2. p.613

Pulchritudo Mariæ ſignaculum crucis præfert. §.318.n.4. p.642

Chriſtus è Cruce pendens, eſt menſura Marianæ gloriæ.§.329.n.6. p.661

Vide verbo, *Paſſio Chriſti, Mortificatio.*

Culpa.

Vide verbo, *Peccatum.*

Currere.

Non cùm velociter currit, ſed cùm metam attingit, velociter currere dicitur. §.210.num.2. p.458

Qui volat in viâ, ambulare, & currere dicitur. quare? §.210.n.3. p.458
Vide verbo, *Celeritas*, *Via*.

D.

Damnatio.

Vide verbo, *Iudex*, *Iudicium finale. Iudicium temerarium*, *Gehenna*, *Pœna*.

Daniel.

Daniel puer comptæ ætatis. §.2.n.55. p.27
Daniel duodennis cùm hæc hiſtoria accidit. §.5. n.2.& 17. p.47.& 50
Danielis etymon, & ſignificantia: non fuit verè religioſus. §.5.n.37. p.55
Daniel duodennis Suſannam liberat, ne mentitus ille adoleſcens diceretur. §.6.n.54. p.72
Cur Danieli Deus non Babylonicas, ſed Hebræas apparat dapes? §.14.n.2. p.89
Spiritus ſanctus Danielem puerum ſubitò in ſenem transformat. §.230.n.5. p.491
Daniel moribus dies antiquauit. §.247.n.6. p.521

Dæmon, *Diabolus*.

Pauet Diabolus cùm eius commenta nudantur. §.2.n.53. p.27
Manſuetudo dicitur vinculum, & nodus Dæmonum. §.57.n.2. p.112
Num paupertas Diabolo aufert tentandi ſpem? §.46.n.1. p.146
Cur Diabolus glorioſam regnorum concupiſcentiam Christo ſuggerit? §.56.n.2. p.163
Totus mundus ſub Diabolo iacet. Fuge. §.91.n.3. p.226
Dei ſententia per fabros Dæmones ſufflat gehennam. §.92.n.5. p.228
Vel fictæ pœnitentiæ verbum in Iudâ timuit Diabolus. §.98.n.6. p.239
Libido dicitur Dæmon, & omne malum. §.101. n.5. p.544
Voluptuoſa improbitas, ludus eſt Dæmonum, quo animas in infernum rotat. §.110.n.5. p.288
Eucharistia eſt Diabolicæ perditionis iudicium. §.113.n.1. p.292
Qui diuinæ voluntati piè etiam aduerſatur, Satanas dicitur. §.123.n.6. p.311
Dæmon ex impudenti amore procudit ſæuitiæ arma. §.145.n.3. p.347
Peccator eſt Dei opere, Diaboli voluntate §.148. n.2. p.352
Inuidus eſt Diaboli diſcipulus. §.155.n.4. p.359
Triſtitia eſt omnium malorum ſpirituum peſſimus. §.159.n.3. p.371
Triſtitiam ſi auferas, nemo ferè à Dæmone lædi poterit. §.159.n.6.p.372.& §.166.n.2. p.382
Qui peccata excuſat, quædam Diaboli vmbra eſt. §.165.n.4. p.381
Lacrymarum aqua dæmonibus exitialis eſt. §.176. n.3.& 4.& 5. p.400
Sicut Deus Pater genuit Filium veritatem, ſic Diabolus genuit quaſi filium mendacij. §.194. n.3. p.430
Diabolus de gehennæ incendio paſſiones inurit. §.233.n.6. p.497
Dæmones improbis concionatoribus paſcuntur, & deliciantur. §.238.n.5.& 3.& 4.& 5. p.504. & ſeq.
Angelus cùm reprehendit, Satan putatur. §.269. n.2. p.557
Poteſtatem agere, eſt Diabolorum vita. §.290.n.2. p.593
Libido dicitur, Inteſtinus Dæmon. §.301. n. 6. p.613

Defectus.

Vide verbo, *Peccatum veniale*.

Delicia.

Vide verbo, *Voluptas*, *Felicitas*, *Diuitia*.

Deſertum, *Eremus*.

Fugienda eſt hominum frequentia, & quærenda ſolitudo. §.76.n.1. p.197
Homo ſeipſo ac mundo maior, ſolitudinis arbitrio efficitur. ibid.n.5. p.198
Solitudo Monachos ad perfectionis neceſſitatem quodammodò conſtringit? n.3. ibid.
Inde Monachus extra mundum eſſe dicitur, & cæli inquilinus. n.4. ibid.
Vita ſolitaria inuito ſumma damnatio eſt. ibid.
Monachus eſt exul mundi, & paradiſi incola. n.5. p.199
Vita ſolitaria, fomes virtutum dicitur. num. 6. ibid.
Vita ſolitaria, cæli ſchola eſt, diuinæ ſimilitudinis reparatio, prædeſtinatorum character; qui autem inter homines verſatur, minor homo euadit. toto §.77. ibid.
Solitarius nullius indigens, aut Deus eſt, aut beſtia. §.118.n.4. p.302

Deſiderium.

Deſiderium cæleſtis gloriæ, terram conuertit in cælum. §.89.n.6. p.223
Mundialia bona ſunt expectationis commentum; & voluptatum auarè prodiga, deſiderantes deſtituunt. toto §.106. p.280
Terrena mundialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt. toto §.170. p.389
Beatitudo deſiderio conditur ad beneplacendi gratiam. §.182.n.5. p.410
Non eſt integer ac plenus, qui humana, ſed qui diuina deſiderat. §.232.n.1. p.494
Deſideria deſiderare, curriculum videtur, & immetata virtutis meta eſt. ibid.n.2. ibid.
Qui deſiderat deſiderare, circulum facit. ibid.
Deſideriorum virtus tempore non clauditur, æternitatis æmula. n.3. p.495
Cur Ioannes Baptiſta dicitur, Sanctorum propoſitum? n.4. ibid.
Iuſtus piis deſideriis, quaſi iam ſidereus, oberrare audet cum Sole. n.5. ibid.
Deſideria & laxant ſinum accipientis, & accepta cuſtodiunt. n.6. ibid.
Deſiderium idem eſt ac feſtinatio. §.236. num.6. p.505
Beneficium neſcit cuſtodire, qui neſcit deſiderare. §.246.n.1. p.518
Deſideria noſtra ſunt volatilia pennata, ſicut pulnis. ibid.n.6. p.519
Deſideriorum audax error, immetatè multus ac vagus, giganteum animum temerariè mentitur. toto §.287. p.587
De Mariæ Deiparæ deſideriis multa traduntur. toto §.358.p.658. quæ habentur verbo, *Deſideria Mariæ*.

Deſperatio.

Excuſatio blaſphemiæ rea, deſperationem negotiatur. §.165.n.2. p.381
Triſtitia virtutem obſcurat, & ſpem fugat. §.166. n.5. p.383
Ne argutiarum ſubtilitate triſtem diffidentiam negotieris. §.181.n.6. p.409

Diffidentia de ſuis viribus, quædam de Deo præſumptio eſt.§.185.n.3. p.415
Vide verbo, *Spes, Miſericordia.*

Detractio, Obmurmuratio.

Criminatio,& adulatio cognata vitia ſunt.quare? §.6.n.6s. p.73
Maledicæ de ſe linguæ,ferendæ ſunt, & contemptu vincendæ.§.189.n.1. p.421
Spectatæ populi extremitates, Balaami contra illum maledicentiam negotiantur. §.189.n.2. p.422
Maledicentia virtutes de vitiorum confinio calumniatur;ſed ſine fide culpat. ibid.
Maledica Philiſthæi lingua, tanquam victoriæ pignus tenet Dauid.n.3. ibid.
Cur ſurdo contumelias non audienti, ſic ſeuerè maledicere prohibetur? n.4. ibid.
Conuitianti conuitium non reddendum. n.5. p.423
Vicit,& trophæum erigit,qui conuicium non regerit. ibid.
Si auditor deſit, Detractor ad nihilum redigitur. ibid.
Laus improborum nihil differt à vituperio; ſicut improborum vituperium nihil differt à laude. toto §.191. p.425
Iudiciorum ac linguæ ingenium, ſit ad maledicentiam benè rude, ne ſit male acutum. toto §.196. p.433
Amicus, & inimicus diuerſimodè probra iactant. §.200.n.6. p.442
Qui manſuetus audit crimen obiectum, audit alterius,non ſuum crimen.§.208.n.5. p.455
Calumnia mendax ſuprà mortem acerba eſt; & virtutum inſidiatrix, ad malitiam ſubornat. toto §.214. p.464
Vide verbo, *Calumnia, Lingua, Iudicium temerarium.*

Deus.

Neceſſitas probitatis eſt, Deum ante oculos habere.§ 2.n.19. p.17
Diuinæ patientiæ humanus diu abuſus,velut eius euacuatâ miſericordiâ, vltrices demum Dei iras acerbiùs nutrit,& obarmat.toto §.15.p.91
Babylonicum exilium dicitur,Dei abuſus. quare? §.19.n.2. p.98
Serb quis pulcher,appellatur Deus.§.21.n.5.p.101
Dei voluntas ad humanam voluntatem non eſt curuanda,aut emendanda.toto §.21. p.101
Deus eſt obedientis fideiuſſor.§.36.n.1. p.128
Obedientia formam Dei reſculpit.ibid.n.s. ibid.
Eleemoſynarius,velut Deus dicitur. quare? §.40. n.1. p.135
Eleemoſyna eſt filia deificantis charitatis. §.40. n.3. p.136
Deus oſtendens in irâ miſericordiam, ſe oſtendit immortalem.§.43.n.3. p.141
Dei in puniendo acerbitas.toto §.66. p.180
Dedecet Deum ex alienâ materiâ mundum condidiſſe.§.78.n.6. p.203
Inuidia Deum anathematizat.§.85.n.2. p.214
In diſtrictioribus diuinæ iuſtitiæ rigoribus, clementia tranſlucet.toto §.93. p.229
Deus prout à nobis tractatus eſt,ita nos ipſe tractat.toto § 94. p.230
Immutabilem Deum peccata noſtra commouent. §.100.n.5. p.242
Præter Deum omnia felicitas, ſcoria, & excrementum felicitatis eſt.§.106.n.7. p.282
Deus adſpectu ad laſciuos, *facies* in plurali habere dicitur.§.108.n.5. p.285
Eucharistia velut multiplicat Dei potentiam;dicitúrque omnis Dei laus.§.112.n.5. p.291
Dei pulchra deſcriptio.§.135.n.1. p.329
Prodigium diuini amoris erga homines. toto §.136. p.331
Deus Pater quaſi orbitatis hauſit dolorem.§.136. n.4. ibid.
Dei natura antitheſibus explicatur,nec mutabilis cenſetur.§.143.n.6. p.344
Apud Deum non eſt differentia;eſt enim ſemper idem ipſe.ibid.n.7. ibid.
Quomodo in Deo detur numerus, & non detur. ibid.
Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit.toto §.184. p.413
Deus iuſti locus eſt.§.186.n.5.& 6. p.417.& ſeq.
In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo.toto §.202. p.444
Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.§.202.n.5. p.445
Inuicto complexu Deus omnia omnibus dat. ibid.n.6. ibid.
Deus vnus eſt,quia verum eſt vnum; mendacium autem multiplex.§.203.n.3. p.446
Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimodè vindicatur.toto §.204. p.447
Deus extra patientiam, ſapiens vltrà patientiam eſt.§.216.n.4. p.468
Solus Deus eſt humano amore dignus.§.219.n.6. p.474
Deus ſecundùm nomen ſuum,ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 229. p.489
Deus eſt fons,vnus plures.§.236.n.6. p.502
Chriſtianiſmus eſt imitatio diuinæ naturæ.§.240. n.5. p.509
Pulchra Dei definitio, epithetis densè conglobatis §.303.n.1. p.615
Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt.toto §.309. p.624
Vide verbo, *Chriſtus, Trinitas.*

Diabolus.

Vide verbo, *Dæmon.*

Dies.

Diem gaudij nec præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus.§.97. n.6. p.237. & §.118. n.6. p. 303
Tempus conflatum ex die ac nocte, dies appellatur,ad maledicæ linguæ eruditionem. §.196. n.8. p.434
Vide verbo, *Sol, Lux.*

Difficultas.

Certaminis difficultas victoriam nobilitat.§.199. n.6. p.440
Facilitas,aut difficultas virtutis, ſæpè à voluntate eſt.§.283.n.1. p.581
Ab ignauia noſtrâ,rerum difficultas eſt.§.286.n.4. p.587

Dignitas, Prælatio.

Ambitio, Dignitatis pretio ambitioſum mercatur.§.59.n.2. p.168
Multorum dominatio, eorum damnatio eſt.ibid. n.3. p.169
Tot damnantur per poteſtatem,quot per pauperem humilitatem ſaluantur. inibi.
Summa poteſtas,ſumma beatitudo putatur.ibid. n.4. ibid.

Quò

Quò eſt magis ioclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §. 275. pag.567
Profunda Iudæ malitia, quia è ſummo dignitaria faſtigio tuit. §.277.n.5. p.571
Poteſtatem agere, eſt Diabolorum vita. §. 290. num.2. p.593
Abuſinè dicuntur Dignitates, quia ſunt Dignitatom nomina dumtaxat. §.311.n.3. p.629
Vide verbo, *Ambitio*, *Iudex*, *Princeps*, *Superbia*.

Dignus, *Meritum*.

Languet conatus, quem meritorum præſumptio non adiuuat. §.6.n.64. p.74
Quantum voluntas velit, tantum merebitor. §.217.n.3. p.470
Semper abundare in omni opere bono iubemur. ibi.
Vide verbo, *Sanctus*.

Diluuium.

Securus de diluuio diluuij aſylum conſtruit. §.66. num.4. p.181

Diſcordia.

Odium fraternum dicitur crimen peſſimum. §.72. num.3. p.191
Qui vnum erant, & iam inuicem diſſident, aruudo quaſſata nominantur. §.158.n.2. p.369
Lot inurbanæ diuiſionis pretio, ſeruitutem emit. §.158 n.5. p.370
Vide verbo, *Concordia*, *Amor*, *Inimicorum dilectio*.

Diſertus.

Vide verbo, *Eloquentia*, *Concionator*.

Diuitiæ, *Diues*.

Pietas honeſtat diuitias §.2.n.10. p.15
Honorabilior, id eſt, ditior. §.2.n.11. p.16
Diues in faciendis eleemoſynis multus, diues eſſe deſiit, quia non ſibi, ſed aliis diues eſt. toto §.41. p.137
Diuitiæ paupertatis traduntur. §.45. & 46. p.144. & ſeqq.
Diuitiæ periculoſæ ſunt, non ſceleroſæ. §.49.n.1. pag.151
Quare cùm diues damnatur, pauperem excipit ſinus diuitis Abrahæ? §.49.n.2. p.152
Diuitiarum cum vmbrâ multiplex analogia. §.49. num.3. p.152
Quem Satan bonorum poſſeſſione ſpoliauerat, virtute ſpoliare non potuit. §.49.n.4. p.152
Vnus pauper, & diues vnus, dicuntur omnes. §.49.n.5. p.153
Diues non differt, à paupere in naturæ ſubſtantiâ. ibidem.
Male parta per violentiam, fraudem, aut rapinam, male dilabuntur. toto § 50. p.153
Diues immiſericors, reputans pauperem eſſe alterius ſubſtantiæ; ob immiſericordiam multis culpatur, & vapulat. toto §.53. p.158
Diuitiarum vituperium. §.54.n.1. p.160
Opulentia eſt luculentum falſitatis teſtimonium. §.54.n.2. p.160
Argenti & auri ingens copia, eſt noſtræ virtutis pretium. §.54.n.3. p.161
Egenæ & mendicæ ſunt opes, quarum poſſeſſio, egeſtas & mendicitas eſt. §.54.n.4. p.161
Omnis abundantia, quæ Deus non eſt, egeſtas eſt. ibi.
Diuitiæ comparantur Manna, quod adſeruatum putreſcit, & vermibus ſcatet. §.54.n.5. p.161
Potentia diuitum non eſt magnitudo, ſed tumor contrà Deum audax. §.54.n.6. p.161
Auro conſtupratur veritas, expugnatur integritas, iuſtitia vincitur. §.55.n.1. p.162
Diuitiæ picturæ ſunt, & diuites exoculant. §.55. n.2. p.162
Diuitiarum tyrannis meris phantaſmatibus illudit nobis. §.55.n.3. p.162
Diuitiarum cupidus, diuitiarum phantaſiis animam ludificat. §.55.n.4. p.162
In humanis nomen eſt diuitiarum, non res. §.55. num.5. p.163
Diuitiæ hominem à ſeipſo auferunt. Ibidem.
Homo dum alium prædatur, ipſe potiùs præda fit. §.55.n.6. p.163
Non Lazarus, ſed Diues, inducitur anonymus. quare? §.67.n.2. p.182
Diuites pauperibus indigent. quare? §. 156. n. 1. pag.365
Diues pauperum miſeriâ felix. §.156.n.2. p.365
Nemóne diuitum, niſi per eleemoſynam recipit indulgentiam? §.156.n.2. p.365
Eleemoſyna fidem diuitum probat. §. 156. n. 3. pag.366
Cur diuitibus pauperes non deſunt? §. 156. n. 6. pag.367
Sacerdotes non ſolidantur & roborantur opibus. §.267.n.5. p.554
Ille abundè diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589
Vide verbo, *Pauper*, *Felicitas*, *Voluptas*.

Diuturnas.

Timor inſidus eſt ad diuturnitatem virtutis cuſtos. §.28.n.6. p.115
Diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt. toto §.256. p.535
Vide verbo, *Æternitas*, *Tempus*, *Conſuetudo*.

Doctor.

Vide verbo, *Sapiens*, *Concionator*.

Dolus.

Vide verbo, *Fraus*.

Donum, *Munus*.

Regij Adminiſtri ex acceptis opulentè donatiuis, hamata dona Regi ſolitant redonare. toto §.311. p.632
Vide verbo, *Beneficium*, *Gratia*, *Liberalitas*, *Gratitudo*, *Eleemoſyna*.

Dubium.

Dei velut dubium de perfectione Deiparæ, perfectionis exaggeratio eſt. §.327.n.7. p.658

Duratio.

Vide verbo, *Diuturnitas*, *Tempus*, *Æternitas*.

Eccleſia.

Piorum coniugum familia appellatur Eccleſia. §.22.n.4. p.104

Educatio.

Optimo pædagogo puerorum natura ducenda eſt ad virtutem. §.31.n.1. p.121
Qui filiorum educationem negligit, improles eſt & poſteritatem familiæ delet. §.32.num.2. pag.121
Cur Abſalon quatuor habens filios, filios non habere dicitur? §.32.n.3. p.122
Filius, qui patris pulchritudinem non refert, non cenſetur filius. §.32.n.3. p.122
Cur peccatum Rubeni Iacob appellat ſui doloris principium? §.32.n.4. p.122
Non omnis genitor, pater eſt; ſed qui benè filios inſtituit.

inſtituit.§.32.n.5. p.122
Quantum bonæ educationi liceat. §.33. num. 1. pag.123
Filij ſunt matrimonij flores: & vt flores tractandi ſollicitâ educatione §.33.n.2. p.123
Multimodè filiorum pædagogia, parentum ſedulitati commendatur.§.33.n.3. p.123
Bonus filiorum pædagogus, Deum ſibi pædagogum meretur. §.33.n.4. p.124
Abraham bene inſtituturus filios, prædeſtinatur, Chriſti Dei pater. ibid.
Filij benè inſtituti, præclara Domini hereditas eſt.§.33.n.5. p.124
Educatio eſt quaſi completa prolis generatio. §.33.n.6. p.124
Puerilis imbuatur infantia, cana erudiatur morum peritiâ.§.247.n.3. p.520
Senerior educationis diſciplina, immortalitatem, non mortem affert.§.307.n.7. p.623
Vide verbo, *Pædagogus, Pater.*

Egeſtas.

Vide verbo, Paupertas.

Elatio.

Vide verbo, Superbia, *Ambitio.*

Electio, Electores.

Quem bonum elegit Princeps, iam malum deponat.§.108.n.3. p.284
Vide verbo, *Dignitas, Conſiliarius, Princeps.*

Eleemoſyna.

Largus ad eleemoſynas, diuinæ conſeruationis æmulus, & velut Deus dicitur. §. 40. num. 1. p.135
Eleemoſyna facit mundos corde. §. 40. num. 2. pag.135
Ex ſuperfluis eleemoſyna, emit munditiem cordis in cælo beandam.§ 40.n.3. p.136
Elemoſyna eſt filia deificantis charitatis. ibi.
Elemoſyna æſtuantium vitiorum flammam extinguit.§.40.n.4. p.136
Tantum das tibi, quantùm à te ad eleemoſynas rapis.§.40.n.5. p.136
Eleemoſynæ iure licet cælorum regnum violenter inuadere.§.40.n.6. p.137
Diues miſericors, diues eſſe deſiit; non ſibi, ſed aliis diues.§.41.n.2. p.137
Euangelicè diuitem cenſum habet, qui illum non ſibi, ſed non habentibus habet. §.41. num. 3. p.137
Patientia in opum detrimentis, piæ beneficentiæ eruditio, & exercitatio eſt. §. 41. num. 4. pag.138
Diuitiæ quæ remanent diuiti elemoſynario, onus non ſunt.§.41.n.5. p.138
Pretioſus dicitur, qui in magno cenſu, ob eleemoſynas pauper eſt.§.41.n.6. p.138
Eleemoſyna non tam accipientem, quàm largitorem debitorem facit.§.42.n.1. p.139
Vera eleemoſyna putat ſe magis accipere, quàm dare. cur? §.42.n.2. p.139
Eleemoſynam tribuamus, accipientes magis quàm dantes beneficium.§.42.n.3. p.139
Irato Deo eleemoſyna per fiduciam auctoritatis obuiat. §.42.n.4. p.140
Præbitio eleemoſynæ, in præbitore auaritiam exigit. §.42.n.5. p.140
Diuinæ beneficentiæ cum eleemoſynatio contentio, equis vincat? §.42.n.6. p.140
Dei liberalitas erga eleemoſynarios, vmbræ comparatur.§.42.n.6. p.140
Eleemoſynarius Deum ſibi facit debitorem. §.45.n.5. p.146
Pauper facit, quòd elemoſynarius ſit Dei creditor. ibi.
Diues pauperi debet, quòd ſui redemptor eſſe poſſit per eleemoſynas.§ 45.n.5. p.146
Non vult Chriſtus rapina nutriri: melius eſt, vt in paupere tabeſcat.§.50.n.4. p.154
Qui accipit eleemoſynam, ſuam ſubſtantiam accepiſſe putat.§.52.n.1. p.157
Pia eleemoſynæ fraus, liberalem largitorem cudit in exactorem.§.52.n.2. p.157
Eleemoſyna dicitur gratulationis ſacrificium. quare? § 52.n.3. p.157
Gratitudo in eleemoſynis elucet. ibi.
Eleemoſynarius Deum ſibi facit debitorem.§.52. n.4. p.157
Eleemoſynarius dicitur arbor, quæ non tam ferre, quàm dare fructum dicitur. quare? §. 52. num.5. p.158
In die iudicij præmium eleemoſynario Deus reſtituit.§.52.n.5. p.158
Pro veſte in terrâ donatâ, quali veſte in cælo donemur. ibi.
Eleemoſyna eſt pretium & redemptio hominis. §.52.n.6. p.158
Diues eſt à Deo factus, vt pauperes diuitet. §.53. num.1. p.158
Pauper & diues, duo ſunt ſibi contraria; ſed neceſſaria.§.53.n.1. p.158
Diues immiſericors putat pauperem eſſe alterius ſubſtantiæ.§.53.n.2. p.158
Ob non datæ eleemoſynæ rapinam, cæleſti gloriâ ſuâ homo priuatur.§.53.n.3. p.159
Eleemoſyna non tam ex miſericordiâ, quàm ex iuſtitiâ pauperibus ſoluitur.§.53 n.4. p.159
Immiſericors ergà pauperes, infidelitatis reus putatur. quare? §.53.n.5. p.160
Nemóne diuitum, niſi per eleemoſynam recipit indulgentiam? §.156.n.2. p.365
Eleemoſyna dicitur ſepulcralis peccatorum Sindon.§.156.n.3. p.366
Eleemoſyna fidem diuitum probat. ibid.
Per eleemoſynam, redemptionis ſuæ occaſio diuitibus non deeſt.§.156.n.3. p.366
Vide verbo, *Miſericordia, Liberalitas.*

Elias.

Elias ingreſſurus paradiſum, pallium dimittit, vt nuditatis ſuffragio intret.§.161.n.5. p.375
Duplex Eliæ ſpiritus, id eſt duplicatus rigor, regendo populo inidoneus.§.201.n.3. p.443
Duplex Eliæ ſpiritus eſt ſeueritas cum manſuetudine ad gubernandum.§ 242.n.3. p.512
Cur ſpiritus lenitatis, qui Eliæ deerat, Eliæ eſſe dicatur. ibid.

Eloquentia.

Concionator ad oſtentandam facundiæ & ingenij pompam garrulus, multis vapulat. toto §.238. p.504
Vide verbo, *Concionator.*

Epiſtola.

Epiſtolæ mutuæ Origenis & Iulij Africani luculentam diſſertationem continent ſuper huius hiſtoriæ auctoritate. toto §.5. p.34

Eremus.

Vide verbo, *Deſertum, Monachus.*

Error.

Cur riſus reputatur error? §.105.n.1. p.278
Vide verbo, *Fides.*

Eſſentia.

Eſſentia.

Euchariſtiæ cibus eſſentiæ humanæ congruit. §.113.n.3. p.292

Sponſus vehementi affectu adamatus, eſſentia amoris dicitur.§.213.n.5. p.464

Eua.

Quælibet mulier, Euam ſe eſſe ſciat. §. 104. n. 3. pag.277

Euchariſtia.

Euchariſtia ſemper ſit præſens in gratia. §. 112. n.1. p.590

Euchariſtia affectu æſtimanda eſt. quare? §. 112. n.2. p.290

Mundialium affectuum iacturâ Euchariſtia emitur, & poſſiderut §.112.n.3. p.591

Sumptuoſiùs tractatur Euchariſtia, quàm Chriſti corpus. quomodò?§.112.n.4. p.291

Euchariſtia veiut multiplicat Dei potentiam; dicitúrque omnis Dei laus.§.115.n.5. p.291

Euchariſtia omne eſt; & manducans omne eſſe dicitur.§.112.n.6. p.291

Chriſtus reſurgens Euchariſtiam accipientibus propinatur.§ 112.n.7. p.292

Euchariſtis eſt Diabolicæ perditionis iudicium. §.113.n.1. p.292

Euchariſtia eſt, Mortis expenſio, & punitio. §.113.n.2. p.595

Euchariſticus cibus eſſentiæ humanæ congruit. §.113.n.3. p.292

Euchariſtia procedere dicitur à facie Dei Iſraël. quare? §.113.n.4. p.593

Cur Euchariſtia dicitur beatæ & æternæ vitæ definitio?§.113.n.4. p.293

Euchariſtia eſt pulchra ab errore reuerſio. §.113. num.5. p.293

Cur de latere Chriſti, aqua etiam exiuit. §.113. num 6. p.293

Euchariſticus potus ſitim cupiditatis, & peccati interſtinguit. §.113.n.6. p.293

Ab æſtu deſideriorum carnalium Euchariſtia deſiccat.§.113.n.7. p.593

Ineffabilis dulcedo Euchariſtiæ. §.114. n.1.p.294

Quare in Euchariſtiâ Spiritu-ſancto potari dicimur? §.114.n.5. p.294

Euchariſticum panem mater incarnat, vt lacteſcat.§.114.n.3. p.294

Euchariſticum lac magnâ auiditate ſugendum. §.114.n.3. p.294

Chriſti Dei vota & deſideria, in Euchariſtiâ cenſentur.§.114.n.5. p.295

Gratiam Spiritus-ſancti in Euchariſtiâ ſugamus. §.114.n.3. p.294

Euchariſticus cibus Spiritus-ſancti diſciplina eſt. §.114.n.4. p.294

Euchariſtia imminuit peccati fomitem. §.114. num.6. p.295

Euchariſtia corporibus noſtris glorioſam Reſurrectionem affricat.§.114.n.7. p.295

Qui ſumit Euchariſtiam præteritis ſceleribus moritur. §.115.n.2. p.595

Domus panis indignis eſt domus furorem videntis.§.115.n.2. p.295

Euchariſtia in Deitatis conſortium nos facit tranſire.§.115.n.3. p.196

Mutet vitam, qui ab Euchariſtiâ vult accipere vitam. ibid.

Qui indignè accipit Euchariſtiam, Chriſtum in gutture ſuo perimere dicitur. §. 115. num. 4. pag.296

Euchariſtia gladius eſt, indignè ſumentis guttur transfodiens. ibid.

Amor & horror Euchariſtiæ. §. 115. num. 4. p.296

Quomodò Euchariſtia dicatur, Panis impietatis.§.115.n.5. p.296

A macie accipientis, macrum dicitur Euchariſtiæ ſacrificium.§.114.n.6. p.296

Cur Euchariſticus panis, cryſtallus dicitur?§.115. num.7. p.297

Fidelium vnitas per Euchariſtiam. §.240. num.5. pag.509

Exactor.

Regalium miniſtrorum rapacitas. §. 44. num. 1. pag.142

Pertinuit ad Scripturam commendare Ioſephi fidem in pecuniâ Regis adminiſtrandâ. §. 44. num.5. p.143

Fraudatæ pecuniæ ſummam, nec ipſi Regis miniſtri ſciunt, qui eam furati ſunt. §. 44. n. 3. pag.143

Effeminatus Princeps populos exactionibus racemat. §.44.n.4. p.143

Vbi non eſt tributorum frenum, humiliatus corruit populus. ibid.n.5. p.144

Populus, quæ ſua ſunt, vectigalium ſolutione mercatur.§.44. n.6. p.144

Vide verbo, *Vectigal*, *Princeps*.

Excuſatio.

Anteacta Suſannæ vita refutat obiectum crimen. §.1.n.14. p.9

Tacente linguâ caſtitas loquitur pro Suſannâ. §.2.n.51. p.26

Ex riuali fit leno, qui de alterius crimine cupit excuſare ſuum.§.6.n.27. p.66

Cur turpe crimen in iudicio non excuſat Suſanna? §.6.n.52. p.71

Foliis tegitur, quiſquis excuſationibus malitiam abſcondit.§.165.n.1. p 380

Excuſatio, Adæ perizoma præfert. ibid.

Excuſatio blaſphemiæ rea, deſperationem negotiatur.§.165.n.2. p. 381

Conuerſio peccati ad hominem, quia illud non excuſat, auertit. §.165.n.3. p.381

Culparum tenebræ, excuſatione tenebrantur, confeſſione illuminantur. §. 165. num. 4. p.381

Qui peccata excuſat, quædam Diaboli vmbra eſt. ibid.

Excuſatio mentem, linguam, & manus deprauat. §.165.n.5. p.382

Excuſatio ex pudore delicti impudentiam parturit. ibid.

Cur Dauidis confeſſio poſt reprehenſionem, præmatura dicitur?§.165.n.6. p.385

Exemplum bonum, & malum.

Virtus ſpectata, arcano boni exempli ſacramento, ſimilem in ſpectatoribus virtutem oppignerat. toto §.10. p.81

Bonum exemplum characteres virtutum loquitur, auditu impoſſibilia, viſu exanimat, & placido imperio imitationem iubet. toto §. 11. p. 83

Qui bonum exemplum non arripit, ſed reſpuit, acerbiores pœnas merito dabit.toto §.12.p.85

Exempla Sanctorum in puluerem redigenda, & euentilanda ſunt.§.13.n.4. p.88

Conuerſatio, ſicut ſpongia vdorem, ſic malitiam conuictorum haurit.§.103.n.5. p.247

Cur Iudam Chriſtus moriturus, citiùs à colloquio Diſcipulorum expellit. §. 103. num. 3. pag.247
Malo exemplo animus mala ſua proximis tradit, quaſi miſtione malitiæ.§.103 n.4. p.248
Vel faſtidita ſociorum vitia imitamur. ibid.
Quàm noceat malorum ſocietas, ininueſtigabile eſt malitiæ ſacramentum.§.103.n.5. p.248
Sic de malorum ſocietate inſoleſcit malitia, vt ſapientia, & prudentia putetur. §.103. num.6. pag. 248
Qui Chriſtum ſecutus eſt, illum iam conſecutus eſt.§.123.n.2. p.310
Suam quiſque malitiam aliis impingere ſatagit. §.145.n.3. p.347
Mali exempli noxia vis.§.237.n.1. p.503
Malum exemplum probitatis veſtigia delet. §.237.n.2. p.503
Quandò etiam boni malos imitantur, Spiritusſancti abſentia, & diluuium decernitur.§.237. num.3. p.503
Noë non ſorbetur naufragio, quia prauos aliorum mores imitatione non hauſit. §.237. n.4. p.503
Qui malo aſſiduè exemplo non deprauatur, velut alterius naturæ eſt.§.256.n.2. p.535
Nemo eſt peior quàm qui ex optimo, & inter optimos malus eſt. §.277.n 4. p.571
Malum exemplum, omne malum allinit. §. 301. n.6. p.613

Exilium, Exul, Captiuitas.

Exul in Babylone Suſanna, non erat exul. quare? §.1.n.4. p.6.
Captiuitatis calamitas redimit hominem à vitiorum captiuitate. §.2.n.2. p.14
Captiui Iudæi ſuos habent iudices.§.2.n.13. p.16
Captiuus, factus iudex ſuperbit. ibid.
Mancipium Babylone efficitur, vt ſeruitutis iugum excutiat.§ 6.n.3. p.62
Exilij horrorem ſapiens exarmat. §.19 n.1. p.98
Babylonicum exilium dicitur, Dei abuſus.quare? §.19.n.2. p.98
Exilij,& egreſſûs ab exilio,vna eſt definitio. §.19. n.3. p 98
Captiuitas dicitur pretium peccati, quaſi illud redimat.§.19.n.4. p.98
Perfectus homo eſt mundi exul.§.19.n.6. p.99
Exilium dicitur multiplex mors, ad cuius tolerantiam pertinacia requiritur? ibid.
Monachus dicitur mundi exul, & paradiſi incola §.76.n.5. p.199
Abraham,& peregrinus eſt,& à patria in patriam migrat in morte.§.247.n.2. p.520

Extaſis.

Voluptas eſt, Inſana extaſis.§.97.n.5. p.237
Vltrix Iſaaci ira, extaſi moraliſſimè præfocatur. §.149.n.2. p.353
Vehemens Iſaaci commotio, in extaſim virtualiter reformatur.§.282.n.3. p.580

F.

Fabula, Pcëma.

QVare Suſannæ hiſtoria, Fabula, & veritas ſimul appellatur? §.6.n.2. p.62
Opera & iuſtificationes vocantur. puëmata à Symmacho.§.246.n.5. p.519
Genealogiæ fabulis confines.§ 276.n.6. p.570

Facies, Vultus.

Deus adſpectu ad laſciuos, facies in plurali habere dicitur. §.108.n.5. p.285
Facies fucorum lenocinio exculta, multis vapulat. toto §.164. p.379
Adulterium vultûs, adulterium caſtitatis oppignerat.§.164.n.5. p.380
In vno homine duplex facies, decora non eſt; deformis ſemper eſt.§ 190.n.1. p.423

Falſitas.

Vide verbo, *Mendacium*, *Error*, *Veritas*, *Credibilitas*.

Fama.

Reo vicinus eſt qui malus putatur. quare? §. 1. n.13. p.9
Suſannæ familia, non tam de crimine, quàm de criminis nouitate erubeſcit.§.6.n.39. p.69
Parietes iidem, qui aderant Suſannæ infamia, audiant Suſannæ innocentiam.§.6.n.59. p.73
Mera pulchritudo diffamat.§.21.n.4. p.102
Fama ſolet bellum conficere.§.286.n.5. p.587

Fames, Sitis.

Virtutum fames impleri ſcit, expleri neſcit, de plenitudine capacior. §. 236. n. 3 & 5.p.501. & ſeq.
Qui bona mundialia acquirit, ipſam eorum ſitim bibit. §.288.n.5. p.590

Familiaris Regius.

Vide verbo, *Conſilium*, *Aulicus*, *Princeps*, *Iudex*, *Adulatio*.

Felicitas, Fortuna, Proſperitas.

Gratior eſt poſt aduerſitatem Proſperitas. §. 1. n.1. p.5
Non ex bonis mundialibus, ſed ex bonis cuiuſque moribus, velut è fonte, lætitia capranda eſt. toto §.16. p 92
Male mundani homines inſcribuntur humanæ felicitati. quare? §.67.n.4. p.183
Sollers labor, arbiter felicitatis eſt. §.81. num.1. pag.207
Amor rerum mundialium, eas cordi infigit & viſceribus annectit.§.91.n.2. p.225
Mundus bibens fæculentam illuuiem, ſe fortunatè beari putat.§.91.n.4. p.226
Alexander vt ſe probet cælitem, ſummo tantùm pede terram tangit.§.91.n.5. p.226
Fallax, futilis, & fugitiua mundi voluptas, fallenda, decipienda, irridenda eſt. quomodò? toto § 97. p.236
Mundialis lætitia de malo ſuo ridet: etſi miſta, merus dolor eſt, gehennæ fumus, & phantaſmatum parturitio peracerba. toto §. 105. p.278
Mundialia bona puta falſatæ expectationis commentum. §.106.n.2. p. 280
Errori delicioſi amoris dolor implantatus,& inuiſceratus eſt.§.106.n.3. p.281
Voluptatum, ſicut florum gratia, adhuc deſiderantes deſtituit.§.106.n.4. p.281
Voluptas voluptatis prodiga & auara eſt. quomodò? §.106.n.5. p.281
Nauſeat Dauid ad vitam immortalem, humanâ felicitate exundantem.§.106.n.6. p.281
Præter Deum omnis felicitas, ſcoria & excrementum felicitatis eſt. § 106.n.7. p.282
Glorioſa mundi pompa, & delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta Sanctis eſt. toto §.107. p.282
Suauitatem, quam in vitiis mundus mentitur, Chriſtiana virtus verè implet. toto §. 110. pag.287

Mundi vſos & abuſus in confinio ſunt: inde mundialibus rebus tamquam viatico vtendum. toto §.130. p.320

Fortuna moleſtè inconſtans eſt, ſimili inconſtantiâ laborat malitia, prauorum affectuum turbine in gyrum ſemper rotata. toto §. 151. pag.357

Terrena mundialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt. toto §. 170 pag.389

Præuia miſeria futuræ felicitati lenocinatur ad placendi gratiam. toto §.199. p.439

Diu impunita peccatoribus felicitas, acerbiorum pœnarum minæ ſunt. toto §.258. p.538

Ille feliciter diues eſt, qui cupiditatum pauper eſt. toto §.288. p.589

Malè felix in hoc ſeculo, æternæ infelicitatis iam reus perhibetur. toto §.302. p.613

Fideiuſſor.

Deus eſt obedientis fideiuſſor. §.36.n.1. p.128

Noë dicitur Bonitatis diuinæ fideiuſſor. §. 93. n.5. p.230

Homo iuxta Deum habet fideiuſſorem. §. 133. n.6. p.327

Maria eſt humanæ reconciliationis fideiuſſio. §.331.n.3. p.664

Fides, Infidelitas.

Immiſericors ergà pauperes, infidelitatis reus putatur. quare? §.53.n.5. p.160

Chriſtus credentis potentia potentiam defendit ſuam. §.74.n.5. p.195

Chriſtus dicitur, Neceſſarium fidei decus. quare? §. 139. n.3. p.336

Fiducia res fidei, an res ſpei eſt? §. 185.n.2. p.415

Rationabile, id eſt, logicum obſequium, rebus fidei exhibendum. §.258.n.5. p.523

Caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinetur. §.248.n.6. p.523

Vide verbo, *Veritas, Credibilitas, Idololatria. Hæreſis.*

Fiducia.

Vide verbo, *Spes, Oratio.*

Filius.

Filius eſt ſpeculum, & imago parentum. §.1.n.4. p.6

Cur Abſalon quattuor habens filios, filios non habere dicatur? §.32.n.3. p.122

Filius, qui patris pulchritudinem non refert, non cenſetur filius. ibid.

Cur peccatum filij Rubeni, Iacob appellat ſui doloris principium? §.32.n.4. p.122

Non omnis genitor, pater eſt, ſed qui benè filios inſtituit. § 32.n.5. p.122

Filij ſunt matrimonij flores, & vt flores tractandi. §.33.n.2. p.123

Filij benè inſtituti, præclara Domini hereditas eſt. §.33.n.5. p.124

Educatio eſt velut completa filiorum generatio. §.33.n.6. p.124

Amor parentum eſt velut humor arborum, qui aſcendit, non deſcendit. §.37.n.1. p.130

Filios natura velut parentum Sacerdotes inaugurat eorum cultui. §.37.n.2. p.130

Ingratus eſt filius, qui parentum animaduerſionem timet. §.37.n.3. p.130

Quare Dei Filius, paternæ bonitatis ſolùm imago hîc dicitur. §.37 n.4. p.131

In parentes contumelioſus, propè eſt, vt in Deum blaſphemus fit. §.37.n.5. p.131

Propria libido paternæ reuerentiæ & obedientiæ ſeruiat. §.37.n.6. p.131

Abuſus paternæ voluntatis, cæde peracerbâ expiatur. ibid.

Prauos parentum mores, filij difficilè dediſcunt. §.167.n.7. p.385

Paternam malitiam poſteritas hereditat. §.257 n.5. p.504

Homo ſpiritualis dicitur Angelorum filius. quomodò? §.270.n.3. p.559

Boni patris malus filius, illum tantùm vocabulo ſignificat parentem. §.274.n.5. p.567

Filius eſt quaſi φίλος, id eſt, amor patris. §. 307. n.6.p.623. vbi multa de amore Parentum ergà filios.

Vide verbo, *Pater, Educatio.*

Flos.

Filij ſunt matrimonij flores. §.33.n.2. p.123

In voluptate eſt flos cum fraude ſpinarum. §.109. n.1. p.285

Infida eſt florum gratia. §.117.n.4. p.300

Vineæ florentes dicuntur Angeli. §. 271. num.2. p.560

Deipara in conceptu florida. §.317.n.2. p.640

Dum flos calamitate decutitur, radix in profundo adipatur §.207.n.2. p.452

Fomes.

Mortificatio totam vim cupiditatis transfert in Deum. §.35.n.6. p.128

Hypocriſis eſt animæ fomes ad vitia inſtigans. §.58.n.3. p.167

Pœnitentia ipſum peccati fomitem reſecare dicitur. §.62.n.3. p.174

Vita ſolitaria, fomes virtutum dicitur. §.76. n.6 pag.199

Euchariſtia imminuit peccati fomitem. §. 114. n.6. p.295

Timor Dei fortiter tenet impetum fomitis. §. 138.n.2. p.334

Verecundia dicitur virtutum fomes. §. 142. n. 5. pag.342

Fortuna.

Vide verbo, *Felicitas, Diuitiæ, Voluptas.*

Frater.

Pia fratrum diſcordia, vter pro altero vinculetur, concordiæ exaggeratio eſt. §.158.n.6.p.370

Vide verbo, *Cognatus.*

Fraus, Dolus.

Pia eleemoſynæ fraus, liberalem largitorem cudit in exactorem. §.52.n.2. p.157

Simplicitas ad fraudem rudis eſt, & de illius ignorantia ſapit. §.79.n.2. p.203

Voluptatis fraus traditur toto §.109. p.285

Qui dolo vincit, victoriæ gloriam aduerſario cedit. toto §.116. p.297

Fuga.

Qui ſeruiliter timet, non culpæ, ſed pœnæ refuga eſt. §.127.n.6. p.317

Quò fugiendum eſt à Deo, niſi ad ipſum Deum? §.180.n.3. p.407

Peccati ſeruitus fuga non effugitur. §. 272. n. 1. p.567

Funambulus.

Funambulus eſt qui ruinæ pericula non declinat. §.82.n.2. p.209

Funus, Exequiæ.

Nimia in charorum morte compaſſio, fidem paganam, ſeu infidelitatem arguit. §. 300. n 5. pag.611

Ambitioſa

Ambitioſa defunctorum compaſſio lugubris culpatur. Inibi.
Deſuncti cadauer, cur in modum coronæ circumſtant. §.300.n.6. p.611
Sanctus vir, dum viuas ſui exequias celebrat, futuram vindicat immortalitatem. §. 314. n. 4. p.635.
Vide verbo, *Mors, Sepultura, Triſtitia.*

Furtum, Rapina.

Tributorum Exactores clancularìæ rapinæ ſuſpecti. toto §.14. p.89
Tantum das tibi, quantum à te ad eleemoſynas rapis. §.40.n.5. p.136
Panem neceſſarium vel à Deo furari dicimur. § 47.n.6. p.149
Addendo perdit propria, qui retinendo colligit aliena. §.50.n.1. p.153
Cur Semeon & Leui fiunt exortes Sichimæ, quam bellando acquiſierunt? §.50.n.2. p.153
Opes iniuſtè acquiſitæ ſunt nubes luti, quod iniuſti lucri ænigma eſt §.50.n.3. p.154
Immunda eſt pecunia rapinis parta. §. 50. n. 4. p.154
Non vult Chriſtus rapinâ nutriri: melius eſt, vt in paupere tabeſcat. ibid.
Qui impendio alieno domum ædificat, ſepulturam conſtruit. §.50.n.5.& 6.p.154. & ſeq.
Vltra fatuum eſt, qui ad furacitatem ingenioſus eſt. §.50.n.6. p.155
Ob non datæ eleemoſynæ rapinam, cæleſti gloriâ ſuâ homo priuatur. §.53.n.3. p.159
Homo dum alium prædatur, ipſe potiùs præda eſt. §.55.n.6. p.163
De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.201
Voluntas propria, furti rea eſſe dicitur. §. 126. n.5. p.315
Furacitas charitatis omnia rapit, quin poſſeſſorem deſpoliet. §.132.n.5. p.325
Homo mendax Domini prædo dicitur. quare? §.209.n.7. p.457
Vitioſus ſenex ſi aliquod virtuti tempus impendat, illud rapere ſeu furari dicitur. §.254. n.5. p.532
Oculus dum animam deprædatur, delictorum latrocinium exercet. §.278.n.4. p.573

G.

Gabriel.

VIde verbo, *Angelus.*

Gaudium, Lætitia.

Gaudium præda eſt, quæ celeres venatores habet. §.2.n.53. p.27
Non ex bonis mundialibus, ſed ex bonis cuiuſque moribus, velut è fonte, lætitia captanda eſt. toto §.16. p.92
Cæleſtis lætitia, & ſimplex cor, ſynonyma ſunt. §.79.n.4. p.204
Qui lætatur in voluptate, lætatur in nihilo. §.97. n.4. p.237
Riſus in hâc vitâ, irriſio eſt. §.79.n.5. p.237
Deus totum gaudium noſtrum eſt. §.97. num.6. p.237
Diem gaudij nec præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus. ibid.
Mundialis gaudij fallacia. §.105.n 1. p.278
Riſus reputatur error; quia qui ridet, de malo ſuo. ridet. §.105.n.2. p.278
Lætitia dolore ſemper miſta, metua dolor & angor eſt. §.105.n.3. p.179
Dolor dicitur, Lætitia mala. quare? ibid.
Mundialis lætitiâ ignis eſt, quo infernalis gehenna fumat. §.105.n.4. p.179
Fallacium voluptatum amatores, lætitiæ phantaſmata parturiunt. §.105.n.5. p.279
Mundialem lætitiam paradiſi exilium concinnat. §.105.n.6. p.280
Lætitia gaudij refuga, ad triſtitiæ caſtra diuertit. §.117.n.6. p.301
Iuſtorum gaudium in triſti calamitate. §. 137. n.4.& 5.& 6.p.333. & ſeq.
Iſaaco, id eſt, riſu naſcituro, cur riſum Deus vetat. §.144.n.6. p.246
Gaudium humanum ſolius Dei eſt, & quaſi rem ſuam Deus vſurpat. §. 144.n.6. p.246
Qui expulſâ triſtitiâ alacris eſt, omnia aduerſa triumphalis deuincit. §.146.n.3. p.349
A gaudio bona animi elatio eſt; à mœrore degener puſillanimitas. §.146.n.5. p.349
Lætitia ergà Dominum, lætitia omni tempore eſt. § 179.n.7. p.406
Sententiosè ſpes appellatur, Gaudium ante gaudium. §.182.n.3. p.410
Vero gaudio bonum deſiderium, ac ſpes cæleſtis exundat; & ſeculari lætitia minimè viduatur. toto §.182. p.409.& ſeq.
Virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio animitùs ſemper exultat. toto §.186. p.416
Qui vnum cor habet, exors triſtitiæ eſt, ſemper lætus. §.190.n.5. p.425
Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij: & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. toto §.292. p.596
Vt verè ac ſolidè gaudeas, de Deo gaude: gaudere de reliquis, gaudij abuſus eſt. toto §. 310. p.627

Gehenna.

Vide verbo, *Infernus.*

Gena

Vide verbo, *Facies.*

Genealogia.

Res genealogiæ longâ temporum varietate miſcetur, ac confunditur. §.276.n.1. p.569
Iudæi olim nobiles, negant vnquam fuiſſe ſeruos. §. 276.n.2. p.569
In re genealogiæ pars deterior, potioris nomine cenſetur. §.276.n.3. p.569
Generoſa Chriſti Dei genealogia, impuris mixta. § 276.n.4. p.570
Generoſam peccatorum nobilitatem miſcere Deus dicitur. § 276.n.5. p. 570
Genealogiæ interminatæ, & fabulis confines. §.276.n.6. p.570
Vide verbo, *Genus, Nobilitas, Honor.*

Genus.

Virtus non dedignatur genus profanum. §. 75. n.5. p.193
Vbi non eſt virtus, nulla eſt fides generis; ſed Hebræus fit Chananæus. §.275.n.2. p.567
Vide verbo, *Genealogia, Nobilitas, Honor.*

Gloria beata.

Vide verbo, *Beatitudo.*

Gloria Dei.

Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt. toto §.307. p.625
De ambitionis temeritate eſt, vt non ſit apud homines tuta gloria Dei. §.311.n.2. p.629

Gloria inanis, Vana gloria.

Vana gloria hederæ ſimilis. §. 48. numero 4. p.151

Cælum in corpora noſtra per plenum influit; in animum verò per vacuum. §. 235. numero 1. p.499. & toto §. multis vapulat vana gloria. ibid.

Hominis vana gloria contumelioſa eſt Deo. §.235.n.5. p.501

Vide verbo, *Hypocriſis*, *Ambitio*, *Superbia.*

B. Gonzaga.

Via virtutis quò citiùs, eò faciliùs curritur. §.144. n.4. p.345

B.Gonzaga velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodo reformat. toto §. 172. p.392

Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. toto §.173. p.397

Portentum eſt, vir grauis & ætate prouectus, in lubricæ adoleſcentiæ annis. §.247.num.4. p.520

B. Gonzaga moribus dies antiquauit. §.247. n.6. p.521

In B. Gonzagâ caro auctoritate iudiciariâ carnem damnat; & deſueſcens, in ſpiritum quodammodo refingitur. toto § 231. p.526

Per exceſſiuam mortificationem caro contendit fieri ſpiritualem. §. 285. numero 2. p.584

Vide verbo, *Sanctus*, *Mortificatio*, *Gratia.*

Gratia.

Ad ingratum non habet acceſſum gratia, nec in eo locum habet. §.73.n.6. p.194

Num omnis Dei gratia, in peruerſo peruertitur? §.94.n.3. p.231

Sub homine nimis ſceleſto, non eſſe gratia dicitur. §.100.n.6. p.243

Sicut nec gratiæ donatiua, ita nec peccati ſtipendia, cogitando aſſequi quiſquam eualet. §.123.n.3. p.312

Homóne ex Spiritu ſancto natus, innatam habet ſanctitatem? §. 230. numero 6. p.492

Gratitudo.

Gratitudo in eleemoſyna elucet. §. 52. num.3. p.157

Aſſidua beneficentia vel à feris gratitudinem extorquet. §.304.n.1. p.616

Gratitudo eſt iuuenilis concupiſcentiæ victrix. ibid.n.2. p.617

Humana gratitudo diuinam legem à fractione tuetur. n.3. ibid.

Qui in malis gratias agit, debitum ſoluit, & acquirit. quomodo? n.4. ibid.

Deo quiſque offerat totum quod habet, qui non poteſt totum quod debet. inibi.

Dauid cumulat beneficiorum hyperbolen, vt gratitudinem exaggeret. n.5. p.618

Gratitudo inſtar ſacrificij Deo grata eſt. num. 6. ibid.

De ingratitudinis vituperio, Suſannæ gratitudo commendatur. toto §.305. ibid.

Gratus eſt, qui putat Deum poſſe & velle eum liberare à periculo. §. 305. numero 4. p.619

Gula, Conuiuium, Cibus.

Ciborum ſarcinâ animus eliditur. §.111. num.1. p.289

Vberioris ſaginæ vituperium. ibid.

Vide verbo, *Ieiunium.*

H.

Hæreſis, Hæreticus.

CHriſtianorum vitia, hæreſes putantur. quare? §.121.n.1. p.306

Quàm ægrè tulit Baſilius ſibi impactam de Hæreſi calumniam. §.214.n.3. p.465

Hebræi.

Hebræis in ipſo honore, contumeliæ anſa porrigitur. §.7.n.2.& 4. p.76.& ſeq.

Quare Dei populus dicitur Gentili populo flagitioſior? §.60.n.2.&c. p.170.& ſeq.

Henoch.

Conſummatam Henochij ſanctitatem non impediuit coniugium. §.22.n 2. p.103

Hiſtoria.

Cur Suſannæ hiſtoria non inuenitur in Hebræo textu. §.2. numero 1. p.14. & §. 4. numero 2. p.41

Longa diſſertatio an hiſtoria Suſannæ ſit vera, inter Origenem, & Iulium Africanum. toto §.3. p.34

Huius Hiſtoriæ auctoritas. § 4.num.5.&c. p.41. & ſeq.

Quâ linguâ ſcripta eſt hæc Hiſtoria Suſannæ? qui Interpretes? §.4.n.17.& 18. p.44

Quare Suſannæ hiſtoria, & fabula, & ſimul veritas dicitur? §.6.n.2. p.62

Homo.

Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare? ibid.26. p.110

Homo ad bonum, vnus eſt; ad malum verò ter vnus, aut vnus plures. toto §. 71. p.189

Homo inter homines decreſcit, & minor homo eſt. § 77.n.3. p.200

Ipſa hominis fragilitas, niſi roboretur, periculi occaſio eſt. §.82.n.4. p.210

Vaga hominum inconſtantia, & leuis in propoſito mutabilitas, multis vapulat. toto §. 86. p.216

Per pœnitentiam homo, ex nihilo incipit eſſe aliquid. §.98.n.2. p.238

Libido è rationali homine brutum efficit. toto ferè §.108. p.284

Hominis vilitates densè conglobantur. §. 119. n.1.& 3. p.303.& ſeq.

Homo conſcius tenuitatis ſuæ, ſecurè dicitur Dei imago: ſecùs Angelus. quare? ibid. n. 2. p.303

Quàm ſit homo miſerabilis ab ortu vſque ad obitum. ibid.

Tot ærumnoſæ hominis miſeriæ, vectigalia peccati ſunt. toto §.125. p.312

Deus eſt in cognitione hominis, velut in ſolio. §.133.n.3. p.326

Dei memoria, reſpiratio hominis eſt. ibid. n.5. ibid.

Ne ſe homo ex vilitate ſuâ æſtimet; ſed ex magno pretio, quo ſemel à Chriſto Deo emptus eſt. toto §.134. p.327

Mirum eſt, vt homo ſit ipſe vbique, par ſibi, & idem. §.134.n.1. p.343

Per patientiam homo poſſidet quod eſt. §.157. n.2. p.367

Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe malè diuiſus: quare oportet, vt è multis vnus fiat. toto §.190. p.423

Hominem Dei ludo eſſe factum, ipſius eſt optimum. quare? § 190.n.3. p.424

In quantum Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Deo. toto §.102. p 444

Veritas eſt hominis plenitudo, & integritas. §.203.n.4. p.446

Vita hominis viua mors eſt: & vſque adeò euanida, vt procedendo non augeatur, nec addendo creſcat; quia veniendo recedit. toto §.205. p.449

Pœnaliſſimè Deus hominem ſibiipſi donat, §.213. n 4. p.463

Qui puer malitiâ non eſt, integer homo non eſt. §.234.n.5. p.499

E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt. toto §.239. p.506

Homo crebris mutationibus varius, de inconſtantiæ culpâ, pœnæ nomine multis vapulat. toto § 291. p.594

Vide verbo, *Vita, Caro.*

Honor.

Vitia abrogant honoris titulos. §.1. numero 16. p.10

Honorabilior, id eſt, ditior. §.2. numero 12. p.16

Ioachim à liberalitate dicitur honorabilior omnium. § 6.n.8. p.63

Honor abſorbet intellectum hominis, & beſtiis ſimilem facit. §.121.n.5. p.308

Vide verbo, *Dignitas, Nobilitas, Genus, Genealogia.*

Hortus.

Suſanna domeſticum viridarium frequentat, illud deſcribitur. p.1.n.8. p.7

In pomarij deliciis Senes voluptatem ſubornant. §.1.n.11. p.8

Deipara appellatur hortus, quia ſemper fructificat. §.326.n.3. p.655

Humilitas.

In arrogantioris ſuperbiæ fomite, obuia humiliationis anſa porrigitur. toto §.7. p.76

Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ. §.17.n.3. p.95

Qui non annihilat ſe, nihil eſt. § 35. num. 4. p.127

Vbi magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt, de elationis fomite. §.48. num.3. p.150

Spiritualium donorum plus habere ſine humilitate, eorum iactura eſt. ibid. numero 4. p.151

Faſtigij claritas, humilitatis eſt præmium. n.6. ibid.

Nihil es, nihílque facies, niſi nihil te putes. §.51. n.1. p.155

Quando quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, perdit verum eſſe. quare? ibid.n.2. ibid.

Qui apud ſe propè nihil eſt, aliquid eſſe cœpit. n.3. ibid.

Humilitas fulmini ſententioſè comparatur. ibid.

Subducto ſpiritu ſuperbiæ, nihil ſe eſſe homo cognoſcit.n.4. p.156

Humilitas eſt gratia ſine nomine, & ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio. num.5. ibid.

Homo per ſuperbiam, inops rationalitatis dicitur.n.6. ibid.

Tot tantáque humani corporis probra, longè ſuperbiam arcent, & humilitatem de proximo negotiantur. toto §.119. p.303

Niſi ex ſui inanitione clamor in oratione non editur. § 220.n.4. p.475

Humilitas orationis vigor eſt, & impetrationis energia. toto §.214. p.464

Qui puer præ humilitate eſt, apud Deum magnus eſt, dignitatíſque faſtum expiat; & Angelos æmulatus, integer homo eſt. toto §. 234. p.497

Humilitas, virtutum cuſtos eſt. §. 234. num. 5. p 499

Cælum in corpora noſtra per plenum influit; in animum verò per vacuum. §.235. numero 1. ibid.

Vide verbo, *Superbia. Ambitio.*

Hyperbole.

Grataté fert Deus publicari, vel hyperbolen in promiſſionibus non impleſſe. §. 184. num. 2. p.413

Hypocriſis.

Non bona hypocriſis elogia. §.57. n.1. p.165. & §.58.n.1. p.166

Hypocritarum damnabilior eſt malitia, quia eam titulus bonitatis accuſat. §.57. numero 2. p.165

Hypocriſis eſt crimen peſſimum, quod Ioſephus detegit. ibid.n.3. - ibid.

Hypocriſis eſt iniquitas vna duplex, aut multiplex. quare? ibid.

Dum veſtis ex lino & lana texta prohibetur, hypocriſis vetatur. quomodo? numero 4. p.166

Vltra Damaſcum, id eſt, vltrà infernum, hypocritæ traduci dicuntur.n.5. ibid.

Hypocriſis cilicij ſpinoſitate infernum negotiatur. ibid.

Hypocritæ lucent non ante Dominum, ſed ante mundum. §.58.n.2. p.167

Hypocriſis eſt animæ fomes, ad vitia inſtigans. ibid.n.3. ibid.

Hypocrita, vt cæli inquilinus videtur, gehennam parturit, inferno ſimilis. numero 4. ibid.

Hypocritæ iniquitas ſibi mentitur & illudit, vt alios fallat.n.5. ibid.

Hypocritæ ordinant Domini furorem, quo acerbiùs puniuntur; & tacent. quare? numero 6. ibid.

Hypoſtaſis.

Dei præſentia eſt vitæ ſpiritualis hypoſtaſis. §.135.n.4. p.330

I.

Idolum, Idololatria.

QVi male præeſt, non iudex, ſed idolum dicitur. §.6 n.10. p.63

Gehenna Gentilibus nota. §. 92. numero 1. p.227

Propria voluntas Idololatriæ ſuſpecta dicitur. p.126.n.3. p.314

Qui Solem aut Lunam quaſi Deum adorat, aut

aut noctu aut interdiu ſine Deo eſt. §.202.n.3. p.444

Mundanus timor, timor Idoli dicitur, tanquam infidelitatis argumentum. §. 286. numero 3. p.586

Ieiunium.

Libidinis ieiunia ænigmatica.quæ? §.1. num.10. p.8.

Ieiunat libido, vt de ſpectatâ pulchritudine ſacietur.§.6.n.19. p.65

Ieiunator humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore.§.112.n.2. p.289

Inedia abundantiam oppignerat. Quare ſterilitas Terræ promiſſionis, poſſeſſionem illius fundat.ibid.n.3. ibid.

Deus lucet; ieiunator autem Deo veſtitur. n. 4. ibid.

Moyſes ieiunij priuilegio, eſſe meruit legiſlator. quare? n.5. p.290

Teſſera, quâ homo à pecudibus diſtinguitur, ieiunium eſt.n.6. ibid.

Oratio pingueſcit, quam macies ieiunij paſcit. §.223.n.6. p.480

Ieiunij conglobata elogia. §.243.n.6. p.514

S. Ignatius.

Ignatius, cùm ſit lux mundi, non mundo, ſed Deo lucet.§.58.n.2. p.167

Iacob & Ignatius terram ſummo pede tangebant. §.91.n.5. p.226

Intus omnia diſſimilia erant, frons Ignatij populo conueniebat, combinata ſingularitate notanter communis.toto §.120. p.305

Ignatius mente extra carnem fieri decertans, penè ipſa quæ tolerat, ignorat. §.172. num.2. p.393

Charitas ſua commoda ſuffert, vt aliis proſit. §.240.n.2. p.508

Ignatius ſuorum ambitionem vetat, vt ſit tota gloria Dei, quam ſolam ambit. §.311. num.2. p.629

Vide verbo, *Sanctus*.

Ignis.

Mulier eſt ignis carneus, vel caro ignita. §.169. n.7. p.389

Ignis laterem obdurat, lapidem comminuit: ſic aduerſitas.§.207.n.1. p 452

Spiritus ſanctus eſt ignis, qui paleas cordis noſtri exurit.§.231.n.3. p.493

Angeli velut ignis ſtant, & volant.§.271.num.3. p.561

Angeli dicuntur ignis, quia dona ſine inuidiâ communicant.ibid.n.4. ibid.

Ignobilis.

Vide verbo, *Nobilitas*.

Ignorantia.

Vide verbo, *Error*.

Imaginatio, Phantaſia.

Phantaſia non eſt bonus nuptiarum conciliator. §.29.n.4. p.117

Opulentia meris phantaſmatibus illudit. §. 55. n.2. & 4. p.162

Fallacium voluptatum amatores, lætitiæ phantaſmata parturiunt. §. 105. numero 5. p.279

Hominis perditio phantaſmatibus peragitur. §.130.n.6. p.322

Imago.

Viſæ pulchritudinis imago, tenaciſſimè hæret hominum memoriæ.§.279.n.7. p.575

Imitatio, Sequela.

Qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia ſequi. §.187.n.6. p.419

Aliquando ſtrenua virtus, è vitiorum gymnaſio, quid ad imitationem diſcat, inuenit.toto §.13. p.87

Vide verbo, *Exemplum*.

Immenſitas.

Mentalis Dei præſentia eſt immenſitatis æmula. §.135.n.5. p.330

Sanctorum reliquiæ immenſitatem æmulantur. §. 299.n.3. p.609

Impatientia.

Vide verbo, *Ira, Patientia*.

Incarnatio.

Chriſtus puluerem abiectionis noſtræ, corpus fecit gloriæ ſuæ.§.17.n.3. p.95

Arcanus nexus inter Deiparæ conceptionem, & Verbi Incarnationem. §. 320. numero 2. p.645

Vide verbo, *Maternitas Mariæ*.

Inconſtantia.

Vide verbo, *Mutatio, Conſtantia*.

Indicium.

Vide verbo, *Iudicium temerarium, Suſpicio*.

Indignus.

Vide verbo, *Dignus*.

Infamia.

Familia ſancta, ne tota ob vnum ſceleroſum infametur.§.277.n.4. p.571

Mera pulchritudo diffamat.§.21.n.4. p.102

Vide verbo, *Fama, Detractio*.

Infans.

Vide verbo, *Puer*.

Inferi, Infernus, Gehenna.

Libidini gehenna hiat.§.1.n.22. p.12

Cur pœna iniquitatis dicitur gehenna? §.8. n.5. p.79

Gehennæ vermem mortificatio interimit. §.35. n.1. p.126

Hypocrita cilicij ſpinoſitate infernum negotiatur.§.57.n.5. p.166

Hypocritæ vltra infernum traduci dicuntur ibid.

Hypocrita gehennam parturit, inferno ſimilis. §.58.n.4. p.167

Qui hîc non agit pœnitentiam, æternam in inferno pœnitentiam negotiatur. §. 62. n.5. p.175

Quantum vmbra corpori, tantum vita peccatoris inferno appropinquare dicitur. § 65.n.4. p.180

Pœnitentia extergit, quod gehennæ ignis excoquere non valet.§.68.n.2. p.184

Infernum dicitur profunditas ſeculi, id eſt, mundi.§.91.n.6. p.227

Gehenna Gentilibus nota, deſcribitur.§.92.n.1. ibid.

Qui retrò cadit, in infernum cadit; quia illud attentè non conſiderauit. ibid. num. 2. ibid.

In inferno eſt mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu.n.3. p.228

Damnati quod timent, tolerant; & quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcunt. num. 4. ibid.

Dei ſententia per fabros Dæmones ſufflat gehennam, & ad mortem damnatos viuificat. n.5. ibid.

Homioes vltrò feſtioant ad æternæ damnationis abyſſum.§.92.n.6. p.228
Caro ſibi ſatisfieri poſſe non putat, niſi homo ad infernum feſtinet. ibid.
Infernus non claudet ſuper te os ſuom, ſi tu non clauſetis in confeſſione os tuum. §.95.num.2. p.232
Qui ſe libidinibus, & infetoo immergit, cælo vale dicit.§.96.n.6. p.236
Carnalis libidinis æſtus, gehennali inceodio confinis eſt, vſtione præcoquâ. toto §.101. p.243
Inuidia eſt præcoqua inferni gehenna. §.102.n.6. p.246
Mundialis lætitia, igniz eſt, quo infetnalis gehenna fumat.§.105.n.4. p.279
Praua conſcientia dicitur Inferous viuentium. §.124.n.2.& 3. p.311
Gehenna eligenda potiùs quàm peccatum.§.129. o.1. p.319
Peccati pudor eſt horribilior inferno.§.142.n.7. p.342
Aliorum beatitudo, prima damoatorum pœna eſt.§.144.n.5. p.346
Peccaior vitam gehennam portat. §.148. n. 4. p.352
Inuidia eſt humanæ meotis iofernus. §.152. n.5. & 6. p.359.& ſeq.
Irrufati capilli aliquid de gehennæ igoibus præferunt, & auſpicantur. §.164. num.5. p.380
Triſtitia iofernalem gehennam, & illius fumum æmulatur.§.166.n.3. p.383
Oratio noſtra, geheona dæmonum eſt.§.227.n.3. p.486
Peccator infernom inhabitat. quare? §.259. n 5. p.541
Qui tenuit corripi, eſt præproperus gehennæ ioquilinus.§.261.2.& 4. p.544
Gehenna damnatis inflicta, vmbra Dei, humanotom affectuum in Deo ſimilitudo, viuens ac rationabilis pœna, & Dei abuſus noioinatur. quare? toto §.301. p.621
Gehenoa definitur, Omne malum. §.301.num.5. p.612

Infidelis, Infidelitas.

Vide verbo, *Fides, Error, Idololatria.*

Ingenium.

Vide verbo, *Ratio, Intellectus.*

Ingratitudo.

Ingratus eſt filius, qui patris animaduerſionem timet.§.37.n.3. p.130
Magni animi eſt, beneficium perdere, & adhuc dare.§.73.n.1. p.192
Aſperoari gratiam Dei, perinde eſt ac eſſe ingratum gratiæ Dei.ibid.n.2. p.193
Ingratitudo erga Deum, reatus blaſphemiæ notatur.n.3. ibid.
Humana ingratitodo cum omnipotente Dei beoeficentiâ contendere audet. numero 4. ibid.
Ingratitudo eſt hominis nullificamen, quo redditur Deo ignotus.n.5. ibid.
Ad ingratum non habet acceſſum gratia, nec io eo locum habet.n.6. p.194
Ingratitudo beneficentiam hoſtiliter armat cootra ſe.n.7. ibid.
Agar non ex beneficâ præſentiâ; ſed ex diſparitione, Angelum eſſe cogooſcit.§.270.n.7. p.560
Ingratorum frequens turba, ne generoſam beneficentiam inhibeat.§.305.n.1. p.618
Pro iniuriis ingratè acceptis, Angelos cuſtodes Deus hominibus deſtinat. ibid. numero 2. ibid.
Homiois ingratitudo extrema in Deum. ibidem.
Beneficia accepta mundus ſomniata putat. n.3. p.619
Mundus hic gratus eſſe non poteſt. quare? ibid.
Res non mala ob ſtilum murmuratiooís, de ingratitudine arguitur.n.5. ibid.
Hominum ingratitudo, noſtræ ſpei è peruerſo vigor eſto.n.6. p.620

Vide verbo, *Gratitudo.*

Inimicus, Inimicorum dilectio, & venia.

Hoſtis eſt creaturarum, qui omnium lædit Auctoctorem.§.148.n.6. p.353
Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere. toto §. 149. p.353
Saül hoſtem Dauidem reliquit filiorum tutorem. § 149.n.5. p.354
Ira in hoſtem repreſſa, regium quid ſpirat. ibid.
Nulla Chriſti læſura noo fuit erga inimicos benefica.§.192.n.1. p.427
Inimicus odio dignus, cur diligendus eſt? ibid.
Cur Sol Dei eſſe dicitur, cum Dei inimicos illuminat? ibid.n.2. ibid.
Perfectè pacificus, iniuriam rependere oon noſcit.n.3. ibid.
Parcens inimicis, vincere ſcit, hoſtis eſſe oeſcit. n.4. ibid.
Qui inimicis parcit, de ſe obſtinato victoriam reportat.n.5. p.428
Qui inimicis parcit, Abrahami facious penè exæquat. quare? n 6. ibid.
Iniuriis gratia potiùs quàm ira debetur; quia preces pro nobis ſuut. §.222. n.1. & 2. p.477. & ſeq.
Cùm cuiquam remiſeris, ignoſci tibi poſtulas. ibid.n.3.& 4. p.478
Iniuriarum patientes Deum exotant, qoia illos Deus reueretur.n.5. p.479
Venia inimicorum, energia orationis eſt. o.6. ibid.
Mittens Angelos ad ooſtram cuſtodiam, Deus iniurias ſibi illatas compenſare dicitur. §.273. o.1. p.564

Vide verbo, *Amor, Concordia.*

Initium, Incipere.

Per pœnitentiam homo, ex oihilo incipit eſſe aliquid.§.98.n.2. p.238

Iniuria, Offenſa.

Vide verbo, *Peccatum, Inimicorum dilectio.*

Innocentia.

Rudis tunica accitur ad innoceotiæ ſuffragium. §.160.n.6. p.373
Nuditas innocentiæ ſuffragium eſt; nam reatus confugit ad velamen. §.161. numero 2. p.374
Tria ſeruanda, vt ounquam pecces. §. 204. n. 8. p 449
Silentium eſt impoſita lex innocentiæ.§.243.n.a. p.513

Itremo

Irremediabile malum eſt, præſumpta nocentiſſimè innocentia.§ 259.n.4. p.541
Innocentia inuitus honeſtatur,& pœnis honorificatur.§.289.n.3. p.591

Inobedientia.

Vide verbo, *Obedientia, Lex.*

Inſidia.

Senes inſidiis vincere tentant.§. 1.n.11. p.8
Vide verbo, *Fraus.*

Intellectus, Mens.

Peccando primus intellectus amitti dicitur. §.65. n.3. p.179
Otium eſt mentis alienatio. §.80.n.5. p.206
Quo ſenſu Dauidis oratio dicatur, Dauidis intellectus.§.221.n.3.& 5. p.476.& ſeq.

Inuidia.

Non bona inuidiæ elogia conglobata. §.85. n.1. p.214
Inuidia omne bonum, ac Deum ipſum anathematizat. ibid.n.1. ibid.
Inuidia & ſine fine peccat, & ſine fine punitur. n.3. ibid.
Inuidia dicitur, Calamitas ſine remedio. num.4. ibid.
Inuidia eſt immenſitatis æmula ad nocendum inuido.n.5. ibid.
Inuidia hominum ſuperat Diabolorum inuidiam. n.6. ibid.
Stephani Angelica facies, Iudaïcæ inuidiæ tormentum eſt,& arguta punitio.n.7. p.216
Inuidia eſt ſui pœna & culpa.§ 102.n.1. p.245
Inuidus de alieno bono tabeſcit, & miſerè eliquatur.ibid.n.2. ibid.
Nil pretioſius inuido, quàm quod æmulus poſſidet. n.3. ibid.
Inuidus ſe computat perdidiſſe quicquid habet alter. n.4. p.246
Stephani gloriá, perſequentis torquetur inuidia. n.5. ibid.
Inuidia eſt præcoqua inferni gehenna. num. 6. ibid.
Inuidus alienum bonum, ſuum facit ſupplicium. n.7. ibid.
Aliorum beatitudo, prima damnatorum pœna eſt. §.144.n.5. p.346
Inuidiæ vituperia densè conglobata. §.152. n.1. p.358
De inuidiæ malo eſt, vt habitatio cum optimo periculoſa ſit.ibid.n.2. ibid.
Inuidia eſt gladius Goliæ, qui proprium magiſtrum occidit.n.3. p.359
Inuidus Diaboli eſt Diſcipulus.n.4. ibid.
Inuidia eſt genus inimicitiæ intractabile, & inſuperabile. ibid.
Inuidia humanæ mentis infernus dicitur.num.5. ibid.
Inuidia appellatur mors,& infernus, & ſine fine peccatum. n.6. p.360
Inuidus infelicium amicus dicitur. §.52. num. 4. p.157
Humanæ commiſerationi Deus non inuidet. §.167.n.6. p.385
Precariæ fiduciæ dona tribuit Deus,quæ inuidiam moueant.§.218.n.5. p.472
Temperatæ compaſſioni hominum, Deus non inuidet.§.300.n.4. p.610

Ioachim maritus Suſanna.

Ioachimi nobilis beneficentia.§.1.n.7.p.7.& §.6. n.8. p.63
Ioachim erat diues in captiuitate. §.2.n.10. p.15. & §.5.n.8 & 9. p.49

Ioannes Baptiſta.

Matrimonium Abrahæ cum Baptiſtæ virginitate confertur.§.22.n.6. p.105
Cur Ioannes Baptiſta dicitur, Sanctorum propoſitum.§.232.n.4. p.495
Ioannes Baptiſta ſpiritu dominante ſuperfuſus, ad caſtitatis tutelam.§.5.n.37. p.55
Ioannes nobilioris generis generoſitatem obliuiſcitur. quare? § 274.n.1. p.565
Ioannes diuinam quodammodo faciem præ ſe fert.§.21.n.2. p.101
Num Ioannes ſolutus fuit ab illâ lege, In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo? §.76.num.1. p.197
Ioannes carnis ac ſeculi cupiditates non ſolum obliuiſcitur, ſed etiam neſcit? §.35. num.3. p.127
Ioannes in ſoliùs Diuinitatis apicem figit obtutus? ibid.
Ioannes eſt Monachalis dogmatis particeps.§ 76. n.2. p.198

Ioannes Euangeliſta.

De Ioanne dicitur Mariæ: Ecce filius tuus Chriſtus. quare? § 334 n.8. p.670

Ioſeph Patriarcha.

Conſtupratrix Sichima Ioſepho datur, vt eam caſtitatis exemplo purget. §. 10. numero 5. p.83
Pertinuit ad Scripturam commendare Ioſephi fidem in pecuniâ Regis adminiſtrandâ. §. 44. n.2. p.143
Ioſeph, etſi dixit, *Non poſſum*, adhuc occaſionis anſam fugit. §.82.n 2. p.209
Bona conſcientia eſt ſcyphus, in quo Ioſeph auguratur.§.141.n.5. p.340
Ioſephi & Suſannæ verecundia laudatur. §.142. n.1. p.342

Ioſeph Deiparæ Sponſus.

Ioſeph fide fuerat Deiparæ copulatus, non corpore. § 2.n.68. p.31

Ira.

Ira eſt imbecillorum paſſio.§.43.n.1. p.141
Ira in nobis eſt paſſio; in Chriſto velut actio. ibid.n.2. ibid.
Chriſti etiam ira eſt beneficentiæ fœcunda. ibid.
Deus oſtendens in irâ miſericordiam, ſe demonſtrat immortalem.n.3. ibid.
Ira Dei eius miſericordiam obſidione circumuallat. n.4. ibid.
Ira non præfocat Dei miſericordiam. ibid.
Benefica Dei ira, dicitur miſericordiæ complementum. n.4. ibid.
Deum retinere iram, acerbior ira eſt. num. 6. p.142
Dum velut miſericordiret non punit Deus peccatorem, tunc acerbiùs iraſcitur. ibid.
Deus iratus pauperes in cælum compellere dicitur.§.46.n.5. p.147
Pœnitentia dicitur ira. quare? §. 62. numero 5. p.175
Princeps iratus, ei cui iraſcitur, ſe ignobiliter exæquat.§ 93.n.1. p.229
Blandus amor in duriorem iracundiam exaſperatur. toto §.145.& 147. p 346.& 350
Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere.toto § 149. p.353

Iſaac.
Non mactatur Iſaac, quia vera lætitia non perit. §.16.n.6. p.94
Vitrix Iſaaci ita, extaſi moraliſſimè præfocatur. §.149.n.2. p.353
Iter.
Vide verbo, *Via.*
Iudex, Magiſtratus, Superior.
Iudicum manus pruriunt. §.1.n.16. p.10
Mali Iudices dicuntur peccati origines. §.2.n.14. p.16
Malus Iudex non præeſt, ſed præeſſe videtur. ibid. n.15. ibid.
Malus Iudex eſt, iudicis Idolum. ibid.
Hi ſenes Iudices modo ſuadent, modo puniunt adulterium. n.27.& 28. p.19
Iudices, & eorum electores, anonymi. §.6.num.9. p.63
Qui male præeſt, non Iudex, ſed Idolum dicitur. n.10. ibid.
Hi Iudices Præfecturæ priuilegio impudicitiam negotiantur. n.45. p.70
Qui ſine cognitione iudicat, etſi ritè iudicet, iudicare non dicitur. n.57. p.73
Fatuus eſt iudex, qui innoxium cognatum damnat. n.58. ibid.
Iudicij auſpicium à reorum ſegregatione, peritè Daniel inchoat. n.63. p.74
Num. Iudex, Angelorum nomen, & officium gerit? n.70. p.75
Ingenia ſenſuum, & rationis tribunal, falſi teſtimonij ferè ſuſpectum ſit. quare? §.197.num.4. p.436
Iudices lentè, non tam ex auditu, quàm ex viſu reatum diſquirant. ibid.n.5. p.436
Sontium impunitas eſt malitiæ velamen; nam punitio eſt pœnalis definitio culpæ. toto §.215. p.466
Caſtitas propria Iudicum virtus eſt: libidino autem canam horum Senum Iudicum maturitatem abſtulit. toto §.280. p.575
Iniqua Iudicum malitia, Adami & Diaboli æmula, atrociùs punitur. §. 294. numero 4. p.600
Tribunalium ſceleroſior, & pernicioſior malitia. ibid.n.2. ibid.
Vt reus Innocens pereat, Iudex fit nocens. ibid.
Cùm Deus Iudicum iuſtitias iudicat, liquefacta eſt terra. n.3. ibid.
Malorum Iudicum ſupplicium, quod cœpit in Tyranno in Dei Angelo conſummatur. n.5. p.601
Malus Iudex, quos infrà ſe habuit, ſuprà ſe implacabili modo habebit. n.6. ibid.
Quænam ſit gloria Principum, ac Magiſtratuum? §.295.n.1. p.601
Exiuit ſanguis & aqua propter duas cædes, alteram iudicantis, alteram eius ſanguinem expetentium. ibid.n.2. ibid.
Iniquâ Dauidis ſententiâ contra Miphiboſeth, ſuus Roboam atrociter feritur. numero 3. p.602
Iudices horrendâ & feſtinatâ pœnâ mulctantur. n.4. p.602
Madeat lacrymis Iudex, dum ſuo madet ſanguine reus. n.5. ibid.
Deus dum acerbiora infligit ſupplicia, fatigari dicitur; fatigetur & iudex, non delicietur. toto §.296. p.603
Impunitas, delinquendi libido eſt: ergo de diuinâ iuſtitia Iudices ad ſeueritatem erudiantur. toto §.297. p.604
Atrociter punitur, qui ſontes non punit. ibid.n.6. p.606
Imponendis immodicis tributis, cur annuunt Iudices, & Magiſtratus? §. 313. numero 5. p.633
Vide verbo, *Princeps, Iuſtitia, Pœna.*
Iudicium finale.
In die iudicij præmium eleemoſynario Deus reſtituit. §.52.n.5. p.158
Deus poſt longam patientiam, expirare, & inſpirare dicitur ad vindictam. §.258. num.4. p.539
Chriſtus iudex inducitur velut abiiciens patientiam, humilitatem, & miſericordiam. §. 264. n.1. p.548
Tardat diuina ira, vt humana pœnitentia leniùs emendet, quod acerbior pœna duriùs expiaret. toto §.265. p.550
Culnam Deus aduerſùs peccatores puniendo gratuletur? §.296. num.5. p.604. & §.297. num.4. p.606
Deus quaſi balbutiendo, & blæsè loquendo, condemnat, & punit. ibid.
Sapientia iudex dum peccatores acerbiùs punit, eis irridet, & inſultat. §. 296. num. 5. p.604
Dolet Deus, & ſimul gaudet, cùm acerbiùs punit. ibid.n.4. ibid.
Rigor diuinæ pœnæ ſæpè inebriat, & aberrare facit. §.297.n.3. p.605
Suppliciorum abyſſus, etiam poſt inanitionem manet indeficiens. ibid.
Acerbitas finalis iudicij expenditur. §.298.num.1. p.606
Nemo credit quàm diſtrictè iudicet Deus, & quàm ſeuerè punit. ibid.n.2. ibid.
Deus vindictam peccatis admetitur, & nec vel hilum condonat? ibid.
Dies iudicij, dies mala, & dies maligni dicitur. n.3. p.607
Vel lubricum delinquendi timebitur in die iudicij. ibid.
Calamitatem poſtremi iudicij, cogitatione metiri non poſſumus. n 4. ibid.
In die iudicij Deus Ieruſalem ſcrutabitur in lucernis. n.5. p.608
Vide verbo, *Infernus, Iuſtitia, Pœna.*
Iudicium Temerarium.
Simplicitas de ſe alios æſtimat. §.79. num. 5. p.204
In incredibili verum ineſt, & in veroſimili mendacium. §.196.n.1. p.433
Dies conflatus ex die ac nocte, dies appellatur, ad iudiciorum & linguæ eruditionem. ibid. n.2. p.434
Cur abyſſi ſuperficies, non profunditas, obſcura dicitur? n.3. ibid.
Chamo ſeu capiſtro ſapienter lingua frenatur. quare? n.4. ibid.
Vide verbo, *Detractio, Suſpicio.*
Iuramentum.
Qui verum loquitur, iurare dicitur. quare? §.171. n.1. p.391
Quando iurarur coràm hominibus, nemo adeſt præter Deum. quare? ibid. numero 2. ibid.

Qui

Qui In frande iurat, indicat ſolum inter iurandum Dei memorem eſſe. §.171.n.3. p.391
Cur Phariſæi iuramentum per aurum templi adſtruunt? §.171.n.4. p.392
Quare per falcem volantem, male iurantium pœna ſignificatur §.171.n.5. p.392
Apud quoſdam, ſimpliciter dicere, iurare eſt. §.171.n.6. p.392

Iuſtitia, Rigor.

Diuinæ patientiæ humanos diu abuſus, velut eius euacuatâ miſericordiâ, vltrices demùm iras acerbiùs nutrit, & obarmat. toto §. 15. p.91
Adeóne horrendè Deus punit, vt cauendum ſit, ne putetur aut neceſſariò, aut ignoranter, aut temerè, aut inclementer caſtigare? toto §. 66. p.180
Sic Deus hominem delet, vt non chartam, ſed characterem deleat. §.67.n.3. p.183
In diſtrictioris etiam diuinæ iuſtitiæ rigoribus, indulgentis clementiæ non dubiæ notæ micanter tranſlucent. toto §.93. p.229
Nimius diſtrictiùs rigor, Superiorum politiam inuitiat: ergò benignitatis ſacramento gubernandum eſt. toto §.201. p.442
Reprehenſio ſic dura blandis miſceat, vt terrore demulceat. toto §.242. p.511
Diu impunita peccatorum felicitas, acerbiorum pœnarum minæ ſunt. toto §.258. p.538
Cùm Deus peccatoribus pœnali animaduerſione iraſcitur, tunc illis clementiùs indulget. toto §.264. p.548
Iniqua Iudicum malitia, Adami, & Diaboli æmula, atrocius punitur. toto §.294. p 599
Vide verbo, *Index, pœna.*

Iuuenis, Iuuentus.

Adoleſcentia apta eſt muneribus. §.2.n.54. p.27
Iuuentus deaurata auream ſenectutem auſpicatò ſpondet. §.63.n.2. p.175
Vide verbo, *Puer, Senex.*

L.

Labor, pro exercitatione.

Dies vitæ noſtræ actuoſiùs excolendi ſunt, incolendi ſunt. §.80.n.2. p.205. Et totus §. ſicut otij vituperium, ita & actuoſi laboris commendatio eſt.
Sollers labor, arbiter felicitatis eſt. §.81.n.1. p.207
Adam illaborioſus paradiſum perdit, quem Paullus labore acquirit. §.81.n.2. p.207
Virtus, quia caret tempore, ſemper fructificat. §.81.n.3. p.207
Otioſa auis in vepribus; operoſus ſtellio in palatiis habitat §.81.n.4. p.208
Vel labor alteri mercenariè impenſus, gloriam oppignerat. § 81.n.5. p.208
Fruſtra otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur. §.81.n.6. p.208
Vide verbo, *Opus, Otium.*

Labores, Ærumnæ, Tribulationes.

Gratior eſt poſt aduerſitatem proſperitas. §.1.n.1. p.5
Innocentis tribulatio eſt velut pœnalis venia committendi alioqui ſceleris §.8.n.3. p.79
Cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, aliquis Chriſtianiſmi faſtus eſt. toto §.17. p.94
Labor & afflictio eſt hominis ad Deum ligamen. §.17.n 6. p.95
Exilij, & egreſſus ab exilio eadem eſt definitio. §.19.n.3. p.98
Pœnaliſſimus carcer, ad cælos gradus eſt, deliciis exuberat; & piam Angelis inuidiam ciere perhibetur. toto §.20. p.99
Tot ærumnoſæ hominis miſeriæ, vectigalia peccati ſunt. toto §.125. p.312
Iuſti gratiæ lenocinio, à laboribus, non ab operibus vacant. §.137.n.2. p.332
Onus Chriſti portat, potiùs quàm portatur. §.144.n.4. p.345
Probroſa & cruenta perſecutionum acerbitas, felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat. toto §.150. p.351
Dolor dolore pellendus eſt. §.150.n.7. p.356
Eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto §.181. p.408
Virtus etiam In aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio animitùs ſemper exultat. toto §.186. p.416
Præuia miſeria futuræ felicitati lenocinatur ad placendi gratiam. toto § 199. p.439
Aduerſitas patienter tolerata, florem decutit, radicem adipat, perſeuerantiam beatè fundat, & baiulo carcere portat ad portum proſpero errore. toto §.207. p.452
Deus non meritâ pœnâ futuris culpis præmaturè parcit. §.211.n.3. p.460
Luctuoſa miſeria orantis, arcanus exorandi vigor eſt. toto § 223. p.479
Tribulationes ſunt velut bellicum ſymbolum diuinæ amicitiæ. §.264.n.2. p.548
Laruata tragicè mala contrectanda ſunt, vt metuere deſinamus. §.286.n.2. p.586
Multum ſibi adiicit virtus tribulationibus ac periculis laceſſita. toto § 289. p.591
Calamitas apud Sapientes, eſt tantùm calamitatis vocabulum. §.290.n.1. p.592
Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij: & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. toto §.291. p.596
Vide verbo, *Patientia, Perſecutio, Martyr.*

Labyrinthus.

Labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis male exerrat. toto §. 118. p.301
Qui iuſſionis rationem diſquirit, errores labyrinthi ingreditur cæco veſtigio. §. 128. n. 2. p.317

Lac.

Eucharisticum panem mater incarnat vt lacteſcat. §.114..n.3. p.294
Maria dum lactat Ieſum, lac ſugit, quo Suos infantat. §.330.n.6. p.663

Lacryma.

Plorat Suſanna, non ſe, ſed caſtitatis calumniam, § 2.n.40. p.33
Singuli Chriſti actus guttis ſanguinis culpas noſtras lugent §.129.n.4. p.319
Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleuit ad virorum attactum. §.169.n.2. p.387
Peccator flenda patrare ſcit, flere neſcit. §. 176. n.1. p.399
A lacrymis res miſericordiæ redditur iuſtitiæ negotium. §.176.n 2. p.399
Mœſtæ lacrymæ de impetratione exultant. §.176. n.2. p.399
Non tam ex oculis, quàm ex mente fluant lacrymæ. §.176.n.3. p.400

Lactymæ noſtræ intolerabilius Diabolorum incendium eſt. §.176.n.4. p.400

Gehennæ ignis lacrymantibus extinctus, dæmonibus accenditur lacrymarum vi. §. 176. n. 5. p.400

Lactymæ extingunt peccatorum rogum. §. 176. n.6. p.401

Lacryma eſt peccati putgatorium. ibid.

Lactymarum mador animam tigat, ac fœcundat. §.177.n.1. p.401

Lactymæ comparantur ſpongiæ. §. 177. num. 2. p.401

Illactymans mattyribus comparatur. inibi.

Lacryma eſt feſtinus ac fidelis ad Deum legatus. §.177.n.3. p.401

Immetata promiſſio lugentibus proponitur. §.177.n.4. p.402

Flebilis ſpiritus eſt ſpiritus ouans. §. 177. n. 5. p.402

Cur Chriſti pedes Magdalena lacrymis lauat? §.177.n.6. p.402

Magdalena piè auara lacrymarum, effuſas lacrymas reſumit. §.177.n.7. p.402

Lactymarum conglobata elogia. §.178.n.1. p.403

Qui luget, beatus eſt in ſe, luget in te. §.178.n.2. p.403

Suſannæ luctus gaudium immortalitatis emit. ibid.

Damnatotum lacrymæ eotum corpora comburunt arcanâ vi. §.178.n.3. p 403

Deus terræ, non aquæ maledicit, ob redempttices lactymas. §.178.n.4. p.403

Inter oculos plorantium ſcribitur *tau*, id eſt, *innocens, & viuens.* §.178 n.5. p. 403

Petrus ſibi infirmus, à fletu fit omuium firmamentum. §.178.n.6. p. 404

Suſannæ lactyma de ore iudicis ſententiam rapit. §.178.n.7. p.404

Lactyma paradiſum aut inuenit, aut facit. §.178. n 8. p 404

Chtiſti ſudot ſanguinis, lacrymæ nominantur. §.222.n.5. p.479

Laciymæ noſttæ è fœcunditate Spiritus-ſancti ſunt. §.231.n.1. p.492

Lætitia.

Vide verbo, *Gaudium, Triſtitia.*

Latro bonus.

Paradiſus pœnitentis latronis pedibus honoratur. § 30.n.1. p.118

Lactyma patadiſum aut inuenit, aut facit. § 178. n.8. p.404

Bonus Latro à Dominicæ vmbtæ beneficio. §.308.n.6. p.625

S. Laurentius.

Mente extrà carnem fieri decettans, penè ipſa quæ tolerat, ignotat. §.172.n.2. p.393

In re virtutis eſt etiam pia aliqua meriti pettinacis obſtinatio. toto §.183. p.411

Perfecta patientia inuicta eſt, & ptopè inſenſilis; atque vexationis definitio. toto §.216. p.467.

Vide vetbo, *Martyr, Sanctus.*

Laus.

Encharistia dicitur, Omnis Dei laus. §. 112. n.5. p.191

Laudi adſcribitur, grauius peccare. §.121. n. 2. p.306

Cur verecundia dicitut naturæ laus. §. 142. n. 4. p.342

Imptobrorum vituperium nihil differt à laude: ſicut laus imptoborum nihil differt à vituperio. toto §.191. p.415

Inter corripiendum laudare correptum, atbitrium emendationis eſt. §.242.n.4. p.512

Malitia Deum habere laudatorem ambit, quò illum infamat. §.259.n.4. p.541

Ecquis eſt, qui Dei laude frenatur? §. 289. n. 6. p.592

Dei laus, etſi tanto Numine indigna, inceſſanter ab homine exhibenda eſt. toto §. 309. p.625

Qui Deum ſemper laudat, Deum definit. §. 309. n.5. p.626

Ambitio rumuſculis laudis inflatur. §. 311. n. 5. p 630

De Mariâ Virgine ſumptuoſiùs laudandâ. toto §.315. p.636

Leno.

Hi Senes tiuales, ſibi inuicem lenones fiunt. §.2.n.21.p.18.& §.117.n.2. p.300

Lex, præceptum, Legiſlator.

Bona vita lex eſt, quæ virtutem iubet. §. 11. n.5. p.85

Lex, etſi contubetnalis, animæ curam de longinquo ſuſcipit. § 34.n.1. p.124

Sapientia putatur, legem inobſequenter violare. §.34.n.2. p.125

Leges velut Tyrannus metuendæ dicuntur. ibid.

Regalis lex aſſiſtit à dextris Dei citcundata varietate. §.34.n.3. 125

Leges ſententiosè dicuntur, Oculi Dei: ne ergò vel leniter lædantur. §.34.n.4. p.125

Qui voluntariè obedit, non eſt ſub lege. §. 34. n.5. p.126

Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem: nec tamen exlex eſt. § 34.n.5. p.126

De inobedientiæ immenſo onere, nauis peſſum it naufraga. § 34.n.6. p.126

Homo ſine ptæcepto, eſt velut nauis ſine onere. §.34.n.6. p.126

Obcdiens immolatut præcepti gladio. §. 36. n.3. p.129

Pœna ſonti inflicta, eſt viua lex eiuſmodi pœnæ infligendæ. §.99.n.3. p.240

Moyſes ieiunij priuilegio, eſſe meruit Legiſlator. § 111.n.5. p.290

Præceptum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. §. 128.n.3. p.318

Perfecta obedientia legem neſcit. §. 128. num. 6. p.318

Deus ideò aliquid imperat, vt cauſſas habeat temunerandi §.148.n.1. p.351

Peccator dicitur exlex. quare? §.148 n.5. p.353

Ptæceptum Adamo impoſitum, teſſera fuit, quâ à brutis diſtingueretur. §.154.n.5. p.363

Legum vincula ferrea, fiunt aurea obedientiæ arbittio. §.155.n.2. p.364

Qui voluntatem habet in lege, à lege portatur, & ſenſum doloris in obſequendo furatur. § 155.n.3. p.364

Legis obſeruantia, cenſus eſt, quem Deo pendimus. §.155.n.4. p.364

Benefica commiſeratio, commiſerationis legem ſancit. §.167.n.3. p.384

Veritas lex eſt omnium attium. §. 203. num. 7. p.447

Spiritus-ſanctus, noua lex corporis eſt. §.230.n.5. p.492

Memoria mortis eſt velut lex, & legiſlator. §. 255. n.6. p.535

Lex Moſaica indulgentior Euangelio. §. 566. n.1. p.558

Rem non malam Deus Adamo vetat, vt ex pœnâ appareat inobedientiæ enormitas. §. 266. n.2. p.558

Obedienti, legum vincula ſunt torques, monilia, amplexus. §. 266. n.4. p.552

Immacularis plures leges vna eſt, inobedientibus verò plures & graues. §. 566. n.5. p.553

Veſtimenta Chriſti, eius mandata ſunt; ideò non permiſit ea ſcindi. §. 166. n.6. p.553

Vide verbo, *Princeps, Iudex, Obedientia.*

Liber.

Deipara eſt Volumen diuino Verbo ſcriptum. § 331. n.4. p.666

Deipara eſt humanæ libertatis regiæ tabulæ, & titulus. ibid.

Liberalitas.

Ioakim à beneficentia dicitur omnium honorabilior. §. 6. n.8. p.63

Diuinæ beneficentiæ cum eleemoſynario contentio. §. 41. n 6. p.140

Deus aliquid imperat, vt cauſſas habeat remunerandi. §. 148. n.1. p.351

Velut elementa mundi ſunt, dare & accipere. § 202. n.4. p 445

Inuicto complexu Deus omnia omnibus dat. §. 202. n.6. p.445

Deus, ſecundùm nomen ſuum, ad ſumptuoſiùs benefaciendum nimis pronus eſt. toto §. 229. p.489

Les beneficentiæ eſt cæca & muta obliuio, ne lingua ex lex gratiam conſtupret. toto §. 308. p.623

Vide verbo, *Miſericordia, Gratia, Princeps.*

Libido, Luxuria.

Oculi libidines ſcintillant. §. 1. n.9. p.7

Saxum à rupe feminâ inturum. ibid.

Mentis libido ſenium non ſentit. ibid.

Libidinis ieiunia ænigmatica. quæ? §. 1. num. 10. p.8

Libido refingit in belluam. §. 1. n.10. & furiis agitar. ibid.

Senes Suſannæ barbaricas libidines. conſectant. §. 1. n.15. p.9

Conſiſtorium impudicitiæ eſt in quo ſtat rea Suſanna. ibid.

Libidinis amor in iram exaſperatur. ibid.

Velatur Suſanna timens placere per decorem. §. 1. n.16. p.10

Libidini gehenna hiat. §. 1. n.21. p.15

Pulchra femina eſt incendiaria. §. 2. n.17. p.17

Rediuiua in Senibus libidinis flamma. inibi.

Libido ſapientiam expectorat. §. 2. n.18. p.17. & § 6. n.15. p.64

Cur cæcus & cum pharetrâ amor pingitur. ibid.

Libido ſpem ac timorem tollit. §. 2. n.19. p.17

Locus & oculus generant libidinem. §. 2. n. 21. p.18

Inſidiatur ſibi, qui obſeruat feminam. ibid.

Hi Senes riuales, ſibi inuicem lenones fiunt, libidinis vi. §. 2. n.21. p.17

Aptus libidini dies, inter delicias eſt. §. 2. num. 22. p.18

Cur amori inhoneſto Contemplatio tribuitur. §. 2. n.24. p.19

Venus dicitur doli complicatrix. §. 2. n.25. p.19

Libidinis amor obliquus. §. 2. n.38. p.22

In hoſpitiolo, quin & in paradiſo vterque ſexus periclitatur. §. 6. n.11. p.64

Dolor, libidinis ſynonymum, aut commentarius eſt. §. 6. n.16. p.65

Libidinis elatio de ſingulari concubitu, quaſi de conſuetudine præſcribit. §. 6. n.17. p.65

Iainnat libido, vt de ſpectatâ pulchritudine ſacietur. §. 6. n.19. p.65

Senes præ libidine, à ſe recedunt, & tranſeunt in beſtias. §. 6. n.20. p.65

Homo libidinoſus Deo perit. §. 6. n.30. p.67

Obliquus eſt libidinis amor. quomodò? §. 6. n.44. p.70

Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleuit ad impudicum Senum attactum. §. 6. n.46. p.70

Cæli aſpectum, quem vetat libido, caſtitas præbet. §. 6. n.47. p.70

Salaciores Chananææ feminæ, filiæ Iſraël dicebantur. quare? §. 6. n.68. p.75

Libido maſculo feminam fingit, virginitas nullius eſt ſexûs. §. 54. n.5. p.108

Ioſeph, etſi dixit, *Non poſſum*, adhuc libidinis anſam fugit. §. 82. n.2. p.209

In ſenibus etiam intutus eſt mulierum aſpectus, quem caſtitatis cenſura non cohibet. toto § 83. p.211

Senes in re libidinis, oculos babent iouenes. §. 83. n.2. p.211

Inſania inceſſantis luxuriæ deſcribitur. §. 83. n.4. p.212

Per beſtias terræ, beſtialis libido, ad terram prona, & ad cælum cæca intelligitur. §. 96. n. 1. p.234

Cæcitas à cæli aſpectu, libidinis ſtipendium eſt. §. 96. n.2. p 234

Contemptum luxurie cælum, in illam durius ſæuit, iracundiâ vltrice §. 96. n.3. p.235

Fœtore luxuriæ offenſum cælum, ſulphureum ignem depluit. §. 96. n.4. p.235

Prodigus adoleſcens cur in cælum peccaſſe dicitur? §. 96. n.5. p.235

Qui ſe libidinibus, & inferno ſe immergit, cælo vale dicens. §. 96. n.6. p.236

Quam ſit eſtera, & rabida infernalis libido. §. 101. n.1. p.243

Cur libido pariatur inferno? §. 101. n.2. p.243

Laſciuus non videt cælum, quia eſt prædamnatus terræ inquilinus. ibid.

Adeò eſt obſtinata impudicitia, vt dicatur impœnitentiæ mater. §. 101. n.3. p.244

Carnis concupiſcentiam, quam non excoquit pœnitentia, non excoquet æterna gehenna. §. 101. n.4. p.244

Libido dicitur Dæmon, & omne malum. §. 101. n.5. p.244

Fornicarius ipſe ſibi gehenna eſt. §. 101. num. 5. p.244

Quàm de facili libidinis ſcintilla ſufflammetur. §. 104. n.1. p.277

Libidinis ſcelus primordiale delictum velut redintegrat, & reſculpit. §. 104. n.1. p.277

Quælibet mulier, Euam ſe eſſe ſciat. §. 104. n. 3. p.277

Redemptio corporis dicitur, Liberatio à femineâ concupiſcentiâ. §. 104. n.4. p.278

Forma feminea eſt aculeus peccati. §. 104. n. 5. pag.278

Hominem, quem Deus poſoit in paradiſo, mulieres in ſepulchro poſuerunt. §.104.n.6 p.278

Libido erubeſcendam ſe eſſe, erubeſcendo publicat §.108.n.1. p.284

Laſciuus homo, non iam bomo, ſed caro nominatur.quare?§.108.n.2. p.284

Cur hominum libido cum brutis punitur? §.108. n.3. p.284

Homo caſtus hominis imaginem ſeruat, quam amittit laſciuus §.108.n.4. p.284

Deus adſpectu ad libidinem, *facies* in plurali habere dicitur.§.108.n.5. p.285

Cur homo laſciuus, non homo, ſed terra nominatur?§.108.n.5. p.285

Libido è rationali homine brutum efficit. §.108. n 6. p.285

Voluptuoſa improbitas, ludus eſt Dæmonum, quo animas in infernum torat.§.110.n.5.p.288

Ab æſtu deſideriorum carnalium Euchariſtia deſiccat.§.113.n.7. p.293

Impudicitia odit ſeipſam cum illo, quem amauit. §.117.n.3. p.300

In laſciuo blandius amore ferinus durè furor latet. toto §.145. p.346

Libidinis vulnus dicitur inſanabile. §.145. n.5. p 347

Ex blando libidinis amore, atrocior iracundiæ rabies procuditur. toto §.148. p.350

Laciniofa veſtis accitur ad libidinis teſtimonium.§.160.n.6. p.373

Laſciuus pulchritudinis amor, odio, & ſæuitiæ confinis eſt. toto §.163. p.377

Pulchritudo veſtium ornatu, & fucorum lenocinio exculta, egregiè vapular. toto §. 164. p.379

Impudica manus, vinculum luxuriæ eſt, attaminans libidinis contagio, quod attigerit impudicè. toto §.169. p.387

Ne viuacior turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas flabellat. toto §.193. p.428

Acerbiùs caſtigara libido, libidinis ſcintillas periculosè euentilat. toto §.249. p.523

Laſciua nequitia eſt, quæ hominem prolixâ annoſitate grandæuum, non ſinit eſſe ſenem. toto §.257. p.537

Spectata feminarum pulchritudo, diluuij cauſſa eſt, idearum malitiæ machinatrix, & delictorum latrocinium. toto §. 278. p.572

De blandientis pellaciæ vi, magnum eſt femineæ pulchritudinis myſterium. toto §.279. p.574

Proba exiſtit libidinis improbitas? §. 279. n. 2. p.574

Caſtitas propria Iudicum virtus eſt: libido autem canam horum Senum Iudicum maturitatem abſtulit. toto §.280. p.575

Adſuetæ libidinis obſtinata malitia, velut impotentet ad voluptabilia hominem laſciuum rapit. toto §.281. p.577

Num libido characterem malitiæ imprimit? §.281 n.4. p.578

Libido eſt omnis mali conceptaculum, & inteſtinus Dæmon.§.301.n.6. p.613

Vide verbo, *Caſtitas*, *Virginitas*, *Senex*.

Limus.

Vide verbo, *Terra*.

Lingua, Sermo, Verbum.

Lingua ſuadet; bona vita virtutem iubet. §. 11. n.5. p.85

Loquacitatis multiplex vituperium. §. 140. n. 1. p.337

Multimodè dicitur lingua, Vniuerſitas iniquitatis.§.140.n.4. p.338

Multiloquentia, tamquam amnis lutum colligit. §.140.n.8. p.339

Si lapſus ſermonis exit, intrat culpa. ibid.

Maledica contumelia contemptim ſurdis cæcè auribus excipienda; quippè quæ mendacium ſuum potiùs loquitur. toto §.189. p.421

Labium diuiſionum, quod corde alio atque alio loquitur, portæ inferi dicitur. §. 190. num. 4. p.424

Improborum vituperium nihil differt à laude: ſicut laus improborum nihil differt à vituperio. toto §.191. p 425

Mendax lingua quodam imperiali ſceptro vtitur ad mentiendum.§.194.n.6. p.431

Lingua mendax virgulæ præſtigiatrici incantatorum pariatur. §.194.n.7. p.432

Camo ſeu capiſtro ſapienter lingua frenatur. quare? §.196.n.4. p.434

Aſtuta lingua flagelli ſignaculo caſtiganda eſt. quare? §.296.n.5. p.435

Signaculo honoris claudantur labia. ibid.

Linguarum ſpecie concordiam Spiritus-ſanctus commendat.§.231.n.5. p.493

In linguâ hominis fortuna ſollicita eſt. §. 243. n.2. p.513

Ferè omnis peccati initium à linguâ. ibid.

Linguæ vitio quod cœpit in bono conſummatur in malo.§.243.n.5. p.514

Num linguæ inſtar ignis, Apoſtolis datæ, Angeli dici poſſint? §.271.n.4. p.561

Vide verbo. *Detractio*.

Locus.

Terra cum ſanctitate aut nequitiâ incolarum, arcanum quoddam velut morum participium habet toto §.9. p.80

Iuſtus, Dei locus eſt; & Deus eſt capax iuſti locus.§.180.n.5. p.417

Qui in Deo, quaſi in loco capaci exiſtit, vel in aduerſis neceſsè eſt, vt gaudeat. §.186.n.6. p.418

Iob cùm viuebat, erat Chananæorum præſidium.§ 272.n.2. p.562

Luna.

Pœnitentia comparatur Lunæ.§ 68.n.1. p.184

Homo Lunæ imago eſt, ob mutationum varietates.§.86.n.6. p.217

Luna etſi minus obeat munus, adhuc magnum luminare eſt.§.312.n.2. p.631

Lux.

Aſtra matutina in lucendi ſenectute gratiùs fulgent.§ 64 n.4. p.178

Lucere adſuetum, depoſitione non extingui, perrarum eſt. ibid.

Apoſtoli, qui ſunt lux mundi, non mundo, ſed Deo lucent.§.58 n.2. p.167

Ante lucis productionem Deus quaſi nudus latebat.§.111.n.4. p.589

Deus luce, ieiunator autem Deo veſtitur. ibid.

Gaude in illâ luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus. §.97.n.6. p.237.& §.118.n.6. p.303

Maria luci comparatur. quare? §. 330. num. 1. p.662

Luxuria.

Vide verbo, *Libido*.

M.

Magdalene.

CVr Christi pedes Magdalena lacrymis lauat? §.177.n.6. p.402
Magdalena piè auara lacrymarum, effuſas lacrymas reſumit. §.177.n.7. p402
Magdalena, quem cum multis lacrymis quærebar, iam inuenit.§.177.n.5. p.402

Magiſter.

Vide verbo, *Sapiens, Concionator.*

Magnus, Magnum.

Quàm ſit viuax magnitudinis libido.§.234.n.1. p.669
Magnificari non potuit Salomon, niſi puer diceretur. §.234.n.2.p.669.Adſimilia toto §.
Gigantum forma vltrà ſtaturam peccaminum eſt. §.274 n.1. p.566
Ambitio dum Magnitudinem negotiatur, ſe Chriſto præponere affectat.§.311.n.6. p.630
Impar magno muneri, illius ſublimitate minoratur.§.312.n.1. p.630
Luna etſi minus obeat munus, adhuc magnum luminare eſt.§.312.n.2. p.631
Marianæ magnitudinis velut culpa eſt, quòd illam non poſſimus dignè laudare. §. 315. n. 5. p.637

Mandatum.

Vide verbo, *Lex, Obedientia.*

Manna.

Diuitiæ comparantur Manna, quod adſeruatum putreſcit.§.54 n.5. p.161

Manſuetudo.

Conglobata manſuetudinis elogia.§.27.n.1.p.112
Manſuetudo eſt vinculum, & nodus Dæmonum. §.27.n.2. p.112
Saül hoſtem Dauidem, quia manſuetiſſimum, filiis ſuis reliquit tutorem.§.27.n.3. p.113
Placidè victrix manſuetudinis victoria. §.27 n.4. p.113
Manſuetudo comparatur calcaaneo. quare? §.27. n.5. p.113
Abundantia malitiæ, manſuetudinis antitheton eſt.§.27.n.6. p.114
Manſuetudinis encomium. §.208 n 1. p.454
Manſuetorum ſtatus, incommutabilis dicitur. quare?§.208.n.2. p.454
Beatorum corporum gloria, manſuetudinis ſtipendium eſſe perhibetur. §.208.n.3. p.454
In ſpiritu manſuetudinis Chriſtus coronatum ſpinis caput impunè reclinat.§ 208.n.4. p.455
Qui manſuetus audit crimen obiectum, audit alterius, non ſuum crimen.§.208.n.5. p.455
Manſuetudo eſt virtutum progenies. §. 208. n.6. p.455
Manſuetorum eſt calcare omnia. quare? ibid.

Mare.

Mundus, ceu pelagus obuiis hiat naufragiis. Foge. §.91.n.1. p.225
Cur praua conſcientia mari comparatur. §. 124. n.1. p.311

Maria Deipara.

Laudatio Mariæ ſine noſtro lucro non fit. §.315. n.2. p.636
De Mariâ loqui, eſt de indicibili dicere. §. 315. n.1. p.636
Laus Deiparæ redundat in Filium Deum. §.315. n.2. p.636
Laudare Virginem Deiparam, illam ambire eſt, §.315.n.3. p.636
Facultas Mariæ laudandæ à Mariâ eſt. ibid.
Mariæ laudes nemo digne aſſequi poteſt. quare? §.315.n.4. p.637
Velut culpa Marianæ magnitudinis eſt, quòd laudari digne non poſſit humano ore. §. 315. n.5. p.637
Acclamationibus, & precationibus noſtris Maria coronatur.§ 315.n.5. p.637

Aduocata peccatorum Maria.

Vide hîc verbo, *Miſericordia Mariæ*, & verbo, *Oratio Mariæ.*

Bellatrix Maria.

Mariæ pulchritudo eſt valdè pugnax. §.317. n.4. p.640
Maria eſt inſuperabilis, & omnipotens auxilium eius.§.332 n.5. p.66

Caſtitas Mariæ.

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Compaſſio, Dolores Mariæ.

Maria dicitur Martyr amoris. §.335.n.1. p.670
Maria patitur eà parte, quâ impatibilis eſt.§ 335. n.1. p.670
Maria mortem Chriſti ſuam fecit. ibid.
Dolorum iuxta crucem atrocitas, Dei matrem inuenit, & fecit.§.335.n.2. p.671
Cogitationes Deiparæ ſemper Dominico ſanguine rubebant.§.335.n.3. p.671

Conceptio immaculata Mariæ.

Deipara tota eſt gratiarum pelagus, tota ſemper Deo propinqua.§.316.n.1. p.638
Dei ſapientia, bonitas, & omnipotentia eſt menſura Marianæ gratiæ ac puritatis. quomodò? §.316.n.2. p.638
Homo conetur Marianæ gratiæ magnitudinem metiri §.316.n.3. p.638
Maria expetit, vt oſculum ſibi impreſſum in Annæ vtero publicetur, ne ſit deſpicabilis per originale peccatum.§.316.n.4. p 638
Ne Deipara vagari cogatur ſuper Sociorum greges §.316.n.5. p.639
A ſummo cælo eſt Mariæ egreſſio. §. 317. n. 1. p.639
Deipara Aaronianæ virgæ ſimilis; conceptu florida, partu fructifera.§.317.n.2. p.640
Rixæ aduersùs immaculatam Conceptionem, Mariæ cuſtodiam auertunt. §. 317. numero 3. p 640.
Quia Deipara eſt tota pulchra, eius immaculata Conceptio adſtruitur.§.317.n 4. p.640
A Mariæ ſemper immaculatâ pulchritudine, Chriſtus pulchrior eſſe dicitur. quare? §. 317. n.5. p.641
Marianæ Conceptionis ſatellites, non tantùm gladios habeant, ſed eos manu teneant. §. 318 n.1. p 641
Mirè feſtinat Deus, ne in Matris ſuæ Conceptione mors per feneſtras ingrediatur. §.318. n.2. p.641
Maria aduocatur ad coronam de anathemate. quare? §.318.n.3. p.642
Deipara præſeruata nec erubeſcit auctorem, nec confunditur Redemptore.quare? §.318.num.4. p.642
Pulchritudo Mariæ ſignaculum crucis præfert. ibidem.
Immunitas ab Originali, à gratiâ auguſtiùs redemptrice eſt.§.318.n.5. p.642
Vel ſuſpicio aliquandò obſcuritatis, à Deiparâ ableganda eſt.§.319.n.1. p.643

Deiparæ

Deiparæ nihil deeſt ad gratiam, & ad gloriam. §.319.n.1. p.643
Deus in Deiparâ totius boni plenitudinem poſuit? §.319.n.3. p.643
Spiritus-Sanctus cum virtutibus eſſentialibus Deiparæ adeſt §.319.n.3. p.643
Maria dicitur Inuentrix gratiæ in Adamo perditæ.§.319 n.4. p.644
Num Deipara vidit Dei eſſentiam, rapta in paradiſum? §.319.n.5. p.644
In B. Deiparâ pulcherrimum eſt quod intrinſecùs latet nempe puritas Conceptionis. §.319. n.5. p.644
Deipara eſt fons ſignatus totius Trinitatis ſignaculo.§.319.n.6. p.644
Ad Mariæ paradiſum ſerpens aditum non habuit: exindè puritas Conceptionis adſtruitur. ibid.
Chriſtus in primo eius aſpectu, omnem gratiam & honorem Matri impendit.§.320.n.1. p.645
Arcanus nexus inter immaculatam Conceptionem, & Verbi Incarnationem. §.320. num.2. p.645
Deipara in ſuâ Conceptione, peſſulum, id eſt peccatorum humanorum molem aperit. ibid.
A Maria, cùm abeſſe videtur Chriſtus, intimiùs adeſt.§.320.n.2. p.645
In Deiparæ Conceptione, peccati fœtura abortum paſſa eſt.§.320.n.3. p.645
Quia Adam non ſicut Angelus damnatur, Marianæ Conceptionis puritas euincitur. §.320. n.4. p.646
Chriſtus Virgini recèns Conceptæ, reuerentiam tanquam Matri exhibet. ibid.
In Deiparâ totius gratiæ plenitudo exundat. §.320.n.5. p.646
Num Deiparæ aliquid ſanctitatis deeſſe potuit? §.320.n.5. p.646
In Deiparæ Conceptione, natura gratiam anteuertere non eſt auſa. quare? §.321.n.1. p.646
Cur Ioachimi ſemen immaculatum perhibetur? inibi.
Dum Deipara dicitur, Æternitas virginitatis, eius immaculata Conceptio adſtruitur. quare? §.321.n.2. p.647
Chriſtus in Deitate Patri æqualis, ſed corpori Matri. §.321.n.3. p.647
Paradiſeam ſuauitatem ſpirat Deipara: non paradiſeum pomum fœtidè eructat. §.321. n.4. p.648
Sponſa dum oſculum ambit, puritatem ſuæ immaculatæ Conceptionis probat. quare? §.321. n.5. p.648
Grauatè fert Deipara contentiones & rixas ſuper ſuâ immaculatâ Conceptione. quare? §.322. n.1. p.648
Boum calcitratione parum inclinatam Arcam, malè Oza tueri conatur. quare? §.322.n.2. p.648
Malè nunc defenditur Deipara, quaſi alioqui periclitetur, niſi à te eius Conceptio pura defendatur. ibid.
Sexaginta ſatellites lectuli Salomonis, vnum gladium habent, nec illum diſtrictum. quare? §.322.n.3. p.649
Vetus Samſon ſuam Matrem non ſolùm à peccati originalis periculo liberat, ſed & periculi metu eximit.§.322.n.4. p.649
Mariæ ab Originali immunitas, ex gratiæ plenitudine probatur.§.329.n.4. p.661

Deſideria Mariæ

Chriſto velut præſentia abſens, Deiparæ deſiderium arcanè monet.§.328.n.1. p.658
Cùm Chriſtus tranſit, deſiderium excitans Deiparæ, illam intimiùs penetrat. §.328. num.2. p.659
Deſideria Deiparæ in eſſentiam amoris feruntur. §.328.n.3. p.659
Deipara ſolitaria ſolitarium poſſidere deſiderat. ibidem.
Deipara deſiderat immenſitatem Deitatis concludere.§.328.n.4. p.659
Mariæ deſideriis peragitur magnum Incarnationis myſterium.§.328.n.5. p.660
Mariæ votis ac deſideriis Chriſtus obſecundat. §.328.n.6. p.660

Gloria Mariæ.

Deiparæ nihil deeſt ad gratiam, & ad gloriam. §.319.n.2. p.643
Deiparæ in cælos Aſſumptio ſententioſè deſcribitur.§ 329.n.1. p.660
Multimoda cauſſa cur Deiparæ gloria, principium ignorare, & finem neſcire perhibetur. §.329.n.2. p.660
Cæleſtis patria clariùs rutilat Deiparæ irradiata fulgore. §.329.n.3. p.661
Curia cæleſtis à Mariâ tanquam Sole illuminatur. ibid.
Totum in Mariâ eſt glorioſum, quia totum eſt gratiâ plenum. §.329.n.4. p.661
Præſentia Deiparæ in cælo, eſt aliqua plenitudo beatæ Cælitum gloriæ.§.329.n.5. p.661
E cruce pendens Chriſtus, eſt menſura Marianæ gloriæ. §.329.n.6. p.661
Marianæ gloriæ celſitudo, è Chriſto in cruce pendente taxanda eſt.§.329.n.6. p.661
Summa gloria eſt in cælo, poſt Deum videre Deiparam.§.329.n.7. p.662

Gratia Mariæ.

De Mariæ meritis præſumendum. §.317. num.3. p.640
Deipara eſt citra Angelorum inuidiam. §.326. n.1. p.655
Sibi Angeli gratulantur, quòd B. Virgo potior illis exiſtat.§.326.n.1. p.655
In Incarnatione Spiritus-ſanctus menti Deiparæ penitùs inſeritur.§.326.n.2. p.655
Deipara appellatur horrus, quia ſemper fructificat. §.326.n.3. p.655
Mariæ oculi capaces ſunt charitatis columbinæ, id eſt, Spiritus-ſancti §.326.n.4. p.656
Septem dona Spiritus ſancti, ſed oculata, Deiparæ donantur. ibid.
Opera noſtra ponenda ſunt in Maria, quæ nidus eſt ſpiritus-ſancti.§.326.n.5. p.656
Dei velut dubium de perfectione Deiparæ, perfectionis exaggeratio eſt.§.327.n.7. p.658
Totam Mariam rapuit ſibi Spiritus-ſanctus. §.334.n.1. p.669
Beata Virgo eſt Martyr amoris. §.335. num.1. p.670
Arcanè de ſe dicit Maria, Defecit caro mea. quare? §.335.n.4. p.671
Virtúſne fuit natura Deiparæ? ibid.
E Mariæ carne, Chriſti caro floret. §.335. n.4. p.671
Dei bonitas & omnipotentia eſt menſura Marianæ gratiæ.§.316.n.2. p.638

Humilitas

Humilitas Mariæ.

Deiparæ humilitas dicitur nimia.§.334.n.2.p.669
Fiducia & humilitas eſt Mariæ pulchritudo. ibid.
Quomodò ſola humilitas ineſſe Mariæ dicitur? ibidem.

Maternitas Mariæ, Incarnatio.

Cùm Maria Deum concipit, arbor mortem profert.§.324.n.5. p.653
Quomodò Chriſtus Deus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur?§.324.n.4. p.652
Chriſtus dicitur Marianæ virginitatis filius. §.325.n.5. p.654
Deiparæ venter, quia virginitatis Inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. §.325.n.6.p.654
Incarnatio ſub oſculi metaphorâ pulchrè exponitur §.325.n.8. p.655
In Incarnatione Spiritus ſanctus menti Deiparæ penitùs inſeritur.§.326.n.2. p.655
Deus eiuſdem naturæ eſt cum Virgine Deiparâ. §.327.n.1. p.657
Deus Angelum mittens ad virginem, Angelum præcurrit.§.327.n.2. p.657
De Virginis ac Verbi ſubſtantiâ, vnus Chriſtus fit. ibid.
Mariani oris verbum attrahit diuinitatem §.327. n 2. p.657
Chriſtus Deus dimidium Deiparæ cor dicitur. quare? §.327.n.3. p 657
Deipara dicitur, Radix progeneratrix Dei.§.327. n.4. p.617
Cur Verbum incarnatum, ſeu Chriſtus, non ſanctus, ſed Sanctum nominatur?§ 327.n 5.p.657
Deipara communicat Filio quod homo eſt: Filius communicat Deiparæ quod Deus eſt. ibid.
Deipara & Filius inhærent vndique conuiſcerati alterutrum ſibi.§.327.n.6. p.658
Deipara ſola eſt implentis omnia locus. §.328. n.4. p.659
Mariæ deſideriis peragitur magnum Incarnationis myſterium.§.328.n.5. p 660
Maria dum lactat Ieſum, lac fingit, quo Suos infantat.§.330.n.6. p 663
Maria eſt volumen diuino Verbo ſcriptum. § 332.n 4. p.666
Per Incarnationem Chriſtus coniungi dicitur Deiparæ voluntati.§.333.n.5. p.668

Miſericordia Mariæ ergà omnes.

Mariæ deuotio, & Diaboli inſidias pandit, & ſecuritatem cautè parit.§.330.n.1. p.662
Verè Deiparæ deuotus, ferè præſeruationem à peccato aſſecutus eſt.§.330.n.2.p.662 Quin & propè à peccatis inuincibilis, & quaſi impeccabilis redditur. ibid.
Maria gubernaculum, & anchora eſt, quibus à peccati naufragio tuti ſumus.§.330.n.3. p 662
Mariæ Compedes tenent Suos, ne diſcurrant per licentiæ campos.§.330 n.4. p.663
Arcanus quidam nexus eſt inter Deiparam, & Suos clientes, per dilectionem & ſpem. §.330. n.5. p.663
Maria non poteſt miſeriam ſcire, & non ſubuenire?§ 330.n.6. p.663
Pro vniuerſitate nequitiarum, vniuerſitatem gratiarum ſubſtituit §.331.n.1. p.663
Cur eius munera ſeu emiſſiones dicuntur paradiſus? ibid.
Mariæ oculi dona Spiritus-ſancti nobis allinunt. §.331.n.2. p.664
Maria eſt baſis virtutis, & ſuſtentaculum vitæ noſtræ.§ 331.n.3 p.664
Maria eſt humanæ recõciliationis fideiuſſio.ibid.
Maria oſtium eſt, quòd vetat, ne n alius ad Suos ingrediatur.§.331.n 5. p.664
Mariæ prærogatiuæ, & dotes quàm ſint nobis proficuæ. ibid.
An ſub Mariæ præſidio, Diabolum ac carnem homo prouocare poſſit?§.331 n.6. p.665
Sublimitate virtutum ornatur, vt homines protegere poſſit.§ 331.n.7. p.665
Mariæ erga homines miſericordia multimodè commendatur §.332.n.1. p.665
Mariæ miſericordia & amor erga homines, inuincibilis eſt. ibid.
Per Mariam, & in Mariâ Chriſtus peccatores diligit.§ 332.n.1. p 665
Mariæ cum reſpiratione analogia perſtringitur. § 332.n.2. p.665

Natiuitas Mariæ.

Multimoda cauſſa gaudendi in Mariæ Natiuitate § 323.n.1. p.650
Omnia retroacta ſecula, futuræ Mariæ præſidium experta ſunt.§.323.n 2. p.650
Beata Deipara eſt temporum felicitas. ibid.
Cur Deipara dicitur, Cunctis ſeculis Sacramentum? §.323 n.4. p.651
In Natiuitate Virginis, Dei exultatio in creaturas etiam exanimales exundat §.323.n.5.p.651
Mariæ Natiuitas, lætum triſtitia originalis eliminandæ pignus eſt. ibid.
In Mariæ Natiuitate felici, aborſum paſſa eſt perniciosa peccati fœtura §.323 n.6. p.651
Analogia Marianæ Natiuitatis cum aurorâ §.323. num.7. p 651

Oratio Mariæ, & ad Mariam.

Mariæ votis ac deſideriis Chriſtus obſecundat. §.328.n.6. p.660
Maria occurrit antequam inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipat §.330.n.6. p.663
De Mariæ meritis & interceſſione piè præſumere licet.§.331.n.4 p.664
Vnaquæque Mariæ virtus pro ſingulis peccatoribus aduocata eſt.§ 332.n.3. p.666
Totum per Mariam habeamus § 333 n 1. p.667
Marianæ orationis magna vis. ibid.
Deus vinci ſe voluit Marianæ deprecationis munere.§.333.n.2. p 667
Maria eſt aduocata in portis vitæ & mortis. §.333.n.3. p.667
Officium Mariæ in cælis eſt, preces pro hominibus fundere.§.333.n.3. p.667
Officium Angelorum eſt exequi, quod Maria peccatoribus impetrauit. ibid.
Noſtra oratio, glorioſa Virginis Mariæ panegyris eſt.§ 333.n.3. p.667
Chriſtus Deus peccantis Mariæ poteſtati ſe permittit. §.333.n.4. p.668
Per Incarnationem Chriſtus coniungi dicitur Deiparæ voluntati.quomodò?§.333.n.5.p.668
Mariæ auxilium ſuſpiramus §.333.n.6. p.669
Fiducia & humilitas eſt Mariæ pulchritudo. § 334 n.2. p.669
Puellæ Deiparæ arbitrio Deus libenter obtemperat. § 334 n.3. p.669
Acclamationibus & precationibus Deipara coronatur. §.325.n.5. p.637

Pulchritudo Mariæ,

Summam Chriſti pulchritudinem, eius Mater refert.§.324.n.1. p.651

P. Didac. Celada in Suſannam.

Deipara dicitur pulchra pulchritudine diuinâ. §.324.n.2. p.652

Maria pulchra nimis dicitur, quia humanæ naturæ venuſtas eſt. §.324.n.3. p.652

Mariæ pulchritudo venuſtiſſima §.324.n.4.p.652

Quomodò Christus Deus ex vtero Mariæ pulchrior euadere dicitur? ibid.

Quare Chriſtus & ex eo Beata Deipara, dicitur ipſa ſubſtantia pulchritudinis? §.324.n.4.p.652

Deipara eſt Chriſti ſpecies, quâ homines venuſtare nititur. §.324.n.5. p.653

Eſtheris ac Deiparæ pulchritudo, redimendi populi pretium dicitur. §.324.n.6. p.653

Fiducia & humilitas eſt Mariæ pulchritudo. §.334.n.2. p.669

Mariæ pulchritudo eſt validè pugnax. §.317.n.4. pag.640

Virginitas Mariæ.

Altiſſimi poteſtas, quaſi quædam nubes Deiparæ virginitatem inumbrat. §.325.n 1. p.653

Cur Maria Deipara dicitur Æterna Virgo? §.325. num.2. p.653

Num Beatam Deiparam Verbi conceptio virginem etiam reddit? §.325.n.3. p.654

Alia ratio cur Deipara, Æterna virgo dicitur. §.325.n.3. p 654

Homo Deus matrem niſi virginem habere non poteſt. §.325.n.4. p.654

Chriſtus Deus dicitur Marianæ virginitatis filius. §.325.n.5. p.654

Deiparæ venter, quia virginitatis inanitate, Deitatis plenitudine tumidus eſt. §. 325. num. 6. p.654

Deiparæ virginitas api comparatur. quare? §.325. n.7. p.654

Diuinâ maternitate Virginis integritas munitur. §.325.n.8. p.655

Varia de Mariâ

Mariæ magnitudinem ex magnitudine peccatorum metiri licet §.148.n.7. p.353

Silentium eſt optima pars, quam ſibi Maria elegit. §.243.n.6. p.514

Maria eſt ſeculorum panegyris, & temporum felicitas. §.315.n.2. p.636

Suos oculos Chriſtus Matri donat. quo ſenſu? §.326.n.4. p.656

Cùm Maria in templo præſentatur, in prato gloriæ plantari dicitur. §.327.n.4. p.657

Maria luci comparatur. quare? §.330.n.1. p.662

Glorioſa eſt mulierum infirmitas, quæ Mariæ vigore roboratur. §.332.n.3. p.666

Triſtitia originalis per Mariam eliminatur. §.332.n.4. p.666

Ipſa Deipara eſt humanæ libertatis regiæ Tabulæ. §.332.n.4. p.666

Maria eſt noſtræ libertatis titulus nobiliſſimus. ibid.

Maria eſt volumen diuino Verbo ſcriptum. §.332.n.4. p.666

Maria eſt eſca dulciſſima ad capiendos peccatores. §.333.n.2. p.667

Deipara fuit terrenæ paupertatis hyperbole. §.334.n.4. p.669

In Mariæ oculis ſe Pater æternus ſpeculatur. §.334.n.5. p.670

Angeli nil potius habent, quàm Mariæ inſeruire. §.334.n.6. p.670

Maria eſt correctio Euæ, & Diaboli Impulſio. §.334.n.7. p.670

Maria eſt regium ſceptrum. ibid.

Mariæ filij omnes ſumus inſtar Chriſti quo ſenſu? §.334.n.8. p.670

Caro, quam ex Mariâ ſumpſit Chriſtus, cur vmbra dicitur? § 335.n.5. p.672

Verecundia Suſannæ, æmula Deiparæ, Mater & Virgo dicitur. §.335.n.6. p.672

Maritus.

An periclitanti Suſannæ maritus abfuit? §. 6. num.40. p.69

Quàm eſt placida vipera ergà ſuum comparem. §.23.n.1. p.105

Vxoris amori diuturnam gratiam maritus reddit. ibidem.

Vxoris amor, violentum medicamentum eſt ad extorquendum mariti amorem. §. 23. num. 2. p.105

Cur non marito, ſed vxori intimatur, in vxorem imperium? §.23.n.3. p.106

Suſanna nullum in mundo putat eſſe maſculum, præter vnum virum ſuum Ioakimum. §. 23. n.4. p.106

In memoriâ laborandi Noëmum, eius vxor etiam liberanda cenſetur. §.23.n.5. p.106

Vide verbo, *Nuptiæ*,

Martyr.

Cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari pius aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto § 17. p.94

Pœnaliſſimus carcer, ad cælos gradus eſt, deliciis exuberat, & piam Angelis inuidiam eſſe perhibetur. toto §.20. p.99

Pœnitentiæ dolor in conſcientiæ officinâ, Martyres cudit. §.98.n.3. p.238

Obedientia eſt genus martyrij. §.123.n.5. p.311

Velut impaſſibilis martyr cruciamentis, quaſi transformatur in immortalitatem. §.137.n.3. pag. 333

Diræ Tyrannorum crudelitas, Chriſtianorum illecebræ eſt. §.137.n.3. p 333

Mœſta calamitas in lætum, & ouantem ſpiritum reformatur. §.137.n.4. p.333

Probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat. toto §.150. p.355

Dolor dolore pellendus eſt. § 150.n.7. p.356

Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quâdam beatæ impaſſibilitatis æmulatione. toto §.157. pag.367

Compaſſio in charitatis officinâ, Martyres cudit. §.168.n.6. p.387

Illacrymans martyribus comparatur. §.177. n. 2. p.401

Exarmata per Chriſtum mors, Iuſtorum pectora feliciter votis implet. toto §.198. p.437

In felici periculo mortis fert Suſanna in corde pretium immortalitatis. §.198.n.5. p.438

Pœnam ſine culpâ pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt. toto §.211. p.459

Martyrium eſt tota paradiſi clauis. §.211.n.5.p.462

Perfecta patientia inuicta eſt, & prope inſenſilis, atque vexationis definitio. toto §. 216. p.467

Qui patitur ſe cum tribus pueris in ſupplicio numerari, Filius Dei petitur. quare? §.241. n.5. p.511

Per arcanam ethicè antiperiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impatibilis redditur. toto §.245. p.516

Multum ſibi adiicit virtus tribulatiooibus laceſſita. toto §.289. p.591

Pati oon eſt dectimentum lætitiæ, ſed non pati. §.292.n.5. p.597

Inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci. victoria eſt.toto § 306. p.620

Deipara eſt Martyr amoris.§.335.n.1. p.670

Vide verbo, *Labores*, *Perſecutio*, *Patientia*, *Sanctus*.

Matrimonium.

Vide verbo, *Nuptiæ*, *Maritus*.

Mater.

Vide verbo, *Pater*, *Filius*, *Maternitas Mariæ*.

Memoria.

Memoria beatæ gloriæ, illius concupiſcentiam ſuggerit.§.89.n.5. p.223

Vioax peccatorum memoria, mirâ pœnitentiæ vi peccatum expungit. toto §.263. p.547

Mendacium.

Hi Senes credibile fecere mendaciũ.§.2.0.26.p.66

Sæpè eſt in veroſimili mendacium, nec eſt veriſimilitudo in vero.§.6.n.38. p.69

Hi Senes falſitatis ſuæ ſenſum vincunt officio veritatis.§.6.n.49. p.71

Potuit Senum auctoritas victricem facere falſitatem.§.6.n.50. p.71

De mentiro adoleſcente creditur, quod de vero non licet.§.6.n.53. p.72

In fictâ arbore veram damnationis ſententiam Daniel legit.§.6.n.71. p.75

Opulentia eſt, luculentum falſitatis teſtimonium. §.54.n.2. p.160

Cultior veſtis per ora Prophetarum officinas fabricat falſitatis.§.160.n.3. p.372

Non bonum mendacij elogium, & eius ſupplicium.§.194.n.1. p.430

Filij Iacob mendacij merito exploratores putantur. §.194.n.2. p.430

Iudæi dicuntur filij proditoris Iudæ.quare?§.194. n.3. p.430

Sicut Deus Pater genuit Filium veritatem, ſic Diabolus genuit quaſi filium mendacij. ibid.

Veritas eſt cibus Angelorum; mendacium verò Diaboli eſca.§.194.0.3. p.430

Mendacium eſt præſtigium, faſcinom maleficium. §.194.n.4. p.431

Qui alicui noo credit veritatem, illi mentiri dicitur. §.193.n.5. p.431

Mendacij officina Atheos excudit. ibid.

Mendax liogua quodam imperiali ſceptro vtitur ad mentiendum.§.194.n.6. p.431

Lingua mendax virgulæ præſtigiatrici incantatorum pariatur.§.194.n.7. p.432

Falſi teſtes miſturâ mendacij virginem veritatem conſtuprare ſolitant.toto §.197. p.435

Spiritus-ſanctus mendacem effugit, ne illi mendacium adſcribator.§.203.n.8. p.447

Qui mendacium conflat, mentiendo laborat, præſtigiator eſt, Dei æternitatem arietat, adulter eſt, & Domini prædo.toto §.209. p.456

Vide verbo, *Veritas*, *Credibilitas*.

Mens.

Vide verbo, *Intellectus*, *Ratio*.

Mercenarius.

Vide verbo, *Auaritia*.

Meretrix.

Vide verbo, *Libido*, *Mulier*.

Meritum.

Vide verbo, *Dignus*.

Metus.

Vide verbo, *Timor*.

Miſer, Miſeria.

Vide verbo, *Labores*, *Perſecutiones*, *Felicitas*, *Pauper*.

Miſericordia, Clementia.

Velut nimia Dei miſericordia, peccatoribus intuta eſto.§.15.n.1.&c. p.91

Dei ira arcanu quodam diuinæ bonitatis ſacramento, eſt etiam miſerationom fœcunda. toto §.43. p.141

Miſericordia contrà iuſtitiam velut ſuperbic. § 43.n.5. p.142

Dei benefica ira, eſt miſericordiæ complementum.§.43.n.4. p.141

Diuinæ miſericordiæ artificium, io pœnitentiâ elucet.§ 68.n.3. p.184

Ingratitudo beneficentiam hoſtiliter armat contrà ſe.§.73.n.7. p.194

Vita ſuperiori eripitur, numquam niſi inferiori datur.§.93.n.1. p.229

Prius damnantor homines Noëmi præiudicio, quàm iudicio dinino.quare?§.93.0.2. p.229

Non tam Deus, quàm culpa dicitur pœnæ parens. §.93.n.3. p.229

Pœnalis Dei ſententia, cogitatio, & recogitatio, Dei nominatur. ibid.

Humana ſcelera vel à nolente Deo punitionem impetrant.§.93.n.4. p.230

Quare Noëmus dicitur, tutior diuinæ bonitatis fideiuſſor.§.93.n.5. p.230

In diluuij ſupplicio, miſericordiæ notamenta transparent.§.93.n.6. p.230

Per confeſſionem introitur ad miſericordiam Dei.§ 95.n.3. p.233

Nimius diſtrictiùs rigor, Superiorum politiam inuitiat: ergò benignitatis ſacramento gubernandum eſt. toto §.201. p.442

Nemo idcircò deterior ſit, quia Deus bonos eſt. §.256.n.4. p.536

Sceleſtus diu imponè felix, diuinæ miſericordiæ exors dicitur.§.258.n.5. p.539

Cùm Deus peccatoribus pœnali animaduerſiooe iraſcitur, tuocillis clemeotiùs indulget. toto §.264. p.548

Meriti ſupplicij dilatio, crudelis miſericordia dicitur.§.264.n.5. p.549

Tardat ounc diuina ira, vt humana pœnitentia leniùs emendet, quod acerbior pœna duriùs expiaret. toto §.265. p.550

Gratus eſt, qui putat Deum poſſe, & velle eum liberare à periculo.§.305.n.4. p.619

Miſericordia Mariæ, vide in hoc Indice, verbo, *Miſericordia Mariæ*, & *Oratio Mariæ*.

Monachus.

Vita ſolitaria, velut neceſſitas perfectiouis eſt, mundi exilium, & virtutum fomes: Monachóſque extra mundum, & mundo maiores facit.toto §.76. p.197

Vita ſolitaria, cæli ſchola eſt, diuinæ ſimilitudinis reparatio, prædeſtinatorum character: qoi autem inter homines verſatur, minor homo euadit. toto §.77. p.199

Vide verbo, *Deſertum*, *Sanctus*.

Mora.

Pœnalis Dei ſententia, cogitatio, & recogitatio dicitur.§.93.n.3. p.229

Profectũ in ſpiritu celeriùs quàm par eſt, maturare, ſæpè ſtitioois principium eſt, & retrocedendi

dendi augurium. toto §.246. p.518

Qui pœnitētiā procraſtinat, in fine vitæ, aut nolle, aut non poſſe negotiatur. toto §.262. p.545

Vide verbo, *Celeritas.*

Mores.

Vide verbo, *Virtus, Vitium, Conſuetudo.*

Mors, Mortis memoria.

Perſuaſis mori, quiduis facile perſuadetur. §. 2. n.28. p.19

Mutatio, ſeu Inconſtantia, eſt quædam mortis imitatio.§ 86.n.2.p.216. & §.143.n.5. p.344

Euchariſtia eſt mortis expenſio, & punitio.§.113. n.2. p.292

Qui ſumit Euchariſtiam præteritis ſceleribus moritur.§.115.n.1. p.295

Vitæ miſeriæ, & ſepulcralis cinis, vectigalia peccati ſunt. §.125.n.2. p.312

Peccatum animam mori facit, quam nequit facere mortalem.§ 148.n.3. p.352

Vltimus vitæ noſtræ dies, mors quædam fortunæ eſt: & indè expetitur.§.151.n.2. p.352

Toties Ionas moritur, quoties mori non ſinitur. §.198.n.2. p.437

In felici periculo mortis fert Suſanna in corde pretium immortalitatis.§.198.n.3. p.437

Mors gloriæ inimica vſurpatur ad gloriam.§.198. n.4. p.437

Chriſtianus eo ipſo inuictus eſt, quia mori non timet. quare? § 198.n.5. p.438

Mors proborum feliciſſima, & optatiſſima. §.198.n.6. p.438

Tenent me mortis anguſtiæ, perindè eſt, ac Apprehendit me corona.§.198.n.7. p.438

In victoriā mortis mors transparet, ad ſumptuoſiorem triumphi gloriam.§. 199.n.6. p.440

Viuere quidèm mori eſt; mori autem viuere. §.205.n.1. p.449

Iob vermes appellat parentes, quia dum illi mortem aſciſcunt, vitam potiùs operantur. § 205. n.3. p.449

Homo dum viuit, quaſi mortuus eſſet, viuere poſcit.§.205.n.4. p.450

Cur mundus teſtamento ſuo mortem ſine morâ hominibus relinquat?§.205.n.5. p.450

Vita hominis tragœdia. quare? §. 205. num. 6. p.450

Aſſidua mortis meditatio multimodè commendatur.§. 206.n.1. p.450

Meditata mors vices cum ſanctitate reciprocare dicitur.§.206.n.2. p.451

Qui aſſiduè meditatur mortem, ſperat ſe moriturum.§.206.n.2. p.451

Aſſidua mortis meditatio, ſumma prophetia dicitur?§.206.n.3. p.451

Celebris natalium dies, alieno ſanguine ad mortis memoriam reſpergitur. §.206.n.4. p.451

Tinea non attingit veſtem, quæ fuit in funere. §.206.n.5. p.451

Mortis memoria pellit triſtitiam.§.206.n.5.p.452

Puluis ſepulcralis, victoriæ auſpicium eſt. §.206. n.6. p.452

Mortis memoria, vitæ negotiatio & character eſt; eius autem obliuio, probitatis iactura, & flagitiorum cumulus. toto §.212. p.461

Patiens ante ſepulturam mortuus, eſt viuum cadauer.§.216.n.5. p.469

Mortis memoria victricem mortem vincit, venenatam vitiorum tineam inhibet, mundóque mortuos facit. toto § 255. p.533

Qui pœnitentiam moroſè procraſtinat, in vitæ fine aut nolle aut non poſſe negotiatur. toto §.261. p.545

Caſta continentia eſt humanæ ſubſtantiæ funus. §.285.n.3. p.585

Mortis memoria eſt antidotum libidinis. §. 299. n.5. p.609

Impunes impij ſunt mortis ex aſſe heredes.§.303. n.4. p.616

Mors continuā recordatione præſens, dum peccata excoquit, beatam animi immortalitatem vindicat. toto §.314. p.634

Vide verbo, *Sepultura, Funus.*

Mortificatio.

Mortificationis myrrha vermem paſſionum, & gehennæ interimit.§.35.n.1. p.126

Myrrha mortificationis vngit in nobis corpus Chriſti. ibid.

Mortificatio carnem non eſſe carnalem compellere nititur.§.35.n.2. p.126

Homo per mortificationem, à ſe deficit: velut planta eradicatur, & transplantatur. §.35. n.3. p.127

Qui non exit à ſe, non inueniet ſe: & qui non annihilat ſe, nihil eſt.§.35.n.4. p.127

Homo per mortificationem defæcatus, & exinanitus à corpore dicitur.§.35.n.5. p.128

Mortificatio totam vim cupiditatis ad Deum transfert.§.35.n 6. p.128

Mortificatio eſt ſui ipſius abiuratio, vitiorum obliuio, ex funere vita, negotium coronæ, & animæ redemptio & crucifixio. toto §. 87. p.218

Homo per mortificationem deſerit ſeipſum, & ipſe alius fit.§ 88.n.1. p.220

Homo mortificationis beneficio, homini potius ſimilis perhibetur.§.88.n.2. p.220

Homo mortificatus concupiſcentiis velut exemptus eſt.§.88.n.3. p.220

Mortificatio totam vim cupiditatis ad Deum transfert.§.88.n.4. p.220

Mortificatio mortalitatem dediſcit, candidata immortalitatis.§.88.n.5. p.221

Qui ſeruilem ac beſtialem concupiſcentiam per mortificationem ſubigit, Rex dicitur. §. 88. n.6. p.221

Abnegatio voluntatis, eſt empyreæ hereditatis recuperatio. §.123.n.2. p.310

Voluntatis abnegatio, palma triumphalis dicitur.§.126.n.4. p.315

Homo per peccatum mortuus, mortificandus eſt, vt viuat.§ 172.n.5. p.394

Mortificationis effectus eſt velut extinctio paſſionum. § 233.n.6. p.497

Mortificatio iugulet cognatas rationi concupiſcentias.§.282.n.1. p.579

Per exceſſiuam mortificationem caro contendit fieri ſpiritualem.§.285.n.2. p.584

Mortuus.

Vide verbo, *Mors, Sepultura, Mortificatio, Funus.*

Mulier.

Saxum à rupe feminā intutum. §.1.n.9. p.7

Mulier eſt periculis plena. §.2.n.17. & 18. p.17

Num malitia mulieris ſuam bonitatem depravet?§.29.n.3. p.117

Inhoneſta mulierum illecebra, ſic latè ac lethaliter ſerpit, vt primordiale delictum æmuletur. toto §.104. p.277

Mulier

Muller eſt ignis carneus, vel caro ignita. §. 169. n.7. p.189
Vide verbo, *Nuptiæ, Libido, Ornatus, Oculus.*

Mundus.

Mundus obuiis animæ periculis infamis, de inferni confinio rursùs diffamatur, toto §. 91. p.225
Fallax, futilis, & fugitiua mundi voluptas, fallenda, decipienda, & irridenda eſt. quomodò? toto § 97. p.236
Mundi vſus & abuſus, in confinio ſunt: inde mundialibus rebus tamquam viatico vtendum, etſi humanæ rationis indicium obſiſtat. toto §.130. p.320
Caſtitas eſt mundus cæleſtis Dei. quomodò? §.284.n.2. p.583
Plenus eſt mundus virtutum, quia vitiorum plenus eſt. quare? §.293.n.4. p.599
Beneficia accepta mundus ſomniata putat. §.305. n.3. p.619
Mundus hic gratus eſſe non poteſt. quare? ibidem.
Vide verbo, *Felicitas, Voluptas, Diuitiæ, Ambitio.*

Munus.

Vide verbo, *Beneficium, Gratia, Liberalitas, Eleemoſyna, Miſericordia.*

Murmuratio.

Vide verbo, *Detractio, Lingua.*

Mutatio, Varietas, Inconſtantia.

Homo per pœnitentiam ſic totus mutatur, vt ipſe alius ſit. §.62.n.6. p.175
Simplicitas eſt habitus animæ, varietate carens. §.79.n.6. p.204
Hominis multimoda inconſtantia, & mutabilitas denotatur. §.86.n.1. p.216
Mutabilitas peremptrix eſt, dum occidit quod erat, vt quod non erat eſſe incipiat. §.86. n.2. p.216
Mutatio, quædam mortis imitatio eſt. quare? §.86.n.2. p.216
Bonum propoſitum, ne euarietur, ſit velut teſtamentum. §.86.n.3. p.216
Humana leuitas eſt verſicolor, & confuſa; & velut diuidua parit. inibi.
Laicorum atrium, & eiici foràs, & intrò admitti iubetur. quónam ſymbolo? §.86.num.4. p.217
Homo ſic eſt varius, vt in theatralibus ſcenis hiſtrio. §.86.n.5. p.217
Homo lunæ imago eſt, ob mutationum varietates. §.86.n.6. p.217
Bona conſcientia immutabilitatem Dei æmulatur. §.141.n.4. p.340
Crebra à ſeipſo mutatio, hominem deuenuſtat; immutabilitas, auguſtum Dei elogium eſt. toto §.143. p.343
Fortuna moleſtè inconſtans eſt; ſimili inconſtantiâ laborat malitia, affectuum turbine in gyrum ſemper rotata. toto §. 151. p.357
Homo crebris mutationibus varius, de inconſtantiæ culpâ, pœnæ nomine multis vapulat. toto §.291. p.594

Mutus.

Vide verbo, *Silentium, Lingua.*

Myſterium.

Cur pulchra obſcœnè femina appellatur *Myſterium*? §.279.n.3. p.574

N.

Natiuitas.

HVmanæ natiuitatis ignominioſa contumelia. §.7.n.1. p.76
Homo per generationem ex homine naſcitur, & euellitur. §.145.n.1. p.346
Cur Chriſtus naſcitur in domo furoris, & in domo panis? §.149.n.6. p.355
Celebris natalium dies, alieno ſanguine ad mortis memoriam reſpergitur. §. 206. numero 4. p.451
Deiparæ Virginis Natiuitas, cæli ac terræ exultatio eſt, & originalis malitiæ aborſus. toto §.323. p.650

Nauis.

Homo ſine præcepto, eſt nauis ſine onere. §. 34. n.6. p.126
Quod ventus eſt naui, id eſt animæ Spiritus-ſanctus. § 230.n.4. p.492

Neceſſitas.

Vide verbo, *Paupertas.*

Negligentia.

Vide verbo, *Otium, Opus.*

Negotium, Occupatio.

Vide verbo, *Opus, Otium.*

Nobilitas, Nobilis.

Populus ſeruit Babylone, vt ſeruitutis iugum nobiliter excutiat. § 6.n.3. p.62
Nobilior præſtantia peccantis, malitiæ excellentiam peccato fœnerat. toto §.69. p.186
Cùm ſceleroſi appellantur incliti, eorum malitia amplificatur. §. 69. n. 4. & 5. & 3. p. 186. & ſeq.
Nobiles, quæ in aliis peccata puniunt, tamquam ſibi licita committunt. §.121.n.5. p.308
Ignobilis, imò nulla eſt auita nobilitas, quam virtus non fundat. toto §.274. p.565
Vacuus meritis eſt, qui auitam nobilitatem ſibi imputat. §.274.n.4. p.566
Quò eſt magis inclyta peccatorum dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §. 275. p.567
Nobilium ſæpè genealogia valdè dubia eſt; & coniecturis ac diuinationibus generoſa. toto §.276. p.569
Vide verbo, *Princeps, Genus, Genealogia.*

Nomen.

Suſannæ nomen, moralitatum grauidum. §. 1. n.2. p.5
Nominis Suſannæ multiplex ſignificatio. §. 2. n.4. & 5. p.14. & §.6.n.4. p.62
Indices benè anonymi. §.6.num.9. & n.43. p.63. & 70
Peccator apud homines nominatiſſimus, Deo anonymus eſt: quippè qui nomen ſuum felicitati inſcripſit. toto §.67. p.182
Hi ſceleroſiſſimi Senes ſine nomine inducuntur: neque enim vllum nomen eſt, quod immeratam eorum nequitiam taxare valeat. toto §.70. p.187
Enormiora peccata hominem faciunt anonymum. §.121.n.3. p.307
Deus beneficæ poteſtatis nomen eſt. §. 229. n.3. p.490
Caſtitas ſuum nomen feliciùs propagat. §. 284. n.1. p.582

Nouum, Antiquum.

Prophetiæ nouitas, ſufficiens aliquandò eſt doctrinæ pignus. §.248.n.2. p.522

Nox.

Vide verbo, *Dies.*

Nudus.

Ante lucis productionem Deus quaſi nudus latebat. §.111.n.4. p.289

Idquod tegitur, tegumento melius & pretioſius eſſe oportet.§.161.n.1. p.374

Nuditas innocentiæ ſuffragium eſt: nam reatus confugit ad velamen §.161.n.2. p.374

E paradiſo homo veſtitus eiieitur, nec ad illum niſi nudus redibit.§.161.n.3. p.374

Nuditas paradiſi ingreſſum oppignerat. §. 161. n.4. p.375

Elias ingreſſurus paradiſum, dimittit pallium. §.161.0.5. p.375

Ad nuditatis arbitrium, cælum aut aperitur, aut clauditur.§.161.n.5. p.375

Impoſſibile ſibi putat ſponſa veſtem rurſus induere. quare?§.161.n.6. p.375

Nudum ſpoliare veſtibus, ethicum proficientium ſacramentum eſt. toto §.162. p.375

Vide verbo, *Veſtis, Ornatus,*

Nuptia, Vxor, Coniux, Matrimonium.

Bonæ vxoris dotibus Suſanna nitet. §.1. num.6. p.6

Suſannæ fœcunditas maritum beat, & familiam generoſè amplificat.§.1.n.6. p. 6

In coniugio virtus etiam excellit.§.22.n.1. p.103

Conſummatam Henochij ſanctitatem non impediuit coniugium.§.22.n.2. p.103

Coniugalis ſtatus eſt radix ſinequâ reliqui ſtatus non conſiſterent.§.22.n.3. p.104

Piorum coniugum familia appellatur Eccleſia. §.22.n.4. p.104

Malè matrimonij nomine, deſidia in re virtutis coloratur. ibid.

Iſaias in coniugij commercio, diuina ac cæleſtia peruidet.§.22.n.5. p.104

Coniugium Abrahæ cum virginitate Baptiſtæ confertur.§.22.n.6. p.105

Matrimonium Deo floret, Deo primùm fructificat.§.22.n.7. p.105

Maritus caſtæ & ſedulæ vxoris ſtudio reddat vicem, reddat amori gratiam. toto §.23. p.105

Matrimonij encomium.§.29.n.1. p.116

Vxor eſt domûs integritas, perfectio, & ſpecies. §.19.n.2. p.116

Bona vxor dicitur, Omnis Dea, omniſque Deus. §.29.n.3. p.117

Bona vxor eſt, Viti voluntas à Deo. ibid.

Suſannæ vxoris virtus, virum Ioakimum anguſtè beat.§.29.n.6. p.117

Gratiam ſuper gratiam Suſanna marito cumulauit.§.29.n.7. p.117

Phantaſia non eſt bonus nuptiarum conciliator. §.29.n.4. p.117

Harmonia nuptiarum in Suſannæ connubio. ibidem.

Bona vxor eſt prædeſtinationis indicium. §. 29. n.4. p.117

Filij ſunt matrimonij flores.§.33.n.2. p.123

Vxor virum ſuum ceteris anteferat, etſi falſo iudicio.§.56.n.5. p.164

Nuptiæ polito enſis capulo argutè aſſimilantur. §.153.n.1. p.360

Vxoris aduerſùs maritum ſeruitus, quàm ſit dura & ſtricta.§ 153.n.2. p.360

Domina ſeruitus mariti ad vxorem, cui alligatur. ibid.

Vir vxori velut cruci alligatur. §.153.num. 3. p.361

In nuptiarum calamitate, mali natura, boni colore depingitur.§.153.n.4. p.361

Tota nuptiarum tragœdia enucleatiùs expeditur.§.153.0.5. p.361

Vide verbo, *Maritus.*

O.

Obedientia, Inobedientia.

Sapientia putatur, legem inobſequenter violare. §.34.n.2. p.125

Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem: nec tamen exlex eſt.§.34.n.5. p.126

Tantùm obedienti licet, vt Deum habeat fideiuſſorem.§.36.n.1. p.128

Obedientia concupiſcentiam deſueſcit, & formam Dei reſculpit.§.36.n.2. p.128

Obſequentes immolantur præcepti gladio.§.36. n.3. p.129

Triumphalis obedientia propriæ voluntatis caput amputat. ibid.

Obedientia vel Chriſti Dei paſſionem commendat. §.36.n.4. p.129

Obedientia oſtendit perfectionem paſſionis Chriſti. ibid.

Chriſtus vitam perdidit, ne perderet obedientiam. ibid.

Chriſtianus vocatur, Voluntas Dei In eo. §. 36. n.5. p.129

Num obedientia, etiam de bono probibito laudatior eſt? §.36.n.6. p.130

Obedientia eſt genus martyrij. §. 125. num. 5. p.311

Incognitâ iuſſionis ratione, meliùs ac tutiùs paratur.§.128.n.1. p.317

Qui iuſſionis rationes diſquirit, labyrinthum erroneum ingreditur cæco veſtigio. §. 128. n.2. p.317

Cum omni fide parendum eſt Superiori. §. 128. n.3. p.318

Præceptum nouo vocabulo dicitur, Superioris examen. ibid.

Conglobatæ obedientiæ definitiones, quæ illius cæcitatem commendant. §. 128. num. 4. p.318

Obedientia periculum tutum eſt, & immediata ad Deum excuſatio. quomodò? §.128. num.5. p.318

Obedire perinde eſt, ac reſpondere, ac negotiari.§.128 n.6. p.318

Cæca obedientia parat oculos viſui. ibid.

Perfecta obedientia legem neſcit. §. 128. n. 6. p.318

Obedientia modum non conſiderans, in infinitum extenditur. ibid.

Subiectus, idem eſt, ac Deo proximus.§.140.n.3. p.337

Obedientiæ maieſtas, & imperialis dignitas, quare? §.154.n.1. p.362

Chriſti principatus, & eius inſigne, eſt lex obſequentiùs obſeruata.§.154 n.2. p.362

Sinus Abrahæ obedientiam ſignificat. quare? §.154.n.3. p.362

Quod quiſque imperari ſibi videt, poſſe ſe credat §.154.n.4. p.362

Præceptum Adamo impoſitum, teſſera fuit, quâ à brutis diſtingueretur.§.154.n.5. p.363

Obedientia terram refingit in cælum. §. 154. n.6. p 363

Exprompta

Exprompta obediendi voluntas, ferrea vincula in autea mutat, ſenſum moleſtiæ furatur, & dignum Deo cenſum pendit, dum ſibi mandatum tanquam cibum inuiſcerat. toto §.155. p.363

Obedientia velut nummus examinatur. §.155.n.4. p.364

Mandata nimis cuſtodite, eſt placidè obtemperare. §.175.n.4. p.398

Subditus Deo, proximus illi dicitur. §.224. n.6. p.482

Inobedientiæ malum, de bono obedientiæ enormiùs culpatur. toto §.266. p.552

Obedienria facit Angelos in terrâ. §.273.num.2. p.564

Obedientia potentes inuenit, aut facit. ibid. n.3 ibid.

Expromptior Angelorum obedientia traditur. ibid.& n.4.5.& 6. p.564.& ſeq.

Vide verbo, *Lex*, *Princeps*.

Obliuio.

Facilitas, quâ bonum ex conſuetudine fit, obliuioni adulatur. §.38.n.2. §.132

Lex benefaciendi eſt cæca beneficij obliuio. §.308.n.3. p.624

Pœnalior peccati mulcta eſt, mortalitatis obliuio. §.214.n.4. p.465

Vide verbo, *Memoria*.

Obſtinatio.

Adeò eſt obſtinata impudicitia, vt dicatur impœnitentiæ mater. §.101.n.3. p.244

Cur S. Thecla immitis & indomita dicitur? §.183. n.1. p.411

Noë fuit ad rem virtutis obduratus, & piè obſtinatus. ibid. n.2. ibid.

Ad bonas ſpes pertinax animus eſt. n.3. p.412

Ingenij vel virij feritatem aſſiduitas meriti pertinacis euincit. n.4. ibid.

Bona Ruth ſeipſam vehementer obſtinauit. n.5. ibid.

Pia Chriſtianæ diſciplinæ obſtinatio, Chriſti obſequio debetur. n.6. p.413

Qui inimicis parcit, de ſe obſtinato victoriam reportat. §.192.n.5. p.428

Vitia adoleſcentiæ obdurantur, & durant in ſenectute. §.254.n.7. p.533

Pertinax animoſitas eſt, non ſtatim pœnitere. §.262.n.5. p.546

Adſuetæ libidinis obſtinata malitia, velut impotenter ad voluptabilia hominem laſciuum rapit. toto §.281. p.577

Occaſio, ſeu *Periculum*.

Homo, quia puluis eſt, timeat à cuiuſuis periculi vento. §.82.n.1. p.209

Ioſeph, etſi dixit, *Non poſſum*, adhuc occaſionis anſam fugit. ibid. n.2. ibid.

Funambulus eſt, qui ruinæ pericula non deuitat. n.3. ibid.

Qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit, ſtatim retrò labitur. n.4. p.210

Vel ipſa humana fragilitas, niſi roboretur, periculi occaſio eſt. ibid.

Renutus & contemptus, libidinis ſæpè ſcintillas flabellat. n.5. ibid.

Peccandi occaſio vel fauillas redaccendet. n.6. ibid.

Odium erga peccatores, intutum eſt à malo exemplo aſylum. §.103.n.4. p.248

Vel faſtidita ſociorum vitia imitamur. ibid.

Quàm de facili libidinis ſcintilla ſufflammetur. §.104.n.1. p.277

Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleuit ad virorum attactum. §.169.n.2. p.387

Vide verbo, *Periculum*, *Libido*, *Oculus*.

Occultum, *Secretum*.

Ioſephi in occulto caſtitas, regnum illi palàm attulit. §.280.n.2. p.576

Beneficè liberalis ſe teſte contentus eſt, ipſe ſui theatrum. §.308.n.1. p.623

Secreti euulgandi aliqua hominibus appetentia eſt. ibid. n.2. p.624

Cur Raphaël occultè iubet, vt beneficium à ſe acceptum publicet Tobias? ibid.

Beneficus ſit velut bombyx, qui dum beneficium præbet, ſe in illo abſcondit. n.3. ibid.

Lex benefaciendi eſt cæca beneficij obliuio. ibid.

Vmbra Petri generoſiùs miracula patrat. num.5. p.625

Bonus latro à Dominicæ vmbræ beneficio. n.6. ibid.

Occupatio.

Vide verbo, *Opus*, *Officium*, *Otium*.

Oculus, *Viſus*.

Oculi libidines ſcintillant. §.1.n.9. p.7

Suſanna ſecura ſibi, timet humanos oculos. §.2. n.16. p 16.& §.6.n.12. p.64

Spectator petit in muliebri formâ. ibid.

Suſanna dum ſe lauat, paradiſum claudit. §.2.n.24. p.19

Suſanna viſu ſuo vacua, & operoſa alieno. §.6. n.18. p.65

Oculato vbique Soli immenſitas patiatur. ibid. n.26. p.66

Lætitia in rebus externis, oculorum tantum lætitia eſt. §.16.n.3. p.93

Pulchritudo oculis dominatur. §.21.n.4. p.102

Oculi Dei dicuntur leges. quare? § 34.n.4. p.125

Diuitiæ diuites exoculant. §.55.n.1. p.162

Paupertas oculo comparatur. §.56.n.4. p.164

In oculis animus habitat §.83.n.1. p.211

Senes in re libidinis oculos habent iuuenes, iuuenili virtute frenandos. ibid. n.2. ibid.

Oculi cogitare, amare, & fornicari dicuntur, quare? n.3. ibid.

Hi Senes deſideria oculorum exatiant. num.4. p.212

Mulierum aſpectus vel inuitos trahit ad Venerem. ibid.

Qui vagos oculos non frenat, non bonâ fide caſtus eſt. n.5. ibid.

Laſciui oculi res non attrectandas pertingunt. n.6. ibid.

Voluptas adeò non implet oculos, vt penè non attingat. §.97.n.3. p.236

Oculorum proprietates ſeptem. §.168.n.4. p 387

Oculus eſt compaſſionis index, & idea. Inibi.

Oculus ſupra ſceptrum, Dei hieroglyphicum eſt. §.204.n.2. p.447

Deus totus eſt oculus, totus mens, totus ratio. ibid. n.3.4.& 5. p.448

Eius, qui affectu ducitur, oculus egreſſus eſt, & cæcè videt. §.213.n.3. p.463

Oculis comparantur, qui ſe ægrè corripi ſinunt. §.261.n.3. p.544

Spectata pulchritudo, diluuij cauſſa eſt, idearum malitiæ machinatrix, & delictorum latrocinium. toto §.278. p.572

Sepultura ſpectatores inoculat.§.314.n.5. p.635

Mariæ oculi ſpiritum ſanctum,& eius dona oobis allinnnt.§.331.n.2. p.664

Io Mariæ oculis ſe Pater æternus ſpeculatur. §.334.n.5. p.670

Vide verbo, *Libido, Ornatus, Periculum.*

Odium.

Odium erga peccatores,intutum eſt à malo exemplo aſylum.§.103.n.4. p.248

Vide verbo, *Amor, Affectus, Inimicorum dilectio.*

Officium.

Ille magnus eſt, qui etiam exiguum munos plenè implet: hic vel inſcius propbetat; huic Deus adeſt ad vitium ſupplementum. toto §.312. p.630

Omnipotentia.

Beatorum qualis omnipotentia? §.90.n.4. p.224

Omnipotentia chatitatis.§.132.n.2.& 3. p.324

Amor omnipotentiam quodammodo reddit impotentem.§.136.n.1. p.331

Cur Deus hominem noo per omnipotentiam, ſed per amorem trahat? §.148.n.2. p.352

Vox Angeli, quaſi vox Dei omnipotentis dicitur.§.272.n.4. p.563

Opus, Operatio, Negotia.

Nil tam curandum, quàm non curare negotia. §.76.n.6. p.199

Laus vitæ ſolitariæ, quæ negotia negligit. toto §.76. p.197

Bonorum operum cum oratione nexus indiuiduus. toto §.225. p.482

Omnium liberatio Paullo promittitur, ſi nautæ non deſerant munus ſuum, etſi fruſtrà laborent.§.312.n.4. p.631

Superior in quibuſuis rerum caſibus oon ceſſet à munere ſuo plenè obeuodo. ibid. num. 5. p.632

Vide verbo, *Labor, Officium, Otium.*

Oratio, Preces.

Qui timidè petit,docet negare.§.2.n.49. p.25

Num ſolitarius Deum precibus conuincere poteſt? §.77.n.2. p.100

Cæleſtis glotia dum oratione petitur, concupiſcitur.§.154.n.6. p.363

Tepidè orat,qui triſtitiam Spiritu ſancto cooperit. quare? §.159.n.5. p.371

Securus eſto de miſericordiâ Dei, ſi ab homine non deſit oratio.§.180.n.6. p 407

Velut lege latâ,meritum exauditionis in clamore conſtituitur poſtulantis. ibid.

Grande eſt orationis myſterium, de fiduciâ arcanum.§.218.n.1. p.471

Languida in precibus fiducia, fidei modeſtiam lædit.ibid.n.2. ibid.

Orantis indigentia oratione in Deum deuoluitur.n.3. ibid.

Deus fiduciæ donat vltà intelligentiam, & audaciam orantis.n.4. p.472

Precariæ fiduciæ donat Deus, quæ inuidiam moueant.n.5. ibid.

Oratio ad Patrem Deum, velut præſumptio impetrandi eſt.§.219.n.1. ibid.

Cum afflictorum precibus Deus adnuit,iudicium verum iudicare dicitur.ibid.n.2. p.473

Deus è ſolio gloriæ ſuæ ſe ad oratiooem demitti dicitur. ibid.

Quæ impetrat, vera otatio dicitur. numero 3. ibid.

Qui in ore habet Chriſti orationem, quid oon à Deo impetret? ibid.

Faſtus aliquis orationis eſt, negotium liberalitatis,rem debiti conſtituere.n.4. ibid.

Deum ritè ora,& illum piè exoraſti.n.5. ibid.

In ſuâ oratiooe factum ante dictum Suſanna inuenit.n.6. p.474

In periclitante Suſannâ, vox ſanguinis, iuſtitiæ, & caſtitatis magnâ voce clamat. §.220.num.2. ibid.

Clamat Suſanna ſpei & bonorum operum voce. ibid.n.3. p.475

Clamat in oratione,qui noo caduca, ſed immortalia petit.n.4. ibid.

Niſi ex ſui inanitione clamor in oratione non editur. ibid.

Mentis affectus, & deſiderium vehemeos, clamor orantis eſt.n.5. ibid.

Spiritus in corde orantis, clamor orationis dicitur. ibid.

Non tam lingua, quàm paſſiones Suſannæ Deo clamant.n.6. p.476

Ne oranti ad Deum, viſibilia ſubrepaot. §.221. n.1. ibid.

Quomodo audiri te à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias? ibid.n.1. ibid.

Quo ſenſu Dauidis oratio dicatur,Dauidis intellectus. n.3. ibid.

Voce ſuâ clamat, qui non corporis, ſed mentis voce ad Deum clamat. ibid.

Oratio iuſti ad Deum, ſicut ignis ſurſum aſcendit. n.4. p.477

Attentior oratio dicitur intellectus, qoi Dei eſſentiam aſſequitur.n.5. ibid.

Deus non tuas, ſed cordis tui petitiones audit. qoare? n.6. ibid.

Orans nihil habet commercij cum terrâ, ſed ad Deum totus commigrat.n.7. ibid.

Iniuriæ & probra æquanimiter tolerata, ad arcanæ oratioois meritum è peruerſo acceptantur. toto §.222. ibid.

Cur Chriſtus propter ſuam reuerentiam exauditus dicitur? ibid.n.5. p.479

Luctuoſa miſeria oraotis,arcanus exorandi vigor eſt. toto §.223. p.479

Humilitas orationis vigor eſt, & impetrationis energia. toto § 224. p.481

Qui mente humili orat,non quid orat, ſed quem oret, cogitet. ibid.n.6. p.482

Bonorum operum cum oratiooe nexus indiuiduus. toto §.225. ibid.

Ad preces noo ſolum auritus, ſed oculatus eſt Deus. ibid.n.6. p.484

Qui temporalia bona petit, cum Deum inuocat, Deum non inuocat. §.226. numero 2. ibid.

Petitionibus cordis, non carnis petitionibus Deus adnuit.ibid.n.2. ibid.

Non mundialia bona, ſed Deus, rêſque Dei in oratione quærenda.n.3. ibid.

Orandus Deus dicitur in cælis, vt orans à terrâ abductus, rebus cæleſtibus affigatur. oum. 4. p.485

Homo per orationem liberatus à vinculis corporis, in cælis habitat.n.5. ibid.

Ad ediſcendam orandi artem, ſolum voluiſſe ſufficit.n.6. ibid.

Oratio quæ vi cæli gazas diripit,terræ bona contemptum negligit.n.7. p.486

Tutum

Tutum Suſannæ munimentum oratio fuit.§.257. n.1. p.486

Oratio cibus eſt,quo ſpiritus vegetatur. ibid.

Precibus armatæ Suſannæ, pugnaciter victoriatum de hoſtibus eſt.n.2. ibid.

Oratio, infirmitas hoſtium eſt, quà mire fatigatur.n.3. ibid.

Oratio dæmonibus gehennali igne ardentior eſt. ibid.

Orationis vi robuſtior potentia ſemper calcatur. n.4. ibid.

Oratio eſt præſidium reuerà inexpugnabile. inibi.

Acerbior eſt dæmoni oratio Paulli, quàm Paullo dæmonis colaphizans tentatio.n.5. p.487

Ipſe habitus orantis Chriſtiani, victorialis eſt. n.6. ibid.

Tantùm non mortua Suſanna, precum beneficio propè immortalis euaſit.n.7. ibid.

Addenſara orationis elogia.§.228.n.1. ibid.

Per orationem aſſequimur,quòd mortales ac temporarij eſſe deſinamus.ibid.n.2. p.488

Oratio cælo, cæleſtique gloriæ homines affigit. n.3. ibid.

Tanquam animi nerui, Suſannæ oratio fuit. n.4. ibid.

In hominis oratione, homo & Deus corda reciprocant.n.5. ibid.

Cur Deus orandus dicitur, Pater qui eſt in cælis? n.6. p.489

Oratio eſt omnium virtutum baſis.n.7. ibid.

Non audit Deus,niſi quod dignum ſuis ducit beneficiis §.229.n.4. p.490

Si quid vales petere, pete; & plura Deus exhibebit.§.232.n. 6. p.495

Mariæ, & ad Mariam oratio, vide verbo, *Oratio Maria.*

Ornatus.

Suſannæ pulchritudo incompta ac rudis.§.1.n.9. p.7

Ambitioſior mundus muliebris in balneis culpatur.§.6.n.23. p.66

De ſuo,non de alieno ornari, ornamenti gratiâ, & emphaſis eſt.toto §.78. p.201

Superſtitioſus nitor veſtium culpatur. §.160.n.1. p.372

Pretioſiórne eſt apud homines cultior veſtis, quàm corpus? §.160.n.2. p.372

Pretioſa & cultior veſtis,nec corpus,nec animam emendat. ibid.

Cultior veſtis, per ora Prophetarum officinas fabricat falſitatis. §.160.n.3. ibid.

Eſaü ob veſtes valdè bonas, paternâ benedictione, illarum ſuffragio viduatur.n.4. p.373

Tegmentis,non veſtimentis nos indui Apoſtolus cupit.n.5. ibid.

Laciniosa veſtis ſiſtitur ad libidinis teſtimonium. n.6. ibid.

Rudis tunica, quæ non tam eſt veſtimentum, quàm operimentum, accitur ad innocentiæ ſuffragium. ibid.

Pulchritudo veſtium ornatu, & fucorum lenocinio exculta, egregiè vapulat. toto §. 164. p.379

Vide verbo, *Libido, Oculus.*

Oſculum.

Deipara expetit, vt oſculum in vtero Annæ ſibi impreſſum publicetur. quare? §.316. num.4. p.638

Sponſa dum oſculum ambit,puritatem ſuæ Conceptionis probat.§.321.n.5. p.648

Otium.

Male matrimonij nomine, otioſa deſidia in re virtutis colorata.§. 22.n.4. p.104

Otium quàm ſit inſidioſum.§.80.n.1. p.205

Dies vitæ noſtræ actuoſiùs excolendi ſunt, incolendi ſunt.§.80.n.5. p.205

Otium tanquam veneni potatio, effuſio vitæ eſt. ibid.n.3. ibid.

Quando populus quieto otio ſabbatizat, cælum non pluit Manna.n.4. p.206

Otium quædam mentis alienatio eſt.n.5. ibid.

Otium eſt rebellionis ſuſpectum.n.6. ibid.

Otium eſt viui hominis ſepultura. ibid.

Anima tandiu corpus informat,quandiu operari in eo poteſt.n.7. ibid.

Fruſtrà otio ac ſocordiæ viaticum ſuppeditatur. §.81.n 6. p.208

Vide verbo, *Opus, Labor.*

P.

Pædagogus.

Pater, qui filiorum pædagogiam negligit, etſi filios habeat ſuperſtites, improles decedit. toto §.32. p.121

Sollicita filiorum pædagogia,ſedolitati parentum multimodè commendatur.toto §.33. p.123

Vide verbo, *Educatio, Pater.*

Palatium.

Vide verbo, *Aulicus, Princeps, Adulatio.*

Panegyris.

Suſannæ panegyris materiata de alieno, de proprio concinnata. toto §.1. p.5

Maria eſt ſeculorum panegyris.§.315.n.1. p.636

Noſtra oratio, Deiparæ panegyris eſt § 333.n.3. p.667

Panis.

Vide verbo, *Eucharistia, Ieiunium.*

Parcere.

Vide verbo, *Inimicorum dilectio, Miſericordia.*

Paſſiones, Affectus, Cupiditates.

Suſanna vim cupiditatis ad Deum transferr. §.1. n.19. p.12

Paſſionum vermem mortificatio interimit. §.35. n.1. p.126

Mortificatio totam vim cupiditatis transfert in Deum.ibid.n.6. p.128

Bona diu conſuetudo paſſiones ſedat. §.38. n.4. p.132

Caro ſibi ſatisfieri poſſe non putat,niſi homo ad infernum feſtinet.§.92.n.6. p.228

Dei præſentia paſſiones fugat.§.131.n.5. p.323

Bona conſcientia eſt quaſi extinctio carnalium paſſionum.§.233.n 6. p.497

Diabolus de gehennæ incendio paſſiones inurit. ibid.

Superbia eſt paſſionum progenitrix.§.235. n.3. p.500

Deus paſſiones hominis ſine paſſione medicatur. §.245.n.5. p.517

Datúrne vitiorum virtus,auxiliari paſſionum ſuffragio victrix? toto §.281. p.579

Paſſio Chriſti.

Obedientia commendat Chriſti paſſionem, eius perfectionem oſtendens. §.36. numero 4. p.129

Singuli Chriſti artus guttis ſanguinis culpas noſtras lugent.§.129.n.4. p.319

Patiendi

Patiendi voluntas in Chriſto, vna plures fuit. quare? § 283.n.5. p.582

Marianæ gloriæ plenitudo, è Chriſto in cruce pendente taxanda eſt.§.299.n.6. p.609

Cogitationes Mariæ ſemper Dominico ſanguine rubeſcunt.§ 335.n.3. p.671

Pater, Parens.

Parentum virtus, prolis ſucceſſum indicat. §. 2. n.9. p.15

Pater, qui filiorum inſtitutionem negligit, etſi filios habeat ſuperſtites, improles decedit. toto §.32. p.121

Sollicita filiorum pædagogia, ſedulitati parentum multimodè commendatur. toto §.33. p.123

Quantum reuerentiùs honorem debeant filij parentibus obſequentiùs exhibere. toto §.37. p.130

Coram patre erubeſcit mercedis vocabulum.§.39. n.5. p.135

Cùm Deum appellamus Patrem, bona filiorum opera profitemur.§.225.n.2. p.483

Parentum erga filios amor, acerrimus eſt, pugnax, inexpugnabilis: inde pater pœnaliùs caſtigatur in filiis, quos ſibi conuiſcerat, etiam dum illis iraſcitur. toto §.307. p.622

Vide verbo, *Filius, Educatio.*

Patientia.

Inflicta pœna patienter tolerata, propè eſt vt præſumere poſſit.§.8.n.2. p.78

Diuinæ patientiæ humanus diu abuſus, velut eius euacuatâ miſericordiâ, vltrices demum iras acerbius nutrit, & obarmat.toto §.15. p.91

Peccatorum patientia, ſolius Dei impatiens eſt. §.17.n.5. p.95

Num ad æternum gloriæ pondus ſuſtinendum, patientia neceſſaria ſit? §.90.n.6. p.225

Eximiè iuſti, patientiæ lenocinio, à laboribus, non ab operibus vacant: nam illis tribulatio, illecebra eſt, oratio, centrum. toto §.137. p.332

Propè impatibilitas eſt bonæ conſcientiæ ſtipendium.§.141.n.2.& 3. p.339.& ſeq.

Probroſa & cruenta perſecutorum acerbitas, felici periculo, patientis gloriæ è peruerſo militat.toto §.150. p.355

Inconcuſſa patientia beatitudinem æmulatur. §.157.n.1. p.367

Per patientiam homo poſſidet quod eſt.ibid.n.2. ibid.

Patientia inter iniurias ſtat illæſa, & propè inſenſilis. ibid.

Patientia ſic fert iniurias, vt illatas non ſentiat. n.3. ibid.

Sentiuntur iniuriæ dum inferuntur, non ſentiuntur iam illatæ. ibid.

Tranquillitas, quæ à patientiâ eſt, quies in idipſum dicitur.n.4. p.368

Patientia in ſæuâ procellâ, velut fidâ ſtatione mentem placidat.n.5. ibid.

Patientiæ arbitrium eſt, vulnus vſtione, & dolorem dolore pellere.n.6. ibid.

Patiendo obtinetur, vt paſſio non ſentiatur. n.6. ibid.

Spes in Deo velut impatibilem reddit hominem. §.180.n.4. p.407

Eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres.toto §.181. p.408

Aduerſitas patienter tolerata, florem decutit, radicem adipat; perſeuerantiam beatè fundat, & baiulo carcere portat ad portum proſpero errore. toto §.207. p.452

Pœnam ſine culpâ pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt.toto §.211. p.459

Perfecta patientia inuicta eſt, & propè inſenſilis, atque vexationis definitio. toto §.216. p.467

Iniuriæ & probra æquanimiter tolerata, ad arcanæ orationis meritum è peruerſo acceptantur. toto §.222. p.477

Deus reueretur patientiam mutam. §.223.num.5. p.480

Qui dura ſuſtinet, vt aliis in calamitate opem ferat, aliquid humano faſtigio celſiùs repræſentat.toto §.241. p.509

Patientiæ auctoritas quibuſdam delegatur.§.241. n.4. p.510

Per arcanam ethicè antipetiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impaſſibilis redditur.toto §.145. p.516

Inuicta patientia afflictionem in affligentes regerit §.245.n.7. p.518

Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij: & non pati, magnum lætitiæ detrimentum.toto §.292. p.596

Inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci victoria eſt. toto §.206. p.450

Semel irreuerentiam paſſus, exinceps irreuerenter tractatur.§.322.n.2. p.648

S. Paullus.

In carcere tenebatur Paullus, cùm ad cælos euolat? §.20.n.2. p.100

Paullus in carcere conſtrictus, carceris gaudio renunciauit.ibid.n.3. ibid.

Beatiórne eſt Paullus in carcere vinctus, quàm raptus in tertium cælum? n.4. ibid.

Paullus mente viuens, totus ipſe alius Paullus eſt.§.26.n.3. p.111

Adam illaborioſus paradiſum perdit, quem Paullus labore acquirit.§.81.n.2. p.207

Mundialis voluptas eſt Paullo, quaſi probroſa & acerba crux.§.107.n.5. p.283

In cæco Paullo, Euangelici cæci antitheton videmus.§ 126.n.6. p.315

Paullus amoris alis aſcendens in cælum, cur raptus dicitur? §.132.n.4. p.324

Paullus poſt raptum, quaſi in ignotum ſeculum deſcendiſſe perhibetur. ibid.

Paullus poſt raptum, inde dicitur miſer, vnde beatus efficitur. quare? ibid.

Nuditas non confundit Paullum, qui æternam gloriæ veſtem expectat.§.162.n.4. p.376

In fratrum diſcrimine, paradiſi delicias non ſentit Paullus, & adhuc corpus caſtigat. §.195. n.2. p.432

Paullus beatis calamitatibus feliciter obrutus. §.207.n.4. p.453

Paullus auarus gratiæ negotiator. §.210. num.5. p.459

Cur Paullus in cruce Chriſti, potiùs quàm in aliis eius elogiis glorietur. §.211. numero 2. ibid.

Acerbior eſt dæmoni oratio Paulli, quàm Paullo dæmonis colaphizans tentatio. §. 227. n. 5. p.487

Redemptionis pretium quo pacto ſibi totum Paullus vendicet.§.239.n.4. p.507

Multa Paulli elogia habentur. toto §.244.p.515. & §.282.n.5. p.580

Paupertas, Pauper.

Euangelica paupertas, dum omnia terrena bona re & voto à ſe abdicat; ipſa, & cæleſtia ſumptuoſiùs acquirit. toto §.18. p.96
Euangelica paupertas cæli gaudia exundantiùs anticipat.§.18.n.4. p.97
Patientia in depauperatione,miſericordiæ meditatio eſt.§.41.n.4. p.138
Pretioſus dicitur,qui in magno cenſu,ob eleemoſynas pauper eſt.ibid.n.6. p.138
Paupertate contentus, diues eſt. §.45. numero 1. p.144
Homo paupertate diues, felicem innocentiæ ſtatum æmulatur.ibid.n.2. ibid.
Iobi virtus inopiâ inexpugnabilis, & paupertate victrix. n.3. p.145
Pauper iniuriam pati non poteſt. ibid.
Non diues,ſed pauper eſt futuri ſeculi diues. n.4. ibid.
Pauper facit, quod eleemoſynarius ſit Dei creditor.n.5. p.146
Diues pauperi debet, quod ſui redemptor eſſe poſſit. ibid.
Num paupertas Diabolo auferſ tentandi ſpem? §.46.n.1. p.146
Paupertas eſt indubitatæ ſalutis via. ibid. num.2. ibid.
Paupertas eſt manuductrix in viâ ad cælum. n.3. p.147
Pauper nihil ſecularis concupiſcentiæ habere dicitur. n.4. ibid.
Pauperes apti ad cælom.n.5. ibid.
Deus iratus pauperes in cælum compellere perhibetur. quomodo? ibid.
Voluntaria paupertas glorioſam famæ claritudinem affert.n.6. ibid.
Euangelicæ paupertatis idea.§.47.n.1. p.148
Pauper inuoluntarius in numero diuitum ad pœnam cenſetur.ibid.n.2. p.148
Inuoluntarij pauperes ad cælum inſtigari dicuntur. n.3. ibid.
Egeſtas, præcipuum malorum, & irremediabile malum cenſetur.n.4. p.149
Dira paupertas imperioſè iubet quiduis, quantumuis ſceleroſum. n.5. ibid.
Panem neceſſarium vel à Deo prædari dicimur. n.6. ibid.
Nuper diues,egeſtate oppreſſus, pudefiat. quare? n.7. ibid.
Pauper & diues, duo ſunt ſibi contraria, ſed ſibi neceſſaria.§.53.n.2. p.158
Diues potat pauperem adeò eſſe vilem, vt ſit alterius ſubſtantiæ ibid.n.2. ibid.
In fornace paupertatis ros ſtillat è cælo.§.55.n.3. p.162
Paupertas non facit homines ridiculos,ſed beatè glorioſos.§ 56.n.1. p.163
Cur Diabolus glorioſam regnorum concupiſcentiam Chriſto ſuggerit? ibid.n.2. ibid.
Pauper onus excutit, quò expeditiùs ambulet. ibid.
Pauper poſſidet bona,quæ nec habet, nec concupiſcit. ibid.
Ille abundat paupertate,cuius opes in paupertate ſunt.n.3. p.164
Paupertas eſt gymnaſium, & Angelorum vitæ imitatio.n.4. ibid.
Paupertas virgini, & oculo comparatur. quare? ibid.
Perfectum odium,& perfectus amor, rerum perfectum indicium non agnoſcit.n.1. p.163
Paupertas eſt character Apoſtolicus.§.74.num.2. p.194
Mundum ſemper pauperibus abundare,cur Deus prouidit? toto §.156. p.365
Pauper non conſeruus, ſed Dominus putandus eſt.§.156.n.4. p.366
In pauperibus vſque ad finem mundi Chriſtus myſticè patitur. ibid.
Pauperes ſunt communes præceptores, & calamitatum conſolatores.quare? n.5. ibid.
Cur diuitibus pauperes non deſunt? n.6. p.367
Ille abunde diues eſt,qui cupiditatum pauper eſt. toto §.188. p.589
Paupertas omnium virtutum bibola. §. 188. n.6. p.590

Pax, Concordia, Pacificus.

Pax in idipſum,eſt felicitas, quæ non alternat vices §.143.n.3. p.143
Perfectè pacificus, iniuriam rependere non noſcit.§.192.n.3. p.427
Spiritus ſanctus omnia tranquillat.§.231.num.5. p.493
Linguarum ſpecie concordiam Spiritus ſanctus commendat. ibid.
Vide verbo, *Inimicorum dilectio, Concordia.*

Peccatum, Peccator.

Aculeus peccati eſt muliebris forma.§.1.num.17. p.17
Sceleſti ſympathiâ quâdam ſe agnoſcunt. ibid. n.10. ibid.
Qui peccat,Deo perire dicitur. n.30. p.20
Peccatoris vox nunquam in Scripturis Magna legitur §.6.n.55. p.72
Peccatorum patientia, ſolius Dei impatiens eſt. § 17.n.5. p.95
Captiuitas dicitur, Peccati pretium. §.19.num.4. p.98
Abundantia malitiæ dicitur, Malitiæ excrementum.§.27.n.6. p.114
Damnabilior eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen. toto § 60. p.170
Tam grande malum eſt peccatum, vt compaſſionem vetet? §.65.n.1. p.179
Peccatum eſt hominis naufragium. ibid. num. 2. ibid.
Sceleroſus peccator tanta delinquit, vt delinquentis vires ſuperent. ibid.
Peccando primus intellectus amitti dicitur. quare? n.3. ibid.
Peccatum eſt mentis lippitudo. ibid.
Quantum vmbra corpori,tantum vita peccatoris inferno appropinquat.n.4. p.180
Præmortua peccatoris anima,in corpore tumulatur. ibid.
Qui ad nihilum peccando redactus eſt, ad Deum conuertatur,vt aliquid ſit.n.5. ibid.
Sceleroſa hominis malitia contra Deum æſtuat. n.6. ibid.
Noſtra peccata Deus ampliùs tolerare non poteſt? §.66.n.1. ibid.
Peccatum apud ſecreta Dei iudicia habet voces ſuas.ibid.n.3. p.181
Securus de diluuio,diluuij aſylum conſtruit. n.4. ibid.
Præſtantia peccantis, enormioris malitiæ excellentiam peccato fœnerat.toto §.69. p.186

Scelero

Sceleroſiſſimi quique peccatores ſine nomine inducuntur: neque enim vllum nomen eſt, quod immenſam eorum nequitiam taxare valeat. toto § 70. p.187
Homo ad bonum, vnus eſt; ad malum verò ter vnus, aut vnus plures. toto §.71. p.189
Non iam Deus, quam culpa dicitur pœnæ parens. §.93.n.5. p.219
Peccatum in partu dulce, mentem quæ ipſum peperit, diſcruciat §.98.n.1. p.238
Plenus eſt mundus virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. ibid n.4. p.239
Cui abeſt timor, licitum putat peccatum, ſéque de eo iactat. §.99.n.4.5.& 6. p.240.& ſeq.
Peccatum eſt vera calamitas; reliquæ calamitatum nomina. §.100.n.1. p.141
Peccatum noſtrum, Chriſti crux eſt, cruce grauior. quare? ibid.n.2. ibid.
Quomodo peccatum oſtentui exponat Chriſtum irridendum. n.3. p.242
Peccatum eſt Chriſticidium, & Deicidium. ibid.
Peccatum cælum inquinare, & claudere præſumit. n.4. ibid.
Immutabilem Deum peccata hominum commouent. quomodo? n.5. ibid.
Sub homine nimis ſceleſto, non eſſe gratia dicitur. n 6. p.243
Quàm ſit impius inferno cõfinis. §.102.n.6. p.246
Eò temeritatis impudentior peccandi audacia deuenit, vt quicquid libet, licere putet. toto §.121. p.306
Conſcientiæ tormentum, peccati excellentiam oſtendit. §.124 n.5. p.311
In conſcientiâ, delicti pompa depingitur. §.124. n.6. p.312
Tot ærumnoſæ hominis miſeriæ, vectigalia peccati ſunt, toto §.125. ibid.
Peccati ſtipendia, cogitando aſſequi nemo eualet. n.3. ibid.
Qui peccat, peccati tyrannidem vltrò ambit. n.4. p.313
Quomodo qui nunc peccat, in viis Dei, nunquam ambulauit? n.5. ibid.
Qui nunc peccat, quomodo Deum antea non cognouiſſe dicatur. ibid.
Peccator crux Chriſti eſt, vincere præſumit Chriſtum; qui culpas noſtras guttis ſanguinis luxit, vt peccati cruciatum expungeret. toto §.129. p.319
Peccati pudor eſt horribilior inferno. §.142.n.7. p.342
Peccator eſt Dei opere, Diaboli voluntate; exlex inſoleſcit, immortalem animam mori facit, atque viuam gehennã portat. toto §.148. p.351
Delicti pompa in conſcientiâ ſumptuoſiùs depingitur. § 253.n.5.& 6. p.531
Enormis quorumdam vitioſitas, ad omnia flagitia inſolenter hiat. toto §.259. p.540
Peccatores vellent ſine fine viuere, vt ſine fine peccare poſſent. § 259.n.3. p.541
Peccator infernum inhabitat quare? n.5. ibid.
Quare ad hos Senes retroacta peccata venire dicuntur? §.265.n.5. p.551
Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §.275. p.567
Inclyta olim virtus ſubſecutæ malitiæ emphaſis ſeu exaggeratio eſt. toto §.177. p.570
Prodigioſa peccati natura, in ſe parum cohæret, & in condigna ſuppliciis ſibi pugnat, de inidoneo rerum abuſu. toto §.290. p.592
Deo ſe illidit omnia prauitas, dum malitiæ meritò diuinam punitionem vltrò accerſit. toto §.303. p.615

Peccatum veniale.

Leuis culpa offert Diabolo aditum, quem ſenſim amplificat. §.173.n.1. p.394
Magna eſt venialium culparum pernicies, quia ad illam inſenſiles ſumus. ibid.n.2. ibid.
Per leues culpas irreuocabili deſcenſu ruimus ad graues? ibid.
Dei miſericordia laborat, vt peccatores à ſua iuſtitiâ defendat. n.3. p.395
Quantum Deus in ſuſtinendis leuibus hominum culpis laboret. ibid.
De paucis eſt, qui negligentias præcaueat, & expiet. n.4. ibid.
Non perfectè in Euangelij perfectione viuere, ſumma damnatio eſt n.5. ibid.
Pietas religioſa ipſi pietati bellum quodammodo indicit. n.6. ibid.
Ad euitandas veniales noxas aduertenter factas, impoſſibilitas malè prætenditur. ibid.
Modica noxa fermento, & ſtillæ veneni comparatur. n.7. p.396
Vmbra etiam peccati, quam corpus facit, timenda eſt. §.174.n.1. ibid.
Habendi amor ardentior eſt in paruis, & plus torquetur in minimis. ibid.n.2. ibid.
A vulpeculis paruis maximè cauendum, cum vinea floret. n.3. ibid.
Cur in paruulos Babyloniæ, potiùs Propheta deſæuit? n.4. p.397
Qui minima violat, minimus, aut nullus dicitur. quare? n.5. ibid.
Sic minora vitia, ac maiora ſunt cauenda. quare? n.6. ibid.
Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt toto §.175. ibid.

Periculum.

Suſanna dum ſe lauat, paradiſum claudit §.1.n.14. p.19
Spectatæ pulchritudinis multiplex periculum. ibid.n.17.& 18. p.17
In hoſpitiolo, quàm & in paradiſu vterque ſexus periclitatur §.6 n.11. p 64
Pulchra Suſanna ſibi ſecura, adhuc aliorum oculos timet. ibid.n.12. ibid.
Colloquium cum altero ſexu, pro concubitu mortaliſſimè ponitur. n.69. p.75
Mundus, ceu pelagus obuiis hiat naufragiis. Fuge. § 91.n.1. p.225
Suſanna felici periculo tutior & illuſtrior. §.150. n.5. p.356
Ne viuacior turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas flabellat. toto §.193. p.428
Filius Deus ſuam Matrem non modò à peccati originalis periculo, ſed & illius metu eximit. toto §.312. p.648
Vide verbo, *Occaſio. Oculus. Libido, Ornatus.*

Perſecutio.

Cur iuſtos tolerat Deus ab iniuſtis penè obrui? §.150.n.1. p.355
Ad pia tranſeunt merita, ſæuiora impietatis ingenia. ibid.n.1. ibid.
Inſtrumentum pœnæ tranſit in gloriæ teſtimonium. n.3. ibid.

Suſanna

Suſanna fert quidem in ore iudicinm mortis; ſed in eorde pretium immortalitatis. n.4. ibid.
Suſannæ de perſeentotibus victoria, iuncta principio, compendioſa beatitudo eſt.n.5. p.356
Eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto §.181. p.408
Multum ſibi adiicit virtus tribulationibus ae periculis laceſſita. toto §.289. p.593
Vide verbo, *Labores, Patientia.*

Perſeuerantia.

Parúmne refert, an ſtudium virtutis in viâ ad cælnm, omittas, an intermittas? toto §.75. p.196
Multimoda perſeuerantiæ elogia conglobantur. §.75.n.5. p.197
Vita ſolitaria vſque ad mortem, velut character prædeſtinatorum eſt.§.77.n.5. p.201
Num gratia aduerſitatibus acquiſita, perſeuetantiæ priuilegio dotatur?§.207.n.3. p.453
Velox curſus, etſi celerioris volatûs æmulus, non in curriculo, ſed in metâ laudatur. toto §.210. p.457

Pertinacia.

Vide verbo, *Obſtinatio.*

Pes.

Clandi pedes per pœnitentiam redintegrantur. §.30.n.4. p.118

S. Petrus.

Petrus dum omnia abdicat, omnia pleno iure meliùs poſſidet.§.18.n.2. p.96
Petrus arbitrio paupertatis, Dominus eſt cum Chriſto, & totius naturæ poſſeſſor. ibid. n.5. p.97
Cbryſoſtomus mauult eſſe Petrus in vineulis, quàm Angelus.§.10.n.5. p.101
Non audet Petrus dicere, ſe amare plus ceteris, ne iterùm mendax inueniatnr §.72.n.2. p.191
Dum Petrus ſe vltra reliqnos effert, fidem Chriſti non contuetur.ibid.n.4. p.192
Petrns dicitur Chriſtum negaſſe, vt fleret? §.177. n.5. p.402
Petrus ſibi infirmus, à fletu fit omnium firmamentum. §.178.n.6. p.404
Non ſufficit eſſe Simonem, niſi etiam Petrus ſit. quare? §.266.n.3. p.552
Mira Angeli ſollicitudo pro Petro perielitante. §.271.n.2. p.560
Petri vmbra Inter eius reliquias colenda eſt. §.299.n.6. p.609
Vmbra Petri generoſiùs miracula patrat. quare? §.308.n.5. p 625

Phantaſia.

Vide verbo, *Imaginatio.*

Pictura.

Diuitiæ, picturæ quædam ſunt. §.55.n.2. p.162
Affectus cordis rerum picturas, arbitrij penicillo colorat.§ 113.n.2. p.463
Angeli velut pictura, ſanctitate colorati dicuntur. §.27.n.1. p.182

Piger, Pigritia.

Vide verbo, *Otium, Opus.*

Pœna, Supplicium.

Impunitas eſt vis ad delinquendum.§.2.n.16.p.19
Impunitas eſt peecati velamen.ibid.n.47. p.25
Vaga totius vitæ ſcelera tandem eoënnt ad pœnam.n.57.p.28.& §.6.n.65. p.74
Elegantia diuinæ vltionis per ea, per quæ quis peccat.§.2.n.63. p.30
Senes pœnam talionis ſubietunt.§.6.n.73. p.76

P. Didac. Celada in Suſannam.

Pœna pro culpâ inflicta, & bumiliter ac patienter tolerata, incredibile gloriæ auctarium eſt. toto §.8. p.78
Cur pœna iniquitatis dicitur gehenna? §.8. n.5. p.79
Pœnam peecatoribus infligere diſſimulat Deus pœnaliori ſupplicio. totu §.15. p.91
Dei ira arcano quodam diuinæ bonitatis ſacramento, eſt etiam miſerationum ſœcunda. toto §.43. p.141
Adeò hortendè Deus punit, vt cauendum ſit, ne puretnr aut neceſſariò, aut ignoranter, aut temere, aut inclementer caſtigare? toto §.66. p.180
Sic Deus hominem puniendo delet, vt non chartam, ſed characterem deleat.§.67.n.3. p.182
Inuidia ſine fine peccat, & ſine fine punitur.§ 85. n.3. & 5. p.215
In diſtrictiotis etiam diuinæ iuſtitiæ rigoribus, indnlgentis clementiæ non dubiæ notæ tranſparent. toto §.93. p.229
Cælum humanâ contemptum libidine, illam acerbiùs punit. toto §.96. p.234
Pœna inflicta eſt viua lex eiuſmodi pœnæ infligendæ.§ 99.n.3. p.240
Principem creaturam primò punit Deus, deinde creaturarum vulgus.§.108.n.3. p.184
Praua eonſeientia vel impoſſibilem pœnam timet. §.124.n.4. p.311
Iniquitatis nomen æquinocum eſt ad iniquitatem, & cruciatum.§.129.n.6. p.320
Pœnam ſine culpâ pati, ſumptuoſior Euangelicæ gloriæ pompa eſt.toto §.211. p.459
Sontium impunitas eſt malitiæ velamen: nam punitio eſt pœnalis definitio ac proditio culpæ. toto §.215. p.466
Leo qui peccatoris vitam necauerat, ſtatim cadauer euſtodit, quod eſt pœnæ ſacramentum. §.215.n.5. p.467
Caïnus poſt cædem, ſpectatotibus de cæde lex extitit.§ 237.n.5. p.504
Diu impunita peccatorum ſelicitas, acerbiorum pœnarum minæ ſunt. toto §.258. p.538
Cùm Deus peccatoribus pœnali animadnerſione iraſcitur, tunc illis clementiùs indulget. toto §.264. p.548
Rem non malam Deus Adamo vetat, vt ex pœnâ appareat peccati enormitas.§.266.n.2. p.552
Iniqua Iudicum malitia, Adami & Diaboli æmula, atrociùs punitur.toto §.294. p.599
Impunitas, delinquendi libido eſt: ergo de diuinâ iuſtitiâ Iudices ad ſeueritatem erudiantur. toto §.297. p.604
Deo ſe illidit omnis prauitas, dum malitiæ merito diuinam punitionem vltrò acceſſit.toto §.303. p.615
Infelieiores ſunt impij iniuſtâ impunitate damnari, quàm iuſtâ vltione puniti. §.303. n.4. p.616
Acerbior pœna eſt, peccatorem puniri manu malitiæ ſuæ. n.5. ibid.
Vide verbo, *Iuſtitia, Iudex.*

Pœnitentia, Confeſſio.

Num peccandi pudor in naturam vertitur? §.28. n.6. p.115
Conglobata pœnitentiæ elogia. §.30. numero 1. p.117
Paradiſus pœnitentis latronis pedibus honoratur.ibid.n.2. p.118

Summum gaudium in cælo de pœnitentiâ. §.30. n.3. p.118

De pœnitente, in cælo & in terris triumphus ſumitur. ibid.

Claudi pedes per pœnitentiam redintegrantur, vt per petram robuſtiùs incedant. numero 4. ibid.

In confeſſione muta peccatorum diſſimulatio, conſilium contumaciæ eſt, & peccatorum exaggeratio. n.5. p.119

Naturalis peccati ſequela, dolor eſt: ſed reformandus in pœnitentiæ officinâ. §.62.n.1.p.174

Pœnitentia factum peccatum reddit infectum. quomodo? ibid.n.1. ibid.

Pœnitentia ipſum peccati fomitem reſecare dicitur. n.3. ibid.

Labrum, pœnitentiæ ſymbolum, cur de ſpeculis mulierum materiatum eſt? n.4. ibid.

Pœnitentia dicitur ita. quare? n.5. p.175

Qui hîc non agit pœnitentiam, æternam in inferno pœnitentiam negotiatur. ibid.

Homo per pœnitentiam ſic totus mutatur, vt ipſe alius ſit. n.6. ibid.

Qui ad nihilum peccando redactus eſt, ad Deum per pœnitentiam conuertatur, vt aliquid ſit. §.65.n.5. p.180

Perinde eſt pœnitere, ac conſolari. §.66. num.2. p.181

Pœnitentia comparatur Lunæ. §.68.n.1. p.184

Pœnitentia extergit, quod gehennæ ignis excoquere & expiare non poteſt. ibid. numero 2. ibid.

Diuinæ miſericordiæ artificium in pœnitentia elucet. n.3. ibid.

Pœnitentia male factum ad infectum redigere, & innocentiam recuperare dicitur. ibid.

Pœnitentiæ ingenio, è peruerſitatibus rectitudo conſurgit. n.4. ibid.

Pœnitentiæ miraculum eſt, quod Iordanis conuerſus ſit retrorſum. quare? n.5. ibid.

Renutus & contemptus, libidinis ſæpè ſcintillas flabellat. §.82.n.5. p.210

Pœnitentia definitur, Commemoratio delictorum. §.95.n.1. p.232

Infernus non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris in confeſſione os tuum. ibid. num.2. ibid.

Per confeſſionis portas introitur in penetrale, vbi habitat diuinitatis plenitudo. numero 3. p.233

Per confeſſionem introitur ad miſericordiam Dei. ibid.

Qui agit pœnitentiam, ponat cor ſuum ſuper humeros. n.4. ibid.

Propoſitum pœnitentiam agentis, ſit velut dogma. ibid.

Sit pœnitentia auroræ ſimilis. quomodo? num.5. p.234

Salomon dicitur, Pœnitentiæ filius. num. 6. ibid.

Pœnitentia ex nihilo facit aliquid, martyres excudit, prauitates in virtutes transformat, cæleſtium donorum præſtantiſſimum eſt, & Diabolorum timor. toto §.98. p.238

Adeò eſt obſtinata libido, vt dicatur impœnitentiæ mater. §.101.n.3. p.244

Carnis concupiſcentiam, quam non excoquit pœnitentia, non excoquet æterna gehenna. ibid.n.4. ibid.

Peccati interruptio, peccata decoquit. ibid.

Culparum tenebræ, excuſatione tenebrantur, confeſſione illuminantur. §.165.n.4. p.382

Si homo peccata ſua videt, Deus illa non videt. §.177.n.2. p.401

Ne viuacior turpium ſcelerum recordatio, pœnitentiam adulteret, dum libidinum ſcintillas flabellat. toto §.193. p.428

Homo mauult Deum emendare, quàm ſe. §.200. n.2. p.440

Acerbiùs caſtigata libido, libidinis ſcintillas periculosè euentilat. toto §.249. p.523

Diu continuata malitia, quam reſipiſcentia non interrumpit, damnationi confinis eſt. toto §.256. p.535

Ille verè ſcelerum ſuorum pœnitet, qui citò pœnitet §.256.n.5. p.536

Qui pœnitentiam morosè procraſtinat, in vitæ fine aut nolle, aut non poſſe negotiatur. toto §.262. p.545

Viuax peccatorum memoria, mirâ pœnitentiæ vi peccatum expungit. toto §.263. p.547

Tardat diuina ira, vt humana pœnitentia leniùs emendet, quod acerbior pœna duriùs expiaret. toto §.165. p.550

Vide verbo, *Peccatum*.

Porta.

Portæ cæli, Angelorum portæ dicuntur. §. 270. n.8. p.560

Potus, Sitis.

Malè per peruò ſitit, qui liquorem ſaluberrimum intua habet. §.16.n.4. p.93

Timor Dei potus dicitur. quare? §. 25. num. 4. p.110

Chriſtus inſincerum bibit acetum, vt ſinceritatem in Adamo perditam, nobis reſtituat. §.79.n.7. p.204

Mundus bibens fæculentam illuuiem, ſe fortunatè beari putat. §.91.n.4. p.226

Eucharisticus potus ſitim cupiditatis interſtinguit. §.113.n.6. p.293

Præceptum.

Vide verbo, *Lex, Obedientia.*

Prælatus.

Vide verbo, *Iudex, Princeps, Dignitas.*

Præmium.

Sicut vmbra corpus, ita præmium & pœnam præſtare, Deum ſequitur. §.301.n.1. p.611

Vide verbo, *Pœna.*

Præſens, Præſentia.

Neceſſitas probitatis eſt, Deum ante oculos habere. §.2.n.19. p.17

In Dei præſentiâ ac ſinu viuimus omnes. §.131. n.1. p.322

De præſentiâ Dei dicitur homo ambulare coràm Deo. quare? ibid.n.1. ibid.

Dei præſentia hominis mentem refingit in cælum. n.3. p.323

Homo propter Dei præſentiam, Chriſtum induit. ibid.

Num Cherubinos aureos elimat Dei præſentia? n.4. ibid.

Dei præſentia paſſiones fugat. numero 5. ibid.

Dei præſentia voluntatem humanam Deo permiſcere dicitur. n.6. ibid.

Dei per recordationem præſentia, Seraphinorum æmulatio eſt, diuinæ maieſtatis ſolium, hominis reſpiratio, & munimen. toto §.133. p.325

Dei

Dei in animo præſeoria, creaturarum nollificamen eſt, via ad patriam hypoſtaſis virtutum, & Immenſitatis beneficè æmula. toto §.135. p.329

Speratne Deus quòd nemo eius memor poſſit peccare? §.148.n.4. p.352

Dei oculi quandam probitatis neceſſitatem inducunt.§.204.n.5. p.448

Pretium.

Ne ſe homo ex vilitate ſuâ æſtimet; ſed ex magno pretio, quo ſemel à Chriſto Deo emptus eſt. toto §.134. p.327

Princeps, Rex, Superior.

Effeminatus Princeps populos exactionibus racemat.§.44.n.6. p.144

Nimia vectigalia, & auara exactorum rapacitas, multis vapulat. toto §. 14. p.89. & §.44. p.142

Reges hominibus, Regibus deſideriorum ambitio regnat. §.59.n.4. p.169

Summa poteſtas, ſumma beatitudo putatur. ibid.

Non cum gloriâ, ſed cum dignitatibus ſuis, Potentes infernus abſorbet. quare? ibid. num.3. ibid.

Tot damnantur per poteſtatem, quot per paupertem humilitatem ſaluantur. ibid.

Multorum dominatio, eorum damnatio dicitur. ibid.

Præſtantia peccantis, enormioris malitiæ excellentiam peccato fœnerat. toto §.69. p.186

Ficus mauult ſuam dulcedinem, quàm adſcititium ſceptri honorem.§.78.n.2. p.205

Nimis arduum eſt, honorem & gloriam regalem non impedire cæli aſcenſum. §. 90. num. 2. p. 223

Inſigne Regum in cælis, eſt regalis gloria. quare? ibid.

Quare Reges terræ honorem ſuum & gloriam afferent in cælum? ibid.

In diſtrictioris etiam iuſtitiæ rigoribus, indulgentis clementiæ non dubiæ oræ micanter transluceant.toto §.93. p.229

Princeps iratus, ei cui iraſcitur, ſe ignobiliter exæquat.§.93.n.1. p.229

Quem bonum elegit Princeps, iam malum deponat.108.n.3. p.284

Principem creaturam primò punit Deus, deinde creaturarum vulgus. ibid.

Superior, qui ſe metitur, eſt ſibi ac ſubditis, quaſi vnus ex ipſis.§.118.n.5. p.302

Honor & poteſtas abſorbet intellectum hominis, & beſtiis ſimilem facit.§.121.n.5. p.308

Proceres, quæ in aliis peccata puniunt, tanquam ſibi licita committunt. ibid.

Eò temeritatis Procerum peccandi audacia deuenit, vt quodlibet, licere putet. toto §.121. p.306

Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere.toto §.149. p.353

Nimius diſtrictiùs rigor, Superiorum politiam inuitiat: ergo benignitatis ſacramento gubernandum eſt.toto §.201. p.442

Reprehenſio ſic dura blandis miſceat, vt terrore demulceat.toto §.241. p.511

Caſtitas eſt Principum elogium. §.249. n.1. & 2. p.523

Reges & Sacerdotes cur non dicuntur homines? §.251.n.3. p.527

Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §. 275. p.567

Caſtitas propria Principum ac Iudicum virtus eſt: libido autem horum Senum Iudicum maturitatem abſtulit.toto §.280. p.575

Poteſtatem agere eſt Diabolorum vita.§.290.n.2. p.593

Iniqua Regis ſententia recidit in eius filios. §.295.n.3. p.602

Regij adminiſtri ex acceptis opulentè donatiuis, hamata munera Regi ſolitaut redonare. toto §.313. p.632

Proficere.

Qui firmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. toto §.74. p.194

Parúmne refert, an ſtudium virtutis in viâ ad cælum, omittas, an intermittas?toto §.75. p.196

Qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit, ſtatim retrò labitur. §.82.n.4. p.210

Sponſa ſponſo cælesti appropinquans, adhuc audit, vt veniat. quare? §.84.n.5. p.213

Nudum ſpoliare veſtibus, ethicum proficientium ſacramentum eſt.toto §.161. p.375

Perfecta virtus ad nouos ſemper profectus hiat. §.236.n.1. p.501

Virtus piè auara eſt, aut certè auaritiæ ſimilis. quare? ibid.n.2. ibid.

Eſuties virtutum, Trinitati ſimilis dicitur. n.3. ibid.

Virtus ſitim bibit: impleri ſcit, expleri neſcit, de plenitudine capacior. ibid.

Guſtus in bono opere, beatitudinem vindemiat. n.4. p.502

Profectum in ſpiritu celeriùs maturare, ſæpè ſtitionis principium eſt. toto §.246. p.518

Promiſſio.

Deus quod homini promiſit, imminuit, quia homo quod Deo debet, non implet. §.94. num.2. p.231

Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413

Prophetia.

Non benè prophetat, qui aduersùs ſe prophetat. §.6.n.31. p.67

Aſſidua mortis meditatio, prophetia dicitur. §.206.n.3. p.451

Extraordinaria prophetia, quæ à communi vſu peregrinatur, expromptiorem inuenit fidem. toto §.248. p.521

Dum commota Sara cohibet petulantiam ancillæ, tunc inſcia prophetat.§.312.n.3. p.631

Prouidentia.

Diuina prouidentia per contraria auxiliatur. §.6. n.53. p.72

Diuinæ patientiæ humanus diu abuſus, velut eius euacuatâ miſericordiâ, vltrices demum eius iras prouidenter obarmat. toto §. 15. p.91

Sit homo æquus diuinæ prouidentiæ arbiter. §.67.n.1. p.182

Deus prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. toto §.94. p.230

Dei prouidentia eos videtur negligere, qui Deum opere negligere videntur.ibid.n.4. p.232

Arcana Dei prouidentia, per media ſpecie tenus inidonea & oppoſita, propoſitum ſibi ſcopum collimat. toto §.144. p.344

Eâdem re Deus & fauentiùs mulcet, & acerbiùs punit. Quare idem ventus contraria operatur. §.190.n.6. p.425

Vindicatur diuina prouidentia, dum mala bonis tribuit.§.100.n.1. p.440
Humo mauult Deum emendare, quàm ſe. ibid. n.2. ibid.
Impij duloris feſtinata impatientia diuinam prouidentiam accuſat.n.3. p.441
Deus cùm creator inducitur, gubernator exponitur.n.4. ibid.
Omnia Dei citra vllam cenſuram cumprobanda ſunt. ibid.
Buna cæcitas eſt, quæ in tenebris meliùs vider. n.5. ibid.
Auſtro mulcet Deus, & idem ſub numine Africi, caſtigat.§.277.n.6. p.572
Vide verbu, *Contrarium.*

Prudentia.

Nemo prudens iudiciu ac conſiliu ſuo eſt miſer. §.181.n.3. p.408
Igitur eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto §.181. p.408
Quod plures peritè conſulunt, & decernunt, facile vel vnus ſedulu actuoſus exequitur. toto §.188. p.420
Vide verbu, *Conſilium.*

Publicum.

Vide verbo, *Occultum.*

Pudor, Verecundia, Rubor.

Detecta malitia eſt inuerecunda.§.2.n.2. p.14
Pudoris fundamentum in Suſanna.ibid.n.44.p.24
Num peccandi pudur in naturam vertitur? §.28. n.6. p.115
Libidu erubeſcendam ſe eſſe, erubeſcendo publicat.§.108.n.1. p.284
Suſanna aliquâ verecundiæ iacturâ pudorem redimit § 139.n.1. p.336
Suſanna fuit benè impudens, & feliciter ſtulta. ibid.n.2. ibid.
Chriſtus dum erubeſcit opprobria, neceſſarium decus fidei nominatur.n.3. ibid.
Decura Suſannæ facies, dum In iudicio erubeſcit, ſuum non erubeſcit auctorem.n.4. p.337
Victa verecundè Suſanna, de fortuna, & de Iudicibus triumphauit.n.5. ibid.
Verecundiæ conglobata elogia, Suſannæ pudorem commendant.n.6. ibid.
Ioſephi & Suſannæ verecundia laudatur. §.142. n.1. p.341
Multæ ſententiæ addenſantur, quæ verecundiam mirè cummendant.ibid.n.2.& 6. p.341.& ſeq.
Verecundiæ rubor, multum gratiæ & decoris afferre ſolet.§.141.n.3. p.341
Cur Senes, qui ſeminudam viderant Suſannam, eam ſine velu videre cupiunt? ibid.
Cur verecundia dicitur naturæ laus? n.4. p.342
Verecundia eſt vitiorum frenum, & virtutum fomes, ſeu fomentum.n.5. ibid.
Rubor eſt purpura virturum.n.6. ibid.
Peccati pudor eſt horribilior infernu.n.7. ibid.
Facilis Suſannæ fucus, eſt pudoris rubor, & albor abſtineutiæ, & lacrymarum gemmæ.§.164. n.2. p.379
Excuſatio ex pudore delicti, impudentiam parturit.§.165.n.5. p.382
Dubiam verecundiam vox reprehenſoris clarior rumpit.§.269.n.7. p.558
Laudatiu eſt innocens verecũdia §.335.n.6.p.672
Verecundia Suſannæ, æmula Deiparæ, Mater & Virgu dicitur. ibid.

Puer, Pueritia.

Senex peccatur, eſt ſine tutore puer.§.1.n.18.p.11
Daniel puer traducit iuuenilem ſenectutem. §.2. n.54. p.27
Sæpè virgu, pueritiæ nomen eſt. §.24. n.2. & 3. p.107
Efferum puerurum ingenium.§.38.n.5. p.133
Puer pauculos annus natus, aſſiduè innuuandus eſt. quomodo? ibid.
Dedicandus eſt puer, velut domus Dei.n.6. ibid.
Puer eſt in biuiu virtutis & vitij. ibid.
Magnificari non puſſet Samuël, niſi puer diceretur.§.234.n.2. p.498
Eſther regina paruula dicitur, vt dignitatis magnitudinem expiet.ibid.n.3. ibid.
Cùm Salomun expetit ſapientiam Cherubinorum, eos appellat pueros.n.4. ibid.
Qui puer malitiâ nun eſt, integer humo nun eſt. n.5. p.499
Cur lubet nos Chriſtus eſſe ſicut paruulos? n.6. ibid.
Chriſtus amat paruulus, ub plures eorum dotes. ibid.
Paruuli Chriſtum circumferunt. ibid.
Nun in vitæ annosâ longænitate, ſed in morum honeſtâ maturitate, ſenectus cenſetur. toto §.247. p.520
In ſene eſt ſenſuum puerilitas.§.257.n.2. p.537
Vide verbu, *Daniel, Senex.*

Pulchritudo.

Suſannæ pulchritudo incumpta, ac rudis.§.5.n.9. p.7.& §.2.n.6. p.15
Velatur Suſanna timens placere per decorem.§.1. n.16. p.10
Venuſtas cordis ora Suſannæ venuſtat. ibid.
Cur pulchritudo datur reprubis.§.2.n.6. p.15
Timor Dei pulchritudinẽ roborat.ibid.n.7. ibid.
Spectator perit in muliebri formâ. n.16. p.16
Aculeus peccati eſt muliebris forma.n.17. p.17
Pulchra femina eſt incendiaria. ibid. & §.6.n.54. p.64
Pulchra femina ſpectata eſt iniuria & violentia. §.2.n.17. p.17
Operculum adhibendum pulchritudini. inibi.
Velatur Suſanna, vt pulchritudinem vindicet. ibid.n.38. p.22
Diſcrimen inter aſpectum cæleſtis ac terreſtria pulchritudinis.n.40. p.23
Periculoſæ pulchritudinis aſylum, timur eſt. §.6. n.5. p.62
Robur pulchritudinis eſt Dei timor.ibid.n.6.p.63
Pulchra Suſanna in ſuo paradiſo eſt, quaſi in mariti ſtadio.quare? n.13. p.64
Pulchritudinis encominm.§.21.n.5. p.105
Seth, quia pulcherrimus, appellatur Deus; & eius puſteri, filij Dei. ibid.n.2. ibid.
Splendidè pulcher, ſplendorem Spiritûs præferre putatur. ibid.
Seth quia pulcher, Reſuſcitatio appellatur. ibid.
A caſtitate viuacior forma, & pulchritudinis perſeuerantia eſt.n.3. p.102
Pulchritudo uculis dominatur.n.4. ibid.
Caſtitas eſt pulchritudinis auctoritas. ibid.
Mera pulchritudo diffamat. ibid.
Pulchrum ac bonum ſynonyma ſunt in linguâ ſanctâ.n.5. p.103
Adami externa faciei pulchritudo, ad interna dicitur tranſmiſſa.n.6. p.103
Forma feminea eſt aculeus peccati. §.104. n.5. p.278
Verecundiæ rubor, multum gratiæ & decoris afferre ſulet.§.142.n.3. p.341

Cunglobata

Cóglobata pulchritudinis elogia. §.163.n.1.p.377

Viſa pulchritudo crudelitatem extimuiat. §.163. n.1. p.377

Pulchritudo veſtium ornatu, & fucorum lenocinio excuita, egregiè vapulat. toto §.164. p.379

Pulchritudinis vituperium. §.164.n.5. p.380

Pulchra facies iuſtorum, bonis operibus conſtat. §.225.n.3. p.483

Pulchra dicitur, quæ deformis cùm ſit, pulchra erit. ibi.

Num ab Angelis eſt pulchritudo & gratia animæ? §.271.n.7. p.562

Spectata pulchritudo, diluuij cauſſa eſt, idearum malitiæ machinatrix, & delictorum lattocinium. toto §.278. p.572

De blandientis pellaciæ vi, magnum eſt femineæ pulchritudinis myſterium. toto §.279. p.574

Vide verbo, *Libido, Ornatus, Occaſio.*

Q.

Quærere.

PLures margaritæ quærendæ, vt vna inueniatur. §.10.n.1. p.81

In Deo quærendo triſtitiæ ac lætitiæ arcana miſtura. §.187.n.1. p.418

Qui Deum dolens amittit, lætanter quærit, & inuenit. §.187. n.2. p.418

Sponſa ſuum ſponſum quærens, interrogatur, vbi iam ſpoſus ſit. quare? §.187.n.3. p.418

Qui inexpugnabilis eſt moleſtiis Dei quærendi, feliciter Deum inuenit. §.187.n.4. p.419

Magdalena quem cum multis lacrymis quærebat, iam inuenit. §.187.n.5. p.419

Qui Deum quærit, ſatagit eius veſtigia conſequi. §.187.n.6. p.419

Deum quærere virtutis ambitio eſt. ibid.

Quære Deum, non carnis, ſed animi negotium. eſt. §.217.n.1. p.469

Neglectus in Deo quærendo, repulſa à mandatis eſt. §.217.n.2. p.469

Mentitus etiam ſomnus Chriſtum inerter perdit, quem vigilia inuenit. §.217.n.4. p.470

Ad ſponſam excitatam rurſum dicitur, Surge; & ad venientem, Veni. §.117.n.5. p.470

Quærentibus Deum dicitur, vt Deum quærant. quare? §.217.n.6. p.471

R.

Raphaël.

RAphaël operis ſui gloriam Deo ſoli adſcribi ſatagit. §.39.n.3. p.134

Cùm Raphaëli merces offertur, tunc è domo Tobiæ diſcedit. ibid.

Cur Raphaël occultè iubet, vt beneficium à ſe acceptum publicet Tobias? §.308.n.2. p.624

Ratio, Mens.

Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare? toto §.26. p.110

Homo per ſuperbiam, inops rationalitatis dicitur. §.51.n.6. p.156

Honor abſorbet rationem. §.59.n.5. p.170

Triſtitia eſt irrationalis, & ſauciat rationem hominis conſilio ſuo. §.146.n.4. p.349

Inſipientem tempus; ſapientem verò ratio mœrore liberat. §.189.n.1. p.421

Ante eius faciem it mors, præit etiam ratio. §.155.n.3. p.534

Redemptio.

Eleemoſyna eſt pretium, & redemptio hominis. §.52.n.6. p.158

Continua mortificatio, animæ redemptio dicitur. §.87.n.5. p.219

Redemptio corporis dicitur, Liberatio à femineâ concupiſcentiâ. §.104.n.4. p.278

Ne ſe homo ex vilitate ſuâ æſtimet; ſed ex magno pretio, quo ſemel à Chriſto Deo emptus eſt. toto §.134. p.327

Niſi quis à calumniâ redimatur; ægrè poteſt Dei mandata cuſtodire. §.214.n.4. p.465

Inſatiabilis delectatio in virtute meretur redimi ab affectionibus carnis. §.236.n.5. p.502

E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxãda eſt. toto §.239. p.506

Male nobilis, propè eſt, vt neget ſe Chriſti ſanguine redemptum. §.274.n.1. p.565

Deipara ab originali præſeruatâ, non confunditur Redemptore. quare? §.318.n.3. p.642

Eſtheris ac Deiparæ pulchritudo, redimendi populi pretium dicitur. §.314.n.5. p.653

Religioſus.

Vide verbo, *Sanctus, Monachus.*

Reliquiæ Sanctorum.

Ioſephi oſſa caſtitatem ſpirant Sichimorum vrbi ſalaciſſimæ. §.259.n.1. p.525

Quanto honore ſacri Sanctorum cineres ſint venerandi. §.299.n.1. p.608

Lapis capiti Iacobi ſuppoſitus, exquiſitâ veneratione colitur. quare? §.199.n.1. p.608

Sanctorum reliquiæ immenſitatem virtute æmulantur. §.299.n.3. p.609

Sanctorum cineres appellantur, Semina æternitatis §.299.n.4. p.609

Sanctorum reliquiæ ſunt pignora beatæ æternitatis. ibid.

Sacra Moyſis oſſa diſſoluunt Priapi impudiciſſimi impoſturam. §.299.n.5. p.609

Petri vmbra inter eius reliquias colenda eſt. §.299.n.6. p.609

Renouatio.

Puer pauculos annos natus, aſſiduè innouandus eſt. quomodò? §38.n.5. p.133

Vouet Iacob firmiùs eſſe ille ipſe, qui fuerat. §.74.n.4. p.195

Reprehenſio.

Ingratus eſt filius, qui patris reprehenſionem timet. §37.n.3. p.130

Superbiæ carnes reprehenſio exæquat. §.200. n.6. p.442

Qui reprehendit, chirurgum imitetur. §.242.n.1. p.511

Durior admonitio, tortura eſt, non emendatio. §.241.n.2. p.511

Duplex Eliæ ſpiritus eſt ſeueritas cum manſuetudine ad gubernandum. §242.n.3. p.512

Inter corripiendum, laudare correptum, arbitrium emendationis eſt. §.241.n.4. p.512

Superior ſic blandis dura miſceat, vt terrendo mulceat §.242.n.5. p.512

Eme à Domino moderatam correptionem, quò ſubditũ à perditione redimas. §.242.n.5. p.512

Qui correptionem detrectat, præproperus gehennæ inquilinus putatur. toto §261. p.543

In reprehenſorem ſuum ſæuit Cambyſes. §.269. n.1. p.557

Angelus cùm reprehendit, Satan putatur. §.269. n.2. p.557

Qui reprehendit, iniuriator, accuſator, & inimicus putatur. §.169.n.3. p.557

Quàm vicinetur tegeſta iniuria iuſto etiam reprehenſori §.269.n.4. p.557

Quos in obiurgatione coruis aſſimilat, mox liliis comparat. quare §.269.n.5. p.558

Vanaglotia reprehenſâ, illũ refingit in deriſotem & conuitiatoré teprehenſoris.§.269.n.6.p.558
Dubiam verecundiam vox teprehenſoris clatiot rumpit.§.269.n.7. p.558

Reprobus.

Vide verbo, *Peccator, Infernus.*

Repulſa.

Virilem Suſannam Senes aggreſſi, virum inueniunt. §.19.n.5. p.117
Repulſus amot, in atroces impotentet iras crudelitet degenerat.§.147.n.6. p.351
Neglectus in Deo quætendo, eſt tepulſa à mandatis.§.217.n.2. p.469

Reſpiratio

Dei memotia, teſpitatio hominis.§.133.n.4.p.326
Mariæ cum Reſpitatione analogia perſtringitur. §.332.n.2. p.665

Reſurrectio.

Scib quia pulchrlor, Reſurtectio nominatut.§.21. n.2. p.101
Vnde granum puttreſcit in puluete, inde ad multiplicem vitam vireſcit.§.87.o.3. p.218
Chriſtus teſutgens, Euchatiſtiam accipientibus myſticè propinat. §.112.n.7. p.292
Eucbariſtia cotpotibus noſtris glotioſam Reſurrectionem affricat §.114.n.7. p.345
Clatitas Reſurrectionis ne obſcuret, ſed claret Dominicæ Paſſionis tenebras.§.144.n.2.p.345
Vulnetum cicatrices in Reſurtectionis gloriâ, cur apparent? §.144.n.2. p.345
Cauſſam glotiæ, ne obſcutet lux ipſa glotiæ.ibid.
Num propter gemitum egenorum reſurgit Chriſtus? §.223.n.5. p.480

Roſa.

Roſa eſt vitginitatis typus.§.24.n.6. p.108

S.

Sacerdos.

SAcrifex, an carnifex?§.1.n.16. p.10
Filios natura, velut parentum ſacerdotes inaugurat.§.37.n.2. p.130
Reges & Sacetdotes cur non dicontur homines. §.251.n.3. p.527
Sacetdos adeò debet eſſe ſpiritualis, vt carnis expets eſſe dicatur. ibid.
Malitia Sacetdotum excuſat, ac tuetur Secularium malitiam.§.267.n.1. p.553
Sacetdotes optant eſſe peccata, vt locuplete ipſotum quæſtu redimantur. §.267.n.2. p.554
Cur Angelus Habacuc aſportauit, vt ipſe ſuum prandium ferret? §.267.n.3. p.554
Aaron publicum aurum obſignat, vt ftaudis ſuſpiciones præcludat.§.267.n.4. p.554
Sacetdotes non ſolidantur, & roborantur opibus.§.267.n.5. p.554
Hebræorum Sacetdotum fides, de munerum arbitrio pendet,§.267.n.6. p.555

Salus.

Angeli dicontur *Salutes*, & ſuls clieutibus quodammodò omne bonum.§.271.n.5. p.561

Samaritana.

Timet Samaritana putido ore Chriſti laudes proferre. quare?.191.n.6. p.426

Samſon.

Verus Samſon ſuam Mattem non ſolum à peccati originalis periculo libetat, ſed & periculi metu eximit.§.322.n.4. p.649

Sanctus, Perfectus vir, Religioſus.

Vim cupiditatis ad Deum ttansfert.§.1.n.19.p.11.
De alieno peccato iuſtitiã cumulat.§.1.n.22.p.12
Venuſtas cordis ora venuſtat. ibid.
Sollicitiot eſt ad virtutem, quàm peccator ad vitium §.6.n.37. p.68
Num perfectus vir, è vitiorum gymnaſio quid ad imitationem diſcat, inuenit? toto §.13. p.87
Cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §. 17. p.94
Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare? toto §.26. p.110
Perfectus homo eſt integer in parte rationali, ſenſitiuâ, & vegetatiuâ.§.26.n.5. p.112
Perſectus vir humanam voluntatem diuinæ conformat; non diuinam ad humanam curuat, & emendat. toto §.31. p.119
Iuſtus non eſt ſub lege, ſed ſuprà legem: nec tamen exlex eſt.§.34.n.5. p.126
Damnabilior eſt malitia, quam titulus bouitatis accuſat: grauior reatus impij eſt pium nomen. toto §.60. p.170
Qui fitmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. toto §.74. p.194
Vita ſolitaria, velut neceſſitas perfectionis eſt, mundi exilium, & virtutum fomes: Monachóſque extrà mundum, & mundo maiores facit. toto §.76. p.197
Vita ſolitatia, cæli ſchola eſt, diuinæ ſimilitudinis repatatio, prædeſtinatorum character. toto §.77. p.199
Simplicitas Sanctorum, ad malum rudis eſt, Dei veſtigiis impreſſa, lætitiæ ſynonymum. toto §.79. p.203
Homo per mortificationem ſeipſum deſueſcens, ipſe alius fit. toto §.88. p.220
Glorioſa mundi pompa, & delicioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta ſanctis eſt. toto §.107. p.282
Concupiſcentia tendat ad virtutem; ad laſciuiam, illius abuſus eſt.§.109.n.1. p.285
Intus omnia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat, combinatá ſingularitate notanter communis. toto §. 120. p.305
Quia mundi vſus & abuſus, in confinio ſunt; inde mundialibus rebus tamquam viatico vtitor. toto §.130. 320
Gratiæ lenocinio eximiè Iuſti, à laboribus, non ab operibus vacant: nam illis tribulatio, illecebra eſt, ouatio, centrum. toto §.137. p.332
Bona conſcientia Iuſti, eum in calamitatibus propè impatibilem, & ferè immutabilem in gaudio facit. toto §.141. p.339
Perfecta patientia velut inſenſilis eſt, quâdam beatæ impaſſibilitatis æmulatione. toto §.157. p.367
Vir eximiè ſanctus, velut exlex carnis, carnem in ſpiritum quodammodò reformat. toto §.172. p.392
Euangelicæ perfectionis negotioſa ſedulitas, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. toto §.175. p.397
Vero gaudio bonum deſiderium, ac ſpes cæleſtis exundat; & ſeculari lætitia minimè viduatur. toto §.182. p.409
In re virtutis eſt etiam pia aliqua meriti pertinacis obſtinatio. toto §.183. p.411
Virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio ſemper exultat. toto §.186.p.416
Qui mortis aſſiduè recordatur, non dicitur, ſed ſupponitur perfectus.§.211.n.5. p.462
Quantum voluntas velit, tantum merebitur. §.217.n.3. p 470

Semper

Sépet abũdate in omni opere bono Iubemur. ibid.
Suauitas in profectu virtutis, auaritiam piè æmulatur, ipſam ſitim bibit, beatitudinem vindemiat, & propè ab affectionibus redimit toto §.236. p.501
Charitas ſua commoda ſuffert, vt aliis proſit. §.240.n.2. p.508
Fraterna charitas, velut impaſſibilis eſt ſibi, vt proximis beneficè opituletur. §.240.n.3.& 4.p.508. & ſeq.
Per arcanam ethicè antiperiſtaſim, vir perfectus plus patiendo, velut impaſſibilis redditur. toto §.145. p.516
Inclyta olim Religioſi virtus, ſubſecutæ nequiotis malitiæ emphaſis ſeu exaggeratio eſt. toto §.277. p.570
Datúrne vitiorum virtus, auxiliari paſſionum ſuffragio victrix? toto §.282. p.579
Bona ſtrenuè voluntas, à virtutis labore ſabbatizat: Dei arbitrium eſt; & quantum vult, tantùm mereri dicitur. toto §.283. p.581
Multum ſibi adiicit virtus tribulationibus ac periculis laceſſita. toto §.289. p.591
Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij; & non pati, magnum lætitiæ detrimentum. toto §.292. p.596
Conſummatáne virtutis perfectio, à vitiorum gymnaſio ediſcenda eſt? quomodò. toto §.293. p.598
Inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §.306. p.620
Vide verbo, *Monachus, Mortificatio.*

Sanguis.

Os Concionatoris Chriſti ſanguine rubeat, & madeat. §.238.n.6. p.506
E magno pretio effuſi Dominici ſanguinis, digna hominis æſtimatio taxanda eſt. toto §.239. p.506
Sanguis & aqua cur exit è latere Chriſti? §.295. n.2. p.601

Sapiens, Sapientia.

De ſuo, non de alieno ornari, ornamenti gratia, & emphaſis eſt. toto §.78. p.201
Simplicitas ad malum rudis eſt, & de illius ignorantiâ ſapit §.79.n.2. p.203
Scientia, quæ dum cuſtoditur, ſpargitur, ſapientes coronat §.195 n.6. p.433
Perſpicax Dei omniſcientia, Suſannæ vindex, multimode vindicatur. toto §.204. p.447
Caſtitas Doctoris ad doctrinæ veritatem examinetur. §.248.n.6. p.523

Scandalum.

Vide verbo, *Exemplum.*

Scriptor librorum.

Scriptor Hiſtoriæ Suſannæ. §.4.n.4. p.41

Secretum.

Vide verbo, *Occultum.*

Senex, Senectus.

Senes ſola canitie venerabiles. §.1.n.7. p.7
Inhoneſtus Senum viſus. Mentis libido ſenium non ſentit. §.1.n.9. p.7
Conſpirant Senes pari libidinis conſenſu. §.1. n.10. p.8
Senum amicitia colludit in facie Suſannæ. ibid.
Senes arrotant prædæ. §.1.n.15. p.9
Senes barbaricas libidines conſecrãt. §.1.n.15 p.9
Horum Senum non bona elogia. §.1.n.16. p.10
Senex peccator, eſt ſine tutore puer. §1.n.18. p.11
Senectus non canis, ſed meritis albeſcit. §.2.n.54. pag.27
Potuit Senum auctoritas victricem facere falſitatem. §.6.n 50. p.71
Æternitas velut cana, decus eſt diuinæ auctoritatis. §.6.n.51. p.71
Cur populus credens Senibus, fatuus dicitur. §.6.n.56. p.72
Non annorum, ſed morum canities laudanda eſt. §.6.n.61. p.73
Qui ſeneſcit corpore, laude iuueneſcat. §.63.n.1. p.175
Iuuentus deaurata auream ſenectutem auſpicatò ſpondet. §.63.n.2. p.175
Ætas hominis eſt vitæ ætatibus ſimilis. quare? §.63.n.3. p.176
Non eo ipſo quòd quis valdè annoſus eſt, ſenex eſt. quare? §.63.n.4. p.176
Senectutis elogium. idid.
Abraham in ſenectute bonâ nutriri dicitur. §.63. n.4. p.176
Senectutis ſynonymum, abundantia eſt. §.63. n.5. p.177
Multimoda ſenectutis laus. §.63.n.6. p.277
Eleazari ſacerdotis in effœtâ ſenectute iuuenilia conſtantia. ibid.
Bona ſenectus velut peccandi impos, ſenſuum geniis pollet, Deo perplacet: nec tandem moritur, ſed it de patriâ in patriam. toto §.64.p.177
In Senibus etiã intutus eſt mulierũ aſpectus, quẽ caſtitatis cenſura non cohibet. toto §.83.p.211
Libido canam Senum maturitatem abſtulit. §.147. n.4. p.351
Non in vitæ annoſâ longæuitate, ſed in morum honeſtâ maturitate, ſenectus cenſetur. toto §.147. p.520
Senectus vitiis inueterata, indocilis eſt, inflexilis, & in malitiâ penè obſtinata. toto §.254.p.531
Laſciua nequitia eſt, quæ hominem prolixâ annoſitate grandæuum non ſinit eſſe ſenem. toto § 257. p.537
Male pœnitentia ſenectuti deſtinatur. §.262.n.6. p.546
Senum etiam ſenſus puerile quiddam perſtrepunt. §.278.n.4. p.573
Caſtitas propria iudicum virtus eſt: libido canam horum Senum iudicum maturitatem abſtulit. toto §.280. p.575
Vide verbo, *Puer, libido.*

Senſus, Tactus.

Tactus in manibus æſtimatur. §.1.n.16. p.10
Patientia ſenſus propè inſenſiles reddit. toto §.157. p.367
Membrorum ad luxuriam ingenia male acuta. §.169.n.1. p.387
Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleuit ad Senum attactum. § 169.n.2. p.387
Muliebris manûs attactus, vincula ſunt. quomodò? §.169.n.3. p.388
Veſtis adulteræ manu attacta, impudicitiæ culpatur. § 169.n.4. p.388
Veſtis impudicè attacta, impudicitiam loquitur. §.169.n.5. p.388
Feminæ attactus, libidinis nodus eſt. §.169. n.6. p.389
Mulier eſt ignis carneus, aut caro ignita. §.169. n.7. p.389
Quò quis peiùs ſe habet, minus ſentit §.259.n.1. p.540.

Sepultura.

Qui alieno impendio domum ædificat, ſepulturam conſtruit. §.50.n.5.& 6. p.154& ſeq.

Otium

Odium eſt viui homiois ſepoltnta. §.89.n.6.p.206
Idémne eſt ſepeliri, ac nutriri? §.247.n.2. p.520
Ioſephi oſſa caſtitatem ſpirant vrbi ſalaciſſimæ. §.250.0.2. p.525
Praua conſuetndo vſque ad ſepulcrum ſequax. §.260.n.3. p.542
Iuſti ſepulcrum ſpectatores inoculat. §. 214. n.5. p.465

Sequi.

Vide verbo, *Exemplum.*

Seraphim.

Stantes volant, vt ſuſtenteot ſe in aëre. §.74.n.3. p.195
Angelus & bomo ardent præſentiâ Dei; & vterque Seraphinus vocatur. §.133.n.2. p.326
Cur Seraphini alter alteri, nou Deo glorioſum triſagium deſtinat? §.309.n.2. p.625
Vide verbo, *Angelus.*

Sermo.

Vide verbo, *Eloquentia, Lingua, Concionator.*

Serpens.

Ad Mariæ paradiſum ſerpens aditum non inuenit. §.319.n.6. p.644

Seruus.

Mancipium captiuitate efficitur, vt ſeruitutis iugum excutiat. §.6.n.3. p.62
Virtutis ope, non eſt vitiorum amiſſa ſeruitus, ſed mutata. §.110.n.3. p.288
Prodigus adoleſcens iugum dulce non ſentit, donec ſeruilem conditiooem diripuit. §.110. n.4. p.288
Seruitus vxoris quàm ſit dura, & ſtricta. §. 153. n.2. p.360
Domina ſeruitus mariti ad vxorem. ibid.
Quò eſt magis inclyta peccatoris dignitas, eò eſt turpior ſub peccato ſeruitus. toto §.275. p.567

Silentium, Mutus.

Suſannæ ſilentium fuit teſtimonium Caſtitatis. §.2.n.48. p.25
Magis auditur Suſanna, dum apud homines ſilet. §.6.n.52. p.71
Silere à bonis, idem eſt, quòd ſilere à malis. quare? §.140.n.2. p.337
Subiectio ad Deum, perindè eſt, ac ſilentium. §.140.n.3. p.338
In ſilẽtio velut in ſpeculo delicta apparent. §.140. n.4. p.338
Sileorium eſt ſchola cæli. ibid.
Silentium, velut Eliæ currus portat portantem ſe. §.140.0.5. p.338
Silentium eſt prædium Chriſti, bonos fructus afferens, §.140.n.6. p.338
Silentium eſt affectuum carcer. ibid.
Silentium nutrit coofilium. §.140.n.7. p339
Ne moltiloquentia, tamquam amnis lutum colligat. §.140.n.8. p.339
Signaculo hooots claudantur labia. §. 196. n. 6. p.435.
Silentium in calumoiis triumphale dicitur. §.214. n.2. p.464
Deus reueretur patientiam mutam. §. 223. n. 5. p.480
Silentium eſt ionocentiæ lex, culparum ſepulcrum, loquelæ gymoaſium; & pars optima, quam ſibi Maria elegit. toto §.243. p.513
Cum muto, id eſt, cogitaote de ſuâ morte, loquendum eſt. §.255.n.5. p.534
Facundè effuſior Dei laus, ſilentium putatur. quare? §.309.n.3. p.626
Vide verbo, *Lingua.*

Simplicitas, Simplex.

Sincera eſt ſimplicitas, de prudentiæ participio. §.79.n.1. p.203
Simplicitas ad malum rudis eſt, & de illius ignorantiâ ſapit. §.79.n.2. p.203
Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; quia ſimplicitas veſtigiũ eſt Dei. §.79.n.3.p.203
Cæleſtis lætitia, & ſimplex ac voicum cor, ſyoonyma putantur. §.79.n.4. p.204
Simplicitas de ſe alios æſtimat. §.79.n.5. p.204
Simplicitas, habitus eſt animæ varietate carens. §.79.n.6. p.204
Chriſtus inſiocerum bibit acetum, vt ſinceritatem in Adamo perditam nobis reſtituat. §.79. n.7. p.204
Addenſata ſimplicitatis elogia. §.79.n.8. p.205
Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe malè diuiſus: quare oportet, vt de multis vnus fiat. toto §.190. p.423
Vide verbo, *Fraus.*

Simonia.

Simonia primordiali Protoparentum delicto ritè pariatur. §.268.0.6. p.556
Simooiacus velut ſeruum tractat Spiritum-ſanctum. ibid.

Singularitas.

Singularitatis fuga, ſingulare virtutis ſtudium eſt. §.120.n.1. p.305
Inter ſpleodidè veſtitos vilem induiſſe veſtem, pœnaliſſimè luitur. §.120.n.2. p.305
Phariſæus gratias agit, non quia bonus, ſed quia ſolus & ſingularis. §.120 n.3. p.305
Ambitio ſingularitatis, de alieno malo ſuam virtutem ædificare præſumit. ibid.
Combinata ſingularitas, potior virtutis prærogatiua eſt. §.120.n.4. p.306
Singularitatis appetitus, bonum quod habet, perdit. §.120,n.5. p.306

Sitis.

Vide verbo, *Potus.*

Societas, Contubernium.

Vide verbo, *Exemplum, Imitatio.*

Sol.

Oculato vbique Soli immenſitas pariatur. §. 6. n.26. p.66
Sol ſolitudinem fugiens, ſpleodoris ſui compatem facere conatur. §.118.n.3. p.302
Cur Sol Dei eſſe dicitur, cùm Dei inimicos illuminat? §.192.n.2. p.427
Iuſtus quaſi iam ſidereus, oberrare audet cum Sole. §.232.n.5. p.495
Curia cæleſtis à Mariâ, tamquam à Sole illuminatur. §.329.0.4. p.661

Solitudo, Solus.

Labyrinthæus ſuperbiæ faſtus, io aoibitu affectatæ Solitudinis male exercet. toto §.118. p.301
Deipara ſolitaria ſolitarium poſſidere deſiderat. §.328.n.3. p.659
Vide verbo, *Monachus, Deſertum.*

Somnus, Somnium.

Mentitus etiam ſomnus Chriſtum inertes perdit. §.217.n.4. p.470

Speculum.

Labrum, pœoitentiæ ſymbolum, cur de ſpeculis mulierum materiatum eſt? §.62.n.4. p.174

Spes, Fiducia.

Deſperatio humaoi auxilij, ſpem extimulet. §.2. n.42.& 46. p.23.& 25
Suſanna liberata eſt triumphus ſpei. §. 2. 0. 64. pag.30

Teſtimonium

Teſtimonium diuinæ Omnipotentiæ habet ſpes. §.2.n.64. p.30
Cur ad forte certamen, delicata nimis Suſanna inducitur.§.6.n.41. p.69
Spes & periculum inter homines ſimilia ſunt. Quare?§.6.n.48. p.70
Victorialis Suſannæ ſpes.§.6.n.72. p.75
In eleemoſynâ eſt auctoritatis fiducia. §.41. n.4. p.140
Quid ſperet, qui nihil timet.§.99.n.1. p.139
Dei timor, viceseum ſpe reciprocat.§.127. n. 3. p.316.& §.138.n.6. p.335
Spem lædit, qui hominem pluſquam Deum timet. §.127.n.7. p.317
Triſtitia virtutem obſcurat, & ſpem fugat. §.166. n.5. p.385
Acerrima ſpes mala cudit In bona: ergò numquam excuriouda eſt.§.180.n.1. p.406
In cæleſti Curiâ pro iniuſtè damnatâ Suſannâ, Spes allegat, & cauſſam vincit.§.180.n.2 p.406
Quò fugiendum eſt à Deo, niſi ad ipſum Deum? §.180.0.3. p.407
Spei beneficio Deus etiam eſt hîc omnia in omnibus. §.180.n.4. p.407
Spes in Deo velut impatibilẽ reddit hominẽ. ibi.
Num bona ſpei præſumptio, quæ arrogantia non eſt, fides eſt?§.180.n.5. p.407
Animoſior ſpes omnipotentiam ſpectat. §. 181. n.6. p.409
Sententiosè ſpes appellatur, Gaudium ante gaudium. §.182.n.3. p.410
Sperans in Domino, beatitudines eius. quomodò? §.182.n.4. p.410
Spes cæli gaudium præſumit, & lætitiam ſeculi. §.182.0.5. p.411
Spes adhuc in mundo, cæli gaudium velut prægustat.§.182.n.6. p.411
Deus adeò eſt verax, vt vltra promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413
Quod vltrà Dei promiſſionem ſperando præſumimus, Dei promiſſio putatur?§.184.n.4.p.414
Spes humana Deum honorat, & ſanctificat.§.185. n.1. p.415
Num fiducia credit, Deum poſſe & velle quod ſperamus? §.185.0.2. p.415
Erectior ſpes piè de Deo præſumit.§185.n.3.p.415
Diffidentia de ſuis viribus, pia quædam de Deo præſumptio eſt. ibid.
Et res exhibita, & illius ſpes plena gaudio eſt. §.185.n.4. p.415
Victi ſpei dicuntur, cuius ſpes vltrà promiſſa non audet.§.185.n.5. p.415
Spei arbitrio omnipotentiam nobis auxiliarem adſcimus.§.185.n.6. p.416
Spei noſtræ radix, cælo ac cæleſtibus innitatur. §.185.n.6. p.415
Qui mortem aſſiduè meditatur, non timet, ſed ſperat mortem.§.206.n.2. p.451
Grande eſt orationis myſterium, de fiduciâ arcanum.§.218.n.1. p.471
Languida in precibus fiducia, fidei modeſtiam lædit. §.218.0.2. p.471
Deus fiduciæ donat vltrà intelligentiam, & audaciam orantis.§.218.n.4. p.472
Precariæ fiduciæ dona tribuit Deus, quæ inuidiam moueant. §.218.n.5. p.472
Clamat Suſanna Spei, & bonorum operum voce. §.220.n.3. p.475
Hominum ingratitudo, noſtræ Spei è peruerſo vigor eſto.§.305.n.6. p.610

Spina.

Roſetum verſum in ſpineum, ænigma luxuriæ eſt.§.147.0.3. p.350
Chriſtus venit, vt ſacrum caput ad ſpineam coronam præpararet.§.150.n.6. p.356
Triſtitiæ ſpina ſemper configitur.§.166.n.4.p.383
In ſpiritu manſuetudinis Chriſtus coronarum ſpinis caput impunè reclinat.§.208.n.4. p.455
Continentium caſtitas, & Chriſtum ſpineâ coronâ exuit, & triomphali coronat. §. 250. n.5. p.526
Spina mortis.§.255.n.2. p.533

Spiritus ſanctus.

Quomodò Spiritus-ſanctus priùs dicitur manere, & poſteà eſſe.§.74.n.6. p.195
Quare in Euchariſtiâ, Spiritu-ſancto potari dicimur? §.114.n.2. p.294
Gratiam Spiritus-ſancti in Euchariſtiâ ſugamus. §.114.n.3. p.294
Euchariſticus cibus, Spiritus-ſancti diſciplina eſt.§.114.n.4. p.294
Caſtus eſt Spiritus-ſancti præcurſor. quare? §.112. n.5. p.309
Triſtitia noſtra Spiritum-ſanctum contriſtat. §.159.n.1. & 5.& 7. p.371.& ſeq.
Vbi abeſt triſtitia, Spiritus-Sanctus dicitur mundus, & non obſcurari.§.179.n.5. p.405
Spiritus in corde orantis, clamor orationis eſt. §.120.n.5. p 475
Spiritus-ſanctus dicitur, Coaſſecla Verbi, & eius manifeſtator.§.130.n.1. p.491
Spiritus-ſanctus in Verbo requieſcit. ibid.
Spiritus-ſanctus Danielem puerum ſubitò in ſenem transformat.§.230.n.2. p.491
Spiritum-ſanctum tetigiſſe quemquam, docuiſſe eſt. ibid.
Spiritus-Sanctus omnibus omnia fit. quomodò? §.230.n.3. p.491
Spiritus-ſancti conglobantur epitheta. ibid.
Spiritus-ſanctus animæ velut in ſpeculo oſtendit futuram beatitudinem.§.230.n.3. p.491
Quod ventus naui, id eſt animæ Spiritus-ſanctus §.230.n.4. p.492
Spiritus-ſanctus noua lex corporis eſt.§.230.n.5. p.492
Homóne ex Spiritu-ſancto natus, innatam habet ſanctitatem? §.230.n.6. p.492
Lacrymæ noſtræ è fœcunditate Spiritus-ſancti ſunt.§.231.n.1. p.492
Spiritus-ſanctus eſt noſtræ animæ anima. ibid.
Analogia ebrietatis à vino, & à Spiritu-ſancto. §.231.n 2. p.493
Spiritus-ſanctus à ſenſu vitæ præſentis alienat. ibidem.
Ebrietas à Spiritu-ſancto, non madet vino, ſed ardet Deo.§.231.n.1. p.493
Spiritus-ſanctus eſt ignis, qui paleas noſtri cordis exurit.§.231.n.3. p.493
Spiritus-ſanctus eſt vnus, & multiplex eſt. §.231. n.4. p.493
A Spiritu ſancto eſt ſolitudo pluralis, & ſingularis multitudo. ibid.
Spiritus-ſanctus omnia tranquillat. §. 231. n. 5. p.493
Spiritum-ſanctum quietum aſpicere, quieſcere eſt? ibid.
Linguarum ſpecie concordiam Spiritus-ſanctus commendat.§.231.n.5. p.493
Qui Spiritu-ſancto poſſidetur, pietatem toto corde ſpirat & exhalat.§.231.n.6. p.494

Simoniacus velus ſeruum tractas Spiritum-ſanctum.§ 268.n.6. p.556
Num linguæ inſtar ignis, Apoſtolis datæ in Pentecoſte, Angeli dici poſſint.271.n.4. p.561
Spiritus-ſanctus dicitur, Spiritus priocipalis. §.280.n.7. p.577
Spiritus-ſancti variis linguis, diuioæ landes prædicandæ ſunt.§.309.n.6. p.626
Floridi gaudij fructus, de Spiritus-ſancti ſucco animatur.§.310.o.5. p.628
Spiritus-ſanctus cùm virtutibus eſſentialibus Mariæ adeſt.§.319.n.3. p. 643
Io Incarnatione Spiritus-ſanctus menti Deiparæ penitùs inſeritur.§.326.n.2.&c. p.655. & ſeq.
Mariæ oculi Spiritum-ſanctum, & eius dooa nobis allinunt §.331.o.2. p.664
Totam ſibi Mariam rapuit ſibi Spiritus-ſanctus. §.334.n.1, p.669

Spongia.

Conuerſatio, ſicut ſpoogia vdoram, ſic malitiam coouictorum haurit.§.103.n.2. p.247
Compaſſio quaſi ſpongia, damoa alieoa ad ſe trahit. §.168.n.5. p.387
Lacrymæ comparantur ſpongiæ.§.176.n.6.p.401

Stella.

Vide verbo, *Aſtrum, Cælum.*

S. Stephanus.

Stephani Angelica facies, Iudaicæ inuidiæ tormentum eſt,& arguta punitio.§.85.n.7.p.216. & §.102.n.5. p.246
Teſtes contrà S. Stephaoum, cur falſi dicuntur? §.197.n.3. p.435

Stilus.

Vide verbo, *Eloquentia, Concionator.*

Subditus.

Vide verbo, *Obedientia, Lex.*

Subitum.

Vide verbo, *Mora, Celeritas.*

Superbia.

In ſuperbo Primogeniti nomine, humiliatio transparet.§.7.n.2. p.76
Homo in ipſa cognatione cum Deo, Dei refuga ad humilitatem declaratur.§.7.n.3. p.77
Iſraël in tribuum iocremento, ruinæ omen accepit.§.7.n.4. p.77
Pompeius mioor eſt ſuo magno theatro. §.7.n.5. p.77
In validiori Tyri potentiâ, impotentia tranſlucet.§.7.n.6. p.78
Ipſa virtutis argumenta, in ſuperbiæ rapiuntur exceſſus.§.48.n.1. p.150
Vbi magnitudo gratiarum, ibi magnitudo diſcriminis eſt, de elationis fomite §.48.n.3. p.150
Quandò quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, perdit verum eſſe. quare? §.51.n.2. p.155
Subducto ſpiritu ſuperbiæ, nihil ſe eſſe homo cognoſcit.§.51.n.4. p.156
Homo per ſuperbiam, inops rationalitatis dicitur.§.51.n.6. p.156
Se aliis præferre, reproborum character eſt, ruinæ teſſera, amittendæ fidei periculum, & periculoſa rixarum occaſio. toto §.72. p.191
Labyrinthæa ſuperbiæ faſtus, in ambitu affectatæ ſolitudinis male exerrat. toto §. 118. p.301
Tot tantáque humani corporis probra, longè ſuperbiam arcent, & humilitatem de proximo negotiantur. toto §.119. p.303
Sub triumpho ſuo cadit, qui vitiis, quæ vicit, ſuperbiendo ſuccumbit.§.235.n.2. p.499
Superbia non dicitur concupiſceotia gloriæ, quia nihil præſumit deſiderare ſuperbus. §. 235. n.3. p.500
Superbia eſt vitiorum origo, paſſionum progenitrix, & criminum fomes.§.285.n.3. p.500
Cælum ſuperborum eſt inanis mundi gloria. §.235.n.4. p.500
Superbia fulmini comparatur, quia fulgendo excæcat. ibid.
Hominis vanagloria cootumelioſa eſt Deo. §.235.n.5. p.501
Vide verbo, *Ambitio, Humilitas.*

Superior.

Vide verbo, *Princeps, Index.*

Supplicium

Vide verbo, *Pœna, Index, Iuſtitia, Infernus.*

Suſanna.

Suſannæ paoegyris. toto §.1. p.5.& ſeq.
Suſannæ nomen, moralitatum grauidum. §. 1. n.2.p.5.& §.6.n.4. p.62
Suſanna in Babylone vitiorum metropoli. §. 1. n.3. p.5
Exul in Babylooe Suſanna, noo erat exul. §. 1. n.4. p.6
Suſanna ſpeculum & imago parentum. ibid.
Puella Suſanna antiquauit mores. ibid.
Puellæ Suſannæ egregij mores.§.1.n.5. p.6
Suſanna nubis Ioakimo.§.1.n.6. p.6
Bonæ vxoris dotibus Suſanna niter. ibid.
Suſanna fœcunda maritum beat, familiam generosè amplificat. ibid.
Suſanna in arboreto philoſophatur.§.1.n.8. p.7
Suſannæ pulchritudo incompta, ac rudis. §. 1. n.9.p.7.& §.2.n.6. p.85
Acerrimè Suſanna ſtuprum refutat. §.1. num. 12. p.8
Senes mulierem aggreſſi, vitum inueoiunt. ibid.
Suſannæ caſtitas retinet ſanguioem, quem pro eâ effundat. ibid.
Suſanna virginibus imitaoda.§.1.n.13.p.9.& §.2. n.34. p.21
Conſiſtorium impudicitiæ eſt io quo ſtat rea Suſannâ.§.1.n.15. p.9
Status plumeæ ſalutis in Suſannâ. §. 1. num. 16. p.10
Velatur Suſanna timens placere per decorem. ibidem.
Suſannæ fiducia & lacrymæ §.1.n.17. p.10
Suſanna viuit ſucco radicis æternæ. ibid.
Suſannæ oratio, fiducia, & magnaoimitas io tanta calamitate.§.1.n.19. p.11
Suſanna vnum contemnens, totum conſequitur. ibid.
Suſanna vim cupiditatis ad Deum transfert. ibid.
Suſanna non plangit viuas exequias. ibid.
Suſanna ſicut Eua in paradiſo tentatur. §.1.n.20. p.11
Suſanna maoult hominibus rea eſſe, quàm Deo. ibidem.
Eiſdem itineribus, quibus Suſanna perierat, inoenitur proſpero errore.§.1.n.21. p.12
Iuſtitia ferè io virgineam integritatem reſtituit Suſannam.§.1.n.22. p.12
Horum Senum ſanguioe, ſanguis Suſannæ honoratur. ibid.
Suſanna de alieno peccato iuſtitiam cumulat. ibidem.
Venuſtas cordis ora Suſannæ venuſtat. ibid.
Gratulatio Suſannæ, & eius familiæ. ibid.

Cur Suſannæ hiſtoria non inuenitur in Hebræo textu.§.2.n.1. p.14
Suſanna interpretatur, liliom, vel obtentus lilij; vel animi oblectatio, vel Seduxit, vel Eius graria.§.2.n.4. p.14
Suſanna interpretatur, ſublatio gloriæ, vel paſſer:§.2.n.5. p.14
Suſannæ nomen impoſitum à volgi celebritate. ibidem.
Suſanna ſecura ſibi, timet humanos oculos. §.2. num.16. p.16
Suſannæ cum Eua in paradiſo comparatio. §.2. num.31. p.20
Suſanna lucrum duxit omnia, niſi podoris iacturam.§.2.n.32. p.20
Suſanna clamat podicitiæ magnitudine.§.2.n.34. p.21
Velatur Suſanna, vt pulchritudinem vindicet. §.2.n.38. p.22
Vidua & virgo ex Suſanna metiri ſe debent. §.2. n.41. p.23
Suſanna liberata eſt triomphus ſpei.§.2. num.64. p.30
Suſanna contempſit vnum, & conſecuta eſt totum. ibid.
Suſannæ Hiſtoria authentica. §. 3.&4. à num. 5. p.34 & ſeq.
An Suſannæ nomen, populi celebritate factum ſit?§.5.n.4. p.48
Suſanna vrbanè cedit primo libel loco. §.6. n.1. pag.62
Suſanna dum ſe lauat, paradiſum claodit. §. 6. n.25. p.66
Suſanna dicitor virginum menſura.§.6.n.33.p.68
Suſannæ exemplum ſit velut fundamentum caſtitatis.§.6.0 75. p.76
Suſanna nullum in mundo putat eſſe maſculum, præter virum ſuum.§.23.n.4. p.106
Suſanna, quæ non fleuit ad ſententiam mortis, fleoit ad Senum attactum. §.169.n.2. p.387
Suſannæ laudes ferè totum hoc volumen ſpirat. ibidem.

Subſtantia.

Qui accipit eleemóſynam, ſuam Subſtantiam accepiſſe putat.§.52.n.1. p.157
Diues immiſericors putat paoperem eſſe alterius ſubſtantiæ §.53.n.2. p.158

Suſpicio.

Vel ſuſpicio aliquandò obſcuritatis, à Mariâ ableganda.§ 319.n.1. p.643

T.

Tactus.

Vide verbo, *Senſus.*

Temeritas

Vide verbo, *Audacia.*

Templum.

Templum ingredientium moribus profanatur. §.9.n.5. p.81
Dedicandus eſt puer, velut domus Dei. §.38.n.5. p.133
Templa, ſicut domus prioata profanatur. §. 60. n.1. p.170

Tempus.

Vitrus, quia caret tempore, ſemper fructificat. §.81.n.3. p.207
Angelus eſt nobis noſtrum tempus. §. 272. n. 2. p.562
Beata virgo eſt temporũ felicitas.§.323.n.3.p.650

Tenebra.

Vide verbo, *Dies, Lux.*

Tentatio.

Num paupertas Diabolo aufert tentandi ſpem?§.46.n.1. p.146
Num calumnia eſt tentatio ſoprà id quod poſſumus? §.214.n.2. p.464
Vacatio à Dæmonum tentationibus, humanæ calomniæ ſtipendiom eſt.§.214.n.5. p.465
Impunitas opinata, acrior tentatio eſt. §. 297. n.2. p.605
Vide verbo. *Occaſio, Periculum.*

Tepidus.

Cur dicuntur tepidi frigidis deteriores? §. 60. n.6. p.171
Vide verbo, *Proficere.*

Terra, Limus, Puluis.

Deſiderium cæleſtis gloriæ, terram conuertit in cælum.§.89.n.6. p.223
Cur in cælo humanæ carnis terra, Dei gloriá plena dicitur? §.90.n.3. p.224
Alexander vt ſe probet Cælitem, ſummo tantùm pede terram tangit.§.91.n.5. p.226
Cur homo laſciuus, non homo, ſed terra nominatur?§.108.n.5. p.285
Terrena mondialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt. totu §.170. p.389

Teſtis, Teſtimonium.

Suſanna falſo teſtimonio damnatur.§.1.n.18.p.11
Ad teſtem cæleſtem ſtillant Suſannæ oculi. §. 2. n.40. p.23
Falſi teſtes cur non timendi?§.2.n.45. p.24
Suſanna ſolum Deum, non Senes, habere teſtem optat.§.6.n.32. p.67
Opulentia eſt luculentum falſitatis teſtimonium. §.54.n.2. p.160
Teſtimonium fallax de facili euariat. §.197. n.2. p.435
Teſtes contra S. Stephanum, cur falſi dicuntur? §.197.n.3. p.435
Virgo veritas de mendacij miſturâ paſſim conſtuprator. §.197.n.3. p.435
Ingenia ſenſuum, & rationis tribunal, falſi teſtimonij ſupectum ſit.197.n.4. p.436
Veritas terræ noſtræ de cælo impluenda. ibid.
Iudices lentè, non tam ex auditis, quàm ex viſu, reatum diſquitant.§.197.n.5. p.432
Num ratio, & lingua, & mortalitas hominis, illum ad dicendum mendacium ſubornant? §.197.n.6. p.436
Vide verbo, *Veritas, Mendacium.*

Timor.

Metus eſt naufragium ſine tempeſtate. §.1. n.14. p.9
Dei timor pulchritudinem roborat.§.2.n.7. p.15
Dei timor eſt virtutum cuſtos. ibid.
Dei timor eſt timorum aſylum; & inuictus ac victor eſt.§.2.n.8. p.15
Creſceos Dei timor immortales facit. ibid.
Periculoſæ pulchritudinis aſylum, timor eſt. §.6. n.5. p.62
Robur polchritodinis eſt Dei timor. §. 6. n. 6. p.63
Qui damnationem timet, iam damnatur, etſi damnandus noo ſit.§.6.n.31. p.67
Non bene prophetat, quiſquis aduersùs ſe timore prophetat.§.6.n.31. p.67
Caſtus Dei timor, concupiſcentias extirpare, caſtitatem ſtabilire; carnem bene potare, irrigare, atque crucifigere perhibetur. totu §. 25. p.109

Damnati quod timent, tolerant; & quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcunt. §. 92. n. 4. p.228
Iniquiſſimus, indignus eſt, qui pro ſe timeat. §. 99. n. 1. p.239
Quid ſperet, qui nihil timet? ibid.
Deum non timere, omnium malorum compendium eſt. §. 99. n. 2. p.240
Quia Dei aberat metus, diluuium naufragiis hiat. §. 99. n. 3. p.240
Cui abeſt timor, licitum putat peccatum, ſéque de eo iactat. §. 99. n. 4. p.240
Qui Dei timorem excuſſit, ſe hortatur ad ſemper peccandum. §. 99. n. 5. p.241
Abiectus Dei timor, nouos cogitat delinquendi modos. §. 99. n. 6. p.241
Praua conſcientia vel impoſſibilem pœnam timet. §. 124. n. 4. p.311
Mundanus timor, homines potiùs quam Deum metuens, ſcelerum conceptaculum eſt. toto §. 127. p.315
Commentum expectationis eſt ſceleroſum timoris ſupplicium. §. 127. n. 5. p.316
Dei timor fomitis æſtum interſtinguit, cum Deo ambulare facit, noſtra gloriatio eſt; & malleus, quo clauus crucis Dominicæ capiti Siſaræ infernalis infigitur toto §. 138. p.334
Vltrix ira arcano metu excantatur. § 149. num. 3. p.354
In bono viro idoneus eſt nexus timoris cum exultatione. §. 186. n. 3. p.417
Humanus timor (qui timor idoli dicitur) laruâ territat; euiſcerata autem timendi cauſſa, prodeſſe potiùs deprehenditur. toto §. 286. p.586
Vide verbo, *Infernus. Pœna, Iudex.*

Tribulatio.

Vide verbo, *Labores, Perſecutiones, Patientia, Tentatio.*

Tributum.

Vide verbo, *Vectigal.*

Trinitas.

Se tota Trinitas homini impendit. §. 136. n. 2. p.331
Quomodò in Deo detur numerus, & non detur. §. 143. n. 7. p.344
Bonæ conſcientiæ tota Trinitas irrefragabile teſtimonium perhibet. §. 233. n. 2. p.496
Eſuries virtutum Trinitati ſimilis eſt. §. 236. n. 3. p.501
Deipara eſt fons ſignatus totius Trinitatis. §. 319. n. 6. p.644
Vide verbo, *Deus.*

Triſtitia.

Infelix animus ipſo mœrore delectatur. §. 137. n. 6. p.334
Ænigmati ſimile eſt gaudium in triſti calamitate. ibid.
Triſtitiæ elogia non bona. §. 146. n. 1. p.348
Triſtitia plus minatur, quàm vexat. §. 146. n. 2. p.348
Triſtitia cordis, cordis malignitas nominatur. ibidem.
Qui depulſâ triſtitiâ alacris eſt, omnia aduerſa triumphalis deuincit. §. 146. n. 3. p.349
Triſtitia eſt irrationalis, & fauciat rationem hominis conſilio ſuo. §. 146. n. 4. p.349
A gaudio bona animi elatio eſt; à mœrore degener puſillanimitas. §. 146. n. 3. p.349
Furoris & triſtitiæ nexus. §. 146. n. 2. p.348
Triſtitia immodica ſemper malitiatur, & Spirituum nequiſſimus, Spiritum-ſanctum contriſtat, & male Spiritu-ſancto operitur. quare? toto §. 159. p.370
Triſtitiam ſi auferas, nemo ferè à Dæmone lædi poterit. §. 159. n. 6. p.372
Triſtitia, Diabolorum armamentarium eſt, gehennæ æmulatio, ſpiritus peruerſè nequiſſimus, & dubiæ ſpei titubatio. toto §. 166. p.382
Mundana immodicè triſtitia, inferni candidata eſt, ſpiritûs boni cruciatus, mœror, obſcuritas, & Satanæ triumphus. toto §. 179. p.404
Eſto quilibet lenis ſuæ calamitatis interpres. toto §. 181. p.408
Mortis memoria pellit triſtitiam. §. 206. num. 5. p.452
Viro Chriſtianè perfecto, triſtitia eſt materia gaudij. toto §. 292. p.596
Triſtitia originalis per Mariam eliminatur. §. 332. n. 4. p.666
Vide verbo, *Gaudium.*

Tutor.

Saül Dauidem hoſtem ſuum filiis ſuis reliquit tutorem §. 27. n. 3. p.113

Tyrannus.

Lex dicitur Tyrannus. §. 34. n. 2. p.125
Diuitiarum tyrannis meris phantaſmatibus illudit. §. 55. n. 3. p.162
Vide verbo, *Martyr, Perſecutio.*

V.

Varietas.

Vide verbo, *Mutatio.*

Vectigal, Tributum.

Tributorum exactio publica, peculiaris ſit Curialium præda? §. 14. n. 1. p.89
Ne ſit tributum, velut aquæductus, qui occultè & inſidè aquam deriuat. §. 14. n. 3. p.89
Quare tributum cubito comparatur? ibid.
Cur Aaron publicum aurum inaurium obſignat in eminenâ? p.90
Chriſtus inſpector naſcitur, vt pudore afficiat tributorum exactores. §. 14. n. 5. p.90
Vectigalium exigendorum negotium, obſcuro ænigmati pariatur. §. 14. n. 5. p.90
Rapax auarè furacitas exactorum, multimodè vapulat. toto §. 44 p.142
Populus vectigalibus liqueſit. §. 44 n. 6. p.144
Imponendis immodicis tributis, cur annuunt Iudices & Magiſtratus? §. 313. n. 5. p.633
Vide verbum, *Princeps, Exactores, Furtum.*

Velamen.

Multimoda ratio cur Suſanna in Iudicio velatur. §. 6. n. 42. p.69
Cur Senes, qui Seminudam viderant Suſannam, eam ſine velo videre cupiunt? §. 142. n. 3. p.341
Nuditas innocentiæ ſuffragium eſt: nam reatus confugit ad velamen. §. 161. n. 2. p.374
Impunitas dicitur peccati velamen. §. 215. n. 2. p.466

Venus.

Vide verbo, *Libido, Mulier.*

Verbum.

Vide verbo, *Eloquentia, Lingua.*

Verbum, Diuinum.

Quare Dei Filius, paternæ bonitatis ſolùm imago hîc dicitur? § 37. n 4. p.131
Verbum dicitur Caro factum, ne propter carnem homo, Dei filium fieri deſperet. §. 172. n. 4. p.393
Dei filius ludit, hoc eſt, Puer Dei eſt, & cum eo vnum. §. 190. n. 3. p.424

Spititus ſanctus, Coaſſecla eſt Verbi, & illius manifeſtator. §.230.n.1. p.491

Spiritus ſanctus in Verbo requieſcit. ibid.

Cur Patris cor, quod nuper lingua, confeſtim calamus appellatur? §.246.n.5. p.519

Verecundia.

Vide verbo, *Puder.*

Veritas.

Deus veritatis Præſes. §.1.n.17. p.10

Veritatem ſua fortuna ſequitur. ibid.

Veritati nemo præſcribit. §.1.n.18. p.12

Sæpè eſt in veroſimili mendacium; nec eſt veriſimilitudo in vero. §.6.n.38. p.69

Deus adeò eſt verax, vt vltrà promiſſionis fidem fideliſſimus ſit. toto §.184. p.413

Veritas eſt cibus Angelorum; mendacium verò Diaboli eſca. §.194.n.3. p.430

Vno labio loqui, teſtimonium eſt veritatis. §.197. n.7. p 437

Non eſt terminus falſo, veritati aliquid extremum eſt §.203.n.1. p.445

Veritas, quæ de terrâ effloreſcit, omnibus cognata eſſe debet. ibid. n.2. p.446

Deus vnus eſt, quia verum eſt vnum; mendacium autem multiplex. n.3. ibid.

Veritas eſt hominis plenitudo & integritas. n.4. ibid.

Veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. ibid.

Veritas veridicos facit præcoques cæli inquilinos, ſeu ciues. n.6. ibid.

Veritas lex eſt omnium artium; & ars omnipotentis artificis. n.7. p.447

Veritas, Dei & hominum dux dicitur. ibid.

Vide verbo, *Teſtis, Credibilitas, Mendacium.*

Veſtigium.

Vide verbo, *Via, Imitatio, Exemplum.*

Veſtis.

Deus luce; ieiunator autem Deo veſtitur. §.111. n.4. p.289

Ambitioſæ veſtis vana gloria vapulat; rude, nec tam indumentum, quàm tegumentum innocentiæ ſuffragium eſt. toto §.160. p.372

Nudum ſpoliare veſtibus, ethicum proficientium ſacramentum eſt. toto §.162. p.375

Veſtimenta Christi, eius mandata ſunt: ne ergo ſcindantur. §.166.n.6. p.553

Vide verbo, *Ornatus, Nuditas, Velamen.*

Via, Iter.

Paupertas eſt indubitatæ ſalutis via. §.46 num.2. p.146

Paupertas eſt manuductrix in viâ ad cælum. ibid. n.3. p.147

Qui firmiùs ſtat in viâ virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. toto §.74. p.194

In viâ virtutis nunquam ceſſandum eſt. §.84.n.1. p.212

Christus dicitur via æterna. ibid. n.2. ibid.

Spiritualis via, cur via æterna nominatur? ibid.

Spiritualis via ambulando paratur, & parando ambulatur. n.3. p.213

Ei, qui in ſpirituali viâ ſemper ambulat, maior Christus occurrit. quare? inibi.

Qui pollutus venit ad viam, impollutus per eam incedit. quare? n.4. ibid.

Sponſa ſponſo cæleſti appropinquans, adhuc audit, vt veniat. quare? n.5. ibid.

Cur viam cæli Apoſtolus vocat viam viuentem? n.6. p.214

Melius eſt in viâ claudicare, quàm extrà viam ambulare. n.7. ibid.

Quomodo qui nunc peccat, in viis Dei nunquam ambulauit? §.125.n.5. p.313

Via virtutis quò citiùs, eò faciliùs curritur. §.144. n.4. p.345

Victoria.

Cur ad forte certamen, delicata nimis Suſanna inducitur? §.6.n.41. p.69

Victrix manſuetudinis violentia §.27.n.4. p.113

Qui dolo vincit, victoriæ gloriam aduerſario cedit, ipſe prior in opinione ſuâ ignauè deuictus. toto §.116. p.297

Grande omnipotentis Dei elogium eſt, quòd illum non vincant humana peccata. §.129. n.3. p.319

Illuſtrior Dauidis victoria de vltrice irâ, quàm de Goliath. §.149.n 4. p.354

Victoria Suſannæ iuncta principio, compendioſa beatitudo eſt. §.150.n.5. p.356

Qui inimicis parcit, de obſtinato victoriam reportat. §.192.n.5. p.428

Oratio eſt victrix. §.227.n.2.& 6. p.486.& ſeq.

Inæſtimabilis eſt Euangelij virtus, cuius vinci, victoria eſt. toto §.306. p.620

Deus vinci ſe voluit Marianæ deprecationis munere. §.333.n.2. p.667

Vincula, Catena.

Catenarum Paulli epulo Chryſoſtomus deliciatur. §.20.n.3. p.10●

Multa de carcere & vinculis traduntur. toto hoc §.20. p.99

Manſuetudo dicitur vinculum, & nodus dæmonum. § 27.n.2. p.112

Legum vincula ferrea, per obedientiam fiunt aurea. §.155.n.2. p 364

Summum hominum vinculum eſt compaſſio. §.167.n.4. p.385

Muliebris manûs attactus, vincula ſunt. §.169.n.3. p.388. ſunt etiam libidinis nodus. §.169. n.6. p.389

Vindicta.

Nimis arduum, valdéque generoſum eſt, vltricem iracundiam cohibere. toto §.149. p.353

Vide verbo, *Inimicorum dilectio, Ira.*

Vinum.

Ætas hominis eſt vini ætatibus ſimilis. §.63.n.3. p.176

Analogia ebrietatis à vino, & à Spiritu ſancto. §.231.n.2. p.493

Vipera.

Viperæ amor erga comparem. §.23.n.4. p.106

Vir.

Vide verbo, *Homo, Maritus, Nuptiæ.*

Virgo, Virginitas.

Virginitas olim in pretio non erat §.1.n.6. p.6

Iuſtitia ferè in virgineam integritatem reſtituit Suſannam. ibid. n.22 p.12

Suſanna dicitur Virginum menſura. §.6.n.33. p.68

Multa virginitatis elogia ſpiſſantur. §.24. num.1. p.107

Sæpè virgo, ætatis potiùs quàm integritatis nomen eſt. ibid. n.2. ibid.

Virgo ſæpè dicitur, & ab ætate puellari, & ab innuptarum habitu. n.3. ibid.

Pulchra virgo non tam oculis, quàm conſideratione æſtimanda. n.4. p.108

Libido maſculo feminam fingit; virginitas nullius eſt ſexûs. n.5. ibid.

Roſa eſt virginitatis typus. §. 24. n. 6. p. 108
Virginitas eſt naturæ pompa. ibid.
Longa caſtitas poſt lapſum diu victrix, virginitatẽ æmulatur. §. 250. n. 4. p. 526. & §. 263. n. 6. p. 548
Virginibus eſt cum Chriſto Deo quoddam virginitatis participium. §. 285. n. 6. p. 585
De Mariæ Deiparæ virginitate, vide verbo, *Virginitas Mariæ.*
Vide verbo, *Caſtitas, Libido.*

Virtus.

Anteacta vita refutat obiectũ crimen. §. 1. n. 14. p. 9
Suſanna viuit ſucco radicis æternæ. §. 1. n. 17. p. 10
Strenua virtus, e vitiorum gymnaſio, quid ad imitationem diſcat, inuenit? toto §. 13. p. 87
Non ex bonis mundialibus, ſed ex virtute, lætitia captanda eſt. toto §. 16. p. 92
Cruciamentis glorioſè deliciari, & contumeliis exultim gloriari, aliquis Chriſtianæ virtutis faſtus eſt. toto §. 17. p. 94
Bona mens, totus, integer, ac perfectus homo eſt. quare? toto §. 26. p. 210
In conſuetudinis gymnaſio, ardua virtus ad ſuauitatem eruditur. §. 38. n. 3. p. 132
Mores regali curiâ expoliti, & ipsâ vrbanitate decepti, idonei ad virtutem reputantur. toto §. 61. p. 172
Homo ad bonum, vnus eſt; ad malum vero ter vnus, aut vnus plures. toto §. 71. p. 189
Qui firmiùs ſtat in via virtutis, ſic ſtando currit, & proficit. toto §. 74. p. 194
Virtus, quia caret tempore ſemper fructificat. §. 81. n. 3. p. 107.
Plenus eſt mundus virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. §. 98. o. 4. p. 239
Suauitatem, quam vitiis mundus mentitur, Chriſtiana virtus verè implet. toto §. 110. p. 287
Virtus in hoſte etiã honorãda eſt. §. 116. n. 2. p. 297
Eò temeritatis impudentior peccandi audacia deuenit, vt quodlibet, licere putet. toto §. 121. p. 306
Virtus etiam in aduerſis ac triſtibus, ſereno ac ſolido gaudio animitùs ſemper exultat. toto §. 186. p. 416
Manſuetudo eſt virtutum progenies. §. 208. n. 6. p. 454
Suauitas in profectu virtutis, auaritiam piè æmulatur, ipſam ſitim bibit, beatitudinem vindemiat, & propè ab affectionibus redimit. toto §. 236. p. 501
Virtus non modo ſeipſam, ſed & impios tuetur. §. 252. n. 6. p. 529
Inclyta olim virtus, ſubſecutæ malitiæ emphaſis ſeu exaggeratio eſt. toto §. 277. p. 570
Datúrne vitiorum virtus, auxiliari paſſionum ſuffragio victrix? toto §. 282. p. 579
Conſummatáne virtutis perfectio, è vitiorum gymnaſio ediſcenda eſt? quomodo? toto §. 293. p. 598
Vide verbo, *Sanctus.*

Vita.

Anni vitæ noſtræ excolendi ſunt; nam otium, effuſio vitæ eſt, &c. ferè toto §. 80. p. 205
Vita humana, viua mors eſt: & vſque adeò euanida, vt procedendo non augeatur, nec addendo creſcat; quia veniendo recedit. toto §. 205. p. 449
Qui adhuc viuit, quaſi extra vitam eſſet, ad vitam ingredi iubetur. quare? §. 212. n. 2. p. 461
Vide verbo, *Homo.*

Vitium.

Vitia abrogant honoris titulos. §. 1. n. 16. p. 10
Perfectior virtus e vitiorum gymnaſio, quid ad imitationem diſcat, inuenit? toto §. 13. p. 87
Non ex vitiis voluptuoſis, ſed ex bonis moribus lætitia capianda eſt. toto §. 16. p. 92
Eleemoſyna æſtuantium vitiorum flammam extinguit. §. 40. o. 4. p. 136
A vitiis ac peccatis, nominis iactura. toto §. 67. p. 182. & §. 70. p. 187
Qui vitia ſectantur, graue Adæ iugum, iterùm velut ſuperimponunt ſibi. §. 110. n. 2. p. 287
Virtutis ope, non eſt vitiorum amiſſa ſeruitus, ſed mutata. §. 110. n. 3. p. 288
Vitia ſibi infuta ſunt, inter ſe diffidentia tumultuantur, pellunt inuicem, fugantúrque. toto §. 117. p. 300
Vitium ignominiæ adſuetum, vinci ſe turpe non putat. §. 117. n. 1. ibid.
Impius ſuo circuitu non conſummari, ſed conſumi feſtinat. §. 151. n. 3. p. 357
Circuitus impiorum à ſpe in faſtidium poſſeſſionis; & à faſtidio in ſpem. inibi.
Suilla impiorum mens, fortunæ totam æmulatur. quomodo? n. 4. ibid.
Inſtabilis eſt malitia, quia rapitur cupiditatum turbine. n. 5. p. 358
Enormis quorumdam vitioſitas, ad omnia flagitia inſolenter hiat. toto §. 259. p. 540
Datúrne vitiorum virtus, auxiliari paſſionum ſuffragio victrix? toto §. 282. p. 579
Conſummatáne virtutis perfectio, è vitiorum gymnaſio ediſcenda eſt? quomodo? toto §. 293. p. 598
Impij habere exambiunt iuſtorum priuilegia. §. 303. n. 2. p. 615
Vide verbo, *Peccatum, Conſuetudo.*

Vmbra.

Dei liberalitas erga eleemoſynarios, vmbræ comparatur. §. 42. n. 6. p. 140
Diuitiarum & vmbræ multiplex analogia. §. 49. n. 3. p. 152
Quantum vmbra corpori, tantùm vita peccatoria inferno appropinquat. §. 65. n. 4. p. 180
Qui peccata excuſat, quædam diaboli vmbra eſt. §. 165. n. 4. p. 381
Vmbra etiam peccati, quam corpus facit, timenda eſt §. 174. n. 1. p. 396
Petri vmbra inter eius reliquias colenda eſt. §. 299. n. 6. p. 609
Vmbra Petri, & Chriſti miriſſimè benefica. §. 308. n. 5. & 6. p. 625
Caro, quam ex Maria ſumpſit Chriſtus, cur vmbra dicitur? §. 335. n. 5. p. 672

Vnus, Vnitas.

Homo ad bonum, vnus eſt; ad malum verò vnus plures. toto §. 71. p. 189
Vnus homo per ſocialem concordiam vniſſimè multiplicatur. §. 158. n. 4. p. 369
Idem ipſe homo multiplex eſt, à ſe male diuiſus: quare oportet, vt de multis vnus fiat. toto §. 190. p. 423
Deus vnus eſt, quia verum eſt vnum; mendacium autem multiplex. §. 203. n. 3. p. 449
Spiritus ſanctus eſt vnus, & multiplex. quomodo? §. 231. n. 4. p. 493

Voluntas, Voluntarium.

Voluntaria dicuntur pulchra, & honeſta. §. 29. n. 1. p. 116

Bona

Bona vxor eſt bona voluntas à Deo. §.19. num. 3. p.117
Impigrè diuina voluntas in omnibus excipienda. §.51.n.1. p.119
Homo diuinam voluotatem mauult emeodare, quàm ſuam.ibid.n.2. ibid.
Non, Quiduis vt faciam tibi? quærendum à Deo nobis eſt. quare? n.3. p.120
Num qui conformis eſt diuioæ voluntati, cogi non poteſt, ſicut Deus? n.4. ibid.
Non eſt curaoda diuina voluntas ad noſtram voluntatem.n.5. ibid.
Cur ſiccatâ iam terrâ, Noëmus ex arcâ non egreditur? n.6. p.121
Triumphalis obedieotia propriæ voluntatis caput amputat.§.36.n.3. p.129
Chriſtianus vocatur, Voluntas Dei in eo.ibid.n.5. ibid.
Propria voluntas, regni exheredatio eſt, virtutum interemptrix, propitiationis etiam io bono indiga, oequam hominis caput, & infernalis Satan. toto §.123. p.350
Propria & naturalis voluntas in Chriſto relinquitur: in nobis & idololatriæ ſuſpecta, & impij furti rea eſt.toto §.126. p.314
Quantum voluntas velit, tantum merebitur. §.217.n.3. p.470
Bona ſtrenuè voluntas, à virtutis labore ſabbatizat: Dei arbitrium eſt; & quantum vult, tantum mereri dicitur.toto §.283. p.581

Voluntarium.

Vide verbo, *Voluntas.*

Voluptas, Delicia.

In pomarij deliciis Senes voluptatem ſubornant. §.1.n.11. p.8
Facilis gradus à voluptate ad ſcelus eſt. §.2.n.22. p.18
Suſanna in deliciis irreprehenſibilis, plus eſt laudabilis.§.6.n.29. p.67
Lætitia non ex voluptatibus, ſed ex moribus captanda. toto §.16. p.92
Deliciæ ſeculares ſuſpiriis comparantur.§.10.n.3. p. 100
Otiatur voluptas ſine homine, ſicut corona ſine capite.§.87.n.4. p.218
Quomodo Adamus vinci potuit in paradiſo voluptatis? §.97.n.1. p.236
Quomodo voluptas adridens, irridenda, & decipienda ſit. ibid.n.2. ibid.
Voluptas adeò non implet oculos, vt penè non attingat.n.3. ibid.
Qui lætatur in voluptate, lætatur in nihilo, & in non verbo.n.4. p.237
Riſus in hac vitâ, irriſio eſt. n.5. ibid.
Voluptas eſt, Inſana extaſis. ibid.
Diem gaudij, nec præcedit externus, nec ſequitur craſtinus.n.6. ibid.
Mundialis lætitia de malo ſuo ridet: etſi miſts, merus dolor eſt, gehenoæ fumus, & phantaſmatum parturitio peracerba. toto §.105.p.278
Mundialia bona ſunt expectationis commentum, doloribus conuiſcerata; & voluptatum auarè prodiga, deſiderantes deſtituunt. toto §.106. p.280
Glorioſa mundi pompa, & delitioſa concupiſcentiæ voluptas, ignominioſè pœnalis, & acerbè moleſta ſanctis eſt.toto §.107. p.282
Voluptas, mera cogitationis illuſio eſt; quæ rem moleſtiæ, deliciarum obtentu fraudulenter mentitur. toto §.109. p.285
Hominis voluptuoſi circuitus, à ſpe in faſtidium poſſeſſionis; & à faſtidio in ſpem.151.num.3. p.357
Terrena muodialium bonorum poſſeſſio, moleſtum deſideriorum ſupplicium eſt.toto §.170. p.389
Voluptas peccati, infinitis amaritudinibus nunc replet.§.290.n.4. p.593
Vt verè ac ſolidè gaudeas, de Deo gaude: gaudere de reliquis, gaudij abuſus eſt.toto §.310. p.627
Vide verbo, *Felicitas, Diuitiæ.*

Vrbanitas.

Suſanna vrbanè cedit primo libri loco. §. 6. n.1. p.62
Mores regali curiâ expoliti, & ipsâ vrbanitate decepti, inidonei ad virtutem reputantur.toto §.61. p.172
Ne vrbanitas retardet inceſſum in viâ virtutis. §.75.n.2. p.196

Vtilitas.

Propoſitus votorum ſcopus, vtilitas propria eſt. §.268.n.1. p.555
Aſina ratioois verba edens, propriam dumtaxat vtilitatem negotiatur.ibid.n.2. ibid.
Propriæ vtilitatis ſtudio Dauid nimis deliquit. n.3. p.556
Vel ſonus vocabuli *Vtilitatis*, ad ſui cupiditatem homines extimulat.n.4. ibid.
Charitas vtilitatem alienam ſibi vnicè tanquam propriam reputat. n.5. ibid.

Vxor.

Vide verbo, *Nuptiæ, Maritus, Mulier.*

X.

S. Xauerius.

IN re virtutis eſt etiam aliqua meriti pertinacis obſtinatio.toto §.183. p.411
Quaſi iam ſidereus, oberrare audet cum Sole. §.232.n.5. p.495
S. Xauerij charitas velut impaſſibilia eſt ſibi, vt aliis proſit.§.240.n.3.& 4. p.508.& ſeq.
Xauerij zelus per impoſſibilia audet, quaſi per errorem piè audacem.§.244.n.5. p.516
Xauerius caſtimoniæ floribus, meliùs quam funibus præcingitur.§.248.n.5. p.584
Xauerius conſummatam virtutis perfectionem, è vitiorum gymnaſio diſcit.toto §.293. p.598
Vide verbo, *Sanctus.*

Z.

Zelus.

QVi leniter gubernat, exercitu contra Zelatores opportunè armatur. §.201. num.5. p.443

F I N I S.

618214

1022

D 52.

Digitized by Google